THOMAE DEL BENE, CLERICI REGULARIS, ... DE IMMUNITATE, ET IURISDICTIONE...

Tommaso Del_Bene

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
13
22 F
11

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-22.I.22

32.I.8. 34
G
8

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ

DELBENE,

DE

IMMVNITATE,

ET IVRISDICTIONE

ECCLESIASTICA,

Pars Secunda.

Digitized by Google

Digitized by Google

THOMÆ

DELBENE,

CLERICI REGVLARIS,

S. THEOL. PROFESSORIS,

& Sancti Officij in Vrbe Qualificatoris,

DE

IMMVNITATE,

ET IVRISDICTIONE

ECCLESIASTICA.

PARS POSTERIOR.

ROM. SOCIES. IESV BIBL. SEC. COLL.
IHS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

LVGDVNI,

Sumptib. PHILIPPI BORDE, LAVRENTII ARNAVD,
& CLAVDII RIGAVD.

M. D C. L.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSMO, ET REVERENDMO PRINCIPI,

PETRO ALOYSIO CARAFÆ,

S.R.E. CARDINALI,

THOMAS DELBENE,

CLERICVS REGVLARIS, F.P.

COMMVNIS ea est, PRINCEPS EMINENTISSIME, omnium persuasio, vt in dicandis, recepto iam vsu, ingenij lucubrationibus, viri quidē compellentur, aut eruditione præstantes, qui grauissimo iudicio existimationem operi, famamque concilient, aut genere prænobiles, qui splendore natalium quandam apprimant literarum monimentis lucem, vt niteant; aut denique indole humaniores, qui perbenignè & Scriptoris clientelam suscipiant, & scriptionis patrocinium. Ergo cùm in te vno, admirabili isthæc omnia cōspiratione, concentuque conueniant, præclarè quidem mecum actum est in præsenti, qui hoc de Immunitate Ecclesiastica, non vna profectò aurora desudatum à me Opus Tuo Nomini in-

ſcribo. Has porrò opes animi, fortunæque,ac naturæ bona , quæ tam cumulatè in Te ſunt , ſanè minuerim,ſi ſtylo exornare,aut recenſere vtcumque velim : planè (quæ eſt rerum conditio maximarum , vt ſuprà omnem facundiam , ac dictionem ſint) inſignia tua decora dixi magnificè, quia tacui;plaudente interim incomparabili modeſtia tua,quæ in pulcherrimo tuarum virtutum theatro nil oderit certè magis, quàm tuas decantari ſplendidè,ac prolixiùs laudes.Igitur, dum ipſe nobiliſſimum hoc tuæ Purpuræ , atque inclyti Nominis honeſtamentum ſcriptioni huic meę gratulor, Tu illam humanitate tua generoſius complectare, amplitudine illuſtres, commendes probeſque iudicio : compenſabit enim ex parte,ſi fieri poteſt , beneuolentiam hanc tuam , non meum tantummodò priuatum in Te ſtudium, ſed publica vniuerſæ Theatinę Familię, cui Tu faues vnicè, voluntas; conceptis nempe votis, vt noſtrę,communique felicitati viuas quàm diutiſſime. Vale. Romę, anno 1649.

Impri

Digitized by Google

Imprimatur, si videbitur R.D.S.P.A.Mag. ASCANIVS RIVALDVS, Vicesg.

Imprimatur. Fr. VINCENTIVS CANDIDVS, Sacri P. A. M. Ord. Præd.

APPROBATIONES.

OPus *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, in duas partes distributum, R.P.D. Thomæ Delbene, accuratè perlegimus; & nihil in eo animaduertimus à pietate, vel à Fide dissonum; & cum sit in hac materia absolutissimum, nullam euitans difficultatem, nec typis, nec ingeniosis viris inuidendum iudicamus. Idibus Maij 1649.

D PAVLVS M. Quartus Cler. Reg. S. T. Professor.

D. ANDREAS PLANELLVS, Cler. Reg. S. T. P.

D. Ioannes Gonzaga, Præpositus Gener. Congr. Clericorum Regularium.

HOc Opus, quod ad *Ecclesiasticam Immunitatem* tuendam in duas partes distributum, R. P. D. Thomas Delbene, Doctissimus nostræ Congregationis Theologus accuratè composuit, cum iuxtà præscriptam assertionem PP. quibus id commisimus, recognitum, & approbatum fuerit; vt typis mandetur, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, ac solito Congregationis nostræ sigillo munitas damus. Romæ in Ædibus nostris sancti Syluestri Montis Quirinalis, Idibus Februarij 1649.

D. GIOVANNE GONZAGA, Præpos. Gener.

D. Ioannes Montoya, Secret.

OPus egregium *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, in duas Partes distributum, à R. P. D. Thoma Delbene compositum diligenter euolui, & peruidi iussu Reuerendiss. P. Vincentij Candidi, Magistri Sacri Palatij. Et videtur mihi opus ipsum alia immunitate gaudere, vtpotè immune ab omni labe erroris, siue contra Fidem, siue contra bonos mores. Explicat etiam hic author iurisdictionem secundum Iuris Canonici dictionem, & dictamen. Verè Thomas Delbene, qui D. Thomæ bonus est imitator, & abyssus eximij boni, nempe scientiæ. Ita censeo ego infrà scriptus Romæ 4. Octobris 1649.

D. PAVLVS M. Quartus Cler. Reg. S. T. P.

NOs infrascripti in alma Facultate Parisiensi Doctores vidimus Librum cui titulus est, *De Immunitate, & Iurisdictione Ecclesiastica*, Auctore D. Thoma Delbene, Clerico Regulari, & immunem illum iudicauimus à quacumque labe contra fidem, vniuersali Ecclesiæ, pro qua in vniuersum loquitur, maximè vtilem: sed salua sint quorumcumque iura & Priuilegia. In horum testimonium subscripsimus die quinta Octobris 1650.

Fr. FRANCISCVS LORNET, Prædicator.

Fr. PAVLVS LOMBARD.

PERMISSIO.

EGo Aduocatus Regius in Præfectura Lugdunensi consentio, vt liber inscriptus in approbatione præmissa, ab Philippo Borde, Laurentio Arnaud, & Claudio Rigaud, Bibliopolis Lugdunensibus excudatur, peculiari licentia ad id ipsis concessa. Datum Lugduni 12. Octobris 1650.

BOLLIOVD MERMET.

VIso Aduocati Regij consensu hunc librum typis mandari supradictis Lugdunensibus Bibliopolis concedimus, & ne quis vltra dictam facultatem denuò excudat, prohibemus, Lugduni 15. Octobris 1650.

SEVE.

Digitized by Google

IN HAC SECVNDA PARTE
Tractatus sequentes continentur.

IX. De facultate laicæ Potestatis in Ecclesiasticos.

X. De facultate Potestatis Ecclesiasticæ in laicos; & de iis, quæ sunt vel non sunt mixti fori.

XI. De facultate Ecclesiasticæ potestatis in aduenas, & peregrinos.

XII. De facultate potestatis Ecclesiasticæ in suos, existentes in alieno territorio.

XIII. De facultate potestatis Ecclesiasticæ in infideles, ebrios, amentes, & pueros.

XIV. De facultate potestatis Ecclesiasticæ in Regulares exemptos. Vbi etiam explicantur multa, quæ ad S.R.E. Cardinales, Legatos, Archiepiscopos, Episcopos, Regulares Prælatos, & Confessarios pertinent.

XV. De facultate Ecclesiasticæ potestatis in seipsam.

XVI. De immunitate Ecclesiarum.

XVII. De bonis Ecclesiasticis non alienandis.

XVIII. De bonis Ecclesiasticis non locandis.

XIX. De clausura Monialium, & prohibito ingressu intra claustra Monasteriorum, tam mulierum, quàm virorum.

INDEX

Digitized by Google



INDEX

Capitum & Dubitationum, quæ in hac ſecunda Parte de Immunitate Eccleſiaſtica continentur.

CAPVT NONVM.

De facultate laicæ Poteſtatis in Eccleſiaſticos.

DVBITATIO I. AN, & quid poſſit laica Poteſtas in Eccleſiaſticos? pag. 1

II. An, & vnde naſcatur in legibus (quæ ſunt communes ciuibus, & ſacris Canonibus, ac ſtatui Eccleſiaſtico non repugnant) obligatio in ordine ad Eccleſiaſticos? pag. 4

III. Quinam Eccleſiaſtici exempti ſint à Poteſtate laica in ordine ad vim punitiuam; & quid dicendum etiam de religioſis? p. 8

IV. An aliquando poſſit poteſtas laica exercere vim punitiuam, coërcitiuam, ſeu coactiuam in Eccleſiaſticos? p. 9

V. An poſſit poteſtas laica ob defectum iuſtitiæ, vel ob negligentiam iudicis Eccleſiaſtici trahere Eccleſiaſticos ad ſuum tribunal laicale? pag. 11

VI. An poſſit Poteſtas laica, ſi quis ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus vi, vel cenſuris à iudice Eccleſiaſtico oppreſſus querelam deferat ad tribunal Regium, illam acceptare? p. 12

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. Prima Difficultas, eiuſque ſolutio. p. 16

3. Secunda Difficultas, eiuſque ſolutio. p. 17

4. Tertia Difficultas, eiuſque ſolutio. p. 18

5. Quarta Difficultas, eiuſque ſolutio. p. 20

6. Quinta Difficultas, eiuſque ſolutio. p. 21

VII. An poſſit Poteſtas laica per ſuos miniſtros Eccleſiaſticam perſonam in flagranti crimine deprehenſam, vel de propoſito perpetrandi crimen (vt quia noctu mutato habitu, vel cum armis incedit) ſuſpectam, vt iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, capere, armiſque prohibitis ſpoliare? p. 25

VIII. An poſſit Poteſtas laica capere, ac detinere clericum debitorem, ſi fugiat, vel fugam meditetur? p. 26

Index Capitum,

DVBIT. IX. An possit potestas laica expellere è Regno Ecclesiasticos, ex eo quod iustis Principum mandatis inobedientes, vel alio modo delinquentes sint? pag. 27

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An, & quid dicendum in casu, quo Pontifex renuat, vel absit? p. 29

X. An possit Potestas laica vocare Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad Parlamentum propter aliquod publicum negotium? p. 29

XI. An possit Potestas laica citare clericum creditorem ad confectionem alicuius inuentarij? ibid.

XII. An possit potestas laica citare clericum ad exhibenda iura sua coram se, quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel vult beneficium cessionis bonorum obtinere? p. 31

XIII. An possit potestas laica expellere à Regno Episcopos, vel alios Ecclesiasticos, si propter aliquod publicum negotium ad Parlamentum vocati, venire nolint? p. 32

XIV. An possit potestas laica cogere Ecclesiasticos, vt triticum, vinum, vel similia ad victum necessaria, tempore penuriæ, iusto pretio vendant? p. 34

XV. An possit potestas laica priuare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium à Principe taxatum? p. 35

XVI. An possit potestas laica priuare Ecclesiasticos rebus, quas extra regnum exportant contra legem Principis id prohibentem fieri sub pœna commissi? p. 36

XVII. An possit potestas laica punire Ecclesiasticos in bonis, vel in pœna pecuniaria, si falsa mensura triticum, vel quid simile vendant? p. 38

XVIII. An possit potestas laica cogere Ecclesiasticos ad soluendas gabellas, vel collectas, quando illas soluere tenentur? ibid.

XIX. An possit potestas laica punire personam Ecclesiasticam, si coram iudice laico falsum testimonium deposuerit? p. 39

XX. An possit potestas laica procedere contra pecora personæ Ecclesiasticæ, si contra statutum in pascuis prohibitis illa reperta fuerint? p. 40

XXI. An possit potestas laica cogere personam Ecclesiasticam ad restituendum depositum, si in tribunali laicali restituere illud se obligauerit? pag. 41

XXII. An possit potestas laica punire personam Ecclesiasticam, si reuerentiæ signa ipsi non exhibuerit, vel coram ipsa quomodocumque aliter deliquerit? p. 43

XXIII. An possit potestas laica cogere personam Ecclesiasticam ad reparandam viam ante domum suam, & ad soluendam pœnam impositam contra effundentes amurcam per vias publicas, si illam effuderit. p. 43

XXIV. An possit potestas laica citare, & cogere personam Ecclesiasticam ad testificandum in causa, in qua non agitur de pœna sanguinis alicui inferenda. p. 44

XXV. An possit potestas laica cogere clericum, qui laicum possessione spoliauit, ad illam laico spoliato restituendam. p. 45

XXVI. An possit potestas laica, scilicet Rex, vt Trident. Concilij executor, cogere Ecclesiasticos, & Episcopos, vt illud obseruent, & Ecclesias suas reparent. ibid.

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An Episcopi possint excommunicare Reges, si hi ipsorum iurisdictionem perturbent. p. 46

XXVII. An possit potestas laica, scilicet Rex, Episcopos, vel alios Ecclesiasticos, ad residentiam obstrictos retinere pro gubernatione Regni, vel pro alio seruitio publico. p. 47

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An Episcopi, alijque Ecclesiastici Regis feudatarij vocati à Rege, debeant potius obedire Regi directo domino feudi, quàm Papæ. p. 48

3. An vocati ad bellum à Rege, debeant cum illo ad bellum ire. ibid.

DVBIT.

Digitized by Google

Dvbit. XXVIII. An possit potestas laica, scilicet Rex, prohibere, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis vltra tempus à iure Canonico statutum, & ne quid aliud simile faciant, vel omittant? p. 48

XXIX. An possit potestas laica cognoscere Ecclesiasticos exemptos pro delictis, si in Regno non habeant superiorem, à quo puniantur? ibid.

XXX. An possit potestas laica, scilicet Rex, expellere Episcopum ab Episcpoatu, si simoniacè illum obtinuerit? p. 49

XXXI. An possit potestas laica occultè processare personam Ecclesiasticam? ibidem.

XXXII. An possit potestas laica facere literas hortatorias ad Episcopos, vt ab aliqua praua determinatione desistant? p. 50

XXXIII. An possit potestas laica discutere facultates Nunciorum, qui à summo Pontifice mittuntur, & retinere ad examinandum, & executioni mandandum Bullas Apostolicas in suis Cancellariis? p. 51

XXIV. An saltem possit Potestas laica cognoscere Ecclesiasticos, si ipsi velint? pag. 55

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An, & quando priuilegium cesset, vel renunciari possit? p. 56

XXXV. An possit potestas laica cognoscere Ecclesiasticos quoad bona ratione officij, quod ab ipsa potestate laica habent? p. 57

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An possint Ecclesiastici à potestate laica puniri in bonis? p. 59

3. An possint Ecclesiastici iurisdictionem laicam, vel alia Regalia vsurpantes à potestate laica priuari bonis temporalibus? p. 60

4. An possint Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes à potestate laica capi, & puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis? ibid.

5. An si Ecclesiasticorum animalia damnum inferant possint per potestatem laicam capi, vt damnum ab illis illatum reparetur? ibid.

6. An posit bannitus per potestatem laicam spoliari bouis, & occidi in territorio Ecclesiæ? p. 61

7. An possint Ecclesiastici, si transgrediantur legem ciuilem, à potestate laica puniri pœna per talem legem imposita? ibid.

8. An saltem possint Ecclesiastici à potestate laica cognosci quoad bona, si bona, quæ possidentur ab ipsis, in ordine ad laicum obligationem habeant, & ratione feudi, vel ratione tributi, seu pensionis ipsi rei adhærentis, vel ratione officij, quod ab ipsa potestate laica habent? p. 62

9. An etiam possint à potestate laica cognosci, si bona immobilia à laico donata fuerint Ecclesiæ cum Domino reseruatione iurisdictionis. p. 64

10. An etiam possint cognosci à potestate laica, si bona immobilia, antequam venirent ad ius Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum, onus aliquod certum, & inuariabile annexum habebant, v. g. aliquem censum, vel seruitutem Principi debitam, vel onus reparandæ viæ publicæ adiacentis. p. 64

CAPVT DECIMVM.

De facultate potestatis Ecclesiasticæ in laicos, & de iis, quæ sunt, vel non sunt mixti fori.

Dvbit. I. AN, quemadmodum potestas laica non potest cognoscere, seu ad forum suum laicale trahere Ecclesiasticos: ita similiter non possit potestas Ecclesiastica cognoscere, seu ad forum suum Ecclesiasticum trahere laicos. Vbi multa de iis, quæ sunt vel non sunt mixti fori. p. 65

Sect. 1. Suppositum primum. ibid.

Suppositum secundum. p. 66

2. Dubitationis Resolutio. p. 69

Index Capitum,

DVBIT. II. An, & in ordine ad quas cauſas, non poſſit, etiam laicos, cognoſcere, niſi poteſtas Eccleſiaſtica? p. 71

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An, ſi quis committat non ſolum crimen hæreſis, vel ſimoniæ, &c. ſed etiam committat quid horum ſuſpicionem cauſans, conueniendus ſit coram iudice Eccleſiaſtico, & non laico? p. 72

3. An iudex laicus laicum in die feſto laborantem punire poſſit ſub prætextu ſuæ prohibitionis, ne in tali die laboret? ibid.

4. An cauſæ matrimoniales coram iudice Eccleſiaſtico tantum decidendæ ſint? ibid.

III. An, & in ordine ad quas cauſas, poſſit etiam laicos cognoſcere poteſtas Eccleſiaſtica, cumulatiuè ad poteſtatem laicam? p. 73

IV. An, & quid dicendum ſit de petitorio, & poſſeſſorio quoad res Eccleſiaſticas? Vbi multa de decimis. p. 75

V. An iudex laicus ſit competens, quando agitur de poſſeſſorio matrimonij? pag. 80

VI. An in ordine ad cauſas temporales poſſit, etiam laicas, cognoſcere poteſtas Eccleſiaſtica, cumulatiuè tamen ad poteſtatem laicam? p. 81

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An poteſtas laica, ſi Reipublicæ bonum ita poſtulet (irritum ſimul cum contractibus reddendo iuramentum, ſicuti Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. irritum reddit iuramentum renunciationi bonorum adiectum, ſi fiat ante bimeſtre, quod præcedit profeſſionem) prohibere, quod ſubditi contractibus iuramentum apponant, ne ſic (cùm iuramentum faciat, quod cauſa, quæ aliàs merè eſt ciuilis, fiat mixti fori) Eccleſiaſticæ poteſtatis iuriſdictionem prorogent in iis contractibus, quorum cognitio ad forum ſeculare ſolum pertinebat? ibid.

3. An, & quando Poteſtas Eccleſiaſtica poſſit cognoſcere de cauſa dotis? pag. 83

4. An, & quando Poteſtas Eccleſiaſtica poſſit cognoſcere, caſu quo laicus oppreſſus fuerit? p. 84

5. An poſſit poteſtas Eccleſiaſtica cognoſcere de præſtandis alimentis filio ſpurio? p. 84

6. An poteſtas Eccleſiaſtica poſſit dare tutorem clerico minori, & curatorem clerico mente capto? p. 85

7. An, & quando poteſtas Eccleſiaſtica poſſit exequi legata, etiam profana? p. 86

8 An, ſi clericus hæredem inſtituat alium clericum, vel laicus teſtamentum condat ad piam cauſam, Poteſtas Eccleſiaſtica poſſit teſtamentum publicare? p. 88

9. An, ſi filius clerici legitimandus clericus ſit, Poteſtas Eccleſiaſtica poſſit illum legitimare? ibid.

10. An, & quando poteſtas Eccleſiaſtica poſſit cognoſcere de loco præcedendi in proceſſione laicorum confraternitatum? p. 91

11. An, & quando poteſtas Eccleſiaſtica poſſit viſitare Hoſpitale? p. 92

VII. An in cauſis mixti fori, ſi vnus iudex cauſam cognouerit, poſſit alter iudex, ſaltem ex officio procedere, & Reum punire? p. 95

VIII. An iudex Eccleſiaſticus in criminibus mixti fori poſſit laicos per propriam familiam, ſine inuocatione brachij ſecularis capere? p. 97

IX. An iudex Eccleſiaſticus in cauſis Eccleſiaſticis, in quibus petit auxilium à iudice ſeculari, teneatur ei proceſſum præbere? p. 99

X. An, ſi iudex laicus cum hæretico ſibi remiſſo mitius agat, & pœnam mortis per ignem in eum non inferat, poſſit Inquiſitor, vel Epiſcopus contra talem iudicem per cenſuras procedere? p. 100

XI. An iudex Eccleſiaſticus poſſit iuriſdictionem Eccleſiaſticam exercendam laicis committere? ibid.

XII. An Iudex Eccleſiaſticus poſſit iudicare, & punire clericum in caſu, quod hic defectu alicuius conditionis à Concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 6.

Digitized by Google

cap. 6. vt fori priuilegio gauderet, requisitæ fori priuilegio non gaudet, & sic foro laicali subiicitur? pag. 101
Dvbit. XIII. An qui offendit cursorem, vel alium iudicis Ecclesiastici Ministrum, possit eum iudex laicus vel Ecclesiasticus tantum punire? ibid.
XIV. An iudex laicus, vel solum Ecclesiasticus possit mortuo Episcopo, bonorum inuentarium pro spolio facere? p. 102
XV. An iudex supremus, scilicet Princeps, etiam Ecclesiasticus, possit Legatos, seu Oratores, eorumque famulos, si apud se residentes grauiter contra ius naturale, aut ius gentium Rempublicam, vel ipsius caput, aut membra offendendo deliquerint, condignè punire? ibid.
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates, earumque solutiones. p. 104
3. An Princeps, etiam Ecclesiasticus, possit similiter legatos punire, si non seruent leges sui loci, in quo illi residēt? Vbi de aliis casibus. p. 105
XVI. An iudex laicus, vel solum Ecclesiasticus possit de dominio vtili rei emphyteuticæ Ecclesiæ inter laicos cognoscere, & quid dicendum de directo? p. 106
XVII. An, si clericus, & laicus simul delinquant, iudex laicus, vel solus Ecclesiasticus cognoscat? p. 111
XVIII. An Pontifex possit cognoscere, & sit iudex competens, vbi discordia oritur in re graui inter duos supremos Principes? p. 112

CAPVT VNDECIMVM.

De facultate Ecclesiasticæ Potestatis in aduenas, & peregrinos.

Dvbit. I. AN, & quid possit Potestas Ecclesiastica in aduenas, & peregrinos? pag. 113
Sect. 1. Supposita. ibid.
2. Dubitationis Resolutio. p. 119
3. Difficultas prima, eiusque solutio. p. 120
4. Difficultas secunda, eiusque solutio. p. 122
5. Difficultas tertia, eiusque solutio. ibid.
6. Difficultas quarta, eiusque solutio. ibid.
7. Difficultas quinta, eiusque solutio. p. 123
8. Difficultas sexta, eiusque solutio, p. 124
9. An peregrini, qui non habent animum commorandi pro maiori parte anni, possint in Paschate Eucharistiam sumere à Regularibus? p. 125
10. An peregrini subdantur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, vbi transeunter sunt? ibid.
11. An peregrini neque subdantur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, quoad vim coactiuam, & quoad censuras? ibid.
12. An, si Episcopus Diœcesis A. ferat excommunicationem contra scientes, & non manifestantes, quisnam commiserit furtum, & Petrus verbi gratia diœcesis B. mutet post latam hanc excommunicationem domicilium in diœcesim A. & cognoscat furem, & non manifestet, ligetur tali censura? p. 127
13. An peregrini delinquentes in proprio domicilio, si aliò tendant, possint in isto loco puniri? p. 128
II. An aduenæ, & vagi possint in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, & pœnis contractis dispensari à superiore loci, vbi reperiuntur? p. 128

Digitized by Google

Index Capitum,

CAPVT DVODECIMVM.

De facultate Poteſtatis Eccleſiaſticæ in ſuos exiſtentes in alieno Territorio.

DVBIT. I. AN, & quid poſſit Poteſtas Eccleſiaſtica in ſuos exiſtentes in alieno territorio? pag. 131

Sectio 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An, & quantum extendi debeat doctrina ſupra tradita? p. 134

3 An ſubditi incurrant cenſuram latam per ſtatutum propriæ diœceſis, ſi contra illud agant extra diœceſim, vel etiam intra diœceſim in loco exempto? p. 136

4 An ſubditi incurrant cenſuram latam per particulare præceptum proprij ſuperioris, ſi ſimiliter contra illud agant extra diœceſim, vel etiam intra diœceſim in loco exempto? p. 137

II. An ciues, & diœceſani poſſint ex induſtria licitè, vt ſe à ſui territorij legum, ſtatutorum, vel præceptorum obligatione ſubtrahant, tranſire ad alienum territorium? p. 139

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An incola ciuitatis, in qua feſtum agitur, poſſit ex induſtria tranſire ad locum, vbi feſtum non agitur, & ibi opera ſimilia exercere, & Miſſam non audire? p. 140

3. An manè quis diſceſſurus è loco, vbi non ieiunatur, poſſit ibi comedere, & veſci carnibus? p. 141

4. An quis excuſetur, etiam à communibus legibus Eccleſiaſticis, vt ieiuniorum, feſtorum, &c. ratione Kalendarij noui non recepti, vbi reperitur? p. 143

5. An, ſi quis in ſuo loco expleuit præceptum diei feſti, & ieiunij, etiam quadrageſimalis: item Confeſſionis, & Communionis, &c. & poſtea peruenit ad alium locum, vbi propter non receptum dictum nouum Kalendarium Gregorianum, huiuſmodi præcepta obligant, teneatur illa ſeruare præſertim ſi ibi domicilium figat? ibidem.

III. An ciues, & diœceſani ſubdantur legibus, & præceptis reſpicientibus delictum in territorio commiſſum, etiamſi exiſtant extra territorium, in quo delictum commiſſum eſt? p. 144

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. Difficultates, earumque ſolutiones. p. 145

IV. An ciues, & diœceſani ſubdantur pœnis, ſi ſimiliter exiſtant extra territorium, in quo delictum commiſſum eſt? p. 147

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An, ſi Reus non ſubdatur iudici loci, in quo delictum eſt attentatum, niſi ſolum ob attentationem delicti, quod tamen alibi eſt conſummatum, poſſit talis iudex Reum punire ob delictum alibi conſummatum? p. 148

V. An ciues, & diœceſani citari poſſint, ſi exiſtant extra territorium? pag. 149

VI. An ciues, & diœceſani excommunicari poſſint ab Epiſcopo extra Diœceſim, ſi res ſit adeo clara, vt non requirat cognitionem cauſæ? pag. 151

VII. An Epiſcopus in ſuos extra proprium territorium exiſtentes poſſit ſaltem aliquid quoad ea, quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis? p. 152

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An debeat Parochus in alterius Parochia ſubditorum ſuorum nuptias benedicere? ibid.

3 An

3 An possit Episcopus in alterius diœcesi in proprios subditos actus Episcopales exercere? ibid.
4 An possit Episcopus in alterius diœcesi in Pontificalibus sacrificare? pag. 153
5. An possit Episcopus inuitatus ad ordinandum in aliena diœcesi, ibi ordinare subditos, etiam aliarum diœcesum, literas dimissorias suorum Episcoporum habentes? ibid.
6. An possit Episcopus extra propriam diœcesim vti altari portatili; vel coram se facere in illo celebrari? p.154
7. An, & quando possit Episcopus validè, & etiam licitè ordines conferre? ibidem.
8. An possint Prælati Religionum exempti dare suis literas dimissorias, vt à quocumque Episcopo ordinentur? p.157
9 An, si quis tonsuram non ab Episcopo originis, domicilij, vel beneficij, sed ab Episcopo alieno sine literis dimissoriis, vel dispensatione Pontificis acceperit, capax sit beneficij? p. 158

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

De facultate Potestatis Ecclesiasticæ in infideles, ebrios, amentes, & pueros.

DVBIT. I. AN, & quid possit Potestas Ecclesiastica in infideles, ebrios, amentes, & pueros? p. 158
II. An pueri post vsum rationis, completo septennio, statim legibus obstringantur? p. 160
III. An, & quid possit Potestas Ecclesiastica in infideles, ebrios, amentes, & pueros per censuras, & pœnas? p. 161
IV. An, & quid dicendum, si excusatis à præcepto coopereris in actione prohibita per præceptum? p.164

CAPVT DECIMVMQVARTVM.

De facultate Potestatis Ecclesiasticæ in Regulares exemptos.

DVBIT. I. AN, & quid possit Potestas Ecclesiastica, v. g. Episcopus, in Regulares exemptos? p.165
II. An, & quid possit Episcopus in ordine ad exorcismа? p. 168
III. An, & quid possit Episcopus in ordine ad processiones? ibid.
IV. An, & quid possit Episcopus in ordine ad conciones? p.169
V. An, & quid possit Episcopus in ordine ad locutiones cum monialibus? pag.170
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. An Regulares loquendo cum Monialibus peccent mortaliter? Vbi etiam an declarationes Cardinalium, decisiones Rotæ, sententiæ Cancellariæ, Regijque Senatus, & stylus Curiæ Romanæ obligent, & vim legis habeant? p.171
3. An, & in quibus casibus loquentes cum Monialibus, non peccent mortaliter? Vbi etiam quid dicendum de socio? p. 173
VI. An, & quid possit Episcopus in ordine ad delicta extra claustrum commissa? p.177
VII. An, & quid possit Episcopus, saltem in casu, quo sit in possessione cognoscendi Regulares? p.179

Digitized by Google

Index Capitum,

Dvbit. VIII. An, & quid possit Episcopus in ordine ad mutationem conuentuum? pag. 180

IX. An, & quid possit Episcopus, & Capitulum sede vacante in ordine ad crimen hæresis? ibid.

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An Vicarius generalis Episcopi, vel Capituli sede vacante sit competens iudex hæreticorum? p. 182

3. An iurisdictio delegata generaliter Inquisitori deroget iurisdictioni Episcopi? p. 182

4. An Inquisitor, & Episcopus procedentes diuisim, teneantur ad inuicem sibi communicare processus? p. 183

5. An possit inquisitor sine ordinario, vel è contra tradere Reum carceri? pag. 184

6. An possit Inquisitor sine Ordinario, vel è contra, Reum tormentis subiicere, vel condemnare? ibid.

7. An possit inquisitor sine Episcopi consensu, vel eo absente, sine consensu Vicarij, Reum hæreticum beneficiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim obtentis priuare? ibid.

8. An possit inquisitor sine Episcopo, vel è contra, suspectum vehementer de hæresi cogere abiurare? p. 185

9. An possit inquisitor sine Episcopo, vel è contra, indicere hæretico pœnitenti abiurationem? ibid.

10. An si de facto inquisitor sine Episcopo, vel è contra, Reum ad abiurationem coëgerit, sic abiurans maneat subiectus pœnæ relapsi? ibid.

11. An possit inquisitor sine Ordinario, vel è contra, Reum absoluere? pag. 186

12. An possit inquisitor sine Episcopo, vel è contra, pœnitentiam ab inquisitore, & Episcopo simul impositam relaxare, vel mutare? p. 187

13. An, & quantum se extendat potestas inquisitoris, & Episcopi? ibid.

14. An inquisitor teneatur requirere Episcopum, & è contra, quotiescumque vnus sine altero non potest procedere? p. 190

X. An, & quid possit Episcopus in ordine ad crimen solicitationis pœnitentis in confessione, & quo ad quædam alia? p. 191

XI. An, & quid possit Episcopus in ordine ad crimen, quod Regularis exemptus committit in officio, quod habet ab ipso Episcopo? pag. 192

XII. An, & quid possit Episcopus, si Regularis sibi vsurpet iura Episcopalia? p. 194

XIII. An, & quid possit Episcopus, si Regularis abutatur suis priuilegiis? pag. 195

XIV. An, & quid possit Episcopus in Regularem, præter casus exceptos, in aliis casibus propter extensionem rationis? p. 196

XV. An, & quid possit Episcopus in Regularem in ordine ad examen, & alia, quæ exerceri solent in iudicio exteriori? p 198

XVI. An, si Regularis aliquis declaretur incorrigibilis, possit Episcopus loci inquirere, an iustè vel iniustè electus sit? p. 201

XVII. An, si quis alleget exemptionem, possit Episcopus cognoscere, an sua sit iurisdictio? p. 202

XVIII. An, & quid possit Episcopus in ordine ad Confessiones? p. 203

Sect. 1. Quisnam possit esse minister Sacramenti Confessionis? ibid.

2. An, vt Sacerdos possit absoluere, præter potestatem Ordinis, requiratur potestas iurisdictionis? p. 204

3. An sacerdos ex se potestatem iurisdictionis habeat ad absoluendum? ibidem.

4. A quonam iurisdictio detur? p. 206

5. Quotuplex sit iurisdictio in Pœnitentiæ foro? p. 207

6. Quantamnam facultatem absoluendi Regulares habeant, tam à peccatis, quàm à censuris, & pœnis Ecclesiasticis? ibid.

7. An

7. An Regulares possint absoluere quoscumque, etiam peregrinos, & etiam à peccatis reseruatis cum censura, & illos in Paschate communicare? pag. 209
8. An Regulares possint absoluere Regulares alterius ordinis? ibid.
9. An Prælati Ordinum, & ipsorum Vicarij, quin & alij Religionis sacerdotes possint absoluere subditos eiusdem Religionis? Vbi etiam, an possint absoluere à censuris extra Sacramentum Pœnitentiæ? p. 210
10. An Regulares possint absoluere sic amplè, etiam post mortem Papæ priuilegium concedentis? Vbi etiam quid dicendum de quolibet alio delegato ad Confessiones audiendas. p. 211
11. An, & quando, vt sacerdos possit absoluere, requiratur Episcopi per examen approbatio? Vbi etiam, quando nam approbatio possit ab Episcopo denegari, vel limitatè concedi, vel semel concessa reuocari? pag. 213
12. An approbatus ab vno Ordinario possit vbiuis terrarum Confessiones audire sine noua approbatione Ordinarij loci illius, vbi de nouo Confessiones audire vult? p. 218
13. An approbatus ab vno Ordinario (idemque dico per æquiparantiam de obtinente beneficium Curatum, vt Parochiam, Abbatiam, Presbyteratum, &c. curam animarum annexam habens, ex reg. iur. & qua per gloss. in l. si quis seruum Cod. de furtis, & in cap. si postquam, ver. mente, de elect. in 6. & per Bartolum in l. in tantum, §. penult. de seru. corrupt. & docent contra nonnullos Doctores communiter, quos citat, & sequitur Diana part. 1. tract. 11. resol. 8.) possit alibi Confessiones audire, saltem per Parochi, vel alterius Curati delegationem, electionem ex Iubileo, priuilegio Bullæ Cruciatæ, &c. vt saltem in his casibus non indigeat noua approbatione Episcopi loci illius, vbi sic Confessiones audit? ibid.
14. Difficultates, earumque solutiones, contra ea, quæ supra sectionibus tribus præcedentibus, præcipuè sect. 11. dicebatur. p. 219
15. An, qui est approbatus, hoc ipso iurisdictionem recipiat? p. 223
16. Cuiusnam Episcopi, eiusne, qui est Ordinarius sacerdotis, an ordinarius Pœnitentis, approbatio requiratur? ibid.
17. Dubitationis principalis in principio positæ Resolutio. p. 224
XIX. An, & quid possit Episcopus in ordine ad dispensationem legis, votorum, iuramentorum, pœnarum, & similium? p. 226
XX. An, & quid possit Metropolitanus in suffraganeos? p. 228
Sectio 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. An Metropolitanus, seu Archiepiscopus factus Episcopus vti possit pallio? pag. 230
XXI. An legatus natus possit exercere iurisdictionem in Regulares exemptos? p. 231
XXII. An, & quid aliud possit Episcopus in Regulares, etiam in Moniales? ibidem.

CAPVT DECIMVMQVINTVM.

De facultate Ecclesiasticæ Potestatis in seipsam.

DVBIT. I. AN, & quid possit Potestas Ecclesiastica in se ipsam? p. 235
II. Vnde nam nascatur obligatio in legislatore? p. 236
III. Quantanam sit talis obligatio in legislatore. p. 238
IV. An, si legislator sine iusta causa, in lege propria, secum, vel etiam cum aliis dispenset, peccet mortaliter? p. 239
V. Quantanam sit obligatio in legislatore supremo in ordine ad leges ab inferiori

Digitized by Google

Index Capitum,

inferiori latas, ſi ſit in loco, vbi illæ habent vigorem? p.24

Dvbit. VI. Quidnam poſſit poteſtas Eccleſiaſtica in ſeipſam, ſecundùm vim punitiuam? ſeu in ordine ad pœnam? ibid.

XII. Quidnam poſſit Poteſtas Eccleſiaſtica in ſeipſam ſecundum iuriſdictionem voluntariam? p.244

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. Aduertenda. p.247

VIII. Quænam, & quotuplex ſit iuſta cauſa diſpenſandi, præcipuè in votis, iuramentis, & votis iuratis? p.250

CAPVT DECIMVMSEXTVM.

De Immunitate Eccleſiarum.

Dvbit. I. AN, & quomodo violetur Immunitas Eccleſiaſtica per Rei extractionem ab Eccleſia? p.251

II. An, & de quo iure Immunitas Eccleſiam introducta ſit? ibid.

III. An Immunitas Eccleſiarum latè interpretanda ſit? p.253

IV. An Gregorij XIV. Conſtitutio vbique locorum locum habeat? ibidem.

V. An, quando ius Canonicum, & ius Ciuile non ſunt concordantia, interpretatio circa materiam Eccleſiarum facienda ſit ſecundum ius Ciuile, vel ſecundum ius Canonicum? ibid.

VI. An Immunitas Eccleſiarum conſuetudine aliqua diminui poſſit? pag.254

VII. An omnes conſuetudines ante Tridentinum, & Gregorij XIV. Conſtitutionem aduerſus Immunitatem Eccleſiarum introductæ, ſublatæ modo ſint? p.256

VIII. An Gregorij XIV. Conſtitutio deroget non ſolum omnes conſuetudines ante introductas, ſed etiam ius commune? p.258

IX. An, & quid veniat nomine Eccleſiæ, quæ gaudeat priuilegio immunitatis? p.259

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An priuilegio immunitatis gaudeat Eccleſia non perfectè conſtructa? pag.260

3. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia polluta, etſi nondum reconciliata? ibid.

4. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia interdicta? p.261

5. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia diruta? ibid.

6. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia ſolum quoad ambitum internum? ibid.

7. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia quoad loca adhærentia? p.263

8. An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia quoad confines? p.264

9. An eodem priuilegio gaudeat Cœmeterium? p.266

10. An eodem priuilegio gaudeat Hoſpitale, vel quid ſimile? ibid.

11. An eodem priuilegio gaudeat domus Religioſorum? p.267

12. An eodem priuilegio gaudeant oratorium? ibid.

13. An eodem priuilegio gaudeat domus Clericorum in communi viuentium? p.268

14. An eodem priuilegio gaudeat Palatium Epiſcopi? ibid.

15. An eodem priuilegio gaudeant Palatia Cardinalium? p.271

16 An eodem priuilegio gaudeat Tabernaculum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ? p.272

17. An eodem priuilegio gaudeant ſtatuæ Principis? Vbi etiam de eius Palatio? p.274

& Dubitationum.

DVBIT. X. An, & quisnam veniat nomine confugientis ad Ecclesiam, ita vt illius immunitate gaudeat? ibid.

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An Ecclesiæ immunitate gaudeat suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ? ibid.

3. An gaudeat excommunicatus? p.275

4. An gaudeat hæreticus? Vbi etiam agitur de gentili. p.276

5 An gaudeat bannitus, & condemnatus ob delictum? p.279

6. An gaudeat captus, & fugiens à carcere, vel exilio? ibid.

7. An gaudeat, qui ex manibus ministrorum Iustitiæ se recipit ad Ecclesiam & quid si è manibus eorum ereptus fuerit ab aliis: vel si cum satellite se receperit ad Ecclesiam? p. 280

8. An gaudeat condemnatus ad mortem, si similiter, cum ad supplicium ducitur, ex manibus ministrorum iustitiæ se recipit ad Ecclesiam? p. 281

9. An gaudeat condemnatus ad triremes, si similiter ex his se recipit ad Ecclesiam? ibid.

10. An gaudeat quis, si præstito iuramento de redeundo in carcerem, se recipiat ad Ecclesiam? p.282

11. An gaudeat clericus comparatiuè ad Iudices seculares? p.283

12. An clericus, qui non subditur iurisdictioni Iudicum secularium, sed Ecclesiasticorum, gaudeat comparatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, non quidem in casibus exceptis (in quibus certum est, quod non gaudeat, quia nullibi reperitur hoc speciale priuilegium, & pro eis personali quoque per degradationem immunitate exuuntur, vti docent ex communi Suarez lib. 3. de relig. c. 10. num. 7. Farinac. de carcerib. quæst. 28. num. 8. & in append. de immunit. Ecclesiast. num. 35. Barbosa tom. 2. de iur. Eccles. cap. 3. num. 45. vers. & multò magis, & Curtell. de immun. Eccl. lib. 1. quæst. 20. num. 11. & quæst. 23. num. 25. contra Bernardum Diaz pract. cap. 123. in fin.) sed in casibus non exceptis? ibid.

Difficultates, earumque solutiones. p.285

13. An gaudeat seruus comparatiuè ad Dominum? p.287

14 An gaudeat clericus saltem in casu, tam comparatiuè ad Iudicem secularem, quàm Ecclesiasticum. p.288

15. An gaudeat Religiosus in ordine ad Prælatum Religionis? ibid.

XI. An, & quid dicendum sit in causis ciuilibus? p.290

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An, & quid dicendum de debitore? p.291

3. An dicendum, quod debeat debitor laborare, vel seruiens creditori satisfacere? ibid.

4. An, & quid dicendum de debitore suspecto de fuga? ibid.

5. An, & quid dicendum de debitore tributorum? p.292

6. An, & quid dicendum de decocto fraudulenter. p.293

XII. An, & quid dicendum sit in causis criminalibus? p.294

XIII. An immunitate priuetur publicus latro? p.295

XIV. An priuetur simplex fur? p.296

XV. An priuetur personas captiuans, & componens? ibid.

XVI. An priuetur nocturnus depopulator agrorum? ibid.

XVII. An priuetur diurnus depopulator agrorum? p.297

XVIII. An priuetur viarum grassator? ibid.

XIX. An priuetur, qui occidit, vel mutilat in Ecclesia, vel Cœmeterio? pag.298

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. An priuetur, qui vulnerat in Ecclesia? p. 300

3. An priuetur, qui cum armis confugit ad Ecclesiam. p.301

4. An priuetur, qui mutilat, vel occidit in Ecclesia quomodocumque. pag. 302

5. An

Index Capitum,

5. An priuetur, qui in Eccleſia exiſtens ſagitta occidit exiſtentem extra Eccleſiam? p. 303
6. An priuetur, qui occidit prope Eccleſiam, vel exiens ab Eccleſia, vel exiſtens in ſacriſtia, atrio, tecto, Monaſterio, palatio, vel ſcalis Eccleſiæ, &c. p. 304
7. An priuetur, qui exiſtens extra Eccleſiam ſagitta occidit exiſtentem in Eccleſia? p. 306
8. An priuetur, qui mandat aliquem mutilari, vel occidi in Eccleſia? ibid.
9. An priuetur, qui vi, vel fraude extrahit aliquem ex Eccleſia, & extractum illum occidit extra Eccleſiam? p. 307
10. An priuetur immunitate debita pro aliis delictis, qui mutilat, vel occidit in Eccleſia? ibid.

DVBIT. XX. An immunitate priuetur, qui proditorie occidit proximum ſuum? p. 308

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.
2. An priuetur, qui occidit aliquem veneno? ibid.
3. An priuetur, qui occidit inimicum promiſſione facta de non offendendo? Vbi etiam de amico reconciliato. p. 310
4. An priuetur, qui occidit proditorie infidelem? ibid.
5. An priuetur, qui occidit per induſtriam inimicum, etiam incautum? p. 311
6. An priuetur, qui occidit inimicum in duello? ibid.
7. An priuetur, qui occidit per induſtriam, ſed non per inſidias, proximum, quamuis non inimicum? p. 312
8. An priuetur, qui per inſidias deducit aliquem, vt ab alio occidatur, & is de facto occiditur? p. 313
9. An priuetur, qui vulnerat proditorie animo occidendi, ſed mors inde non ſequitur? ibid.
10. An priuetur, qui proditorie alapam viro nobili impingit, vel fuſtibus illum percutit? p. 314

XXI. An immunitate priuetur Aſſaſinus? p. 315

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.
2. An priuetur, qui pecunia conductus occidit infidelem? p. 317
3. An priuetur, qui pecunia conductus occidit inimicum mandantis, & ſuum ſimul? ibid.
4. An priuetur, qui pecunia conducitur ad vulnerandum tantum? pag. 318
5. An priuetur, qui ſub promiſſione pecuniæ mandat aliquem occidi? p. 319
6. An priuetur, qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſinum? ibidem.
7. An priuetur teſtis, qui pecunia conductus falſum deponit, vnde accuſatus ad mortem damnatus fuit? Vbi etiam de Iudice damnante ibidem.

XXII. An immunitate priuetur hæreticus? Vbi etiam de hæreſis ſuſpecto pag. 320

XXIII. An immunitate priuetur, qui committit crimen læſæ maieſtatis humanæ? p. 322

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.
2. Difficultates, earumque ſolutiones. p. 326
3. An immunitate priuetur, qui delinquit in perſonam Principis ſuperiorem recognoſcentis? p. 327
4. An priuetur, qui delinquit in ſtatum Principis ſupremi, in vxorem, conſanguineos, vel officiales eius? ibid.
5. An priuetur rebellis, vel qui offendit ſtatuas, vel imagines dicatas Principi, vel quid aliud ſimile facit contra Principem? Vbi etiam de ſciente, & non reuelante. p. 328

DVBIT.

& Dubitationum.

Dvb. XXIV. An excipiantur ab Eccleſiæ immunitate aliæ cauſæ criminales, præter ſupra dictas, ſaltem grauiores? p.329

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. Difficultas prima, eiuſque ſolutio. p.330

3. Difficultas ſecunda, eiuſque ſolutio. p.331

4. Difficultas tertia, eiuſque ſolutio. p.333

5. Difficultas quarta, eiuſque ſolutio. ibid.

6. An immunitate priuetur raptor virginis,& adulter? 334

7. An immunitate priuetur ſodomita? 335

8. An priuetur, qui furatur in Eccleſia, & ſacrilegus? p.336

9. An priuetur blaſphemus, & ſuperſtitioſus? p.337

10. An priuetur ſimoniacus? p.338

11. An priuetur deflorans monialem? ibid.

12. An priuetur periurus, & falſus teſtis? ibid.

13. An priuetur,qui infert ſtrigia in Eccleſias? p.339

14. An immunitate priuetur parricida? ibid.

15. An priuetur incendiarius? ibid.

16. An priuetur apoſtata à Religione? p.340

17. An priuetur exul, vel capitaliter bannitus? ibid.

18. An immunitate priuetur cudens falſam monetam, vel bonam tondens? p.342

19. An immunitate priuetur Regia tributa, vel fiſcum fraudans, aut Reipublicæ pecunias in ſuos vſus conuertens? Vbi etiam de obſtricto ad reddendum ratiocinia ratione tutelæ,vel officij Regij. ibid.

20. An immunitate priuetur Iudex, vel alius miniſter extrahens ab Eccleſia confugientem ad illam? 343

21. An priuetur occidens clericum,vel Regularem vel etiam Epiſcopum. ibid.

22. An priuetur immmunitate quoad crimina non excepta, delinquens in crimine excepto? p.344

23. An immunitate priuetur, qui vulnerat, vel etiam occidit ſacerdoti peccata ſua actu confitentem, vel actu quocumque aliud ſacramentum ſumentem? ibid.

XXV. An poſſit Reus è loco ſacro extrahi inuitus? p.345

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An, & quid dicendum,ſi egreſſus fuerit,neceſſitate ductus? ibid.

3. An, & quid dicendum, ſi extractus fuerit per vim? p.346

4. An, & quid dicendum, ſi egreſſus fuerit per metum? ibid.

5. An, & quid dicendum, ſi voluntariè egreſſus fuerit rogatus, vel blanditiis, vel doloſis verbis inductus? ibid.

XXVI. An poſſit Reus è loco extrahi contra voluntatem Eccleſiæ? p.348

XXVII. An poſſit Reus in Eccleſia incarcerari, vinculis alligari, vel alio modo vexari? Vbi etiam quid interim fieri poſſit, donec examinatur cauſa, ib.

XXVIII. An poſſit Iudex laicus immittere ſatellites, vel milites in locum immunem, vt ob metum Reus inde diſcedat,& capi poſſit? p.350

XXIX. An poſſit Reus in Eccleſia victu, & veſtitu, & reliquis vitæ neceſſariis impediri? Vbi etiam,an ad Eccleſiam cuſtodia apponi poſſit? ibid.

XXX. An poſſit Reus in Eccleſia bonis ſuis, & iuſtè poſſeſſis, quæ ſecum ad Eccleſiam tranſtulit, ſpoliari? Vbi etiam de bonis aliis, & an poſſit his per Iudicem laicum ſpoliari? p.352

XXXI. An poſſit Reus in Eccleſia exiſtens ad pœnam aliquam corporalem damnari? Vbi etiam, an poſſit ſaltem ad aliquam aliam,& per quem. p.353

XXXII. An Iudici tentanti extrahere Reum è loco ſacro reſiſtere poſſit quis. p.355

XXXIII. An debeat Reus è loco ſacro extractus ante omnia reſtitui Eccleſiæ. Vbi etiam an extrahentes immunitate priuentur. p.356

XXXIV. An,ſi Reus extractus Eccleſiæ non reſtituatur,omnia acta ſint nulla. Vbi etiam,quinam alij effectus inde ſequantur. p.360

XXXV. An,& quam culpam,& pœnam incurrat indebitè Reum extrahens è loco ſacro,& quis, p.361

Index Capitum,

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates, earumque solutiones. p. 364
Dvb. XXXVI. An ad dictas pœnas, & præcipuè Gregorij XIV. excommunicationem, incurrendas requiratur extractio Rei è loco sacro secuta, vel sufficiat solum attentata? Vbi etiam an sufficiat quæcumque scientia? p. 365
Dvb. XXXVII. An ad easdem pœnas, & præcipuè Gregorij XIV. excommunicationem incurrendas, sufficiat, quod remota extractione, Iudex laicus iubeat Reum occidi in Ecclesia, & ministri ibi eum occidant? p. 366
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
Prima probatio. p. 367
Secunda probatio. ibid.
Tertia probatio. ibid.
Quarta probatio. p. 368
Quinta probatio. ibid.
2. Difficultates in oppositum, earumque, solutiones. ibid.
XXXVIII. An à censura tali, casu quod contracta fuerit, possit solum absoluere Pontifex, vel etiam possit Ordinarius, & sic de illius facultate quilibet Confessor? p. 369
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates in oppositum, earumque, solutiones. ibid.
Dvb. XXXIX. An Reus laicus ad locum sacrum confugiens Iudici seculari puniendus aliquando tradi possit, & debeat, & qua ratione? Vbi etiam quid dicendum de Episcopo, si extrahendi licentiam indebitè concedat? p. 370
XL. Quonam modo Reus in casibus exceptis Curiæ seculari tradi debeat? p. 372
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. An possit Iudex laicus confugientem ad Ecclesiam in casibus exceptis ex illa extrahere sine licentia Episcopi? p. 373
3. An, & quid dicendum de iure communi? p. 375
XLI. Ad quemnam Iudicem spectet cognoscere, vtrum casus sit exceptus, nec ne? p. 376
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates in oppositum, earumque solutiones. p. 377
3. An cognoscere locum, vtrum sit sacer ad gaudendum immunitate, spectet ad Iudicem Ecclesiasticum tantum? p. 378
XLII. Qualiternam Episcopus cognoscere debeat, delictum esse exceptum, vt possit Reum tradere, remittere, seu consignare Curiæ sæculari? p. 379
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
Prima probatio. p. 380
Secunda probatio. ibid.
Tertia probatio. ibid.
Sect. 2. Responsio ad fundamentum oppositum. ibid.
3. Altera difficultas, eiusque solutio. p. 381
XLIII. An Iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione stare processui facto à Iudice laico, vt possit Reum remittere Curiæ seculari? p. 382
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates in oppositum, earumque solutiones. p. 383
XLIX. An Iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione citare Reum, vt possit illum remittere Curiæ seculari? p. 384
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates in oppositum, earumque solutiones. p. 385
3. An testes examinati in processu informatiuo sint postea repetendi, & quomodo? p. 386
XLV. Qualiternam Iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione procedere? p. 386
XLVI. An in dubio, quod delictum sit exceptum, possit Iudex Ecclesiasticus iudicare, quod Reus non gaudeat, sed priuetur immunitate? p. 387
XLVII. Ad quemnam Iudicem spectet cognitio, si captus à satellitibus, affirmet se captum fuisse in loco sacro, illi autem negent. ibid.

XLVIII.

Digitized by Google

& Dubitationum.

XLVIII. An Reus ad locum ſacrum confugiens, in caſibus non exceptis, expelli inde poſſit, & debeat? p. 388
XLIX. An, ſi laicus delinquat in loco ſacro, poſſit Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere de delicto, & delinquentem ſecularem punire? ibid

CAPVT DECIMVMSEPTIMVM.

De bonis Eccleſiaſticis non alienandis.

DVBIT. I. AN, & quomodo violetur Immunitas Eccleſiaſtica per alienationem bonorum Eccleſiaſticorum? p. 389
II. Quænam bona dicantur immobilia, & mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, vt proinde ſine ſolemnitate iuris alienari non poſſint? p. 394
Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.
2. An, & quid dicendum de re, quæ valorem 25. aureorum non attingit, vel quæ non durat triennio, nec fructificat? p. 396
3. An, & quid dicendum de pecunia, quæ in capſa, & domo teſtatoris reperitur? Vbi etiam quid dicendum, ſi ad immobilia, vel pretioſa mobilia emenda deſtinata fuerit; vel in banchis, montibus, aut cẽſibus reperta? ib.
4. An, & quid dicendum de grege ouium, vel de armento boum, & ſimilibus? p. 401
5. An, & quid dicendum de arboribus? ibid.
III. Quænam alienatio prohibeatur. ibid.
IV. An, & quid dicendum ſit, ſi Prælatus in ordinatione ſui ſummo Pontifici iurauerit, ſe bona Eccleſiæ non alienaturum? p. 403
Sect. 1. Difficultatis Reſolutio. p. 404
V. An poſsit Prælatus ſuæ Eccleſiæ præiudicare? Vbi etiam de Prælato Religionis, & de Religioſo. p. 406
VI. An poſſit Prælatus legatum, vel hæreditatem Eccleſiæ ſuæ delatam non acceptare? p. 408
VII. An ſi relictum ſit legatum rei immobilis monaſterio incapaci retinendi rem immobilem, poſsit Prælatus monaſterij in proprios, & quotidianos vſus monaſterij ſine ſolemnitate iuris talem rem legatam alienare? p. 411
VIII. An poſſint Regulares, inconſulto ſummo Pontifice, fundare cenſum, vel accipere pecuniam ad cambium, vel ad mutuum, cum ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emergentis? p. 412
IX. An, & quomodo ſit licita Eccleſiæ rerum alienatio? ibid.
Suppoſitum primum. ibid.
Suppoſitum ſecundum. 415
Difficultatis Reſolutio. ibid.
X. An in alienatione rei relictæ loco pio capaci, vel Eccleſiæ capaci cum ea clauſula, vt quotieſcumque Eccleſia voluerit eam alienare, vel in proprios vſus conuertere, poſſit id etiam non ſeruatis iuris ſolemnitatibus facere, ſeruandæ ſint conditiones, ſeu ſolemnitates iuris? p. 419
XI. An, ſi è contra res relicta ſit Eccleſiæ cum ea clauſula, ſeu conditione, vt numquam alienetur, poſsit adhuc, exiſtente tamen iuſta cauſa, & ſeruatis iuris ſolemnitatibus alienari? Vbi etiam, quandonam incurratur pœna caducitatis? p. 420
XII. An ſeruandæ ſint iuris ſolemnitates in ceſsione iuris, vel actionis? Vbi etiam quid dicendum in tranſactione rerum, quæ poſsidentur ab Eccleſia, & in remiſsione pœnæ caducitatis? ibid.
XIII. An ſeruandæ ſint iuris ſolemnitates in permutatione rerum Eccleſiaſticarum, quæ fit inter ipſas Eccleſias? Vbi etiam quid dicendum in vnione Eccleſiarum, & in diſmembratione fructuum? p. 422
XIV. An ſeruandæ ſint iuris ſolemnitates in alienatione iuris patronatus, ſepulchri, & ſimilium? p. 424
XV. An ſeruãdæ ſint iuris ſolẽnitates in conceſsione feudi, vel emphyteuſis p. 425

Digitized by Google

Index Capitum,

Dvbit. XVI. An, & quando feudum, vel emphyteusis Ecclesiastica censeatur concessa in perpetuum, etiam vt tranleat ad hæredes extraneos? p.427

XVII. An seruandæ sint iuris solemnitates in alienatione materialis Ecclesiæ, Oratorij, vel alicuius alterius rei similis? p.428

XVIII. An cum facultate alienandi res Ecclesiasticas à Sede Apostolica obtenta possit à Regularibus in monasterio, vel Conuentu vel horto inseruiente monasterio ex pecunia ipsis relicta pro Missa perpetua dicenda fundari census? p.429

XIX. An seruandæ sint iuris solemnitates in Ecclesiæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ concessione per precarium, vel ad beneplacitum? p.430

XX. An alienatio rei Ecclesiasticæ facta sine iusta causa, valida sit in foro externo, vel conscientiæ? p.431

XXI. An saltem alienatio rei Ecclesiasticæ facta cum iusta causa, sed sine debita iuris solemnitate, valida sit in foro externo, vel conscientiæ? p.432

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. Corollaria. p.433

XXII. An Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. recepta sit in omnibus locis? Vbi etiam de pœnis; & an locum habeat in clericis Regularibus Theatinis? pag.434

XXIII. An in locis, vbi Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. recepta est, possint bona Ecclesiæ immobilia, vel mobilia pretiosa licitè in aliquo casu sine solemnitatibus iuris alienari. p.438

XXIV. An in locis, vbi extrauagans Ambitiosæ Pauli II. recepta est, possint fructus beneficiorum licitè in omni casu sine solennitatibus iuris vltra triennium, quin ad vitam, vendi, vel locari? p.440

XXV. An possit sine solemnitatibus iuris alienari patrimonium ad cuius titulum quis ordinatus est? p.441

XXVI. An Cardinalis subiiciatur pœnis statutis contra præsumentes alienare bona Ecclesiastica. ibid.

XXVII. An saltem possit summus Pontifex bona Ecclesiæ, etiam immobilia, & mobilia pretiosa sine causa alienare. p.442

XXVIII. Quandonam censeatur iusta, & rationabilis, seu sufficiens causa, vt Pontifex res Ecclesiæ possit alienare. p.443

XXIX. An summus Pontifex peccet contra iuramentum, si alienet bona Cameræ, & sedis Apostolicæ. p.445

XXX. An summus Pontifex peccet contra iuramentum alienando bona Cameræ, & Sedis Apostolicæ, licet alienet illicitè, alienet etiam inualidè? Vbi traditur regula, quandonam actus contra iuramentum factus sit validus, & quando non. ibid.

XXXI. Quamnam censuram incurrat Commissarius, seu delegatus à sede Apostolica, si facultatem concedat alienandi in detrimentũ Ecclesiæ. p.449

XXXII. Quamnam censuram incurrat, qui procurat alienationem, vel alienationis decretum à Commissario, seu delegato sedis Apostolicæ in detrimentum Ecclesiæ? p.450

XXXIII. Quamnam censuram incurrat, qui suadet summo Pontifici, vt alienet, vel infeudet ciuitates, & loca Cameræ, & sedis Apostolicæ? p.450

CAPVT DECIMVMOCTAVVM.

De bonis Ecclesiasticis non locandis.

Dvbit. I. AN, & quomodo violetur Immunitas Ecclesiastica per locationem bonorum Ecclesiasticorum. p.451

II. An, si quis bona Ecclesiæ locet ad sex, vel nouem annos, clausula adiecta, quod sint tot locationes, quot sunt triennia, ita vt transacto primo triennio pro tunc rem de nouo locet, valida sit locatio vltra triennium, tamquam non pugnans cum extrauagante Ambitiosæ. p.452

III. An,

& Dubitationum.

III. An, si quis, facta locatione pro triennio, ante illud finitum locationem renouet, valida sit contractus renouatio, p.453
Dvbit. IV. An, si quis Ecclesiæ rem, quæ binis, vel ternis annis solet fructificare, validè illam vltra triennium locet? p.454
V. An, si quis Ecclesiæ rem, quæ singulis annis fructificat, vltra triennium locet, valida sit locatio, saltem citra triennium, & si sit inualida, qua parte excedit triennium? ibid.
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Difficultates, earumque solutiones. p.456
VI. An, si quis Ecclesiæ, quæ singulis annis fructificat, vltra triennium locet, cum iuramento de non contraueniendo, firmetur locatio iuramento, ita vt ipsi non liceat ab ea recedere? p.456
VII. An valeat mandatum ad locandum vltra triennium? p.457
VIII. An possit Prælatus sua Constitutione particulari triennium per Extrauag. Ambitiosæ concessum ad locandum coarctare? p.457
IX. Ad quænam bona Ecclesiastica prohibitio locationis vltra triennium extendatur. ibid.
X. An etiam extendatur ad fructus, quorum beneficiarius dominium habet? ib.

CAPVT DECIMVMNONVM.

De Clausura Monialium, & prohibito ingressu intra Claustra Monasteriorum, tam mulierum, quam virorum.

Dvbit. I. AN, & qualiter Clausura Monialium præcipiatur obseruari? p.458
II. An, & de quo iure Monialibus clausura præcipiatur obseruari? p.459
III. An, & qualiter Monialibus iure positiuo potuerit præcipi strictior clausura, quam ea, ad quam ex vi suæ professionis, aut Regulæ tenebantur? p.460
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Corollaria. ibid.
IV. An, & qui sint limites, intra quos clausura Monialium contineatur, quosque Moniales prætergrediendo, clausuram violent? p.466
V. Quænam Moniales clausuræ astringantur? pag.467
VI. Ad quemnam spectet, astringere Moniales ad clausuram? p.469
VII. Ad quemnam spectet dare licentiam egressus è clausura, & causam egressus approbare. p.470
VIII. An dare licentiam egressus è clausura, & causam egressus approbare, spectare possit etiam ad Vicarium. p.472
Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.
2. Corollaria. p.473
IX. An ad licentiam Moniali dandam, quod possit egredi è clausura, requiratur causa grauis? p.474
X. An hic epidemiæ nomine veniat morbus contagiosus grauis quicumque, vel solum morbus contagiosus pestiferus, seu pestis propriè dicta? p.475
XI. An Moniali præter tres, epidemiæ, lepræ, & incendij causas expressas concedi possit egressus è clausura propter alias causas similes, vel vrgentiores. p.476
XII. An Moniali concedi possit egressus è clausura propter morbum Gallicum S-Lazari, ignis S. Antonij, vel similem alium morbum contagiosum? p.478
XIII. An Moniali concedi possit egressus propter belli, præsertim ab hæreticis, vel infidelibus imminentis, timorem? p.478
XIV. An Moniali concedi possit egressus, vt fit Abbatissa alterius Monasterij? Vbi etiam de aliis casibus. p.478
XV. An Moniali concedi possit egressus, vt visitet Monasteria sibi subiecta? Vbi etiam, An vt recipiat iuramentum fidelitatis à domino temporali? p.480

Digitized by Google

Index Capitum,

Dvbit. XVI. An Moniali concedi posit egressus, vt petat eleemosynas necessarias Monasterio? p. 481

XVII. An Moniali concedi posit egressus ob morbum quantumuis periculosum, si contagiosus non est? Vbi etiam de aliis vrgentiis. p. 482

XVIII. An Moniali concedi posit egressus, si adeo incorrigibilis sit, vt in nullo Monasterio eius correctio speretur? p. 483

XIX. An Moniali cõcedi posit egressus, vt ad strictius Monasteriũ transeat? 484

XX. An Monialis ad tempus legitimè egressa teneatur statim redire? p. 485

XXI. An Moniali, si necessitas exeundi manifesta sit, & Superior tunc pro licontra petenda adiri non possit, liceat, eo inconsulto, egredi? ibid.

XXII. An, & quæ pœnæ Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus infligantur? p. 486.

XXIII. An dictæ pœnæ eo ipso ante omnem Iudicis sententiam, etiam criminis declaratoriam, in foro conscientiæ contrahantur? ibid.

Sect. 1. Dubitationis Resolutio. ibid.

2. Difficultates, earumque solutiones, p. 489

3. Aduertenda. p. 492

4. An Reus captus possit licitè fugere. p. 494

XXIV. An, & quid nomine dignitatum, administrationum, & officiorum (quibus Motus Pij V. incipiens, *Decori & honestati*, Moniales absque legitima licentia egredientes, ac facultatem egrediendi concedentes priuat) intelligatur? p. 495

XXV. An, & quando Moniales egredientes è clausura pœnas incurrant? p. 498

XXVI. An pœnas incurrant Episcopi, Religiosi, & quicunque alij in dignitate constituti? ibid.

XXVII. An, & quando pœnas incurrant Monialem illicitè egressam comitantes, vel recipientes. p. 499

XXVIII. An, & quis possit in isto casu absoluere ab excommunicatione? p. 500

XXIX. An, & quis possit in isto casu dispensare à priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa? p. 501

XXX. An, & quis, & sub quibus pœnis prohibeatur ingredi Monasterium Monialium? p. 502

XXXI. An, & quid veniat nomine Monasterij Monialium? p. 504

XXXII. An, & quis possit concedere licentiam ingrediendi Monasteria Monialium. ibidem

XXXIII. An possit concedere licentiam ingrediendi Prælatus Regularis Conuentualis. p. 505

XXXIV. An possit concedere licentiam ingrediendi Abbatissa. p. 507

XXXV. An possit ingredi sine licentia alterius in casibus necessariis, qui potest aliis in iis casibus licentiam concedere. ibid.

XXXVI. An licentia ingrediendi requiratur, quod sit specialis? Vbi etiam, an iam concessa intelligatur pro vna vice tantum. p. 508

XXXVII. An requiratur, quod licentia sit in scriptis? p. 510

XXXVIII. An licentia ad concedendam ingrediendi facultatem, requiratur, quod sit etiam in scriptis? p. 513

XXXIX. An, vt licentia ingrediendi sit legitima, requiratur, quod ingrediendi causa sit iusta, & manifesta? ibid.

XL. An ingressus causa sit iusta in medicis, fabris, musicis, & similibus? p. 514

XLI. An ingressus causa sit iusta in Confessariis, aliisque Sacramenta ministrantibus, vel exorcizantibus? p. 515

XLII. An ingressus causa sit iusta in superioribus visitantibus? p. 517

XLIII. An ingressus causa sit iusta in expellentibus malefactorem, qui Monasterium ingressus est, & egredi recusat? p. 518

XLIV. An ingressus causa sit iusta in Monasterij œconomo ad quærenda instrumenta in Archiuio intra clausuram existenti. ibid.

XLV. An ingressus causa sit iusta in baiulis Monasterio necessaria intromittentibus. p. 519

XLVI. An ingressus causa sit iusta in puellis, vt honestè in Monasterio Monialium

Digitized by Google

Monialium educentur?. ibid.

Dvb. XLVII. An ingreſſus cauſa ſit iuſta in puellis ob alios fines? Vbi etiam de aliis fœminis. p. 520

XLVIII. An ingreſſus cauſa ſit iuſta in famulis ſecularibus, vt culinæ, & aliis Monaſterij inferioribus officiis inſeruiant? p. 521

XLIX. An ingreſſus cauſa ſit iuſta in nobilibus fœminis, quæ prætextu alicuius muneris neceſſarij in Monaſterio exercendi ingrediuntur, cum nihil, aut parum ingreſſæ facturæ ſint, nec tale miniſterium ſit earum ſtatui conſonum? p. 522

Dvbit. L. An ingreſſus cauſa ſit iuſta in Superiore, qui electioni Abbatiſſæ præſit, & Monialium vota ſuſcipiat? p. 523

Dvbit. LI. An ingreſſus cauſa ſit iuſta in Epiſcopo, vt alicui Confirmationis Sacramentum adminiſtret? Vbi etiam de ingreſſu pro benedictione, vel conſecratione Monialis, vel pro alia cauſa ſimili. ibid.

LII. An ingrediens Monialium Monaſterium ex legitima licentia, teneatur, finito negotio, ſtatim egredi? Vbi etiam de requiſitis ad licentiam ingreſſus. p. 524

LIII. An tranſgrediens clauſuram modico ingreſſu, vel egreſſu, peccet, & cenſuras incurrat? p. 525

LIV. An, & quas cenſuras pœnaſque incurrat ingrediens Monaſterium Monialium extra caſus permiſſos? ibid.

LV. An contrahat ingrediens Monialium Monaſterium ex licentia quidem Superioris in ſcriptis obtenta, non tamen iuſtè (id eſt, in caſu neceſſario vt petit Tridentinum) conceſſa Trident. excommunicationem non reſeruatam? p. 528

LVI. An contrahat Tridentini excommunicationem, non reſeruatam, ingrediens ſine licentia Superioris, ſed animo habitum regularem aſſumendi, & profitendi? p. 529

LVII. An contrahat Motus Gregorij XIII. *Vbi gratia* excommunicationem reſeruatam contra ingredientes Monaſteria Monialium virtute facultatum vſque tunc conceſſarum decretam, ingrediens virtute licentiæ ab Epiſcopo ante dictum Motum Gregorij XIII. conceſſæ? ibid.

LVIII. An contrahat eiuſdem Motus Gregorij XIII. pœnas, ingrediens ſolum virtute facultatis alicuius ſibi conceſſæ, vel etiam ingrediens abſque vlla prorſus facultate, ſeu licentia? ibid.

LIX. An contrahat pœnas dicti Motus Gregorij XIII. quilibet ingrediens virtute prædictarum facultatum quomodocumque culpabiliter, vel ſolum culpabiliter ex ſcientia? Vbi etiã de ingredi faciẽte, vel permittente? p. 532

Sect. 1. Dubitationis Reſolutio. ibid.

2. An hæc eadem ſcientia, audacia, & præſumptio requiratur etiam in ingredi faciente, vel permittente virtute dictarum facultatum, vt ipſe ſimiliter contrahat pœnas ſupradictas? p. 534

LX. An excommunicatio in dicto Motu Gregorij XIII. lata in facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, ſit Pontifici reſeruata, ſicuti eſt reſeruata, quæ in eodem Motu fertur contra ingredientes virtute prædictarum facultatum? Vbi etiam de aliis pœnis. p. 539

LXI. An, & quæ perſonæ facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, contrahant excommunicationem, & cæteras pœnas dicti Motus Gregorij XIII. ibid.

LXII. An, & quid veniat nomine Conuentuum, quos facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, punit Motus Gregorij XIII. p. 540

LXIII. An, & quid veniat in dicto Motu Gregorij. XIII. per ly *facere, vel permittere ingredi virtute facultatum?* p. 541

LXIV. An veniat in dicto Motu Gregorij XIII. per ly *quempiam facere, vel permittere ingredi virtute facultatum* mas tantum, vel etiam fœmina? ibid.

LXV. An, & quis contrahat pœnam excommunicationis Pontifici reſeruatæ, & priuationis dignitatum beneficiorum, & officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterũ obtinenda in dicto Motu Gregorij XIII. impoſitam

Digitized by Google

Index Capitum & Dubitationum.

impoſitam iis, qui ex facultate Epiſcopi, vel Superiorum (quorum eſt illam concedere) abſque neceſſitate ingrediuntur, & Monialibus, quæ eos aliter admittere præſumunt? p.542

Dvbit. LXVI. An veniat nomine Monialium Abbatiſſa in pœnis Motus Gregorij XIII. iam ſupra dubit. præcedenti dictis? p.543

LXVII. An, & quid veniat nomine admiſſionis in Monaſteria virtute licentiarum, cui admiſſioni pœnæ Motus Gregorij XIII. in dubit. 64. dictæ imponuntur? p.544

LXVIII. An, & quis contrahat pœnas in Motu Gregorij XIII. (qui incipit: Dubiis quæ emergunt) Prælatis extra caſum neceſſitatis in Monialium Monaſteria ſibi ſubdita ingredientibus impoſitas? p.545

LXIX. An omnes pœnæ, huc vſque ſiue contra ingredientes, ſiue contra ingredi facientes relatæ, contrahantur, quando ingreſſus, vel admiſſionis delictum eſt omninò occultum, prodiit tamen in actum externum? Vbi etiam de eo, qui poteſt abſoluere & diſpenſare. p.547

LXX. An, non ſolum ingredi Monaſteria Monialium, ſed etiam ea ſine iuſta cauſa, & licentia ſuperioris, adire, vel frequentare ſit iure prohibitum? Vbi etiam de locutione, & ſcriptione ad Moniales. p.548

Sect. 1. Dubitationis reſolutio. ibid.

2. Aduertenda. 549

LXXI. An Monaſteria ſine iuſta cauſa, & licentia ſuperioris adire, vel frequentare ſit iure prohibitum ſub mortali? Et quid in ſpecie dicendum de Religioſis? p.552

LXXII. An etiam ingredi Monaſteria virorum ſit prohibitum mulieribus? pag. 554

LXXIII. An ſub hac prohibitione comprehendantur puellæ cuiuſcunque ætatis, & etiam mente captæ? p.554

LXXIV. An ſub eadem prohibitione comprehendantur etiam imperatrices, Reginæ, & ipſarum filiæ? p.555

LXXV. An ſub eadem prohibitione comprehendantur etiam mulieres Monaſteriorum virorum fundatrices? p.555

LXXVI. An ſub eadem prohibitione comprehendantur etiam mulieres, quæ nullius facultatis prætextu ingrediuntur? Vbi etiam de Religioſis mulieres ſic ingredientes admittentibus? p.556

LXXVII. An, & quid veniat nomine virorum Monaſterij, in quod fœminarum ingreſſus, & admiſſio prohibetur? p.557

LXXVIII. An in quibuſdam caſibus licitus ſit ingreſſus, & admiſſio fœminarum in Monaſteria virorum? p.560

LXXIX. An, & quas pœnas contrahant mulieres illicitè in virorum Monaſteria ingredientes? Vbi etiam de Religioſis illas ſic ingredientes admittentibus? p.563

LXXX. An in caſu noſtro pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, contrahantur abque vlla ſententia iudicis? p.564

LXXXI. An, & quis poſſit abſoluere à ſuſpenſione à diuinis, quam incurrunt Religioſi admittentes fœminas illicitè in Monaſteria virorum ingredientes? pag. 564

LXXXII. An, & quis poſſit abſoluere à ſuſpenſione in diuinis, & cæteris cenſuris, etiamſi deductæ ſint in forum contentioſum? p.564

DE

Digitized by Google

DE IMMVNITATE ET IVRISDICTIONE ECCLESIASTICA,

Pars Secunda.

CAPVT NONVM.

De facultate Laicæ potestatis in Ecclesiasticos?

DVBITATIO I.

An, & quid possit Laica potestas in Ecclesiasticos?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas nihil potest per leges ciuiles, quæ ledunt Ecclesiasticam libertatem, in ordine ad Ecclesiasticos.*

2 *Laica Potestas potest aliquid secundum vim directiuam per leges ciuiles, quæ non dedeceant Ecclesiasticorum statum, & sint communes Ecclesiasticis, ac laicis, & conuenientes rectæ gubernationi Reipublicæ. Vide, quæ sint hæ leges diffusè.*

3 *Ecclesiastici neque de iure Diuino, neque humano eximuntur à legibus ciuilibus, quatenus non repugnent Ecclesiasticæ libertati, & sacris Canonibus.*

4 *Ecclesiastici in Republica, seu Communitate degentes sunt etiam Ciues, & membra Reipublicæ, seu Communitatis.*

5 *Pars suo vniuerso non congruens turpis est.*

6 *Sententia Chrysostomi in Apostoli axiomate (omnis anima potestatibus sublimioribus subdita est) in medium affertur.*

7 *Episcopi in temporalibus Regibus, & Reges Episcopis in spiritualibus subditi esse debent.*

8 *Romanus Episcopus non modo Summus est Princeps Ecclesiasticus, cui omnes Christiani diuino iure subiiciuntur; sed est quoque in suis Prouinciis Princeps temporalis, quo fit vt nullâ supra se potestatem in terris habeat.*

9 *Ecclesiastici extrahentes à Regno extrahi prohibita peccant mortaliter, etiâsi non extrahãt in magna quantitate, contra Nauar. & alios.*

10 *In sententia Palai debet extrahi notabilis quãtitas putà centum aureorum, quæ sit apta ledere Rempublicam; aliàs non peccatur mortaliter ab Ecclesiasticis.*

11 *Ecclesiastici vendentes frumentum, & vinum supra pretium à Principe taxatum, peccant mortaliter contra Nauarrum, & alios.*

12 *Ecclesiastici non seruantes leges Principis secularis pretia censuum taxantes peccãt mortal.*

13 *Ecclesiastici subsunt communibus Principum secularium legibus, quæ ad rectam Reipublicæ gubernationẽ, & quietẽ pertinẽt, & Sacr. Canonibus, & Ecclesiasticorũ statui nõ repugnãt.*

14 *Leges Principum secularium, quamuis Ecclesiæ fauorabiles disponentes de personis, vel etiam de bonis Ecclesiasticis præcipiendo, vel prohibendo speciatim, reprobantur.*

15 *Legem ferre est actus iurisdictionis, quæ iurisdictionis vsurpatio repugnat Ecclesiasticæ immunitati.*

16 *Leges Imperatoriæ* in Cod. de sacros. Eccles. & Auth. eod. tit. *disponentes speciatim de Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis, sunt nullæ, tanquam editæ à non habente iurisdictionem, secus vbi sunt approbatæ à iure canonico.*

17 *Leges Imperatoriæ, seu Principum secularium disponentes de bonis patrimonialibus, seu propriis Ecclesiasticorum, sunt nullæ.*

18 *Lex, vel potestas ciuilis, non potest aliquid disponere de bonis Ecclesiasticorum, quia bona adhærent personis, quæ sunt immunes à laica potestate.*

Digitized by Google

19 *Lex non fertur sine iurisdictione*

20 *Limita in casu, quo bona Ecclesiasticorum reali onere fuerint obligata, priusquam ad eos, seu ad Ecclesiam transirent.*

21 *Limita in casu, quo dicta bona data fuerint vt subiaceant secutari iurisdictioni.*

22 *Limita nisi dispositio ciuilis de bonis, quin etiã vel personis ipsis Ecclesiasticis sit nõ praeceptiua, vel prohibitiua, sed solũ permissiua, & priuilegiatiua.*

23 *Ecclesiastici secundum vim coactiuam, punitiuam, seu coercitiuam legibus Principum secularium nullo pacto subdumtur.*

24 *Valde indecens est vt status inferior iudicet, & punat superiorem.*

25 *Sacerdotes aliique Clerici digniores statu sunt, quam laici*

26 *Ecclesiastici quoad Personas, habent plenissimum fori priuilegium, vt coram Iudice seculari conueniri, iudicari aut puniri, nullo modo possint.*

27 *Recensentur nonnulli Imperatores, qui in fauorem libertatis Ecclesiasticorum decreuerunt, eos priuilegiando. vide qui sint.*

28 *Iustinianus Imperator libertatem Ecclesiasticam non parum minuere coepit, & eur.*

29 *Constitutio Iustiniani contra libertatem Ecclesiasticã correcta fuit ab Imperatore Friderico III.*

30 *Necessitas quandoque licita facit, quod per leges non est licitum.*

31 *Necessitas publici vel priuati commodi aeternas nequaquam tribuit magistratui laico iurisdictionem in Ecclesiasticas Personas; sed solum tribuit ius defensionis quam naturale dictamen cuilibet permittit.*

32 *Ecclesiastici violantes leges ciuiles Principum secularium non possunt a Potestate seculari puniri, sed querela delata ad Iudicem Ecclesiasticum, ad ipsum spectat condigna pœna eos punire vel taxata à Principe laico, vel alia mitiori.*

33 *Leges confirmantes actus ciuiles, quæ pœnales non sunt sed certam formam actus præscribunt, ex iuris canonici approbatione comprehendunt Ecclesiasticos.*

34 *Leges infirmantes actus ciuiles si pœnales sint v.g. in pœnam commissi criminis, non comprehendunt Ecclesiasticos.*

35 *Limita nisi bona fuerint cõmissa, seu addicta, vel obligata fisco propter delictũ commissum, priusquam persona fieret Ecclesiastica; quia tunc iam fiscus in ea ius acquisiuit.*

1 RESPONDETVR, nihil potest per leges ciuiles, quę lędant libertatẽ Ecclesiasticam, quales sunt illę, quæ solum Ecclesiasticos, & eorum bona respicerent: constat enim huiusmodi legibus, vtpotè iniustis Ecclesiasticos non ligari, sicuti dicebã *supra cap. 8. dubit. 2. & lib. de Parlamentis Dub. 4. sect. 15. & seqq. Dubit. 27. & 30.* & patet *ex c. quamquã, de censib. in 6. c. Ecclesia cap. quæ in Ecclesiarum, de constitut. cap. nouerit de sentent. excommunic. cap. vlt. de immunit. Eccles. in 6. cap. diligenti, & cap. significasti, de foro compet.* & tradit Tridentinum Concilium *sess. 25. c. 20. de reformat.*

2 Potest autem aliquid secundùm vim solũ directiuã, per leges ciuiles, quæ non dedeceant Ecclesiticorũ statum, & sint communes Ecclesiasticis, ac laicis, & conuenientes rectæ gubernationi Reipublicæ, seu cõmunitatis; quales sunt quę prohibent, arma noctu deferri, merces extrahi; item quæ taxãt pretium rerum, vel imponunt formam ædificandi testandi, contrahendi, &c. ab huiusmodi enim legibus Ecclesiasticos non eximi, dicebam *locis supra cit.* & docent contra Nauarrum *consil. 3. de constitut. concl. num. 4.* Genuensem *in pract. Archiepiscop. cap. 74. per totum* & Mattam *de iurisdict. par. 4. casu 5.* communiter Doctores Canonistæ *in cap. Ecclesia de constitut. & cap. 1. de nou operis nunciatione*, Legistæ *in l. cunctos populos, Cod. de Sum. Trinit.* Summistæ *ver. lex*, Angelus *num. 5.* Silu *qu. 15.* Sà *num. 11.* Victoria *relect. 1. de potest. Eccles. qu. vlt. prop. 4.* Sot. *de iust. lib. 1. q. 6. art. 7.* Medina *1. 2. q. 96. art. 5. dub. vlt.* Nauar. sibi contrarius *in cap. 23. num. 88.* Mol. *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 31. concl. 6.* Suar. *de legib. cap. 34. num. 6. & lib. 4. defens. fidei cap. 16.* Ledesma *to. 2. tract. 8. cap. 32. difficult. 4.* Peyrinus *de priuileg. Minim. to. 1. Constit. tol. 2. §. 33. num. 151.* Salgadus *to. 1. par 1. cap. 5. num. 64. prælud. 2.* Cuttellius *de immunit. Eccles. libr. 1. quæst. 8. nu. 2.* Arauxus *in 1. 2. q. 97. di p. 3. sect. 5. differ. 4. num. 9. fol. 683.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. in prælegom. num. 30.* Salonius *to. 2. in 2. 2. q. 77. ar. 1. controuers. 10.* Couar. *in pract. cap. 33.* Vasquez *1. 2. disp. 167. cap. 4.* Sayr. *in Claui Reg. par. 1. lib. 3. cap. 4. num. 16.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1. & tom. 2. lib. 9. cap. 7. q. 8. & 9.* Adamus Tannerus *in disputat. de legib. & priuileg. assert. 45.* Salas *de legibus disputat. 14. sect. 8. num. 94.* Salzedus *in pract. canon. cap. 55.* Lorca *in 1. 2. to. 2. tract. de legib. disp. 25 membr. 4.* Bellarmin. *lib. 1. de clericis cap. 28.* Diana *par. 1. tract. 10 resol. 12.* & complures alij, quos *loco dicto* citabam: sumitur ex *c. 1. c. quoniam, c. de capitulis, dist. 10. c. cum ad verum dist. 96. & cit. cap. de noui operis nunciatione*; & probatur ratione quia Ecclesiastici neque de iure diuino, neque humano eximuntur à legibus, quatenus hæ cũ libertate Ecclesiastica nõ repugnant; seu quatenus cũ canonibus, & cum cleticorũ statu pugnantiã nõ habẽt, sed solùm ad Reipublicę rectã gubernationẽ, & quietem pertinent. Confirmatur quia Ecclesiastici in Republ. seu cõmunitate degentes sunt etiam ciues, & membra Reipub. seu Communitatis, ergo par est, eos etiam, quæ ad communem Reipubl. seu Cõmunitatis gubernationem necessaria sunt, præstare; quia turpis est pars suo vniuerso nõ congruens, teste S. Augustino *1. Confess. cap. 8.* tum quia qui sentit commodũ, sentire etiam debet incommodũ, siue onus, iuxta *regul. 55. in 6.* & sic, cùm Ecclesiastici communibus Reipubl. commodis, ac priuilegiis fruãtur, debent etiam ipsi communem cum aliis obligationem, quæ ipsorum statui, libertati, ac canonicis priuilegiis non repugnat, subire. 3 4 5

Quapropter apud Barbosam *axiom. 12. num. 4.* Chrysostomus locum illum Apostoli, *omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, ita commẽtatur: *Quasi dicat*, inquit, *etiamsi Apostolus sis, etiamsi Euãgelista, etiamsi Propheta, sine tandem quisquis fueris, neque tamen potestatem subuerteris illa subiectio.* Et paulò post: *Facit hoc Apostolus, vt ostẽdat, Christum leges suas non ad hoc induxisse, vt Politias euertat, sed vt ad melius instruat, ostendens, quod ista omnibus imperentur, & monachis, & sacerdotibus, non solũ secularibus.* Et prius dixerat: *Omnibus hæc præcipi, sacerdotibus, & monachis non autem iis solis, qui huius vitæ negotiis occupantur.* Idem quoque fatetur Responsio ad Apologiam contra Bellarminum sub nomine Romuli quæ communi consensu eidem Cardinali tribuitur, *fol. 114.* ibi: *Episcopi in temporalibus, Regibus, & Reges Episcopis in spiritualibus subiecti esse debent, vt copiosè disputant Gelasius I. in Epistola ad Anastasium, & Nicolaus ad Michaëlem Imperatorem*: quoniam 6

Digitized by Google

8 *niam verò Romanus Episcopus, non modò summus est Princeps Ecclesiasticus, cui omnes Christiani diuino iure subiiciuntur; sed etiam quoque in suis prouinciis Princeps temporalis, neque vllum in temporalibus Superiorem agnoscit, exinde fit, vt ipse nullam supra se potestatem in terris habeat.* Ita Romulus, seu Bellarminus, qui & *in cit. libro 1. de clericis cap. 28.* disertè ait, quod non sint exempti clerici vllo modo ab obligatione legum ciuilium, quæ non repugnant sacris Canonibus, vel officio clericali quoad Deum & in diuinis.

9 Hinc sequitur, quod Ecclesiastici (quidquid dixerint in contrarium Nauar. Genuensis, & Martha locis supra cit.) peccent mortaliter, sicuti & laici, si prohibita extrahi extrahant è Regno: quod intellige, etiamsi extrahant nō in magna quātitate; quia in tali casu debet expectari, quale damnū sequatur Regno, vel ciuitati, vno, vel altero cōtraueniente, sed quale sequatur, si multi extrahant, & communiter fiat; alioquin frustraretur finis legis; cùm nemo vt plurimum de dictis rebus extrahi prohibitis tantā quantitatem extrahat, vt inde Regno, vel ciuitati magnū damnū sequatur; ita Sanch. *lib. 1. mor. c. 4. n. 8.* & alij; quamuis contrarium non improba-
10 biliter sentiat Paulus *to. 1. tract. 2. disp. 2. punct. 7. n. 6.* quatenus ibi ait, quod in dicto casu non peccetur mortaliter, nisi quando ex rerum dictarū extractione, Regno vel ciuitati magnum damnum sequatur, magnum autē damnum sequi arbitratur, si extrahatur quantitas, quæ centum aureos circiter, vel merces huius valoris, vel arma decem militum importet; secus, si sit minoris valoris quantitas; nisi forsan Regnum, vel ciuitas ab hostibus, vel à simili alia calamitate repetiatur oppressa.

11 Sequitur secundò, quod Ecclesiastici (quidquid etiam dixerint in contrarium Nauar Genuensis, & Martha *locis supra dictis*) peccent quoque mortaliter, & ad restitutionem teneātur, si vendant frumētum, vel vinum, &c. mēsuris falsis, vel pretiū à Principe taxatū; quia tunc cōtra iustitiā agunt, idemque
12 dicas de similibus casibus, vt si non seruent leges Principis secularis pretia censuū taxātes, vt in specie notauit Auendagnus *tract. de censib. c. 32. n. 10.* Lassarte *de decima vēdit. c. 10. n. 3.* Mexia *in pragm. taxe panis concl. 5. n. 37.* Salas *de empt. & vendit dub. 9. n. 2.* Arauxo. *in 1. 2. S. Th. q. 97. disp. 3. sect. 3. diffic. 1. fol. 645. & sect. 5. diffi. 4 fol. 68.*; & Curtellius *de libert. Ecclesiæ lib. 2. quæstio. 77.*

13 Subduntur itaque ex dictis Ecclesiastici cōmunibus Principum secularium legibus, quæ ad rectā Reipubl. gubernationē & quietem pertinent, & sacris Canonibus, & Ecclesiasticorum statui non repugnant, secundùm vim tamen directiuam.

14 Dixi, *communibus Principum secularū legibus*, id est, quæ propter commune bonum ad totam communitatē feruntur; quia non recipiuntur, sed reprobā tur eæ Principū secularium leges, quæ quamuis Ecclesiæ fauorabiles esse videātur, de personis, vel etiam de bonis Ecclesiasticis præcipiendo, vel prohibendo, speciatim disponunt, *c. 1. dist. 96. & c. 1. ecclesia de constitut.* & meritò; quia huiusmodi legibus prætenditur directa Principū secularū super Ecclesia-
15 sticas personas, & res iurisdictio (siquidē legē ferre actus est iurisdictionis) quæ iurisdictionis vsurpatio repugnat Ecclesiasticę immunitati quapropter inde maius Ecclesię præiudiciū infertur, quàm cōmodū afferatur, cit. c. Ecclesia, & tradūt Angelus *ver. lex. n. 5.* Suar. *cit. cap. 34. num 13. & cit. cap. 16. num. 7.*

16 Hinc sequitur, quod leges Imperatoriæ *in Codice sacros. Eccles. & Auth. eodem tit.* quæ speciatim dispo-

nunt de Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, nullæ sint (tanquam à non habente iurisdictionem editę) nisi à Canonico iure receptæ, & approbatæ reperiantur, Abb. *in dicto cap. Ecclesia, num. 10. & in cap. præsentia de probat. num. 18.*

Sequitur secundò, quod idem dicendum sit de 17
legibus, quæ speciatim disponunt de bonis Ecclesiasticorum patrimonialibus, seu propriis, Alb. *in cit. cap. Ecclesia, num. 21.* & Suar. *cit. cap. 16. num. 12.* 18
quia non potest lex, vel potestas ciuilis aliquid disponere de bonis Ecclesiasticorum, nisi ob ligando eos ad eiusdem legis obseruationem (cùm bona adhæreant personæ; & sic lex disponens circa bona, debeat à persona obseruari) sed lex, vel potestas ciuilis non potest speciatim obligare personas Ecclesiasticorum, ergo nec de illorum bonis speciatim disponere, præsertim onus aliquod imponendo. Vel sic: lex non fertur sine iurisdictione; 19
sed nemo habet iurisdictionē, seu potestatē disponēdi de bonis alicuius, nisi etiā iurisdictionē habeat super personam: ergo cùm laicus iurisdictionem habeat super personas Ecclesiasticas, sequitur, quod neque habeat iurisdictionem, seu de illorum bonis disponendi facultatem.

Excipe, nisi bona Ecclesiasticorum, quin & ipsarum Ecclesiarum, reali onere fuerint obligata, 20
priusquam ad Ecclesiasticos, vel ad Ecclesias transirent, Abb. *cit. cap. Ecclesia, numer. 23.* & meritò; quia *res transit cum onere suo*, cap. ex literis, de pignoribus.

Excipe secundò, nisi cum tali pacto, & cōditione, 21
vt scilicet secularium iurisdictioni, vel alicui exactioni subiaceant, data fuerint, *arg. cap. verum, de cōdit. appositis*, iuxta illud: *Quilibet est rei suæ moderator, & arbiter.*

Excipe tertiò, nisi dispositio ciuilis de bonis, 22
quin etiam de personis ipsis Ecclesiasticis sit non præceptiua, vel prohibitiua, sed solum permissiua, & priuilegiatiua, vt si statuto caueatur quod Ecclesiastici primogeniti ad feuda, vel maioratus admittantur; quia tunc statutum valebit. Abb. *loco supra cit. num. 16* Ratio; quia dare priuilegium non est signum superioritatis, cùm dari possit etiam non subdito.

Dixi secundò, *legibus Principum secularium*, in quorum scilicet regnis, vel prouinciis Ecclesiastici degunt, quia licet supra citati Canones loquantur solùm de legibus Imperatorum Romanorum; tamen idem ob easdem rationes dicendum est de legibus aliorum Principum secularium, in quorum locis Ecclesiastici habitant, quod scilicet & horum Principum secularium communes, & iustas leges Ecclesiastici obseruare teneantur idque confirmat consuetudo, scientibus, & approbantibus Ecclesiasticis Prælatis, introducta.

Dixi tertiò, secundùm vim solum directiuam; 23
quia secundùm vim coactiuam, punitiuam, seu coërcitiuam Ecclesiastici legibus Principum secularium nullo pacto subduntur; cùm saltem quoad hanc sint extra eorum iurisdictionem, vti dicebam *libro de Parlament. Dubitat. 4. per totam*, & patebit ex iis, quæ dicam *infra sect. 2. & seq.* Et probatur; quia hæc quam maximè pugnat cum statu Ecclesiasticorum, tum quia valde indecens est, vt statu inferior iudicet, & puniat 24
Superiorem, sed Sacerdotes, alijque clerici di- 25
gniore, & altiore statu sunt quam laici *cap duo sunt, dist. quæstio. 6.* ergo indecens est, atque in contumeliam ordinis clericalis cedit, si à laicis iudicentur, condemnentur, vel puniantur, &c. quam

Digitized by Google

rationem affert Leo Primus *Epist. 96. ad Episcop. & Presbyt. Thessaliæ*, & Gregorius VII. *lib. 7. & lib. 8. epist. 21.* relatus *in cap. 9. d. 96.* & Concilium Matisconense II. *cap. 9.* tum quia quod Ecclesiastici, quod personas, habeant plenissimum fori privilegium, vt coram Iudice seculari conueniri, iudicari, aut puniri nullo modo possint, constat ex multis decretis Conciliorum, & Pontificum, quæ Gratianus *causa 11. quæstio. 1.* Item constat ex Concilio Matisconensi II. *cap. 10* & ex *lib. 2. decretal. tit. de iudiciis, cap. at si clerici, cap. clerici, cap. qualiter, & quando, & cap. cum non ab homine, & ex tit. de foro compet. cap. 2. c. si diligenti, cap. significasti.* Eamdemque exemptionem Imperatores Christiani agnouerunt, & decreuerunt: Constantinus Imperator apud Russinum *lib. 1. histor. cap. 2.* vbi habetur: *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi: vos verò non potestis ab hominibus iudicari*: quod dictum Constantini etiam Gregorius Papa refert *in epist. ad Mauritium Imperatorem, & lib. 16. Codic. Theodosiani lib. 7. de Episcopis, & clericis*: decreuit quoque idem Constantinus, *vt clerici minimè ad Curias reuocentur, sed immunitate plenissima potiantur.* Quod & postea decreuit etiam Constantinus Imperator *lib. 12. sequent. eod. tit.* eamque immunitatem clericorum à Iuliano Apostata impiè violatam, integrè reuocarunt Theodosius, & Valentinianus Imperatores, sicuti videre est *eod. tit. Codicis Theodosiani, lib. 45. 46. 47. vbi manifestè indicant*, immunitatem Ecclesiasticorum adeo omni iure diuino, & humano firmatam esse, vt sine tyrannide, & sacrilegio à Principe laico violari minimè possit.

26 27

28 Quamuis postea Iustinianus Imperator Ecclesiasticam immunitatem non parum minuere cœperit, *Nouel. 83. collat. 6. tit. 12.* vbi decernit, quod clerici, saltem in ciuilibus criminibus, vt furto, homicidio, &c. coram seculari Iudice conueniri possint, & si reos illos esse appareat, prius ab Episcopo spolientur sacerdotali dignitate; & ita laico Iudici subdantur: quod propter temporum illorum iniuriam, postea etiam Matisconense Concilium I. *Can. 7.* permisit. Verùm & hæ, & aliæ multæ leges, quas Iustinianus Imperator, limites suæ potestatis excedens, de Ecclesiasticis causis, ac personis condidit (vt videre est, præ-

29 sertim *in Codic. de Episcopis & clericis*) nullius roboris, & momenti sunt: ipsaque constitutio illa, vt in ciuili crimine clerici ad secularem Iudicem trahantur, correcta fuit ab Imperatore Friderico II. *in Auth.* vbi sic ait: *Statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat contra constitutiones Imperiales, & Canonicas sanctiones: quod si actor fecerit, iure suo cadat, iudicatum non teneat, & Iudex ex tunc potestate iudicandi priuetur.* consentit *c. at si clerici, & cap. cum non ab homine de iudiciis.*

30 Nonnulli tamen Doctores excipiunt casum necessitatis: quod enim (inquiunt ipsi) per leges non est licitum, necessitas quandoque licitum facit, *cap. 4. extra de regul. iuris.* Quod quidem verum videtur; sed hic exactè considerandum est, quod necessitas publici, vel priuati incommodi

31 auertendi, nequaquam tribuat magistratui laico iurisdictionem in Ecclesiasticas personas; sed solum tribuit ius defensionis, quam naturale dictamen cuilibet permittit; quapropter, vt locum habeat, opus est, vt aliqua in aliquem Ecclesiasticæ personæ violentia antecesserit, vel saltem periculum proximum insit violentiæ, quam necesse sit laicos per seipsos, vel per laicos magistratus repellere, cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt melius *infra sect. 4.* dicetur.

Ex dictis sequitur, quod Ecclesiastici leges ci- 32
uiles Principum secularium violantes, non possint à potestate seculari puniri, sed querela ad proprium Iudicem delata, debeant ab isto Iudice contra ciuilem legem delinquentes puniri pœna condigna, vel eadem scilicet, quæ in laicos taxata est, vel alia arbitraria mitiori, Couarruuias *in pract. quæstio. cap. 33.* Vasquez *1. 2. disput. 176. cap. 4.* Suar. *de legibus lib. 3. cap. 34. numero 18. & lib. 4. defens. fidei, cap. 16. numero 20.* Rodriguez *tomo 1. quæst. Regular. quæst. 66. art. 2. reg. 8. & 9.* Salas *de legibus disp. 14. sect. 8. numero 104. & 110.* & Diana, qui sic etiam in legũ naturalium violatione obseruari testatur.

Sequitur secundò, quod (licet leges infirman- 33
tes, quæ pœnales non sunt, sed certam formam ædificandi, testandi, vel contrahendi, vt aliter actus irritus sit, præscribunt, Ecclesiasticos ex iuris Canonici approbatione comprehendant; nisi quoad id speciatim aliquid contrarium statutum esse reperiatur, sicuti rectè dixit Suarez *citato cap. 16. numero 24.*) tamen leges infirmantes testa- 34
mentum, contractum, vel reddentes personam inhabilem ad testandum, contrahendum in pœnam commissi criminis, illos non comprehendant; quia huiusmodi leges pœnales sunt, & vim continent coarctiuam, quæ ad Ecclesiasticos se extendere non potest, Nauar. ex communi sententia Doctorum *cons. 43. de constit. numero 5. edit. 2.* Suar. *loco supra cit. numero 21.* & nos dicemus *infra Dubit. seq.* Excipe, nisi bona fuerint commissa, seu 35
addicta, vel obligata fisco propter delictum commissum, priusquam persona fieret Ecclesiastica; quia tunc iam fiscus in ea ius acquisiuit.

DVBITATIO II.

An, & vnde nascatur in legibus (quæ sunt communes ciuibus, & sacris Canonibus, ac statui Ecclesiastico non repugnant) obligatio in ordine ad Ecclesiasticos?

SVMMARIVM

1 *Obligatio ex legibus ciuilibus in ordine ad Ecclesiasticos, non nascitur ex vi ipsarum legum, sed ex conformitate quam Ecclesiastici habere debent cum laicis, vt potè eiusdem Reipublicæ seu Communitatis partes; ita vt astringantur non directè, sed indirectè.*

2 *Principes licet legibus soluti sint, tenentur tamen ex quadam congruentia illas seruare, licet cogi non possint.*

3 *Nemo tenetur directè legibus eius, qui in ipsum non habet potestatem, & iurisdictionem.*

4 *Principes seculares legum ciuilium Auctores non habent iurisdictionem in Personas Ecclesiasticas.*

5 *Pontifices ob quãdam naturalem æquitatẽ, & bonum pacis iustas Principũ secularium cõmunes leges approbarunt, & ab Ecclesiasticis personis omnibus obseruãdas, præceperũt, maximè vbi canones deficerent.*

6 *Sicut*

Digitized by Google

6 *Sicut leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita, & ſacrorum ſtatuta Canonum, Principum Conſtitutionibus adiuuantur.*

7 *Eccleſiaſtici non habent obligationem obediendi legibus eius ciuilibus, quà leges ciuiles ſunt.*

8 *Sine poteſtate imperandi non poteſt eſſe obligatio obediendi.*

9 *Poteſtas laica non habet poteſtatem puniendi Eccleſiaſticos, ſi leges ipſius tranſgrediatur.*

10 *Poteſtas punitiua eſt ſemper coniuncta directiuæ.*

11 *Ratio naturalis dictat, quod Eccleſiaſtici leges ſeculares ſequantur ad hoc vt conformitatem ſeruent cum Perſonis ſecularibus eiuſdem Communitatis.*

12 *Eccleſiaſtici non obſeruãdo leges ciuiles Principum ſecularium, peccant ſolum venialiter, ſi ex ſit ſcandalum.*

13 *Eccleſiaſtici peccant mortaliter, ſicut & laici, data tamen grauitate, ſeu capacitate materiæ.*

14 *Eccleſiaſticus in ſententia Nauarri neque peccant venialiter, ſi non ſeruant leges ciuiles Principum ſecularium & curſed reprobatur.*

15 *Eccleſiaſtici, quod obligẽtur legibus ciuilibus Principum ſeculariũ, non quà tales ſunt, ſed quatenus à Põtifice approbãtur ad talem effectũ, negatur.*

16 *Legibus in contrarium adductus reſpondetur, & quomodo.*

17 *Eccleſiaſtici ſunt Ciues, & Partes ciuilis Reipublicæ, & ſic eſſe debent in temporalibus ſubiecti Gubernatori politico Reipublicæ, atque adeo Regi, ſeu Principi ſeculari.*

18 *Eccleſiaſtici non ſunt exempti à gubernatione politica Reipublicæ de iure Diuino, neque de iure humano.*

19 *Ius canonicum ſæpe præcipit leges ciuiles ſeruari, & ſic ab illarum obſeruatione non eximit Eccleſiaſticos.*

20 *Eccleſiaſtici exempti ſunt à laicorum iuriſdictione quoad vim punitiuam, & etiam quoad directiuam in rebus tamen ſpiritualibus, & quæ eorum Immunitatem concernunt, non item in temporalibus.*

21 *Eccleſiaſtici tenentur legibus communiter latis, ſi ipſi præiudicium non afferant.*

22 *Non eſt alienum à ratione naturali, neque Iuri Diuino, vel ſacris canonibus repugnat, ſi ſummi Pontifices alique Eccleſiæ Prælati conſentiant Eccleſiaſticos legibus ſecularium ſecundum vim directiuam obedire.*

23 *Ob dictas rationes non eſt improbabile, quod naſcatur in legibus ciuilibus in ordine ad Eccleſiaſticos obligatio etiam ex vi ipſarum legum in temporalibus quoad vim directiuam, non autem punitiuam.*

24 *Eccleſiaſticus quoad vim punitiuam etiam in temporalibus à legibus ciuilibus de iure canonico exempti ſunt.*

25 *Eccleſiaſticus ligari non poſſunt pœna per Iudicem ſecularem conſtituta.*

26 *Poteſtati præcipiendi coniuncta eſt poteſtas puniendi per ſe, ita tamen vt ex priuilegio poſſint ſeparari, & in diuerſis Perſonis exiſtere.*

27 *Eccleſiaſtici per ſe poſſunt ſi tranſgrediantur leges ciuiles, ſicut & laici puniri à Rege, ſeu Principe ſeculari, at ex priuilegio, & exẽptione illis ſiue à Chriſto, ſiue à Pontificibus conceſſa puniri non poſſunt ab alio, quam ab Eccleſiaſtica Poteſtate.*

28 *Eccleſiaſtica Poteſtas poteſt imponere eandem pœnam Eccleſiaſticis tranſgredientibus leges ciuiles, quæ impoſita eſt laicis; quamuis non teneatur, ſed poteſt ad libitum moderari.*

29 *Eccleſiaſtici poſſunt à Magiſtratu ſeculari coërceri, vel cogi in bonum commune, ſi Prælati Eccleſiaſtici non poſſint moneri, & periculi ſit in mora.*

30 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticã non poteſt præſcribi, & ſi exiſtat alibi, eſt potius corruptela, quam conſuetudo legitima.*

31 *Iudex ſecularis non poteſt Eccleſiaſticis arma tollere, neque eos cogere ad pecuniam ſoluendam pro reparatione damni illati, vel ſolutione vectigalium ſi ad hæc facienda cognitio cauſæ prærequiratur.*

32 *Eccleſiaſtici etiam ſi deberent aliquid pro communi bono Principis ſecularis ſeu Reipublicæ, conueniendi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico cum exemti ſint à poteſtate laicali quoad tribunalia.*

33 *Eccleſiaſtici ſine ſpeciali permiſſione ſummi Pontificis poteſtati laicali ſubeſſe non poſſunt.*

34 *Rebuffus defendit apud Gallos conſuetudinem eſſe ex permiſſione Pontificis conueniendi Eccleſiaſticos coram Iudice ſeculari; ſed videatur an ſit reuocata per Bullam Cœnæ, & Bullam Romani VIII.*

35 *Iudex ſecularis, non eſt improbabile, quod poſſit ab Eccleſiaſticis exigere pœnas de plano, & ſine controuerſia aliqua, & ſi ſoluere noluerint, poterit ab illis aliqua in pignus accepere pro ſolutione præſtanda.*

36 *Iudex laicus poteſt ab Eccleſiaſticis auferre arma, ſi hæc non tollantur in pœnam tranſgreſſionis legis; ſed potius ne Clerici procedant in violationem legis.*

37 *Arma ſublata ab Eccleſiaſticis per Iudices laicos non poſſunt fiſco applicari; ſed debent, vel in ſe ipſis, vel in valore ſeu pretio ſuo reſtitui Eccleſiaſticis, vel ipſorum Iudici, niſi hic eos condemnet in dictorum armorum priuatione.*

RESPONDETVR, ex probabiliori ſententia Doctorum non naſci ex vi ipſarum legum, ſed ex conformitate, quam habere debent cum laicis Eccleſiaſtici, vt pote eiuſdem Reipublicæ ſeu Communitatis partes: ita vt dictis legibus aſtringantur Eccleſiaſtici, non directè, ſed ſolum indirectè: ſicuti dicitur de Principibus, qui, cùm legibus ſoluti ſint tenentur tamen ex quadã congruitate illas ſeruare, licet cogi non poſſint, *l. digna vox, Cod. de legib. & conſtitut. lib.* 9. Sic dicebam *in loco ſupra cit. in principio ſectionis* 1. & tradunt ex communiori ſententia Doctorum Azor *par.* 1. *lib.* 5 *cap.* 12. *quæſt.* 3. *& par.* 2. *lib.* 9 *cap.* 7. *qu.* 8. & 15. Vigianus *de immunit. Eccleſ. diſputat.* 2. *concl.* 5. Villalob *in ſum. tom.* 1 *tract.* 2. *dubitat* 31 *numer.* 31. Portell. *de dubitat. Regular. ver lex, num.* 2. Filliuc. *to.* 1. *tractatu* 35 *cap.* 4. *numer.* 94. Fauſt. *in ſt. ecul. Conſeſſor. diſputat.* 6 *quæſt.* 44 Barboſa *in cap Eccleſia S. Mariæ numer* 4 *de conſtitut.* Peſantius *tractatu de immunit. Eccleſ. diſputat.* 4. Layman. *libr.* 1. *tractatu* 4. *cap.* 13. *numer.* 6. Diana *par.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 12. Vaſquez *cit cap.* 4. Suarez *cit cap.* 34. *numer.* 12. *& cit. cap.* 16. *numer.* 14. Salzedus *cit cap.* 55. Bellarminus *in Apolog. coram Regem Anglia*, & Tannerus *cit. aſſert.* 45. contra Loccam *in* 1. 2. *tom.* 2. *tractatu de legibus, diſputat.* 25. *membr.* 4. Sotum, Victoriam, Medinam, Salas, Curtellium, & complures alios, *vbi ſupra dubitat.* 1. Et probatur, quia nemo tenetur directè legibus eius, qui in ipſum non habet poteſtatem, & iuriſdictionem, ſicuti docet S. Thom. *in* 1. 2. 1

2

q.96.ar.5.& constat ex *l.fin.ff.de iurisd.omn:Iud.*sed Principes seculares legum ciuilium auctores non
4 habent iuri dictionem in personas Ecclesiasticas, sicuti decernitur *in cap.Ecclesia S.Maria , de constitut.in c.placuit*,16.q.7.*& in cap.seculares,de foro compet.in 6.*ergo probabilius dicitur, quod Ecclesiastici ciuilibus Principum secularium legibus non obligentur directè,id est,præcisè ex vi ipsarum legum,seu potestatis legislatricis ciuilis(cùm ab ipsa Ecclesiastici omni iure prorsus exempti sunt, iuxta Lateran.Concil.sub Leone X.*sess.9.* in Bulla, quæ incipit:*Supernæ dispositionis* , ibi:*Cùm à iure tam diuino,quàm humano laicis nulla potestas in Ecclesiasticas personas attributa sit.*Et iuxta *cit. cap.* Ecclesia de Constitut.ibi : *Quod laicis super Ecclesiasticis personis , & Ecclesiis nulla sit attributa facultas imperandi*) sed obligentur dictis ciuilibus legibus solum indirectè;quia sic naturalis æquitas postulat, sicuti dicebam; cùm alioquin communis pax inter ciues
5 difficile seruari posset ; quæ ratio mouit Pontifices,vt huiusmodi iustas Principum secularium cõmunes leges approbarent , & ab Ecclesiasticis personis omnibus obseruandas præciperent,quinimmò vellent secundùm eas,vbi Canones deficerent
6 Ecclesiasticos in foro Ecclesiastico iudicari,*cap.innotuit de arbitris,& cap.1.de noui operis nunciat.*ibi:*Sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita & sacrorum statuta Canonum , Principum Constitutionibus adiuuantur*;quod & notat gl ibid.ver. *adiuuantur* .Confirmatur ; quia potestas ciuilis non habet potestatem imperandi Ecclesiasticis, *cit.cap.Ecclesia S.Maria de Constitut. cap. decernimus de iudicijs , & cit.cap.seculares,de foro compet.in 6.*Ergo Ecclesiasti-
7 ci non habent obligationem obediendi legibus eius ciuilibus,quà leges ciuiles sunt. Consequen-
8 tia probatur ; quia sine potestate imperandi non potest esse obligatio obediendi. Confirmatur secundò ; quia potestas laica non habet potestatem
9 puniendi Ecclesiasticos , si leges ipsius transgrediantur.Ergo signum est , quod neque habeat potestatem directè eos obligandi.Consequentia pro-
10 batur;quia potestas punitiua est semper coniuncta directiuæ.Restat igitur, quod obligatio in legibus ciuilibus in ordine ad Ecclesiasticos solum nascatur ex conformitate , quam omnes partes Reipublicæ,seu Communitatis habere debent inter se, sicuti *in eo.loco* diffusiùs probabam;quia dictamen naturale dictat , quod Ecclesiastici leges seculares
11 sequantur ad hoc vt conformitatem , seu congruitatem seruent cum personis secularibus eiusdem communitatis , veluti membra eiusdem corporis, vti *suprà* cum August.3.*Confess.cap.*8.dicebam;præsertim quia alioquin difficilè seruaretur communis pax inter ciues,vti supra etiam dicebam.

Obiicies primò,si hoc esset, sequeretur , quod
12 Ecclesiastici non obseruando leges ciuiles Principum secularium,peccarent solum venialiter.

Respondetur,si absit scandalum,transeat totum: atque sic annuebam *suprà cit.cap.*8.*Dubit.* 2. & docent Salas *de legibus disp.*14.*sect.*10.*num.* 11. *in fin.* Caspensis *de legibus tom.*1.*tract.*13.*disp.*4.*sect.* 2.*numero* 15.Diana *resol.cit.* & Bonacina etiam *de legibus*
13 *disp.*1.*q.*1.*punct.*6.*num.*33.Quamuis,vt fatear , communis opinio Doctorum sit in contrarium , quod scilicet Ecclesiastici peccent mortaliter , sicut & laici,data tamen grauitate, seu capacitate materiæ. Excipio tamen cum Genuensi *in pract. Archiepisc. cap.*74.*per tot.*& Marta *de iurisdict.par.*4.*casu* 5.Nauarrum *consil.*3.*de Constitut.concl.*3.*num.*4.vbi tradit, quod Ecclesiastici non obseruando dictas leges ciuiles Principum secularium, neque etiam peccent venialiter:mouetur ex eo;quia illi nullo pacto te- 14
neantur talibus legibus, vt potè non fauorabilibus, sed potius odiosis præiudicialibus , si non de contractibus,sed de delictis loquantur. At minus rectè,vt patet saltem ex debito conformitatis,quam partes habere debent cum toto,sicuti *suprà* dicebatur.

Obiicies secundò,dici potest, quod Ecclesiastici obligentur legibus ciuilibus Principum secularium,non quà tales sunt,sed quatenus à Pontifice approbantur ad talem effectum ; & sic obligentur, non ex vi illas ferentium,sed ex vi confirmationis, iuxtà illud Synodi Romani , & Symmaci Papæ *in cap.benè quidem,dist.*96.& Regulæ Decreti 13. Cælestini Papæ ad Episcop.Galliarum,ibi : *quas utique suas fecerunt Apostolici Antistites ; cum probarunt* ; ità Curtellius *cit.q.*8.*num.*11.*& seqq.* & Suarez *de legibus lib.*3.*cap.*3.*& cap.*34.*num.* 13. & probat ex *cap.* 1.*de nouo operis nunciat.*vbi mandatur demoliri ædificium,quod post nunciationem factum erat,ex eo quia legalibus constitutionibus demoliri debet: item ex *cap.innotuit de arbitr.* vbi excommunicatio declaratur nulla , eo quod lata fuerit contra eum, qui secundùm leges ciuiles non tenebatur stare sententiæ latæ ab arbitris.Item ex *cap.* 1.*si in* adiutorium,& *cap.de capitulis , dist.* 10. vbi Pontifices promittunt facturi , quod leges ciuiles potestatis laicæ seruentur;Adde *cap.quoniam , eadem dist.* ibi *Et Pontifices pro cursu temporum alium erum Imperialibus legib. vtentur*;& c. *quis dubitet,dist.*54.vbi dicitur:*quis autem leges Principum,aut Patrum regulas aut admonitiones modernas dicat debere contemni, nisi qui impunitũ sibi existimat transire cõmissum?*ergo signum est,quod tales leges à Pontifice approbentur , quodque in causis definiendis assumantur. Et confirmatur ex auctoritate Decij in *cap.Ecclesia de constitut. num.*7. aliorumque complurium Doctorum,qui idem sentire videntur.

Respondetur,nego antecedens;quia ex cit.iuri- 15
bus potius colligitur , leges ciuiles Principum secularium obligare Ecclesiasticos ratione sui,quàm ex approbatione Pontificis;quandoquidem ibi sic
16 deciduntur casus,ea solum ratione , quia dictis legibus aduersabantur : ergo supponebat Pontifex, tales leges ex se vim habere.Quod si dicas,vim habere ex antecedenti approbatione Pontificis.Respondetur,gratis id dici , cùm nulla approbatio Põtificis ostendi possit, quæ sit constitutiua obligationis , & obligationem non supponat. Accedit, quoad si leges ciuiles ex se non habent vim obligandi,sed solum quatenus approbantur à Pontifice,sequeretur , quod cùm approbatio Pontificis sit generalis,censeri deberent approbatæ simpliciter, scilicet nõ solum quoad vim directiuam,sed etiam quoad vim punitiuã ; præsertim cùm ex hac approbatione nullum speciale inconueniens sequitur: non enim ex hoc sequeretur, potestatem laicam habere iurisdictionem puniendi Ecclesiasticos;cùm non puniret ratione sui , sed quatenus per potestatem Ecclesiasticam talis punitio approbaretur. At hoc non concedunt aduersarij:ergo signum est quod leges ciuiles Principum secularium habeant vim obligandi aliunde , quàm ex approbatione Pontificis. Et ad confirmationem ex auctoritate Decij,& aliorum complurium Doctorum Respondetur,quod nihil vrgeat in contrarium ; siquidem hi omnes solum dicunt , ciuiles leges Principum secularium approbari à Pontifice:at nullus eorum dicit,secluſa hac approbatione, vim obligandi eas

non

Digitized by Google

non habere;quinimmò potius ſupponunt,ideo eſſe approbatas;quia verè leges erant,& approbatione dignæ.

17 Obiicies tertiò,dici poteſt,dictas leges per ſe,& directè Eccleſiaſticos obligare. Sic Lorca *in* 1.2.*to.* 2.*tract.de legib.diſp.*25.*membr.*4. Arauxus etiam *in* 1.2.*q.*7.*diſp.*3.*ſect.*5.*diffic.*4.*fol.* 683. & alij plures ex iis,quos citabam *ſuprà dubit.*1.*num.*2. Et probatur; quia Eccleſiaſtici ſunt ciues,& partes ciuilis Reipub.& ſic eſſe debent in temporalibus ſubiecti gubernatori politico Reipublicæ, atque adeò Regi, ſeu Principi ſeculari,vtpotè capiti Reipublicæ: ſiquidē gubernator politicus, ſeu qui iuriſdictionē, temporalem habet in Republica,non eſt Pontifex, ſed Rex,ſeu Princeps ſecularis:quapropter poterit hic imponere eis leges,quæ tam eorum ſtatui, quā Reipublicæ conuenientes ſint: tum quia Eccleſiaſtici non ſunt exempti à gubernatione politica Reipublicæ de iure diuino, neque de iure humano: ergo dicendum eſt,quod eius legibus directè, 18 ſicuti & laici,ſubdantur,ſi illæ reſpiciant communem gubernationem Reipublicæ.Patet conſequētia;patet etiam & antecedens; quia ex iure diuino potius conſtat oppoſitum, ex illo ad Roman. 13. *num.*1.*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt.*Quæ verba Chryſoſtomus *homil.* 23. *ad Roman.* extendit etiam ad Eccleſiaſticos; ait enim ibi: *Etiamſi Apoſtolus ſis,Euāgeliſta,Propheta,ſine quiſquis tandem fueris: non enim ſubuertit pietatem iſta ſubiectio.* Et paulò ſuperiùs dixerat, Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe,vt politicas euerteret, ſed vt melius inſtitueret. Item ex Iure Canonico potiùs etiam conſtat oppoſitum; quia tale ius has 19 leges ſæpè præcipit obſeruandas; & ſic ab illarum obſeruatione non eximit Eccleſiaſticos. Conſequenter,cùm dicitur,quod Eccleſiaſtici ſint exempti 20 à laicorum iuriſdictione, intelligendum eſt, quoad vim punitiuam,& etiam quoad directiuam, in rebus tamen ſpiritualibus, & quæ eorum immunitatem concernunt;non item in tēporalibus.

Accedit,certum eſſe, quod Eccleſiaſtici teneantur legibus communiter latis,ſi ipſis præiudicium non afferant,vt communiter docent Doctores,Ab- 21 bas,Felinus,Decius,& cæteri Canoniſtæ *in cap.Eccleſia S.Mariæ de conſtitut.*& Mol. *de Hiſpan. primogen.lib.*2.*cap.*10.*num.*82.ſed ſi directè talibus legibus obligentur, ex tali directa obligatione nullum detrimentum Eccleſiaſtici patiuntur; ergo,&c.

Accedit ſecundò,à ratione naturali alienum non eſſe,neque iuri diuino,vel ſactis Canonibus repugnare, ſi Summi Pontifices, aliique Eccleſiæ 22 Prælati permittant,& conſentiant, quod Eccleſiaſtici in temporalibus vnà cum aliis ciuibus ſeculārem poteſtatem agnoſcant, eiuſque legibus ſecundùm vim directiuam,& quatenus ipſorum priuilegiis,ac ſtatui non repugnant, ſubiiciantur.

Reſpondetur,ob has rationes non eſſe improbabile, quod naſcatur in legibus ciuilibus in ordine ad Eccleſiaſticos obligatio etiam ex vi ipſarum legum,ita vt dictis legibus obligentur Eccleſiaſtici 23 etiam directè.Quod tamen intelligo ſolum in tēporalibus, & in his ſolum quoad vim directiuam, non item quoad vim punitiuam, ſeu coërcitiuam, (quidquid in contrarium dixerit Curtellius *de immunit.Eccleſ.lib.*2.*quæſtio.*8.*numer.*61.*& ſeqq.*) nam quoad vim punitiuam certum eſt,quod Eccleſiaſti- 24 ci etiam in temporalibus à legibus ciuilibus de iure canonico exempti ſint,vt patet ex *cap.ai ſi clerici, cap.clerici,cap.qualiter de iudiciis*, *cit.cap.Eccleſia S.Mariæ,de conſtitut.cap.decernimus de re iudicata, & cap.ſiculares de foro compet.* quæ iura non ſolùm probant de punitione,quæ cauſæ cognitionem requirit,ſed etiam de punitione, quæ ipſi delicto annexa eſt:quandoquidem hęc punitio etiam eſt quędam virtualis ſententia lata non aduersùs Communitatem, ſed aduersùs quamlibet perſonam delinquentem:& ſic cùm Eccleſiaſticus exemptus ſit à iuriſdictione ſeculari quoad vim punitiuam, vt patet ex dictis iuribus, conſequens eſt,quod ligari non poſſit pœna per Iudicem ſecularem conſtitū- 25 ta.Videri etiam poterunt,quæ dicebam *lib. de Parlamentis dub.*4.*ſect.*18.*&* 19.*per totam.*

Neque obſtat,quod poteſtati præcipiendi con- 26 iuncta ſit poteſtas puniendi. Nam cum communi ſententia Doctorum eorum,qui ſentiunt, leges ciuiles directè Eccleſiaſticos obligare, Reſpondetur, id eſſe per ſe,ita tamen,vt ex priuilegio poſſint ſeparari,& in diuerſis perſonis exiſtere; Et ita ſit in caſu noſtro;ſiquidem per ſe Eccleſiaſtici poterant, 27 ſi tranſgrediantur leges ciuiles, ſicut & laici, puniri à Rege,ſeu Principe ſeculari; at ex priuilegio, & exemptione illis,ſiue à Chriſto,ſiue à Pontificibus conceſſa,puniri non poſſunt ab alio, quàm ab Eccleſiaſtica poteſtate(quæ poteſt eandem pœnam, 28 quæ impoſita eſt laicis leges ciuiles tranſgredientibus, Eccleſiaſticis eaſdem leges ciuiles ſimiliter tranſgredientibus imponere,quamuis non teneatur,ſed poſſit ad libitum moderari, ſicuti dicebam *ſuprà Dubit.*1.*&* 1*ib.de Parlamentis Dubit.* 4.*ſect.*19.*per ſuas ſubſect.* Et in hoc conueniunt Doctores, Vaſquez *diſp.*167.*cap.*4.*num.*50. Suarez *lib.*3.*de legibus,cap.*34.*numero* 15.*&* 18.Salas *diſp.*14.*ſect.* 9.*&* 10.*numer.*106.Couarruuias *in pract.cap.*33.*numero* 7. Rodriguez *tom.*1.*qq.Regul.quæſtio.* 66.*ar.* 2.*reg.* 8.*&* 9. Salzedus *in pract. Canon. cap.* 55. Bellarminus *lib.*1.*de clericis cap.* 28. Bonacina *de legibus diſp.* 1.*queſt.* 1.*punct.*6.*num.*29.& alij paſſim.) Quod tamen intelligo, ſi Prælati Eccleſiaſtici 29 non poſſint moneri,quia abſunt, & periculum eſt in mora;vel ſi moniti, ſint renuentes in iure reddendo quoad clericorum cauſas tributarias, & ſimiles;quia tunc poterunt Eccleſiaſtici à poteſtate, ſeu magiſtratu ſeculari coërceri, vel cogi in bonum commune; & ne leges in bonum commune ſtatutæ fine ſuo fruſtrentur, ſeu legum in bonum commune ſtatutarum finis, & curſus impediatur,ac iuſtitia effectu vacuetur; ſiquidem ſe habet non per modum actionis, ſeu iuriſdictionis,& imperij,ſed per modum exceptionis, ſeu iuſtæ naturalis defenſionis, non irruendo in Eccleſiæ iam conceſſam immunitatem, ſed bonum commune, ſeu Reipublicam defendendo:qua de re videri poterunt Victor *relect.*1.*quæſtio.*5.*propoſ.*8.*de poteſt.Eccleſ.*Simancas *de inſtitut.Catholi.tit.*45.*num.* 15. Sanchez *conſil.moral.lib.*2.*cap.*4.*dub.*55.*numero* 3. Baldellus *Theolog.moral.lib.*5.*diſp.*33.*numero* 18.*& ſeqq.* Larrea *allegat.*27.Sotus,Medina,& alij, quos citat, & ſequitur Salzedus *de lege Politic.lib.*1.*cap.* 13.*numero* 82.*fol.*162.Videri etiam poterunt, quæ dicam *infrà Dubitat.*4.& quæ dicebam *cap.*1.*Dubitat.* 15.*ſect.*5.*&* 6.*cap.*6.*Dubitat.* 10.*&* 7.*Dubitat.* 8.*& lib. de Parlament.Dubit.*4.*ſect.*19.*ſubſect.* 2. 3.*&* 4.13.*&* 20.*&dub.*21.*ſect.*1.

Obiicies quartò,eſt conſuetudo vſitata, quod Eccleſiaſticos,ſi leges ciuiles tranſgrediantur,poteſtas laica puniat,ſiquidem ſi noctu arma aduerſus legem ciuilem ſub priuatione armorum id prohibentem ferunt,Iudex laicus arma eis rollit, neque reſtituit, quamuis Iudex Eccleſiaſticus non

consentiat, sed contradicat, Couar. 1. *var. cap.* 20. *num.* 18. *ad fin.* Clar. *lib.* 5. *recept. sentent. §. fin. q.* 35. *num.* 16. Salzedus *in pract. cap.* 55. *pag.* 166. Sà *ver. Clericus num.* 6 & consentit Vasquez *disp.* 167. *cap.* 4. si arma sint talia, quæ propter bonum publicum etiam domi retineri prohibita sint. Item si Ecclesiastici siluas ingrediantur sub aliqua prohibitione pecuniaria; vel si eorum animalia damnum intulerint, pœna ex ipsis exigitur, & si soluere renuant, aliquid ex ipsorum bonis, vel pignus per vim accipitur; Doctores quos citat, & sequitur Salzedus *cit. cap.* 55. Item si signata contributione pro reparatione viarum, pontium, &c. vel si quæ ipsis ex iure, vel ex permissione Pontificis imposita sunt, soluere negligant, coguntur soluere, saltē per detentionem bonorum, etiamsi beneficiorum fructus sunt. Doctores, quos citat, & sequitur idem Salzedus *loco supra cit.* Io. de Platea *in l. fin. Cod. quibus muneribus, lib.* 10. Plaça *1. de delictis, cap.* 8. *num.* 26. Rebuff. *cap. 1. tit. [illegible] sententia, art. 3. glos.* 6. Auiles *in capit. lib. Prator. cap.* 23. *in glossa ad verbum, den. ord.* Mexia *ad pragm. taxæ panis, concl.* 5. *num.* 43. & complures alij, quos citabam *in cit. lib. de Parlamentis Dubit.* 4. *sect.* 19. *per suas subsectiones*, ergò &c.

30 Respondetur distinguo antecedens: est consuetudo vsitata, quæ sit approbanda, nego; quæ sit tāquam corruptela reiicienda, concedo. Siquidem, vt patet ex dictis, Ecclesiastici non subduntur, etiam in temporalibus, potestati seculari quoad vim punitiuam, seu coërcitiuam: quapropter di-

31 cendum, quod non possit Iudex secularis arma tollere Ecclesiasticis, neque eos cogere ad pecuniam soluendam pro reparatione damni illati, vel solutione vectigalium, &c. si ad hæc facienda cognitio causæ prærequiratur; quia tunc coram Iu-

32 dice Ecclesiastico, & non seculari sunt conuenien-di, cùm sint quoad tribunalia, & iudicia exempti à potestate laicali, *cap.* 2. *de foro compet. cap. clerici, & cap. at si clerici, de iudicijs.* Atque ita docent Io. Andreas, Felinus, Abbas, & alij *in cap. Ecclesia de Constitu.* Lopez *in l.* 24. *tit.* 15. *part.* 7. Castill. *leg.* 70. *Tauri num.* 18. Auiles *loc. cit. cap.* 17. *gl.* 1. *num.* 11. Salzedus *cit. cap.* 55. & complures alij, quos citabam & sequebar *in cit. Dubi.* 4. *sect.* 19. *per suas subsect.* contra Io. Fabrum *in l. adductos ex textu ibi, in verb. vltra procedat, Cod. de Episc. aud.* Mexiam *concl.* 5. *num.* 292. Bartholom. Chassan. *in Consuetudin. Burgundiæ, rubr.* 1. §. 5. *num.* 90. & alios Quapropter

33 sine speciali permissione summi Pontificis subdi in hac parte potestati laicali Ecclesiastici non possunt: quam permissionem apud Gallos vigere, de-

34 fendit Petr. Rebuffus *in l. armorum, verf.* 1 *ff. de verborum signif.* At verum modò reuocata non sit per Bullam Cœnæ vel saltē per Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex*, iudicandum relinquo summo Pontifici, prout reliquit Nauar. *cap.* 27. *num.* 70. Salzed. *loco cit. verf. apud Gallos, pag.* 168. Vasquez *disp.* 167. *cap. vlt. num.* 32. Salas *disp.* 14. *sect.* 9. *num.* 108. & meritò; quia negari non potest, quin scrupulis res plena sit, vide, quæ dicentur *dubit.* 4. *& seqq.* & quæ dicebantur *cap.* 1. *dubit* 15. *sect.* 5. *& 6.*

35 Cæterùm, si pœna est exigenda de plano sine controuersia aliqua iudiciali, qualiter solent Iudices exigere ob solam declarationem ministrorum, qui signati sunt ad has pœnas, vel contributiones exigendas, tunc fortasse non improbabile est, posse Iudicem secularem ab Ecclesiasticis exigere, & si soluere noluerint, poterit is ab illis aliqua in pignus accipere pro solutione præstanda; quia tunc hæc non tam in pœnam violatæ legis, quàm in reparationem damni illati, vel in contributionem debitam accipi videntur. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Salzedus *in pract. cap.* 55. Auendanus *de mandatis Reg.* 2. *par. cap.* 14. *num.* 13. Gre- 36
gor. Lopez *l.* 5. *tit.* 6. & Azeuedus *l.* 12. *tit.* 13. *lib.* 1. *nouæ compilationis, num.* 2. Vide, quæ dicentur *infrà dubit.* 15. *& seqq.* Idemque dici non improbabiliter etiam poterit de sublatione armorum, si non tollantur hæc in pœnam transgressionis legis, sed potiùs ne clerici procedant in violationem legis. Vnde necessariò sequitur, quod non possint arma 37
sublata fisco applicari, sed debeant, vel in seipsis, vel in valore, seu pretio suo restitui Ecclesiasticis, vel ipsorum Iudici Ecclesiastico, nisi hic eos condemnet in dictorum armorum priuatione. Sic Salas *de legibus disp.* 14. *sect.* 9. *num.* 107. Suarez *lib.* 4. *defens. cap.* 34. *num.* 14. Barbosa *in collect. ad c.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *cap.* 2. *num.* 6 *& tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *cap.* 25. *num.* 4. Martha *de iurisdict. par.* 4. *cens.* 1. *cas.* 7. *num.* 20. Genuensis *in prax. cap.* 74. *num.* 6. Riccius *par.* 3. *decis.* 299. Duardus *in Bullam Cœn. lib.* 2. *can.* 12. *q.* 11. *num.* 91. Megalius *in* 3. *par. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. Madius *tract. de sacris ordinibus cap.* 14. *num.* 21. Bonacina *de legibus disp.* 10. *q.* 2. *punct* 1. §. 1. *numero* 1. & alij complures, quos citabam, & sequebar *lib. de Parlamentis. cit. Dubitat.* 4. *sect* 19. *subsect* 5. *per totam*, vbi de hac re diffusiùs dicebam; *& infrà Dubitat.* 4. *& seqq.* dicam.

DVBITATIO III.

Quinam Ecclesiastici exempti sint à Potestate Laica in ordine ad vim punitiuam; & quid dicendum etiam de Religiosis?

SVMMARIVM.

1 *A Potestate Laica exempti sunt quoad vim punitiuam omnes Ecclesiastici, qui fori priuilegio gaudent.*

2 *Religiosi tenentur seruare illas leges ciuiles, quæ non ladunt ipsorum immunitatem, neque repugnant eorum statui Religioso.*

3 *Religiosi tenentur sicut & ceteri, non extrahere victualia, vel alias merces, quando ob bonum publicum hæc extrahi prohibentur.*

4 *Religiosi tenentur seruare formas, & solemnitates in Contractibus, testamentis &c. non tamen obligantur ad pœnam.*

5 *Religiosi nullo pacto tenentur seruare constitutiones, & præcepta Episcopalia, nisi in Casibus exceptis à iure expressit.*

6 *Religiosi obedire tenentur Episcopis in festorum observatione, & in Interdicto, & cessatione à Diuinis.*

7 *Religiosi, si non adsit scandalum, neque tenentur ex debito vniformitatis Leges ordinariorum seruare.*

8 *Nouitij ex delicto vniformitatis non tenentur seruare Leges, & præcepta Professis imposita, & quare.*

9 Reli

9 *Religiosi non tenentur se conformare secularibus in eorum obseruantiis, cum sustineant multa alia onera, quæ seculares non sustinent.*

1 RESPONDETVR, exemptos esse omnes illos Ecclesiasticos, qui fori priuilegio gaudent, At, qui fori priuilegio gaudeant, dixi *cap. 4. per totum & cap. 1. Dubit. 5. & seqq. & cap. 2. dubit. 4.*

Cæterùm, si de Religiosis loquamur, hi comparari possunt ad leges ciuiles, & ad Constitutiones,
2 & præcepta Episcopalia. Si comparentur ad leges ciuiles, idem dicendum est de ipsis, ac dixi de cæteris Ecclesiasticis, quod scilicet seruare teneantur illas leges ciuiles, quæ neque lædunt ipsorum immunitatem, neque repugnant ipsorum statui
3 Religioso: & sic teneantur, sicut & cæteri, non extrahere victualia, vel alias merces, quando ob bonum publicum hæc extrahi prohibentur.
4 Item teneantur seruare formam, & solemnitates in contractibus, testamentis, &c. non tamen obligentur ad pœnam, sicut nec obligantur cæteri Ecclesiastici, modo, quo suprà dicebamus.

5 At, si Religiosi comparentur ad Constitutiones, & præcepta Episcopalia, nullo pacto, si sint exempti, qualiter iam omnes ferè sunt, tenentur illa seruare, nisi in casibus exceptis à iure expressis, *c. 1. de priuilegiis in 6.* & tradit Tridenti-
6 num Concilium *sess. 25. cap. 12. de Regular.* vbi eis solùm præcipitur obedire locorum Ordinariis in festorum obseruatione, & in interdicto, & cessatione à diuinis: quapropter in aliis Ordinariorum legibus sunt prorsus exempti. Sic dicetur diffusiùs *supra Dubit. 7. sect. 1. 5. & 6.* & docent Felinus *in cap. dilectus de offic. Ordinar.* Cenedus *in quæst. Canon. q. 26. num. 30* Malderus *in 1. 2 q. 96. ar. 5.* Portell. *ver. festi dies, num. 5.* Barbosa *de potestate Episcop. par. 3. allegat. 105. num. 73.* & Suarez *de legibus*
7 *lib. 4. cap. 20. in fin.* vbi rectè subdit, quod Religiosi, si non adest scandalum, neque teneantur ex debito vniformitatis has leges alias Ordinariorum seruare; quia cum obligationibus statui Religioso annexis obstringantur, sufficientem causam excusationis ab hac vniformitate habent, vt scilicet alia onera, quæ sustinent alij, sustinere non
8 teneantur: sicut nec Nouitij ex debito vniformitatis tenentur seruare leges, & præcepta professis impositas: non enim tenentur ex voto obedientiæ, cùm nullum fecerint, neque ex debito dictæ vniformitatis, cùm hæc non liget, nisi illos, qui in eodem statu, & professione sunt; in quo statu non sunt Nouitij, sed in probatione talis status, vt solum intendant experiri illum; quapropter à fortio-
9 ri multò magis non tenentur Religiosi conformari secularibus in eorum obseruantiis; cùm multa alia onera, quæ seculares non sustinent, ipsi sustineant.

DVBITATIO IV.

An aliquando possit potestas laica exercere vim punitiuam, coercitiuam, seu coactiuam in Ecclesiasticos?

SVMMARIVM.

1 *Potestas Laica potest exercere vim punitiuam, coercitiuam, seu coactiuam in Ecclesiasticos potestate sc. extraordinaria arrepta, in casu, quo ipsi suis criminibus Reipublicæ molestiam, seu periculum ingerant, & auxilium non sit ad superiores Ecclesiasticos.*

2 *Iure naturali dictante vim vi repellere licet etiam præueniendo; siquidem metuenda & antenertenda sunt damna, quæ euenire probabiliter possunt.*

3 *Quisque Iudex est vbi frustratio Iudicij ex Iudicij mora, vel absentia, periculo instante, timetur.*

4 *Ciuitas Respublica debet esse sibi sufficiens.*

5 *Superiori Ecclesiastico suscitanti turbationem potest per Laicam Potestatem resisti exemplo Salomonis contra Abiathar summum Sacerdotem seditionem, & perduellionem tentantem, licèt non in eum iuridicè statui.*

6 *Papa, si faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, potest Princeps secularis facto, vel vi resistere illis, & impedire eorum executionem.*

7 *Sicut licet resistere Pontifici inuadenti corpus ita licet resistere inuadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multo magis, si Ecclesiam destruere niteretur.*

8 *Potestas in rebus publicis rectè ordinatis non subiecta positiuis dispositionibus vnicuique insita est.*

9 *Magistratus Laicus, quod possit in tali casu exercere dictas facultates tenent multi Doctores contra Salam.*

10 *Nemo nocet in Ecclesia Dei amplius, quàm qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis, & Sacerdotij habet.*

11 *Qui seditiosi præcognoscuntur ordinari prohibentur, & ordinati gradu deiiciuntur.*

12 *Turbas facientes, & seditiones Ecclesiæ per externam Potestatem tanquam seditiosas comprimatur.*

13 *Facientes scissuras in S. Ecclesia, non solum exilij, sed etiam præscriptionis rerum, vt dura Custodia, per Publicas Potestates debent coerceri.*

14 *Concionatores turbulenti, qui à suggestis vitia Principum, vel magistratuum ad Turbas suscitandas exaggerant, atque plus æquo criminantur, grauissimis pœnis, atque censuris subiiciuntur.*

15 *Item dic de conspirantibus in Principem, quocumque ille ordine etiam Episcopali insignitus sit.*

16 *Magna est Prælatorum & Concionatorum apud Populum auctoritas.*

17 *Principibus vt Ecclesiæ Protectoribus potestas data est secundum nonnullos in causis profanis Ecclesiasticorum ab Eccl. & ab ipsius capite Christo, vt disciplina sacerdotalis sarta tectaque seruaretur.*

18 *Principes possunt sanctè, & iustè prouidere per edictum & prohibitionem generalem atque per coactionem inobedientium, & rebellium in abusibus, quibus non medentur Prælati.*

19 *Opinio Bonacinæ reiicitur, & quare.*

20 *Immunitas Ecclesiastica non læditur quando non per modum temporalis Iurisdictionis, sed per modum naturalis defensionis, potestas in Ecclesiasticos à Principibus exercetur.*

21 *Censuræ, & anathemata dissimulari possunt, & aliquando etiam debent, ne status Ecclesiæ perturbetur, & scandalum sequatur.*

RESPONDETVR affirmatiuè, potestate scilicet extraordinaria arrepta, in casu, quo Ecclesiastici suis criminibus Reipublicæ molestiam, & periculum ingerant, 1

rant,& ex alio capite remedium neque à superiori Ecclesiastico, neque à Summo Pontifice obtineri possit,vel quia aures dare renuunt, vel quia periculum est in mora,& ad eos recurrere tempus non permittit, cùm res dilationem temporis non patiatur.Ratio; quia tunc id se habet non per modùm iurisdictionis,& imperij,sed per modum iustæ,& necessariæ naturalis defensionis suorum: nam iure naturali dictante, licet vim vi repellere, 2 etiam præueniendo;siquidem metuenda, & anteuertenda sunt damna, quæ euenire probabiliter possunt,*argum.cap.bona*, vbi glos. *ver.metuebat,de elect.*& docent Grammatic. *dec.s.5.num.7.* Gail.*de pace publica lib.1.cap.2.numer.6.* Barbosa *de potestat. Episc.par.2.allegat.106.num.34.*&, alij quos citat,& sequitur Curtellius *in C.politico, nota 24. numer.5. fol.143.*

3 Confirmatur; quia vbi frustratio iudicij ex iudicij mora,vel absentia,periculo instante, timetur, quilibet Iudex est,*l.nulli,Cod.de iudic. & l.3.§.si debitorem ff.qua in fraud. creditor.* Idemque dicitur de nocturno fure,in *l.1.Cod.* quando liceat vnicuique sine Iudice vindic. quapropter vbi Iudex Ecclesiasticus renueret mederi,vel abesset, id liceret,tradunt Victoria *relect.1.de not. Eccles.q.fin.num.8.* Sot. *in 4.dist.25.ar.2.q.2.* Azor.*par.1.lib.5.c.14.q.2.* Mol. *de iust.& iur.tom.1:tract.2.disp.31. concl.4.* Henriq. *par.2.Summ.lib.4.cap.12.num.6.* Salas *de legibus disput.14.sect.9.numero 11.* Suarez *in Regem Angliæ lib.4.cap.34.num.6.& seqq.* Baldell.*lib.5.disp.33.numero 18.* Vvaldensis *lib. 2. Doctr. fidei cap.8.*& alij, quos citat, & sequitur Curtellius *in Cod. nota 24. ad legem Federici fol.145. col. 2. & fol. 155. col. 1. & in cap. nec licuit 17.distinct. cap.fama, de sent.excommun.*

4 Confirmatur secundò; quia ciuilis Respublica debet esse sibi sufficiens: quapropter sicuti propria auctoritate potest se defendere, & conseruare indemnem à quacumque alia ciuili Republica, sic etiam poterit ab Ecclesiasticis.

5 Quæ adeò vera sunt, quod, si superior ipsemet Ecclesiasticus turbationem suscitet, posse ipsi, exemplo Salomonis animaduertentis Abiathar Summum Sacerdotem seditionem,ac perduellionem tentantem *Reg.lib.3. cap.2.* resisti, licèt non in eum iuridicè statui, doceant Felinus & Dec. *in cap.si quando de rescript.* Socinus Senior *in cap. nulli,de sentent.excommun.* Nauar.*in cap.cum contingat, remed.2. de rescript.* Ortiz *par.2. oppositi.1.fol.136.* Sot.*in 4.dist.25.quæstio.2.ar.2.concl.2.n.23.* Victor. *de potest.Papæ* (vbi ait, quod si Papa faceret aliqua 6 mandata in destructionem Ecclesiæ, possit Princeps secularis facto,vel vi resistere illis & impedire executionem talium mandatorum) Gerson *in Reg.moralibus tit.de præceptis Decalogi,& consil.10.de vnitate Eccles.* Siluerius *ver.Papa*, 4. Caiet.*de potestat.Papæ cap.27.* Corduba *lib.4.q.10. dist.15.* Turrecrem.*lib.2.cap.106.* Tolet. *in sum. Explicat. Bullæ cœnæ,excommun.9.*& Bellarminus *de Romano Pontifice lib.2.cap.19.ad 7.* vbi docet, quod *sicuti licet resistere Pontifici inuadenti corpus, ita liceat resistere inuadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multo magis si Ecclesiam destruere niteretur*;liceat, inquam, 7 ei resistere,non faciendo quod iubet,& impediendo,ne exequatur voluntatem suam.Quapropter,si licet in Pontificem,multo magis licebit in Ecclesiasticos,quando necessitas ineuitabilis sic suadet; quia scilicet superior abest, vel quia medeti recusat,cùm tunc non sit nisi facultas præuentiua, & medicinalis ad auertendum tantum malum directa,non autem potestas iurisdictionalis, vel imperium,vti supra dicebam, & docent Suar. *in Regem Angliæ lib.3.cap.3.* Baldell.*cit.lib.5.disp. 10.num.7.& disp.35.* Driedo *de libert.Christ. cap.2.* Salas *de legib. disp.14.sect.11.*& Mol.*de iust.disp.31.* Estque potestas vnicuique insita,non subiecta positiuis dispositionibus in rebus publicis rectè ordinatis; resideretque in Principe, ne si liceret cuicumque id agere, maiora scandala, & incommoda sequantur. 8

Atque ita,scilicet in dicto casu posse, potestate extraordinaria arrepta, magistratum laicum exercere vim punitiuam,coërcitiuam, seu coactiuam in Ecclesiasticos, docent præter Doctores supra cit.Fernandez *par.2.cap.6.§.1. numero 4.* Simancas *de cathol.instit.cap.44.numero 31.* Aufrer. *de potestat. secular.Iudicis ad Eccles.pers.reg.2.* Benedict. *in cap. Raimutius,vers.& vxorem, numero 454.* Sousa *in Bulla Cœn.cap.16.disp.82.numero 9.* Bannez 2. 2. *quæst. 67.art.1.Dubitat.2.* Lorca 1.2.*tomo 2.de legib.disput. 25.membr.4.*& Ioan.de la Cruz *in direct.1.par.præcept.8.quæstio.3.art.1.Dubitat. 3. conclus. 31.*& dicecebamus nos *Cap.1.Dubitat.15.sect.5.& 6.& cap. 3.Dubitat.8.sect.3.& 4.& cap.6. Dubitat. 10.& cap. 7.Dub.8.& lib.de Parlament.Dub.4.sect.19. subsect.1. 2.3.4.& 25.& Dub.23.sect.1.* 9

Quamuis contrarium absolutè sentiant Salas *de legib.q.94.tractat.14.disp.14.sect.9. numer.111.*& Azor.*par.1.lib.5.cap.14.q.3.* ex eo, quod nec Episcopi,nec cæteri Ecclesiastici tantam in Rempublicam potestatem habeant, vt illam turbare, vel euertere possint.

Sed quod dixi, videtur pro nunc probabilius; quia populus adeò addictus est Ecclesiasticis, vt, illis suadentibus facilè ad id,quod illi volunt, ipse mouetur,iuxta illud Augustini in cap. *nemo quippe,*83.dist.*Nemo nocet in Ecclesiis Dei amplius, quam qui peruersè agens,nomen,vel ordinem sanctitatis,& sacerdotis habet.* 10

Quod inde à posteriori confirmatur; quia propterea *dist.*90.ex Concilio Carthaginensi, qui seditiosi præcognoscuntur,ordinari prohibentur,& ordinati gradu deiiciuntur; & cap. *non vos 41.* hi omnes laicis potestatibus subiiciuntur,ibi: *Turbas faciens,& seditiones Ecclesiæ,per externam potestatem, tanquam seditiosus comprimatur*, & in *cap.* seqq. ibi: *De patrum vobis auctoritate hæc breuiter dirigenda curauimus,cùm mille alia exempla, & constitutiones sint, quibus euidenter agnoscitur,vt facientes scissuras in S. Ecclesia,non solum exilij,sed etiam proscriptionis rerum,vt dura custodia per publicas potestates debeant coërceri.* Et in Bulla Pauli III.quæ incipit, *Apostolici culminis*,turbulenti concionatores, qui è suggestis vitia Principum, vel magistratuum ad turbas suscitandas exaggerant,atque plus æquo criminantur,grauissimis pœnis, atque censuris subiiciuntur: in idem est Concilium Colonienſe *cap.16.& 17.par. 6.* in idemque sunt,quæ plura congerit Alphons. Aluar.*in speculo Roman.Pontific.cap.20.ad fin.*&Petr. Gregorius *de Republ.lib.3.cap. 14.* Simile quid statuitur *in cap.20.conspirationum,11.q.1* & in 6. Concilio generali *can.34.* de conspirantibus in Principem, quocumque illi ordine, etiam Episcopali, insigniti sint; ex eo, quia, sicuti dicebam, magna est Prælatorum, & Concionatorum apud populum auctoritas, 11 12 13 14 15 16

Ex his nonnulli DD.dixerunt potestatem hanc in profanis Ecclesiasticorum causis Principibus vt Ecclesiæ protectoribus, ab ipsamet, vel ab Ipsius capite Christo Domino datam esse, vt disciplina 17

facer

Sacerdotalis ſacta, tectaque ſeruetur, vtque eis hæc facultas ex omiſſione ſuperiorum Eccleſiaſticorum quodammodo, ad tempus tantum, accreſcat: ita inter alios Gerſon Cancellarius *ſuper Iudeſtalorum, conſi. 3. tom. 4.* ſic inquiens: *In abuſibus, quibus non malentur Prælati, poſſunt Principes ſanctè, & iuſtè prouidere per edictum, & prohibitionem generalem, atque per cautionem inobedientium, & rebellium; immò apparere poſſet, illos obligari ad id exequendum, velut S. Eccleſiæ protectores*, S. Th. 2. 2. q. 102. *ar.* 2. Abulenſis q. 28. & Gaſpar Sanchez *ad lib. 3. Reg. c.* 2. *vbi de Abiathar ſummo Sacerdote*; ſicuti ſupra nos
18 etiam dicebamus. At quàm rectè id dixerint, vide *lib. de Parlamentis dub. 4. ſect. 19. ſubſ. 20. 21. & 23. & Dubit. 23. & ſuprà cap. 1. dubit. 15. ſect. 5. & 6.*

19 Ex his etiam reiicitur, quod dixit Bonacina *de legib. diſp. 10. q. 2. punct. 5. num. 11.* non eſſe ſcilicet curandum, quod Reſpublica in ſeditiones, & quæcumque alia incommoda incurrat, dummodo per extraordinarias, & extraiudiciales animaduerſiones iſtas, immunitati Eccleſiaſticæ in profanis cauſis etiam in minimo præiudicetur; reiicitur, inquam, & rectè; quia cùm id, vt patet ex dictis, non ſe habeat per modum iuriſdictionis, & imperij, ſed per modum iuſtæ defenſionis naturalis, mini-
20 mè lædituꝛ immunitas Eccleſiaſtica. Accedit, quod dato, lædatur, adhuc par non eſt, dicere Eccleſiam magis curare, ne ſua temporalis iuriſdictio in minimo lædatur, quàm ſi omnis Chriſtiana Reſpublica perturbetur, & pereat; cùm omnes Pontifices fateantur, deſpicere ſe humana hæc omnia, ne pacis vinculum diſſoluatur: qua de re Victoria *de poteſt. Eccleſ. 1. 1. ſect. 6. num. 8. & ſeqq.* & Suarez *in defenſ. fid. lib. 4. cap. 34.* & meritò; quia ſic Chriſtianæ diſciplinæ, & Pontificio muneri conuenit, iuxta text. *in cap. 10. ſenior ſum*, 24. q. 1. vbi Pontifex ait: *Intelligo, mihi aliter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei cauſæ, in qua vniuerſalis Eccleſia ſalus infeſtatur, impendam, ne ob vnam, alteramve cauſam trahendam, vniuerſo corpori pernicies vltima eueniat.* & Alexander III. *in cap. cum teneamur, de prabend.* inquit: *Si non poteſt ei ſine ſcandalo prouideri, æquanimiter ſuſtineamus, ſi mandatum noſtrum non duxeris exequendum*, faciuntque quæ tradit Silu ver. *obedientia*, &
21 Cordubba *lib. 3. q. 13 reg. 3.* ſcilicet cenſuras, & anathemata quoque diſſimulari poſſe, & aliquando etiam debere, ne ſtatus Eccleſiæ perturbetur, vel ſcandalum ſequatur.

Ex his quæ modò, & in dubitationibus præcedentibus dicebam, ſoluuntur difficultates ſequentes, & ſolui poterunt innumeræ aliæ ſimiles; quare ſit.

DVBITATIO V.

An poſſit poteſtas Laica ob defectum iuſtitiæ, vel ob negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici trahere Eccleſiaſticos ad ſuum tribunal Laicale?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Laica non poteſt ſupplere negligentiam, ſeu iniuſtitiam Iudicis Eccleſiaſtici trahendo Eccleſiaſticos ad ſuum Tribunal Laicale.*

2 *Naturalis ratio dictat, quod Maior minoris, non autem quod Minor ſuppleat negligentiam, vel defectum Maioris.*

3 *Eccleſiaſticus Magiſtratus Maior eſt ſeculari, ſicut ſpiritualia Maiora, ſeu potiora ſunt temporalibus.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere defectum Iudicis ſeculariſ.*

5 *Secularis non eſt capax iuriſdictionis exercendæ in Eccleſiaſticas Perſonas præterquam ex commiſſione Prælatorum Eccleſiæ.*

6 *Incapax poſſidendi, eſt etiam incapax præſcribendi.*

7 *Clerici, quod defectu iuſtitiæ non trahantur ad Iudicium ſeculare in iure Canonico expreſſe prohibetur.*

8 *Iudex Eccleſiaſticus data iniuſtitia Iudicis ſecularis, poteſt procedere contra Laicos in caſibus, in quibus aliàs non poſſet.*

9 *Eccleſia poteſt quoſlibet de excceſſu notorio indicare, quando Iudex ſecularis eſt negligens, imò poteſt cenſuris eum compellere, vt ſuo munere fungatur.*

10 *Nonnulli Textus contrarij doctrinæ Auctoris correcti ſunt per Canones ſubſequentes.*

11 *Principes, vel eorum Miniſtri, ſi faciant Literas hortatoriaſ ad Eccleſiæ Prælatos, vt ab aliqua prana determinatione deſiſtant, non agunt contra libertatem Eccleſiaſticam, nec incidunt in Bullam Cœnæ.*

12 *Litera hortatoria ſunt admirabilis admonitio.*

13 *Verba hortatoria ſolum conſilium important, & neceſſitatem non inducunt, ſi verò verba ſint precatoria, res redditur plena ſcrupuli, quia ex mandato, vt dici ſolet, æquiparantur.*

14 *Ius neceſſariæ defenſionis dicitur in quibus caſibus locum habeat.*

RESPONDETVR ex dictis negatiuè; atque ita contra nonnullos iuriſtas, vt Guillel. de Benedictis *in c. Raimutus ver. & vxorem deciſ. 2. num.* 31. Igneum *in lege neceſſarios, §. non alios, num. 603. ff. ad Syllanum*, Chaſſaneum *in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 61.* & Olibanum *de iure fiſci c. 13. num. 31.* (qui citat Couar. & alios adducitque pro ſe *c. filius, vel nepotibus 16. quæſt. 7.*) ſignificatur *in cap. qualiter, & quando de iudic. iuncta gl. in verb. prohibemus*; vbi id etiam docet Abb. *num. 7.* Peſantius *tract. immunit. Eccleſ. diſput. 16.* Azor. *par. 1. lib. 5. cap. 4. quæſt. 2.* Tamburinius *de iure Abbatum, tom. 1. diſp. 15. quæſt. 19. num. 22.* Bonacina *de legibus diſput. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. num. 12.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 4. num. 4.* Auguianus *de legib. tom. 1. lib. 2. centr. 17. num. 85. & ſeq.* eamque eſſe communem Canoniſtarum opinionem, teſtatur Martha *caſu 146. num. 8.* & rationes affert Abbas loco citato, quarum prima eſt; quia naturalis ratio 2
dictat, quod maior minoris, non autem quod minor ſuppleat negligentiam, vel defectum maioris, ſed Eccleſiaſticus magiſtratus maior eſt ſeculari 3
(ſicuti ſpiritualia maiora, ſeu potiora ſunt temporalibus, *c. denique, c. duo ſunt, dict. 96.* ergo Iudex ſecularis non habet ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici, ſed potius vice verſa Iudex Eccleſia- 4
ſticus habet ſupplere defectum Iudicis ſecularis; atque ita etiam habetur *in cap. ex tranſmiſſa, cap. licet, 1. cap. ex tenore, de foro compet.* Secunda ratio eſt; 5
quia ſecularis non eſt capax iuriſdictionis exercendæ in Eccleſiaſticas perſonas, præterquam ex commiſſione Prælatorum Eccleſiæ, qua commiſ-

ſione

sione secluſa,non poteſt ſecularis aliqua conſue-
6 tudinis diuturnitate defendi,vt *cap.1.Dub.1.5.* dicebatur;quia qui incapax eſt poſſidendi, incapax etiam eſt præſcribendi. *argum. cap. cauſam,quæ de præſcript.* & docet Azor.*to.1.lib.5.cap.12.q.1.§.ſed dubitari,* cùm ad præſcribendum præter alia neceſſariò requiratur poſſeſſio.

Dicendum igitur eſt, quod etiamſi Prælati in puniendis clericis, & in huiuſmodi cauſis cognoſcendis fuerint negligentes, adhuc non permittitur Iudicibus laicis de cauſis ad Eccleſiam ſpectãtibus iudicare;quia(vt dicebatur)clerici ſunt exẽpti à laica poteſtate;& in *eis cap.qualiter, & quando de iudic.cap.ſi quis clericum,cap.placuit, cap.Chriſtianus,cap.licet ex ſcripto,& cap.clericum,* 11.*queſtio.*1.
7 expreſsè prohibetur,ne defectu iuſtitiæ clerici trahantur ad iudicium ſeculare. Quin è contra ſi de-
8 retur negligentia Iudicis ſecularis, poteſt Eccleſiaſticus procedere contra laicos in caſibus, in quibus aliàs non poteſt: Eccleſia enim poteſt quoſlibet de exceſſu notorio iudicare, quando Iudex
9 ſecularis eſt negligens: immò poterit Iudex Eccleſiaſticus cenſuris illum compellere, vt ſuo munere fungatur: nam ad commune bonum, & ad pacem fidelium ſpectat vt ad Iudicem Eccleſiaſticum,vtpotè in ſuperioti ordine, recurſus haberi poſſit,laltem eo titulo,vt peccata publica corrigãtur;ſicuti ex communi docent Doctores, quos citat,& ſequitur Barboſa *in collect.to.1.lib.2.t.2.cap.* 10.*n.*2.

10 Neque obſtat *c.filiis.*16.97.vbi habetur, quod, ſi Epiſcopus,vel Metropolitanus res Eccleſiæ malè adminiſtret(idemque dic, ſi iuſtitiam negligat, vel facere renuat) Regis auribus intimandum ſit: Nam *c.*illud correctum eſt per *cap.qualiter,& quando de iudic.* vel intelligitur, non vt Rex iudicet(ſicuti malè intellexit gloſſ. ibid. ver. *Regi.*) ſed vt
1 admoneat,& inſter apud Eccleſiæ Prælatos, & vt adiuuet,tanquam ſupremus Eccleſiarum, quæ in ſuo Regno ſunt,patronus,ſeu aduocatus, ait Ab-
11 bas *cit.num.7.in fine*;quare argum. cit. *cap. filiis*, ſi Princeps, vel eius miniſtri faciãt literas hortatorias ad Eccleſiæ Prælatos,vt ab aliqua praua determinatione deſiſtant (vti in Regno Neapolis fieri conſueuit)non agunt contra libertatem Eccleſiaſticam: nec conſequenter incidunt in cenſuras Bullæ Cœnæ: atque ita in terminis huius caſus docet Coriolanus in Bull.Cœnæ, excomm 16.vbi
11 expreſsè ait,quod *hortatoriæ literæ hic non comprehendantur*: eſt autem hortatoria litera, amicabilis monitio,vt ſi Epiſcopus aliquid contra laicum impertinenter faciens, ab officialibus ſecularibus moneatur, vt deſiſtat: idem quoque docet Megal.
13 *in 3.part.l.b.3.cap.19.numero 6.* Et ratio huius doctrinæ eſt,quia verba hortatoria ſolùm conſilium important,& neceſſitatem non inducunt: quod ſi in his literis Princeps, vel eius miniſtri precatoriis verbis etiam vterentur, & non tantum hortatoriis,res redderetur plena ſcrupulis; quia preces Principũ(vt dici cõſueuit) mandato æquiparãtur.

14 Verùm ſi clerici(vti *ſupra dubit. præcedenti* dicebam) ſuis crimini bus ſeculari Reipublicæ moleſtiam,vel periculum ingerant,& ex alio capite remedium neque ab Epiſcopo,neque à Summo Pontifice impetrari,aut expectari poteſt; quia vel aures dare nolunt (quamuis hoc in perſona Summi Pontificis vix moraliter contingere vmquam poteſt)vel quia periculum eſt in mora, & ſic ad ipſos recurri tempus non permittit, cùm res dilationem non patiatur, tunc in huiuſmodi caſu ſpeciali habet locũ ius neceſſariæ defenſionis,ſecundũ quam fieri poteſt, id quod recta ratio præſcribit, ſicuti *cit.dub.præced.* dicebamus. Vide etiam *cap.6 dub.*10. & *c.7.dub.*8.

DVBITATIO VI.

An poſſit poteſtas laica, ſi quis ſiue laicus, ſiue Eccleſiaſticus vi, vel cenſuris à Iudice Eccleſiaſtico oppreſſus querelam deferat ad Tribunal Regium, illam acceptare?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica ſpectato iure communi non poteſt acceptare querelam perrectam vel ab Eccleſiaſtico vel à laico contra Iudicem Eccleſiaſticum,ſ cluſis ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ priuilegiis contra nonnullos.*

2 *Auocare ad ſe proceſſum,& acta cauſæ, & compellere Iudicem ad eorum reſciſſionem, non competit niſi Magiſtratui ſuperiori comparatione inferioris,ſingulis ſubordinati.*

3 *Magiſtratus Eccleſiaſticus non eſt ſubordinatus Magiſtratui ſecularis, qui vllam iuriſdictionem aduerſus Eccleſiaſticos exercere poſſit,niſi ſolum ex delegatione.*

4 *Querela ab Eccleſiaſtico grauato defrenda eſt ad eius ſuperiorem vel ad Metropolitanum, vel ſummum Pontificem.*

5 *Oppreſſus vel grauatus ſi non poſſit habere aditum ad ſuperiorem,naturali iure ſe ipſum defendere poteſt,& alios quoſcunque etiam laicos, & priuatos,re dum Principes ſeculares ad ſuã defenſionem aduocare.*

6 *Limita modo iniuria ſit manifeſta.& nihil ſiat per modum vſurpatæ iuriſdictionis.*

7 *Iuſta defenſio naturalis locum habet, cum tunc ſolum ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

8 *Iudices Eccleſiaſtici non poſſunt contra ſubditos ſuos aduocare ſubſidium brachij ſecularis,niſi cum ordinarium iuris remedium deficit.*

9 *Clericus coram Epiſcopo, & Epiſcopus coram Archiepiſcopo conueniri debet, Archiepiſcopus corã Primate,& Primas corã Romano Pontifice, vel coram eius Legato ad eam Prouintiam miſſo.*

10 *Canones prohibent ab Eccleſiaſticis Iudicibus ad laicos appellari.*

11 *Iudices ſeculares ſcire non poſſunt violentiam Prælatorum niſi examinatis actis, & actitatis in cauſa,ex quo nunquã violentia poteſt eſſe clara,vt titulo defenſionis naturalis procedere videãtur.*

12 *Procedens titulo defenſionis naturalis, facto ipſo violẽtiã repellit,non veritatis indagatione cum defenſio naturalis non ſit iuriſdictionis actus in ſubditum.*

13 *Nemini datum eſt alienam iuriſdictionem vſurpare, & in alienis cauſis ſe miſcere.*

14 *Appellantes vel ſpoliantur, vel turbantur ſua poſſeſſione, & vtroque caſu habent remedium ordinarium reintegrandæ,& retinendæ.*

15 *Prælatus Eccleſiaſticus licite poteſt ſequi opinionem probabilẽ Doctorum pro facto ipſius, & Iudicis Eccleſiaſti-*

Digitized by Google

Eccleſiaſtici, & ſic nullam iniuriam facit ſubdito, ſi illam ſequatur.

16 *In dubio ſtandum eſt pro ſuperiore.*

17 *Iudex non improbabiliter poteſt ferre ſententiam ſecundum opinionem probabilem relicta probabiliori; cum ſic adhuc probabiliter, & non temere; ſed cum fundamento operetur, neque de hoc in ſyndicatu tenetur.*

18 *Conſiliarij Regij in Regno Valentiæ noluerunt admittere cognitionem per viam violentiæ.*

19 *Recenſentur Doctores tenentes opinionem, quam ſequitur Auctor.*

20 *Iudex Laicus procedens per viam naturalis defenſionis in caſu violentiæ ad querelam Eccleſiaſticorum poteſt per modum facti, non autem Iuriſdictionis, inſpicere acta.*

21 *Qui poteſt defendere, poteſt etiam omnia illa, ſine quibus defenſio fieri non poteſt.*

22 *Arbitrantes etiam poſſunt inſpicere acta.*

23 *Religioſus ſi per appellationem, vel per aliam viam intra ordinem, poteſt vitare vim ſibi iniuſtè illatam, incurris cenſuras, ſi ad Iudices ſeculares recurrat, vide in quibus caſibus recurſus ad Iudices ſeculares ſit licitus.*

24 *Iudices laici non poſſunt licitè vim inferre; niſi prius Eccleſiaſtici Iudices ſuperiores eius, qui vim infert, requiſiti ſuccurrere nolint.*

25 *Refellitur opinio multorum Iuriſtarum, & quare.*

26 *Regis officium proprium eſt vim iniuſte illatam reprimere.*

27 *Vim vi repellere licet de iure naturæ.*

28 *Regum eſt per vim oppreſſos à manibus violentorum & calumniantium liberare, ac iniurias repellere, ſed in ordine ad laicos, & in ordine ad Eccleſiaſticos ſi non pateat aditus ad ſuperiorem.*

29 *Regibus per vim oppreſſos à manibus calumniantium liberare, & vim vi repellere de iure naturæ, quando vis eſt clara, & manifeſta; nam ſi eſt dubia, ſemper eſt præſumendum pro ſuperiore.*

30 *Textus in c. filiis, vel Nepotibus, 16. q. 7. explicatur, & ſenſus proprius contra male interpretantes retorquetur.*

31 *Textus in citato c. non eſt intelligendus iuxta doctrinam Abbatis, quod in defectu Iudicis Eccleſiaſtici, Princeps ſecularis poſſit cauſas eccleſiaſticas ad ſe aduocare; ſed quod hic moneat ſuperiorem Eccleſiaſticum de negligentia.*

32 *Patronus Eccleſiæ ſi videat bona Eccleſiæ ab Inferioribus Clericis defraudari admonere debet Epiſcopum, & ſi Epiſcopum, Metropolitanum, demum Regias auribus debet inſinuare non pro iuſtitia adminiſtranda, ſed pro admoniſione obtinenda.*

33 *Textus cit. in c. filiis, fuit abrogatus ab Innocentio III.*

34 *Charta, ſeu appellationes tutiùs admittenda non ſunt in cauſis Eccleſiaſticis contra nonnullos; quia ſunt contra Immunitatem Eccleſiaſticam.*

35 *Concilium Tridentinum prohibet prædictos recurſus Eccleſiaſticorum ad Iudices ſeculares.*

1 PEſpondetur ex dictis etiam negatiuè, ſpectato iure communi, & ſeclusis ſpecialibus Sedis Apoſtolicæ priuilegiis: atque ita contra Couar. *in pract. qq. cap. 35. num. 3. §. cæterum* in hac Regia (quem ſequuntur Anila *de cenſ. part. 2. c. 7. diſp. 2. dub. 5.* Zanardus *par. 3. c. 31.* Morla *tit. 2. q. 14. num. 4.* Duenna *l. b. 1. c. 9. num. 14.* Rodrig. *de annuis reddit. lib. 1. cap. 47. num. 6.* Suar. de Th. Delbene, de Immunit. Eccleſ. Pars II. Paz *tom. 2 par. 1. cap. 6. q. 2. num. 34.* Parladorius *lib. 3. diff. 9. §. 2. num. 24.* Simancas *Inſtit. Cathol. tit. 45. num. 35.* Guttierez *lib. q. 20. num. 1.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 14.* Garſias *de nobil. gloſſ. 1. num. 25.* Mexia *in leg. Regia Toleti in 2. fundam. par. 2. num. 47.* Valaſcus *conſil. 100.* Fuſcus *de viſit. lib. 2. cap. 23. num. 5.* & alij mox infrà citandi, quatenus aiunt, quod ſi quis ſeu laicus, ſeu Eccleſiaſticus vi, aut cenſuris à Iudice Eccleſiaſtico opprimatur, querelam deferre poſſit ad Tribunal Regium; & tunc miniſtro Regio competat acta omnia, & proceſſum cauſæ Eccleſiaſticæ ad ſe aduocare, & examinare; atque ſi iniuſtitiam commiſſam comperierit, Eccleſiaſticum Iudicem ad actorum reſciſſionē compellere) dicebam *c. 1. dub. 15. ſect. 5. & 6.* & nunc diffuſius probatur; quia acta, & proceſſum iudicij ad ſe aduocare, examinare, & poſtea Iudicem ad eorumdem reſciſſionem compellere, non competit, niſi magiſtratui ſuperiori comparatione inferioris, ſibique ſubordinati, ſed Eccleſiaſticus magiſtratus non eſt ſubordinatus magiſtratui ſeculari, neq; hic vllā iuriſdictionē aduersùs Eccleſiaſticos exercere poteſt (niſi ſolùm ex delegatione) ergo niſi ſpeciale priuilegium, ſeu commiſſio à Sede Apoſtolica habeatur, non poteſt praxis iſta licitè exerceri, id eſt, ſine vſurpatione alienæ iuriſdictionis, & violatione immunitatis Eccleſiaſticæ: quare neceſſe eſt, quòd qui per iniuriam, aut vim à Iudice Eccleſiaſtico pati arbitratur, querelam deferat ad eius ſuperiorem, videlicet ad eius Metropolitanū, vel Sūmum Pontificem; quod ſi in extraordinario caſu (vti ſupra pluries dicebam) id fieri nō poſſit, tunc oppreſſus naturali iure ſeipſum defendere, & alios quoſcumque, etiā laicos, & priuatos, nedū Principes ſeculares, ad ſui defenſionem aduocare poteſt (modò tamen iniuria manifeſta ſit, & nihil fiat per modum vſurpatæ iuriſdictionis, ſed ſolùm per modum iuſtæ, ac neceſſariæ defenſionis) quia tunc ſolum locum habet iuſta defenſio naturalis; cum tunc ſolū ſit cum moderamine inculpatæ tutelæ. 2 3 4 5 6 7

Cōfirmatur, quia ſacri Canones neque ipſis Eccleſiaſticis Iudicibus permittunt contra ſubditos ſuos aduocare ſubſidiū brachij ſecularis, niſi cùm ordinarium iuris remediū deficit ſicuti colligitur ex *c. ſi quis Epiſcopus, & ſeq. 23. q. 8. c. 1. de officio ordinarij, ver. cum opus eſt, & Clem. quia contingit. de ſent. gloſſ. ver. remediis, de Religioſis domibus*: ergo multò minus licebit aliis Eccleſiaſticis ſeculares in ſubſidium vocare contra magiſtratū Eccleſiaſticum, præterquā in caſu neceſſitatis extraordinario, cum nullum aliud remediū ſuppetit, vti ſuprà dicebatur: puto igitur, quod tunc ſolùm quis, cui violentia infertur, poſſit adire Iudicem laicum; quando ad talem vim reprimendā Iudex Eccleſiaſticus nō adeſt, vel ſi adeſt, non vult illā reprimere; alioquin nequeat Iudicem laicum adire; quia clericus corā Epiſcopo, & Epiſcopus corā Archiepiſcopo conueniri debet, *c. ſacro, de ſentent. excomm. & c. ad reprimendam, de offic. Ordinar.* & Archiepiſcopus conueniri debet coram Primate, *cap. antiqua, de priuilegiis*; & Primas coram Romano Pontifice, vel corā eius Legato ad eam prouinciā miſſo: ergo oppreſſus à Prælato inferioti, ad ſuperiorē, & non ad Tribunal laicale, recurrere debet, præſertim quia Canones prohibent ab Eccleſ. Iudicibus ad laicos appellari, vt habetur *inter. c. qualiter, & quando, de iudicijs, & c. ſi quis clericum, & c. clericum 11. quæſt. 1.* 8 9 10

Confirmatur ſecundò; quia ad veritatem ſententiæ aduerſariorū opus eſſet, clarā adeſſe violentiā quod amen non cōtingit in caſu noſtro: nō enim Iudi- 11

tes seculares sciunt violentiâ inferre Prælatũ subdito litiganti,negando v.g.appellationẽ,terminos approbatorios, &c. quousque processum examinant,& acta cognoscunt:ergo prius vlurpant cognitionem causæ spiritualis , quàm ipsis de violentia constet;& sic non titulo defensionis naturalis procedere videntur.

11 Confirmatur tertiò,quia qui titulo defensionis naturalis procedit,facto ipso violentiam repellit, non veritatis indagatione, cùm defensio naturalis nõ sit iurisdictionis actus in subditũ, sed executio iuris à natura cõcessi cuilibet homini,vt alterũ defẽdat:at Iudices laici causas ad se aduocando , non facto violentiam repellunt(si aliqua inest)vti suprà dicebatur,sed per modum iurisdictionis,veritatem indagando,ergo illis non licet hoc modo clericum defendere

12 Confirmatur quartò,quia non est concessum Ecclesiasticis Iudicibus laicum querelantẽ de suo Iudice ad iudicũ suum Ecclesiasticũ vocare,vt supra dicebatur;quia nemini datum est alienam iurisdictionem vlurpare,& in alienis causis se miscere:ergo multo minus id concessum erit laicis Iudicibus.Consequentia probatur;quia minorem potestatem habent laicis Iudices ad corrigendos defectus Iudicum Ecclesiasticorum,quàm è contra.

13 Confirmatur quintò;quia isti appellantes,quos oppressos vocãt aduersarij,vel sua possessione spoliãtur,vel in possessione sua turbantur,primo casu ordinarium habent remedium intra annũ, vt ante omnem contentionem restituantur, *l.1. de restitut. spoliat. possess.* Secundo casu quoque remedium ordinariũ ipsis competit,*§. retinendæ,§. interdicto,Instit. de interdict.*ergo cùm, siue vno , siue altero modo appellantes turbentur,remedia habeant ordinaria, iniquè conceditur ipsis remedium extraordinariũ, *contra l.in causa,ff. de minor.* ibi : *Non debet ei tribui extraordinarium*:cùm scilicet est ordinarium.

14 Confirmatur sextò,quia cùm pro facto Prælati, & Iudicis Ecclesiastici sit aliqua opinio inter Doctores probabilis,licitè potest (præsertim quia in dubio standum est pro superiore)illam sequi Prælatus Ecclesiasticus;& sic nullam vim, aut iniuriã facit subdito si illã sequatur:ergo non poterit iste recurrere,tanquam vi oppressus,ad Iudicem secularem;nec in tali casu poterit esse defensio,sed erit manifesta iniuria,& offensio , si repellatur ab illa opinione sequenda Iudex Ecclesiasticus ; & hoc, quod modò dixi,procedit,etiamsi opinio pro subdito sit probabilior:nam,vt *infrà* dicetur, non im-

17 probabiliter,potest Index ferre sententiam secundùm opinionem probabilem, relictâ probabiliori; cùm sic adhuc probabiliter,& non temerè,sed cum fundamento operetur, atque adeò in Syndicatu (cùm non delinquat)non poterit de facto iste puniri.Vide Sancium *in silectis d.sp.44.n.72.*

18 Confirmatur septimò , quia in Regno Valentiæ Consiliarij Regij , vt patet ex Maderiaga *in tract. de senatu cap. 39. §. 2.* noluerunt admittere cognitionem per viam violentiæ,ergo,&c.

19 Ex his contra Doctores supra citatos tenent nostram sententiam Suarez *contra Regem Angliæ, lib.4.cap.34.n.30.*Azor.*par.1.lib.5.cap.12.&14.*Reginaldus *tom.1.lib.9.cap.22.num.341.* Alterius *de censuris tom.1. disput.15. lib. 5. cap. 3.* Baldellus *tom.1.lib.5.disp.40.num.13.*Filliuclus *tom. 2. tract. 16. 8 & 10.*Saytus *de censur.lib.3.c.18.n. 6.* Io de Maderiaga *tract.de senatu cap.19.*Coriolan.*in Bull. Cœnæ excomm.14.*Layman*lib.4.tract.9.c.4. num. 4.* Duard*in Bull.Cœna lib.2.can.14.g.9.*Palaus *tom. 2. disp.vnic.punct.12.vnic. sect.*Bonac.*de legib.disp.10. q.2.punct.1.paragraph.1.num.10.*Barbosa *de iure Eccles.lib.1.cap.59 §.2.num.185.& in collect. lib. 1. decret.tit.2.cap. Ecclesia S. Maria de constitut. num. 1.*

Malderus *in part.2.q.96.ar.2.*vbi subdit , quòd in 20
casu, quod qui vim patitur , licitè adit Iudicem laicum(quia scilicet ad vim reprimendam non adest Iudex Ecclesiasticus, vel si adest , non vult hic illam reprimere) possit licitè (nempe per modum facti,non autem iurisdictionis)Iudex laicus inspicere acta ad finem,vt ipsi sic etiam constet de iniuria facta in negando appellationem : & ratio esse 21
potest;quia qui potest defendere,potest etiam omnia illa,sine quibus defensio fieri non potest,præsertim quia inspectio actorum per se non est actus iurisdictionis:nam arbitrantes etiam possunt inspicere acta.Tenet etiam nostram sententiam Portell.*in aquit. ad dubia Regular. in fine operis , verb. appellare , num. 3.* vbi sic ait : *Religiosus , si per appellationem , vel per aliam viam intra ordinem potest vitare vim sibi iniustè illatam , incurret censuras, si ad Iudices seculares recurrat. Si verò non sit locus appellationi , vel illa non recipiatur ; & Superior,ad quem possit recurrere, longè distet,ita vt non possit illum adire,instante grauamine ; tunc credo , posse Religiosum, vel clericum recurrere ad Principem secularem , non quasi appellet ad Iudicem competentem , sed solum , vt ipsi succurrat in illo grauamine iniusto , tollendo vim sibi factam , modo , quo licitè potest , suadendo scilicet Prælato , vt vel abstineat à vi iniusta , vel det locum appellationi , vel Iudices nouos assignet : & sic Religiosus recurrens ad Principem secularem cum prædictis circumstantiis nullam censuram Bullæ Cœnæ , vel alterius Bullæ incurret.* ita Portell. quem sequitur Sousa *in Bulla Cœnæ c. 15.disp.78. n. 2. & seqq.* vbi probat,quòd non possint licitè Iudices 24
laici vim auferre , nisi prius Ecclesiastici Iudices superiores eius,qui vim infert, requisiti succurrere noluint : quando tamen omni medio ordinario præmisso,non est alia via repellendi vim à Iudice Ecclesiastico factam;vel quando periculum est in mora , licitum erit tunc (scilicet per modum facti,non autem iurisdictionis)Iudici seculari, causam Ecclesiasticam ad se aduocare , & vim illatam auferre.

Ex his similiter apparet,non rectè dici ab aliqui- 25
bus Iuristis , quod etiam tunc (quando potest is, qui se grauatum putat à Iudice Ecclesiastico,adire alium Iudicem Ecclesiasticum superiorem) possit nihilominus auctoritatem suam interponere Iudex secularis,quasi in casu isto detur locus prænũtioni:nam(vt *suprà* dicebatur) tunc solùm propter vim iniustè illatam licitè recurri potest ad Iudicem secularem,quando periculum est in mora , & Iudex Ecclesiasticus longè abesser,vel si adest,vim reprimere non curat;quia tunc solùm proceditur per modum iustæ defensionis naturalis.

Apparet secundò,multo minus rectè dici ab aliquibus aliis Iuristis;quod simpliciter in omni casu licitè possit,is,qui se grauatum sentit à Iudice Ecclesiastico,recurrere ad Iudicem secularem, vt ipsi succurrat in violentia,& grauamine, quod patitur à Iudice Ecclesiastico ; atque adeò quod simpliciter in omni casu violentiæ possint licitè ministri Regij cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ ; Iuristæ autem , qui hoc docent, sunt Salgad.*in tract.de protect.Regia tom. 1. part. 1. cap.1. & seqq.*Pereita *tract. de manu Regia part. 1. cap.4.& 9.7.*Segura *in direct.iudic.Eccles par.2. cap. 13.n.51.& 53.*Callistus *in tract.d. lege Regia,§. 20. num.83.*

*num.*83 Auendagnus *in capitu. tum par.1.c.* [illegible] *num.* 13. Azeuedus *tom.1 leg.2.tit.6. Recopilat. Scius de inhibit. Instit.* Arag. *cap.*8.§.3.*& par.2.tit. ofic.pisc. ad Regem,* Cenedus *in Quæst. Canonicis, q.*45. *per totam,* Bobadilla *in Polit. to.1.lib.2.cap.*18.*num.*139. Ioan. de Henia *in Curia Philippica par.*1.§.5. *numero* 34. Graſſ. *de effect. clericor. eff.1,num.*300. Curtellius *de immun. Eccleſ. lib.*1.*q.*14. Salcedus *de lege politica lib.*1. *cap.*7.§.1.*& cap.*8. Caſtello Sotomaior *to.*1.*de tertiis,cap.*41,*num.*180. & Ceuallos *in tract. ſuper hac materia edito,&* præcipuè *in gloſſ.*6. *num.* 57. vbi
26 complures ex ipſis ſubdunt, quòd id non fundetur in priuilegio Pontificis, neque in eius tolerantia,ſed in iure Regis,cuius officium proprium eſt vim iniuſtè illatam reprimere, & quod Rex, eiuſque miniſtri vim repellentes, non id efficiant
27 per viam iuriſdictionis,ſed per viam iuſtæ defenſionis;quia vim vi repellere licet de iure naturæ; quodque ſic habeat praxis, & vſus quotidianus (quam praxim,& vſum non audent, vt verum fatear,im probare nonnulli Theologi, vt Suar. *Contra Reg. Angl. lib.*4.*cap.*34.*num.*13.*&* 15. Souſa *ad Bullam Cœn. cap.*16.*diſp.*82. Torreblanca *lib.* 15. *de iur ſpirituali,cap.*10.*num.*24. *& ſiqq.* Baldellus *diſp.* 40,*num.*12. Diana *par.*1.*tract.*2.*reſol.*53. Rodriguez *in ſumma to.*1.*cap.*155.*num.*8. Llmas *par.*1. *cap.* 7.§. 19. Henriquez *lib.*3.*c.*16.*n.*4.*in gloſſ. lit. A.& lib.*14. *c.*12.*n.*6. Io. Valerus *in differentiis vtriuſque fori, ver. peccatum,differ.*3.*numer.*2. Io. de la Cruz *par.*1.*præcept.*8.*q.*3.*art.*1.*dub.*3.*concl.*3.*& de ſtatu Relig. lib.*1. *c.*6.*ar.*2.*dub.*2.*concl.*1.& Anguian. *tr. de ll. to.*1.*lib.*2. *controu.*17.*num.*95.) Et pro hac ſententia firmanda
28 Adducunt primò *cap. Regum* 23. *q.* 5. vbi habetur, quòd Regum ſit per vim oppreſſos à manibus violentorum, & calumniantium liberare, ac iniurias repellere. Sed ad hoc *cap. Regum* 23.
29 Reſpondetur ex dictis,quòd intelligatur in ordine ad laicos: vel quod ſi loquatur etiam de Eccleſiaſticis, ſolùm locum habeat, quando deficit Superior competens, ſcilicet Eccleſiaſticus; quia tunc locum habet defenſio iuſta naturalis. Adde, quòd tunc ſolùm competit Regibus per vim oppreſſos à manibus calumniantium liberare,& tunc ſolùm licet vim vi repellere de iure naturæ, quando vis eſt clara,& manifeſta: nam ſi ſit dubia,ſemper pro Superiore præſumendum eſt: quapropter in caſu noſtro iniuſtam vim infert Prælato Eccleſiaſtico poteſtas laica, priuando illum iure ſuo, quod habet in caſu dubio: quod autem in caſu noſtro vis dubia ſit,patet ex ipſo facto: nam poteſtas laica examinat,an vis facta ſit,necne;&conſequenter non præſupponit certam,& euidentè vim. Vide Bonac, *in Bull. Cœn. to.*3.*diſp.*1.*q.*15. *punct.*4.§.4.
30 Adducunt ſecundò,cit. textum *in c. filiis, vel nepotibus,*16.*q.*7. per quem textum nonnulli Iuriſtæ, vt Olibanus *de iure fiſci cap.*13.*num.*31. gloſſ.& alij, putant, quod negligentia Epiſcopi, vel alterius Eccleſiaſtici Prælati ſuppleri poſſit per Iudicem ſecularem;ſed ad hunc text.

Reſponderur,quòd intelligendus ſit in caſibus, in quibus iuriſpatronatus collatio, atque inſtitutio ex priuilegio Summi Pontificis ſpectat ad Regem;& etiam ſecundum iſtum intellectum (qui conſequentius illi literæ aptari poſſe videtur) primò adeundus eſt Epiſcopus;ſecundò in ſubſidium, adeundus eſt Rex; extra hunc caſum puto, quòd nullo modo niſi in caſu extraordinario, (cum ſcilicet Iudex Eccleſiaſticus abeſt,& periculum eſt in mora;vel requiſitus non vult auxilium præſtare) adeundus ſit Rex;cùm non liceat apponere manus in meſſem alienam,& ſub prætextu boni finis,turbare iuriſdictionem Eccleſiaſticam; ſicuti rectè docent Mattha *de iuriſd. par.*4. *centur.* 2. *caſu* 43. *nu.* 4.& Duard *in Bull. Cœna lib.*4. *conſ.*14.*q.* 8. *numer.*8. qui adducit duas alias interpretationes; nempè quòd ex vigore prædicti textus tunc recurrendum ſit ad Regem pro reparatione Eccleſiæ iuriſpatronatus,cùm per Eccleſiaſticum Iudicem ipſius Eccleſiæ Rector cogi non poteſt, vt *in cap. petimus* 11.*q.*1.*& cap. non licuit. diſt.*17. vel cùm deeſt Iudex Eccleſiaſticus;ne ſcilicet tunc propter diſtantiam ab Vrbe Roma, Eccleſia interim ruat, pendente prouiſione facienda per Romanum Pontificem, iuxta ea,quæ ſupra dicebantur,& admittit Curtellius *de immunit. Eccleſ.li.* 2.*q.* 16. Vide etiam quæ dicentur *inf. à ſect.* 23.

Reſpondetur ſecundò,cum Abbate, ſupradictũ 31
textum non eſſe intelligendum, quòd in defectu Iudicis Eccleſiaſtici Princeps ſecularis poſſit cauſas Eccleſiaſticas ad ſe aduocare,ſed quod hic moneat ſuperiorem Eccleſiaſticũ de neglecta,aut iniquè adminiſtrata iuſtitia, vel quod faciat inſtantiã ſuperiori pro illius correctione: atque ita docent Chriſtophorus de Anguiano *in tract. de legib. to.*1. *lib.*2.*contr.*17.*num.*93. Peſantius *tract. de immun. Eccleſiaſt. diſp.*2.*n.*1. Alterius *de cenſuris to.*1. *diſp* 16. *lib.*5.*c.*2. qui citat Butrium Abbatem, Immolam,& alios Doctores mox *inf. a* citandos.

Reſpondetur tertiò,cũ Suar. *contra Regem Anglie* 32
*lib.*4.*c.*18. ſolum ibi dici, quod Patronus Eccleſiæ, ſi viderit bona Eccleſiæ ab inferioribus clericis defraudari,moneat Epiſcopum;ſi videat defraudari ab Epiſcopo,moneat Metropolitanum ſi videat defraudari à Metropolitano, Regiis auribus intimet,non quaſi,vt Rex iuriſdictione vtatur in Metropolitanum, ſed vt auctoritate ſua illum moneat;vel ſi id ſatis non eſt,implorato Pontifice,eius auctoritate illum cohibeat. Interim facto, & potentia impediat,ne Eccleſia in bonis ſuis damnum patiatur.

Reſpondetur quartò, quòd prædictus textus 33
fuerit ſublatus,& abrogatus ab Innocentio III. *in c. qualiter & quando de iudiciis*; atque ita docent Coriolanus *in Bull. Cœn. excomm.*14.*fol.*926. Filliucius *to.*1.*tract.*16.*cap.*10.*num.*263. Salas *de legib. qu.* 96. *tract.*14.*diſp.*14. Peſantius *de immun. Eccleſ. diſp.*16. Azorius *par.*1.*lib.*5.*cap.*14.*q.*2.*ad finem*, Duardus *in Bull. Cœn. lib.*2.*can.*14.*q.* 8.*num.*8. Iacobus Sahagun de Villaſante *in c. decernimus de iudiciis, num.* 159. Bonacina *de legib. diſp.*10.*q.*2.*punct.*1.§.1.*num.* 12. Gloſſa, Ioannes Andreas, Abbas, & alij penes ipſos,& per dictum c. qualiter, & quando dicendũ eſt etiam cum iiſdem Doctoribus correctum,& ſublatum eſſe c. *ſi quis cum clerico*, & §. ſi quis autem,quos tamen intellige,excepto caſu extraordinario neceſſitatis,quo ſuperior Eccleſiaſticus, ad quem recurratur,abeſt,& periculum eſt in mora, vel requiſitus nolit auxilium præſtare: nam in tali caſu,non obſtante cit. *c. qualiter, & quando*, recurri potetit ad Regem,cùm tunc locum habeat ius naturæ,quod non ſubiacet correctioni iuris politiui, *cap. qualiter, quando*, vel cuiuſcumque alterius cap. Decreti,& Canonis.

Apparet tertiò,contra Humadam *leg.* 3. *gloſſ.* 4. 34
*tit.*13.*per.*1. Azeuedum *lib.*1.*recopil. tit.*6. *leg.* 2. Pereiram *de manu Reg. cap.*22. & alios, quòd admittendæ non ſint in cauſis Eccleſiaſticis chartæ, ſeu appellationes tuitiuæ, de quibus in quadam ordinatione Regni Luſitaniæ apud Pereirã *in loco ſupra cit.* ſic habetur: *Iubemus, quod quando aliqua profertur*

sententia à Iudice Ecclesiastico contra clericum, vel contra laicum, qui sit suæ iurisdictionis, si ipse clericus, vel laicus appellauerit ad Romanam Curiam in eo casu, in quo appellare possint, & antequam tempus appellationis finiatur, impetrauerit chartam, ne pendente appellatione contra ipsum procedatur, & ne capiatur, vel ab illo pœna exigantur, excommunicato imposita, volumus, vt eorum cuilibet dictæ chartæ tuitiuæ concedantur, quando per scripturam publicam doceant, quod appellarunt, & suas appellationes prosequuntur, quamuis nullatenus receptæ sint: ita enim ab antiquo fieri consuevit, vt tales chartæ tuitiuæ per Senatores Palatij expedirentur. apparet, inquam, quod admittendæ non sint in causis Ecclesiasticis chartæ, seu appellationes tuitiuæ; quia ex dictis sunt contra immunitatem Ecclesiasticam.

Confirmatur; quia in casu, in quo conceduntur dictæ appellationes, potest laicus, vel clericus oppressus, vt patet etiam ex dictis, recurrere pro remedio obtinendo ad superiorem Iudicem Ecclesiasticum, vt Canones iubent, & non ad Iudices seculares, vt Canones prohibent.

Quod si oppressus ad superiorem Iudicem Ecclesiasticum recurrere non potest; quia scilicet vel ille abest, & periculum est in mora, vel renuit, tunc vltrò concedo ex dictis etiam, quod admitti possint appellationes tuitiuæ: nam si in tali casu, cùm tunc locum habeat ius naturæ, seu defensio iusta naturalis, potest Princeps vim arcere, & Iudicem Ecclesiasticum ad appellationem admittendã inducere, poterit etiam oppressum, ne nouam iniuriam ex hoc patiatur, tueri; quia cui aliquid statuendi facultas conceditur, eidem etiam facultas exequẽdi, ac executionem semel fundatam tuendi concessa censetur. Nam in primo actu expirasse, cùm tractum successiuum contineat: dici non debet vt ait Bart. *in l. fideiussor, §. neminisse*, vbi Lancellottus Gallia, *ff. de leg. 1.* ex eodem Bartolo *in l. inter Castellanum, ff. de arbitr.* & Bald. *ibid.* Alex *in l. cùm Prætor, §. si petit, col. penult. vers. procedere posset etiam, ff. de iureiur.* Ant. de Alex. *ibid. col. 3. vers. posset etiam alio casu*, Giurba *consil. 39. numero 21. vsque ad numer. 24.* & meritò; quia inutile esset, Principem violentiis occurrere, si postea illas iterari, & oppressum non esse tutum, permitteret.

35 Confirmatur secundò; quia id etiam prohibere videtur Tridentinum *sess. 25. cap. 3. de reform.* in his verbis: *Nefas autem sit ſeculari cuilibet magiſtratui prohibere Eccleſiaſtico Iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, quod contenta in præſenti Decreto non ſint obſeruata; cùm non ad ſeculares, ſed ad Eccleſiaſticos hæc cognitio pertineat.*

SECTIO II.

Prima Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Defensio, & Protectio naturalis oppressorum, locum non habet nisi in casu necessitatis extraordinarie, cum sc. deficit superior Ecclesiasticus.*
2 *Quod vna via prohibetur altera permitti non debet.*
3 *Recursus ad seculatia Tribunalia prohibetur via iurisdictionis ordinaria, & ideo prohiberi etiam debet via extraordinariæ cognitionis.*
4 *Quæ pertinent ad officium Principis sunt actus Iurisdictionis.*
5 *Officium Principis per Iurisdictionem distinguitur ab officio Personæ Priuatæ.*
6 *Iurisdictio appellatur à iure dicendo.*
7 *Iudices, ad quos fit recursus ius dicunt; nam vident acta, & processus, quos sibi transmitti iubent.*
8 *Princeps ex officio tenetur solum cognoscere causas subditorum; non verò extraneorum, quales sunt Ecclesiastici, vnde eos cognoscens facit potius contra proprium officium.*
9 *Principis est suum cuique tribuere.*
10 *Princeps secularis ingerens se in causis Ecclesiasticis, Ecclesiasticam Iurisdictionem vsurpat & Ecclesiæ libertatem violat.*

OBiicies ex Curtellio, supra dicta *n. 1. & seqq.* vera esse, quando Iudices laici procederent iudicialiter; at secus, si procedũt (vt est in casu nostro) extraiudicialiter, ac per modũ defensionis & protectionis oppressorum naturalis; prout ex officio competit Regibus, *c. Reg. 22. q. 5.* & colligitur ex *c. filii, vel nepotibus, ibid. q. 7.*

Respondetur: concedo totũ. At dico, defensionem, & protectionem oppressorum naturalem locum non habere, nisi in casu necessitatis extraordinario; cùm scilicet deficit superior Ecclesiasticus, vel toties dicebã. At extra hunc casum, quod vna via prohibetur, altera permitti non debet saltẽ dũ similis in vtraque via ratio reperitur, ex *reg. cũ quid, de reg. iur. in 6.* Vnde cùm extra hunc casum, recursus ad seculatia tribunalia per aduersarios ipsos prohibeatur viâ iurisdictionis ordinariæ, prohiberi etiam debet viâ extraordinariæ cognitionis: nã similis ratio in vtraque via reperitur; præsertim quia quod dicunt aduersarij, scilicet in tali cognitione nullum actum iurisdictionis exerceri, verum non est; quia quod Princeps facit prætextu violẽtiæ, facit ex proprio officio, vt ipsi fatentur; at quæ pertinent ad officium Principis, sunt actus iurisdictionis: in hoc enim distinguitur officiũ Principis ab officio personæ priuatæ, ergo: deinde iurisdictio dicitur à iure dicẽdo, *l. 1. §. damus. ff. de ſuſpect. tut.* Sed Iudices, ad quos fit recursus, ius dicunt: nã vident acta, & processus, quos sibi transmitti iubent, partes citando, licet rogatiuis ad Iudices Ecclesiasticos literis vtantur; ferunt; sententiam, vt fatetur Ceuall. *infra gl. 6. §. 1.* & Curtel. *de immun. Eccl. lib. 1. q. 14. n. 68. & 117. & seq.* & postquam cognouerunt appellantem non habuisse iustam appellandi causam, condemnãt eum in expensis, & damnis alteri illatis, coguntque etiam Iudicem Ecclesiasticũ ad acceptandam appellationem, immò & condemnãt in expensis, vt fatetur idem etiam Ceual. *in gl. 8. n. 11.* Gutier. *qq. pract. lib. 2. q. 29.* & Sesse *de inhibit. c. 8. §. 3.* sed istos iurisdictionis actus esse, manifestũ est, vt ex parte etiam admittit Curtellius *cit. n. 117.* ergo &c. Vnde Iudices laici, licet extraiudicialiter procedere, seu de extraiudiciali defensione agere se dicant, tamen verè, & propriè cognitionẽ iudicialem adhibent, & ex auctoritate procudunt, Suar. *contra Reg. Angl. lib. 4. c. 34. n. 54.* Vasq. *in manuscripta Apolog. pro iurisd. Eccl. disp. 2. c. 3.* Vald. *l. 5. disp. 23.* Arauxus *in 1. 2. S. Th. q. 97. disp. 3. sect. 5. disp. 4.* & Baldell. *lib. 2. disp. 23. n. 28* quidquid in contrarium dixerint Ceuallus, Salgad, Pereira, & Torreblanca *de iure spirituali lib. 5. c. 10. n. 28. & seqq.* & Salzed. *lib. 1. cap. 7. §. 1.* quos citat idem Curtell. *loco citato.*

Instabis, inspectio actuum, & citatio partium sæpius ad notitiam dantur sine vllo iurisdictionis actu, quæ

Digitized by Google

quæ neceſſariò exerceatur, vt patet in arbitrariis, amicabilibuſque compoſitionibus, & extraiudicialibus. Hinc per Iudicē ſæcularem citatur Clericus, vt ſciat pignus vendi, rem euinci, debitorem bonis cedere, prædium diſtrahi, vt retrahat, &c. in quibus caſibus non arctatur clericus ad comparēdum, ſed datur ei notitia, vt ſi velit, poſſit iudicio ſe ſiſtere, non quidem vt reus, ſed vt actor, qui, etiamſi clericus ſit, forum rei ſequi tenetur, Doctores, quos citat, & ſequitur Guill. Benedict. *in c. Raynutius, ver. vxorem, deciſ.* 2. Surd. *deciſ.* 26. Martha *de iur. fiſ. loc. cit. caſ.* 38. Giurba *deciſ.* 15. *n.* 10 *& ſeqq.* & alij, quos citat Curtell. *q.* 21. *&* 22. Idem videtur in æſtimatione facienda per arbitros familiæ herciſcundæ, *l.* 1. *§. cùm dicitur, ff. ad l. Falcid.* & in diuiſoribus, qui nullo iudicandi munere funguntur, & tamen citationes emittunt; & in aliis caſibus, de quibus Salzed. *diſp.* 7. § 1. *num.* 19.

Quod adeo verum eſt, vt potius omitti poſſit citatio iudiciaria, quàm extraiudicialis: nā Princeps ſi vult, priorem ex ſua poteſtate poteſt remittere, non ſic poſteriorem; cùm hæc pertineat ad ius naturæ, quod eſt ſemper indiſpenſabile, Albericus *in l. ſcientiam, §. qui cum aliter, num.* 3. *ff. ad leg. Aquil.* & Amaya *in l. definitis facultas, n.* 2. *C. de iure fiſc.*, quos citat, & ſequitur Merlinus *contr.* 33. *reſtur.* 2. *n.* 17. & cùm hæc eadem originem trahat ex lege Euangelica de correctione fraterna, ad quam omnes obligamur, ſi in nos, vel in alios iniurioſum viderimus proximum, *Matth.* 18. etiam clericum, vel Prælatum, S. Th. *in* 4. *diſt.* 19. *art.* 2. *q.* 3. quin etiam & Pontificem, quia & hic, ſi opus eſt, monendus eſt per teſtes, ſi priorem monitionem non audiat, v. g. coram ſuo Confeſſario, vel vno ex Cardinalibus, vel tandem ipſi vt Pontifici ſupplicare debemus, vt quod tanquam priuatus corrigere neglexerit, corrigat vt Paſtor Eccleſiæ, & vt dici ſolet, ab irato Cæſare ad ipſum placatum appellare, iuxta *l. tutorem, ff. de his, quæ ind gn.* ibi: *Diſcreta ſunt enim iura, quamuis plura in eandem perſonam deuenerint.* Hinc à Deo irato appellamus ad Filium incarnatum, qui vt talis compatitur infirmitatibus noſtris, ex Apoſtolo *ad Hebræos cap.* 4. ergo, &c.

Reſpondetur, tranſeat antecedens; qua de re dicam *infra ſect.* 10. At nego conſequentiam; quia inſpectio actum, & citatio in caſu noſtro fiunt ex officio, vt aduerſarij ipſi fatentur, & fiunt, cū aliis actibus, & in ordine ad alios actus, qui abſque dubio ſunt actus iuriſdictionis, vt ſupra dicebam.

8 Cæterùm ad cap. Reg. patet ex dictis, procedere ſcilicet illum (niſi ſimus in caſu neceſſitatis extraordinario) quoad laicos ſubditos: nam alioquin falſum eſt, Principem cognoſcendò cauſas Eccleſiaſticorum per viam violentiæ, facere id, ad quod per dictum c. Reg tenetur ex officio: ex officio enim tenetur ſolùm ſuſcipere, & cognoſcere cauſas ſubditorum, non verò extraneorum, qua-
9 les ſunt Eccleſiaſtici, qui non ſunt ſubditi Principi laico, ſed Eccleſiaſtico, *cap. Eccleſia, de conſtitut.* Vnde potius faciendo ſic, facit contra proprium officium: Principis enim eſt ſuum cuique
10 tribuere: at dum in cauſas Eccleſiaſticas ſe ingerit, Eccleſiaſticam iuriſdictionem vſurpat, & Eccleſiæ libertatem violat; ergo ſic potius facit contra proprium officium. Ad *cap. ſiniſ, vel nepotibus* patet etiam ex dictis.

SECTIO III.

Secunda difficultas, eiuſque ſolutio.

Th. Delbene, de Immunit. Eccleſ. Pars I I.

SVMMARIVM.

1 *Licitum eſt vim vi repellere quando vis infertur à priuato. Secus quando infertur ab eo, cui ſubditi ſumus.*

2 *Iudex non ſupremus ſi inferat vim, iuris ordine ſeruato appellari debet ad ſuperiorem.* 18

3 *Iudex ſupremus, ſi inique vexet, & nullum ſuperſit remedium, æquo animo ſufferatur.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus maiorem poteſtatem habet ſupra laicum, quàm è contra.*

5 *Munus defendendi Innocentes magis ſpectat ad Prælatos Eccleſiaſticos, quàm ad Principes ſæculares.*

6 *Licitum eſt vi vim repellere aduerſus ſuperiores, & quoſcumque duobus concurrentibus, ſcilicet vis manifeſta, & moderamen inculpatæ tutelæ.*

7 *Moderamen inculpatæ tutelæ non ſeruat is, qui inuaſus habet aliam viam euadendi ſine maiori, vel æquali damno, quam vim inferendo.*

8 *Iudicibus laicis non eſt licitum recipere recurſus Eccleſiaſticorum.*

SEcundò obiicies ex eodem Curtellio, iure naturæ, & diuino licitum eſſe vim vi repellere, & innocentem tueri, *vi vim, ff. de iuſt. & iur.* ergo ſi Iudex Eccleſiaſticus vim inferat, poteſt Iudex laicus innocentem ad ſe confugientem tueri, eiuſque appellationem admittere.

Reſpondetur cum gloſſ. *in leg. eſt.* diſtinguendo: 1
licitum eſſe vim vi repellere, quando vis infertur à priuato, concedo; quando vis infertur ab eo, cui ſubditi ſumus, nego, vt patet ex *l. iniuriarum, ff. de iniur. & leg. qui reſtituere, ff. de rei vendic.* quare ſe- 2
cundum gloſſam, ſi Iudex non ſupremus inferat vim, ſeruato iuris ordine, appelletur ad ſuperiorem; quod ſi Iudex ſupremus iniquè vexet, & 3
nullum ſupereſt remedium, æquo & patienti animo ſufferatur, ſicuti & faciunt laici à Iudicibus ſuis oppreſſi.

Confirmatur, quia in tali caſu, ſi laicus de ſuo Iudice laico conqueratur, quod ipſi ille vim inferat, negando v. g. appellationem, vel quid ſimile, non fert patienter Iudex laicus, vt Eccleſiaſticus ſe intromittat, & auctoritatem ſuam interponat, acta cauſæ v. g poſtulando ad examinandum, vel iudicandum, an Iudex laicus vim intulerit; nec ſæculares Iudices vocabunt actionem illam in Iudice Eccleſiaſtico defenſionem naturalem, ſed ſuæ iuriſdictionis vſurpationem: ergo idem dicendum de ipſis in ordine ad Iudices Eccleſiaſticos; quin immò multò magis, quia maiorem 4
poteſtatē habet Iudex Eccleſiaſticus ſupra laicū, quàm è contra; cùm Prælatus Eccleſiaſticus poſſit iudicare de peccatis omnium ſuarum oulum, *cap. monuit, de iudiciis, cap. ex tenore de foro compet. cap. ſi quis, de poenit* 24. q. 3. & munus defendendi inno- 5
centes magis ſpectet ad Prælatos Eccleſiaſticos, quàm ad Principes ſæculares, vt rectè dixit gloſſ. *in dict. cap. Reg.* & colligitur ex multis decretis, 87. *diſt.*

Reſpondetur ſecundò, concedendo licitum eſ- 6
ſe vi vim repellere, etiam aduerſus ſuperiores, & quoſcumque (quia regula illa à iure naturali prouenienſ ad propriam, innocentiſque defenſionē, qua vim vi repellere iuſtè poſſumus, locum habet aduerſus quoſcūque, etiam aduerſus ſuperiores, & Principē, ſi propriq poteſtatis limites tranſcēdant,

quia in eo ipso iniuriam irrogant, *l. nec magistratus, ff. de iniur.*, vt proinde ipsis resisti possit, *l. prohibitū, Cod. de iure fisci lib. 6.* ibi: *Obicere manus, & flatum etiam, si possibile sit si fuerint, sistit priuatis renitentibus, à faciendo iniuriam arcentur.* Et propter eadem rationem etiam aduersus Ecclesiasticos, & Pontificem. Caiet. *in 2.2. q. 39. a. 3. de potest. Papæ c. 17.* Hériq. *de Potestate lib. 3.* Suar. *ad Reg. Angl. lib. 4. c. 34. n. 10.* Tolet. *l. 6. 1. in explicat. Bullæ Cœnæ, ex comm. 9.* Bellarmin. *de Rom. Pontif. lib. 2. c. 29. ad 2.* ibi: *Sicut licet resistere Pontifici inuadenti corpus, ita licebit, si inuadat animas, vel si turbet Rempublicam; licebit inquam, non faciendo, quod iubet;* Suarez *contra Reg. Angl. lib. 4. cap. 33. n. 30.* Silu. *ver obedientia, n. 5. & ver. Papa, 4.* Sot. *dist. 15. q. 2. ar. 2.* Victor. *in relect. de potest. Papæ*, & Concil. *prop. 22. n. 23.* Corduba *lib. 4. q. 10. dist. 5.* Paris. *de potest. Reg. & Pap. c. 2.* Mendoza *de regno & dominio Christi fol. 83. n. 15.* Azor. *lib. 10. c. 7.* Gutier. *lib. 2. q. 1. n. 14* Baldell. *lib. 5. disp. 35. n. 4.* & 6. Farinac. *pract. crim. q. 125. n. 51.* Petra *de potest. Principis c. 3. q. 3. n. 35.* & alij, quos citat, & sequitur Lancellottus *par. 2. a. 12. ampliat. 20.*) si adsit duplex conditio:

Prima, vt constet de vi illata: nam si dubium sit, præsumendum est in fauorem superioris Ecclesiastici; quia in facto, præsertim superioris, non præsumitur delictum: tum quia Iudex laicus, dum ipsi certò non constat de vi illata, exponit se periculo inferendi iniuriam superiori Ecclesiastico, & priuandi illum iure suo, quod habet in suos subditos: hæc autē conditio ferè semper abest; quia dū in causis Ecclesiasticis Iudex laicus appellationē admittit, certò, ipsi non constat de vi à Iudice Ecclesiastico illata, vt ex ipsomet facto manifestè appareat, quandoquidem appellationem admittit, & se interponit ad examinandum, an vis illata fuerit, nec ne. Ergo, &c.

Secunda, vt seruetur moderamen inculpatæ tutelæ, quod non seruatur, quando laicus, aut Ecclesiasticus ad Iudices laicos recurrit, & appellationē interponit, si potest recurrere, & appellationem interponere ad Iudicem Ecclesiasticum superiorem; quia non seruatur moderamen inculparæ tutelæ, quoties inuasus habet aliam viam euadendi sine maiori, vel æquali damno, quàm vim inferendo, vt patet in materia de homicidio: sed in casu nostro inuasus habet aliam viam euadendi, sine maiori, vel æquali dāno: potest enim recurrere ad Iudicem Ecclesiasticū, & in defectu vnius recurrere ad alium, iuxta dispositionem Canonum, & nō iuxta vsum, & praxim fori secularis: ergo, &c. Adde, quod tunc licitum est vi vim repellere, quando id fieri potest sine maiori damno cōmuni; sed in casu nostro etiāsi appellans molestias, expensas, &c. pateretur, recurrendo tamen ad Iudices laicos, relictis Ecclesiasticis, maius damnū inferret cōmune: nam in iudiciis sequitur perturbatio: ergo non est licitum ei ad illos recurrere (atque adeò nec est licitum illis recursum recipere) sicuti non est licitum innocenti aggressorem occidere, si inde Reipublicæ incommodum magnum sequatur.

7

8

SECTIO IV.

Tertia Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationem denegans, ac sententiam data exequi volens, non de iure, sed de facto procedit.*

2 *Appellatio conseruat statum appellantis ante sententiam.*

3 *Post appellationem Iudex vt priuatus habetur.*

4 *Et maiori Iudici subesse dicitur.*

5 *Et oppressus, quin & quicumque alius priuatus, etiam armis obsistere potest.*

6 *Et tenetur ex charitate.*

7 *Multo magis tenetur Princeps.*

8 *Et tunc Princeps non exercet iurisdictionem, sed facto contra factum vtitur, debet tamen procedere cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

9 *Data facultate resistendi violentiæ censentur data media.*

10 *Post rogatiuas literas Princeps non est in culpa de his, quæ sequuntur.*

11 *Sed qui noluit preces admittere.*

12 *Appellatio debet esse ad Iudicem superiorem in eodem ordine.*

13 *In casu extraordinario potest esse ad Iudicem in diuerso ordine.*

14 *Reges Hispaniæ vis arcendæ facultatem non habent ex lege Hispana.*

15 *Nec ex lege communi.*

16 *Nec consuetudine communi.*

17 *Sed ex iure naturali, & consuetudine naturali.*

18 *In hoc non potest Princeps sibi præiudicare, nec à Papa dispensari.*

19 *Lex in recopilat. loquitur de iure naturali, & consuetudine naturali.*

20 *Dicta lex Regibus vis arcendæ facultatem præbens, ius naturale tantum refert, non ius nouum inducit.*

21 *Ius naturale inter leges ciuiles appositum, restat naturale, non efficitur ciuile.*

22 *Reges solum possunt admittere recursus Ecclesiasticorum in casu extraordinario necessitatis si superior Ecclesiasticus absit, vel nolit auxilium præstare.*

TErtiò obiicies ex eodem Curtellio, cùm Iudex siue laicus, siue Ecclesiasticus appellationem denegat, ac sententiam omni effectu iuridico ex appellatione suspensam per fas, vel nefas exequi vult, iam non iure, sed facto procedit, seu non vt Iudex, sed vt priuatus agit; quia per appellationem omnis eius iurisdictio in causa illa euanuit, ac ad superiorem ipso iure translata dicitur, ne ipse, qui decisit, aliquid innouare possit, *l. 1. ff. nil noui appellat. pendent. l. sciendum*, ibi: *Omnia in eodē statu, ff. de appell. recip. l. appellat. cod. de appellat. & l. 1. ff. ad sen. Conf. Turpill. §. vlt.* ibi: *Prouocationis remedio cōdemnationis extinguitur pronunciatio.* Vnde cùm esse Iudex desinat spoliare dicitur, Bero *consil. 246. n. 56. l. 16. quæst. 3.* Loffred. *consil. 47. n. 15.* & quidquid agit, dicitur de facto fieri, & tamquam à priuato, sicuti dicebam & habetur *in cap. cum dilecta, de rescript. cap. 10. de prabendis in 6. & cap.* Pisanis, *de restit. spoliat.* & tradunt S. Th. 2. 2. *quæst. 69. ar. 4.* gl. *in capite cùm pluries de restit. spoliat.* Abb. *in cap. causam, de iud.* Franc. *in cap. cum teneamur, numer. 8. cap. ad hæc, in princip. & cap. sæpe eodem tit.* & Lancell. *de attentatis appellatione pendente part. 2. cap. 12. ampl. 17. num. 9. & ampliat. 20. per totam.* 9

Hinc appellatio conseruat statum appellantis ante sententiam, Doctores, quos citat, & sequitur Lancellott. *cit. cap. 12. in præfat. num. 79. & seqq.* 2

Hinc etiam ei, qui iam suo munere functus, est 3

ac

ac in ea cauſa,attenta prouocatione,ſicut priuatus habetur,iuſtè,ac licitè citra pœnæ alicuius incurſum, etiam manu,ac armis obiſti poteſt,tum ex iure Canonico, *ex cap.dilecto,de ſent.excomm.in 6.* & tradunt Innoc.Abb.& Felin. *in cap ſi quando de offic.de leg.* Guid. Papa *de appellat.q.*120. *colum.* 7. Lancellot.*par.*2 *cap.*12.*ampl.*20.tum ex iure ciuili, ex *l.quoniam Iudices, Cod.de appellat.* Et tradũt Bald. *in l.ad dictos,Cod de Epiſc.audient.* Angel. *in l.addictis Cod. de appellat.* Catel Cotta *in memorabilibus ver. appellatio interpoſita fol.* 29. Maranta *in ſpecul. diſp.*1.*n.*38.& Roland.*conſil.num.*6.*lib.*2.quia efficitur Iudex incompetens ex prouocatione, Card. Ludouiſ.*deciſ.*336.& S.Th.*cit.ar.*4 vbi ait quod talis Iudex aſſimiletur latroni,eique liceat reſiſti ſicut latroni.

Hinc etiam,ſiue ipſi à Deo,ſiuè à iure poteſtas
4 iudicandi tributa ſit,ſemel quod ex ipſo intercedit appellatio,maiori Iudici ſubeſſe dicitur;cuius iuriſdictioni fauendum eſt;quia ad ipſum negotium, iure diſponente,deuoluitur,& ſic non peccat,qui reſiſtit iudici à quo, dum maiori parere eligit, S. Auguſtin.*cap.*94.*qui reſiſtit,*11.*queſt* 3.ibi: *Non vtique contemnus poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire;nec hinc debet minor iraſci,ſi maior prælatus eſt.* S. Th.*in* 2.*diſt.*44 *q.*2.Silu.*ver.Obedientia,*Corduba *l.*3.*q.*13. *reg.*3.& Bellarmin. *de Rom. Pontif. lib.*2.*cap.*29. ex Apoſt.ad Rom.*cap.*13.*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, ponderando verbum ſublimioribus tamquam comparatiuè ad minus ſublimes prolatum.

Quod ſi Iudici ſic de facto procedenti(in caſu, quo Iudex promptus non adſit,vel deneget auxilium,ſicuti rectè limitant doctores, quos citat,& ſequitur Ioannes de Lignano *in tract.de bello cap.* 177.& Menoch.*de arbitr centur.*6.*caſ.*527.)obſiſte-
5 re poteſt oppreſſus,quin & quicumque alius priuatus ex charitate,& tenetur,ſi commodè poteſt, *cap.dilecto, de ſent.excomm.in 6.* ibi: *Et quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino,vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impartiri auxilium,immò ſi poteſt,&*
6 *negligit, videatur iniuriantem fouere,ac eſſe particeps eius culpæ.* Et docent S.Th.*opuſc.*19.*cap.* 16.Caiet. 2.2.*qu.*4.*ar.*2.Victor.*relect.de Indis,*2.*numer.*17.& Baldellus *lib.*5.*diſp.*40.*numer.*12 multò magis ob-
7 ſiſtere poterit, quin & tenebitur Princeps, iuxta illud S.Auguſtini *lib.*1.*cap.*7.*contra Parmen.*ibi: *An dicam forte iſti, non ad Imperatorum poteſtatem hæc coercenda,vel puniendæ pertinere debere.* Et ſtatim: *An iuſtior eſt priuata reſiſtentia,quàm Regia diligentia?* Et tenent Doctores quos citat,& ſequitur Riueglus *deciſ.* 30. *Dolani Senatus*, Salgad. *de protect.par.*1. *cap.*5.*pralud.*3.*num.*113.Baldell.*cit.diſp.*40.*num.*12. ibi: *Quamuis vnuſquiſque priuatus hoc ipſo iure inculpatæ defenſionis poſſit licitè eſſe paratus ad ſe,vel quemcumque alium innocentem defendendum, & ſtatim recurrere,quo accurrit actualis aggreſſio,vel vis illata: ipſa tamen Reſpublica, & ipſe Princeps licitè poteſt etiam aliquid amplius, id eſt, prouidere,cauere,ne fiant aggreſſiones,& ne vis inferatur,* Salzed. *de leg. polit. lib.*1.*cap.*7.§.1.*num.*103.*fol.*72.& alij paſſim; quia Princeps non impetu fertur,ſed cognita iniuria, vim pro modo illius repellit; ſubditi autem in re propria ſæpius obcæcarentur, ac fortè debitæ, & iuridicę executioni reſiſterent:cùm,ſi reſiſtere cuique Iudicibus ob iniurias datum eſſet, prætextu iniuſtitię,vnuſquiſque iuris executioni ſe obiiceret,& indies tumultus orirentur in damnum Cõmunitatis; Doctores,quos citat,& ſequitur Modernus *de iure belli lib.* 1. *cap.*3.*n.*5.& *cap.*4.*num.*2. tum quia cùm Princeps ob dictam cauſam prohibeat,quod ſubditi reſiſtant,& facti vim arripiant, tenetur ſaltem propter hoc ipſe eis ſuccurrere,nè vim patiantur;tum quia Princeps eſt communitatis pater,patronus,& defenſor,& ſic tenetur ſubditos,tamquam filios,& clientes,ſi vim patiantur, defẽdere,& à vi releuare;eodem penè modo, quo quilibet paterfamilias tenetur, vel ſeruos defendere,& à vi liberare,ſi fortè vis filiis,vel ſeruis ſuis inferatur,*l.*1.§.*aut per ſemetipſum,ff.de iniur.* ibi: *Spectat ad nos iniuria, quæ fit his,qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.*

Itaque ex dictis multò magis obſiſtere poterit, & tenebitur Princeps,non quidem iuriſdictionem exercendo (quia aduerſus factum non requiritur iuris exercitium,)licet aliquãdo ius factum reuocet,*l.*1.§.*hoc edictum ff.de ventris nomine*, & *ibi* Doctores,Lancell.*de attent.*3.*par cap.*25.*cit.de proceſſu in cauſa attentorum,num.*46.Bellarmin.*lib.*2.*de Conciliis cap.*10.ibi: *Ad reſiſtendum, & vim vi repellendam non requiritur aliqua proprie auctoritas.* Baldell: *diſp.*40.*n.*10.& Barboſa in Axiomatis huius exornatione *cap.*93.*n.*26.& 35.) ſed alio facto vtendo, id eſt, factum defenſionis opponendo, iuxta *cap. noſtri,*23.*q.*3.ibi: *Noſtri aduerſus illicitas, & priuatas veſtrorum violentias à poteſtatibus ordinatis vltionem petunt,non quod hos perſequantur,ſed quia ſe defendunt* vti docent communiter ſcriptores Hiſpani, quos citat, & ſequitur Salzed. *lib.* 5.*cap.* 7.*numer.*204. *& ſeq.* 8

Idque cum moderamine inculpatæ tutelæ,intercedendo primum,& per rogatiuas literas inſinuando Iudici Eccleſiaſtico,quod ſibi ſubditorum appellationes recipiat, in quantum violentia requirit,iuxta *cap. vt fama,*35.*de ſentent.excomm.* ibi: *Dum tamen non amplius eorum violentia ſe extendat quàm defenſio,vel rebellio exigit clericorum;* & tradunt Suar. *contra Regem Angl. lib.* 4.*cap.*34.*n.*32.& Baldell.*cit.diſp.*40.*n.*12.

Data enim facultate reſiſtendi,& obuiandi violentiæ cenſentur data media,ſine quibus non pro- 9
deſſet,Suar.*loco cit.lib.*3.*cap.* 16.*num.*42.& *lib.*3.*de Primatu Summi Pontificis cap.*...*n.*4.Baldell. *cit.diſp.* 40.*n.*12.& Diana *par.*1.*tract.*1.*reſol.*53.quapropter poſt preces Princeps non eſt in culpa de his,quæ ſubſequuntur, ſed qui noluit preces admittere, 10
cùm debuiſſet,ex traditis per Salas *de legib.diſp.*7. 11
*ſect.n.*15.Leſſ.*de iuſt.& iur.lib.*2.*cap.*46 *in fin.*Sach. *lib.*1.*Moral.cap.*5.*nu.*8.Azor.*lib.*5.*c.*14.*q.*2.Baldell. *lib.*3.*diſp.*8.& 9.& *lib.*1.*diſp.*32.Megal.*par.*3.*lib.*3. *c.*19.*n.*6.Bonac.*de legib.to.*2.*diſp.*1.*q.*1.*punct.*7.§.4. *n.*12.& Salzed.*lib.*1. *cap.* 7.§.1.*num.*208.quia cum Eccleſiaſtici Iudices,vbi preces ſunt iuſtæ,& Principum petitiones ad publicam quietem dirigũtur,acquieſcere dictis eorum,ac recedere à vi teneantur,iuxta *cap.iam verò,*23.*queſt.*3.ſi renuunt, dicuntur ipſi cauſam his,quæ ſequuntur,præbere, ſicuti de auctore rixæ eſt text. *in l. quemadmodum* §.*fin.ff.ad leg. Aquil.& in l.*2.& 3.*Cod.ad leg.Cornel. de ſicariis,& cap.de catero,*11.*de homicidio caſuali.*

Reſpondetur,hæc,quæ obiicit Curtellius, vera eſſe, ſi appellatio fiat ad Iudicem ſuperiorem in eodem ordine,Eccleſiaſtico ſcilicet,vel laicali,ſe- 12
cus ſi fiat ad Iudicem ſuperiorem in diuerſo ordine;quia ad hominem, vera illa non ſunt,ſi laicus oppreſſus à Iudice laico,non appellet ad Iudicem Superiorem ſimiliter laicum, ſed ad Iudicem ſuperiorem Eccleſiaſticum; quod ſi quando recurri licet ad Iudicem in diuerſo ordine,id eſt ſolum in caſu extraordinario neceſſitatis; cùm ſcilicet Iu-

dex in eodem ordine promptus non adest, vel denegat auxilium,& ipsemet Curtellius *numero* 29. 13
nit:quapropter subdit, quod Reges Hispaniæ vis arcendæ facultatem non habeant ex lege Hispana (quæ in recopilatione nouissima habetur *in l.*36. *tit.*5 *lib.*2.)nec ex lege communi,vel consuetudine communi(de qua alicui videri posset *in dict. l.*36. mentionem fieri,ibi:*Ex quo tum de iure, tum de consuetudine immemorabili ad nos spectat occurrere violentiis per Iudices Ecclesiasticos, vel alias personas admissis,in causis per eos cognitis, in non admittendo appellationes ab eis legitimè interpositas*)sed ex lege naturali,& consuetudine naturali, sicuti mox infrà dicetur.

Quod autem Reges Hispaniæ dictam facultatem vis arcendæ non habeant ex lege Hispana, 14
probat; quia hæc nullatenus valet, nec ius facit contra Ecclesiam,& Ecclesiasticos, ex *cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* Siquidem quæcumque lex ciuilis,vel Principis constitutio, prout talis super cognitione Ecclesiasticarum causarum aliquid validè statuere defectu potestatis non potest, vt bene determinauit Pontifex *in dict.cap. Ecclesia*, *de Constitut.*idque siue quia materia huiusmodi pertinet ad diuinum ius,cui humanum famulari tenetur, siue quia semel cognitione causarum clericalium per Imperatores renunciata, & per Pontifices acceptata,ac inter Canones relata,& nouo iure Pontificio firmata,non potuit aduersus huiusmodi renunciationem regressus dari, *ex leg. quæritur,*§.*si venditor,ff.de adif.edict. leg. Herennius*, *ff. de euict.cap.*1 *de renunc.in* 6.& glos. *in cap.quam periculosum,*7.*q.*1.*& in leg.ab omnibus,Codic.de fideicommiss.*postquam enim semel Ecclesiæ priuilegia ab Imperatore concessa sunt, in Ecclesiæ libertatem committitur,si contra illa statuatur, *cap. nouerit,* 49.*de sent.excommun.*vbi Innocent.Papa.*n.*2.quamuis in fauorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum id fiat,si Pontificis consensus deficiat, *c. bene quidem,* 96.*dist.*ex quo sumptum fuit dictum cap. *Ecclesia S. Mariæ,de Constit.* vt rectè adnotauit *ibi* Innocent.IV.

Item quod Reges Hispaniæ facultatem vis arcendæ non habeant ex lege communi,probat,quia 15
talis lex, seu tale ius ibi relatum nusquam inter Canones reperitur,inclusis etiam duobus Hieronymi,& Isidori locis à Gratiano relatis *in c. Principes seculi,& cap.Regum officium*,cùm nec Hieronymus,nec Isidorus,nec Gratianus legis condendæ facultatem habuerint:quod si dicatur, dicta loca ex probatione Gregorij XIII. vim legis habere, præsertim cum eorum sententiis, vt glossis,& interpretationibus ad diuinas, & Canonicas leges vtamur:statim occurritur,primò ex c. 9.III.Concilij Carthaginensis:secundò ex c. III. §.in causis, sess.25.de reformat.Tridentini Concilij: tertiò,ex Canone speciali Bullæ Cœnæ,& aliis iuribus, vbi recursus huiusmodi improbantur, si scilicet fiant extra dictum extraordinarium casum necessitatis, de quo supra dicebatur,

Item quod neque habeant ex consuetudine cõ- 16
muni,scilicet politiua (quæ sequitur ad ius commune positiuum)probat ex defectu etiam potestatis ex parte eam inducentium cum impatientia, & contradictione Pontificis vnitam, ex Bulla Cœnæ quotannis repetita,& præcipuè nouissima ex tempore Sixti V. consuetudinem istam in particulari improbante,ac vsum illius sub grauissimis censuris vetante.Vnde data resistentia iuris communis, illiúsque Concilio Trid.muniti, & data incapacitate Principis secularis præscribere volentis, nullatenus proficit consuetudo, etiam immemorabilis;quia ius,illudque forsan diuinum,resistens,annullat omnem vsum;cùm etsi adesset titulus,præscribendi causam non præstaret, iuxta illud: *Non proficit titulus præsumptus, vbi nec verus inuat*, siue quia Pontifex id concedere non potuisset, siue quia semel concessum,ex causa reuocasset, *in cit.c. S.Mariæ,in Trid.Concilio sess.*21. *cap.* 3. *&* 20. *& in cit.can.Bullæ Cœnæ.*

Consequenter restat, inquit Curtellius, quod 17
Reges vis arcendæ facultatem habeant ex iure naturali, & consuetudine naturali (quæ scilicet ad ius naturale sequitur)cui quilibet Princeps etiam subest,& obligatur sub mortali, Sot. *de iust.& iur. lib.*2.*q.*6.*art.*7.Suarez *de legib,lib.*3.*cap.*35 Baldellus *lib.*5.*disp.*27.*numero* 2.Giurba *in crim.conf.*1.*&* Salzed.*de leg.polit.cap.*7.*numero* 30.*&* 119. *& seqq.* vbi ait,legem Hispanam executiuam esse huius naturalis iuris, remanente in sua proprietate præcepto,probans id fieri posse ex Montesino 1.1.*disp.* 23.*q.* 3. *numero* 44. quia forma, & modus non officit substantiæ,Mol.*de iust.lib.*31.*concl.*4 & Gratan.*discept.*215.

Quin ita subest,& obligatur Princeps tali iuri, 18
& consuetudini naturali,vt neque per Pontificem possit dispensari,*cap.quantum in fin. vers. quidam dicunt,de iureiurand.*& docent Sot.*lib.* 1.*q.*7.*art.* 3. & *lib.*4.*q.*3.*art.*1.Victor.*relect.*2.*de potest.Papæ,& Concilij*,Suar.*de legib.lib.*2.*cap.*14.*n.*1.& Azor.*to.* 2.*lib.* 4 *c.*18.*q.*3.

Consequenter etiam restat(subdit idem Curtel- 19
lius)quod de hoc iure naturali, & de hac consuetudine naturali loquatur lex illa 36. in Recopil. nouissima,de quo iure, & consuetudine si loquatur lex illa,clarum est,legem illam tantum ius naturale Regibus vis arcendæ facultatem præbens, 20
referre,non autem ius nouum inducere, *arg.l.heredes palam,ff.qui testam.fac.poss.*ibi:Nihil enim tunc dat,sed datum significat;quia naturale ius inter leges ciuiles appositum non efficitur ciuile, sed vt prius manet,cùm naturalia sint immutabilia, *Iustit.de iure natur.gent.&* ciuil. §. *sed & naturalia quidem iura*,& docent ex communi Suar.*de legib.lib.*2. *cap.*14.*numero* 6.*& seqq.*Victor.*de potest.Papæ numer.* 1.& Couarruuias *in reg.peccatum*,2. *par.*§. 11. *n.*5. Vnde cogitur dicere Curtellius, si sibi constans esse velit,Reges posse solum recursus Ecclesiasticorum admittere in casu extraordinario necessitatis,si scilicet superior Ecclesiasticus, ad quem esset appellandum, absit vel nolit auxilium præstare; quia tunc solum locum habet ius naturale,& consuetudo naturalis(quæ sequitur ad ius naturale) de præstanda defensione naturali,ita vt si quid supra hac assumatur,iurisdictio aliena vsurpetur, & immunitas Ecclesiastica violetur. Vide *cap.*6.*Dub.* 10.*& cap.*7.*dub.*8.

SECTIO V.

Quarta Difficultas eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo immemorabilis etiam in casu particulari,non valet contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Consuetudo immemorabilis tunc solum admittenda quando*

quando cum ea coniungitur conſtans fama, & traditio æquè antiqua, & immemorabilis, quod præceſſerit priuilegium; & quando ea integrè probaretur.

3 *Conſuetudo mixta Eccleſiaſticorum & laicorum tunc Eccleſiaſticos obligat, quando non præiudicat ſacris Canonibus, vel ab illis non fuerit reprobata.*

4 *Eccleſiaſtici non poſſunt cedere Iuri ſuo, cum non poſſint renunciare priuilegium Immunitatis contra canones.*

5 *Tolerantia Pontificis in hoc caſu non eſt approbatiua, ſed tantum permiſſiua ad vitandum ſcilicet maiora mala.*

QVartò obiicies, hanc praxim ſuſtinendam eſſe. Primò conſuetudine immemorabili, quæ licet non poſſit tollere omnem exemptionem Eccleſiaſticam, poteſt tamen tollere illam in caſu aliquo particulari, vt eſt de tollenda vi. Secundò, quia eſt conſuetudo coniuncta cum priuilegij fama, quę vaga, & incerta ſufficit. Tertiò, quia talis conſuetudo eſt mixta laicorum, & Eccleſiaſticorum, vt de ſimili docere videtur Surdus *conſil. 2. volum. 1.* Tiraquell. *de vtraque retract. lignag. §. 1. gloſſ. 8. num. 173.* Maynard. *de priuileg. Eccleſ. par. 2. tit. 22. numer. 88.* Collegium Bononienſe *in reſponſ. pro libert. Eccleſ. n. 28* qui propterea defendunt quamdã in quibuſdã locis conſuetudinem, vt ſcilicet monaſteria nõ ſuccedant: de qua conſuetudine teſtatur Peregrin. *in tract. var. ib. 6. nu. 77.* Guillelm. de Benedictis *in cap. Raynutius numer. 225. de teſtament.* Boërius *deciſ. 754. numer 8.* Rebuff. *conſil. 173. num. 11. & 12.* & hoc etiam ſeruari Ferrariæ, teſtatur Riminaldus *conſi. 85. num. 38.* Quartò, quia Papa hanc praxim ſcit, & tolerat, & ſic tacitè in illam conſentit.

1 Reſpondetur ad primum, conſuetudinem immemorabilem, etiam in caſu particulari, non valere contra libertatem Eccleſiaſticam, vt dicebatur *cap. 1. Dubitat. 15. ſect. 5. & 6. & cap. 5. Dubitat. 14.* & patet ex *cap. clericis*, de iudiciis, & aliis iuribus, vbi Pontifices apertè damnant conſuetudinem particularem, in caſu etiam particulari, tendentem contra Immunitatem Eccleſiaſticam.

2 Ad ſecundum reſpondetur cum Suar. *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 34. nu. 17.* illam doctrinam non eſſe veram, ſed tunc ſolùm admittendã, quando cum conſuetudine immemorabili coniungeretur conſtans fama, & traditio æquè antiqua, & immemorabilis, quod præceſſerit priuilegium, & quando præterea traditio prædicta de priuilegio integrè probaretur; quod in caſu noſtro non contingit; quinimmò Ceuallos, & alij mordicùs tenent non adeſſe, neque adfuiſſe vmquam tale priuilegium. Vide loca ſupra cit.

3 Ad tertium reſpondetur cum Suar: *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 39. num. 19.* & Valboa *in cap. 1. de foro compet. n. 6.* & aliis, tunc conſuetudinem Eccleſiaſticorum & laicorum mixtam Eccleſiaſticos obligare, quando prædicta conſuetudo mixta non præiudicat ſacris Canonibus, vel ab illis non fuerit reprobata, quæ ambo adſunt in caſu noſtro.

4 Vide etiam loca ſupra cit. vbi de reſponſione ſubdebam rationem; quia ſcilicet non poſſunt alioquin Eccleſiaſtici cedere iuri ſuo; cum non poſſint priuilegio immunitatis contra Canones renunciare, cum illud non ipſis ſingulariter, ſed ſtatui Eccleſiaſtico in communi conceſſum ſit, vt patet de priuilegio Canonis.

5 Ad quartum reſpondetur, quod tolerantia Pontificis in caſu noſtro non ſit approbatiua, ſed tantùm permiſſiua, ad vitandum ſcilicet maiora mala & incommoda. Vide *loca ſupra cit.* & Rotam *in antiquis 10. de conſuetud.* Surd. *conſil. 301.* Cochier *in vind. libert. Eccleſ. par. 2. cap. 3. num. 8.* & alios, quos ibi citabam: quin addo, quod tantum abeſt, vt Põtifex in tali caſu implicitè conſentiat, vt potius ſingulis quibuſcumque annis in Bulla Cœnæ reclamet. Vide Bullam Cœnæ, & Bullam Vrbani VIII, ſuper reſeruatione Iurium Sedis Apoſtolicæ, &c *quibuſcumque præiudicialibus, Romanus Pontifex*, & quæ in *loco ſupra cit.* dicebam.

SECTIO VI.

Quinta Difficultas, eiuſque ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Principes quidam de facto habent priuilegium à Pontifice vim arcendæ in cauſis.*

2 *Rex Hiſpaniarum quod habeat priuilegium vim arcendæ tenent aliqui Doctores.*

3 *Rex Hiſpaniarum quod non habeat dictum priuilegium alij exiſtimant, ſed putant dictam vim arcere iure Regali.*

4 *Principes quicumque habentes priuilegium à Summo Pontifice aduocandi ad ſua Tribunalia cauſas ſpirituales excuſantur ab Excommunicatione Bullari, modo priuilegij formam ſeruent, & priuilegium non ſit reuocatum.*

5 *Reges vt poſſint habere tribunal de la fuerza, Epiſcopatus, & Beneficia conferre, & cauſas ſpirituales cognoſcere, debent habere Priuilegium à Papa.*

6 *Remoto priuilegio Papæ non ſufficit Conſuetudo, aut præſcriptio etiamſi eſſet immemorabilis cum perpetua tolerantia Pontificis.*

7 *Tolerantia non ſuffragatur in iis, quæ non ſunt quæſibilia ſine Principis conceſſione.*

8 *Conticentia, ſeu Patientia non inducit diſpenſationem in his, quæ ſunt contra Iuris diſpoſitionem.*

9 *Actus diſſimulationis duplici modo contingit, & quomodo.*

10 *Collatio Beneficiorum quamuis poſſit ex priuilegio per Papam laicis concedi; non tamen id poteſt conſuetudine, aut præſcriptione laicis acquiri.*

11 *Conſuetudo vt excuſet debet eſſe legitima, & præſcripta.*

12 *Conſuetudo præſcribi non poteſt, quoties ſubiectum eſt incapax illius rei, quæ per conſuetudinem induci prætenditur.*

13 *Regula illa, Acquiſibilia priuilegio ſunt etiam acquiſibilia conſuetudine, aut præſcriptione, vera eſt, niſi lex conſuetudinem tanquam abuſum, & corruptelam improbet.*

14 *Præſcriptio locum habere non poteſt, ſi ius faciat hominem incapacem poſſeſſionis, & conſequenter præſcriptionis.*

15 *Ius decimarum cũ ex propria inſtitutione ſua ſit Eccleſiaſticum, in laicum cadere non poteſt, niſi ex ſpeciali, & legitima Eccleſiaſtici Prælati conceſſione, aut priuilegio.*

16 *Poſſidens de tempore immemorabili non tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis allegare; cum ob temporis diuturnitatem id ſæpe difficile ſit, ſi capacitas tamen ſit in Poſſidente.*

17 Con

17 *Consuetudo per quam inducitur præscriptio rationabilis esse debet.*

18 *Limita primò, nisi talis consuetudo scientia, & libera patientia, seu permissione Principis adiuuetur.*

19 *Limita secundò, nisi talis consuetudo præsumpto aliquo titulo iuuetur, v.g. constante fama priuilegij concessi.*

20 *Fama dat iustum causam credendi.*

21 *Data incapacitate præscribentis, solus cursus temporis nil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax est.*

22 *Nuda consuetudo etiam immemorabilis non sufficit ad probandum priuilegium in materia immunitatis, sed requiritur saltem constans fama priuilegij.*

23 *Consuetudo quamuis immemorabilis, si sola sit, & nullo titulo, seu priuilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiastica exemptioni quidquam derogare*

24 *Ecclesiastica immunitas in vniuersum tolli non potest per consuetudinem; potest tamen in parte tolli.*

25 *Auctor probat suam sententiam, vide quibus mediis.*

26 *Consuetudo, quæ tendit contra nerum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem, irrationabilis est.*

27 *Vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio.*

28 *Omnis legitima præscriptio legis adminiculo nitidebet, cum sit beneficium à iure inuentum.*

29 *Laici ex parte priuilegij capaces sunt iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

30 *Papa potest tollere, & reuocare immemorabilem, & legitimè præscriptam consuetudinem contra immunitatem.*

31 *Papa sicut potest reuocare priuilegium concessum contra immunitatem; ita etiam potest reuocare consuetudinem legitimè præscriptam.*

32 *Ad clauem supremæ Potestatis spiritualis spectat exemptionem Ecclesiasticam conseruare, eandemque diminutam redintegrare.*

33 *Contra supremam potestatem in spiritualibus non potest vnquam fieri præscriptio.*

34 *Summus Pontifex ex graui causa potest reuocare etiam concordata cum Principibus laicis.*

35 *Concordia in gratuitis priuilegiis fundata, reuocari potest.*

36 *Casus reuocationis in priuilegij concessione semper intelligitur exceptus, dummodo tamen parti priuilegiatæ compensatio damni fiat.*

37 *Papa sine iusta causa non potest exemptioni renunciare; cum sit in maximum bonum Ecclesiæ, & forsitan Diuino iure introducta.*

38 *Consuetudo trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia videtur per Bullam Cœnæ reuocata.*

39 *Iudices laici causas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes, à peccato, & à censura Bullari non excusantur.*

40 *Lex posterior vniuersalis non derogat priuilegio anteriori speciali; si reuera illud concessum fuerit à Pontifice alicui Principi sæculari.*

1 QVintò obiicies, de facto quosdam Principes habere à Pontifice priuilegium vis arcendæ in causis.

Respondetur, transeat antecedens: nam sic non 2
improbabiliter de Rege Hispaniarum tenent Bäntz 2.2. *quæst.* 67. *art.* 1. Clarus *lib.* 5. §. *vlt.*, *quæst.* 36. *num.* 26. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 2. *n.* 354. Bellarmin. *in tract. de Summo Pontific.*, *c.* 35. Suarez *de immunit. lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 43 & alij: quamuis Ceuallos *in cit. tract. de cognit. per viam vsi. nitæ gloss.* 6 & alij vbi supra contendant, Regem Hispaniarum 3
illud non habere, sed vim dictam arcere ex iure regali; & sic dum praxim Tribunalis *de la Fuerza* defendere, & à peccato, & censura excusare conantur, excusationis causam auferunt, cùm negent, Regem Hispaniarum, vel ipsius ministros, ac magistratus id efficere ex priuilegio, vel ex consuetudine fundata in priuilegio; & alio modo efficere id non possint ex dictis: quapropter cum supradictis Doctoribus contra Ceuallos, & alios dicendum potius est, Regem Hispaniarum adeò 4
iustum, & pium à Summo Pontifice tale priuilegium habere, quod quicumque Principes à Summo Pontifice habent, ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excusantur, aduocando ad sua tribunalia causas spirituales, modò priuilegii formam seruent, & modò priuilegium reuocatum non sit, de qua re vide *supra tit. cap.* 1. *dubitat.* 15 *sect.* 5. *& 6. & cap.* 5. *dub.* 14. *sect.* 8. *& seqq.* vide etiam Bullam Vrbani VIII. super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarúmque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex.*

Et quod de priuilegio vis arcendæ in causis dixi, idem etiam dico de priuilegio conferendi Episcopatus, & alia beneficia, necnon & de priuilegio cognoscendi quascumque alias causas spirituales.

Vt igitur Reges tribunal *de la Fuerza* habere, Episcopatus, & beneficia conferre, vel alias causas spirituales similes cognoscere possint, requiritur priuilegium à Papa concessum. 5

Nec sufficit, illo remoto, vlla consuetudo, aut 6
præscriptio, etiamsi esset immemorabilis, cum perpetua tolerantia Pontificis: nam cùm versemur in 7
his, quæ non sunt quæsibilia sine Principis concessione, tolerantia non suffragatur; hæc enim est 8
tantùm simplex conticentia, seu patientia, quæ nunquam inducit dispensationem in his, quę sunt contra iuris dispositionem, vt est *text. in cap. cùm iamdudum, de prabendis*, & ibi *gloss.* ea siquidem conticentia intercedit ad euitanda tantum scandala, quæ sequi possent in procurando auferri huiusmodi abusus, vt rectè tradunt Doctores *in cap.* 1. *de prabendis*: quandoquidem crimen publicum dissimulare dupliciter contingit, vno modo 9
ipsum actum criminis non prohibendo cùm prohiberi possit, & sic Ecclesia non sustinet nec dissimulat, immò prohibet in Canonibus supra citatis: altero transgressorem talis prohibitionis non puniendo; & sic Ecclesia dissimulat propter difficultatem correctionis: multa enim tolerantur, quę si in iudicium deducerentur, exigente iustitia non tolerarentur, vt dixit textus supra allegatus *in cap. iamdudum, de prabend.* vide Rotam in vna Aquinensis Monasterij die 26 Ianuarij 1601. coram Illustrissimo Seraphino. vide Turrecrematum *in Cano. singula, num.* 8. *dist.* 89. Zabarell. *consil* 57. *num.* 2. Riccium *in praxi, tom.* 4. *resol.* 137. & Doctores, quos citat, & sequitur Silua *de beneficiis p.* 2. *q.* 24. *num.* 16. vide etiam Tuschum *tom.* 4. *concl.* 452. *n.* 28. vbi rectè ait, quòd quamuis ex priuilegio 10
concedi

concedi poſſit laico per Papam collatio beneficiorum & ſimilia, non tamen poteſt id conſuetudine, aut præſcriptione acquiri; quia laici ſunt incapaces iurisdictionis Eccleſiaſticæ: quam Tuſchi opinionem Probus *in addit. ad Ioannem Monachum cap. 1. præben. num 7. & 8. in 6.* aſſerit eſſe communem
11 & ratio huius opinionis eſt; quia vt conſuetudo excuſet, & valeat, debet eſſe legitima, & præſcripta, conſuetudo autem præſcribi non poteſt, quoties ſubiectum eſt incapax illius rei, quæ per conſuetudinem induci prætenditur, vti notant Panormit. & Felinus *in cap. cauſam de præſcript. & in cap. 4 de conſuetud.* Decianus *in tract. crimin. to. 1. lib. 5 cap. 9. num. 14.* & alij communiter: cùm ergo laici ſint incapaces iuriſdictionis ſpiritualis, & Eccleſiaſticæ, ex *cap. cauſam, de præſcript. & cap. ſolita, de maior. & obedient.* ſequitur, ipſos non poſſe hanc iuriſdictionem per conſuetudinem acquirere. Ex quibus apparet, non poſſe prætextu conſuetudinis Iudices laicos ſe tueri, & excuſare, & ideo ſubdit Tuſchus *vbi ſupra num. 44.* quod omnes ſimiles caſus: qui ſunt, prout atteſtantur Doctores, ex conſuetudine alicuius Regni, vel prouinciæ, ſunt contra ius commune; & ſic ſuper eis non poteſt fieri fundamentum, niſi quia ſic de facto ſeruatur. Vnde talis conſuetudo, vel præſcriptio, etiam immemorabilis, non valet.

Dices, immemorabilis conſuetudo eſt ſufficiens indicium, quod ex legitimo priuilegio inchoata fuerit; quia præſumitur honeſta: nam cùm non poſſit probari mala, præſumitur bona: ergo &c ita multi Iuriſtæ, quos ſequitur Pereira *de manu. regia par. 2. cap. 60. n. 18.* Et ratio vlterius eſt; quia quidquid per priuilegium, aut diſpenſationem Principis obtineri poteſt, id etiam per conſuetudinem temporis immemorabilis introduci poſſe videtur; quia tanti temporis poſſeſſio, vel conſuetudo facit præſumptionem tituli, ſeu priuilegij, ſicuti colligunt Doctores ex *cap. 1. de præſcript. in 6.* ergo ſi ſimus in caſu, ſeu facto aliquo, quod neque iuri naturali, neque diuino repugnet, quo minus ſaltem per ſummi Pontificis conſenſum, ac priuilegium cohoneſtari poſſit, verbi gratia vt laici iuriſdictionem aliquam in Eccleſiaſticos exerceant, vel iis aliquam collectam imponant, vel clericales decimas poſſideant, vel in eadem Eccleſia duæ dignitates ſimul cum canonica obtineantur, &c ſequitur in eiuſmodi caſibus conſuetudinem immemorabilem introduci poſſe.

13 Reſpondetur, antecedens verum eſſe, & regulam illam, *Acquiſibilia priuilegio, ſunt etiam acquiſibilia conſuetudine, aut præſcriptione*, veram eſſe, niſi lex cõſuetudinem, tanquam abuſum, vel corruptelam improbet, ſicuti ex communi notauit Felin. *in cap. accedentes, num. 15. de præſcript.* ibidem Abb. *num. 3. & in c. quanto, de conſuetud. num. 2. & in cap. vlt. eod. num. 15.* Rochus *ſect. 4. numer. 35.* Crauett. *de antiq. temp. par. 4. §. materia iſta, num. 94.* Caniſius *tract. de diuinis, cap. 13. num. 3.* Maſcar. *concl. 1371. num. 32.*
14 & colligitur clarè ex *cit. cap. 1. de conſuetud. in 6.* nam præſcriptio locum habere non poteſt, ſi ius facit
15 hominem incapacem poſſeſſionis, & conſequenter præſcriptionis, vt videre eſt in iure decimarum, quod cùm ex propria inſtitutione ſua Eccleſiaſticum ſit, in laicum cadere non poteſt, niſi ex ſpeciali, & legitima Eccleſiaſtici Prælati conceſſione, aut priuilegio, *cap. prohibemus, cap. dudum, de decimis cap. cauſam quæ, de præſcript. c. decimas lib. 16. quæſt. 7.* ergo niſi quis cùm præſcriptione talis tituli poſſideat, numquam poteſt præſcribere; quia incapax poſſidendi, eſt etiam incapax præſcribendi, ſicuti dicebam *ſupra*, & docent gloſſ. Abb. Felin. & alij communiter in *cit. cap. cauſam vnde*, & gloſſa recep. *in cap. 1. de præſcript. in 6 ver. non extat*, Abbas *in cap. peruenit. num. 3. de cenſib.* Couarr. *reg. poſſeſſor, par. 2. §. 3. num. 8.* Vnde & dixerunt, quod, tamen ſi is, qui 16
poſſeſſionem temporis immemorabilis oſtendere poteſt, non teneatur titulum allegare, cùm ob temporis diuturnitatem id ſæpe difficile ſit, atque ipſa tanti temporis continuata poſſeſſio ius tribuat, id tamen intelligendum ſit tantùm, ſi capacitas ſit in poſſidente. Quæ ratio ſimiliter locum habet, quotieſcumque Iura aliquam conſuetudinem, tãquam irrationabilem, damnant: nam hoc ipſo reddunt eam inefficacem ad præſcriptionem inducendam, quandoquidem conſuetudo, per quam in- 17
ducitur præſcriptio, rationabilis eſſe debet, *cap. vlt. de conſuetud.*

Quamuis excipiendum ſit primò, niſi talis cõ- 18
ſuetudo ſcientia, & libera patiẽtia, ſeu permiſſione Principis adiuuetur; ſicuti notauit Rocchus *loc. cit.* & Abb. *in cit. c. accedentes, n. 3.* quod an ſit in caſu noſtro dicam infra.

Excipiendum ſit ſecundo, niſi talis conſuetudo 19
præſumpto aliquo titulo iuuetur, verbi gratia cõſtante fama priuilegij conceſſi, quod temporis diuturnitate amiſſum ſit: nam fama dat iuſtam cauſam 20
credendi, vt ait Abb. *cap. de quarta num. 10. de præſcript.* tunc enim præſcribens non fundatur in mera poſſeſſione, aut conſuetudine, ſed in titulo ex quo capax fiat poſſeſſionis, conſuetudinis, ac denique præſcriptionis cum bona fide, ſicuti rectè notauit Grauett. *loco cit.* & Maſcardus *concl. 1371. n. 32.* vbi ait, quod data incapacitate præſcribentis, 21
ſolus curſus temporis nil poteſt operari, vt reddat capacem eum, qui incapax eſt: quare tunc opus eſt, vt allegetur titulus priuilegij, aut exemptionis; & ad probationem talis tituli ſufficiet probare lapſum temporis, cuius initij memoria non extet; ſi nimirum teſtes adſint, qui dicunt, ſemper fuiſſe conſtantem famam, tale ius alicui competere ex ſpeciali conceſſione feudi, vel Apoſtolici priuilegij; eaque ratione, & præſcriptione iuris aliquem poſſediſſe à tempore, cuius initij etiam ex auditu, ſeu relatione maiorum, nulla ſit memoria: atque ita etiam docet Felinus in *cit. cap. cauſam*, Silu. *ver. decimæ quæſt. 10. dict. 2.* Suar. *de relig. to. 1. tract. 2. lib. 1. de decimis, cap. 27.* Petegrin. *de iure fiſci libr. 4. tit. 8.* Gabrielius *libr. 5. de præſcript. concl. 1. num. 18.* quod, an ſit in caſu noſtro, videant, qui aſſerunt.

Reſpondetur itaque ad argumentum, ſolam, & 22
nudam conſuetudinem, etiam immemorabilem non ſufficere ad probandum priuilegum in tali materia; quia illa regula non procedit & conſuetudine reprobata per legem, & ratio vlterius eſt, quia priuilegium hoc eſt valde odioſum, & difficile, & ratò conceditur, quapropter niſi legitimè probetur, non præſumitur; & ſic ſolus vſus, quantumuis antiquus, non probat ſufficienter ius, ſeu priuilegium in tali materia,

Confirmatur, quia alioquin omnes immemorabiles conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam, quas communiter improbant Doctores, admittendæ eſſent, quia probarent priuilegium, quod per omnes eſt abſurdum, Ergo dicendum, quod vltra immemorabilem vſum, requiratur ſaltem conſtans fama priuilegij, ad hoc vt tales conſuetudines excuſent à mortali, & cenſuris. Vide præter Doctores ſupra citatos Aufterium *tract. de poteſtat.*

potestat. secular. in Ecclesiast. concl. 4. fallent. 11. & 13. Bursatum *l. b. 2. consil. 44. num. 12.* & Suarez *contra Reges Angl. lib. 4. cap. 32. & 34. n. 47.* & alios mox infra citandos.

23 Dico igitur breuiter, quod consuetudo, quamuis immemorabilis, si sola sit, & nullo titulo, seu priuilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiasticæ exemptioni quidquam derogare: atque ita docent Doctores in *cap. clerici*, vbi Abb. *num. 5. & 6. de Iudicijs*, Baldus in *rubr. Auth. cassa, Codic. de sacrosanct. Ecclesijs, glossa in cap. vlt. de consuetud.* Abb ibidem *numero 5.* Lupus *de libert. Eccles. par. 1. q. 6* Martha *de iurisdict. part. 4. cap. 63. & 64.* M. Antonius Gabrielius *lib. 5. de præscript. concl. 1. numero 9.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 13. quæst. 8.* Tanner. *lib. 2. defens. Ecclesiast. libertatis, cap. 16* & alij, quos supra citabã; quamuis hoic communi Doctrinæ ex parte contradicunt Couar. *in quæst. cap. 31. num. 5.* & Clarus *lib. 5. sentent. §. practica crimin. q. 36. num. 3.* vbi aiunt,

24 quod, licet Ecclesiastica immunitas in vniuersum tolli non possit, per consuetudinem, potest tamen in parte tolli; vt scilicet in certis causis Potestas laica exerceat iurisdictionem, quæ alioquin ad Ecclesiasticos propriè spectat.

25 Sed probatur dictum nostrum; quia si consuetudo Ecclesiasticæ immunitati derogare potest, vel id est per modum reuocationis, intercedente scientia, ac patientia, & sic tacito consensu Summi Pontificis, vel id est per modum legitimæ præscriptionis, quæ etiam ignorante Principe, aduersus legem fieri potest; non primum, quia satis cõstat summum Pontificem huiusmodi consuetudinibus non præbere tacitum consensum approbationis; quin potius eas quotannis in Bulla Cœnæ reprobare, & damnare; quamuis interdum toleret, quia ob periculum maioris mali efficacius resistere, & prohibere non potest: non secundum, quia consuetudo, quæ vt irrationabilis damnata est, nõ potest viâ præscriptionis legem abrogare (sicut cõstat ex *cap. vlt. de consuetud.* & supra dicebatur) consuetudo autem aduersus Ecclesiasticam libertatem tanquam irrationabilis, passim in iure damnatur, vt videre est *Auth. cassa, Cod. de sacrosanct. Eccles. cap. 1. c. ad nostram, c. sanctor. de consuetud. c. cum terra, de elect. c.*

26 *clerici de iudic. c. nouerit de sent. excomm.* ergo, &c. vnde *glossa in cit. c. clerici*, & *in cit. c. vlt.* & ibid. Abb. pro regula tradunt, quod consuetudo irrationabilis est, quæ contra nerum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit.

27 Confirmatur, quia vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio, sed laici sunt incapaces iurisdictionis super Ecclesiasticas personas, sicut & aliorum iurium spiritualium, verbi gratia iuris decimarum, Ecclesiastici beneficij, & similium: ergo non possunt eam via præscriptionis comparare.

28 Confirmatur secundò, quia omnis legitima præscriptio legis adminiculo niti debet, cum sit beneficium à iure inuentum, & impertitum, sed præscriptio contra Ecclesiæ libertatem à nulla lege adminiculum habere potest: non enim à lege ciuili, cùm hæc limites suæ potestatis excedere non possit: neque à Canonica, cùm sacri Canones, eorumque auctor Papa, semper resistant, ergo, &c.

29 At quoniam Papa per speciale priuilegium, ob iustam causam, datum alicui Principi seculari, ex parte aliqua derogare potest Ecclesiasticæ exemptioni, vt proinde ex vi talis priuilegij capaces sint laici iurisdictionis in personas Ecclesiasticas; secundùm limites concessionis: adeò si titulus priuilegij exhiberi non potest, sed tamen constãs semper fama ac traditio fuerit de accepto priuilegio, ideoque laici iurisdictionem aliquam in Ecclesiasticos exerceant, fundantes se non in mera consuetudine, quippe quæ iuribus reprobata est, sed in titulo rationabiliter, ac bona fide præscripto, tunc præscriptioni locus esse potest per tempus, cuius memoria non existat, sicuti supra dicebatur, & præter alios docet Suar. *cit. cap. 34. num. 17.* Quod, an sit in casu nostro, viderint Aduersarij, vti dicebã.

Hanc tamen immemorabilem, & legitimè præscriptam consuetudinem, dato, quod sit, Papa tol- 30
lere, & reuocare potest. Ratio, quia cùm præscriptio contra Ecclesiasticam libertatem, vt legitima sit, fundari debeat in gratia, & priuilegio, necessa- 31
riò sequitur, quòd si Papa tale priuilegium reuocare potest, poterit etiam reuocare præscriptionem quæ ex præsumptione priuilegij vim capit, sicuti rectè notauit Suarez *num. 18.*

Confirmatur, quia exemptionem Ecclesiarum 32
conseruare, eandemque diminutam redintegrare, spectat ad clauem supremæ potestatis spiritualis à Christo Domino in Petrum eiusque successores 33
collatæ; at contra hanc supremam potestatem in spiritualibus non potest vmquam fieri præscriptio, sicuti rectè tradit Innocent. *in cap. 2. de postulat. Prælat.* in quo conuenire Doctores testatur Crauetta *de antiq. temper. tom. 2. tract. ult. fol. 170.* ergo, &c.

Non obstat, quod super ea re inter Ecclesiæ 34
Prælatos, & Principem laicum concordata facta sint, & à Summo Pontifice confirmata: nam adhuc ex graui causa ad bonum publicum spectante reuocari poterunt. Ratio, quia vel concordia ideo tãtùm facta est, vt intelligatur quousque priuilegia à Papa gratuitò concessa se extendere debeant, & tunc clarum est, quod concordia in gratuitis priuilegiis fundata, ex causa reuocari possit: vel cõcordia transit in pactum oneroſum, atque reciprocũ, 35
& tunc quoque ob causam grauissimam ad bonum Ecclesiæ spectantem Papa reuocare potest, vt rectè in *loco supra cit.* Suarez notauit, & patet ex Doctrina generali de priuilegiis, quæ licet à Principe ob merita, vel cũ imposito onere alicui concessa fuerint, tamẽ ex plenitudine potestatis reuocari possũt, ob publicam grauissimã causam; cùm talis ca- 36
sus in ipsamet cõcessione aut cõcordia semper exceptis subintelligatur, dummodo tamen parti priuilegiatæ compensatio damni fiat, si damnum ex tali reuocatione patiatur, sicuti docet Suarez *cit. c. 34. n. 24. & lib. 8. de legib. c. 37. n. 5.*

Confirmatur, quia cùm exemptio in maximum 37
bonũ Ecclesiæ, & forsan diuino iure, vt multi satis probabiliter tenent, introducta sit, non potest Papa sine iusta causa eidem aliquatenus renunciare; alioquin irrita erit renunciatio, & reuocari debebit, quinimmò licet ab initio causa subsistente; iusta fuerit renunciatio, siue iurisdictionis per laicos exercendæ concessio, tamen ob temporũ, & rerum mutationẽ iniqua fieri potest, si scilicet in contẽptũ Ecclesiastici status, ac detrimentũ Ecclesiæ cedere incipiat: in quo casu etiam ad Papã spectabit illam reuocare, quamuis interdum rationabiliter toleret, vt maiora damna vitentur.

Cæterùm, an reuocata sit de facto per Bullam 38
Cœnæ consuetudo in priuilegio fundata trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia? Affirmant aliqui, quos sequitur Bonacina *in Bull. Cœna disp. 1. quæst. 15. punct. 4. §. 3. numero 1.* ex eo, quia consuetudo immemorabilis vel nititur priuilegio, vel

non

non: ſi ſecundum, nullum ius confert, vt patet ex ſupra dictis. Si primum, neque etiam ſuffragatur, quia conſuetudo, licèt immemorabilis, in priuilegio fundata, non plus operatur, quàm ipſum priuilegium, cùm vires accipiat à priuilegio, *leg. hoc iure, ff. de aqua quotid. & c. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb ſignific.* Ergo cùm priuilegium per Bullam
39 Cœnæ ſit ſublatum, ſublata etiam erit per Bullam eandem conſuetudo fundata in priuilegio, & ſic Iudices laici cauſas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes; à peccato, & cenſura bullari non excuſantur, titulo immemorabilis conſuetudinis, etiã in priuilegio fundatæ: Negant autem alij, quos ſequitur Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 28.* ex eo, quod cùm reuocatio priuilegiorũ in dicta Bulla ſit generaliſſima, per huiuſmodi reuocationem
40 non intelliguntur reuocata priuilegia ſpecialiter conceſſa; quia lex poſterior vniuerſalis non derogat priuilegio anteriori ſpeciali, ſi re vera illud conceſſum fuerit à Pontifice alicui Principi ſeculari: ſed de hac re quid ego ſentiam, vide *c. 1. dub. 15. ſect. 5. & 6. & cap. 5. Dubit. 14. ſect. 8. & ſeqq* & *dub. 15. per tot.* & cit. Bullam Vrbani VIII. ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum à quibuſcumq; præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

DVBITATIO VII.

An poſſit Poteſtas laica per ſuos miniſtros Eccleſiaſticam perſonam in flagranti crimine deprehenſam, vel de propoſito perpetrandi crimen (vt quia noctu mutato habitu, vel cum armis incedit ſuſpectam) vt Iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, capere armiſque prohibitis ſpoliare.

SVMMARIVM.

1 *In caſu ſupra recenſito, Poteſtas laica poteſt, ſi ſit periculum in mora, capere Clericum.*

2 *Expedit Reipublicæ ne delicta remaneant impunita.*

3 *Limita primò ſi delictum ſit pernicioſum Reipublicæ.*

4 *Limita ſecundo, in caſu, quod non ſit leuis ſuſpicio talis delicti.*

5 *Limita tertio, ſi incumbat neceſſitas illum capiendi.*

6 *Limita quarto, niſi modus excedatur.*

7 *Vſus Hiſpaniarum & Galliarum ſpoliandi Clericos armis, aliter defendi non poteſt, niſi dicatur id fieri de conſenſu impliciti Prælatorum.*

8 *Clerici, licet legibus Principum ſecularium non obligentur quoad vim punitiuam, obligantur tamen quoad directiuam.*

9 *Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate efficere vt leges ciuiles à Clericis obſeruentur, ſed ad id cogendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos.*

10 *Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate ſpoliare Clericos armis, quia armorum ſpoliatio, & amiſſio violentiam continet, & habet rationem pœnæ.*

11 *Magiſtratus ciuilis debet Clericis erepta arma reſtituere, vel ad Eccleſiaſticum eorum Magiſtratum tranſmittere remotis etiam Pontificiis priuilegio, & Prælatorũ conſenſu etiã implicito.*

12 *Clericus ferens arma poteſt reſiſtere cum armis miniſtro Laico volenti ipſũ capere armiſq; ſpoliare, niſi armorum vſus ſit ita prohibitus, vt neque Domi illa retinere liceat. Vide quandiu hæc limitatio ſi vera.*

14 *Opinio nonnullarum Doctorum exiſtimantium, quod Clericus prohibitam venationem, vel piſcationem exercens poſſit ſpoliari à Iudice ſeculari, reiicitur.*

15 *Sententia eorum, qui docent, arma, aues, canes, vel alia venationis Inſtrumenta prohibita, quæ à Clericis auferuntur, poſſe per ſecularem Iudicem capientibus adiudicari, non poteſt ſuſtineri.*

RESPONDETVR ex dictis in præcedentibus dubitationibus ex probabiliori ſententia Doctorum affirmatiuè; quia in tali caſu periculum eſt in mora; & ex alio capite expedit Reipublicæ, quod delicta non maneant impunita, & quod fieri impediantur, atque ita contra Hoſtienſem, & alios, quos refert, & ſequitur Martha *de inquiſit. par. 4. cent. 1. caſ. 42. n. 11* & contra Megaliũ *in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 7.* Souſam *in Bull. Cœnæ, c. 16. diſp. 82. n. 8.* & alios docent. Abb. *in c. cùm non ab homine, n. 12. de iudiciis, & c. vt fama, de ſent. excomm.* Gomez *var. to. 3. c. 4. n. 3.* Suar. *ad Regem Angl. lib. 4. c. 44. num. 15.* Bellett. *in diſquiſ. cler. par. 1. ſect. 3. §. 11.* (qui pro hac ſententia citat Felinum, Decium, Ioãnem Andream, Baldum, Clarum, & alios) Nauar. *in man. c. 27. n. 82. & lib. 5. conſil. 27. de ſent. excommun. edit. 2.* Silu. *verſ. excomm. 6. n. 14.* Peregrin. *de immun. Eccl. c. 16. n. 37.* Auendagnus *de exequen. mandat. par. 1. c. 22. n. 2.* Olibanus *de ſure fiſci c. 14. n. 140.* Borell. *de præſt. Regis Cathol. c. 71. n. 185.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 19. q. 7. n. 2.* Cened. *in qq. Can. q. 4. n. 14.* Ortiz *in ſumm. c. 4. n. 9.* Pereira *in tract. de manu Regia c. 10. n. 7.* Salgad. *de protect. Regia to. 2. par. 2. c. 4. n. 13.* Bonacina *de leg. diſp. 10. q. 2. punct. 1. § 1. n. 22.* Coriolanus *in Bull. Cœn. excommun. 19.* Graſſius *in dec. par. 1. lib. 4. c. 18. n. 182.* Homobonus *de examin. Eccleſ. par. 2. tr. 11. c. 4. q. 4. ſuppoſ. 3.* Piaſecius *in prax. Epiſc. par. 2. c. 4. ar. 3. n. 13.* Caſtrus Palaus *to. 2. tract. 12. diſput. vnic. punct. 6. n. 4.* Sa *verſ. Clericus, n. 5.* Molina *tomo 3. diſp. 56. num. 2.* Auila *de cenſur. par. 2. cap. 5. diſput. 3. dub. 13. caſu 13.* & alij, quos citat, & ſequitur Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 11. & 12.* quia tunc locum habet defenſio naturalis, cùm aliud remedium non ſupperat; modò (vt notauit Campanili *in diuerſ. Iur. rubr. 4. num. 26.* & Barboſa *in ſuis collectan. to. 2. lib. 5. tit. 39. n. 5. in fine*) hæ conditiones adſint: Prima, quod ſit crimen pernicioſum Reipublicæ, cuiuſmodi eſt furtum, rapina, homicidium, &c. Secũda, quod non leuis ſuſpicio, ſed valde probabilis præſũptio ſit, quod clericus tale facinus meditetur: tertia, quod incũbat neceſſitas illũ capiendi (ſi enim clericus, oblato idoneo fideiuſſore, promittat ſe ſiſtere Ordinario ſuo) capi, & incarcerari nõ debet: quarta, quòd miniſter modum non excedat, v.g. indecorè clericum ducendo, vel pugnis afficiendo, cùm ire paratus ſit: ſic enim (cùm id non ſit neceſſarium) is excommunicationis pœnam nõ euaderet, vti habetur in *cit. c. vt fama*, & notauit *gloſſ. in cap. ſi clericos, verſ. excedatur, de ſent. excommun. in 6.* à quibus iuribus etiam requiritur, quod, ſi oporteat laicos clericum capere, & ad iudicium trahere violenter, id fiat de mandato Prælatorum,

potest.secular.in Ecclesiast.concl.4.fallent.12. & 13. Bursatum *lib.2.consil.44. num.12.* & Suarez *contra Regem Angl.lib.4.cap.32.& 34.n.47.* & alios mox infra citandos.

23 Dico igitur breuiter,quod consuetudo, quamuis immemorabilis,si sola sit,& nullo titulo, seu priuilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiasticæ exemptioni quidquam derogare: atque ita docent Doctores in *cap.clerici*, vbi Abb. *num.5.& 6.de Iudicijs*, Baldus in *rubr. Auth. cassa, Cod.de sacrosanct.Eccles.in, glossin cap. vlt. de consuetud.* Abb ibidem *numero 5.*Lupus *de libert. Eccles.par.1. q.6* Martha *de iurisdict.par.4.cap.63.& 64.*M.Antonius Gabrielius *lib.5.de præscript.concl.1.numero 9.* Azor.*tom.1.lib.5.cap.13.quæst.8.*Tanner.*lib.2.defens. Ecclesiast.libertatis,cap.16* & alij,quos supra citabã; quamuis huic communi Doctrinæ ex parte contradicunt Couar.*in quæst.cap.31. num.5.* & Clarus *lib.5.sentent.§.practicæ crimin.q.36.num.3.* vbi aiunt,

24 quod, licet Ecclesiastica immunitas in vniuersum tolli non possit,per consuetudinem, potest tamen in parte tolli; vt scilicet in certis causis Potestas laica exerceat iurisdictionem,quæ alioquin ad Ecclesiasticos propriè spectat.

25 Sed probatur dictum nostrum; quia si consuetudo Ecclesiasticæ immunitati derogare potest,vel id est per modum reuocationis, intercedente scientia,ac patientia, & sic tacito consensu Summi Pontificis,vel id est per modum legitimæ præscriptionis,quæ etiam ignorante Principe, aduersus legem fieri potest;non primum, quia satis cõstat summum Pontificem huiusmodi consuetudinibus non præbere tacitum consensum approbationum; quin potius eas quotannis in Bulla Cœnæ reprobare,& damnare;quamuis interdum toleret, quia ob periculum maioris mali efficacius resistere,& prohibere non potest: non secundum, quia consuetudo,quæ vt irrationabilis damnata est,nõ potest viâ præscriptionis legem abrogare(sicut cõstat ex *cap.vlt.de consuetud.*& supra dicebatur) consuetudo autem aduersus Ecclesiasticam libertatem tanquam irrationabilis, passim in iure damnatur, vt videre est *Auth.cassa,Cod.de sacrosanct.Eccles. cap.1.c. ad nostrum,c.inter de consuetud.c.cum terra, de elect.c.*

26 *clerici de iudic.c.nouerit de sent.excomm.*ergo,&c.vnde *glossin cit.c.clerici,& in cit.c.vlt.*& ibid.Abb. pro regula tradunt, quod consuetudo irrationabilis est,quæ contra nerum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit.

27 Confirmatur, quia vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio, sed laici sunt incapaces iurisdictionis super Ecclesiasticas personas,sicut & aliorum iurium spiritualium,verbi gratia iuris decimarum, Ecclesiastici beneficij,& similium:ergo non possunt eam via præscriptionis comparare.

28 Confirmatur secundò,quia omnis legitima præscriptio legis adminiculo niti debet,cum sit beneficium à iure inuentum, & impertitum,sed præscriptio contra Ecclesiæ libertatem à nulla lege adminiculum habere potest:non enim à lege ciuili,cùm hæc limites suæ potestatis excedere non possit:neque à Canonica,cùm sacri Canones, eorumque auctor Papa,semper resistant,ergo, &c.

29 At quoniam Papa per speciale priuilegium, ob iustam causam,datum alicui Principi seculari, ex parte aliqua derogare potest Ecclesiasticæ exemptioni, vt proinde ex vi talis priuilegij capaces sint laici iurisdictionis in personas Ecclesiasticas; secundùm limites concessionis:adeò si titulus priuilegij exhiberi non potest,sed tamen constãs semper fama ac traditio fuerit de accepto priuilegio, ideoque laici iurisdictionem aliquam in Ecclesiasticos exerceant,fundantes se non in mera consuetudine,quippe quæ iuribus reprobata est, sed in titulo rationabiliter,ac bona fide præscripto, tunc præscriptioni locus esse potest per tempus, cuius memoria non existat,sicuti supra dicebatur,& præter alios docet Suar.*cit.cap.34.num.17.* Quod, an sit in casu nostro, viderint Aduersarij,vti dicebã.

Hanc tamen immemorabilem, & legitimè præscriptam consuetudinem,dato,quod sit, Papa tollere,& reuocare potest. Ratio, quia cùm præscriptio contra Ecclesiasticam libertatem, vt legitima sit,fundari debeat in gratia, & priuilegio,necessariò sequitur, quòd si Papa tale priuilegium reuocare potest,poterit etiam reuocare præscriptionem quæ ex præsumptione priuilegij vim capit, sicuti rectè notauit Suarez *num.18.* 30 31

Confirmatur, quia exemptionem Ecclesiarum conseruare, eandemque diminutam redintegrare, spectat ad clauem supremæ potestatis spiritualis à Christo Domino in Petrum eiusque successores collatæ; at contra hanc supremam potestatem in spiritualibus non potest vnquam fieri præscriptio,sicuti rectè tradit Innocent.*in cap. 2.de postulat. Prælat.* in quo conuenire Doctores testatur Cravetta *de antiq.tempor.tom.2.tract.tur.fol.* 170.ergo,&c. 32 33

Non obstat, quod super ea re inter Ecclesiæ Prælatos, & Principem laicum concordata facta sint,& à Summo Pontifice confirmata:nam adhuc ex graui causa ad bonum publicum spectante reuocari poterunt.Ratio,quia vel concordia ideo tãtùm facta est,vt intelligatur quoutque priuilegia à Papa gratuitò concessa se extendere debeant, & tunc clarum est, quod concordia in gratuitis priuilegiis fundata,ex causa reuocari possit:vel cõcordia transiit in pactum onerosum, atque reciprocũ, & tunc quoque ob causam grauissimam ad bonum Ecclesiæ spectantem Papa reuocare potest, vt rectè in *loco supra cit.*Suarez notauit,& patet ex Doctrina generali de priuilegiis,quæ licet à Principe ob merita, vel cũ imposito onere alicui concessa fuerint,tamẽ ex plenitudine potestatis reuocari possũt,ob publicam grauissimã causam; cùm talis casus in ipsamet cõcessione aut cõcordia semper exceptis subintelligatur, dummodo tamen parti priuilegiatæ compensatio damni fiat, si damnum ex tali reuocatione patiatur, sicuti docet Suarez *cit. c.34.n.24.& lib.8.de leg.b.c.37.n.5.* 34 35 36

Confirmatur,quia cùm exemptio in maximum bonũ Ecclesiæ,& forsan diuino iure, vt multi satis probabiliter tenent,introducta sit, non potest Papa sine iusta causa eidem aliquatenus renunciare; alioquin irrita erit renunciatio, & reuocari debebit,quinimmò licet ab initio causa subsistente; iusta fuerit renunciatio, siue iurisdictionis per laicos exercendæ concessio,tamen ob temporũ, & rerum mutationẽ iniqua fieri potest,si scilicet in conrẽptũ Ecclesiastici status,ac detrimentũ Ecclesiæ cedere incipiat:in quo casu etiam ad [illegible] habet illam reuocare, quamuis interdum [illegible]biliter toleret,vt maiora damna vitentu[illegible] 37

Cæterùm, an reuocata sit d[illegible] Bullam Cœnæ consuetudo in priuile[illegible]trahendi causas Ecclesiasticas ad la[illegible] Affirmant aliqui,quos sequitur Bo[illegible] *Cœna disp. 1.quæst.15.punct.4.§.3.*[illegible] tudo immemorabil[illegible] 38

non: ſi ſecundum, nullum ius confert, vt patet ex ſupra dictis. Si primum, neque etiam ſuffragatur, quia conſuetudo, licèt immemorabilis, in priuilegio fundata, non plus operatur, quàm ipſum priuilegium, cùm vires accipiat à priuilegio, *leg. hoc iure, ff. de aqua quotid. & æſtiu. & l. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb. ſignific.* Ergo cùm priuilegium per Bullam
39 Cœnæ ſit ſublatum, ſublata etiam erit per Bullam eandem conſuetudo fundata in priuilegio, & ſic Iudices laici cauſas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes; à peccato, & cenſura bullari non excuſantur, titulo immemorabilis conſuetudinis, etiã in priuilegio fundatæ: Negant autem alij, quos ſequitur Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 28.* ex eo, quod cùm reuocatio priuilegiorũ in dicta Bulla ſit generaliſſima, per huiuſmodi reuocationem non intelliguntur reuocata priuilegia ſpe-
40 cialiter conceſſa; quia lex poſterior vniuerſalis non derogat priuilegio anteriori ſpeciali, ſi re vera illud conceſſum fuerit à Pontifice alicui Principi ſeculari: ſed de hac re quid ego ſentiam, vide *c. 1. dub. 15. ſect. 5. & 6. & cap. 5. Dubit. 14. ſect. 8. & ſeqq. & dub. 15. per tot.* & cit. Bullam Vrbani VIII. ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum à quibuſcumq; præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

DVBITATIO VII.

An poſſit Poteſtas laica per ſuos miniſtros Eccleſiaſticam perſonam in flagranti crimine deprehenſam, vel de propoſito perpetrandi crimen (vt quia noctu mutato habitu, vel cum armis incedit ſuſpectam) vt Iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, capere armiſque prohibitis ſpoliare

SVMMARIVM.

1 *In caſu ſupra recenſito, Poteſtas laica poteſt, ſi ſit periculum in mora, capere Clericum.*

2 *Expedit Reſpublica ne delicta remaneant impunita.*

3 *Limita primò ſi delictum ſit perniciоſum Reſpublicæ.*

4 *Limita ſecundo, in caſu, quod non ſit leuis ſuſpicio talis delicti.*

5 *Limita tertio, ſi incumbat neceſſitas illum capiendi.*

6 *Limita quarto, niſi modus excedatur.*

7 *Vſu Hiſpaniarum & Galliarum ſpoliandi Clericos armis, aliter ſe defendi non poteſt, niſi ſecutus id fieri de conſenſu implicito Prælatorum.*

8 *Clerici, licet legibus Principum ſecularium non teneantur quoad vim patrimoniæ, obligantur tamen quoad directum.*

9 *Iudices ſeculares non poſſunt [illegible] effituere vt leges eandem à Clericis [illegible] tur, ſed ad id cogendi ſunt per Iudices eccleſiaſticos.*

10 *Iudices ſeculares non poſſunt [illegible] ſpoliare Clericos armis, [illegible] tio, & amiſſo [illegible] tion incurrit.*

11 *Magiſtratus [illegible] Th. De [illegible]*

reſtituere, vel ad Eccleſiaſticum eorum Magiſtratum tranſmittere remotis etiam Pontificis priuilegio, & Prælatorũ conſenſu etiã implicito.

12 *Clericus ferens arma poteſt re. ſtere cum armis miniſtro Laico volenti ipſũ capere armiſq; ſpoliare, niſi armorum vſus ſit ita prohibitus, vt neque Deum illa retinere liceat. Vide quandnam hæc limitatio ſit vera.*

14 *Opinio nonnullarum Doctorum exiſtimantium, quod Clericus prohibitam venationem, vel piſcationem exercens poſſit ſpoliari à Iudice ſeculari, retineatur.*

15 *Sententia eorum, qui docent, arma, aues, canes, vel alia venationis inſtrumenta prohibita, quæ à Clericis auferuntur, poſſe per ſeculares Iudices capientibus adiudicari, non poteſt ſuſtineri.*

RESPONDETVR ex dictis in præcedentibus dubitationibus ex probabiliori ſententia Doctorum affirmatiuè; quia in tali caſu periculum eſt in mora; & ex alio capite expedit Reſpublicæ, quod delicta non maneant impunita, & quod fieri impediantur, atque ita contra Hoſtienſem, & alios, quos refert, & ſequitur Martha *de iuriſdict. par. 4. cent. 1. caſ. 41. n. 11* & contra Megalii *in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 7.* Souſam *in Bull. Cœnæ [illegible] 16. diſp. 82. n. 8.* & alios docent. Abb. *in c. cùm non ab homine, n. 12. de iudiciis, & c. ex fama, de ſententia excom.* Gomez *var. to. 3. c. 4. n. 3.* Suar. *de Regim. Angl. lib. 4. c. 44. num. 15.* Bellett. *in diſq. if. cler. par. 1. n. 3. §. 11.* (qui pro hac ſententia citat Felinum, Decium, Ioannem Andream, Baldum, Clarum, & alios. [illegible] *man. c. 27. n. 8: & lib. 5. conſil. 2. de ſent. excommun. edit. 2.* Silu. *verſ. excom. 6. n. 14.* Peregrin. *de [illegible] Eccl. c. 16. n. 37.* Auendagnus *de [illegible] 1. c. 22. n. 2.* Olibanus *de iure fiſci c. 14. n. 140.* Bord. *de præſt. Regis Catholi. c. 71. n. 185.* Duard. *de Bull. Cœnæ [illegible] 2. can. 19. §. 7. n. 2.* Cened. *in 99. Cœnæ n. 1.* Corra *in ſumm. c. 4. n. 9.* Pereira *in tract. de manu Reg. [illegible] 7.* Salgad. *de protect. Regia to. 2. par. 2. c. 4. n. 3.* Bonacina *de leg. diſp. 10. q. 1. punct. 1. §. 1. n. 22.* Carnalinus *in Bull. Cœn. ex communic. 19.* Gratianus *to. 1. par. 4. c. 18. n. 182.* Humbotonus *de cruciat. Eccleſ. par. 2. tr. 11. c. 4. q. 4. ſuppl. 3.* Pinel. *[illegible] par. 2. c. 4. tr. 3. n. 13.* Caſtrus Palaus *tom. [illegible] vnic. punct. 6. n. 4.* Sa *ver. Clericus, [illegible] diſp. 56. num. 2.* Attila *de cenſu par. 2. [illegible] dub. 13. caſu 15.* Bellus *de [illegible] tellius de immun. Eccleſ. [illegible] locum habet [illegible] dum non [illegible] Primo quod [illegible] conſulendo eſt [illegible] cito, quod non [illegible]*

Digitized by Google

quia in eo ipso iniuriam irrogant, *l. nec magistratus, ff. de iniur.*, vt proinde ipsis resisti possit, *l. prohibitū, Cod. de iure fisci lib.* 6. ibi: *Obicere manus, & statim etiam, si officiales ausi fuerint, ipsis priuatis remittentibus, à faciendis iniuriis arcentur.* Et propter eadem rationem etiam aduersus Ecclesiasticos, & Pontificem. Caiet. *in* 2.2. *q.* 39. *a.* 3. *& de potest. Papæ c.* 17. Hériq. *de Pontificatu lib.* 3. Suar. *ad Reg. Angl. lib.* 4. *c.* 34. *n.* 30. Tolet. *l. b.* 1. *in explicat. Bullæ Cœnæ, excomm.* 9. Bellarmin. *de Rom. Pontif. lib.* 2. *c.* 29. *ad.* 2. ibi: *Sicut licet resistere Pontifici inuadenti corpus, ita licebit, si inuadat animas, vel si turbet Rempublicam; licebit inquam, non faciendo, quod iubet;* Suarez *contra Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 33. *n.* 30. Silu. *ver obedientia, n.* 5. *& ver. Papa,* 4. Sot. *dist.* 15. *q.* 2. *ar.* 2. Victor. *in relect. de potest. Papæ*, & Concil. *prop.* 22. *n.* 23. Corduba *lib.* 4. *q.* 10. *dist.* 5. Paris. *de potest. Reg. & Pap. c.* 2. Mendoza *de regno, & dominio Christi fol.* 83. *n.* 15. Azor. *lib.* 10. *c.* 7. Gutier. *lib.* 2. *q.* 1. *n.* 14 Baldell. *lib.* 5. *disp.* 35. *n.* 4. & 6. Farinac. *pract. crim. q.* 125. *n.* 31. Petra *de potest. Principis c.* 3. *q.* 3. *n.* 35. & alij, quos citat, & sequitur Lancellottus *par.* 2. *c.* 12. *ampliat.* 20.) si adsit duplex conditio:

Prima, vt constet de vi illata: nam si dubium sit, præsumendum est in fauorem superioris Ecclesiastici; quia in facto, præsertim superioris, non præsumitur delictum: tum quia Iudex laicus, dum ipsi certò non constat de vi illata, exponit se periculo inferendi iniuriam superiori Ecclesiastico, & priuandi illum iure suo, quod habet in suos subditos: hæc autē conditio ferè semper abest; quia dū in causis Ecclesiasticis Iudex laicus appellationē admittit certò, ipsi non constat de vi à Iudice Ecclesiastico illata, vt ex ipsomet facto manifestè appareat, quandoquidem appellationem admittit, & se interponit ad examinandum, an vis illata fuerit, nec ne. Ergo, &c.

Secunda, vt seruetur moderamen inculpatæ tutelæ, quod non seruatur, quando laicus, aut Ecclesiasticus ad Iudices laicos recurrit, & appellationē interponit, si potest recurrere, & appellationem interponere ad Iudicem Ecclesiasticum superiorem; quia non seruatur moderamen inculpatæ tutelæ, quotics inuasus habet aliam viam euadendi sine maiori, vel æquali damno, quàm vim inferendo, vt patet in materia de homicidio: sed in casu nostro inuasus habet aliam viam euadendi, sine maiori, vel æquali dāno: potest enim recurrere ad Iudicem Ecclesiasticū, & in defectu vnius recurrere ad alium, iuxta dispositionem Canonum, & nō iuxta vsum, & praxim fori secularis: ergo, &c. Adde, quod tunc licitum est vi vim repellere, quando id fieri potest sine maiori damno cōmuni; sed in casu nostro etiāsi appellans molestias, expensas, &c. pateretur, recurrendo tamen ad Iudices laicos, relictis Ecclesiasticis, maius damnū inferret cōmune: nam in iudiciis sequitur perturbatio: ergo non est licitum ei ad illos recurrere (atque adeò nec est licitum illis recursum recipere) sicuti non est licitum innocenti aggressorem occidere, si inde Reipublicæ incommodum magnum sequatur.

7

8

SECTIO IV.

Tertia Difficultas, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationem denegans, ac sententiam datam exequi volens, non de iure, sed de facto procedit.*

2 *Appellatio conseruat statum appellantis ante sententiam.*

3 *Post appellationem Iudex vt priuatus habetur.*

4 *Et maiori Iudici subesse dicitur.*

5 *Et oppressum, quin & quicumque alius priuatus, etiam armis obsistere potest.*

6 *Et tenetur ex charitate.*

7 *Multo magis tenetur Princeps.*

8 *Et tunc Princeps non exercet iurisdictionem, sed facto contra factum vitur, debet tamen procedere cum moderamine inculpata tutela.*

9 *Data facultate resistendi violentiæ censentur data media.*

10 *Post rogatiuas literas Princeps non est in culpa de his, quæ sequuntur.*

11 *Sed qui nolunt preces admittere.*

12 *Appellatio debet esse ad Iudicem superiorem in eodem ordine.*

13 *In casu extraordinario potest esse ad Iudicem in diuerso ordine.*

14 *Reges Hispaniæ vis arcendæ facultatem non habent ex lege Hispana.*

15 *Nec ex lege communi.*

16 *Nec consuetudine communi.*

17 *Sed ex iure naturali, & consuetudine naturali.*

18 *In hoc non potest Princeps sibi praiudicare, nec à Papa dispensari.*

19 *Lex in recopilat. loquitur de iure naturali, & consuetudine naturali.*

20 *Dicta lex Regibus vis arcendæ facultatem præbens, ius naturale tantum refert, non ius nouum inducit.*

21 *Ius naturale inter leges ciuiles appositum, restat naturale, non efficitur ciuile.*

22 *Reges solum possunt admittere recursus Ecclesiasticorum in casu extraordinario necessitatis si superior Ecclesiasticus absit, vel nolit auxilium præstare.*

TErtiò obiicies ex eodem Curtellio, cùm Iudex siue laicus, siue Ecclesiasticus appellationem denegat, ac sententiam omni effectu iuridico ex appellatione suspensam per fas, vel nefas exequi vult, iam non iure, sed facto procedit, seu non vt Iudex, sed vt priuatus agit; quia per appellationem omnis eius iurisdictio in causa illa euanuit, ac ad superiorem ipso iure translata dicitur, ne ipse, qui decisit, aliquid innouare possit, *l.* 1. *ff. nil noui appellat. pendent. l. sciendum*, ibi: *Omnia in eodē statu, ff. de appell. recip. l. appellat. cod. de appellat. & l.* 1. *ff. ad sen. Conf. Turpill. §. vlt.* ibi: *Pronocationis remedio cōdemnationis extinguitur pronunciatio.* Vnde cùm esse Iudex desinat spoliare dicitur, Bero *consil.* 246. *n.* 56. *l.* 16. *quæst.* 3. Loffred. *consil.* 47. *n.* 15. & quidquid agit, dicitur de facto fieri, & tamquam à priuato, sicuti dicebam & habetur *in cap. cum dilecta, de rescript. cap.* 10. *de prabendis in* 6. *& cap.* Pisanis, *de restit. spoliat. &* tradunt S. Th. 2. 2. *quæst.* 69. *ar.* 4. gl. *in capite cùm plures de restit. spoliat.* Abb. *in cap. causam, de iud.* Franc. *in cap. cum teneamur, numer.* 8. *cap. ad hæc, in princip. & cap. sæpe eodem tit.* & Lancell. *de attentatis appellatione pendente part.* 2. *cap.* 12. *ampl.* 17. *num.* 9. *& ampliat.* 20. *per totam.* 9

Hinc appellatio conseruat statum appellantis ante sententiam, Doctores, quos citat, & sequitur Lancellott. *cit. cap.* 12. *in præfat. num.* 79: *& seqq.* 2

Hinc etiam ei, qui iam suo munere functus, est 3

ac

ac in ea cauſa,attenta prouocatione,ſicut priuatus habetur,iuſtè,ac licitè citra pœnæ alicuius incurſum, etiam manu,ac armis obiſti poteſt,tum ex iure Canonico, *ex cap.dilecto,de ſent.excomm.in 6.* & tradunt Innoc.Abb.& Felin. *in cap ſi quando de offic.deleg.* Guid. Papa *de appellat.q.*120. *column.* 7. Lancellot.*par.*2 *cap.*12.*ampl.*20.tum ex iure ciuili, ex *l.quoniam Iudices, Cod.de appellat.* Et tradũt Bald. *in l.ad dictos,Cod.de Epiſc.audient.* Angel. *in l.additis Cod. de appellat.* Catel Cotta *in memorabilibus ver. appellatio interpoſita fol.* 29. Maranta *in ſpecul. diſp.*1.*n.*38.& Roland.*conſil.num.*6.*lib.*2.quia efficitur Iudex incompetens ex prouocatione, Card. Ludouiſ.*deciſ.*336.& S.Th.*cit.ar.*4 vbi ait quod talis Iudex aſſimiletur latroni,eique liceat reſiſti ſicut latroni.

Hinc etiam,ſiue ipſi à Deo,ſiuè à iure poteſtas
4 iudicandi tributa ſit,ſemel quod ex ipſo intercedit appellatio,maiori Iudici ſubeſſe dicitur;cuius iuriſdictioni fauendum eſt;quia ad ipſum negotium, iure diſponente,deuoluitur,& ſic non peccat,qui reſiſtit iudici à quo, dum maiori parere eligit, S. Auguſtin.*cap.*94.*qui reſiſtit,*11.*queſt* 3.ibi:*Non vtique contemnus poteſtatem, ſed eligis maiori ſeruire;nec hinc debet minor iraſci,ſi maior prælatus eſt.* S. Th.*in* 2.*diſt.*44 *q.*2.Silu.*ver.Obedientia,*Corduba *l.*3.*q.*13. *reg.*3.& Bellarmin. *de Rom. Pontif. lib.*2.*cap.*29. ex Apoſt.ad Rom.*cap.*13.*Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, ponderando verbum ſublimioribus tamquam comparatiuè ad minus ſublimes prolatum.

Quod ſi Iudici ſic de facto procedenti(in caſu, quo Iudex promptus non adſit,vel deneget auxilium,ſicuti rectè limitant doctores, quos citat,& ſequitur Ioannes de Lignano *in tract.de bello cap.* 177.& Menoch.*de arbitr centur.*6.*caſ.*527.)obſiſte-
5 re poteſt oppreſſus,quin & quicumque alius priuatus ex charitate,& tenetur,ſi commodè poteſt, *cap.dilecto, de ſent.excomm.in* 6. ibi: *Et quidem cùm liceat cuilibet ſuo vicino,vel proximo pro repellenda ipſius iniuria ſuum impartiri auxilium,immò ſi poteſt,&*
6 *negligit, videatur iniuriantem fouere,ac eſſe particeps eius culpæ.*Et docent S.Th.*opuſc.*19.*cap.* 16.Caiet. 2.2.*qu.*4.*ar.*2.Victor.*relect.de Indis,*2. *numer.*17.& Baldellus *lib.*5.*diſp.*40.*numer.*12 multò magis obſiſtere poterit, quin & tenebitur Princeps, iuxta
7 illud S.Auguſtini *lib.*1.*cap.*7.*contra Parmen.*ibi:*An dicunt fortè iſti, non ad Imperatorum poteſtatem hæc coercenda,vel puniendæ pertinere debere.*Et ſtatim: *An iuſtior eſt priuata reſiſtentia,quàm Regia diligentia?*Et tenent Doctores quos citat,& ſequitur Riueglus *deciſ.* 30. *Dolani Senatus*, Salgad. *de protect.par.*1. *cap.*5.*prælud.*3.*num.*113.Baldell.*cit.diſp.*40.*num.*12. ibi: *Quamuis vnuſquiſque priuatus hoc ipſo iure inculpatæ defenſionis poſſit licitè eſſe paratus ad ſe,vel quemcumque alium innocentem defendendum, & ſtatim recurrere,quo accurrit actualis aggreſſio,vel vis illata: ipſa tamen Reſpublica, & ipſe Princeps licitè poteſt etiam aliquid amplius, id eſt, prouidere,cauere,ne fiant aggreſſiones,& ne vis inferatur,* Salzed. *de leg. polit. lib.*1.*cap.*7.§.2.*num.*103.*fol.*72.& alij paſſim; quia Princeps non impetu fertur,ſed cognita iniuria, vim pro modo illius repellit; ſubditi autem in re propria ſæpius obcæcarentur, ac fortè debitæ, & iuridicę executioni reſiſterent:cùm,ſi reſiſtere cuique Iudicibus ob iniurias datum eſſet, prætextu iniuſtitię,vnuſquiſque iuris executioni ſe obiiceret,& indies tumultus orirentur in damnum Cõmunitatis; Doctores,quos citat,& ſequitur Modernus *de iure belli lib.* 1.*cap.*3.*n.*3.*& cap.*4.*num.*2. tum quia cùm Princeps ob dictam cauſam prohibeat,quod ſubditi reſiſtant,& facti vim arripiant, tenetur ſaltem propter hoc ipſe eis ſuccurrere,nè vim patiantur;tum quia Princeps eſt communitatis pater,patronus,& defenſor,& ſic tenetur ſubditos,tamquam filios,& clientes,ſi vim patiantur, defẽdere,& à vi releuare;eodem penè modo, quo quilibet paterfamilias tenetur, vel ſeruos defendere,& à vi liberare,ſi fortè vis filiis,vel ſeruis ſuis infecatur,*l.*1.*§.aut per ſemetipſum,ff.de iniur.*ibi:*Spectat ad nos iniuria, quæ fit his,qui vel poteſtati noſtræ, vel affectui ſubiecti ſunt.*

Itaque ex dictis multò magis obſiſtere poterit, & tenebitur Princeps,non quidem iuriſdictionem exercendo (quia aduerſus factum non requiritur 8
iuris exercitium,)licet aliquãdo ius factum reuocet,*l.*1.*§.hoc edictum ff.de ventris.nomine*, & *ibi* Doctores,Lancell.*de attent.*3.*par.cap.*25.*tit.de proceſſu in cauſa attentorum,num.*46.Bellarmin.*lib.*2.*de Concil. cap.*10.ibi: *Ad reſiſtendum, & vim vi repellendam non requiritur aliqua propriæ auctoritas.* Baldell: *diſp.*40.*n.*10.& Barboſa in Axiomatis huius exornatione *cap.*93.*n.*26.*&* 35.) ſed alio facto vtendo, id eſt, factum defenſionis opponendo, iuxta *cap. noſtri,*23.*q.*3.ibi:*Noſtri aduerſus illicitas, & priuatas veſtrorum violentias à poteſtatibus ordinatis vltionem petunt,non quod hos perſequantur,ſed quia ſe defendunt* vti docent communiter ſcriptores Hiſpani, quos citat, & ſequitur Salzed. *lib.* 5.*cap.* 7.*numer.*204. *& ſeq.*

Idque cum moderamine inculpatæ tutelæ,intercedendo primum,& per rogatiuas literas inſinuando Iudici Eccleſiaſtico,quod ſibi ſubditorum appellationes recipiat, in quantum violentia requirit,iuxta *cap. vt fama,*35.*de ſentent. excomm.*ibi: *Dum tamen non amplius eorum violentia ſe extendat quàm defenſio,vel rebellio exigit clericorum;*& tradunt Suar. *contra Regem Angl. lib.* 4.*cap.*34.*n.*32.& Baldell.*cit.diſp.*40.*n.*12.

Data enim facultate reſiſtendi,& obuiandi violentiæ cenſentur data media,ſine quibus non pro- 9
deſſet,Suar.*loco cit.lib.*3.*cap.* 16.*num.*42.*& lib.*5.*de Primatu Summi Pontificis cap....n.*4.Baldell. *cit.diſp.* 40.*n.*12.& Diana *par.*1.*tract.*1.*reſol.*53.quapropter poſt preces Princeps non eſt in culpa de his,quæ
ſubſequuntur, ſed qui noluit preces admittere, 10
cùm debuiſſet,ex traditis per Salas *de legib.diſp.*7. 11
*ſect.n.*15 Leſſ.*de iuſt.& iur.lib.*2.*cap.*46 *in fin.*Sãch. *lib.*1.*Moral.cap.*5.*nu.*8.Azor.*lib.*5.*c.*14.*q.*2.Baldell. *lib.*3.*diſp.*8.*&* 9.*& lib.*1.*diſp.*32.Megal.*par.*3.*lib.*5. *c.*19.*n.*6.Bonac.*de legib.to.*2.*diſp.*2.*q.*1.*punct.* 7.§.4. *n.*12.& Salzed.*lib.*1.*cap.* 7.§.1.*num.*208.quia cum Eccleſiaſtici Iudices,vbi preces ſunt iuſtæ,& Principum petitiones ad publicam quietem dirigũtur,acquieſcere dictis eorum,ac recedere à vi teneantur,iuxta *cap.iam verò,*23.*queſt.*3.ſi renuunt, dicuntur ipſi cauſam his,quæ ſequuntur,præbere, ſicuti de auctore rixæ eſt text. *in l. quemadmodum §.fin.ff.ad leg.Aquil.& in l.*2.*&* 3.*Cod.ad leg.Cornel. de ſicariis,& cap.de cetero,*11.*de homicidio caſuali.*

Reſpondetur,hæc,quæ obiicit Curtellius, vera eſſe, ſi appellatio fiat ad Iudicem ſuperiorem in eodem ordine,Eccleſiaſtico ſcilicet,vel laicali,ſe- 12
cus ſi fiat ad Iudicem ſuperiorem in diuerſo ordine;quia ad hominem, vera illa non ſunt,ſi laicus oppreſſus à Iudice laico,non appellet ad Iudicem Superiorem ſimiliter laicum, ſed ad Iudicem ſuperiorem Eccleſiaſticum; quod ſi quando recurri licet ad Iudicem in diuerſo ordine,id eſt ſolum in caſu extraordinario neceſſitatis; cùm ſcilicet Iu-

dex in eodem ordine promptus non adest, vel de- 13
negat auxilium,& ipsemet Curtellius *numero* 29. ait:quapropter subdit, quod Reges Hispaniæ vis arcendæ facultatem non habeant ex lege Hispana (quæ in recopilatione nouissima habetur *in l.36. tit.5 lib.2.*)nec ex lege communi,vel consuetudine communi(de qua alicui videri posset *in dict. l.36.* mentionem fieri,ibi:*Ex quo tum de iure, tum de consuetudine immemorabili ad nos spectat occurrere violentiis per Iudices Ecclesiasticos, vel alias personas admissis,in casis per eos cognitis, in non admittendo appellationes ab eis legitime interpositas*)sed ex lege naturali,& consuetudine naturali, sicuti mox infrà dicetur.

Quod autem Reges Hispaniæ dictam facultatem vis arcendæ non habeant ex lege Hispana, 14
probat; quia hæc nullatenus valet, nec ius facit contra Ecclesiam,& Ecclesiasticos, ex *cap. Ecclesia S.Mariæ de constit.* Siquidem quæcumque lex ciuilis,vel Principis constitutio, prout talis super cognitione Ecclesiasticarum causarum aliquid validè statuere defectu potestatis non potest, vt bene determinauit Pontifex *in dict.cap. Ecclesia, de Constitut.*idque siue quia materia huiusmodi pertinet ad diuinum ius,cui humanum famulari tenetur, siue quia semel cognitione causarum clericalium per Imperatores renunciata, & per Pontifices acceptata,ac inter Canones relata,& nouo iure Pontificio firmata,non potuit aduersus huiusmodi renunciationem regressus dari, *ex leg. quæritur,§.si venditor,ff.de adif.edict. leg. Herennius, ff. de euict.cap.1.de renunc.in 6.*& glos. *in cap.quam periculosum,7.q.1.& in leg.ab omnibus,Codic.de fideicommiss.*postquam enim semel Ecclesiæ priuilegia ab Imperatore concessa sunt, in Ecclesiæ libertatem committitur,si contra illa statuatur, *cap. nouerit, 49.de sent.excommun.*vbi Innocent.Papa.*n.*2.quamuis in fauorem Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum id fiat,si Pontificis consensus deficiat, *c. bene quidem, 96.dist.*ex quo sumptum fuit dictum cap. *Ecclesia S.Mariæ,de Constit.* vt rectè adnotauit *ibi* Innocent.IV.

Item quod Reges Hispaniæ facultatem vis ar- 15
cendæ non habeant ex lege communi,probat,quia talis lex, seu tale ius ibi relatum nusquam inter Canones reperitur,inclusis etiam duobus Hieronymi,& Isidori locis à Gratiano relatis *in c. Principes seculi,& cap.Regum officium*,cùm nec Hieronymus,nec Isidorus,nec Gratianus legis condendæ facultatem habuerint:quod si dicatur, dicta loca ex probatione Gregorij XIII. vim legis habere, præsertim cum eorum sententiis, vt glossis,& interpretationibus ad diuinas, & Canonicas leges vtamur:statim occurritur,primò ex c. 9.III.Concilij Carthaginensis:secundò ex c. III. §.in causis, sess.25.de reformat.Tridentini Concilij: tertiò,ex Canone speciali Bullæ Cœnæ,& aliis iuribus, vbi recursus huiusmodi improbantur, si scilicet fiant extra dictum extraordinarium casum necessitatis, de quo supra dicebatur,

Item quod neque habeant ex consuetudine cõ- 16
muni,scilicet positiua (quæ sequitur ad ius commune positiuum)probat ex defectu etiam potestatis ex parte eam inducentium cum impatientia, & contradictione Pontificis vnitam, ex Bulla Cœnæ quotannis repetita,& præcipuè nouissima ex tempore Sixti V. consuetudinem istam in particulari improbante,ac vsum illius sub grauissimis censuris vetante.Vnde data resistentia iuris communis, illiúsque Concilio Trid.muniti, & data incapacitate Principis secularis præscribere volentis, nullatenus proficit consuetudo, etiam immemorabilis;quia ius,illudque forsan diuinum,resistens,annullat omnem vsum;cùm etsi adesset titulus,præscribendi causam non præstaret, iuxta illud: *Non proficit titulus præsumptus, vbi nec verus inuat*, siue quia Pontifex id concedere non potuisset, siue quia semel concessum,ex causa reuocasset, *in cit.c. S.Mariæ,in Trid.Concilio sess.21. cap. 3. & 20. & in cit.can.Bullæ Cœnæ.*

Consequenter restat, inquit Curtellius, quod 17
Reges vis arcendæ facultatem habeant ex iure naturali, & consuetudine naturali (quæ scilicet ad ius naturale sequitur)cui quilibet Princeps etiam subest,& obligatur sub mortali, Sot. *de iust.& iur. lib.2.q.6.art.*7.Suarez *de legib.lib.*3.*cap.*35 Baldellus *lib.5.disp.*27.*numero* 2.Giurba *in crim.cons.*1.& Salzed.*de leg.polit.cap.*7.*numero* 30.& 119. *& seqq.* vbi ait,legem Hispanam executiuam esse huius naturalis iuris, remanente in sua proprietate præcepto,probans id fieri posse ex Montesino 1.2.*disp.* 23. *q.* 3. *numero* 44. quia forma, & modus non officit substantiæ,Mol.*de iust.lib.*31.*concl.*4 & Gratian.*discept.*213.

Quin ita subest,& obligatur Princeps tali iuri, 18
& consuetudini naturali,vt neque per Pontificem possit dispensari,*cap.quantum in fin. vers. quidam dicunt, de iureiurand.*& docent Sot.*lib.* 1.*q.*7.*art.* 3.& *lib.*4.*q.*3.*art.*1.Victor.*relect.*2.*de potest.Papæ,& Concilij*,Suar.*de legib.lib.*2.*cap.*14.*n.*1.& Azor.*to.* 2.*lib.* 4 *c.*18.*q.*3.

Consequenter etiam restat(subdit idem Curtel- 19
lius)quod de hoc iure naturali, & de hac consuetudine naturali loquatur lex illa 36. in Recopil. nouissima,de quo iure, & consuetudine si loquatur lex illa,clarum est,legem illam tantum ius naturale Regibus vis arcendæ facultatem præbens, 20
referre,non autem ius nouum inducere, *arg.l.heredes palam,ff.qui testam.fac.poss.*ibi:Nihil enim tunc dat,sed datum significat;quia naturale ius inter leges ciuiles appositum non efficitur ciuile, sed vt prius manet,cùm naturalia sint immutabilia, *Inst.lit.de iure natur.gent.& ciuil.* §. *sed & naturalia quidem iura*,& docent ex communi Suar.*de legib.lib.*2. *cap.*14.*numero* 6.*& seqq.*Victor.*de potest.Papæ numer.* 1.& Couarruuias *in reg.peccatum*,2. *par.*§. 11. *n.*5. Vnde cogitur dicere Curtellius, si sibi constans esse velit,Reges posse solum recursus Ecclesiasticorum admittere in casu extraordinario necessitatis, 22
si scilicet superior Ecclesiasticus, ad quem esset appellandum, abest vel nolit auxilium præstare; quia tunc solum locum habet ius naturale,& consuetudo naturalis(quæ sequitur ad ius naturale) de præstanda defensione naturali,ita vt si quid supra hac assumatur,iurisdictio aliena vsurpetur, & immunitas Ecclesiastica violetur. Vide *cap.6.Dub.* 10.*& cap.*7.*dub.*8.

SECTIO V.

Quarta Difficultas eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo immemorabilis etiam in casu particulari,non valet contra libertatem Ecclesiasticam.*

2 *Consuetudo immemorabilis tunc solum admittenda quando*

quando cum ea coniungitur conſtans fama, & traditio aquè antiqua, & immemorabilis, quod præceſſerit priuilegium; & quando ea integrè probaretur.

3 *Conſuetudo mixta Eccleſiaſticorum & laicorum tunc Eccleſiaſticos obligat, quando non præiudicat ſacris Canonibus, vel ab illis non fuerit reprobata.*

4 *Eccleſiaſtici non poſſunt cedere iuri ſuo, cum non poſſint renunciare priuilegium Immunitatis contra canones.*

5 *Tolerantia Pontificis in hoc caſu non eſt approbatiua, ſed tantum permiſſiua ad vitandum ſcilicet maiora mala.*

QVartò obiicies, hanc praxim ſuſtinendam eſſe. Primò conſuetudine immemorabili, quæ licet non poſſit tollere omnem exemptionem Eccleſiaſticam, poteſt tamen tollere illam in caſu aliquo particulari, vt eſt de tollenda vi. Secundò, quia eſt conſuetudo coniuncta cum priuilegij fama, quę vaga, & incerta ſufficit. Tertiò, quia talis conſuetudo eſt mixta laicorum, & Eccleſiaſticorum, vt de ſimili docere videtur Surdus *conſil. 2. volum. 1* Tiraquell. *de utraque retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 173.* Maynard. *de vtriuſq. Eccleſ. par. 1. ar. 22. numer. 88.* Collegium Bononienſe *in reſponſ. pro libert. Eccleſ. n 18* qui propterea defendunt quamdiu in quibuſdã locis conſuetudinem, vt ſcilicet monaſteria nõ ſuccedant. de qua conſuetudine teſtatur Peregrin. *in tract. var. ib. 6. nu. 77.* Guillelm. de Benedictis *in cap. Raynutius numer. 225. de teſtament.* Boërius *deciſ. 754. numer 8.* Rebuff. *conſil. 173. num. 11. & 12.* & hoc etiam ſeruari Ferrariæ, teſtatur Riminaldus *conſil. 85. num. 38.* Quartò, quia Papa hanc praxim ſcit, & tolerat, & ſic tacitè in illam conſentit.

1 Reſpondetur ad primum, conſuetudinem immemorabilem, etiam in caſu particulari, non valere contra libertatem Eccleſiaſticam, vt dicebatur *cap. 1. Dubitat. 15. ſect. 5. & 6. & cap. 5. Dubitat. 14.* & patet ex *cap. clericis*, de iudiciis, & aliis iuribus, vbi Pontifices apertè damnant conſuetudinem particularem, in caſu etiam particulari, tendentem contra Immunitatem Eccleſiaſticam.

2 Ad ſecundum reſpondetur cum Suar. *contra Regem Anglia lib. 4. cap. 34. nu. 17.* illam doctrinam non eſſe veram, ſed tunc ſolùm admittendã, quando cum conſuetudine immemorabili coniungeretur conſtans fama, & traditio æquè antiqua, & immemorabilis, quod præceſſerit priuilegium, & quando præterea traditio prædicta de priuilegio integrè probaretur; quod in caſu noſtro non contingit; quinimmò Ceuallos, & alij mordicùs tenent non adeſſe, neque adfuiſſe vmquam tale priuilegium. Vide loca ſupra cit.

3 Ad tertium reſpondetur cum Suar: *contra Regem Anglia lib. 4. cap. 19. num. 19.* & Valboa *in cap. 1. de foro compet. n. 6.* & aliis, tunc conſuetudinem Eccleſiaſticorum & laicorum mixtam Eccleſiaſticos obligare, quando prædicta conſuetudo mixta non præiudicat ſacris Canonibus, vel ab illis non fuerit reprobata, quæ ambo adſunt in caſu noſtro.
4 Vide etiam loca ſupra cit. vbi de reſponſione ſubdebam rationem, quia ſcilicet non poſſunt alioquin Eccleſiaſtici cedere iuri ſuo, cum non poſſint priuilegio immunitatis contra Canones renunciare, cum illud non ipſis ſingulariter, ſed ſtatui Eccleſiaſtico in communi conceſſum ſit, vt patet de priuilegio Canonis.

5 Ad quartum reſpondetur, quod tolerantia Pontificis in caſu noſtro non ſit approbatiua, ſed tantùm permiſſiua, ad vitandum ſcilicet maiora mala & incommoda. Vide *loca ſupra cit.* & Roram *in antiquis 10. de conſuetud.* Surd *conſil. 301.* Cochier *in vind. libert. Eccleſ. par. 2. cap. 3. num. 8.* & alios, quos ibi citabam: quin addo, quod tantum abeſt, vt Pontifex in tali caſu implicitè conſentiat, vt potius ſingulis quibuſcumque annis in Bulla Cœnæ reclamet. Vide Bullam Cœnæ, & Bullam Vrbani VIII, ſuper reſeruatione Iurium Sedis Apoſtolicæ, &c *quibuſcumque praiudicialibus, Romanus Pontifex*, & quæ in *locu ſupra cit.* dicebam.

SECTIO VI.

Quinta Difficultas, eiuſque ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Principes quidam de facto habent priuilegium à Pontifice vis arcendæ in cauſis.*

2 *Rex Hiſpaniarum quod habeat priuilegium vis arcendæ tenent aliqui Doctores.*

3 *Rex Hiſpaniarum quod non habeat dictum priuilegium alij exiſtimant, ſed putant dictam vim arcere iure Regali.*

4 *Principes quicumque habentes priuilegium à Summo Pontifice aduocandi ad ſua Tribunalia cauſas ſpirituales excuſantur ab Excommunicatione Bullari, modo priuilegij formam ſeruent, & priuilegium non ſit reuocatum.*

5 *Reges vt poſſint habere tribunal de la fuerza, Epiſcopatus, & Beneficia conferre, & cauſas ſpirituales cognoſcere, debent habere Priuilegium à Papa.*

6 *Remoto priuilegio Papæ non ſufficit Conſuetudo, aut præſcriptio etiamſi eſſet immemorabilis cum perpetua tolerantia Pontificis.*

7 *Tolerantia non ſuffragatur in iis, quæ non ſunt quæſibilia ſine Principis conceſſione.*

8 *Conticentia, ſeu Patientia non inducit diſpenſationem in his, quæ ſunt contra Iuris diſpoſitionem.*

9 *Actus diſſimulationis duplici modo contingit, & quomodo.*

10 *Collatio Beneficiorum quamuis poſſit ex priuilegio per Papam laicis concedi, non tamen id poteſt conſuetudine, aut præſcriptione laicis acquiri.*

11 *Conſuetudo vt excuſet debet eſſe legitima, & præſcripta.*

12 *Conſuetudo præſcribi non poteſt, quoties ſubiectum eſt incapax illius rei, quæ per conſuetudinem induci prætenditur.*

13 *Regula illa, Acquiſibilia priuilegio ſunt etiam acquiſibilia conſuetudine, aut præſcriptione, vera eſt, niſi lex conſuetudinem tanquam abuſum, & corruptelam improbet.*

14 *Præſcriptio locum habere non poteſt, ſi ius faciat hominem incapacem poſſeſſionis, & conſequenter præſcriptionis.*

15 *Ius decimarum cũ ex propria inſtitutione ſua ſit Eccleſiaſticum, in laicum cadere non poteſt, niſi ex ſpeciali, & legitima Eccleſiaſtici Prælati conceſſione, aut priuilegio.*

16 *Poſſidens de tempore immemorabili non tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis allegare; cum ob temporis diuturnitatem id ſæpe difficile ſit, ſi capacitas tamen ſit in poſſidente.*

17 Con

17 *Consuetudo per quam inducitur præscriptio rationabilis esse debet.*

18 *Limita primò, nisi talis consuetudo scientia, & libera patientia seu permissione Principis admittatur.*

19 *Limita secundò, nisi talis consuetudo præsumpto aliquo titulo innitatur, v.g. constante fama privilegij concessi.*

20 *Fama dat iustum causam credendi.*

21 *Data incapacitate præscribentis, solus cursus temporis nil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax est.*

22 *Nuda consuetudo etiam immemorabilis non sufficit ad probandum privilegium in materia immunitatis, sed requiritur saltem constans fama privilegij.*

23 *Consuetudo quamuis immemorabilis, si sola sit, & nullo titulo, seu privilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiastica exemptioni quidquam derogare*

24 *Ecclesiastica immunitas in vniuersum tolli non potest per consuetudinem; potest tamen in parte tolli.*

25 *Auctor probat suam sententiam, vide quibus mediis.*

26 *Consuetudo, quæ tendit contra nerum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem, irrationabilis est.*

27 *Vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio.*

28 *Omnis legitima præscriptio legis adminiculo nitidebet, cum sit beneficium à iure inuentum.*

29 *Laici ex parte privilegij capaces sunt iurisdictionis Ecclesiasticæ.*

30 *Papa potest tollere, & reuocare immemorabilem, & legitimè præscriptam consuetudinem contra immunitatem.*

31 *Papa sicut potest reuocare privilegium concessum contra immunitatem; ita etiam potest reuocare consuetudinem legitimè præscriptam.*

32 *Ad clauem suprema Potestatis spiritualis spectat exemptionem Ecclesiasticam conseruare, eandemque diminutam redintegrare.*

33 *Contra supremam potestatem in spiritualibus non potest vnquam fieri præscriptio.*

34 *Summus Pontifex ex graui causa potest reuocare etiam concordata cum Principibus laicis.*

35 *Concordia in gratuitis privilegiis fundata, reuocari potest.*

36 *Casus reuocationis in privilegij concessione semper intelligitur exceptus, dummodo tamen parti privilegiatæ compensatio damni fiat.*

37 *Papa sine iusta causa non potest exemptioni renunciare; cum sit in maximum bonum Ecclesiæ, & forsitan Diuino iure introducta.*

38 *Consuetudo trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia videtur per Bullam Cœnæ reuocata.*

39 *Iudices laici causas Ecclesiasticas ad suum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes, à peccato, & à censura Bullari non excusantur.*

40 *Lex posterior vniuersalis non derogat privilegio anteriori speciali; si reuera illud concessum fuerit à Pontifice alicui Principi sæculari.*

1 QVintò obiicies, de facto quosdam Principes habere à Pontifice privilegium vis arcendæ in causis.

Respondetur, transeat antecedens: nam sic non improbabiliter de Rege Hispaniarum tenent Bañez 2.2. *quæst.* 67. *art.* 1. Clarus *lib.* 5. §. *vlt. quæst.* 36. *num.* 26. Menoch. *de retinenda possess. remed.* 4. *n.* 354. Bellarmin. *in tract. de Summo Pontifice, c.* 35. Suarez *de immunit. lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 43. & alij: quamuis Ceuallos *in cit. tract. de cognit. per viam appellationis* & alij vbi supra contendant, Regem Hispaniarum illud non habere, sed vim dictam arcere ex iure regali; & sic dum praxim Tribunalis *de la Fuerza* defendere, & à peccato, & censura excusare conantur, excusationis causam auferunt, cùm negent, Regem Hispaniarum, vel ipsius ministros, ac magistratus id efficere ex priuilegio, vel ex consuetudine fundata in priuilegio; & alio modo efficere id non possint ex dictis: quapropter cum supradictis Doctoribus contra Ceuallos, & alios dicendum potius est, Regem Hispaniarum adeò iustum, & pium à Summo Pontifice tale priuilegium habere, quod quicumque Principes à Summo Pontifice habent, ab excommunicatione Bullæ Cœnæ excusantur, aduocando ad sua tribunalia causas spirituales, modò priuilegii formam seruent, & modò priuilegium reuocatum non sit, de qua re vide *supra in tract. 1. dubit. 15 sect. 5. & 6. & cap. 5. dub. 14. sect. 8. & seqq.* vide etiam Bullam Vrbani VIII. super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex.* 2 3 4

Et quod de priuilegio vis arcendæ in causis dixi, idem etiam dico de priuilegio conferendi Episcopatus, & alia beneficia, necnon & de priuilegio cognoscendi quascumque alias causas spirituales.

Vt igitur Reges tribunal *de la Fuerza* habere, Episcopatus, & beneficia conferre, vel alias causas spirituales similes cognoscere possint, requiritur priuilegium à Papa concessum. 5

Nec sufficit, illo remoto, vlla consuetudo, aut præscriptio, etiamsi esset immemorabilis, cum perpetua tolerantia Pontificis: nam cùm versemur in 6 his, quæ non sunt quæsibilia sine Principis concessione, tolerantia non sufficiatur; hæc enim est 7 tantùm simplex conticentia, seu patientia, quæ 8 nunquam inducit dispensationem in his, quę sunt contra iuris dispositionem, vt est *text. in cap. cùm iamdudum, de prabendis*, & ibi *gloss.* ea siquidem conticentia intercedit ad euitanda tantum scandala, quæ sequi possent in procurando auferri huiusmodi abusus vt rectè tradunt Doctores *in cap. 2. de prabendis*: quandoquidem crimen publicum dissimulare dupliciter contingit, vno modo 9 ipsum actum criminis non prohibendo cùm prohiberi possit, & sic Ecclesia non sustinet nec dissimulat, immò prohibet in Canonibus supra citatis: altero transgressorem talis prohibitionis non puniendo; & sic Ecclesia dissimulat propter difficultatem correctionis: multa enim tolerantur, quę si in iudicium deducerentur, exigente iustitia non tolerarentur, vt dixit textus supra allegatus *in cap. iamdudum, de præbend.* vide Rotam in vna Aquinensis Monasterij die 26. Ianuarij 1601. coram Illustrissimo Seraphino. vide Turrecrematam *in Cano. singula, num.* 8. *dist.* 89. Zabarell. *consil* 57. *num.* 2. Riccium *in praxi, tom.* 4. *resol.* 137. & Doctores, quos citat, & sequitur Silua *de beneficiis p.* 2. *q.* 24. *num.* 16. vide etiam Tuschum *tom.* 4. *concl.* 452. *n.* 28. vbi rectè ait, quòd quamuis ex priuilegio 10 concedi

concedi possit laico per Papam collatio beneficiorum & similia, non tamen potest id consuetudine, aut præscriptione acquiri; quia laici sunt incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ; quam Tuschi opinionem Probus *in addit. ad Ioannem Monachum cap. 2. præben. num 7. & 8. in 6.* asserit esse communem
11 & ratio huius opinionis est; quia vt consuetudo excuset, & valeat, debet esse legitima, & præscripta,
12 consuetudo autem præscribi non potest, quoties subiectum est incapax illius rei, quæ per consuetudinem induci prætenditur, vti notant Panormit. & Felinus *in cap. causam de præscript.* & *in cap. 4 de consuetud.* Decianus *in tract. crimin. to. 1. lib. 5. cap. 9. num. 14.* & alij communiter: cùm ergo laici sint incapaces iurisdictionis spiritualis, & Ecclesiasticæ, ex *cap. causam, de præscript. & cap. felicis, de maior. & obedient.* sequitur, ipsos non posse hanc iurisdictionem per consuetudinem acquirere. Ex quibus apparet, non posse prætextu consuetudinis Iudices laicos se tueri, & excusare, & ideo subdit Tuschus *vbi supra num. 44.* quod omnes similes casus: qui sunt, prout attestantur Doctores, ex consuetudine alicuius Regni, vel prouinciæ, sunt contra ius commune; & sic super eis non potest fieri fundamentum, nisi quia sic de facto seruatur. Vnde talis consuetudo, vel præscriptio, etiam immemorabilis, non valet.

Dices, immemorabilis consuetudo est sufficiens indicium, quod ex legitimo priuilegio inchoata fuerit; quia præsumitur honesta: nam cùm non possit probari mala, præsumitur bona: ergo &c ita multi Iuristæ, quos sequitur Pereira *de manu. regia par. 2. cap. 60. n. 18.* Et ratio vlterius est; quia quidquid per priuilegium, aut dispensationem Principis obtineri potest, id etiam per consuetudinem temporis immemorabilis introduci posse videtur; quia tanti temporis possessio, vel consuetudo facit præsumptionem tituli, seu priuilegij, sicuti colligunt Doctores ex *cap. 1. de præscript. in 6.* ergo si simus in casu, seu facto aliquo, quod neque iuri naturali, neque diuino repugnet, quo minus saltem per summi Pontificis consensum, ac priuilegium coboneſtari possit, verbi gratia vt laici iurisdictionem aliquam in Ecclesiasticos exerceant, vel iis aliquam collectam imponant, vel clericales decimas possideant, vel in eadem Ecclesia duæ dignitates simul cum canonica obtineantur, &c sequitur in eiusmodi casibus consuetudinem immemorabilem introduci posse.

13 Respondetur, antecedens verum esse, & regulam illam, *Acquisibilia priuilegio, sunt etiam acquisibilia consuetudine, aut præscriptione*, veram esse, nisi lex cõsuetudinem, tanquam abusum, vel corruptelam improbet, sicuti ex communi notauit Felin. *in cap. accedentes, num. 15. de præscript.* ibidem Abb. *num. 3. & in c. quanto, de consuetud. num. 2. & in cap. vlt. eod. num. 15.* Rochus *sect. 4. numer. 33.* Crauett. *de antiq. temp. par. 4. § materia ista, num. 94.* Canisius *tract. de diuinis, cap. 13. num. 3.* Mascar. *concl. 1371. num. 32.*
14 & colligitur clarè ex *cit. cap. 1. de consuetud. in 6.* nam præscriptio locum habere non potest, si Ius faciat
15 hominem incapacem possessionis, & consequenter præscriptionis, vt videre est in iure decimarum, quod cùm ex propria institutione sua Ecclesiasticum sit, in laicum cadere non potest, nisi ex speciali, & legitima Ecclesiastici Prælati concessione, aut priuilegio, *cap. prohibemus, cap. dudum, de decimis cap. causam quæ, de præscript. c. decimas lib. 16. quæst. 7.* ergo nisi quis cùm præscriptione talis tituli possideat, numquam potest præscribere; quia incapax possidendi, est etiam incapax præscribendi, sicuti dicebam *supra*, & docent gloss. Abb. Felin. & alij communiter in *cit. cap. causam vnde*, & glossa recep. *in cap. 1. de præscript. in 6 ver. non extat*, Abbas *in cap. peruenit. num. 3. de censib.* Couarr. *reg. possessor, par. 2. § 4. num. 8.* Vnde & dixerunt, quod, tamen si is, qui 16
possessionem temporis immemorabilis ostendere potest, non teneatur titulum allegare, cùm ob temporis diuturnitatem id sæpe difficile sit, atque ipsa tanti temporis continuata possessio ius tribuat, id tamen intelligendum sit tantùm, si capacitas sit in possidente. Quæ ratio similiter locum habet, quotiescumque Iura aliquam consuetudinem, tãquam irrationabilem, damnant: nam hoc ipso reddunt eam inefficacem ad præscriptionem inducendam, quandoquidem consuetudo, per quam in- 17
ducitur præscriptio, rationabilis esse debet, *cap. vlt. de consuetud.*

Quamuis excipiendum sit primò, nisi talis cõ- 18
suetudo scientia, & libera patiẽtia, seu permissione Principis adiuuetur; sicuti notauit Rocchus *loc. cit.* & Abb. *in cit. c. accedentes, n. 3.* quod an sit in casu nostro dicam infra.

Excipiendum sit secundo, nisi talis consuetudo 19
præsumpto aliquo titulo iuuetur, verbi gratia cõstante fama priuilegij concessi, quod temporis diu-
turnitate amissum sit: nam fama dat iustam causam 20
credendi, vt ait Abb. *cap. de quarta num. 10. de præscript.* tunc enim præscribens non fundatur in mera possessione, aut consuetudine, sed in titulo ex quo capax fiat possessionis, consuetudinis, ac denique præscriptionis cum bona fide, sicuti rectè notauit Grauett. *loco cit.* & Mascardus *concl. 1371. n. 32.* vbi ait, quod data incapacitate præscribentis, 21
solus cursus temporis nil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax est: quare tunc opus est, vt allegetur titulus priuilegij, aut exemptionis; & ad probationem talis tituli sufficiet probare lapsum temporis, cuius initij memoria non exstet; si nimirum testes adsint, qui dicunt, semper fuisse constantem famam, tale ius alicui competere ex speciali concessione feudi, vel Apostolici priuilegij; eaque ratione, & præscriptione iuris aliquem possedisse à tempore, cuius initij etiam ex auditu, seu relatione maiorum, nulla sit memoria; atque ita etiam docet Felinus in *cit. cap. causam*, Silu. *ver. decima quæst. 10. dict. 2.* Suar. *de relig. to. 1. tract. 2. lib. 1. de decimis, cap. 27.* Peregrin. *de iure fisci libr. 4. tit. 8.* Gabrielius *libr. 5. de præscript. concl. 1. num. 18.* quod, an sit in casu nostro, videant, qui asserunt.

Respondetur itaque ad argumentum, solam, & 22
nudam consuetudinem, etiam immemorabilem non sufficere ad probandum priuilegium in tali materia; quia illa regula non procedit in consuetudine reprobata per legem, & ratio vlterius est, quia priuilegium hoc est valde odiosum, & difficile, & rarò conceditur, quapropter nisi legitimè probetur, non præsumitur; & sic solus vsus, quantumuis antiquus, non probat sufficienter ius, seu priuilegium in tali materia.

Confirmatur, quia alioquin omnes immemorabiles consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam, quas communiter improbant Doctores, admittendæ essent, quia probarent priuilegium, quod per omnes est absurdum. Ergo dicendum, quod vltra immemorabilem vsum, requiratur saltem constans fama priuilegij, ad hoc vt tales consuetudines excusent à mortali, & censuris. Vide præter Doctores supra citatos Auferium *tract. de*

potestat.

potestat.secular.in Ecclesiast.concl.4.fallent.12. & 13. Bursatum *lib.2.consil.44. num.12.* & Suarez *contra Regem Angl.lib.4.cap.32.& 34.n.47.* & alios mox infra citandos.

23 Dico igitur breuiter,quod consuetudo, quamuis immemorabilis,si sola sit,& nullo titulo, seu priuilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiasticæ exemptioni quidquam derogare: atque ita docent Doctores in *cap.clerici*, vbi Abb. *num.5.& 6.de Iudicijs*, Baldus in *rubr. Auth. cassa, Codic.de sacrosanct.Ecclesijs, glossa in cap. vlt. de consuetud.* Abb ibidem *numero 5.* Lupus *de liberi. Eccles.par.1. q.6* Martha *de iurisdict.par.4.cas.63.& 64.*M.Antonius Gabrielius *lib.5.de præscript.concl.1.numero 9.* Azor.*tom.1.lib.5.cap.13.quæst.8.* Tanner.*lib.2.defens. Ecclesiast.libertatis,cap.16* & alij,quos supra citabã; quamuis huic communi Doctrinæ ex parte contradicunt Couar.*in quæst.cap.31. num. 5.* & Clarus *lib.5.sentent.6.practicæ crimin.q.36.num.3.* vbi aiunt,

24 quod, licet Ecclesiastica immunitas in vniuersum tolli non possit,per consuetudinem, potest tamen in parte tolli; vt scilicet in certis causis Potestas laica exerceat iurisdictionem,quæ alioquin ad Ecclesiasticos propriè spectat.

25 Sed probatur dictum nostrum; quia si consuetudo Ecclesiasticæ immunitati derogare potest,vel id est per modum reuocationis, intercedente scientia,ac patientia, & sic tacito consensu Summi Pontificis,vel id est per modum legitimæ præscriptionis,quæ etiam ignorante Principe, aduersus legem fieri potest;non primum, quia satis cõstat summum Pontificem huiusmodi consuetudinibus non præbere tacitum consensum approbatiuum; quin potius eas quotannis in Bulla Cœnæ reprobare,& damnare;quamuis interdum toleret, quia ob periculum maioris mali efficacius resistere,& prohibere non potest: non secundum, quia consuetudo,quæ vt irrationabilis damnata est,nõ potest via præscriptionis legem abrogare(sicut cõstat ex *cap.vlt.de consuetud.*& supra dicebatur) consuetudo autem aduersus Ecclesiasticam libertatem tanquam irrationabilis, passim in iure damnatur, vt videre est *Auth.cassa,Cod.de sacrosanct.Eccles. cap.1.c. ad nostram,c.inter de consuetud.c.cum terra, de elect.c.*

26 *clerici de iudic.c.nouerit de sent.excomm.*ergo,&c.vnde *glossa in cit.c.clerici,*& *in cit.c.vlt.*& ibid.Abb. pro regula tradunt, quod consuetudo irrationabilis est,quæ contra nerum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem tendit.

27 Confirmatur, quia vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio, sed laici sunt incapaces iurisdictionis super Ecclesiasticas personas,sicut & aliorum iurium spiritualium,verbi gratia iuris decimarum, Ecclesiastici beneficij,& similium:ergo non possunt eam via præscriptionis comparare.

8 Confirmatur secundò,quia omnis legitima præscriptio legis adminiculo niti debet,cum sit beneficium à iure inuentum, & impertitum,sed præscriptio contra Ecclesiæ libertatem à nulla lege adminiculum habere potest:non enim à lege ciuili,cùm hæc limites suæ potestatis excedere non possit:neque à Canonica,cùm sacri Canones, eorumque auctor Papa,semper resistant,ergo, &c.

29 At quoniam Papa per speciale priuilegium, ob iustam causam,datum alicui Principi seculari, ex parte aliqua derogare potest Ecclesiasticæ exemptioni, vt proinde ex vi talis priuilegij capaces sint laici iurisdictionis in personas Ecclesiasticas; secundùm limites concessionis:adeò si titulus priuilegij exhiberi non potest,sed tamen constãs semper fama ac traditio fuerit de accepto priuilegio, ideoque laici iurisdictionem aliquam in Ecclesiasticos exerceant,fundantes se non in mera consuetudine,quippe quæ iuribus reprobata est, sed in titulo rationabiliter,ac bona fide præscripto, tunc præscriptioni locus esse potest per tempus, cuius memoria non existat,sicuti supra dicebatur,& præter alios docet Suar.*cit.cap.34.num.17.* Quod, an sit in casu nostro, viderint Aduersarij,vti dicebã.

Hanc tamen immemorabilem, & legitimè præscriptam consuetudinem,dato,quod sit, Papa tollere,& reuocare potest. Ratio, quia cùm præscriptio contra Ecclesiasticam libertatem, vt legitima sit,fundari debeat in gratia, & priuilegio,necessariò sequitur, quòd si Papa tale priuilegium reuocare potest,poterit etiam reuocare præscriptionem quæ ex præsumptione priuilegij vim capit, sicuti rectè notauit Suarez *num.18.* 30 31

Confirmatur, quia exemptionem Ecclesiarum conseruare, eandemque diminutam redintegrare, spectat ad clauem supremæ potestatis spiritualis à Christo Domino in Petrum eiusque successores collatæ; at contra hanc supremam potestatem in spiritualibus non potest vmquam fieri præscriptio,sicuti rectè tredit Innocent.*in cap. 2.de postulat. Prælat.* in quo conuenire Doctores testatur Crauetta *de antiq.tempor.tom.2.tract.tur.fol.* 170.ergo,&c. 32 33

Non obstat, quod super ea re inter Ecclesiæ Prælatos, & Principem laicum concordata facta sint,& à Summo Pontifice confirmata:nam adhuc ex graui causa ad bonum publicum spectante reuocari poterunt.Ratio,quia vel concordia ideo tãtùm facta est,vt intelligatur quousque priuilegia à Papa gratuitò concessa se extendere debeant, & tunc clarum est, quod concordia in gratuitis priuilegiis fundata,ex causa reuocari possit:vel cõcordia transiit in pactum oneroſum, atque reciprocũ, & tunc quoque ob causam grauissimam ad bonum Ecclesiæ spectantem Papa reuocare potest, vt rectè in *loco supra cit.*Suarez notauit,& patet ex Doctrina generali de priuilegiis,quæ licet à Principe ob merita, vel cũ impoſito onere alicui concessa fuerint,tamẽ ex plenitudine potestatis reuocari possũt,ob publicam grauissimã causam; cùm talis casus in ipsamet cõcessione aut cõcordia semper exceptis subintelligatur, dummodo tamen parti priuilegiatæ compensatio damni fiat, si damnum ex tali reuocatione patiatur, sicuti docet Suarez *cit. c.34.n.24.& lib.8.de legib.c.37.n.5.* 34 35 36

Confirmatur,quia cùm exemptio in maximum bonũ Ecclesiæ,& forsan diuino iure, vt multi satis probabiliter tenent,introducta sit, non potest Papa sine iusta causa eidem aliquatenus renunciare; alioquin irrita erit renunciatio, & reuocari debebit,quinimmò licet ab initio causa subsistente iusta fuerit renunciatio,siue iurisdictionis per laicos exercendæ concessio,tamen ob temporũ, & rerum mutationẽ iniqua fieri potest,si scilicet in contẽptũ Ecclesiastici status,ac detrimentũ Ecclesiæ cedere incipiat:in quo casu etiam ad Papã spectabit illam reuocare, quamuis interdum rationabiliter toleret,vt maiora damna vitentur. 37

Cæterùm, an reuocata sit de facto per Bullam Cœnæ consuetudo in priuilegio fundata trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia? Affirmant aliqui,quos sequitur Bonacina *in Bull. Cœnæ disp. 1.quæst.15.punct.4.§.3.numero 1.*ex eo,quia consuetudo immemorabilis vel nititur priuilegio, vel 38

non.

non: ſi ſecundum, nullum ius confert, vt patet ex ſupra dictis. Si primum, neque etiam ſuffragatur, quia conſuetudo, licèt immemorabilis, in priuilegio fundata, non plus operatur, quàm ipſum priuilegium, cùm vires accipiat à priuilegio, *leg. hoc iure, ff. de aqua quotid. & c. ſuper quibuſdam, §. præterea de verb ſignific.* Ergo cùm priuilegium per Bullam
39 Cœnæ ſit ſublatum, ſublata etiam erit per Bullam eandem conſuetudo fundata in priuilegio, & ſic Iudices laici cauſas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes; à peccato, & cenſura bullari non excuſantur, titulo immemorabilis conſuetudinis, etiã in priuilegio fundatæ: Negant autem alij, quos ſequitur Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 10. num. 28.* ex eo, quod cùm reuocatio priuilegiorũ in dicta Bulla ſit generaliſſima, per huiuſmodi reuocationem
40 non intelliguntur reuocata priuilegia ſpecialiter conceſſa; quia lex poſterior vniuerſalis non derogat priuilegio anteriori ſpeciali, ſi re vera illud conceſſum fuerit à Pontifice alicui Principi ſeculari: ſed de hac re quid ego ſentiam, vide *c. 1. dub. 15. ſect. 5. & 6. & cap. 5. Dubit. 14. ſect. 8. & ſeqq* & *dub. 15. per tot.* & cit. Bullam Vrbani VIII. ſuper præſeruatione iurium Sedis Apoſtolicæ, & inferiorum Eccleſiarum, perſonarumque Eccleſiaſticarum à quibuſcumq; præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex.*

DVBITATIO VII.

An poſſit Poteſtas laica per ſuos miniſtros Eccleſiaſticam perſonam in flagranti crimine deprehenſam, vel de propoſito perpetrandi crimen (vt quia noctu mutato habitu, vel cum armis incedit ſuſpectam) vt Iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, capere armiſque prohibitis ſpoliare.

SVMMARIVM.

1 *In caſu ſupra recenſito, Poteſtas laica poteſt, ſi ſit periculum in mora, capere Clericum.*

2 *Expedit Reipublicæ ne delicta remaneant impunita.*

3 *Limita primò ſi delictum ſit pernicioſum Reipublicæ.*

4 *Limita ſecundo, in caſu, quod non ſit leuis ſuſpicio talis delicti.*

5 *Limita tertio, ſi incumbat neceſſitas illum capiendi.*

6 *Limita quarto, niſi modus excedatur.*

7 *Vſus Hiſpaniarum & Galliarum ſpoliandi Clericos armis, aliter defendi non poteſt, niſi dicatur id fieri de conſenſu implicito Prælatorum.*

8 *Clerici, licet legibus Principum ſecularium non obligentur quoad vim punitiuam, obligantur tamen quoad directiuam.*

9 *Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate efficere vt leges ciuiles à Clericis obſeruentur, ſed ad id cogendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos.*

10 *Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate ſpoliare Clericos armis, quia armorum ſpoliatio, & amiſſio violentiam continet, & habet rationem pœnæ.*

11 *Magiſtratus ciuilis debet Clericis erepta arma reſtituere, vel ad Eccleſiaſticum eorum Magiſtratum tranſmittere remotis etiam Pontificis priuilegio, & Prælatorũ conſenſu etiã implicito.*

12 *Clericus ferens arma poteſt reſiſtere cum armis miniſtro Laico volenti ipſiũ capere armiſq; ſpoliare; niſi armorum vſus ſit ita prohibitus, vt neque Domi illa retinere liceat. Vide quandiu hæc limitatio ſi vera.*

14 *Opinio nonnullarum Doctorum exiſtimantium, quod Clericus prohibitam venationem, vel piſcationem exercens poſſit ſpoliari à Iudice ſeculari, reiicitur.*

15 *Sententia eorum, qui decem, arma, aues, canes, vel alia venationis Inſtrumenta prohibita, quæ à Clericis auferuntur, poſſe per ſecularem Iudicem capientibus adiudicari, non poteſt ſuſtineri.*

RESPONDETVR ex dictis in præcedentibus dubitationibus ex probabiliori ſententia Doctorum affirmatiuè; quia in tali caſu periculum eſt in mora; & ex alio capite expedit Reipublicæ, quod delicta non maneant impunita, & quod fieri impediantur, atque ita contra Hoſtienſem, & alios, quos refert, & ſequitur Martha *de iuriſdic. par. 4. cent. 1. caſ. 41. n. 11* & contra Megaliũ *in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 7.* Souſam *in Bull. Cœnæ, c. 1. 16. diſp. 82. n. 8.* & alios docent. Abb. *in c. cùm non ab homine, n. 12. de iudiciis, & c. vt fama, de ſentent. excomm.* Gomez *var. to. 3. c. 4. n. 3.* Suar. *ad Regem Angl. lib. 4. c. 44. num. 15.* Bellett. *in diſquiſ. cler. par. 1. tit. 3. §. 11.* (qui pro hac ſententia citat Felinum, Decium, Ioãnem Andream, Baldum, Clarum, & alios) Nauar. *in man. c. 27. n. 82. & lib. 5. conſil. 27. de ſent. excommun. edit. 2.* Silu. *verſ. excomm. 6. n. 14.* Peregrin. *de immun. Eccl. c. 16. n. 37.* Auendagnus *de 3 xequen. mandat. par. 1. c. 22. n. 2.* Olibanus *de iure fiſci c. 14. n. 140.* Borell. *de præſt. Regis Cathol. c. 71. n. 185.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 19. q. 7. n. 2.* Cened. *in qq. Can. q. 4. n. 14.* Ortiz *in ſumm. c. 4. n. 9.* Pereira *in tract. de manu Regia c. 10. n. 7.* Salgad. *de protect. Regia to. 2. par. 2. c. 4. n. 13.* Bonacina *de leg. diſp. 10. q. 2. punct. 1. § 1. n. 22.* Coriolanus *in Bull. Cœn. excommun. 19.* Graſſius *in dec. par. 1. lib. 4. c. 18. n. 182.* Homobonus *de examin. Eccleſ. par. 2. tr. 11. c. 4. q. 4 ſuppoſ. 3.* Piaſecius *in prax. Epiſc. par. 2. c. 4. ar. 3. n. 13.* Caſtrus Palaus *to. 2. tract. 12. diſput. vnic. punct. 6. n. 4.* Sa *ver. Clericus, n. 5.* Molina *tomo 3. diſp. 56. num. 2.* Aquila *de cenſur. par. 2. cap. 5. diſput. 3. dub. 13. caſu 13.* & alij, quos citat, & ſequitur Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 11. & 12.* quia tunc locum habet defenſio naturalis, cùm aliud remedium non ſupperat; modò (vt notauit Campanili *in diuerſ. Iur. rubr. 4. num. 26.* & Barboſa *in ſuis collectan. to. 2. lib. 5. tit. 39. n. 5. in fine*) hæc conditiones adſint: 1
Prima, quod ſit crimen pernicioſum Reipublicæ, cuiuſmodi eſt furtum, rapina, homicidium, &c. Secũda, quod non leuis ſuſpicio, ſed valde probabilis præſũptio ſit, quod clericus tale facinus meditetur: tertia, quod incũbat neceſſitas illũ capiendi (ſi enim clericus, oblato idoneo fideiuſſore, promittat ſe ſiſtere Ordinario ſuo) capi, & incarcerari nõ debet: quarta, quòd miniſter modum non excedat, v.g. indecorè clericum ducendo, vel pugnis afficiendo, cùm ire paratus ſit: ſic enim (cùm id non ſit neceſſarium) is excommunicationis pœnam nõ euaderet, vti habetur in *cit. c. vt famæ*, & notauit *gloſſ. in cap. ſi clericos, ver. excedatur, de ſent. excommun. in 6.* à quibus iuribus etiam requiritur, quod, ſi oporteat laicos clericum capere, & ad iudicium trahere violenter, id fiat de mandato Prælatorum,

rorum, saltem tacito, vti, præter alios rectè notauit Suar. *cap.* 34. *num.* 15. (quidquid in contrarium dixerit Curtellius *cit. quæst.* 11. *num.* 5. minus rectè & valde audacter dicta iura arguendo) cùm tunc non tam ipsi laici, quàm Ecclesiastici Prælati, quorum auctoritati laici nituntur, contra clericum procedere censeantur; & alioquin valde difficile, & periculosum sit, intra terminos necessariæ defensionis consistere, & iurisdictionem in clericos propria auctoritate non vsurpare, quod laicis prohibitum esse, suprà dicebatur.

7 Quare quod Couar. *lib.* 2. *resol. cap.* 20. *prope finem, & in pract. qq. cap.* 33. *in fin.* Iul. Clar. *in pract. crimin. q.* 36. *num.* 26. *& quæst.* 82. *stat.* 6. *num.* 1. Azeued. *tom.* 1. *libr.* 1. *tit.* 3 *leg.* 9. *num.* 3. Borell. *de præst. Reg. Cath. cap.* 71. *num.* 45. Duennas *reg.* 15. Plaza *de delictis lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. Gomez *in leg.* 45. *Taur. num.* 48. Cenedo *in collect. iur Can. par.* 1. *collect.* 37 *n.* 17. Morla *in empor. iur par.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *num.* 17. Bobadill. *in Polit. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 17. Mexia *in prag. taxæ panis consil.* 5. *numer.* 58. Io. de Heuia *in Curia Philippica par.* 3. §. 3. *nu.* 9 Curtellius *cit. lib.* 2. *q.* 10. & Cenallos *tr. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *q.* 54. *num.* 17. & ex Theologis Bannes *in* 2. 2. *q.* 67. *ar.* 1. *dub.* 2. *concl.* 5. Lorca *in* 1. 2. *to* 2. *tract. de legib. disp.* 25. *membr.* 4. Vasq. *in* 1. 2. *to.* 2. *disp.* 167. *cap.* 4. *num.* 31 Rodriquez *in summa to.* 2. *cap.* 237. *n.* 13. Io. de la Cruz *in par.* 1. *præcept.* 8. *q.* 3. *ar.* 1. *dub.* 1 *cõcl* 3. Coriolanus *in Bula Cœnæ excõm.* 20. Graffius *in decis. part. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 158. Ottiz *in summa cap.* 4. *num.* 9. *& cap.* 7. *num.* 1. ac tandem Nauar. *cons. cit.* 2. *num.* 1. aiunt, nempe in Gallia, & Hispania consuetudinem esse, vt clerici arma gestantes per legem ciuilem prohibita, à seculari Iudice, vel ministro, iis priuentur, sine obligatione restituendi, id aliter defendi non potest, nisi vt fiat cum consensu Prælatorum, saltem implicito, aut summi Pontificis
8 concessione: nam licet clerici talibus legibus ciuilibus, ob publicam ciuitatis quietem latis, obligentur quoad vim directiuam, non tamen quoad vim coactiuam obligantur, ita vt à seculari magistratu puniri possint.

Neque dicas cum Lorca, & Vasq. locis supra cit. quod ministri laici auferendo arma clericis nõ inducant pœnam legis, sed efficiant, quod lex seruetur, & impediant transgressionem legis: nã, vt rectè
9 obseruat Salas *de legib. q.* 96 *tr.* 14. *disp.* 14. *sect.* 9. *n.* 106. nõ spectat ad Iudices seculares propria auctoritate efficere, vt leges ciuiles à clericis obseruentur, cùm nullã in eos iurisdictionẽ, præsertim coactiuã, habeãt, vti supra dicebã; sed ad id cogẽdi sũt per Iudices Ecclesiasticos; quare etsi arma clerico eripere sine eius percussione, &c. (sicut ad obuiandũ delictũ eundẽ capere, & ducere ad Episcopũ) pertineat ad necessariã defensionẽ, quę proinde se-
10 culari magistratui aduersus clericũ iure cõceditur; armorũ tamẽ spoliatio, & amissio violentiã continet, & rationẽ pœnę, vel saltem rationẽ coactiuæ Iurisdictionis habet, quam secularis Iudex propria auctoritate. & sine vlla expressa, vel saltẽ tacita cõmissione Prælatorũ in clericos exercere minimè po-
11 test; quapropter in tali casu, Põtificis priuilegio, & cõsensu Prælatorum, etiam implicito, remotis, magistratus ciuilis arma clerici erepta eildẽ restituere, vel ad Ecclesiasticum eorum magistratum transmittere tenetur; atque ita docent Suar. *lib.* 4. *defens. cap.* 34. *num.* 14. & alij Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *in collect. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *cap* 2. *num.* 6. *& to.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *cap.* 25. *n.* 4. quibus addo Madium *tract. de sacris ordinib. cap.* 14. *num.* 21. Bonacinam *de legib. disp.* 10 *q.* 2. *punct.* 1. §. 1. *num.* 2. Duardum *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 12. *q.* 11. *n.* 92. Bellettum *in disquis. cleric. par.* 1. *tit.* 2. §. 2. *n.* 38. Martham *de iur. par.* 4. *cent.* 1. *cas.* 7. *n.* 20. Megalium *in* 3. *par. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 2. Genuensem *in prax. cap.* 74. *n.* 6. Riccium *par.* 3. *decis.* 299. *per totam*, vbi quærẽs, an cle- 12
ricus ferens arma, possit resistere cum armis ministro laico volenti ipsum capere, armisque spoliare, affirmatiuè respondet ob rationem dictam) ac tandem addo Vasq. 1. 2. *disp.* 167. *cap.* 4. *num.* 31. qui
eandem doctrinam tradit, sed cum limitatione, 13
nisi scilicet armorum vsus, tamquam Reipl. perniciosus, ita prohibitus sit, vt neque domi retinere huiusmodi arma concessum sit: talem enim legem (inquit ipse) magistratus ciuilis ob bonũ publicũ, etiam contra clericos, iustè defendere poterit; cæteri alij melius limitationem istam non admittant ex eo, quia & talium armorum spoliatio vim coactiuam continent, & rationem pœnæ habent, quam secularis magistratus propria auctoritate sine vlla expressa, aut tacita Prælati concessione, in clericos exercere non potest, vti supra dicebatur. Vide *Suar. in defens. fid. libr.* 4. *quæstio.* 34 *nu.* 14.

At quidquid sit de hac limitatione, an sit vera (quæ vera videtur, si inde periculum Reipubl. immineat, quia tunc locũ habet ius defensionis naturalis) reijciendos saltem omninò puto Ledesmam *in summa to.* 2. *tract.* 8. *c.* 9. *concl.* 33. Villalobos *to.* 3. *tr.* 10. *difficult.* 16. *n.* 2. Salzedum *in addit. ad Diaz c.* 68. Morlã. *in empor. iur par.* 1. *tit.* 1. *q.* 16. *n.* 16 *& seqq.* Cenedo *in collect. iur. par.* 1. *collect.* 37. *n* 19. & Curtelliũ
cit q. 10. *num:* 150. qui tenent, quod clericus pro- 14
hibitam venationem, vel piscationem exercens, possit etiam spoliari à Iudice seculari, vel eius ministro, auibus, canibus, vel aliis venationis instrumẽtis, &c. reiiciendos, inquã, saltem omninò puto istos ex eo, quod hæc nõ tendant sicut arma prohibita, in perniciem Reipubl. & boni communis. vide Doctores supra cit. ac etiam Auguianũ *tract. de legib. lib.* 2. *contron.* 15. *num.* 31. vbi ob rationem 15
dictam rectè subdit, quod nequè sustineri possit sententia eorum, qui docent, arma, aues, canes, vel alia venationis instrumenta prohibita, quæ à clericis auferuntur, posse per secularem Iudicem capientibus adiudicari. Vide suprà *dubit.* 2. *nu.* 27. *& seqq. & dubit.* 4.

DVBITATIO VIII.

An possit Potestas laica capere, ac detinere clericum debitorem, si fugiat, vel fugam meditetur?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica potest capere, & detinere Clericum Debitorem si fugiat, vel fugam meditetur, quia tunc habet locum defensio naturalis.*

2 *Clericus Debitor, si fugiat, vel fugam meditetur, potest non tantum à Iudice seculari, sed etiam à Creditore priuato capi, & detineri ad hoc vt Iudici suo sistatur, si delictum sit considerabile.*

3 & 4. *Clericus, si graui iniuria laicũ affecit, ob quam à superiore Ecclesiastico incarcerandus esset, & cogendus ad satisfactionẽ, potest etiam à priuato capi, & detineri, vt sistatur ad sum Iudicem, dummodo nõ excedatur tempus viginti horarũ.*

&

& quid alij ſentiant quoad hoc tempus.

5 *Iudex laicus in excommunicationem incurrit, ſi eo ipſo, quo poteſt, ſtatim non tradit Clericum Iudici Eccleſiaſtico.*

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica non poteſt expellere è Regno Eccleſiaſticos ex eo, quòd iuſtis Principum mandatis inobedientes ſint contra plures Doctores.*

2 *Principes laici non poſſunt punire Eccleſiaſticos, quia ij non tenentur legibus ſecularium Principum ſecundum vim coactiuam.*

3 *Diſtinctio quod Poteſtas laica poſſit à Regno expellere Clericos, & Eccleſiaſticos per modum Iuriſdictionis œconomicæ ſeu politicæ reprobatur, & cur.*

4 *Clerici, Prælati, & Epiſcopi conſtituuntur à Papa ad ſeruitium, & Regimen Eccleſiarum & ideò ſi quando illi delinquunt, non poſſunt licitè à Regno expelli.*

5 *Ad ſummum Pontificem tantum ſpectat punire, & caſtigare delinquentes.*

6 *Principes expellentes Epiſcopos à Diœceſibus, Terris, vel Dominiis ſuis &c. nec non mandantes, ratum habentes, & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes, incurrunt in Excommunicationem undecimam Bullæ Cœnæ.*

7 *Eccleſiaſtici de iure diuino habent, vt liberè poſſint vbicunque voluerint, habitare, & Eccleſiaſtica officia exercere.*

8 *Maritus non poteſt expellere de domo vxorem ſibi inobedientem, aut pernitioſam, cum illa ex vinculo matrimoniali habeat ius cohabitandi cum ipſo.*

9 *Idem dic de Rege quoad expulſionem è Regno Eccleſiaſticorum.*

10 & 11. *Bannientes, nec non Executores, & ſubexecutores talis banni, Perſonas Eccleſiaſticas à Regno quomodolibet, excommunicantur in Bulla Cœnæ, & quomodo poſſis eximi, & debeat dicta excommunicatio Bullari.*

12 *Prælati, qui ad inſtantiam Principum ſecularium orientur, & cauſa non cognita, præcipiunt alicui Eccleſiaſtico, vt à finibus ſuæ Diœceſis diſcedat, non excuſantur à cenſura bullari, & cur.*

13 *Opinio Mirandæ in informat. pro Iuriſdictione Regia reiicitur.*

14 *Eccleſiaſtico Principe præſidere renuente aut nolente in delictis Prælatorum Reſpublicam perturbantibus, tunc poteſt Princeps ſecularis per modum naturalis defenſionis, prò vt ratio dictauerit, præſidere.*

RESPONDETVR ex dictis etiam affirmatiuè, quia tunc etiam locum habet defenſio naturalis, cùm alia via etiam remediù non ſuppetat, iuxta ea, quæ dicebantur *cit. dub.* 4. atque eſt Doctrina Abbatis *in cit. C. cum non ab homine, n.* 10. & 1 2 *cit. c. vt fame*, Nau. *c.* 17. *n.* 81. & 85. Silu. & Sà *locis ſupra cit.* Nempe quòd clericus debitor, ſi fugiat, vel fugam meditetur, poſſit non tantum à Iudice ſeculari, ſed etiam à creditore priuato capi, ac detineri ad hoc, vt Iudici ſuo ſiſtatur, & compellatur ad ſolutionem; dummodo debitum ſit alicuius cõſiderationis, quod à clerico debitore, ſi aufugere permittatur, recuperare deinde difficilè poſſit: nam in hoc caſu clericus perinde ſe habet, ac ſi pecuniam alienam fugiens auferret; talem autem capi, & reduci poſſe, perſpicuũ eſt; quia cõtra vim iniuſtã ſe defẽdere, cuilibet naturali iure permittitur.

Idemque dicendum, ſi clericus graui iniuria laicum affecit, ob quam ille à magiſtratu ſuo Eccle- 3 ſiaſtico incarcerandus, atque ad ſatisfactionem compellendus foret; quia poterit in hoc caſu ad breue tempus, v. g. per viginti horas, non autem plus (vt contra Garſiam *de Hiſpan. nobilit. gl.* 9. *n.* 39. & Villadieg. *in polit. caſ.* 5. *n.* 60. dixit Megalius *in* 3. *par. lib.* 3. *c.* 11. *ar.* 7. Bellet. *in diſquiſ. cler. par.* 1. *tit.* 3. §. 11. *n.* 2. Naldus, ver. *Bulla Cœnæ n.* 58. Guallin. *de defenſ. reorum to.* 1. *lib.* 1. *defenſ.* 2. *c.* 2. *n.* 5. & Oſorius *lib.* 4. §. 3. & tradidit gl. *in l. capite*, & ibi Bart. *de adulteriis*, Panormit. *in c. cum non ab homine, n.* 11. *de iudiciis*, & eſſe communem opinionem teſtatur Farinacius *q.* 8. *num.* 118.) à laico detineri, vel potius tamdiu ſolum, quamdiu neceſſarium erit ad iuſtitiam obtinendam, nempe donec interim teſtes aduocentur, vel Iudici Eccleſiaſtico indicetur ad fugam delinquentis impediendam, ſicuti docent Molina *tract.* 3. *diſp.* 56. *numero* 2. & Campanili *in diuerſ. iur. rubr.* 4. *num.* 27. Carolus de Graſſis *de effect. cler. effect.* 1. *num.* 557. Scaccia *de Iudic. cau. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 39. *num.* 14. & Palaus *tom.* 2. *diſput. vnic. punct.* 6. *num.* 14. qui non admittentes ſpa- 4 tium viginti horarum aſſerunt, quod potius ſtatim recto tramite, vt ſupra, clericus ad Iudicem Eccleſiaſticum deducendus ſit; idemque docet Barboſa in ſuis *Collect. to.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. & *to.* 2. *lib.* 5. *tit.* 39. *cap.* 35. *num.* 5. vbi ait, quod Iudex laicus in 5 excommunicationem incurrat, ſi, cùm poſſit ſtatim, non tradit clericum Iudici Eccleſiaſtico. Sed quod dixi ſupra, eſt etiam probabile & magis commune.

DVBITATIO IX.

An poſſit poteſtas Laica expellere è Regno Eccleſiaſticos, ex eo, quod iuſtis Principum mandatis inobedientes, vel alio modo delinquentes ſint?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (quamuis Bobadilla *in polit. to.* 1. *lib.* 2. *c.* 10. 1 *nu.* 66. Calliſtus Ramirez *in tract. de lege Regia* §. 27. *n.* 12. & Io. de Heuia *in Curia Philippica par.* 1. §. 5. *n.* 45. Pereira *de manu Regia c.* 12. *n.* 12. Franciſc. Padilla *par.* 2. *c.* 8. *n.* 4. Marius Giurba *conſ. crim.* 48. *n.* 16. Anton. de Ballis *ſt. mal. lib.* 5. *pragm.* 1. *tit.* 10. *n.* 4. Fuſcus *de viſit. lib.* 2. *c.* 20. *nu.* 25. Humada *in leg.* 65. *tit.* 5. *par.* 1. *in gloſſ.* 8. Cenallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ gloſſ.* 6. *num.* 65. Azeued. *to.* 2. *lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 4. *num.* 12. Cenedo *in qq. Canon. q.* 35. *num.* 24. Salgad. *de protect. Reg. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 2. *à num.* 273. *vſque ad numer.* 280. Sotomaior. *de Tertiis to.* 7. *cap.* 41. *num.* 190. Curtellius *ad legem Feder c.* 22. *not.* 25. *num.* 5. & alij Iuriſtæ apud ipſos in locis ſupra citatis docẽt, quod Epiſcopi & qui- cũq; alij Eccleſiaſtici, tanquã inobedientes mãdatis Principum iuſtis, vel ex quibuſcumq; aliis dilectis,

Digitized by Google

licitè possint è Regno ab ipsis Principibus expelli.)contrarium tamen dicendum sit;quia licet, vti tradunt supradicti Iuristæ, debeant Ecclesiastici obedire mandatis Principum iustis,& leges eorum seruare,quoniam partes Reipubl.sunt,ad id tamẽ, vti supra dicebã,nó tenentur secundùm vim coactiuam,seu coërcitiuam,sed solum secundùm vim directiuam;ergo si iis non obediant,non possunt
2 licitè Principes illos punire & sic à Regno suo expellere : atque ita præter Molinam *to. 1. tract. 2. disp. 3. concl. 6.* Valq *in par. 2. to. 2 disp. 167. c. 4.* Becanum *in summa Theolog. par. 2. tract. 3. cap. 1. sect. 11. num. 11.* & præter Doctores, quos citat, & sequitur Bonacina *in tract. de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 29.* & alios cõmuniter Theologos,docet ex Iuristis Valẽzuola *in defens. monstor. Pauls V. par. 4. n. 101.*

Neque dicas primo cum Olibano *de iure fisci c. 9. n. 28.* Bobadilla,Ceuallos,Cenedo,& aliis Iuristis vbi supra,hoc esse verũ, si Principes à Regno Ecclesiasticos expellant per viam iurisdictionis contẽtiosę,& iudicialis;quia sic in ordine ad illos ius, & superioritatẽ iudicialem sibi assumũt:at secus,si expellãt per viã iurisdictionis œconomicæ,& po-
3 liticæ;quia tunc,cùm in ordine ad eosdem ius,& superioritatẽ iudicialem sibi non assumant, licitè possunt illos à Regno expellere;ad eum modũ,quo licitè potest patersamilias à domo expellere clericũ famulum,si inobediens,vel domũ perturbãs sit.

Respondetur enim quod talis distinctio,& tale exemplũ ad rem minimè sit;quia famulus clericus ab ipsomet patrefamilias constituitur ad seruiendũ domui suę:quare hic licitè potest ad placitũ suũ expellere illũ,non solùm inobedientẽ,& domũ ipsius perturbantem,sed etiam obedientem,& pacificum,neque ei vllã iniuriã infert,cùm famulus clericus ius nullũ habeat cõmorandi in domo illius. At clerici,Prælati,& Episcopi constituũtur à Papa
4 in Regno ad seruitium,& regimen Ecclesiarum,& ideo si quando ij delinquunt,nõ possunt licitè illos à Regno Principes expellere;quia habent ius commorandi in eorum regno,non solum vt ciues, sed etiam vt personæ ad seruitium, & regimen Ecclesiarum cõstitutæ à Papa,ad quẽ spectat de om-
5 ni iure illos,si quãdo deliquerint,punire, &,castigare. Vide Bellettum *in disquis. cleric. tit. de fauore clericorum personali §. 5. numer. 3. par. 1.* & Bullam *Cœnæ can. 11.* vbi hæc doctrina satis clare determinari videtur, ita vt Principes expellentes Episcopos à diœcesibus terris,vel dominiis suis, &c. necnõ mandãtes,ratũ habentes,& auxiliũ,consiliũ, aut fauorẽ præstantes incurrunt in excõmunicationem vndecimam supradictę Bullæ,vt cõmuniter obseruant Theologi,præsertim Henriquez *lib. 14. c.*
6 *12. n. 6. & in gloss. littera V.* Suar. *de censur. disp. 21 sect. 2. num. 70.* Filliucius *to. 1. tract. 16. cap. 9. num. 247.* Reginaldus *to. 1. lib. 9. cap. 20. numer. 313.* Scortia *in Bullam. Pont. Epitom. 266. Thor. 420.* Alterius *de censuris. to. 1. disp. 12. lib. 5. cap. 4. 9. quod verum est*, Sayrus *de censur. lib. 3. cap. 15. num. 8.* Bellettus *in disquis. cler. par. 1. tit. 3. §. 2. num. 26.* Coriolanus *in Bullam Cœnæ excomm. 11.* Gambacurta *tract. de cas. reserv. cap. 11. numer. 4.* Megalius *libr. 3. cap. 11. numer. 4. quæst. 1.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 11. quæst. 9.* Sousa *in Bullam Cœnæ cap. 12. in notat. ad text. num. 3. & disp. 67.* & ante hos Nauarr. *in manuals cap. 27. numer. 67.* quem sequitur ex Iuristis Martha *de iur. par. 2. cap. 34. numer. 14.* quidquid in contrarium dicant Pereira *de manu Regia cap. 12. numer. 11.* & Salzedus *in addition. ad pract. crimin.* Diaz *cap. 102.* adeò vt ex ipsis Iuristis talem sententiam consulere non audeat Ioseph Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 103. & 104.* & periculosam illam vocet Io. de Hecia *in Curia Philippica par. 3. §. 3. num. 30.*

Confirmatur, quia Ecclesiastici de iure diuino 7
habent,vt liberè possint,vbicumque voluerint,habitare,& Ecclesiastica officia exercere, iuxta illud Marc. 16. *Euntes in mundũ vniuersum prædicate Euãgelium omni creaturæ.* Et præterea vsus Ecclesiæ habet,vt Ecclesiastici cum sola licentia,& literis cõmendatitiis suorum superiorum liberè vbicumque voluerint, inhabitent,& ad diuina celebranda,& sacramenta ministranda admittantur,iuxta decretum Trid. *sess. 23. cap. 16. de reform.* Et sic,sicut non
8 potest maritus, tamquam paterfamilias,expellere de domo vxorem inobedientem,& perniciosã,cùm illa ex matrimoniali vinculo habeat ius cohabitãdi vnà cum marito;ita nec potest Rex,tamquã paterfamilias,expellere de regno Ecclesiasticos inobe-
9 dientes,& pernicioſos, cùm iure diuino habeant, vt liberè possint vbicumque voluerint, habitare; quapropter potius retorquetur argumentum.

Hinc meritò in Bulla Cœnę excommunicantur 10
(vt supra dicebam quicunque quomodolibet personas Ecclesiasticas à regno bannientes, necnon executores,& subsecutores talis banni. Vnde, vt 11
nõ incurratur dicta cœnsura Bullaris recurrendum est Regibus,& eorum ministris ad proprios Iudices Ecclesiasticos,vt ab his,qui in eos iurisdictionem exercere possunt,Ecclesiastici in exiliũ eiiciãtur;idque,causa cognita;quia aliàs Iudices Ecclesiastici iniustitiam cõmitterent,condẽnando pœnã exilij reũ non auditum;qua de re vide decisionẽ Friderici Imperat. *in tit. § si clericus, de pace tenenda in vsib feud.* vbi determinat,corã suo Episcopo conueniendũ,& adducendum esse clericũ violatorem pacis,& ab eodẽ puniendũ:quapropter neque ex- 12
cusatẽ à censura Prælatos,qui ad instantiã Principũ secularium oretenus,& causa nõ cognita,præciperẽt alicui Ecclesiastico,aut illum cogerent,vt è finibus suæ diœcesis discederet,ex eo,quod talis sit Principis mens,& voluntas:ná cùm huiusmodi præceptũ, seu preces fiant ad instantiam Principis secularis, sũt illi quodammodo electionis executores;maximè quia tunc nõ faciunt id Episcopi,sed vt priuati atque ita tenent expressè Martha *de iurisd. par. 4. centur. 2. cas. 140. num. 8.*

Neque dicas secundò cum Mirauete *in informat.* 13
pro iuri dictione Regia ar 22. fol. 69. & aliis Iuristis (quibus consentire videtur Rodriquez *in addition. ad Bullam Cruc. § 9. n. 94.* quòd non tenentur Principes impunè relinquere in Regnis suis Episcopos,vel alios Ecclesiasticos,si seditiosos,& pacẽ ac Republicam perturbantes illos viderint;cùm id tendat in damnum boni communis,cui Principes ex officio prouidere tenentur.

Respondetur enim,quod in huiusmodi casibus Episcopi,ac cæteri Ecclesiastici à Papa,& ab eius Iudicibus(id iustè poscentibus Principibus ad bonum commune)reprimi,& puniri possunt;quin & ab ipsismet Principibus Regno expelli,de licentia tamẽ Põtificis:quod si Pontifex prouidere nollet, vel cõsuli non posset,& ex alio capite tanta esset necessitas,quod clarè,& euidẽter periculũ esset in mora,tũ(*vt sect. 4.* dicebã,& docuit Molin. *to. 1. tr. 2. disp. 31. con. cl. 4.* Salas *de legib. tr. 14 disp. 14. sect. 9. nu. 111.* Vgolinus *in Bull. Cœna Cap. 11. par. 2. vers. aut eos, §. 1. n. 3. in fine*, Ceuallos mutãs sententiã *tr. de cognit. per viam violent. par 2. quæs. 77. numer. 9.* Salzedus ad practicam Bernardi Diaz *cap. 14. lit B.* Diana 14

par.

Digitized by Google

par.1.tract.2.resol.17. Hurtadus *disp.162.de charitate sect.2.§.26.& seqq.* & Tannerus *in 2.2. disp.4.q.4.*
14 *dub.1.n.30.*) liceret Principi seculari aduersus clericos, & Episcopos per modum iustæ defensionis facere id quod recta ratio, ad impediendum damnũ Reipublicæ imminens, opus esse dictaueritat secus, si res ita sese non haberet; quia quando superior non renuit prouidere, & vt consulatur, periculum non est in mora, non habet locum modus iustæ defensionis, cùm ad iustam defensionem necesse sit, vt fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod nõ est, quando Princeps potest à Papa, vel ab alio Prælato Ecclesiastico defensionem petere. Vide Suar. *contra Reg. Angl. lib.4.c.34.*

SECTIO II.

An, & quid dicendum in casu, quo Pontifex renuat, vel absit?

SVMMARIVM

1 *Summo Pontifice prouidere renuente, vel absente potest Princeps secularis è Regno expellere inobedientes Ecclesiasticos.*
2 *Vbi naturalis ratio defensionis vrget, omnis immunitas cessat.*
3 *Qui potest in furem, vel turbatorem domesticum iure proprio agere, non tenetur aduersus eum litigare.*
4 *Exemplum adfertur in scripturis sacris.*

1 REspondetur, quod in casu quo Pontifex renuat, vel absit, & periculum sit in mora, possit Princeps non solũ ad præsentes turbationes sedandas, sed etiam ad futuras præcauendas, inobedientes, ac rebelles Ecclesiasticos, nõ quidẽ per modũ iurisdictionis, sed per modũ defensionis naturalis è Regno expellere; patet ex dictis supra; quia tũc locum habet ius naturæ. Cõfirmatur, quia si Princeps aliis id potest præstare, etiã contra Pontificẽ, multò magis poterit sibimetipsi præstare cõtra inferiores Ecclesiasticos; præsertim quia Respublica debet esse sibi sufficiẽs ad se contra quoslibet defendendã; & vbi naturalis ratio defensionis viget, omnis immunitas cessat: nam ad prima principia
2 (vbi nulla exemptio reperitur, & secundæ tabulæ præcepta cessant) redimus. Doctores, quos citat Guenarra *in defens. Monitor. §.4.assert.1.n.31.* & Salzed. *de leg. Polit. lib.1.c.10.n.33.* Et ridiculũ est, vt, qui
3 potest in furẽ, vel turbatorẽ domesticum iure proprio agere, necesse habeat aduersus eum litigare *l. seruis, & fin. ff. de furt.* Cum non sem l per negligentiã præpositorum, sine per aliã excusabilem necessitatem, sine, per occultas surreptiones inuoluantur in Ecclesia mali, qui Ecclesiastica disciplina corrigi, aut coërceri non pos-
4 sint, c.18. *quidam*, 23.q.4. Quod & Onias ille sacerdos apud Machabæos, *lib. 2...4.* agnouit aduersus excessus Simonis Templi Præpositi, ibi: *Videbat enim sine Regali prouidentia impossibile esse, pacem rebus dari, nec Simonem posse cessare à stultitia sua*: quapropter ipse ad Regem se contulit, vt & Salomõ Rex contra Abiatar Sacerdotem Summum seruauerat, *Reg.3.c.2.vers.26.* quem, iure suo vsus, è Templo, ac ab vrbe expulit, cuius factum nouissimè tuetur Solorzanus *lib.3.c.27.num.45.* Vide S. Th. 2. 2. *qu.* 102. *ar.* 2. Et in hoc sensu intellige facta, quæ contra nos referunt Aduersarij, alioquin contra omne ius iniusta, & illicita essent.

DVBITATIO X.

An possit Potestas laica vocare Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad Parlamentum propter aliquod publicum negotium?

SVMMARIVM

1 *Potestas laica non potest vocare Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad Parlamentum propter aliquod publicum negotium, si id faciat præcipiendo secus si faciat rogando.*
2 *Vocare aliquem ad Parlamentum, est vocare ipsum vt Iudicem, qui in Parlamento habeat iudicare, & definire inter Regem, & Regnum.*
3 *Reges, & Principes seculares ratione sui muneris, & officij, non habent ius conuocandi Episcopos, & eis præcipiendi, vt hoc vel illud faciant, possunt tamen eos rogare tanquam Proceres Regni.*

RESPONDETVR ex dictis etiam negatiuè, si scilicet id faciat præcipiendo; secus si id faciat mouendo, vel rogando, sicuti ex Iuristis ipsis docent Mast. ill. *de Magistr. c. 2. tit. 5. a.* 13. *n.*36. Oliban *de iure Fisci cap.* 10. *numer.*9. & alij, quos ipse citat; Et ratio huius posterioris dicti est; quia aliquem vocare ad Parlamentum, est vocare illum vt Iudicem, qui in Parlamento habeat iudi- 2
care, & definire inter Regem, & Regnum: ergo per hoc non infertur præiudicium statui Ecclesiastico. Idem etiam docent ex Theologis Azor. *par.1. lib. 5.cap.14.q.vlt.* Bonacina *de legib. disp.*10.*q.2.punct.*1. *§.1.num.*14. *& to.3. disp.1.q.*16. *sect.*1. *punct.* 5. *num.* 13. Pesantius *tract. de immunit. Eccles. dis.*21. vbi ait, 3
quod Reges, & Principes seculares ratione sui muneris, & officij non habent ius conuocandi Episcopos, & eis præcipiendi, vt hoc, vel illud faciant: quia de iure diuino sunt exempti à Principum secularium iurisdictione: possunt tamen Reges pro negotiis Reipublicæ communibus rogare Episcopos, eosque vocare, vt ad se veniant, non tanquam Episcopos, sed tanquã Proceres Regni; quia opus illis habeant; non, inquam, præcipiendo, & multò minus sub minis, & pœnis comminando, sed monendo solùm, vel rogando, vti supra dicebam.

DVBITATIO XI.

An possit Potestas laica citare clericum creditorem ad confectionem alicuius inuentarij?

SVMMARIVM

1 *Iudex secularis potest citare siue per edictum, siue in particulari Clericum Creditorem in confectione alicuius Inuentarij, dummodo non expresse Clericus citetur ad comparendum sed cum conditione, si sua interesse putauerit.*
2 *Oppositum seniunt probabiliter alij Doctores.*
3 *Eccl si astici non possunt trahi ad curias seculares pro confectione Inuentarij, licet super*

illius confectione citandi sint omnes Creditores, & legatarij, quia compelli non possunt ad comparendum coram Iudice laico per edictum generale.

4 *Multa afferuntur ex Marta in oppositum & solnuntur.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, idque siue per edictum, siue in particulari, dummodo clericus ad comparendum non citetur simpliciter, sed cum conditione, *si sua interesse putauerit*; quia talis citatio non est vera citatio, sed potius monitio, vt, si voluerit, comparear, quod de iure, & in realitate non supponit iurisdictionem, & superioritatem; atque adeò non adstringit, vt citatus necessariò compareat: nam finis monitionis ad inuentarium non est ad aliquem actum iudicialem exercendum, sed ad interessendum coram Notario Chartulario in domo hæredis ad descriptionem extra iudicium in eius, & creditorum præsentia faciendam, non intercueniente Iudice seculari, nec iudicij forma, seu figura: atque ita docent Felin. *in cap. cum inter, num.* 22. *de except. & in cap. Ecclesia S. Maria, num.* 68. *de constit.* Anch. *in Reg.* 9. 17. *de regul. iur. in* 6. Decius *in dict. cap. cum inter num.* 16. Auferet. *de potest secul. in Eccles. reg.* 2. *num fall.* 12. Surd. *decis.* 26. Bonad. *in polit. libr.* 2. *tit.* 18. *numer.* 169. & 179. Mastrill. *decis.* 79. Franc. Vico *ad Pragm. Sardin. tit.* 7. *pragm.* 15. *fol.* 108. §. 36. *to.* 2. Eman. Rodriguez *qq. Regul. concl.* 2. *q.* 62. *ar.* 11. Monticulus *de inuent. cap.* 7. *num.* 10. & alij, quos citat, & sequitur Ceuallos *tract. de cognit. per vim violent. par.* 2. *d.* 78 *n.* 3. & *seqq.* Io. de Heuia *in Curia Philippica par.* 1. §. 5. *nn.* 31. & Gironda *de gabellis par.* 4. § 1 *num.* 18 & citantur ad hoc textus *in* §. *sanctimus*, Auth. *de hæredit.* & Falcidia, alibi est, §. *fine nobis*, vbi gloss. *ver. dignitas*, vbi Imola, *num.* 4. post Angelum *in l.* 1. §. *hæc stipulatio col.* 6. *vers. solum ergo restat, ff. si cui plusquam per leg. Falcid. & in l. testamenta omnia*, vbi Baldus, Paulus, Castr. Alex. & Iason, *Cod. de testam.*

Quamuis oppositum satis probabiliter sentiant
2 alij, inter quos Duard. *in Bullam Cœnæ libr.* 2. *Can.* 15. *qu.* 11. *nu.* 50. vbi ait, quod Ecclesiastici nõ possunt trahi ad Curias seculares pro confectione inuentarij: quare cùm hæres adit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij, licet super illius confectione citandi sint omnes creditores, & legatarij, nihilominus si clerici sunt, non possunt citari per Iudicem secularem illius loci, vbi bona
3 hæreditaria sunt, vel vbi hæres domicilium habet.; sed debent moneri solum per Iudicem Ecclesiasticum; quia clerici, inquit ipse, non possunt compelli ad comparendum coram Iudice laico, vigore generalis edicti, *si sua interesse putauerint*; cùm istæ citationes edictionales à iure communi exorbitantes sint: idem docent Diana *par.* 1. *tractatu* 2. *resol.* 20. Bonacina *de legib. disput.* 10. *quæstio.* 2. *punct.* 1. §. 1. *numer.* 27. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 22. *numer.* 73. & Martha *de iurisd. par.* 4. *centur.* 1. *casu* 37. & *centur.* 2. *casu* 122. sed ad hoc fundamentum facilè responderi potest ex dictis.

Obiicies ex Martha loco cit. est communis do-
4 ctrina Doctorum, quod edicta secularia ad comparendum non ligent clericum; ergo.

Respondetur, concedo, quando clericus possessor est; quia tunc, vt Reus, in foro suo conueniri debet, *cap. clerici, de iudic.* At vbi ius ad rem habet, quia tunc actor est, & sequi reum tenetur, *cap. cum sit generale de foro compet. si debitor præueniat aliquo remedio, l. si contendas, ff. de fideiuss. & l. diffamari, Cod. de ingen. & inan.* nisi monitus compareat, saltem si ei competat, declinatoriam oppositurus, sibi præiudicium inferet, excluſusque manebit, Butr. & alij passim *in cap. si clericus laicum de foro compet.* & Bertr. *consil.* 208. *numer.* 23. *vers. ad quartum lib.* 2.

Instabis ex eodem Martha *num.* 7. citatio est actus iurisdictionis, nec extra territorium fieri potest. ergo.

Respondetur, nego antecedens. Addo, quod territorium est Magistratus laici, qui in confectione inuentarij id curat, ne hæres fraudem creditoribus faciat, neue ipse ex hæreditatis aditione decipiatur, in quo suam iurisdictionem in subditum exercet, nempe in hæredem, cui exceptionem parat, ne vltra vires hæreditatis teneatur quæ exceptio obstabit clerico agenti in iudicio seculari, nõ verò id agit, vt in clericũ ius dicat, & licet clericus forsan in consequentiam præiudicetur, attenditur tamen principalis intentio, *l. si quis nec causam, ff. si certum petatur.*

Reinstabis ex eodem Martha *num.* 9. clericus in hoc actu efficitur Reus necessarius, ergo.

Respondetur, nego antecedens; quia numquam creditor est Reus, sed Actor, qui etiam semper talis manet, licet Reus præueniendo excipiat, vt *in cit. l. diffamari*, quia fingitur ipse prius egisse, dum agere potuit, Benedict. *in cap. Raynutius, ver. & vxorem, decis.* 2. *num.* 126. *de testam.* & alij antiquiores, quos ipse ibi citat, & Contardus *in dict. l. diffamari, fol.* 98. *num.* 20.

Vrgebis ex eodem Martha *num.* 10. dicere, quod monitio facienda sit per iudicem inuentarij in ordine ad clericos, est defendere iurisdictionem secularem: at hoc reprobatum est, ergo.

Respondetur, distinguo minorem, si defendatur cõtra immunitatem Ecclesiasticam, concedo, aliàs nego: nam aliàs Pontifices noluerunt illam minuere, *cap. per venerabilem*, vers. *Non quod alieno iuri præiudicare velimus, qui filij sint legitimi, cap. nouit, de iudiciis*, vers. *Non ergo putet aliquis, quod iurisdictionem illustris Regis Francorum perturbare, vel minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem, aut potestatem nostram nec velit, nec debeat impedire; cumque iurisdictionem nostram non sufficiamus explere, cur alieram vsurpare vellemus? cap. cum ad verum, 96. dist. & cap. si Imperator, eadem dist.*

Reurgebis ex eodem Martha *num.* 11. 12. & 13. inuentarij vitiatur, si quis citari omittatur, Bald. *in Auth. si omnes. Cod. si vt se ab hæredib. abstinend.* & viribus quoad non citatos carebit, ergo.

Respondetur, id verum esse quoad eos, qui ex proposito citati non sunt; sed si edicto moniti sint omnes, & aliqui non compareant, licet sub prætextu exemptionis id agant, inuentarium quod eos hæredi proficiet, gaudebitque beneficio *l. finalis, Cod. de iure deliberandi*, ne scilicet vltra hæreditatis vires teneatur: nam, cùm, vt dicebam hæres in hoc actu Reus consideretur, illeque legatariis, ac creditoribus fauorabilis sit, vt quid in bonis testator reliquerit, sciant, non rectè dicitur, non præiudicatos clericos ex edicto, dũ laico hæredi debitori fit est, quod per suũ Iudicẽ corã quo clericus eum cõuenire tenetur, inuentariũ vt validè gestũ, habeatur: nec enim hæres de hoc corã Ecclesiastico Iudice disputare cogitur. Cõsequenter nõ bene suadetur, clericos tutos esse ex declinato-

Digitized by Google

ria, quãdo nec ei locus est, nec ex non cõparitione clerici inuentarium potest claudicare, saltem quoad Iudicem laicum, cuius est cognitio. Vnde contingere potest, clericos sub hac securitate decipi, iusque suum amittere; si enim lex hæredem sine inuentario adeuntem in solidum obligans in fauorem clericorum tenet, tenebit etiam contra clericos exceptio inuentarij, vt scilicet possit ea à Iudice laico fauore sui subditi in vsum deduci; cùm par sit, quod si clerici lege humana iuuentur, exceptionibus eius subiaceant; *c. quo iure villas defendis, dist.* 8.

DVBITATIO XII.

An possit Potestas laica citare clericum ad exhibenda iura sua coram se, quando eius debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum, vel vult beneficium cessionis bonorum obtinere?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus in sententia nonnullorum potest citare Clericum ad exhibenda iura sua coram ipso, quando Clerici debitor petit dilationem ex consensu maioris partis creditorum.*

2 *Debitor laicus in sententia aliorum petens admitti ad bonorum cessionis beneficium, vel ad remissionem partis debiti non potest trahere Clericum ad forum sæcularem, sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum, nisi id faceret per viam reconuentionis.*

3 *Respondetur ad hoc fundamentum.*

4 *Cum debitor ære alieno grauatus vult personam suam eximere, cedendo creditoribus omnia, quæ possidet, reuera non agit.*

5 *Consequenter conueniri debet coram proprio Iudice.*

6 *Nec opus, quod ad instantiam clerici creditoris in carcere detineatur, vt admitti ad hoc beneficium à Iudice laico possit.*

7 *Quid agendum in dilatione quinquennali? Clericus potius deberet prius dilationem, vel remissionem debitori concedere, & non ad suum Iudicem trahendo debitorem fatigare.*

RESPONDETVR affirmatiuè, quia in tali casu clericus non conuenitur vt reus, sed vocatur vt Actor, ad comparendum, & docendum de iure suo; atque adeò in tali casu 2 non infertur præiudicium iurisdictioni Ecclesiasticæ, neque fit in damnum, & præiudicium clerici, sed potius in vtilitatem eiusdem, quandoquidem si alii creditores recuperent sua credita, & ipse non comparcat ostendendo creditum suum, patietur damnum: cogetur enim postea litem mouere contra alios creditores coram Iudice sæculari, reuocatoriam intentando, atque ita docent Afflict. *decis.* 280. *n.* 7. Mastrillus *decis.* 79. & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. part.* 2. *q.* 72. *num.* 3.

Quamuis oppositum satis probabiliter sentiant alii, inter quos Martha *de iurisd. part.* 4. *contur.* 2. *cas.* 123 *num.* 9. *& seqq.* Diana *part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 22. & Duardus *in loco supra cit. num.* 53. vbi 2 ait, quod debitor laicus petens admitti ad bonorum cessionis beneficium, vel ad remissionem partis debiti, non potest trahere clericum ad forum sæculare, sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum; nisi debitor detineretur in carcere ad instantiam clerici creditoris: nam tunc contra clericum creditorem per viam reconuentionis potest quidem petere admitti ad cessionis beneficium in foro laicali.

Sed ad hoc fundamentum facilè respondeti potest ex dictis; præsertim quia dantur duo actionum genera, quæ Actoribus, & reis, quando ad incorporalia diriguntur, promiscua sunt; *negatoria* scilicet, & *confessoria*; quarum prior ad negandum ius aliquod seruitutis in bonis nostris alteri competere, principaliter dirigitur, in qua intentanda licet quis præueniat, tamen semper reus est; *Inst. de action. §. in rem*, ibi: *Vt si quis intendat, ius non esse aduersario vtẽdi, fruendi, eundi, agẽdi, aquamue ducendi, item altius tollendi, prospiciendiue, vel proiiciendi, immittendiue* istę quoque actiones in rem sunt, sed negatiuæ, est *l. de seruitutibus, ff. de seruit. vendic. l. si priusquam, ff. de nou. oper. nunc l. locis, §. si quis, l. si quãdo ff. si seruit. vendic. l. quemadmodũ, §. 1. ff. ad leg. Aquil. l. si cum meus, & l. si eo loco, vers. contra, ff. si seruit. vendic.* quarum aliæ reipsa, & verbis non patiendi seruitutem vindicant: aliæ vero verbis quidem seruitutem negant, reuera tamen libertatem vindicant; quoties ergo debitor, qui legitimâ exceptionẽ habet, aduersus creditorẽ contendit, eum agere non debere, vel posse quidẽ agere, sed exceptione pro toto, vel pro parte repelli; si id prior, antequam conueniatur, proponat, licet ordine Actor videatur, quia prouocat ad iudicium, *l. intra dies, ff. de re iudic.* tamen effectu, & re ipsa Reus est qui conueniri timet, ac præuidet, ne per creditorem exigatur, & inquietetur: quo fit, vt quemadmodum à creditore clerico, si conueniretur ob affirmatiuum iudicium, deberet coram laico Iudice suus debitor laicus conueniri, ita negatiuum ab ipso debitore propositum, quo petitur declarari creditori clerico ius agendi non esse, coram eodem Iudice agitandũ est; cùm idem iudicium sit, & differentia in modo propositionis versatur: attenditur enim semper in omnibus origo negotij, *l. 1 ff. de orig iur.* Quoties cumque autem quis originaliter Reus est, & nihil petit ab alio, vt sibi præstetur, sed contendit, se ad aliquid non teneri, tunc is coram suo Iudice agit, seu potius excipit, Bart. & Alex. *in l. de pupillo, §. fin. ff. de noui oper. nunt.* Abb. *in c. ex parte, num.* 5. *de restit. spoliat.* Peregrin. *de fideicommiss. ar.* 48. *n.* 69. & Gratian. *discept.* 85. *n.* 2. 3. & 4. vbi plures Rotæ decisiones refert.

Cum ergo debitor ære alieno grauatus ob fortuitos, & citra culpam casus inuenitur, & vult 4
personam suam, & alimenta excipere cedendo, & renunciando creditoribus suis omnia, quæ possidet, iuxta *l. fin. C. qui bonis cedere poss. & cap. Odoardus de solution.* (quod beneficium iuris naturalis dixit Beroius *q.* 133. *num.* 2. & Giurba *decis.* 41. *num.* 4. & meritò, quia pro libertate corporis contenditur, ne perpetuò scilicet quis carcere vexetur) reuera id tantum contendit, ne creditoribus agere liceat, nisi in illis bonis, quæ eis ipse sponte cedit, ac relaxat auctoritate Iudicis ad crediti mensuram possidendis, exempta persona, quæ quidem non est actio, quo aliquid è clerico petitur

Digitized by Google

ab eius persona,vel superbonis,quæ possidet,præstandum;ad quod locum Canones illi vindicarent, conueniri clericum,nisi coram Iudice suo,verantes,*cap.2.de foro compet.* ibi : *Per se dis|fringere,aut condemnare præsumat,& cap.si quis , eod tit.* vbi de causa aduersus clericum. Vnde cum reus originarius hic dicator,par est , quod coram proprio iudice creditores suos aduocet, à quo ipse,vel à beneficio excludendus , vel admittendus erit : sententia enim fertur cum eo, & contra eum, auditis tamen creditoribus,si velint ei culpam , fraudémque imputare , per quam ab hoc beneficio excludatur , Baldus *cons.* 382.*vol.*5. Rebuff. *consil.*184. Neguzantius *cons.*59. Thesaur. *decis.*136. *num.*5. Genuens. *in prax. Archiep. cap.* 3. *num.* 8. Ferret. *consil.*44. Farinac. *q.*26. *num.* 6.& 31. Brunus *de cession bon* 5.*p q.*4.*princ.q.*18. Straccia *de Mercat. tit.dedecoct. part.*1. *n.*1. & *part.*3. *n.*2. & Giurba *decis.*43.*num.*14.& *decis.*41 *num.*9.& *seqq.*vbi ampliat,etiam quod partim suo, partim fortuitorum vitio quis decoxerit , ex *l.fin.§.fin.ff.de his , qui in fraud, credit.*

Non est ergo opus,sicuti volunt Martha,Diana, & Duardus , quod debitor ad instantiam clerici
6 creditoris in carcere detineatur, vt admitti ad hoc beneficium aduersus eum à Iudice laico possit, quasi per reconuentionem , quam etiam in re diuersa fieri posse,docet Maranta *par.*4.*dist.*6.*num.*5. & Viuius *decis.*49.*num.*5.*lib.*1.*contra Abb.in cap.* 1.*de mut. pet.* quoniam hic non agitur de reconuentione,sed de exceptione, quæ à debitore proponitur,ex qua fingitur contra eum actum fuisse, ex quo agi potuit. Vnde rectè constituitum est,debitorem ære alieno grauatum,licet creditores eum carceri tradi nó fecerint,nec quidquam petierint, in carcere constitui debere , vt reuera creditores egisse videantur: nam cùm ipsæ personæ propriæ libertatem prætendat , in carcere illam petere debet , vt iustam causam præueniendi habuisse videatur,Iacob.de Arena,& Abb.*in rubr. Cod.de cess. bonor.* Cyn.*in l.*1.*q.*8. Baldus *§. fin. n.* 24. *Instit.de act.* Couarr.*lib.*2.*var.cap.*8.*num.*24. Cancer.2.*var. cap.*8.*num.* 24,& Giurba *cit.decis.*41.*num.*5. quod in quibusdam locis,vt in Regno Siciliæ,iustissimè statutum est:nam timor vrgentiæ creditorum debet esse probabilis,non remotus, Federic.de Senis *consil.* 193. Natta,*consil.*361. *num.*8. & Giurba *cit. num.*5. cumque debitor,qui carcerari potuit , instrumentis,ac obligationibus parendo, sponte ad carcerem properat,occultato vno actu de creditorum mandato carceratus videtur,*l singularia , ff.si certum petat.*

7 Et quatenus attinet ad dilationem quin quennalem,eadem ratio locum habet : præuentio enim est debitoris,qui satis in bonis non habet,in qua licet maioris partis creditorum votum attendatur,ne cæteri debitorem cogere, durante dilatione possint,tamen hæc non est coactio Iudicis quoad minorem partem,sed virtus legis,quæ maiori parti illud ius tribuit : & licet dicatur,cogi minorem à maiori parte concurrere,hoc est,quoad effectum, vt nempe concessa à maiori parte dilatione,minor pars debitorem vexare non possit ; quæ quidem exceptio est,debitori concessa , non autem actio, vel coactio contra clericum(vt firmare conatur Martha *cit.cas.*123.*num.*9.& *seqq.*)nam neque cócreditor reus est , neque in hoc iudicio reali , vel personali contra ipsum agitur,petitorio , vel possessorio, sed solum excipitur.

Accedit, quod clericus potius , cùm perfectiorem in Ecclesia statum occuper,debere prius sponte dilationem,vel remissionem debitori concedere, & non ad suum Iudicem trahendo debitorem fatigare , vt suo exemplo creditores laicos ad idem 8
faciendum induceret,præsertim cùm id ipsum sibi, si similiter ære alieno grauatus esset , præstaretur, vt scilicet coram proprio Iudice laicos creditores vocare possit (licet ipsi hoc interdictum in actionibus sit, *cap.cùm sit generale de foro compet. & c.*15. *si quisquam* , 11. *q.*1.) quod nonnisi ex eadem ratione permittitur,quia nempè exceptionem originariè proponit cap. Odoardus beneficium intentando,hoc autem effugere , cùm ipse clericus creditor est,non conuenit : quapropter id vnanimiter in qualibet exceptione aduersus clericum ius ad rem habentem (siue ob diffamationem, siue ad exceptionem habendam iudicium intenteretur) docuerunt Doctores , quos citat Visillus ad Afflict. *decis.*380. Gugl. Bened. *in cap. Raynutius ver. & vxorem,decis.*2. *num.*241. Mastrill.79. Apicella *de dil.q.*9.*tit.*1 *num.*96.& *seq.* Anell. Amatus *cons.*28. *num.*17.Franc.Castill.*decis.*1.Carol.de Grass.*effect.* 1.*num.*475.Bouius *ad statuta vrbis Romæ , de prescript.gloss.*19.*n.*244.Contard.*l diffamari, n.*20.*fol.* 98. Bobadill.*lib.*2.*cap.*18.*n.*165.& *seq.* Amar. *resol.*13.*n.*4.& Ceuall.*de cognit. per viam viol.part.*2. *q.*72.*num.*3.

DVBITATIO XIII.

An possit potestas laica expellere à Regno Episcopos, vel alios Ecclesiasticos, si propter aliquod publicum negotium ad Parlamentum vocati, venire nolint?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica non potest expellere à Regno Episcopos,vel alios Ecclesiasticos si propter aliquod publicum negotium ad Parlamentum vocati, venire nolint.*

2 *Non solum expellentes à Regno,sed etiam mandantes,ratum habentes , & auxilium , consilium,vel fauorem præstantes excommunicantur vndecima censura Bullari.*

3 *Limita nisi casus se habeat per modum naturalis defensionis.*

4 *Casus iustæ naturalis defensionis videtur moraliter impossibilis , saltem in locis , qui non multum distant ab vrbe.*

5 *Concordatum Regina Aleonora affirmat expulsionem Episcoporum à Regno esse contra immunitatem Ecclesiasticam.*

6 *Curtellius scribens, quod in casu turbationis pacis possit Episcopus per potestatem laicam capi,& cum literis criminis transmitti debito seruato decore ad Summum Pontificem refellitur.*

7 *Transmissio facta à potestate laica persona Episcopi ad Summum Pontificem cum non sit ordinariè necessaria , & sit quadamvelata , & palliata expulsio , est contra immunitatem Ecclesiasticam.*

8 *Index laicus non potest titulo iurisdictionis capere Clericum etiam ad effectum præsentandi illum Iudici Ecclesiastico.*

9 *Clericus suspectus de fuga captus per laicum debet*

debet ſtatim ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum remitti.

10 *Iudex laicus capere poteſt Clericum in flagranti crimine deprehenſum ad finem vt præſentet illum Prælato Eccleſiaſtico contra multos Auctores.*

11 *Non quid factum ſit, ſed quid fieri debeat, ſpectandum eſt.*

12 *Textus in c. filiis, vel nepotibus per Canones ſubſequentes fuit correctus.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam negariuè; quia, ſicuti dicebam, poteſtas laica nullam habet in Eccleſiaſticos iuriſdictionem, ſaltem coactiuam, ſiuè coercitiuam: idque adeò verum
2 eſt, vt ex communi ſententia Doctorũ non ſolùm id facientes, ſed etiam mandantes, ratum habentes, & auxilium, conſilium, vel fauorem præſtantes excommunicentur vndecima cenſura Bullæ Cœnæ Domini; excepto caſu, ſicuti ſect. 4. dicebam,
3 quod ſummus Pontifex non poſſit conſuli, & euidenter periculum ſit in mora, quia tunc res ſe haberet per modum iuſtæ defenſionis, & nullo pacto
4 per modum alicuius iuriſdictionis (quod tamen videtur moraliter impoſſibile, ſaltem in locis, qui nõ multum diſtant ab Vrbe) & excepto caſu, propter eandem rationem iam dictam, ſi pontifex monitus, nollet prouidere: quod etiam videtur moraliter impoſſibile, & nullo modo dicendum.

5 Confirmatur reſponſio ex concordato Reginæ dominæ Aleonoræ, quod refert Dionyſius Protocarter. *n. allegat. pro iuriſdictione Doctorum Inquiſit. cum in noſtris regiis* fol. mihi 61. vbi ſic habet Regina: *ſuper eo verò, quod conqueritur, quod perſona Eccleſiaſtica eiiciantur, ſeu banniantur è Regno, concordatum eſt, quod illud ſi vnquam factum eſt, cum euidenter ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, malè factum ſit, & eſt etiam concordatum, vt in poſterum nunquam amplius id fiat.* Vide, quæ dicebantur *dubit. 9. & cap. 1. dubit. 15. ſect. 5. & 6.*

Obiicies ex Curtellio *ad leg. Feder. cap. 22. not. 25. num. 5.* vbi ait: *Si Epiſcopi nulla iuſta cauſa accedente, obedire recuſent, vel ſi tumultus ſuſcitarent, aut temporalem iuriſdictionem ita laederent, vt pax publica diuturna turbaretur, muneribus laicis vſurpatis, nullaque hortationes, preceſque proficerent, vt ſua iuriſdictione contenti eſſent, putarem in regnis illis, vbi ſummus Pontifex longè abeſt, vel ſi magnum eſſet in mora damnum, conceſſione Pontificia conſtitutum eſſe, regue immemorabili conſuetudine probatum, Epiſcopos, ſi eiici non poſſunt, poſſe tamen Romano pontifici (debito honore perſonarumq; decore ſeruato cũ epiſtolis cauſam, exceſſuſque continentibus) tranſmitti, vt à ſuo Iudice plectantur: per hoc enim Rex in eos ius nõ dicit, ſed ad ius dicendũ coram Pontifice illos ſiſtit, quod omni iure licere, nemo vnquam dubitauit:* quia id eſt ſæpe factũ, & deductum in praxi, tũ quia ex *text. in c. filiis vel nepotibus, 16. q. 6.* communiter à Canoniſtis, & Theologis receptum eſt, vt etſi ex eo textu nullatenus iuriſdictio Principi laico tribuitur, ius tamen, quo poſſit apud Pontificem pro animaduerſione Epiſcopi inſtare, ac ei reum offerre, tribuatur.

Reſpondeo, quod ex hoc ipſo, quod docet Curtellius, euidenter apparet, moraliter vix contingere poſſe, ita Epiſcopum pacem turbare, vt Regnũ periret, & Reſpublica corrueret, ſi à ſummo Pontifice (vt par eſt) expectanda eſſet reſponſio: itemque moraliter vix contingere poſſe, tantam eſſe ad cõpeſcendam licentiam Epiſcoporum neceſſitatem, vt periculum eſſet in mora, ſi Pontificis expectaretur reſolutio, ſaltem in regionibus, quæ non multum diſtant ab Vrbe, vti ſupra dicebatur, & admittit Curtellius Vnde dicendum cum communi ſententia Doctorum (quos adducebam *cit. ſect. 9.* Epiſcopos, ſeu alias perſonas Eccleſiaſticas ſine incurſu cenſurarum Bullæ Cœnæ à Iudicibus laicis de regnis expelli ordinariè non poſſe.

Inſtabis, licet Eccleſiaſtici non poſſint expelli à 7
regno, tamen non eſt ratio, cur non poſſint tranſmitti ad ſummum Pontificem, vt ab illo, tamquã à legitimo Iudice plectantur, in quo eſt tota vis argumenti Curtellij ergo &c.

Reſpondeo, hoc etiam eſſe ordinariè contra immunitatem Eccleſiaſticã; quia & hæc tranſmiſſio cùm non ſit ordinariè neceſſaria, vt ſupra dicebatur, ordinariè eſt quædã velata, & palliata expulſio; tum quia talem auctoritatem Iudicibus laicis nemo vnquam conceſſit: communiter enim Doctores, quos *dub. 7.* adducebam, tantùm concedunt Iudici laico, quod capere poſſit clericum, quando reperitur in flagranti crimine; vel quando is probabiliter præſumitur ad delinquendum incedere; vel ad effectum præſentandi illum Prælato Eccleſiaſtico poſt delictum commiſſum, ſi ſit de fuga ſuſpectus, quia in his caſibus ſolùm ob inſtantem neceſſitatem, cui alia via prouideri non poteſt, ex tacita voluntate Prælatorum, vel à iure, cenſetur cuilibet capiendi clericum data poteſtas, iuxta *leg. raptores, Cod. de Epiſc. & cler.* Quod enim titulo iu- 8
riſdictionis Iudex laicus numquam poſſit capere clericum, etiam ad effectum præſentandi illum Iudici Eccleſiaſtico, conſtat ex *cap. cum non ab homine, de iudic. cap. ſi verò de ſentent. excomm. & cap. ſi clericus de foro compet.* & ratio eſt; quam dicebam, quia Poteſtas laica nullam habet in Eccleſiaſticos iuriſdictionem, ſaltem coërcitiuam ſeu coactiuam.

Adde, quod multi Doctores, vt poſſit Iudex laicus in tertio caſu ſupradicto capere clericum ad finem ſiſtendi illum coram ſuo Prælato Eccleſiaſtico, præter conditionem dictam, vt ſcilicet præſumatur fuga, requirunt ſecundam, vt non potuerit à proprio Prælato impetrari mandatum: & tertiam, vt ſtatim Iudici proprio remittatur, ſcilicet 9
etiam infra ſpatium viginti horarum, ſi fieri poteſt. Ità præter alios multos Doctores, quos *dicta dub. 7.* citabam, docet Caſtrus Palaus qui etiam putat, & ſatis probabiliter, quòd Iudex laicus non poſſit detinere clericum captum in ſuis carceribus, etiam infra ſpatium viginti horarum, ſi breuiori tempore poſſet illum Eccleſiaſtico Prælato remittere: & ratio eſſe poteſt, quia in tali caſu neque ſuperior Eccleſiaſticus præſumitur conſentire; neq; ſecularis Iudex rationabilẽ cauſam habet clericum detinenti; qua de re tamen vide, quæ *cit. dubit. 7.* dicebatur.

Adde ſecundò, quod & alij Doctores abſolutè 10
negant (quamuis ego *cit. dubit. 7.* contrarium putem probabilius) Iudicem laicum capere poſſe clericum in primo caſu ſupra dicto, nempe in flagrãti crimine, ad finem, vt præſentet illum Prælato Eccleſiaſtico; ſic præter alios docent Martha *de iuriſdict. par. 4. centur. 1. caſu 42. num. 17.* Megalius *in 3. part. lib. 3. cap. 11. num. 7.* & Souſa *in Bull. Cœn. cap. 16. diſp. 82. num. 8.* quos loco *ſuprà cit.* adducebam. Vnde multò magis negandum eſt, quod poſſint ordinariè Iudices laici in caſu noſtro præſenti capere Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos, vt præſentent illos ſummo Pontifici, vt ab illo plectantur: ſed dicendum, quod ſi hoc faciunt, ordinariè (re-

moto scilicet casu necessitatis, cui alia via prouideri non possit)incidant in censuram vndecimam Bullæ Cœnæ:sicut etiam & qui mandant, ratum habent,& auxilium,consilium, vel fauorem præstant, vt ex eodem cit. loco Bullæ Cœnæ Domini colligitur.

Non obstat,quod id sæpè factum sit,vt ait Cur-
11 tellius: nam respondetur, quod est factum de facto,non de iure,& non quid factum sit, sed quid fieri debeat,spectandum est, *l. sed licet 12. de offic. Presid.& cap cum causam,de elect.* non enim exempla,nisi bona,sequenda sunt,vt rectè dixit Gellius *lib. 20. Noct. Att. cap.19.*

Nec obstat secundò text. *in cap.si filiis,vel nepotibus,16. q.6.* nam respondetur in dicto textu (vt legenti patet)Principi laico non tribui,quòd possit Episcopum transmittere ad Summum Pontificem, vt plectatur ab illo, sed tantùm ibi dici, quod apud dictum Pontificem instet, rogando illum,vt prouidere velit:atque ita asserunt Docto-
12 res,quos *sect.6.* citabam: vel dicas,dictum textum *in cap.filius,vel nepotibus,* per subsequentes Canones esse abrogatum;sicuti docent alij, quos citabam ibidem.

DVBITATIO XIV.

8 An possit potestas laica cogere Ecclesiasticos,vt triticum,vinum, vel similia ad victum necessaria,tempore penuriæ, iusto pretio vendant?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica contra nonnullos Doctores non potest cogere Ecclesiasticos vt triticum, vinum,& similia tempore penuriæ vendant iusto pretio,sed recurrendum est in tali casu ad superiorem Ecclesiasticum.*

2 *Limita nisi vrgeat famis necessitas, & si superior Ecclesiasticus requisitus exsordescat impiè non prouidendo.*

3 *Iudex laicus tempore famis potest licitè extraordinaria potestate arrepta,frumentum Clericorum sequestrare, & illud ab horreis illorum extrahere,vt iusto pretio vendatur, sed non titulo iurisdictionis; sed per viam iustæ defensionis naturalis.*

4 *Ecclesiastici non obedientes Principibus secularis in rebus annonæ quando vrget necessitas famis quoad venditionem reddituum, peccant mortaliter etiam contra ius naturale,& diuinum.*

5 *Ecclesiastici tempore penuriæ, vel pestis cogi non possunt ad aliquid faciendum, vel non faciendum per Iudices laicos, sed per eorum Iudices Ecclesiasticos compelli debent, præsertim si periculum non sit in mora.*

6 *Iudices laici tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolis obtinuerunt à Nuncio Summi Pontificis licentiam compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuelandum,& vendendum.*

7 *Princeps laicus tempore pestis non potest adstringere Clericos ad obseruandum ipsius banna pro bono publico, & pro tuenda salute,sed debet rogare Episcopos,vt ad id Clerum compellant.*

8 *Episcopi tempore pestis, vel suam potestatem in Ecclesiasticos quantum ad arcendam ab vrbe pestem, & ad conseruandam sanitatem opus est, Magistratui seculari delegent, vel deputent Assessorem Ecclesiasticum.*

9 *Iurisdictio manualis per modum iustæ naturalis defensionis transfertur etiam in personas priuatas.*

10 *Vnusquisque Actor, & Iudex est vbi discrimen vltimum imminet, nec alio pacto quam propriis viribus,& conatu vitari potest.*

11 *Respublica ne in vltimum discrimen adducatur quod possit licitè condi statutum, & curare vt seruetur sentium aliqui contra Auctorem.*

RESPONDETVR,quod(quamuis non- 1
nulli Iuristæ, inter quos Curtellius *de immun. Eccles. lib.2.q.9. per totam,* Villadieg. *in Polit.cap.5.num.90.* Ortiz *in summa cap.4.num.9.* Valerius *in different.vtriusque fori,ver.clericus, diff.3.* & Ioannes Salas *in tract.de empt. & vendit.dub.9. num.1.* doceant,quod licitè possit Princeps, & eius ministri cogere Ecclesiasticos, vt frumentum, & alia ad victum necessaria iusto pretio vendant tempore penuriæ,absque eo,quod recurratur ad eorum Iudicem Ecclesiasticum) contrarium tamen dicendum sit,quia Ecclesiastici (vti dicebam) non subduntur Principibus laicis secundùm vim coactiuam, seu coërcitiuam, sed ad summum secundùm vim directiuam: quare in tali casu recurrendum erit ad eorum Iudicem Ecclesiasticum, per quem illi ad id compellantur:atque ita docent Caballus *cent.1.cas.9.num.10.* Anton. de Ripol. *resolut.cap. 11.de empt.& vendit.num.91.* Molfesius *in sum. tom.2.tract.12.cap.5.num.85.* Beller.*in disquis.cler. par.1.tit.5.§.2.num.9.* Madius *tract.de sacris ordinib.cap.14.n.38.* & Duardus in Bullam Cœnæ *lib. 2.can.15.q.17.num.45* & alij communiter: & colligitur *ex cap.non minus, & cap.aduersus de immun. Eccles.cap quanquam, de censib. in 6.* & ex Bulla Cœnæ *can.12.*

Excipe casum (vti similiter supra *dub.4.* dice- 2
bam)si maximè famis necessitas vrgeret, & ex alio capite superior Ecclesiasticus requisitus exsordesceret impiè, non prouidendo; vel si superior Ecclesiasticus adiri non posset, & interim periculum magnum esset in mora: nam in huiusmodi casibus vltrò concedo, quod Iudex laicus licitè posset(extraordinaria scilicet potestate arrepta)frumentum clericorum sequestrare,& illud ab horreis illorum extrahere, & iusto pretio vendi curare, non quidem per viam iurisdictionis, quam in Ecclesiasticos minimè habet,sed per viam iustæ defensionis, ad vitandum scilicet periculum,quod ex tanta fame immineret communitati. At secus dicendum, si res ita se non haberet,& tantum periculum non instaret: nam tunc ad Iudicem eorum Ecclesiasticum,qui eos ad id compellat,non autem ad Iudicem sæcularem,qui iurisdictionis in Ecclesiasticos capax non est,recurrendum erit.

Non obstat, quod adsit necessitas, vel vtilitas publica:nam hæc operari non potest,vt Iudici sæculari, qui incapax est, tribuatur in Ecclesiasticos iurisdictio; præsertim cum per suos competentes Iudices Ecclesiasticos illi compelli possint.

Non obstat secundò, quòd in hoc Ecclesiastici 4
Principibus laicis non obedientes mortaliter peccent, etiam contra ius naturale, & diuinum:

nam

Digitized by Google

nam per hoc sequitur solùm, quod ad id compellendi sint per Iudices Ecclesiasticos, qui in ipsos iurisdictionem habent, non autem per Iudices laicos, qui iurisdictionem in ipsos non habent, nec habere possunt.

3 Sed de hac re vide etiam, si placet, Guazzinum *de defens. reorum tom. 2. defens. 20. cap. 9. num. 10.* vbi docet, non posse cogi Ecclesiasticos ad aliquid faciendum, vel non faciendum tempore penuriæ, vel pestis, per Iudices laicos, sed per eorum Iudices Ecclesiasticos compelli debere: & ratio est, quia publica necessitas (præsertim quando, vt moneatur superior Ecclesiasticus, periculum non est in mora & ipse nondum fuit in culpa, vt nollet mederi) non potest dare iurisdictionem laico super Ecclesiasticos, vti supra dicebatur. Vnde, vt notat
6 Danza *c. 3. de qualit. offic. num. 14.* tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolis Iudices laici obtinuerunt à Nuncio Summi Pontificis licentiam compellendi Ecclesiasticos ad frumentum reuelandum, & vendendum. Vide etiam Marchinum *de bello diuino*, seu *tract. de peste part. 4. c. 2.* vbi cum Martha *de iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 74.* in simili casu docet, non posse Principem laicum tempore pestis astringere clericos ad obseruanda ipsius banna pro bono publico, & pro tuenda sanitate, promulgata; sed debere eum Episcopos pro executione prædictorum rogare, qui si non faciant, quia nolunt, vel non possunt, quia scilicet absunt, tunc poterit nõ quidem per modum iurisdictionis, sed per modum defensionis naturalis, vti dicebam, ipse Princeps laicus per suos ministros rem exequi, & præstare: & ita declarauit Sacra Cardinal. Congre-
8 gatio, facto verbo cum Sanctissimo sub die 21. Ianuarij 1551. quapropter Episcopi tempore pestis, vel suam potestatem in Ecclesiasticos, quantum ad arcendam ab vrbe pestem, & ad conseruandam sanitatem opus est magistratui seculari delegent, vel laicis sanitati præsidentibus admisceant assessorem Ecclesiasticum, qui in Ecclesiasticos iurisdictionem exercere habeat: idemque dic in ordine ad vendendum frumentum tempore caristiæ, & omni alio simili casu, &c.

9 Vide etiam *l. vlt. Prætor, §. debitorem, ff. de his, qua in fraud. cred. t. & l. generali, C. de Decurion. l. 10.* vbi solum ob rationem dictam (vitandi scilicet instantis periculi, ex eo, quod Iudex absit, nec res moram patiatur, vel si adest, opem ferre renuat) exceptio, seu iurisdictio manualis per modum defensionis naturalis, etiam in priuatas personas, nedum in magistratus, & publicas potestates transfertur; & probat in his terminis Griuellus *decis. 30.* Dolana
10 ex Benedicto in *ver. vxorem decis. 2. num. 163.* & Sot. *in 4. dist. 15. q. 2. ar. 1.* & meritò; quia vbi discrimen vltimum imminet, nec alio pacto, quàm propriis viribus, & conatu vitari potest, vnusquisque sibi etiam in publicam personam Ecclesiasticam, nedum in priuatum quemquam hominem actor, & Iudex est; cùm res ad prima naturæ principia sua reuertantur, vt habetur ex *l. vt vim, ff. de iust. & iur.* & admittunt omnes ferè Doctores, extenduntque, vt etiam in Papam, si necessitas vrgeat, defensio similis exerceri possit, ita præter alios Caiet. *opusc. de potest. Pap. cap. 17.* Suar. *ad Regem Angl. lib. 4. cap. 34. num. 30.* Henricus *de Pomesijs Clune*, Mol. *de iust. tract. 2. disp. 31.* Victoria, Couar, & alij, quos sect. præcedenti citabam, & sequebar; adeò, quòd Sot. *in 4. dist. 23. q. 2. col. 4.* Molin. *disp. 31. col. 8.* Nauar. *cap. 23. num. 88.* Couar. *in c. possessor, part. 2. §. 4.*
11 *num. 9.* & Franch. ex consilio Neapolitano *decis. 9.* sentiant, quod in huiusmodi, ne Respublica in vltimum discrimen adducatur, licitè statutum condi, & vt seruetur, curari possit; quod tamen mihi non probatur, tum ex iis, quæ dicebantur supra (quod scilicet Prælati Ecclesiastici ad talem finem ex parte Ecclesiasticorum in fauorem boni communis assequendum, à Principe laico rogari debeant; qui si rogati mederi nolint, vel non possint, quia absunt & periculum sit in mora, tunc tandem ipse Princeps laicus per suos ministros, arrepta potestate extraordinaria, & sic non per modum iurisdictionis, & imperij, sed per modum exceptionis, vel defensionis naturalis, rem exequi, & præstare possit) tum ex iis, quæ dicebantur *cap. 8. per totum.*

DVBITATIO XV.

An possit Potestas laica priuare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium à Principe taxatum?

SVMMARIVM.

1 *Princeps Latens, vel eius Ministri in sententia aliquorum possunt spoliare Ecclesiasticos rebus, quas venduni supra pretium ab ipsis taxatum.*

2 *Princeps Laicus, vel eius ministri in sentent. Auctoris non possunt spoliare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium ab ipsis taxatum, licet teneantur seruare legem taxantem pretia rerum.*

3 *Clericus suum vinum frumentum, &c. cogitur iure naturali non ciuili Principis lege tantidem vendere, quanti Laicus; Laicus verò eodem pretio vendere, non solum naturali; sed etiam ciuili iure compellitur.*

4 *Clericus non efficitur Reus pœnæ statutæ per Principem Laicum si plus vendat res suas, quam sit taxatum,*

5 *Clericus in tali, & simili casu contrauenions, puniri debet à Iudice suo Ecclesiastico eadem pœna, qua punitur Laicus, vel mitiori.*

RESPONDETVR ex dictis, quod 1
(quamuis nonnulli Iuristæ, vt Bobadilla *in Polit. to. 1. lib. 2. cap. 18. num. 112.* Currellius *de Eccles. libert. lib. 2. q. 71.* & alij doceant, quod, si Ecclesiastici vendant vinum, frumentum, & similia vltra pretium à Principe taxatum, possint iustè à Principe, vel eius ministris rebus dictis in pœnam spoliari, saltem, cùm sic à lege Principis statutum est) contrarium tamen dicendum sit, quia licet Ecclesiastici teneantur ser- 2
uare legem taxantem pretia rerum, sicuti supra *dubit. 1. & 2.* dicebam, & in terminis docent Sotus *de iust. & iur. lib. 1. q. 6. ar. 7.* Molin. *tom. 1. tract. disp. 31. num. 13.* Nauar. *in man. cap. 23. num. 887.* Salonius *tom. 2. in 2. 2. q. 77. ar. 1. controu. 10.* & alij Doctores communiter, tamen ex dictis *cit. dubit. 1. & 2.* ad id tenentur ad summum secundùm vim directiuam, non autem secundùm vim coactiuam: ergo non sequitur, quod Ecclesiastici teneantur ad pœnam, ad quam tenentur clerici, si dicta victualia vendiderint vltra pretium à lege Principis taxatum; nec Iudex laicus, ex defectu scilicet Iurisdi-

ctionis

ctionis,possit in tali,& simili casu pœnam (quæcumque,seu quantulacumque illa sit)ab Ecclesiasticis exigere:atq; ita docent communiter Doctores,vt videre est apud Pesantium *tract. de immunit. disp. 5. in fine*,& apud Azorium *part. 1. lib. 5. cap. 13. q. 4.* vbi rectè ait, quod clericus suum vinum, vel frumentum,&c. cogitur iure naturali, non ciuili Principis lege,tantidem vendere, quanti laicus; laicus verò eodem pretio vendere,non solũ naturali,sed etiam ciuili iure,compellitur: & hinc est, vt, si Principis lege sit pœna statuta in eos, qui pluris vẽdiderint,eius pœnæ laicus efficiatur reus, nõ sic autẽ clericus:quod si verò Princeps expressérit,vt ea pœna afficiantur etiã clerici,qui pluris vendiderint,nihil valet ex ea parte lex; quia pœnam statuit in eos,à quibus eam exigere,& sumere non potest Princeps, defectu scilicet iurisdictionis,sicuti toties dictum est.

Non nego tamen, quod Ecclesiastici etiam in tali,& simili casu,si contrauenerint,puniri possint à Iudicibus suis Ecclesiasticis eadem pœna, qua puniuntur à Principe laici, vel mitiori, vti *supra eit. dubit. 1.& 2.* dicebam.

DVBITATIO XVI.

An possit Potestas laica priuare Ecclesiasticos rebus,quas extra regnum exportant contra legem Principis id prohibentem fieri sub pœna commissi?

SVMMARIVM.

14 *Potestas Laica non potest priuare Ecclesiasticos rebus, quas extra Regnum exportant contra Legem Principis id prohibentem fieri sub pœna commissi contra opinionem Ioannis de Hevia,& Bobadillæ.*

2 *Ecclesiastici non possunt comprehendi sub statuto Principis Laici, quo cauetur, ne res asportentur sub pœna commissi extra Regnum.*

3 *Argumentum Bobadillæ de sumptum à bono publico,reiicitur.*

4 *Clerici non tenentur contribuere ad reparationem Pontium,viarum publicarum;murorum Vrbis, & similium,quæ primò & principaliter spectant ad Communitatem.*

5 *Textus in l. ad instructiones C. de Sacrosc. Ecclesiis, est contra Immunitatem Ecclesiasticam, & vim non habet,nisi ab Ecclesia speciatim approbetur.*

6 *Clerici contrauenientes statuto Laicorum respicienti ex æquo bonum commune puniendi sunt per Iudices Ecclesiasticos,& non seculares.*

7 *Publica necessitas non tribuit iurisdictionem saltem coactiuam Laicis in Clericos.*

8 *Argumentum Bobadillæ confutatur, assignaturque disparitas inter casum armorum,& asportationis rerum extra Regnum.*

9 *Res Ecclesiasticorum possunt à Laica Potestate solum per modum facti, donec Iudices Ecclesiastici moneantur,impediri, ne asportentur è Regno, dummodo cessante asportationis periculo Clericis ipsis, vel eorum Prælatis restituantur.*

10 *Potest auferri res à fure, & turbatore, vi etiam impunè adhibita.*

11 *Etiam per interualla,si Iudex desit.*

12 *Et etiam à priuato.*

13 *Multo magis à Principe.*

14 *Qui turbat,semper censetur Actor,ac prouocans, qui Reum turbatum in suo foro excipientem sequi debet.*

REspondetur ex dictis etiam, quod (licet Io. de Heuia in Curia Philippica *part. 3. §. 3. n. 11.*& Bobadilla *in Politicam l. 1. b 2. cap. 8. n. 117.* doceant,quòd Princeps,vel eius Minister laicus inueniens Ecclesiasticos exportantes è regno pecuniã,frumentum,equos,&c. contra legẽ Principis id fieri prohibentẽ sub pœna comm issi, possit ab illis talia auferre sine fractione libertatis Ecclesiasticæ, & excommunicationis timore)contrarium tamen dicendũ sit;quia cùm Ecclesiastici non subdantur legibus Principis secundùm vim coactiuam,sed ad summũ secundùm vim directiuam,vt supra dicebam, non possunt illi comprehendi sub tali statuto, & ordinatione: atq; ita in terminis docent passim Doctores,Azorius *part. 3. l b. 5. cap. 19. q. 13.* Alterius *de censuris tom. 1. d sp. 16. lib. 5. 5. in fine.* Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. clericus, d ff. 3. num. 4* Megalius *in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 36.* Bartholomæus à S. Fausto *in speculo Confess. d sp. 33. q. 20.*& alij apud ipsos in locis supra citatis. 1. 2.

Nec dicas, comprehendi Ecclesiasticos sub tali statuto, quia tale statutũ respicit bonum cõmune, tam laicorũ,quàm Ecclesiasticorum,sic Bobadilla; qui affert exemplum de casu spoliationis armorũ. 3.

Respondetur enim, quod licet tale statutum respiciat bonum commune, non tamen ex æquo respicit Ecclesiasticos. & laicos; quapropter illi exempti esse debent à tali statuto,cùm seruiant in spiritualibus Cõmunitati laicorum: ob quam rationem rectè dixit Lessius *de iust.& iur. l. 2. c. 33. dub. 2. n. 25.* quod neq; ad reparationem pontium, viarum publicarum,murorum vrbis,& similium, quæ primò,&principaliter spectant ad Cõmunitatem,tenentur clerici contribuere, vt communiter tradunt Canonistæ; quia non tangit illos principaliter,sed solum secundariò,nempe vt sunt membra cõmunitatis;& sic ad illa non tenentur ob rationem dictam;alioquin nimis angustum,& prope nullum esset in oneribus publicis priuilegium clericorum:neque obstat *l. ad instructiones, C. de Sacrosc. Ecclesiis*, vbi habetur: *Ad instructiones itinerum,pontiumque,etiam diuinas domos, & venerabiles Ecclesias libenter adscribimus, &c.* quia cùm talis lex sit contra immunitatem Ecclesiasticam, vim non habet,nisi speciatim ab Ecclesia approbetur, vt Canonum,&Theologiæ Doctores communiter docent;quidquid in contrarium asserant nonnulli Iuristæ,vt Regens de Ponte *de potestate Protegis tit. 4. num. 62.*& alij,nec non ex Canonistis Innocentius,Hostiensis,Glossa,& Cardinal. Anchar. *in c. non minus de Ecclesiis immunitate.* 4. 5.

Adde,quod licet prædictum statutum respiciat ex æquo tam Ecclesiasticos,quàm laicos, inde tamen non sequitur aliud(cùm publica necessitas nõ tribuat iurisdictionẽ,saltem coactiuã,laicis in clericos,vt diffusè *c. 3. dub. 4.* dicebã)nisi quod Ecclesiastici ad illud seruandum compelli,& puniri debeant per Iudices suos Ecclesiasticos,non autẽ per Iudices seculares: atquè ita docent Io. Anton. de Nigr. *in repet. Clem. vnic. de vita, & honest. cleric. num. 115.* Guido Papa *in decis. 78.* & Regens de Ponte *loco supra cit.* & alij communiter: quapropter ad Prælatos Ecclesiasticos propter tale statutum 6. 7.

Digitized by Google

rum ſeruandum, recurrant Iudices ſeculares, neceſſe eſt.

8 Porrò ad caſum ſimilem, quem Bobadilla adducit, de ſpoliatione armorum, Reſpondeo, quod illa ſententia non eſt vera, niſi, modo, quo *dubit. 7. & c. 1. dubit. 15. ſect. 5.* dicebatur; præterquam quod eſto, ſit ſimpliciter vera; diſpar ratio eſt inter vtrumque caſum: nam in caſu armorum probabiliter timetur poſitiuè damnum alterius, & perturbatio Reipublicæ, & ſic per modum iuſtæ defenſionis, non autem punitionis, arma Eccleſiaſticis à Iudice laico auferuntur: at in caſu noſtro non timetur poſitiuè damnum alterius, ſed ſolùm impeditur bonum commune, ad quod non tenentur Eccleſiaſtici, vel ſi tenentur, tenentur ſolum directiuè, modo ſcilicet, quo ſupra dicebam, & non coactiuè, niſi per Iudices Eccleſiaſticos.

9 Quapropter concedo, quod ſolum per modum facti poſſint prædictæ res (donec Iudices Eccleſiaſtici moneantur) impediri, ne aſportentur è Regno, dummodo poſtea, ſi periculum non ſit amplius exportationis, dominis clericis vel eorũ Prælatis reſtituantur; vt patet ex dictis *ci. lab. 7. & cit. c. 1. dub. 15. ſect. 5.* & etiam ex dicendis *dub. vlt.* Sic fit in defenſione iuris Reipublicæ, vel Principis, qui aſportari illas vetuit, præſertim cùm hic poteſtatẽ nullã exerceat in loco, in quem illæ aſportãtur: quo caſu videtur poſſe quemquã, etiã priuatũ, ſibi ius dicere, tamquam in furem; qui re ſublata fugã arripiat, vt niſi eum detineat, dominus re ſua carituras, ſit, ſi Iudicem abientem expectare, vel eũ perquirere velit, ſicut ex c. 22. Exodi (vbi fur nocturnus ad mortem ex vulnere adactus impunè dicitur, ibi: Si ſuffodiens inuentus ſit) docet Sot. *de iuſt. & iur. lib. 4. q. 1. ar. 8.* Leſſ. *lib. 2. c. 9. dub. 11. n. 66.* Iaſon, Mateſilanus, Gomezius & Couar. quos citat, & ſequitur Modernus *de iure belli lib. 2. c. 1. n. 11. & & 13.* ibi: *Inde ſequitur, ſi ad ius ſolum reſpiciamus, poſſe furem cum re fugientem, ſi aliter res recuperari nequeat, ictu occidi proſterni.* Accedunt *l. ſi pignore, §. ſi furtum ff. de furtis, l. furem. ff. ad leg. Cornel. de ſicariis, & l. itaque ff. ad leg. Aquil.* & Suadet ratio, quia ad defenſionem refertur id, cuius natura eſt, ne iuriſdictio, & auctoritas exercita cenſeatur.

10 Atquidquid ſit de occiſione furis, poſſe ſaltem in dicto caſu tẽ auferri certũ videtur, vi etiã impunè
12 adhibita: neque ex hoc contemptus Iudicis ſequitur, ſi fiat extẽplò; quin neq; ſi fiat per interuallũ, in caſu quo Iudex deeſt; qualex vetans ſine iudicio ſuum conſequi, intelligi commodè debet, vbi copia eſt iudicij; ceſſat autem iudiciũ momentaneè, vel continuè: momentaneè ceſſat, vbi expectari Iudex nõ poteſt ſine certo periculo vel dãno: cõtinuè ceſſat, vel iure, vel facto: iure, ſi quis verſetur in locis nõ occupatis, vt maris ſolitudine, inſulis vacuis, & ſi quæ alia ſunt, in quibus nulla eſt ciuitas: facto, ſi ſubditi Iudicẽ nõ adeant, aut Iudex apertè cognitionẽ reiecerit, Molin. *diſp. 100.* Benedict. *in c. Raimutius de teſt. ver. uxorem, deciſ. 5. n. 474.* Pedem. *deciſ. 68. num. 23.* Sot. *in 4. diſt. 25. q. 2. ar. 25.* Sanch. *conſil. mor. lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 33.* vbi poſt firmatam regulam pro Iudice Eccleſiaſtico limitat in hoc caſu, Villalob. *in ſum. par. Eccleſia, n. 2. & 3.* Salzedus *lib. 1. c. 4. n. 19. & 20.* Anguian. *de legib. lib. 2. cõtrou. 15.* Saura *de exam. propoſ. 9. fol. 14* Modernus *lib. 1. c. 3. n. 2.* eſtque perpendenda *deciſ. 30.* Senatus Dolani, quã refert Curtellius *in C. ad leges Federicis, Nota 24. fol. 145. & 150.* vbi intelligentia *c. filius, vel nepotibus*, ait: Martha *part. 1. c. 48. ex n. 25. ad fin. qui dicit dictum c. tribuere Regi iuriſdictionem ob ma-*

gnam loci diſtantiam, vel ob periculum in mora, vel quia Pontifex negotiis implicitus mederi non poſſit, allegat Sarmenſ. & Abbat. & rectè: in his enim caſi- 11
bus quæſtio reducitur ad terminos iuris naturalis, ac ad meram defenſionem iurium Principis, nõ vt Principis ex ſua iuriſdictione procedentis, ſed vt cuiuſlibet priuati pro ſuorum iurium indemnitate pignori, & rei incumbentis.

Confirmatur, quia cum clericus exportans turbet Principẽ in ſui iuris poſſeſſione, qua iuſtè prohibet, ne quæ in ſua prouincia pecunia pecuniæ, vel victualia, equi, &c. cũ Reipub. incommodo exportentur, quæſt. pertinere videtur ad poſſeſſorium, 13
iudiciũ, atq; retinendæ interdictum, & ad nudum factũ, vbi Iudex laicus, etiam aduerſus clericũ turbatorem, competens eſſe poteſt (maximè, ſi de facto in ſuis iuribus turbetur Fiſcus, qui nullatenus alibi pro tributis, ac regalibus iuribus litigare cogẽdus eſt, immò de facto per ſe manutenendus, Oldrad. *conſil. 83* Alberic. *in auth. ſtatuimus, C. de Epiſc. & cleric.* Felin. *in c. Eccleſ. S. Mariæ, n. 7. de Conſtit.* Palac. Rub. *in c. per veſtras, 2 not. §. vnic. de donation. inter vir. & vxor.* etiã in re beneficiaria; quæ ex patronatu Regio ſit, Doctores, quos citat, & ſequitur Solorzanus *tom. 1. lib. 3. c. 1. n. 27. & ſeqq.*) & Salzed. *de lege Polit. lib. 2. c. 13. n. 47. & 48.* & etiã in cauſis poſſeſſoriis rerum ſpiritualium, quæ facti tantũ quæſtionem habent, Doctores, quos citat, & ſequitur Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 2. q. 67.* quæ omnia in noſtro caſu contingunt; ſiquidem ſemper in re exportanda notorium facti, nempe extractionis è finibus earum rerum, quæ exportari prohibentur, interuenit.

In his verò, qui turbat, ac interdicto refragatur, ſemper cenſetur actor, ac prouocans, qui reum turbatum in ſuo foro excipientem ſequi debet, & de-
clinare eius forum non poteſt, ex Regula Canoni- 14
ca, etiam Epiſcopos comprehendente, *in c. 15. ſi quiſquam, 1. q. 1.* ibi: *Si quiſquam clericus, ſiue inferioris, ſiue potioris gradus exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones, iſte modis omnibus, non alibi, quam apud prouinciæ Iudicem negotium ſuum dicturus occurrat.* Et paulo poſt: *Quem ordinem legibus per omnia conuenientem illa regula manifeſtat, quæ præcipit, actorem Rei forum ſemper ſequi poſſit.* Accedit, *cum ſit generale, de foro compet.* & doctrina Innocentii *in cap. ſtatuimus, num. 6. de offic. & poteſtat. delegati*, quem ſequuntur communiter Doctores. Quod autem in huiuſmodi facti turbationibus (vt exportationis, & Principis iuriſdictionis) vbi ius dicens abeſt, vti liceat retentione vnicuique (& ſic multò magis Principi, vt dicebam *ſect. 4. ad tertium*) Vide Bar. *in l. ſi alius, §. belliſſime, ff. quod vi, aut clam*, Afflict. *in Conſtitut. pacis cultum, n. 34. & deciſ. 24.* Capic. *deciſ. 45.* Carleualium *diſp. 2. q. 3.* Gutter. Laſſarte, Cenedum, Olanum, Beluiſium, & alios; quos citat, & ſequitur Curtellius *ad leges Siculas Federici, Nota 49. ad c. 39. fol. 185. & Nota 105. per tot. præcipuè n. 4. in fin. fol. 276. & ad leges Martini Nota 41. fol. 540* vbi rectè probant, in dicto caſu poſſe priuatum dominum, eiuſque ſeruos, & cuſtodes, & ſic multo magis Principem, damnum à quocumque illatum ſibi vindicare, & recompenſationem tuo iure exigere, vtendo facti auctoritate, propter rationem dictam, quod ſcilicet tunc locum habeat ius naturæ de defenſione naturali, iuxta ea, quæ dicebantur *ſuprà dubit. 4. & 6.* & dicentur *infra c. 10. dubit. 4.*

DVBITATIO XVII.

An possit Potestas laica punire Ecclesiasticos in bonis, vel in pœna pecuniaria, si falsa mensura triticum, vel quid simile vendant?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica non potest punire Ecclesiasticos in bonis, vel in pœna pecuniaria, si falso mensura triticum, vel quid simile vendant contra aliquos Doctores.*

2 *Ecclesiastici tenentur obedire statutis Principis iustis, & in bonum commune ordinatis, in iis rebus, quæ spectant ad regimen Communitatis non directè ratione legis, sed indirectè ex vi rationis naturalis, si sacris canonibus, & clericali statui non repugnent.*

3 *Ecclesiastici trãsgredientes statutum Principis secularis respiciens ex æquo bonum commune, compelli, & puniri debent à Iudice Ecclesiastico, ad quem oportet habere recursum,*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (licet Chassaneus *Consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 90.* Cenedo *in collect. 57. num. 18.* Mexia *in pragm. taxæ panis concl. 5. n. 29.* Curtellius *de Eccles. liber. lib. 2. q. 77* & alij iuris Doctores doceant, quod Ecclesiastici, qui falsa mensura triticum, vinum, vel oleum, &c. vendiderint, possint puniri à Principe, eiusque seculari ministro in bonis, vel in pœna pecuniaria) con-
2 trarium tamen dicendum sit, quia licet Ecclesiastici teneantur obedire statutis Principis iustis, & in bonum commune ordinatis, in iis rebus, quæ spectant ad regimen Communitatis, si sacris Canonibus, & Clericali statui non repugnent, tamen ad id ex dictis *Dubitat. 1. & 2. & cap. 8. per totum*, non tenentur directè, sed indirectè, id est, non ex vi legis, sed ex vi rationis naturalis; vel, si directè, non tenentur secundùm coactiuam, sed solùm secundùm vim directiuam; ergo si statuta illa Ec-
3 clesiastici transgrediantur, non possint à Iudice seculari puniri; sed vt puniantur, ad Iudicem Ecclesiasticum recurratur, necesse est; atque ita in terminis docent Vasquez *in p. 2. tom. 2. disp. 167. cap. 4. num. 29. &* 30. Salas *de legib. disp. 14. q. 9. num. 106.* Filliucius *to. 2. tract. 35. cap. 9. n. 94.* Vigianus *tract. de immunit. Eccles. disp. 2. concl. 5.* Bartholomæus à S. Fausto *in spec. Confess. disp. 6. q. 44. n. 3.* & Barbosa *in collect. to. 1 lib. 3. decret. tit. 17. cap. vt mensura, de empt. & vendit. num. 3.* qui citat Martham, & alios quamplures Doctores.

DVBITATIO IX.

An possit Potestas laica cogere Ecclesiasticos ad soluendas gabellas, vel collectas, quando illas soluere tenentur?

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica in sententia aliquorum Auctorum potest cogere Ecclesiasticos ad soluendas gabellas, vel collectas, quando illas soluere tenẽtur, dummodo Iudex Laicus procedat contra bona, & non contra Personam.*

2 *Potestas laica in sententia Auctoris non potest cogere Ecclesiasticos ad soluendas gabellas simpliciter etiam modo quo supra.*

3 *Ecclesiastici neque quoad Personam, neque quoad bona subduntur Principibus laicis quoad vim coactiuam.*

4 *Consuetudo in contrarium attendi non debet, cum sit potius corruptela.*

5 *Iudex laicus incapax est Iurisdictionis præsertim coactiuæ in Ecclesiasticos.*

6 *Onus imponitur ratione Personæ, & accessorium sequitur naturam sui Principalis.*

7 *Ecclesiasticus exemptus est non solum vt Ecclesiasticus, sed etiam vt Ciuis & simpliciter.*

8 *Bona semper adhærent Personæ, & Persona non est integrè, & perfectè exempta, nisi illius bona etiã exempta sint.*

9 *Persona Clerici non potest à Iudice seculari in rebus molestari, ne concedatur per vnam viam quod per aliam denegatur.*

10 *Res Clerici affecta onere gabellæ possunt per modum facti, seu per modum iusta defensionis iuris proprij, detineri, donec gabella iusta soluatur Iudicibus Ecclesiasticis consultis.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (licet ex Iuristis Salgado *de protect. Regia par. 4. c. 14. nu. 10. to. 2.* Mexia *in pragm. taxæ panis concl. 5. n. 23.* Lassarte *de gabellis c. 19. n. 84.* doceant, quod superior laicus quando Ecclesiastici tenentur soluere gabellas, collectas, vel contributiones, &c. possit eos ad illas soluẽdas compellere: quam doctrinam docet ex Theologis Coriolanus *in Bull. Cœn. excomm. 16.* quatenus ait, *quod possint clerici coram Iudice seculari conueniri, in censibus, & tributis: nam videntur* inquit ipse, *potius res eorum, tanquam affecta, conueniri, quam persona*: & docent etiam aliqui alij Iuristæ, sed cum restrictione, dummodo scilicet Iudex laicus procedat contra bona, & nõ contra personam) cõ- 1
trarium tamen simpliciter dicendum sit, quia (vti supra dicebã) Ecclesiastici nullo modo, neq; quoad 2
personã, neq; quoad bona subduntur Principibus 3
laicis secundũ vim coactiuam: ergo vt Ecclesiastici ad aliquid (quodcumque illud sit) cõpellantur, ad Iudices eorum Ecclesiasticos recurratur necesse est.

Neque dicas, quod adsit consuetudo in contra- 4
rium: nam respondetur, quod talis consuetudo est corruptela, reprobata que per Canones; & meri- 5
tò, quia Iudex laicus incapax est iurisdictionis, præsertim coactiuæ, in Ecclesiasticos, vti supra *dubit. 5. sect. 5. & cap. 1. dubit. 15. & cap. 5. Dubit. 14. &* 15. dicebatur.

Neque dicas secundò, quod per hoc Iudex laicus non exercet iurisdictionem in personam Ecclesiasticam, sed solùm in rem temporalem illius: nam respondetur, quod quando onus, quod soluitur ex rebus, est personale, reuera est ratione perso- 6
næ; quare si persona est exempta, debet esse & exempta res personæ, cum onus imponatur ratione personæ, & accessoriũ sequatur naturã principalis.

Neque dicas tertiò, quod bona Ecclesiasticorum sunt temporalia, & respiciunt Ecclesiasticum, 7
non vt Ecclesiasticum, sed vt dominum temporalem, seu vt ciuem dumtaxat: nam respondetur, quod Ecclesiasticus exemptus est, non solùm vt

Eccle

8 Eccleſiaſticus,ſed etiam vt ciuis,& ſimpliciter:ſiquidem cùm bona(vti rectè notauit Suarez *contra Regem Angliæ lib.4.c.24.n.11.*) ſemper adhæreant perſonæ,non eſt integrè,& perfectè exempta perſona,niſi illius bona etiam exempta ſint: quapropter *in cap.vnico de cler.coniug.in 6.* expreſsè ſtatuitur,quod perſona clerici non poſſit à Iudice ſeculari in rebus moleſtari, ne concedatur per vnam viam,quod per aliam denegatur.Non nego tamen, 10 quod in caſu,quo res clerici euidenter affectæ ſunt onere gabellæ, poſſint per modum facti, ſeu per modum iuſtæ defenſionis iuris proprij detineri, ne aſportentur,donec gabella iuſta ſoluatur, Iudicibus Eccleſiaſticis conſultis,vt *ſupra dub. 2. & 4.* dicebamus & dicemus *infra dubit.vltima.*

DVBITATIO XIX.

An poſſit Poteſtas Laica punire perſonam Eccleſiaſticam, ſi coram Iudice laico falſum teſtimonium depoſuerit?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica in ſententia plurimorum Doctorum poteſt punire Eccleſiaſticum ſi non in perſona, ſaltem in bonis,ſi coram Iudice laico ſaltem teſtimonium depoſuit.*

2 *Poteſtas laica in ſententia Auctoris ſuffulta grauiſſimorum Doctorum auctoritatibus,& ratione non poteſt vllo modo in caſu præfato punire Eccleſiaſticum.*

3 *Poteſtas laica in ſententia aliquorum poteſt punire Clericum coram Iudice laico falſa teſtificantem in defectu iuſtitiæ Eccleſiaſtica.*

4 *Iudici ſeculari licitum non eſt ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici.*

5 *Textus in can.filiis 16.q.7.eſt correctus per canones ſubſequentes.*

6 *Iudex laicus an poſſit cognoſcere per viam exceptionis de Crimine Perſonæ Eccleſiaſticæ ad effectum repellendi eam à teſtimonio ferendo, eſt diſcrimen inter Doctores.*

7 *Laicus diſponens falſum coram Iudice Eccleſiaſtico,à Iudice Eccleſiaſtico puniri debet.*

8 *Iudex Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicum per accidens ratione periurij.*

9 *Iudex laicus in Clericum,qui coram ipſo falſum teſtimonium dixit, nullo pacto iuriſdictionē habet.*

10 *Clericus ſi falſum dixerit coram Iudice laico,puniri poteſt per Iudicem ſuum Eccleſiaſticum.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam,quod(licet Angelus *in l.quoties, C.de iudiciis*, Federicus de Senis *conſil.* 88. Lancellot. *de attent.par.2.c.15.n.97.* Auſterius *in repet. Clem.1 ff.de offic.Ordin.n.81.* Guillelmus de Benedictis *in c.Raimutius,ver.& vxorem,dec.3.n.142.* Chaſſaneus *de conſuetud.Burgundiæ rubr.1.§.5.n.82.* Franciſcus Marcus *par.1.dec.215.n.1.* & alij Doctores, quos refert Iulius Clarus *in pract. crimin.q.38.nu.* 14.& Anguian.*in tract.de legib.to.1.lib. 3.controuerſ. 28.num.11* doceant,quod Eccleſiaſticus, ſi falſum teſtimonium dixerit,coram Iudice laico,poſſit puniri ab iſto in bonis,ſi non in perſona)contrarium tamen dicendum ſit ex iis,quæ ſupra dicebatur, &
2 infra *Dubit.vlt.* dicentur;præſertim, quia Clericus, neque tacitè neque expreſsè poteſt foro ſuo renunciare,nec etiam cum conſenſu ſui Prælati,de cuius licentia coram Iudice laico teſtimonium dixerit;& ita in terminis caſus poſiti docent Surdus *conſil.396.num.27* Decianus *in tract.crimin. lib. 4.c. 6.num.22.* Farinacius *de inquiſit.quæſt.8.num.26.* Fachineus *lib.9.controu.cap. 27.* Afflictus *deciſ. 230.* Martha *de iuriſd.par.4.centur.2.caſ.138. num.9.* Ceuallos *in tract.de cognit.per viam violent.par.2.q.67.* Guttierez *pract.quæſtion.lib.1.q.24.* Salzedo *in pract. crimin.Bernardi Diaz cap. 63.* Duardus *in Bull.Cœnæ lib.2.can.15.q.11.num.34.* Cabedo *deciſ.87.* Layman.*lib.4.tract.9.cap.4.numer.9.* Diana *par.1. tract. 2.reſol.109.* Curtellius *de immun.Eccleſ.lib.2.q.42.n. 22.& q.110.* & colligitur ex *cap.ſi diligenti. de foro compet.cap.1.de clericis coniug.* & *ex authent. ſtatuimus, Cod.de Epiſc.& clericis*;Et vltrius probatur; quia pœna, licet ex re exigatur, in perſonam tamen principaliter indicitur; vnde nec à perſona, nec à bonis clerici à non ſuo Iudice exigi poteſt, facit *l.ſi quæ pœne,ff. de verbor. ſignif.* & facit etiam quia pœna fraudati vectigalis à milite tanquam exempto peti nequit, licet is vectigal reficere teneatur,*l.3,Cod.de vectigal.* ibi:*Omnibus militibus noſtris proſpeximus, ne ob omiſſas profeſſiones pœna, commiſſi tenerentur:proinde depoſito hoc metu,ſi qua pretoria debere te apparuerit,exolue.*

3 An autem,ſaltem in defectu iuſtitiæ Eccleſiaſticæ poſſit Iudex laicus modo ſupra dicto punire perſonā Eccleſiaſticam?Affirmant Eſcobar.*de ratiocin.c.7.n.31.* Morla *in empor.iuriſd.2.q. 14.n.4 & 5.* & alij Iuriſtæ,quos citat,& ſequitur Menoch.*de retinend.poſſeſſ.remed.3.n.254.* Curtell.*cit.q.110.* & Bobadilla *in polit.to.1.lib.2.c.18.n. 91*, vbi in terminis ait,clericū corā Iudice ſeculari falſa teſtificantem, vel falſam ſcripturā præſentantem, non poſſe puniri à Iudice laico, niſi in defectu iuſtitiæ Eccleſiaſticæ;idemque docet *n.63.in aliis caſibus.*

4 Sed ex dictis *dub.5.* contrariū quod ad hoc eſt etiam dicendum,quia non eſt licitum Iudici ſeculari negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici ſupplere;cū ille inferiorem ad hunc iuriſdictionē habeat,ita vt ipſi potius maneat neceſſitas obſequendi,quā auctoritas imperandi, vti ſupra *eo.ſect.5.* dicebatur,& definitur *in c.qualiter,& quando de iudeiis*, vbi clarè prohibetur, ob defectum iuſtitiæ trahi clericos ad tribunalia ſecularia; docent Suar. *contra Regem Angl.lib.4.c.14.* Martha *par. 4. centur. 2. caſ. 146.* & Canoniſtæ communiter,Guazin.*tr.de defenſ.reorū, to.1.defenſ.1.cap.28.n.9.* Gratian.*in diſcept.forenſ.to.2. c.238.n.72.& ſeq.* Aluarez *de priuileg. pauper. q. 50. n.11.* & Bonac.*in Bull.Cœn.diſp.1.q.15. punct.4.§.4. n.10.* Vide ſupra *tit.dub.5.c.1 dub.15. ſect. 5.c.6.dub. 10.& c.7.dub.8.*

5 Non obſtat *c.filiis,16.q. 7.* vbi dicitur, quod ſi Prælatus eſt negligēs,poſſit Rex implorari:nam vt ſupra *dub.6.ſect.1.n.30,& ſeqq.* dicebatur,*dictus c.filiis* correctus fuit per *c.qualiter, & quando*,vel dicēdū intelligi,quod poſſit adiri Rex, non tanquā Iudex,ſed tanquā protector,& defēſor,vt ſcilicet roget,& moneat Prælatū,quod iuſtitiā exercere velit.

6 Cæterū an ſaltē ad effectū repellendi perſonam Eccleſiaſticā à teſtimonio ferēdo, poſſit Iudex laicus per viā exceptionis cognoſcere de crimine illius?Affirmāt Guttier.*q.24.cit.n.2.* Iul. Clar.*§.1 lit.q. 38.n.14.* & alij Doctores, quos citat, & ſequitur Anguiā.*in tr.de leg.to.1. lib.3.contr.28.n.11.* Negant verò Hoſtienſ.*in c.verum,de foro compet.* & Io.Andr. *in c.ai ſi clerici,in princ.n.21.* ſed de hac re quid ego ſentiam,dicam infra commodius.

Ex dictis tamen non inferas, quod propter paritatem rationis laicus deponens falsum coram iudice Ecclesiastico, &c. non possit similiter à iudice Ecclesiastico puniri: nam meritò contrarium docent Couar. *pract. qq.* 12. *num.*8. Afflict. *decis* 219. Francus *decis.* 149. Capella Tholosana *decis* 379. & ratio disparitatis est: quia iudex Ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicum per accidens, ratione periurij, & sic potest per accidens contra illum procedere: at iudex laicus in clericum cui coram ipso falsum testimonium dixit, &c. nullo pacto iurisdictionem habet, & per consequens nullo pacto poterit eum neque in persona, neque in bonis punire. 8 9

Quod autem clericus, si falsum deposuerit, &c. coram iudice laico, puniri possit per iudicē suum Ecclesiasticum, docet Riccius par. 4. decis. 81. per totam; & ratio est clara; quia cùm non possit ille puniri à iudice laico, restat quod puniri debet ab Ecclesiastico, ne delicta remanēāt impunita.

DVBITATIO XX.

An possit Potestas laica procedere contra pecora personæ Ecclesiasticæ, si contra statutum in pascuis prohibitis illa reperta fuerint?

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis pro executione pœnæ statuti in sententiam aliquorum potest procedere si non contra personas Ecclesiasticorum saltem contra eorum pecora, & animalia, si in pascuis alienis, & prohibitis illa reperta fuerint.*

2 *Auctor, & alij auctores grauissimi tenent contrarium.*

3 *Statuta laicorum pœnarum condemnationem & exactionem imponentia aduersus eos quorum pecora damnum dederint in fructibus, aut in pascuis vetitis, non ligant Ecclesiasticas personas.*

4 *Secularibus indistinctè prohibetur clericos distringere, aut condemnare.*

5 *Recensentur plures Doctores pro opinione oppositā, & refelluntur.*

6 *Persona Ecclesiastica non solum quoad personam, sed quoad bona est exempta.*

7 *Animalia non sunt capacia, quod conueniantur, & condemnentur, & res, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit.*

8 *Sententia oppositā in vno sensu est probabilis, & probatur.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (quamuis Felinus *in cap. Ecclesia S. Maria num.*104. *de Constit.* Afflictus *in Consilio. Regni per partes Apulia num.*9. *tit. de annal. in part. assidandis*, Mastrillus *decis.*49. *num.* 12. Boetius, Grassus, Grammaticus, & Personalis, quos citat Curtellius *in Cod. Polit. Nota* 15. *ad leges Iacobi fol.* 50. *col.* 1. *vers. nec refragaretur*, Guttierez *in pract. qq. lib.*1. *q.* 4. *num.*2. Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violent. par.* 2. *q.* 11. *num.* 44. Pereira *de manu. Regia par.*2. *cap.*39. & Heuia *in Curia Philippica par.*3. §.17. *n.*23. sentiant, quod iudex secularis pro executione pœnæ statuti possit procedere, si non contra personas Ecclesiasticorum, saltem contra eorum pecora, & animalia, si in pascuis alienis, & prohibitis illa reperta fuerint) contrarium tamen dicendum sit propter rationes, quas *supra, & cap.* 7. *dubit.*8. dicebam; & docet in terminis Sanchez *in opusc. to.*2. *lib.*3. *cap. vnic. dub.*31. *num.*2. citans Lopez; item Castillo *in leg.*70. *Tauri, num.*18. & Barbosa *in collect. to.*1. *lib.*1. *tit.*2. *cap.* 10. *n.*6. vbi rectè iuxta dicta ait, quod laicorum statuta pœnarum condemnationem, & exactionem imponentia aduersus eos, quorum pecora damnum dederint in fructibus, aut in pastibus vetitis fuerint inuenta, non ligant Ecclesiasticas personas; quia indistinctè secularibus prohibetur, clericos distringere, aut condemnare, *cap.* 2. *de foro compet.* tum quia causa hæc, quamuis sua natura merè temporalis sit, tamen ratione personæ clerici contra quem mouetur, manet Ecclesiastica. 2 3 4

Quidquid in contrariū resoluant Greg. *leg.*24. *tit.*15. *par.*7. Castill. *leg.*70. *Tauri, n.*18. Auendan. *de exequen mand. par.*1. *cap.*4. *n.*30. & *cap.*13. *n.*7. & *par.*2. *c.*14. *n.*13. Guttierez *pract. lib.*1. *cit. q.*4. Alder. Mascard. *de gener. stat. interpret. concl.*1. *n.*115. & *seq.* Bellett. *de squis. cleric. par.*1. *t. de fauore reali*, §.6. *n.*5. Ceuall. *commun. contra cōmun. q.*897. *n.*610. & *seqq.* & *in tract. de cognit. per viam violentia dict. q.*11. suprà citati & alij ex eo, quia, quando onus impositum est rei, potest secularis iubere, quod executio fiat in re, quæ in suo territorio, & iurisdictione est, non habito respectu, an persona, cuius res est, pertineat ad suum forum, vel iurisdictionem, *arg. leg. viros* 12. *in princ. Cod de Palat. sacrarum larg. lib.*12. *c. si tributum* 11. *q.*1. Bart. *in leg. Imperator ff. de publican.* Bald. *in l. de iis, vers. ego credo, Cod. de sacros. Ecclesiis*, & in *Authent. sed & periculum, Cod. sine censu.* Gutt *dict. q.*4. *n.*2. *decis. Pedemont.*68. *n.*34. Azeued. *ad leg.*12. *n.*2. *tit.*3. *lib.*1. *noua recop.* Accedit quod hoc pacto persona clerici non condemnatur à iudice seculari, nec eius statuto ligatur nam in persona clerici nulla dirigitur executio, sed reale onus rei impositum à clerico exigitur, sicut aliud quodcumque tributum reale. 5

At hæc ratio non conuincit: nam (vt omittam, quod clericus sit etiam exemptus quoad bona, sicuti *cap.*5. diffusè dicebatur, *& infrà dubit.*35. dicetur) omninò oportet sententiam, & condemnationem pœnarū fieri in personā; quia animalia non sunt capacia, quod conueniantur, & condemnentur, *arg. c.*2. *ibi, rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit hoc tit. cap. mulier, vers. quæritur*, 15. *q.* 5. ibi: *Nec vllo modo capax legis sit.* bonus text. *in l. post principium, ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* Ergo fundamentū prædictū cōtrarię opinionis secundùm iuris rigorē stare nō potest, vt bene aduertit Auiles *ad c.*17. *Prætorū, gloss.*1. *n.*12. Nisi fortasse dicas (in quo sensu non probabilis est aduersariorū sententia) hic nō agi de pœna, quæ vltra damnum est, nec de vigore statuti, sed solum de damno, quod est simplum, & valor herbarū, vel frugū ab animalibus cōsumptarū, nec agi de actione contra Dominum, sed de animaliū retentione, quæ, cùm in re inanimata de facto detur, nō est, cur etiam in re animata irrationali dari non possit, per modū iustæ defensionis naturalis: in vtroque enim casu illa quid facti est à possessione, & detentione proueniens, quæ iure positiuo non tollitur, *lege* 1. §. *si vir vxori, ff. de acquir. poss.* 6 7

poſſeſſ. ibi: *Quoniam res facti infirmari iure ciuili non*
8 *poteſt.* Hinc in damno à quadrupede dato actio datur, cũ animal penes Dominum eſt, cui electio, vt poſſit animal tradere, vel noxã ſoluere, permittitur, *l. in principio ff. ſi quadrup. paup. feciſſ. dic.* ibi: *Lex voluit, aut dare id quod nocuit, id eſt, animali, aut æſtimationem noxæ offerre.* Sed reuera ius in caput animalis eſt, vt ibid. *§ & cùm*, ibi: *Noxa caput ſequitur*, & *§. planè*; vbi mortuo animali actio perit; ergo retentio negari non poterit, vſque dum animal viuit: nam cui actio datur, eidem & multò magis retentio præſtatur, *leg. ſi per retentionem, Cod. de vſuris.*

Confirmatur, quia cùm animalium retentio pro damno & paſtu cuique damnificato permittatur per pignorationem, quę ſine iuriſdictione fit, multò magis cuique Iudici reſarcitio permittenda, erit, ex *l. ſi alius, beliſſimè, ff. quod vi, aut clam*, vbi Bart. Gloſſa *in §. multis autem modis*, verb. *tranſitum, Inſtit. de libert.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, ver. & vxorem, numer.* 454. Dolana *deciſ.* 30. & Baldellus *lib.* 5. *cap.* 40. *num.* 12. qui ſubdit, aliquid plus Principi, licet laico, quàm priuatis, in hac materia concedendum eſſe.

Confirmatur ſecundò, quià cùm id frequentius in deſertis locis (vbi Iudex deeſt) accidat, fiatque ius damnificati ex alterius mora deterius; quia vel maius damnum ex continuato depaſtu excreſcit, vel ex abductione è loco, vbi animalia depauerunt, actio directa contra animalia ceſſat. Doctores *in leg. ſumma, Codic. de pignor. & in leg. huius enim, ff. qui pot. in pign. hab.* & docent Menoch. *recup. remed.* 11. *numero* 8. Garſias *de expenſ. cap.* 4, *numero* 3. Surdus *de alim. titul.* 8. *priuileg.* 62. Giurba *deciſ.* 60. & Amatus *reſolut.* 3. *numero* 14. & 15. (qui cùm de laicorum animalibus facilis conuentionis, & exactionis loquantur, maiori ratione de clericorum animalibus attendendi ſunt, cùm clerici potentiores, difficiliſque conuentionis ſint, *cap.* 2. *de alien. Iud. mut. canſ. facta, verſ. qui potentiorum patrocinium*) Meritò in caſu noſtro & retentio, & cuiuſcumque Iudicis aditio admitti debet, per ea, quæ docent Doctores, quos citat, & ſequitur Modernus de iure belli *lib.* 1. *cap.* 3. *numero* 2. & nos dicebamus *ſupra ſectio.* 14. vbi concedebamus, à miniſtris, & cuſtodibus finium clericos vetitas res extra prouinciam, vel Regnum exportantes per modum facti coërceri, ac res retineri poſſe, quod fortius in caſu noſtro locum habet; cùm ibi de iuris, ac præeminentiæ Regiæ tuitione, hic de dominij, & rei ſuæ conſeruatione agatur; pro qua, ſi aliter haberi non poteſt, etiam fures occidi poterunt, vt communiter Doctores: quapropter multò magis pro noxa, vel damno retineri poterunt animalia, quæ herbam, vel fruges inuito domino depauerunt.

Confirmatur tertiò; quia cùm de retinendæ interdicto agatur, cauſaque merè poſſeſſoria ſit, poterit Iudex laicus (quia de facto ad iuris perſonæ damnificatæ defenſionem agitur, & ne turbatio ex vſu iuris naturalis, quo retentio pro noxa datur, eueniat) ſine iuriſdictionis Eccleſiaſticæ læſione ſe interponere, ſicuti dicemus *cap. ſequenti Dubitat.* 4. *numero* 29. & 34. & tradunt Doctores, quos citat, & ſequitur Menochius *remed. recuperat.* 11. *numero* 8.

Confirmatur quartò, quia in hoc caſu retentio competens, ſicut & defenſio iuris naturalis effectus eſt, & ſic ante iuriſdictiones iure ciuili, vel gentium fundatas, dominis rerum debita, *leg. naturalis ff. de act. & obligat.* quæ nullo poſitiuo iure auferri, vel minui potuit, *l. ius palam, ff. de inſt. & iur. § ſed naturalia Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili cap.* 1. *diſt.* 5. & *cap.* 3. *§. his itaque, diſt.* 6. & docet S. Thom. 1. 2. *quæſtio.* 94. *art.* 5. *quæſt.* 100. *art.* 8 & 2. 2. *quæſtio.* 57. *art.* 2. *ad* 1. & *q.* 66. *art.* 2. *ad* 1. quem ſequuntur communiter Doctores; licet enim ſecundùm aliquos diuiſiones, rerumque proprietates ius naturæ offendere dicantur, vt docuit Scotus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſtio.* 2. Nihilominus ſecundùm S. Thomam communiter receptum probabilius eſt, quod ius naturæ diuiſiones non prohibuerit, licet non ius naturæ, ſed hominum ratio ad maiorem humanæ vitæ vtilitatem eas induxerit: vnde cùm rationi naturali inhæreant, potius ſecundùm ius naturæ, quàm contra ius naturæ dici poſſunt. Ex quibus fit, vt iam addita proprietatum diuiſione, in parte cuique contingenti ex iure naturæ inſiſtentia, & retentio detur, & ſic ex præmiſſis immutabilis illa ſit.

DVBITATIO XXI.

An poſſit poteſtas laica cogere perſonam Eccleſiaſticam ad reſtituendum depoſitum, ſi in tribunali laicali reſtituere illud ſe obligauerit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Laicus ex nonnullorum Doctorum opinione poteſt compellere Clericum ad reſtituendum depoſitum, quoties hic ſe obligauerit in Tribunali Iudicis ſecularis illud reſtituere.*

2 *Opinio oppoſita magis Auctori probatur ob rationes iam dictas.*

3 *Sententia Covallos, & Martha Iudicem Laicum poſſe cognoſcere cauſam, ſed non exequi contra Clericum Depoſitarium, Auctori non probatur.*

4 *Iudex laicus non poteſt facere realem executionem ſententiæ à ſe latæ contra Clericum in caſibus, quorum ipſi à iure cognitio permiſſa eſt.*

5 *Clericus ſi in cauſa reconuentionis condemnetur per Iudicem laicum executio faciendæ eſt per Iudicem Eccleſiaſticum.*

6 *Res litigioſa in Clericum lite pendente alienata, non poteſt ab eo per ſecularem Iudicem auocari.*

7 *Reprehenduntur multi Doctores, qui dixerunt, quod Iudex qui eſt competens ad condemnandum, competens ſit etiam ad exequendum.*

8 *Depoſitum reſtituere differens nõ ſolum ciuili actione tenetur, ſed etiam vt fur cõcrendus eſt, ac infamia notam incurrit.*

9 *Conſequenter meritò turbatum Iudex ſuus fouet.*

10 *Ex contra turbatorem remedia poſſeſſoria poſſunt*

intentari, sicuti contra quemlibet furem, si ciuiliter agere dominus velit.

11 *Ob has rationes probabilis est Aduersariorum sententia quoad causa cognitionem, etsi non probabilis quoad effectum executionis.*

12 *Et multo minus quoad pœnam, quæ propter depositi negationem incurritur: item & quoad criminalem animaduersionem.*

13 *Clericus in minoribus, licet laicus fiat, ob depositum mandato eius ipsi traditum, cogendus est à Iudice Ecclesiastico.*

RESPONDETVR ex dictis etiam quod (licet Baldus, Salicetus, Iason, Aufrer. Benedictus, Tiraquel. Afflict. Vrsil. Cumia, Maranta, & Carocius apud Martam *loc. infra citand.* Itè Farinacius *q.8.n.46. ampliat.8 n.123* & Tuscus apud Vico *ad Pragmat. Sardinia tit. 2. fol. 206. §. 31.* Itè Gutierrez *de tutelis par.3. cap.1. num.9.* Io. de Hevia *in Curia Philippica par.1. §.5. num.25.* Salgado *de protect. regia, tom 2. p.4. cap.14. num.105.* Boerius *de præstan. Regis Cathol. c.2. num.340.* Mexia *in pragmatica taxæ panis, concl.5. nu.35.* & alij Iuristæ apud Carolum de Grass. *de effect. sib. cler. eff 1. num. 85.* & Bobadillam *in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. n.130.*

1 teneant, quod Iudex laicus possit clericum compellere ad restituendum depositum, quoties hic se obligauit in tribunali Iudicis sæcularis illud

2 restituere) contrarium tamen dicendum sit propter easdem rationes, quas dicebam, atque ita docent in terminis Bellettus *in disquis. Cleric. par.1. tit.3. num.37.* Bonacina *de legibus, disp.10. q.2. punct.1. §.1. num.26.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.20. num.53.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.2. can.*

3 *15. q.11. num.36.* Surdus *lib 2. cons.396. n.33.* Rota *decis.5. de iudic.* Riccius *resol.505.* Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ part.2 q.76. n.16.* & Martha *de iurisdict. par.4. cent.2. cas.104. n.9. & cas. 123. n.4 & part.1. c.50. n.34.* qui duo citati vltimo loco Doctores, quamuis admittant in praxi contrariam aduersariorum sententiam, quoad causæ cognitionem, non tamen admittunt illam quoad effectum executionis; quapropter docent, posse Iudicem laicum declarare, quod persona Ecclesiastica debeat depositum restituere; at simul docent, non posse illum executionem huius sententiæ (ad restituendum scilicet depositum) contra dictam personam exercere, sed hoc ad Iudicem Ecclesiasticum spectare, affirmant.

4 Hinc dicendum primò, quòd Iudex laicus, neque possit facere realem executionem sententiæ à se latæ contra clericum in casibus, quorum sibi à Iure cognitio permissa est; atque ita contra Salgadum docent Doctores supra cit. vnde rectè aduertit Bellettus cum aliis, quod si clericus in causa

5 reconuentionis condemnetur à Iudice sæculari, executio facienda sit, non per Iudicem sæcularem, sed per Ecclesiasticum; & quod dato, & non concesso, Iudex sæcularis possit ordinare depositum, & sequestrum esse à clerico per ipsum electo restituendum, executio similiter talis sententiæ per Iudicem Ecclesiasticum facienda sit.

6 Item dicendum secundò, quod res litigiosa in clericum, lite pendente, alienata, non possit ab eo per sæcularem Iudicem auocari, neque in eum directè fieri executio sententiæ latæ ab eodem Iudice sæculari: atque ita contra Vrsillum *in addit. ad dec.331.* docet præter alios Vincentius de Frãchis *decis. 549. num.11.* vide etiam Martham *vbi suprà*, & Genuensem *in praxi, cap.11.*

Item dicendum tertiò, quòd non rectè dixerint 7
Guillelmus de Bened *in cap. Raynutius, verbo uxorem decis.2. n.147.* Tientacinq. *qq. forens. lib.1. q.79.* Salgad. *n.96.* Carol de Grass. *de eff. cler. eff.1.* & Barbosa *in l. si quis posteaquam. ff. de iudic. n.165.* quod in vniuersum eodem modo, quo pertinet cognitio causæ ad sæcularem, pertineat ad eundem executio in temporalibus, & quod Iudex, qui est competens ad condemnandum, competens sit etiam ad exequendum.

Dices, depositũ restituere differentẽ, non tantũ ciuili actione teneri, sed etiam vt furem coërcendũ 8
esse ac infamiæ notam incurrere, *l. qui furtum. ff. de condit. furt. l. si sacculum. ff. depos. & l.3. Cod. eod. tit.* Couar. *cap.15. ad fin.* Capel. Tholos. *decis.168.* vbi Aufrer. Retractantem verò, & negantem turbare creditorem, & deponentem esse in sua ciuili possessione, & in naturali, si pecunia sit obsignata, vel species aliqua, quæ vsu non consumatur, nec subrogationem recipiat; per quod fit, vt hæc causa possessoria sit, illaque turbationis, si depositi dominus se pro spoliato non habet, si autem habet, recuperandæ, ita vt in vtroque casu, cùm depositum de mandato laici Iudicis factum proponatur, iudicialis turbatio, vel spolium sit; & sic non mi- 9
rum, si idem iudex turbatum fouet, vel restituit, sicut in clerico possidente ex præcepto Iudicis laici, vt coram eodem super possessionis reuocatione respondeat, receptum est: id enim in iudicij cœpti consequentiam venit, hic autem in iudicialis depositi sequelam, ob eam, quæ illo possessionem transfertur, siue possessio, siue detentatio sit, secundùm depositi qualitatem, si fortè sit obsignata, vel rei stabilis, & non consumptibilis, vt dictum est; quod sic probatur.

Depositarius, si reddere petitus differat, vel depositum neget, vim facit, ac non tantum spoliator, vel turbator, sed fur & latro est, vt dicebatur: quapropter contra illum remedia possessoria possunt intentari, sicuti contra quemlibet furem, si ciuiliter agere dominus velit, *§. sed & furti quidem in-* 10
stit. de action. vbi Doctores, & Afflict. *decis.24. n.3.* vbi quod Iudicis sæcularis munus est, ne violentæ spoliationes fiant, ex quo elicit, posse clericos ad fidem depositi præstandam cogere, vt refert Menoch. *remed.15. recuper. n.214. & seq.* deponens verò est possessor, & depositarius merus detentor, *l. licet, §. rei depositæ, ff. depositi,* vbi Castr. *num.2.* Corneus *cons.39. n.3. vol.1.* Beroius *cons.72. n.20. lib.3.* Rota *decis.371. n.4. tom.2. Posthum. Farinac.* ergo cum hanc detentionem beneficio, ac prouisione Iudicis laici obtinuerit, eiusdem officij esse videtur, traditę detentationis reuocatio. *l. vlt. §. penult. ff. de bonis auth. Iudic. possid.* Bald. *in l. omni innouatione col.2. C. de sacrosanct. Eccles.* Peregrin. *de fideicom. art.48. num.63.* Carleual. *de iud. tom.1. fol. 298. n.949. & seq.* Larea *decis. Granat. 39.* per id enim, sicuti per reconuentionem non ex vi prorogationis, sed in consequentiam ex re ipsa Iudex laicus cognoscit, vt ait Bald. *in l. acceptam post princip.* vbi Salicetus *Cod. de vsuris,* præsertim quia clericus turbator est actor, & sic coram rei Iudice trahendus.

Respondetur, ob has rationes probabilem esse 11
Aduersariorum sententiam, quoad causæ cognitionem, etsi non quoad effectum executionis, vt supra ad mentem Ceuallos, & Marthæ notabamus.

Cæterum quatenus spectat ad pœnam, quæ 12
propter depositi negationem incurritur, item quatenus spectat ad criminalẽ animaduersionem,

ad

ad Iudicem Eccleſiaſticum pertinere, conueniunt omnes, ita vt in omni caſu (vt bene Rebuff. adnotat *ad Conſt. Gal. de lit. obli. ar. 5. gl. 15. n. 3*) perſona clerici manucapienda non ſit; ſed vbi id agendum eſt, Iudex laicus adiri debeat propter perſonæ reuerentiam, recepta tamen diſtinctione de obligatis ante habitus ſuſceptionem, de qua Martha loco cit. & deciſio S. Congregationis negotiis iuriſdictionalibus præpoſita, in hunc modum determinans in vna Ciuitatis Caſtellanæ, die 18. Febr. 16; 1. apud Sel. *de ſelect. Canonic. cap. 18. nu. 17.* quem refert, & ſequitur Barboſa *ad Conc. Trid. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6. num. 27.* Hinc clericus in Minoribus, licet laicus efficiatur, à Iudice Eccleſiaſtico cogendus erit ob depoſitum mandato eius ipſi traditum, vt ex Martha ſupra colligitur.

DVBITATIO XXII.

An poſſit Poteſtas laica punire perſonam Eccleſiaſticam, ſi reuerentiæ ſigna ipſi non exhibuerit, vel coram ipſa quomodocumque aliter deliquerit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus in ſententia Pereiræ, & Bobadillæ, poteſt punire Perſonam Eccleſiaſticam pœna pecuniaria, ſi reuerentiæ ſigna ipſi non exhibuerit, vel ſi coram ipſo quomodocumque aliter deliquerit.*
2 *Contraria ſententia verior eſt, tenenda rationibus iam dictis.*
3 *Iudex laicus licitè poteſt capere Perſonam Eccleſiaſticam ad finem, vt ea ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum ducatur, ſi talis captura, hic, & nunc neceſſaria ſit ad propriam, vel aliorum defenſionem.*
4 *Iudici laico honorem exhibere tenentur, etiam Eccleſiaſtici.*
5 *Quod ſi non faciant, puniuntur*
6 *Etiam à Iudice laico, renuente, vel abſente Iudice Eccleſiaſtico.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (quamuis Pereira *tract. de manu regia par. 1. cap. 7 num. 42.* & Bobadilla *in Polit. to. 1. lib. 2. c. 18. n. 86* doceant, quod 1 Iudex laicus poſſit punire perſonam Eccleſiaſticam pœna pecuniaria, ſi reuerentiæ ſigna ipſi non exhibuerit, vel ſi coram ipſo quomodocumque aliter, verbi gratia ſpernendo, eius iudicium turbando vel ei reſiſtendo deliquerit) contrarium tamen dicendum ſit, quia Eccleſiaſtici (vt ſupra *cit. dubit. 1. & 2.* dicebatur, & infra *dubit. vlt.* dicetur) Principibus laicis ſecundùm vim, ſaltem coactiuam, ſeu punitiuam, nullo modo ſubduntur, neque quoad perſonas, neque etiã quoad bona, vt *cit. ſect. vlt.* dicetur, & *c. 5. pertot.* dicebatur: quapropter *in cap. vnico de cler. coniug. n. 5.* ſtatuitur, quod exempta perſona clerici nullo pacto in rebus ſuis moleſtari poſſit; & redditur ibidem ratio, ne ſcilicet concedatur per vnam viam, quod per aliam denegatur: atque ita etiam in terminis caſus poſiti docet Genuenſis *in praxi cap. 8. num. 5.* Diana *par. 1. tract. 2. reſol. 25.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 2. queſt. 26.* Megalius *in 3. par. lib 5. cap. 11. numer. 35.* Layman. *lib. 4. tractatu 9. cap. 4. numer 13. & cap. 5. numer. 1.* & Carolus de Grallis *de effect. cleric. eff 1. num. 1.*

Non nego tamen, quod licitè poſſit Iudex laicus 3 capere perſonam Eccleſiaſticam ad finem, vt ea ad Iudicem ſuum Eccleſiaſticum ducatur, ſi talis captura hic & nunc neceſſaria ſit ad propriam, vel aliorum defenſionem exercendam; quia tunc Iudex laicus id faceret, non per modum iuriſdictionis, ſed potius per modum iuſtæ defenſionis; quod licitè fieri poſſe, ſupra affirmabam.

Vide *Card. Alex. in cap. duo ſunt 96 diſt. & in cap. cerum, diſt. 19* & Gratian. *diſcept. 104. n. 11. & ſeq.* 4 vbi aiunt, quod vti ſacrilegi puniendi ſint, & quod ad honorem exhibendum Magiſtratui, exempti teneantur; & meritò, quia ſi in clericos aduerſus Prælatum proprium contumaces ſecularis Iudicis brachium rectè imploratur, vt obedire cogantur, *cauſ. 23. q. 3. & 4* non eſt cur etiam eoſdem in Magiſtratum irreuerentes, & iudicia turbantes Prælati punire non debeant: Quod ſi iſti facere renuant, vel non poſſint, quia, abſunt, tunc cùm res iam ad prima principia defenſionis propriæ iuriſdictionis redeat, poterit ex dictis Poteſtas laica ſibi, ac ſuæ ſuperioritati à Deo inſtitutæ conſulere, ne humanæ ſocietatis vinculum, ſuperioribus ſpretis, diſſoluatur: in tali enim caſu nec exemptio, nec Bulla Cœnæ locum habet; quia exemptio iuſta ſubiectionis, & reuerentiæ non ſuſtulit, S. Th. 1, 2. *quæſt. 69. ar. 4.* Dried *de libert. Chriſt. lib. 2. cap. 2. propoſ. 4.* Sot. *de inſt. & iur. lib. 4. q. 4.* Mol. *diſp. 31, cõcl. 6.* Henriq. *lib. 10. c. 15.* Bellarm. *de cler. cap 6.* Gerſon. *in Ludo ſtat. to. 4. conſ. 7. verſ. in abuſibus, quibus non medentur Prælati*; cuius dictum refert, & moderatur Saura de primis inſtantiis, fol. 42 quapropter quod in dicto caſu poſſit Princeps exemptos quoſlibet coërcere, ne politica gubernatio alteretur, docet ex S. Th. 2, 2. q. 101. ar. 1. Salzedus *de leg. Polit. lib. 1. cap. 10. num. 35.* & probatur; quia vnicuique Reipub. vt ſit ſibi ſufficiens à Deo poteſtas, & media ad ſui tutelam & conſeruationem data cenſentur, vt alibi diffusè dicebam.

DVBITATIO XXIII.

An poſſit Poteſtas laica cogere perſonam Eccleſiaſticam ad reparandam viam ante domum ſuam, & ad ſoluendam pœnam impoſitam contra effundentes amurcam per vias publicas ſi illam effuderit?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici in ſententia aliquorum cum ad id reuera teneãtur, poſſunt per Iudicem laicum non vocati ad reparandam viam ante Domus ſuas; nec non & compelli ad ſoluendam pœnam impoſitam iis, qui effuderint amurcam.*
2 *Contraria ſententia eſt verior propter rationes iam dictas.*
3 *Eccleſiaſtici tenentur contribuere ad ſternendam lapidibus viam, quæ eſt ante ianuas ipſorum, ſi omnes Vicini contribuant, ſed non poſſunt ad id compelli per Iudicem laicum, ſed per Eccleſiaſticum.*

4 *Idem dicas in ordine ad exigendam pœnam impositam effundentibus amurcam, vel similia vetita effundi per vias publicas.*

5 *Iudex Laicus non potest cogere Ecclesiasticum vt propriis expensis capiat, & occidat graculos,aut vermes,aut locustas,aut bruchos, qui nascuntur in ipsius vineis,aut messibus.*

6 *Limita in casu,quo Iudex Ecclesiasticus requisitus non vult procedere,vel abest,& periculum magnum est in mora;nam tunc non improbabiliter potest procedere contra bona tantum non tamen titulo Iurisdictionis.*

7 *Clerici tenentur contribuere quando æque primario contributio cedit in vtilitatem Clericorum; & & Laicorum sed contra ipsos à superiore Ecclesiastico executio est relaxanda.*

SVPPONO,probabilem sententiam,esse, quod si cæteri contribuant ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante ianuas ipsorum,teneantur etiam contribuere Ecclesiastici, qui habent domum,quia talis vtilitas Ecclesiasticis vnà cum laicis communis est, & docent Ancharan. *in cap. non minus,num.8.de immun. Eccl.& in cap.1.eod. tit. in 6.* Butrius *in cit.cap.non minus,*Andr. Card. Zabar. & & Abb. *ibid.* Speculator *de censib. §. tunc dicendum in princip. vers. item pone* , Purpur. *cons.* 50. vbi dicit esse communem Canonistarum, & Iuristarum, & ex Theologis Angel. *ver. Immunitas, numer.* 37. & complures , quos citabam *cap. 5. dub. 16.& 17.& cap.8.dub.14.sect.4.*quamuis alij, quos citat,& sequitur Martha *de iurisd.par.4.cons. 1. cas. 1.n. 1. & seq.* satis probabiliter prædictam sententiam admittant solum, vbi laicorum facultates ad id non sufficerent,moti ex *cit.cap. non minus , vers.* nisi Episcopus,& clericus,cùm textus exigens ad hoc,quod Ecclesiastici ad contributionem teneantur,facultates laicorum non sufficere, non loquatur(vt vult Ancharanus)in specie solum de oneribus illis,quæ attenta ipsorum natura,vel ad laicos solum spectabant,vel à quibus Ecclesiastici exempti iam fuerant, in quibus oneribus solum velit Pontifex , quod laici in summa necessitate constituti pro Ecclesiastici status charitate ex misericordia potiùs,quàm ex debito releuentur; sed loquatur contra Ancharanum in genere de omnibus oneribus communibus: tum moti ex Bulla Clementis VIII. qua Nuncio præcipit , quod in Arni fluminis marginibus reparandis clericos in subsidium discussis prius laicorum facultatibus, solum cogeret: quam Bullam refert Martha *dict. cas.1. n. 52.* vbi tamen discussionem ob notoriam laicorum inopiam, omissam fuisse subdit. At his non obstantibus , quod dixi, & dicebam *in cit. cap.5.dubit.16.& 17.& cit.cap.* 8. *dubit.* 14. *sect.* 4. adhuc probabile est:quapropter hoc supposito

Respondetur ex dictis etiam, quòd(licet Tiraquellus *de retract.lign.§.32.gloss.vnic. num.* 80. Petrus de Cenedo *in Collect.Iurit Can.part.* 1. *collect.* 37.*num.*4. Humada *in l.*54.*tit.6. part.1.gloss.2. num.* 18.Mexia *in pragm.taxæ. panis, concl.* 5. *num.* 70. & 3 Curtellius *de Eccles.libert.lib.1.q.76.*sentiant,quod Ecclesiastici, cùm ad id re vera teneantur, possint per Iudicem laicum compelli ad reparandam viâ ante domus suas;nec non & compelli ad soluendam pœnam impositam iis, qui effuderint amurcam,vel similia vetita effundi per vias publicas, si ipsi effuderint) contrarium tamen dicendum sit propter easdem rationes, quas supra dicebam; & docent Layman. *lib.4.tract.9.cap.6.num.7.* Vivaldus *in Candelabro super Bullam Cœnæ, cas.* 18.*n.*9. Araux. *in* 1.2.*S.Th.q.*97.*disp.*3.*sect.*5.*diffic.*4.*vers.* & Molina *de iust.tom.*3.*tract.*2.*disp.*271.*n.* 5. vbi propterea ait , *quòd , si vicini omnes contribuant ad sternendam lapidibus viam,qua est ante ianuas ipsorum,Ecclesiastici,qui habent domum, tenentur similiter contribuere* ; in quo casu *non possunt seculares per seipsos compellere Ecclesiasticos, vt contribuant ; sed id efficere debent per Episcopum , aut per alium legitimum Iudicem Ecclesiasticum.* Idemque dicas in ordine ad exigendam pœnam impositam effundentibus amurcam,vel similia vetita effundi per vias publicas, si dicti Ecclesiastici contrauenerint , & pœnam soluere recusent;quia cùm Ecclesiastici non subdantur Principibus laicis secundùm vim coactiuam (vti dicebatur)clarè sequitur, (vti fatetur Curtellius *n.*11.)quod neq; subdãtur pœnis per ipsos impositis,quæ per ipsos , vel per ipsorum Ministros Laicales ab Ecclesiasticis exigantur, vel per sententiam condemnationis imponantur. 4

Hinc contra Mexiam *loco suprà cit. num.* 44.se- 5
quitur,quòd si graculi,aut,vermes,aut locustæ,aut bruchi nascuntur in vineis , vel messibus alicuius Ecclesiastici,neque possit is cogi cum aliis(in quorum vineis , vel messibus reperiuntur huiusmodi animalia)vt propriis expensis ea capiat,& occidat; quia cùm Ecclesiastici (vti dicebam) Principibus laicis secundùm vim coactiuam nullo modo subdantur,fit,quod licet ad id Ecclesiastici teneãtur, compelli tamen debeant per Iudicem Ecclesiasticum , & non per secularem,atque ita præter alios docet Molina in *loco suprà citato.*

Excipe tamen casum,si scilicet Iudex Ecclesiasticus requisitus nollet procedere,vel non valeret propter absentiam.vel quid aliud:nam tunc Iudex laicus non improbabiliter licitè posset ad id Ecclesiasticos contra bona tamen solùm procedendo, compellere,veluti per modum cuiusdam iustæ defensionis; sicuti supra in similibus casibus dicebam.

Vide Ioan.Salas *de legib.disp.14.sect.* 9. *&* 11. *n.* 7
114. vbi propterea ait, quod quando contributio facienda est æque primario in vtilitatem clericorum,v.g pro reparatione aggerum , ne flumen vicinos agros clericorum,& laicorum inundet, tenentur quidem clerici contribuere , non tamen potest per se potestas laica illos recusantes compellere,sed per Ecclesiasticam;quod si id commodè fieri non posset(inquit ipse)putant quidã,non esse tunc omninò improbandam realem executionem per potestatem secularem ; quamuis contrariam opinionem,vt probabiliorem ipse cum Lessio de Iustitia,& Iure *lib.2.cap.* 33.*dub.2.numero* 24.sequatur. Vide etiam , quæ dicebantur *cap. 5.dubit.* 17.*&* 17.

DVBITATIO XXIV.

An possit Potestas laica citare , & cogere personam Ecclesiasticam ad testificandum in causa,in qua non agitur de pœna sanguinis alicui inferenda?

SVMMARIVM

1 *Potestas Laica non potest cogere Personam Ecclesiasticam*

ſticam ſimpliciter ad teſtificandum, etiamſi non agatur de pœna ſanguinis.

2 *Teſtimonium alicuius auctoritatiue requirere eſt actus Iuriſdictionis coactiua, & ideo ſpectat ad proprium ſuperiorem.*

3 *Perſona Eccleſiaſtica ſi res exigat, vt examinetur, debet coram ſuo ſuperiore Eccleſiaſtico deponere, & depoſitiones eius ad Iudicem ſecularem mitti.*

4 *Iuriſdictio Eccleſia, & ciuilis ſe inuicem adiuuare debent.*

5 *Superior Eccleſiaſticus, ſi res exigat vt eius ſubditus examinetur, poteſt dare ſubdito ſuo licentiam teſtificandi coram Iudice ſeculari.*

6 *Perſona Eccleſiaſtica in cauſis ciuilibus ex quadam conſuetudine vbique locorum obtenta poteſt examinari ſine licentia Epiſcopi, ſi vltro accedat.*

7 *Perſona Eccleſiaſtica, ſi falſum teſtimonium dixerit coram Iudice laico, puniri debet per Iudicem Eccleſiaſticum.*

1 1 RESPONDETVR ex dictis etiam cõtra nonnullos Iuriſtas negatiuè; quia teſtimonium alicuius auctoritatiuè requirere, ſeu imperare, eſt actus iuriſdictionis coactiuæ, atque adeò ad propriũ ſuperiorem ſpectãs; at Eccleſiaſtici omnino exempti ſunt à tali iuriſdictione Iudicum ſecularium (vti ſupra dicebam) ergo, &c. atque ita in terminis huius caſus docent communiter Doctores cum S. Thom. 2. 2. *qu.* 70. *ar.* 1.

Quod ſi res poſtulare videtur, vt Eccleſiaſticæ perſonæ teſtimonium in aliqua cauſa habeatur, duo 3 modi teneri poterunt. Primus eſt, vt Eccleſiaſticus coram ſuo ordinario examinatus deponat, ac depoſitiones eius (ſi opus eſſe videbitur) ad Iudicem ſecularem mittantur, ſicuti docent Maſcardus *vol.* 3. *de probat. concl.* 1358. *num.* 61. Farinacius *in praxi crimin. par.* 2. *vbi de teſtibus, q.* 61. *num.* 86. & meritò, 4 quia iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ciuilis, ſe inuicem adiuuare debent, Doctores communiter *in cap. nouit, de iudiciis*. Secundus eſt, vt ſuperior Eccleſia- 5 ſticus det ſubdito ſuo licentiam teſtificandi coram Iudice ſeculari, ſicuti docent idem Maſcardus loco cit. Farinacius *num.* 83. & Martha *de iuriſd. par.* 4. *caſ.* 128. *num.* 1.

6 Quoniam autem in aliquibus locis conſuetudine iam obtentum eſſe videtur, vt clerici ſeculares à Iudice, vel à partibus rogati, ad teſtificandum in cauſis, præſertim ciuilibus, vltrò, non requiſita prius Epiſcopi licentia, accedant; illud circa hanc conſuetudinem aduertendum eſt, quod ſi clericus 7 falſum teſtimonium in iudicio laicali dixiſſe putetur, cauſæ huius cognitio, ac criminis punitio Iudici Eccleſiaſtico, non autem ſeculari, competat; qua de re vide (ſi placet) Guttierez *lib.* 1. *pract. qq.* 9. 24. & quæ dicebam *ſuprà dubit.* 19.

DVBITATIO XXV.

An poſſit Poteſtas laica cogere clericum, qui laicum poſſeſſione ſpoliauit, ad illam laico ſpoliato reſtituendam?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica in ſententia Marantæ, & Bobadillæ poteſt cogere Clericum, qui laicum ſpoliauit poſſeſſione ad illam laico ſpoliato reſtituendam.*

2 *Contrarium eſt magis verum, & iuxta doctrinam Auctoris.*

3 *Clericus, ſi eiiciendus ſit à poſſeſſione, qua ſpoliauit laicum, eiici debet per Iudicem Eccleſiaſticum, & non ſecularem.*

4 *Si tamen id fiat per modum cognitionis iudicialis, ſecus ſi fiat per modum cognitionis extraiudicialis, & defenſionis naturalis; ſi ſcilicet ſuperior Eccleſiaſticus prouidere non poteſt, vel non vult.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (quamuis Maranta *in par.* 4. *diſt.* 11. *nu.* 63. & Bobadilla *in Polit. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 193. ſentiant, quod poſſit Iudex laicus cogere clericum, qui laicum ſpoliauit poſſeſſione, ad illam laico ſpoliato reſtituendam) contrarium tamen dicendum ſit; quia ſi 2 clericus, qui ſpoliauit, à poſſeſſione eſt eiiciendus, eiici debet tamquam reus, & per vim coactiuam; 3 ergo per Iudicem Eccleſiaſticum; qui eſt competens eius Iudex, non autem per Iudicem laicum; qui eſt incompetens, & impotens, vt per ſe patet ex dictis ſupra, & ex dicendis *cap. ſeqq dubit.* 4.

Quod tamen intellige, ſi fiat per modum co- 4 gnitionis iudicialis; at ſecus, ſi fiat per modum cognitionis extraiudicialis, & defenſionis naturalis, in caſu ſcilicet extraordinario neceſſitatis, cùm Superior Eccleſiaſticus abeſt, & periculum eſt in mora, vel requiſitus auxilium præſtare denegat, Afflictus *deciſ.* 24. *n.* 4. & 9. Vtſillus *ad eum num.* 10. & 11. Carolus de Graſſis *de effectib Cl. ric. caſ.* 1. *num.* 975. & Vaſq. *in Apolog. pro iuriſd. Eccleſ. contra proceſſum per viam violentiæ diſp.* 2. *n.* 3. ibi: *Poſſe quidem Regem auctoritate propria defendere Eccleſiaſticum, qui ab alio clerico iniuſtè ſpoliatus eſt, non tamen per modum cognitionis iudiciaria.* & *num.* 6. ſubdit: *Nec obſtant in contrarium allegata; quia illa procedunt, quando Rex per modum ordinariæ iuriſdictionis, & cum cauſæ cognitione id ageret; ſed quando Rex procedit ad præſtandam defenſionem notoriè ſpoliato, oppreſſo per alium clericum per factum notorium, & euidentiam rei, non cognoſcit tãquam Iudex ſed tamquam Rex extraindicialiter*, iuxta quæ dicebantur ſupra *ſect.* 4. & 6. *n.*... quod ſcilicet Rex in dicto caſu extraordinario neceſſitatis (cùm deficit ſuperior Eccleſiaſticus, qui auxilium præſter) poſſit per modum cognitionis extraiudicialis, & defenſionis naturalis contra clericum, ſi ipſe ſpoliet inanimatam Eccleſiam procedere ex textu *in c. filii, vel nepotibus*, 16. *q.* 6.

DVBITATIO XXVI.

An poſſit Poteſtas laica, ſcilicet Rex, vt Trid. Concilii executor, cogere Eccleſiaſticos, & Epiſcopos, vt illud obſeruent, & Eccleſias ſuas reparent?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Reget vt tenent nonnulli ſcribentes, poſſunt, vt Executores*

cutores Concilij Tridentini cogere Clericos, & Episcopos, vt illud obseruent, & suas Ecclesias reparent.

2 *Contraria sententia est verior, & tenenda cum Reges sint Executores Concilij tantum quoad Laicos subditos, non autem quoad Ecclesiasticos.*

3 *Reges possunt compellere Laicos suos subditos ad obseruantiam S. c. Concilij Tridentini.*

4 *Item possunt mouere Episcopos, Archiepiscopos, & Nuncios, & demum summum Pontificem de inobseruantia Ecclesiasticorum erga Sac. Concilium Trid.*

5 *Praxis recurrendi ad Regium Tribunal quoties aliquod Sac. Concilij Tridentini Decretum per Episcopos non obseruatur, est respuenda.*

6 *Reges, & multo minus inferiores Laici Magistratus non possunt compellere Ecclesiasticos ad reparationem Ecclesiarum licet ipsi teneantur ad dictam reparationem.*

7 *Reges sunt Executores, & Protectores Concilij Tridentini; non tamen possunt exercere iurisdictionem in exemptos Ecclesiasticos, sed in Laicos subditos.*

8 *Laici habent iurisdictionem inferiorem ad Prælatos Ecclesiasticos; quapropter illis manet potius necessitas obsequendi Prælatis Ecclesiasticis, quam auctoritas imperandi.*

9 *Textus in c. filiis 16. q. 7. fuit correctus per Canones subsequentes, sed dic quod in casu illo speciali posset Rex implorari non vt Iudex, sed vt Protector.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (licet Bobadilla vbi suprà *num.* 194. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ part. 1. gloss. 6. num. 61. & part. 2. q. 3. num. 9. & q. 99. num.* 16. quibus fauere videtur Rodriguez *in summa tom. 1. cap. 66. num.* 40. Saura *de primis instantiis*, Salgad. *in tractatu de supplicatione ad Sanctissimum*, Salzed. *de lege Polit. lib. 2. cap. 7. num. 6. & seqq.* & Curtellius *de Eccles. libert. lib. 2. q. 16.* tradant, quod possint Reges, vt executores Concilij Tridentini cogere clericos, &
2 Episcopos, vt illud obseruent, & suas Ecclesias reparent) contrarium tamen tenendum sit; quia si Reges sunt executores Concilij, id intelligi debet, quoad laicos subditos, non autem quoad Ecclesiasticos, in quos nullam habent iurisdictionem, præsertim coactiuam, vt patet ex dictis.

3 Dicendum ergo, quod si quando Concilium in eorum Regnis non obseruatur à laicis, Reges cõpellere possunt illos, vt illud obseruent; si autem
4 non obseruatur ab Ecclesiasticis, monere tantùm debent de hac re Episcopos, Archiepiscopos, Nuncios, ac tandem (si necesse sit) Summum Pontificem: ad hos enim spectat cogere Ecclesiasticos, vt Concilium obseruent, & non ad Reges, de quorũ iurisdictione Ecclesiastici exempti sunt, vt patet etiam ex dictis: atque ita in terminis huius casus docent ex communi Lotherius *de Benefic. tom. 1. lib. 2. q. 11. num. 81.* & Pereira *in tract. de manu regia par. 1. c. 18. num.* 11. vbi propterea rectè ait, quòd respuenda sit illa praxis, quæ maximè inualuit pluribus sententiis Senatus corroborata, quod scilicet ad Regium tribunal supplicari liceat, quoties
5 aliquod Concilij Tridentini decretum ab Episcopo non obseruatur, quasi Reges sint Concilij protectores: hoc enim repugnat ipsi Concilio *sess. 25. de reformat. cap. 5.* nec saluari potest, quod fiat per modum defensionis naturalis; quia in his casibus violentia non inest, cui occurri per potestatem secularem debeat.

Dicendum similiter est, quod non possint Re- 6
ges, & multò minus inferiores laici magistratus, compellere Ecclesiasticos ad reparationem Ecclesiarum, vt patet etiam ex dictis; atque ita in specie contra Ceuall. Bobadillam *in locis suprà cit.* Pereiram *c. 18. num. 5.* & Degrassalium *lib. 2. Regal. Franciæ, iure 6.* docent Martha *de iurisd. par. 2. cap. 48. n. 15. & seqq.* Lotherius *vbi suprà*, & alij.

Non obstat, quod Ecclesiastici teneantur ad reparationem Ecclesiarum: nam hinc non sequitur, quod magistratus laici possint illos ad id compellere, cùm id spectet ad Ecclesiasticos; vnde si id facerent laici, alienam iurisdictionem vsurparent.

Non obstat secundò, quod Reges sint executo- 7
res, & protectores Concilij Tridentini: nam hinc non sequitur, vt patet etiam ex dictis, quod possint exercere iurisdictionem in Ecclesiasticos exemptos, sed solùm quod possint in laicos; in ordine ad Ecclesiasticos autem, monere solùm eorum Prælatos superiores.

Non obstat tertiò, quod magistratus laici pos- 8
sint punire Ecclesiasticos in defectu iustitiæ Ecclesiasticæ: nam id improbatum est suprà *dub. 5. & 19.* siquidem laici habent iurisdictionem inferiorem ad Prælatos Ecclesiasticos; quapropter illis manet potius necessitas obsequendi Prælatis Ecclesiasticis, quàm auctoritas imperandi. Vide *cap. qualiter, & quando de iudiciis*, vbi prohibetur expressè ob defectum iustitiæ Ecclesiasticos trahi ad Tribunalia secularia. Vide etiam Martham *part. 4. centur. 2 cas. 146.* Suar. *contra Regem Angliæ lib. 4. cap. 14.* Gratianum *in disceptat. forens. tom. 2. cap. 238. num. 72. & seq.* Bonac. in Bull. *Cœnæ d. sp. 1. q. 15. punct. 4. §. 4. num. 10.* & Guazinum *tom. 1. defens. 1. cap. 28. num. 9.*

Non obstat quartò, *cap. filii 16. q. 7.* vbi dicitur, 9
quod si Prælatus sit negligens, implorari possit Rex: nam (vt *dub. 6.* dicebatur) c. hic *fuit* correctus fuit per *caput qualiter, & quando*, vel respondetur, quod in casu illo speciali implorari quidem possit Rex, non tamen vt Iudex, sed vt protector, & defensor, quod scilicet roget, & moneat Prælatum: & interim (dum Pontifex consuli posset Ecclesiæ bona tueatur. Vide *eis. dubit. 6. sect. 1. num. 30.*

SECTIO II.

An Episcopi possint excommunicare Reges si hi ipsorum iurisdictionem perturbent?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi possunt excommunicare Reges; sed propter reuerentiam Regibus debitam id efficere non debent nisi in casu, quod scelleris qualitas id expostulet.*

2 *Episcopi non possunt Reges excommunicare; nam ij habent priuilegium à summo Pontifice ne ab Episcopis excommunicari possint.*

3 *Priuilegium concessum Regibus, ne possint ab Episcopis excommunicari, extendi non debet ad Regios officiales, & Consiliarios quia est personale.*

4 *Domini Inquisitores possunt Regios Officiales, & Consiliarios excommunicare, si ipsorum*

Digitized by Google

rum perturbent iurisdictionem.

5 *Pragmatica quadam, vulgo dicta la Cathalana, in qua cauetur ne inconsulto Rege, vel Prorege Episcopi procedant ad Excommunicationem contra officiales Regios, est contra Immunitatem Ecclesiasticam.*

2 AFfirmant Alter. *de cens. to. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5.* Fagund. *præcep. 1. lib. 1. cap. 3. nu. 21.* & alij apud ipsos; quamuis subdant, quod propter reuerentiam quandam dictis Regibus debitam id ab Episcopis effici non debeat, nisi in casu, quod sic scelestis qualitas postularet. At negat Auila *de cens. par. 2. c. 4.*
2 *disp. vnic. dub. 4.* Layman *lib. 4. tract. 6. c. 10. num. 4.* Bonacina *de censur. disp. 1. punct. 4. n. 15* & Barbosa *in collect. tom. 4. par. 1. Decreti, dist. 96. cap. duo sunt*, ex eo, quia priuilegium à Summo Pontifice habeant, ne ab Episcopis excommunicari possint ob dictam reuerentiam quandam ipsis Regibus debitam quorum opinio non est improbabilis.

Illud tamen mihi non probatur, quod docet Degrassalius *lib. 2. Regal. Franciæ, iure 9.* Io Ferrant. *de*
3 *iuribus Regni Franciæ, priuileg. 6.* & Paponius *de iur. Franciæ lib. 1. tit. 4. Arrest. 9.* nempè, quòd tale priuilegium extendatur etiam ad Regios officiarios, & Cõsiliarios. Ratio autem, cur mihi id non probetur illa est; quia dictum priuilegium est personale propter Regum scilicet, & Imperatorum singularem reverentiam: atque ita in terminis docet etiam ex Iu-
4 ristis Io. Dionysius Protocarrero *in allegat. pro iurisdict. Inquisitorum. num. 52.* vbi alios citat; quinimmò, quod etiam Domini Inquisitores possint Regios officiarios, & Consiliarios excommunicare, si ipsorum perturbent iurisdictionem, docet idem Protocarrero *num. 46.* & 47. & patet ex concordatis cum Inquisitione Regni Siciliæ apud Paramum *de origin Inquis. lib. 2. tit. 2. cap 11. nu. 24.* Vide etiam Narbonam *in 3. par. recopil. lib. 4. tit. 1. leg. 20 gloss. 22.*

Neque obstat pragmatica quædam, vulgò dicta *la Cathalana*, in qua habetur, quod Episcopi non
5 procedant ad censuras contra officiales Regios, inconsulto Rege, vel Prorege; nam illa est contra immunitatem Ecclesiasticam, & sic non tenet, vt rectè aduertit Antonius de Pallis in exposit. dictæ Pragmaticæ; & patet ex ratione supra tacta.

DVBITATIO XVII.

An possit Potestas laica, scilicet Rex, Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad residentiam obstrictos retinere pro gubernatione Regni, vel pro alio seruitio publico?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Reges, in opinione Bobadilla, possunt Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad residentiam obstrictos retinere pro gubernatione Regni, pro Concilio, officio vel pro aliquo alio seruitio publico.*

2 *Ecclesiastici predicti in tali casu in sententia eiusdem excusantur à residentia, & fructus beneficiorum possunt percipere.*

3 *Sententia apposita est verior, & tenenda.*

4 *Reges possunt pro gubernatione Regni retinere Prælatos Ecclesiasticos obstrictos ad residentiam ex vi priuilegij à summo Pontifice obtenti.*

5 *Priuilegium predictum dato quod non sit reuocatum, quomodo intelligi debeat.*

6 *Summus Pontifex potest dare licentiam, vt Episcopi propter bonum commune Regni non resideant; si officium illud per alios æque commodè exerceri non possit.*

7 *Summus Pontifex dispensare non potest, nisi adsit bonum commune, vel publica necessitas.*

8 *Residentia est de iure diuino.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod 1
(quamuis idem Bobadilla defendat *vbi supra, numer. 99* quod Reges possint Episcopos, vel alios Ecclesiasticos ad residentiam obstrictos retinere pro gubernatione Regni, pro consilio, officio, vel pro 2
aliquo seruitio publico; & quod prædicti Ecclesiastici in tali casu excusentur à residentia, & fructus beneficiorum possint percipere) contrarium tamen 3
dicendum sit, quia ex dictis non habent Reges in Ecclesiasticos aliquam iurisdictionem, præsertim coactiuam.

Sed difficultas est, an possint id Reges efficere ex 4
vi priuilegij alicuius à summo Pontifice obtenti; Affirmant Boërius *decis. 17.* Rebuffus *in concordatis tit. de collat. §. 1. ver. residentia*, Petr. Gregorius *de benef. cap. 7. num. 9.* Io Selua *de benef. part. 9. 6.* Ceuallos *in commun. q. 585. n. 7.* Negant autem Garsia *in tract. de benef. to. 1. par. 3. cap. 2. num. 390.* & alij, qui tenent, numquam extitisse huiusmodi priuilegium, & si forsan aliquando extitit, nunc reuocatum esse per Tridentinum, per Bullam Pij V. & Bullam Cœnæ.

At quidquid sit de hac re (de qua vide *dubit 6. sect. 5a*
6. & cap. 1. dubit. 15. sect. 5. & cap. 5. dubit. 14. & seqq. & Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium sedis Apostolicæ &c à quibuscumque præiudialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex*) illud interim dicendum est cum Sancio *in select. disp. 47. num. 26.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 53. num. 17.* & Sanctarello *var. resolut. par. 1. q. 3. num. 7.* quod dato, quod tale priuilegium cõcessum fuerit, & numquam sit reuocatum, intelligendum sit, locum habere tantum, quando absque alicuius Episcopi, vel 6
alterius Ecclesiastici præsentia Regnum, vel officium illud commodè gubernari non possit: tunc enim Pontifex licentiam dare potest, vt propter bonum commune Regni non resideant, qui alias residere tenerentur; quod si Regnum, officium, vel seruitium illud æquè commodè per alios administrari potest, non possunt neque Reges, neque Episcopi à Pontifice priuilegium vllum habere; quia in 7
tali casu Pontifex dispensare non potest, cùm non adsit bonum commune, vel publica necessitas, & 8
ex alio capite residentia sit de iure diuino, sicuti docent Val. *to. 1. disp. 10. q. 39. punct. 5.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 6 num. 5.* Azor. *to. 2. lib. 7. cap. 4 q. 1. n. 1.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 153.* Comitol. *in respons. mor. lib. 1. q. 59.* Tannerus 2. 2. *disp. 4. q. 6. dub. 7. num 181.* & alij passim.

SECTIO

SECTIO II.

An Episcopi, alijque Ecclesiastici Regis feudatarij vocati à Rege, debeant potius obedire Regi directo domino feudi, quam Papæ?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, alijque Ecclesiastici Regis feudatarij, vocati à Rege debent potius obedire Papæ, quam Regi, quin ipsi Metropolitano.*
2 *Maius est vinculum spirituale, quàm temporale.*

RESpondeo, quod obedire debeant potius Papæ, quin & potius Metropolitano, quàm Regi; 1
quia maius est vinculum spirituale, quam temporale, *cap. solita de maior. & obedient.* atque ita docet 2
Martha *de iurisd. par. 4. cent. 1. cas. 18. num. 22. contra Olibanum de iure Fisci cap. 10. numer. 6.* & Carolum Degrassalium Regal. Franc. *lib. 2. iur. 13.*

SECTIO III.

An vocati ad bellum à Rege, debeant cum illo ad bellum ire?

SVMMARIVM,

1 *Episcopi, alijque Ecclesiastici Regis feudatarij vocati ad bellum à Rege, non debent cum illo ad bellum ire, tenentur tamen ei opem præstare iuxta conditionem feudorum.*

RESpondeo negatiuè, quia dedecet, tenentur tamen ei opem præstare, & auxilium ferre, iux- 1
ta conditionem feudorum; atque ita contra Petrum Antibolum *de munerib. par. 3. num. 97. io. 12. fol. 28. col. 1.* Lancellot. *in templ. Iudic. lib. 1. cap. 2. de Rege, §. 3. num. 9.* Olibanum *cap. 8. num. 2.* & Degrassalium *iur. 14.* docent Martha *in loco supra cit. num. 26. & cas. 17. num. 18.* Intrigliolus *de feudis q. 30. num. 24.* & Petrus de Gregorio *tract. de concess. feudi par. 8. q. 2.*

DVBITATIO XXVIII.

An possit Potestas laica, scilicet Rex, prohibere, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis vltra tempus à iure Canonico statutum, & nè quid aliud simile faciant, vel omittant.

SVMMARIVM.

1 *Rex non potest prohibere, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis vltra tempus à iure canonico statutum contra doctr. nam Ortiz.*
2 *Rex cum non possit exercere iurisdictionem præsertim coactiuam in Ecclesiasticos, potest tamen Papam monere, vt ipse curet disciplinam Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis obseruari.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (licet Ortiz *in Summa cap. 6. num. 3.* doceat, quod possint Reges prohibere, vel curare, ne Episcopi absint à suis Ecclesiis vltra tempus à iure canonico statutum; item ne Ecclesiarum bona dissipent nec decimas fructuum, præterquam consueras, exigant) contrarium tamen tenendum sit; quia hæc, & similia Regum non sunt: cùm laici in Ecclesiasticos potestatem, & iurisdictionem, præsertim coactiuam, non habeant; & possint ex alio capite Papam monere, & ipse curet disciplinam Ecclesiasticam ab Ecclesiasticis obseruari, vt patet ex dictis in dubitationibus præcedentibus, & in terminis casus positi docent Azorius *par. 2. lib. 11. cap. 7.* & Filliucius *tom. 2. tractatu 28 par. 2. cap. 9. numero 136.* 1 2

DVBITATIO XXIX.

An possit Potestas laica cognoscere Ecclesiasticos exemptos pro delictis, si in Regno non habeant superiorem, à quo puniantur?

SVMMARIVM.

1 *Omnes Ecclesiastici ab Ordinariis locorum exempti, quamuis sint immediatè subiecti Papæ possunt in sententia nonnullorum, si delinquant conueniri coram Iudicibus laicis, si in Regno non habent superiorem, à quo puniantur.*
2 *Contraria sententia verior est, & tenenda.*
3 *Omnes Ecclesiastici à laica Iurisdictione sunt exempti, & multo magis, qui ex speciali priuilegio soli Papæ subduntur.*
4 *Quod in fauorem alicuius concessum est, non debet in ipsius odium retorqueri.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quod (licet nonnulli Iuristæ, quos citat, & sequitur Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 22. num. 18.* Cened. *in Decret. collect. 37. num. 3.* & Bobadilla *in polit. to. 1. lib. 2. cap. 8. num. 127.* & alij teneant, quòd omnes Ecclesiastici ab Ordinariis locorum exempti, quamuis sint immediatè subiecti Papæ, possint, si delinquant, conueniri coram Iudicibus laicis, si in Regno non habent superiorem, à quo puniantur) contrarium tamen dicendum sit; quia cùm generaliter omnes Ecclesiastici à laica iurisdictione sint exẽptio, multò magis talis exẽptio cõpetet Ecclesiasticis illis qui, ex speciali priuilegio habent, vt soli Papæ subdantur: nã per hanc exemptionẽ generali priuilegio Ecclesiasticorum nõ derogatur, sed potius additur, vt qui est hoc priuilegio munitus, soli Papæ subdatur: alioquin specialis fauor in odium illius retorqueretur, *contra leg. quod fauore, cap. de legib.* atq; ita ex communi docet Megalius *in 4. par. lib. 3. c. 11. numer. 37.* & ex Iuristis Borellus *in addit. ad Spec. Belluge rubr. 11. §. videndum, in littera G.* vbi sententiam oppositam dicit iniquam, & propterea in praxi non seruandam. 1 2 3 4

DVBITATIO XXX.

An poſſit Poteſtas laica, ſcilicet Rex, expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu, ſi ſimoniacè illud obtinuerit?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica non poteſt expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu ob ingreſſum ſimoniacum.*

2 *Labis ſimoniæ cognitio eſt ſpiritualis, & ſpectat ad Papam, non autem ad Reges.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam, quòd (quamuis Bobadilla *vbi ſupra numero* 65. doceat, quod poſſint Reges expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu, ſi ſimoniacè illum obtinuerit) contrarium tamen tenendum ſit; præſertim, quia tam reſpectu cauſæ, quæ eſt ſpiritualis, quàm reſpectu perſonæ, quæ eſt Eccleſiaſtica, illius cognitio ſpectat ad Papam; atque ita in terminis noſtri caſus præter alios docet Megalius *in 3. par. lib. 3. c. 11. n. 18.*

DVBITATIO XXXI.

An poſſit Poteſtas laica occultè proceſſare perſonam Eccleſiaſticam?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica non poteſt occultè proceſſare perſonam Eccleſiaſticam, etiam ſi habeat animum præſentandi proceſſum Summo Pontifici, vel Iudici Eccleſiaſtico abſque incurſione in Bullam Cœnæ.*

2 *Intentio præſentandi proceſſum Iudici Eccleſiaſtico, non confert iuriſdictionem ad capiendam informationem contra perſonas Eccleſiaſticas.*

3 *Informationem capere abſque citatione, non dicitur proceſſare.*

4 *Informationem capere abſque citatione, licet propriè non ſit proceſſare, eſt tamen aliquo modo in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum ſe intromittere, quod eſt contra libertatem Eccleſiaſticam.*

5 *Iudex laicus procedens vna cum Iudice Eccleſiaſtico eatenus poteſt recipere dicta Eccleſiaſticorum quatenus id neceſſarium eſt ad procedendum contra laicos, aliàs à cenſura bullari non excuſaretur.*

6 *Limita, ſi non adeſſet aditus ad Prælatum, qui iuridicè informare poſſet de facto criminali Eccleſiaſtici.*

7 *Quilibet priuatus apud publicum ſcribam, vel Notarium pro ſuo iure ſeruando poteſt teſtes priuatos ſine alio Iudicis mandato producere.*

8 *Quæ probationes nihil fidei iudicialiter faciunt, ſed ſolum inſtruunt animum Iudicis, vt ad vlteriorem probationem procedat.*

9 *In caſu neceſſitatis citatio, ſeu potius vocatio partium ad inſtruendum Iudicem in determinatione facti violentia non damnatur.*

10 *Ob ſpecialis Iudicis abſentiam interdum ponitur in praxi, quod verberenus contra Prælatos quia Eccleſiaſticus de Principis mandato ſe informet; qui, ne memoria verba teſtium exeidant, ad ſui inſtructionem ſummatim dicta in ſcripris, & informiter referat.*

11 *Extra hos caſus non poſſunt hæc fieri ſine læſione libertatis Eccleſiaſtica.*

12 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & laicalis debent mutuo ſe adiuuare, non autem deſtruere, vel impedire.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, quòd non poſſit abſque eo, quod incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, etiamſi haberet animum præſentandi proceſſum Summo Pontifici, vel Iudici Eccleſiaſtico. Ratio, quia intentio præſentandi proceſſum Iudici Eccleſiaſtico; non confert iuriſdictionem ad capiendam informationem contra perſonas Eccleſiaſticas; atque ita contra Graffium *in deciſ. par. 1. lib. 4. cap. 18. numero* 135. & Duardum *in Bull. Cœnæ can. 15. num. 2.* docent Filliucius *tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 312.* Sousa *in Bull. Cœna cap. 20. diſputat. 95. concluſ. 2. numero* 3. Riccius *in praxi tomo 4. reſolut. 460. n. 5.* Bonacina *in Bull. Cœnæ tom. 3. diſp. 1. q. 10. punct. 1. n. 7.* & alij. 1 2

Non obſtat, quod informationem capere abſque citatione, non dicitur proceſſare; Iudex autem laicus, qui occultè Eccleſiaſticos proceſſat, illos non citat; ergo, &c. Reſpondetur enim, quod quāuis informationem capere abſque citatione, propriè, & in rigore loquendo, non ſit proceſſare, eſt tamen aliquo modo in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum ſe intromittere, quod adhuc eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, & ex *citat. Can. Bulla Cœnæ* ſufficit ad dictam excommunicationem contrahendam. Vbi aduerte, quod ſi quando in aliquo facto criminali Eccleſiaſticus, & ſecularis Iudex conuenerunt, eatenus poteſt iſte circa Eccleſiaſticos teſtium dicta recipere, quatenus id ad procedendum contra laicos neceſſarium ſolum fuerit, aliàs à cenſura Bullari non excuſaretur, præſertim ſi informationem, non verbaliter, vt Prælato denuncier, ſed iudicialiter accipiat. 3 4 5

Excipe tamen caſum, ſi non adeſſet aditus ad Prælatum, qui iuridicè ſe informare vellet, vel poſſet de facto criminali Eccleſiaſtici: nam tunc licitè poſſet Iudex laicus occultè Eccleſiaſticum proceſſare, dummodo haberet animum præſentandi proceſſum Papæ, vel alteri Iudici Eccleſiaſtico; ſicuti licitè poſſunt Iudices laici coërcere Eccleſiaſticos in caſu, qui ſe habeat per modum iuſtæ defenſionis; cùm hæc de iure naturæ cuilibet competat; v. g. in caſu, quo Papa monitus nollet prouidere; vel illum moneri, tempus non permitteret, & periculum eſſet in mora, vt ſupra toties dicebatur, præcipuè *Dub. 4.* 6

Et quod dixi, eò magis verum eſt; quia nullibi in toto Canonū iure talis informatio ad ſuperiorē 7

Digitized by Google

Ecclesiasticum dirigenda vetita videtur, cum tamen iudicialis cognitio laicæ potestati per iura prohibeatur;& talis actus ex alio capite iurisdictionalis nó sit:nam quilibet priuatus apud publicũ scribam,vel Notariũ pro suo iure seruando testes priuatos sine alio iudicis mandato potest producere, quæ probationes nihil fidei iudicialiter faciũt,sed solũ instruunt animum Iudicis, vt ad vlteriorem probationem procedat,*cap. inter. ver. nec attestationes de fid.*& docet Bald. *in l. 2. num.27.Cod.de edend.*& Scaccia *de iud.lib. 2.cap.11.n.310.*& *seqq.*videri etiam potest Bart. *in l. si quis ,Cod.de naufrag.lib.*11.ibid. Lucas de Pena *col 1.cap.Tolos.decis.* 427. Maranta *in specul.fol.*177.*num.*29.& Mastrill.*decis.*197.*num.*18. *& seqq.*

Confirmatur, quia in simili casu necessitatis ex traditis supra *dubitat. 6.* citato, seu potius vocatio partium ad instruendum Iudicem in determinatione facti violentiæ non damnatur, quasi contineat iudiciale aliquid, per quod Ecclesiastica iurisdictio lædatur, sed admittitur; vt ibi ergo,&c. 9

Atque ita docent Doctores supra *num.* 2.citati. inter quos præcipuè Sousa *cit.disp.*95.vbi expressè excipit casum necessitatis absentiæ Prælati,Metropolitę,vel Pontificis,vel dissimulationis;ac quotiescumque periculum in mora versetur,& paulò post subdit,extraiudicialem notitiam traditam,& verbalem informationem per Canonem illum Bullæ non prohiberi:ibi: *Sed informationem talem verbaliter,vt prælato denunciet,non verò iudicialiter accipere,existimo non prohiberi hoc loco.* Idque est,quod contra Prælatos 10 maximè eos,quorum causæ criminales per Tridentinum Concilium Pontifici sunt reseruatæ,aliquãdo ponitur in praxi,quod nempe ob specialis Iudicis absentiam verbotenus aliquis Ecclesiasticus de Principis mandato se informet, qui,ne memoria verba testium excidant,ad sui instructionem summatim dicta in scriptis,& informiter referat,vt nec iuramentum,nec formalitas vlla examinis seruetur, quod non omnino improbandum videtur,siue forma,siue finis superiorem Ecclesiasticum instruendi attendatur.

11 Cæterũ præter hos casus certum est,quod nulla potestas laica manum ad hæc mittere possit;& sic quod in casu,quo Prælatus adsit,qui puniat,& probationes perituræ non timeantur, ad *c.cum dilecta, & confirm. vtil.*pessimè agat,si in huiusmodi informationibus recipiendis contra non subditũ procedat:esset enim alienam iurisdictionem turbare;cùm per multiplicitatem probationum in criminalibus confusio,& impedimentum potius,quàm auxilium præstetur; ne dicam, quod esset frustratoria Iudicis laici diligentia,quæ debet ad adiuuandam alteram iurisdictionem,non vsurpandam tendere;cùm hæ iurisdictiones mutuò se adiuuare, non autem destruere,vel impedire se debeant,Doctores ,quos 12 citat,& sequitur Curtellius *in Cod.Contruer.* 3.*nu.* 14.*&* 15.*fol.*427.*& de immunit.Eccles.lib.*2.*q.*4.*num.* 39.*& seqq.*

DVBITATIO XXXII.

An possit Potestas laica facere literas hortatorias ad Episcopos,vt ab aliqua praua determinatione desistant?

SVMMARIVM.

1 *Potest Princeps facere literas hortatorias ad Ecclesiasticos, dummodo in illis præter verba hortatoria verbis precatoriis non vtatur.*

2 *Potest etiam illas facere verbis precatoriis vtendo, si Superior Ecclesiasticus non prouideat, vt quia non vult, vel quia non potest.*

3 *Potest etiam inobedientes è Regno expellere.*

4 *Potest etiam bellum mouere.*

5 *Potest à Iudice Ecclesiastico, rogatus, vt ipsius iurisdictionem, tueatur, censuris compelli.*

6 *Cetest etiam, cùm prælatum rogat, vt iniuriam in seipsum, vel in suos ciues etiam Ecclesiasticos illatam auertat, si renuat facere, spretas preces suas vindicare.*

7 *Princeps est suorum ciuium custos, & pater.*

8 *Quælibet Respubl. debet esse sufficiens, vt à quocumque turbante defendere se possit.*

REspondetur,quod(etsi non sit contra libertatem Ecclesiasticam facere,sicut consueuit fieri in Regno Neapolis,literas hortatorias ad Episcopos,ad finem vt hi ab aliqua praua determinatione desistant; quia literæ hortatoriæ sunt literæ amicabiles, in quibus Episcopus aliquid contra laicum iniustè,vel impertinenter agens, monetur vt ab eo faciendo desistere velit: tum quia verba hortatoria solùm consilium important, & necessitatem non inducunt)nihilominus, si in dictis literis Princeps, vel eius ministet præter verba hortatoria verbis precatoriis vtatur, videtur facere contra libertatem Ecclesiasticam, quia preces Principum mandato æquiparantur, & vim inferre videntur. Vide Coriolanum *in Bullam Cœnæ excommunic.* 16. Dianam *par. 1,tractatu 2.resol.* 54. & Megalium *in 3. par. libr. 3.cap.19. num.6.* 1

Non tamen inficior, quod si potestas laica faciat literas hortatorias ad Episcopum, vel ad quemcumque alium Ecclesiasticum, & iste non exaudiat, & ex alio capite ad istius superiorem aditus non pateat, vel quia non vult, vel quia longè distat, & interim periculum sit in mora, possit illa literas, etiam precatorias facere, quin & post illas,si is non exaudire perseueret, à Regno expellere per modum iustæ defensionis naturalis, vt supra multoties dicebam, ne pax publica turbetur. 2

Confirmatur, quia quilibet Princeps, si vim, vel iniuriam, aut ipse, aut ipsius subditus patiatur, potest post monitorias, vel precatorias literas bellum mouere, vel pignoratione, seu represaliis vti, vt alter alterius territorij Princeps ab iniuria cesset, vel aliquod iure fieri debitum faciat; quod sine superioritate in vim mutuj, & naturalis officij procedit,vt sic Cõmunitas seu Respublica conseruari valeat, S. Th. 2.2.*quæst.*40. *ar.*1.Nauar. *cap.* 27.*num.* 36.Molina *disputat.*120.& 121. Valent. *disputat.* 3. *quæstio.* 16. *numer.* 3.Imol. & Pan. *in cap. plerique, de immunit. Eccles.* Sot. *de iust. & iur. libro* 3. *quæstio.* 4. *ar.* 5. Anchar. & Domin. *in cap.* 1. *de iniuria.* Couar. *in cap. peccatum par.* 2. §. 9. Victor. *de iure belli numer.* 41. & Moder. *de iure belli libro* 3. *cap.* 2. 5

Confirmatur

Confirmatur ſecundò, quia Princeps laicus à
5 Prælato monitus, vel rogatus, vt ipſum iuuet, ipſiuſve iuriſdictionem tueatur, poteſt, ſi id non faciat, poſt monitorias, vel rogatorias literas cenſuris compellijex *cap. ad abolendum, §. penult. cap. excommunicamus §. minantur, de hæred.* & docent ex communi Penna *in director. Inquiſit. 3. par. quæſtio. 57.* immò & poteſt armis peti, vt iuſtas preces adimpleat, *ex cap. omne timore, cap. hortatu, 23. quæſt. 8. vltim. cap. 3. de pœnit. & remiſſ.* vbi gloſſ. Card. Hoſtienſ. & alij, quos refert Martha *de iuriſd. par. 3. cap. 22 numero 1.* (licet ipſe non ſequatur, ex eo, quod putet id Eccleſiaſticis non conuenire, ideoque ad Principes ſeculares, quibus arma non dedecent, recurri debere; qui tamen *par. 1. cap. 52. per tot.* cum Innocentio *in cap. ceterum de Iud.* Baldo *in cap. 1. §. porro, tit. quæ ſit prima caſſ. benef. vacat.* Guido Papa *deciſ. 436.* Cacheran. *deciſ. 29.* & Caſſan. *in Catal. glor. mundi par. 5. conſid. 22 numero 4* admittit, Principes quoſlibet, ſi ab Eccleſia feuda iure dominij vtilis, non iure protectionis, & voluntariæ ex pietate ſubmiſſionis, poſſideant, eius monitionibus, vel rogationibus inobedientes feudis ipſis ob contumaciam, & preces ſpretas priuari poſſe, ſi poſt preces comminatio ſuccedat) ergo idem in caſu noſtro dicendum eſt, ex correlatiuorum natura; quia eodem modo Principum mandata iuſta, ac in bonum publicum, id eſt, ad bonum neceſſarium promouendum, vel ad malum imminens euitandum, ſi non obediti, adimpleri ſaltem debent, non ſolùm à directè ſubditis, vt ſunt laici, ſed etiam ab Eccleſiaſticis, qui quodammodo tales, vt ciues, ſunt, Abb. *in cap. cum olim, numero 17. de re iudic. & in cap. cum veniſſent, de Iud.* Felinus *in cap. quæ in Eccleſia numero 60. & ſeqq. de Conſtitut. ibid.* Abb. *numero 15.* & Martha *de iuriſd. par. 1. cap. 52. numero 3. 12. & 14.* Non enim exemptionis ſpecie talia mandata Principum ſperni poſſunt à Prælatis; cùm ipſi Principibus quoad politica, ſicut & Principes ipſi quoad ſpiritualia ſubſint, vt alibi cum Bellarmino in Reſponſione ad præcipua capita Apologiæ mentitæ pro Catholicis fol. 114. dicebam; & ſic Prælati, cæterique Eccleſiaſtici ad talia mandata Principum teneantur, S. Thom. 1. 2. q. 186. *art. 9. ad 3.* Suar. *de legib. lib. 3. c. 28. numero 2.* Vaſquez 1. 2. *diſp. 156. cap. 4. numero 37.* Leſſ. *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 7. Dub. 1. numero 2.* Baldell. *lib. 3. diſp. 6. numero 7.* Nauar. *cap. 23. numero 41.* Couar. *in cap. alma mater, 1. par. §. 7. numero 6.* & Salzed. *de legg. Polit. lib. 1. cap. 10. numero 16. & 17.*

Vnde non mirum, ſi Princeps, cum Prælatum
6 rogat, vt iniuriam in ſeipſum, vel in ſuos ciues, etiam Eccleſiaſticos illatam auertat, & à malo deſiſtat, & iſte renuat, iniuriæ ob ſpretas preces vindicandæ facultatem exerceat, in caſu neceſſitatis, id eſt, contra illum vtatur primò pignoratione, quæ eſt temporalium ſequeſtratio, demum perſonæ proſcriptione, vſquequò reſipiſcat, Nauarr. *in cap. cum contingit, numero 2. de reſcript.* Henriquez *in Summ. 2. par. lib. 4. cap. 12.* Cened. *collectan. 37. numero 9.* & Salzed. *cit. cap. 10. numero 32.* Nam ſi quidam Prælatorum Abuſus, etiam ſpiritualis gladij, per temporalem gladium, & plenum bellum emendari poſſunt, in dicto caſu; quin & Papæ ipſi hoc pacto reſiſti, vt docent Bellarminus *lib. 2. de Roman. Pontific. cap. 29. ad 2.* Victor. *de poteſtate Papæ prop. 22. numero 23.* & Suarez *in defenſ. fid. lib. 4. cap. 34. numero 30.* quanto magis per huiuſmodi pignorationem, ſeu quodammodo repreſaliam, vt iniuriæ eo modo, quo poteſt, ſibi, & Reipublicæ Princeps conſulat, præſtare poterit, Molina *de iuſtitia, & iure diſputat. 31. numero 10.* Salas *de legibus diſputat. 14. ſectio. 9. numero 111.* Salzed. *cit. cap. 10. per totum*, & Solorzan. *lib. 3. cap. 29. numero 66. tomo 2.* eſt enim ſuorum 7
ciuium cuſtos, & pater; & quælibet Reſpublica eſſe debet ſibi ſufficiens, vt à quocumque 8
perturbante defendere ſe poſſit.

DVBITATIO XXXIII.

An poſſit Poteſtas laica diſcutere facultates Nunciorum, qui à Summo Pontifice mittuntur, & retinere ad examinandum, & executioni mandandum Bullas Apoſtolicas in ſuis Cancellarijs?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica non poteſt diſcutere facultates Nuntiorũ Summi Pontificis contra plures Auctores, quorum dicta refelluntur.*

2 *Nuncij ex commiſſione Summi Pontificis debent exhibere Regibus, vel eorum magiſtratibus literas ſuarum legationum, ad hoc vt eis innoteſcat legitima ipſorum legatio, & auctoritas.*

3 *Non eſt præſcriptum quanta auctoritas conferatur Nunciis, ſed id pendet à conceſſione ſummi Pontificis.*

4 *Principes ipſorumque miniſtri non poſſunt in Regijs Cancellarijs retinere, & examinare literas, vel Bullas Apoſtolicas.*

5 *Retinentes, & examinantes literas, vel Bullas Apoſtolicas incidunt in Bullam Cœnæ.*

6 *Poteſtas recognoſcendi, & examinandi literas, ſeu Bullas Apoſtolicas, eſt purè, & merè Eccleſiaſtica.*

7 *Principes laici nullo modo poſſunt ſe intromittere in iudicandis quibuſcumque rebus Eccleſiaſticis, & præcipue in recognoſcendis, ſeu examinandis ſententiis, & cenſuris pro quibus exequendis tenentur præſtare Epiſcopis brachium ſeculare.*

8 *Facultas recognoſcendi literas Apoſtolicas per Principes laicos non poteſt poſſeſſione quacumque longiſſima præſcribi.*

9 *Præſcriptio tribuit ius ſubiecto capaci, non autem tribuit ipſam capacitatem, ſi eam non inuenit in ſubiecto.*

10 *Ferdinandus Rex Catholicus vt dictam recognitionem in Regnis ſuis facere poſſet, obtinuit licentiam à Pontifice.*

11 *Summus Pontifex in Bulla Cœnæ reputat per talem recognitionem violentiam inferri Bullis, & literis, Pontificiis, & ideo aduerſus contrauenientes fulminat cenſuras.*

12 *Reges, & Principes à Concilio Tridentino hortantur, ne permittant Perſonas Eccleſiaſticas à Iudicibus ſecularibus grauari, quod maximè fit per dictam recognitionem.*

13 *Caſus ſubreptionis, & falſitatis literarum, non excuſat Principes ſeculares, cum ea poſſint examinari per Iudices Eccleſiaſticos.*

24 *Subreptio, & falsitas literarum nullam inducit obligationem obediendi, nullumque peccatum committitur in impedienda earum executione, sed debet esse clara & euidens, & non per examinationem Iudicum secularium.*

25 *Litera visi examinentur, non potest constare de earum subreptione.*

26 *Nemini datum est ius sibi dicere in causa propria.*

27 *Iurisdictio Ecclesiastica vsurpatur à laico per declarationem subreptionis literarum.*

28 *In Bulla Cœnæ excommunicantur quicumque Personæ quocumque pretextu retardauerint in suis Cancellariis Bullas Apostolicas, etiam pretextu violentiæ, & informandi summum Pontificem.*

29 *Summus Pontifex non vult sua rescripta executioni mandari, si veritati non nitantur, non tamen ea possunt per Iudices laicos examinari.*

30 *Iudices Laici, si dubitetur de valore literarum Apostolicarum possunt id opponere coram Iudice Ecclesiastico.*

31 *Defendentes literarum Apostolicarum licitam retentionem, non intelligunt, vt in perpetuum suppremantur, sed vt iis examinatis certior de veritate fiat summus Pontifex.*

32 *Princeps laicus, quin & quicumque priuatus de cuius præiudicio agitur in casu, quo non pateat aditus ad superiorem Ecclesiasticum, vel ille nolit declarare subreptionem literarum & in mora sit periculum magni damni, potest per modum iustæ defensionis illarum executionem impedire, & interim summum Pontificem certiorem facere.*

33 *Præceptis, & literis apostolicis publicam vtilitatem ladentibus, si non supperat aliud remedium, quam earum executionem impedire, priuata auctoritate etiam armis, ac vi, salua præcipientis Persona, resisti potest.*

34 *Romano Pontifici si quid disponat, quod peccatum sapiat, vel veniale, etiamsi is credat mandatum esse iustum, minimè tamen obediendum est, si subdito constiterit id in se peccatum continere.*

35 *Papa sub pœna excommunicationis quidquam præcipienti, ex cuius executione præsumatur scandalum futurum in Ciuitate animarum, vel corporum, non est obediendum.*

36 *S. Paulus cum Petrus primus summus Pontifex de Gentium circumcisione decreuisset, restitit ei in faciem.*

37 *Subditi non plus iusto superioribus obsequi, ne specie obedientiæ quæ vitia sunt pro virtutibus veneretur.*

38 *Leges Principum secularium, quibus cauetur quod in concernentibus eorum ius patronatus, ne litere Apostolice sine ipsorum consensu executioni mandentur, si fiant sine participatione & nutu Pontificis, iniustæ sunt.*

39 *Item non habent locum, quando Pontifex expressè derogat Iurispatronatus laicorum.*

40 *Summus Pontifex derogando iurispatronatus laicorum nemini facit iniuriam, sed vtitur iure suo.*

41 *Potestas secularium Principum est ciuilis, & non spiritualis, & propterea non potest recognoscere literas apostolicas.*

42 *Laici quando summus Pontifex derogat eorum Iurispatronatus seruato iuris ordine ad Pontificem appellare possunt, dummodo id faciant opera, & ministerio Iudicum Ecclesiasticorum.*

43 *Tolerantia summi Pontificis est tantum permissiua ad euitandum maiora incommoda, non autem est approbatiua; quia in bulla cœna quotannis expresse reclamat.*

44 *Recognitio literarum Apostolicarum si fieret per Ministros Regios ex concordatis, vel ex priuilegio à Pontifice Regibus concesso, licita esset.*

45 *Reges tenentur de dicto priuilegio docere, & illud ostendere si reuera eis concessum sit, quod negatur à multis.*

46 *Priuilegium præditum dato quod olim fuerit concessum, modo videtur reuocatum, & cur.*

47 *Priuilegium præditum dato quod fuerit concessum, & non reuocatum habet locum solummodo quoad rescripta priuata, non autem quoad leges generales, & statuta vniuersalia, prout sunt Bulla & extrauagantes Pontificiæ.*

48 *Nulla hucusque inuenitur Bulla Pontificia executioni mandata, contra asserentes Bullam Gregorij XIV. non subsistere, vbi Regium exequatur non habet.*

49 *Reges non possunt prohibere, ne Inhibitoria, quæ ad Magistratus Regios mittuntur ab Ecclesiasticis, promulgentur, priusquam ipsis Regibus exhibeantur.*

50 *Iudices Ecclesiastici debent compesci à suis superioribus Ecclesiasticis, qui in qualibet Prouincia reperiuntur, non autem à Rege contra Petriam.*

51 *Reges non possunt prohibere ne Episcopi procedant ad censuras contra officiales Regios inconsulto ipso Rege, vel Proregè.*

52 *Pragmatica quædam vulgo dicta la Cathalana, est contra Immunitatem Ecclesiasticam, & sic non tenet.*

RESPONDETVR ex dictis etiam negatiue. 1
Et quoad priorem partem ex communi sententia Doctorum contra Couar. *pract. qq. cap.* 34. *numer.* 4. Curtellium *de immunit. Eccles. lib.* 2. *q.* 13. & 68. Salzedum *de lege polit. libr.* 2. *cap.* 3. *numer.* 34. & *seqq.* & Bobadillam *in Polit. tom.* 1. *libr.* 2. *cap.* 18. *numer.* 207. docent Pesantius *de immunit. Eccles. disputat.* 20. Azor. *par.* 1. *libr.* 5. *cap.* 14. *quæstio.* 6. Bonacina *de legibus disputat.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 1. *numer.* 15. & alij.

Neque obstat, quæ pro se in loco citato adducit Couar. & Curtellius *cit. quæst.* 13. & 68. quod scilicet alioquin magna incommoda sequerentur in Republica, tum contra Principes, tum contra personas priuatas. Nam ad summum illa probant Nunciorũ potestatẽ discuti debere per Iudices Ecclesiasticos, qui in Regno reperiũtur vt per Episcopos, Archiepiscopos, &c. tamquã per summi Pontificis ministros, cùm ex commissione summi 2
Pontificis debeãt Nuncij exhibere Regib. vel eorũ magistratibus literas suarũ legationũ, ad hoc vt eis innotescat legitima ipsorũ legatio & auctoritas, ficuti colligitur *ex c. nobilibus, dist.* 97. & ex *c.* 16. *decreti* 25. *q.* 2. quin & vt eisdem innotescat, quãta sit collata auctoritas: non enim Pontifices certas super ipsorum commissionibus regulas præscripserunt. 3
Vnde Innocent. IV. in *cap.* 1. *de offic. legati, de eius* potestate quærens, respondit, nullam certam regulam dari posse, eorumque à facultatum tenore pẽdere, allegato *capite, porrò de priuileg.* ibi: *Quod to-*

tum

tum ex inſpectione priuilegiorum plenius aduertere poterit.

4 Quoad poſteriorem autem partem, quod licet neque poſſint Principes, ipſorumque miniſtri in Regiis Cancellariis retinere, & examinare literas, vel Bullas Apoſtolicas, ſeu iuſtitiæ, ſeu gratię illæ ſint (præſertim ſi id non faciant cũ reuerentia, & ſubiectione, ſolúque ne ſint doloſæ, vel ſubreptitiæ, ſed faciant malitiosè in fauorẽ vnius, & damnum alterius, vel ad vexandum negotiatores in nõ expediendo regium Exequatur; & multò magis, ſi faciant, vt in perpetuum ſupprimatur, & ſic numquam ad executionem illarum procedatur) contra Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentiæ, in prolog. n.* 157. *gloſſ.* 6. *n.* 6. *& g. gloſſ.* 9. *num.* 33. Io de Heuia *in Curia Philippica par.* 1. §. 5. *n.* 5. Cenedũ *in q. Can. q.* 15. *n.* 21. *& ſeqq.* Seſſe *de inhibition. inſt.* Couar. *q.* ... *c.* 10. *&* 36. Driedonem, Sotomaiorem in loco infra citando, Curtelliũ *de immunit. Eccleſ. lib.* 2. *q.* 13. Salzedũ *cit. cap.* 1. & alios, quibus aliquo modo fauere videntur Henriquez *lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 6. *in gloſſ. lit. Q.* Graſſius *in deciſ. par.* 2. *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 120. Maldenus 2. 2. *q.* 1. *ar.* 10. Rodriguez *dub.* 8. *in addit. ad §.* 9. *Bullæ Cruciatæ. fol.* 159. Llamas *par.* 2. *cap.* 7. §. 19. Io. de la Cruz *lib.* 1. *cap.* 6. *ar.* 2. *dubitat.* 2. *concl.* 1. docent ex communi Theologorum ſententia Peſantius *tract. de immun. Eccleſ diſp.* 17. *num.* 3. Reginaldus *to.* 1. *lib.* 9. *cap.* 22. *num.* 338. Azor. *par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæſt.* 4. Alterius *to.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 16. *cap.* 7. *num* 293. *& ſeqq.* Zerola correctus *par.* 1. *ver. litera Apoſtolica*, Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *cap.* 13. *q.* 5. Bonacina *de legib. diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 2. §. 1. *num.* 15. & Acoſta *in expoſ. Bullæ Cruc. cap.* 13. *diſp.* 76. *concl.* 1. *nu.* 2. 4. *&* 9.

5 Confirmatur ex verbis Bullæ Cœnæ ibi: *Capi, & retineri faciunt* & ibi: *Qui impediunt, & prohibent ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examinare, executioni mandari, &c.*

6 Confirmatur ſecundò; quia poteſtas recognoſcendi, & examinandi litteras, ſeu Bullas Apoſtolicas, an ſint veræ, vel falſæ, an legitimæ, vel ſubreptitiæ, eſt purè, & merè Eccleſiaſtica ex ipſo obiecto; ergo non poteſt cadere, niſi in perſonas Eccleſiaſticas, vt in Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Nuncios, Legatos, &c. tamquã in ſummi Pontificis miniſtros, non autem in perſonas laicales.

7 Confirmatur tertiò, quia laici, etiam Principes, nullo modo poſſunt ſe intromittere in iudicandis aliis rebus Eccleſiaſticis, *c. bene quidem, diſt.* 96. *& c. decernimus de iudic.* & præcipuè in recognoſcẽdis, ſeu examinandis ſententiis, & cenſuris, quas tenẽtur ſtatim acceptare, & exequi, quin & præbere pro earũdem executione, Epiſcopis auxilium brachij ſecularis, vt patet ex *Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 5. *de regul.* ergo neq; poſſunt ſe intromittere in recognoſcendis literis
8 Apoſtolicis. Addequòd cùm laici ſint incapaces huiuſmodi Eccleſiaſticæ facultatis, nõ poſsũt, poſſeſ-
9 ſione quacũque longiſſima, illam præſcribere: nam præſcriptio tribuit ius ſubiecto capaci non autem tribuit ipſam capacitatem, ſi eam non inuenit in ſubiecto, vt *in cap.* 1. *Dubit.* 15. dicebatur.

10 Confirmatur quartò, quia Catholicus Ferdinãdus Rex, vt id in Regnis ſuis facere poſſet, obtinuit (vt videre eſt in quodam diplomate apud Azeuedũ *to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 6. *leg.* 17.) licentiam à Pontifice; ergo ſignum eſt, non poſſe Reges iure proprio literas Apoſtolicas recognoſcere; ſed ſi id facere velint ad euitanda incommoda in Regnis ſuis, tenentur obtinere licentiã à Sũmo Pontifice, ſicuti fecit dictus Ferdinãdus Rex, cui petenti in prædicto diplomate Pontifex conceſſit, quod deputare poſſet aliquas perſonas ad examinandas, & regnoſcendas literas Apoſtolicas.

Cõfirmatur quintò, quia negari non poteſt, quin per iſtam praxim, quam aduerſarij defendunt maximum grauamen Bullis Pontificiis imponatur, cùm executioni illæ mandari non poſſint ſine examine, & approbatione Regiæ Cancellariæ; ergo, &c. 11 quapropter meritò Summus Pontifex expreſsè in Bulla Cœnę reputat per id Eccleſiaſticę iuriſdictioni violentiam inferri, & ibi aduerſus contrauenientes fulminat cenſuras. Accedit, quod, cum in Tri- 12 dentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. hortetur Reges, ac Principes ne permittãt Eccleſiaſticas perſonas à Iudicibus ſecularibus in aliquo grauari, nũc quã maximè grauãtur, ſi proceſſus citationũ, ac cauſarũ beneficialiũ &c. examinentur à Iudicibus ſecularibus, cùm per hoc coram iſtis illæ litigare cogantur; ergo, &c.

Neque dicas: dari poteſt caſus, quod dubitetur de 13 ſubreptione, vel falſitate literarum Apoſtolicarum; ergo tunc ſaltem poſſunt, quin debent, illæ recognoſci, & diſcuti: nã reſpõdetur, vt ſupra; diſtinguendo conſequens: tunc ſaltẽ poſſunt, quin debẽt illæ cognoſci, & diſcuti per Iudices Eccleſiaſticos, vt per Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Nuncios Apoſtolicos, tamquam per ſedis Apoſtolicæ miniſtros, concedo: per Iudices ſeculares, qui iuris, & poteſtatis Eccleſiaſticæ ſunt incapaces, nego.

Neque dicas ſecundò: cuilibet datum eſt ſe defendere, & illæſum ſeruare; & Rex ius habet ex priuilegio à Pontifice ſibi conceſſo, vt v. g. nulli extraneo beneficium, aut penſio Eccleſiaſtica concedatur, & ex alio capite ſæpe compertum eſt, hoc ius ſubreptitiis literis derogari; ergo iure ipſo naturali videtur Regi, eiuſq; miniſtris conceſſum, poſſe hoc damnũ, & iniuriã præcauere, atque adeò nõ videntur cõtra volũtatem Põtificis procedere; ſed potius ei ſe conformare: non enim credendũ eſt velle Pontificem ſubreptitias literas effectum habere. Nã 14 reſpondetur, ſi certò conſtet de ſubreptione literarum, clarum eſt, nullam eſſe obediendi obligationem, nullumque peccatum committi in impedienda executione illarum; ſed quia priuſquam id per Regios miniſtros examinetur, non conſtat (licet ſæpe contingat) ſubreptitias illas reperiri; ideò dicendum, quod ob defenſionem proprij iuris non debeãt illi hãc examinationẽ præſtare: nõ enim videtur eſſe locus defẽſioni, niſi prius de iniuria cõſtet. Adde, quod vel illa iniuria eſt nota ex ſe, vel ſo- 15
lùm ex declaratione Regij tribunalis: non primum: nam quouſque literæ non examinẽtur, non poteſt conſtare de ſubreptione illarum: non ſecundũ; quia nemini datum eſt ius ſibi dicere in cauſa propria; 16
tum quia illa declaratio eſt ab incompetenti Iudice, nempe ſeculari, in materia Eccleſiaſtica; tũ quia ad præmittendam hanc declarationem, debebat iam de iniuria conſtare: cùm in hac declaratione iuriſdi- 17
ctio Eccleſiaſtica vſurpetur; ergo, &c. Hinc Pontifex præuidens, & exprimens rationes omnes, quæ pro parte oppoſita facere poſſunt excommunicat, his non obſtantibus (vt videre eſt in Bulla Cœnę, maximè quoad illa verba, *etiam prætextu violentiæ, ſeu, vt aiunt, ad nos informandos*) omnes, 18
& quaſcumque perſonas, quæ quocumque prætextu retardauerint in ſuis Cancellariis Bullas Apoſtolicas.

Neque dicas tertiò, obſtare quod dicitur in *cap.* 19
2. *§.* 20. *&* 27. *de reſcript. cap. ſi motu proprio de præbend. & cap. fin. de filiis preſbyter. in* 6. Nam reſpondetur, nolle quidem ibi ſummum Pontificem,

sua rescripta executioni mandari, si veritati non nitantur; non tamen inde sequi, illa à Iudicibus
20 laicis examinari posse: quamobrem si dubitetur de valore literarum Apostolicarum, vel de earum invaliditate constet, Iudices laici de hoc opponere possunt coram Ecclesiastico Iudice, cuius est, tamquam Sedis Apostolicæ ministri, Apostolicas literas examinare, discutere, & recognoscere; vel etiam summo Pontifici supplicare, modò supplicationem coram Sede Apostolica legitimè prosequantur; Henriq. *de Pontificia Clave, lib. C. & cap.* 12. § 2. *glossa* 6. &. Suar. *de censur. to.* 5. *disp.* 22. *num.* 75. Rodrig. *in sum. par.* 2. *cap.* 156. *num.* 8. Simanc. *de Catholi. Institut. tit.* 45. *n.* 54. Baldell. Theol. *moral. lib.* 5. *disp.* 18. *num.* 10. Villalob. *tract.* 17. *differ.* 21. *num.* 54. Vivaldus *in Bull. Cœn. num.* 109. Bonacin. *de censur. disp.* 1. *q.* 15. *punct.* 4. §. 2. & Vasquez *de iurisd. Eccles. cap.* 6. vbi ait, *quod qui literarum Apostolicarum retentionem licitam defendunt, id non intelligant vt in perpetuum*
23 *supprimantur*; Et sic vt numquam ad earum executionem deueniatur; quinimmò (ait ipse) Couarruuias apertè dicit, ad hoc solum illas retineri, & prius examinari posse, vt certior de veritate Pontifex fiat, & an subreptitiè, & falsa relatione impetratæ fuerint; idemque non obscurè significauit Driedo: nam omnes illas indiscriminatim supprimere, & impedire, ne virtute illarum ad executionem procedatur, absurdum planè videtur, nec Doctorum vllus hactenus ausus est dicere.

22 Quod, si detur casus, vt aditus ad Iudicem Ecclesiasticum non adsit, vel ille nolit declarare subreptionem literarum, & in mora sit periculum magni damni, si literæ Apostolicæ subreptitiæ executioni mandentur, potest tunc Princeps, quin & quicumque priuatus, de cuius præiudicio tractatur, per modum iustæ defensionis illarum executionem impedire, & interim Summum Pontificem
23 certiorem facere. Quinimmò, quod præceptis, & literis Pontificis, si publicam vtilitatem lædant, & aliud ne exequantur, remedium non pateat, priuata auctoritate, etiam armis, ac vi, salua præcipientis persona, resisti possit, tradunt Caiet. *opusc. de potestate Papæ cap.* 27. & post Victoriam, Couarruuiam, & alios Suarez *ad Reg. Angl. lib.* 4. *cap.* 34. *n.* 30. Henriquez *de Pontificis Clani*, Mol. *de iust. tract.* 2. *disp.* 31. Corduba *lib.* 4. *q.* 10. Sot. *in* 4. *dist.* 15. *sect.* 2. *articul.* 1. *numero vlt.* Salas *de legibus disput.* 10. *sect.* 8. *num.* 43. Conzen. *lib.* 6. *Polit. cap.* 28. §. 7. & Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 46. *Dub. vlt.* Videri etiam poterit
24 Silu. ver. *obedientia, num.* 5. vbi ait; *Romano Pontifici, si quid disponat, quod peccatum sapiat, vel veniale, etiamsi is credat mandatum esse iustum, minimè tamè obediendum esse, si subitò constiterit id in se peccatum continere: quòd si ex tali obedientia vehementer præsumi posset, statum Ecclesiæ perturbatum iri, aut aliud malum, aut scandalum futurum, Pontifici in hac causa neque esse parendum, saltem si in illius mandato excommunicationis*
25 *nũ lata sententia pœna subiiciatur.* Et paulò post subdit: *Si Papa sub pœna excommunicationis quidquam præcipiat, ex cuius executione præsumatur scandalum futurum in ciuitate, animarum, vel corporum, non*
26 *esse ei obediendum.* Quæ Doctrina confirmari posset exemplo Pauli, qui, cùm Petrus primus Summus Pontifex de Gentium circumcisione decreuisset,
27 restitit ei in faciem. Vnde Gregor. regulam desumpsit *in admonit.* §. *par.* 3. *Pastoralis, in cap. admonendi,* 2. *q.* 7. *Ne subditi plus iusto superioribus obsequantur, atque specie obedientiæ, quæ vitia sunt, pro virtutibus veneretur.* Vide S. Th. *in quodlib. lib.* 1. *qu.* 8. *art.* 16.

28 Hinc patet, quid dicendum sit de legibus Principum secularium in defensionem sui iuris patronatus statuentibus, ne literæ Apostolicæ executioni mandentur sine consensu ipsorum: nam ex dictis neque istæ leges iustæ sunt, si fiant sine participatione, & nutu Pontificis; quinimmò nec locum habet, quando Pontifex expressè derogat iu- 29
ripatronatus laicorum: hoc enim (vt dicebam *lib. de parlamentis Dubit.* 4. *sect.* 21. *subsect.* 7. & communiter docent Doctores *in cap. cum dilectus, de iurepatronatus*, & Couarr. *in pract. quæst. cap.* 36. *numer.* 1. 30
potest, si velit, facere, nec iniuriam, vel vim laicus infert, cùm suo iure vtatur; quamuis re ipsa Pontifex huiusmodi laicorum iuripatronatus ratò deroget. Ratio autem vlterius, cur nulla potestate, etiam Regia, literæ Apostolicæ impediri possint, est; quia potestas laicorum principum est ciuilis, & 31
non spiritualis, & Ecclesiastica, quæ cùm ei dominetur, & præsit, non potest ab ea, cùm sit inferior, impediri, interpretari, vel discuti. Illud tamen pro laicis Iudicibus remedium est, vt apud Iudicem Ecclesiasticum de subreptione talium literarum opponant; vel etiam quando Pontifex expressè derogat iuripatronatus, coram Iudice competenti
32 Ecclesiastico, seruato iuris ordine, ad Pontificem appellent, & libellos supplices eidem offerant, ne literæ Pontificiæ executioni mandentur; dummodò id faciant opera, & ministerio Iudicum Ecclesiasticorum, & posteà verè appellationem prosequantur.

Neque dicas quartò, Reges, eorumque ministros examinare literas Apostolicas, ex tolerantia, 33
& sic ex tacito consensu & præsumpta mente Pontificis: Nam respondetur, tolerantiam istam esse tantùm permissiuam, ad euitanda incommoda maiora, non autem esse approbatiuam; cùm in Bulla Cœnæ quotannis Pontifex expressè reclamet. Vide nouissimè Blondum *de censur. disp.* 5. *ar.* 26. *num.* 3. Vide etiam, quæ dicebantur *cap.* 1. *Dubit.* 15. & *cap.* 5. *Dub.* 14. *sect.* 8. & *lib. de Parlament. Dubitat.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 3. ac 4. & *Dubit.* 27. Vide tandem Bullã Vrbani VIII. super prẽseruatione iuriũ Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex.*

Restat solum dicere, id ministros Regios efficere ex concordatis, vel ex priuilegio à Pontifice Re- 34
gibus concesso; atque ita docent Bannez *in* 2. 2. *q.* 61. *ar.* 1. *Dub.* 2. *concl.* 6. Iacob. de Graffiis *in decis. aur. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 120. & Castrus Palaus *to.* 1. 35
disp. vnic. punct. 9. *num.* 10. At respondetur, videtur ipsi, an tale priuilegium Regibus concessum sit; cũ sic illud edocere, seu ostendere teneantur, præsertim quia multi, etiam ex Iuristis, vt Ceuallos, Sotomaior *tom.* 3. *de Tertiis cap.* 41. *num.* 184. & alij, negligent illud vmquam concessum fuisse. Item dato, quòd olim concessum fuerit, viderint etiam ipsi, an non reuocatum modò sit, cùm quotannis in 36
Bulla Cœnæ Domini coram Principum Oratoribus omnia priuilegia, & consuetudines contra immunitatem Ecclesiasticam (quæ ex causa reuocare absque dubio potest) tanquam corruptelas, & abusus Summus Pontifex reuocet: de qua re vide diffusè *cit. cap.* 1. *Dubitat.* 15. *sect.* 5. & *cit. cap.* 5. *dubit.* 14. *sect.* 8. & *de Parlamentis cit. Dubitat.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 3. & 4. & *Dubitat.* 17. & cit. Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, &c. à quibuscumque præiudicialibus, quæ incipit: *Romanus Pontifex.* Tandem dato, quod tale priuilegiũ 37
olim concessum sit, & numquam reuocatum, illud tamen omninò dicendum est, quod Regium exequatur

quatur requiritur tantùm quoad reſcripta priuata, obtenta inter partes, vel ad inſtantiam alicuius, nõ autem quoad leges generales, & ſtatuta vniuerſalia, prout ſunt Bullæ, & Extrauagantes Pontificiæ; ſicuti recte præter alios obſeruauit Rao *in reſponſ. ad dub. circa immunitat. Eccleſ. fol.* 32. & ratio eſt, quia ſi dictæ Bullæ generales executoriis indigerẽt, vniuerſalis Eccleſiæ regimẽ in præceps rueret.

38 Confirmatur, quia hucuſque (vt idem Auctor ibidem obſeruat) nulla inuenitur Bulla, & conſtitutio generalis Pontificia executoriis mandata. Vnde ſomniant, qui dicunt Bullam Gregorij XIV. de immunit. Eccleſiarum non ſubſiſtere, ſeu non valere, vbi Regium exequatur non habet.

39 Ex dictis ſequitur primò, quod non poſſint Reges prohibere, ne inhibitoriæ, quæ ad magiſtratus Regios mittuntur, ab Eccleſiaſticis promulgentur, priuſquam ipſis Regibus offerantur, vt de ipſorum facultate publicetur; atque ita docent Doctores in *locis ſupra citatis.*

40 Neque obſtat, quod docet Pereira *de manu Reg. part. 2. cap. 65.* cui fauere videtur Rodrig. *in addit. ad Bullam Cruciatæ §. 9. num. 87.* nempe in executione talium literarum, quibus ſeculares magiſtratus inhibentur, ineſſe violentiam, & perturbationem publicarum functionum, ſi iniuſtè fiant; quapropter iuſtiſſimè tales inhibitoriæ ad ipſum Regem deferri debent, vt ipſe, qui pro communi vtilitate creatus fuerit, ſua manu regia licentiam Eccleſiaſticorum compeſcat, vt ſe illi intra ſuos limites contineant: Nam reſpondetur, quod ſic ex prætenſa violentia conantur Iudices laici ingenere ſe in cauſis Eccleſiaſticis, quaſi Eccleſiaſtici non haberent ſuperiores competentes ad eorum compeſcendam licentiam, ſi fortè adeſſet; & quaſi fruſtra Pontifex in ſingulis Regnis Metropolitanos, & Nuncios conſtitueret. Adde, quod ſi Epiſcopi in caſu aliquo occurrenti inhibere ſeculares Iudices vellent, executio tota à beneplacito Regio penderet in præiudicium manifeſtum Eccleſiaſticæ immunitatis.

41 Sequitur ſecundò, quod non poſſint Reges prohibere, ne Epiſcopi procedant ad cenſuras contra officiales Regios, inconſulto ipſo Rege, vel Prorege; atque ita docent Doctores in iiſdem locis *ſupra cit.*

42 Neque obſtat pragmatica quædam, vulgò dicta, *la Caballana*, vbi hoc ipſum Epiſcopis prohibetur. Nam reſpondetur, pragmaticam illam eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam, & ſic non tenere, vt aduertit etiam Antonius de Ballis in expoſit. dictæ pragmaticæ.

DVBITATIO XXXIV.

An ſaltem poſſit Poteſtas laica cognoſcere Eccleſiaſticos, ſi ipſi velint?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Laica non poteſt cognoſcere Eccleſiaſticos quoad Perſonam, neque in ciuilibus, etiamſi ipſi velint.*

2 *Eccleſiaſtici non poſſunt cedere priuilegio exemptionis quoad Perſonam à Poteſtate Laicali, ſicut & priuilegio Canonis; quia eſt conceſſum toti ſtatui clericali.*

3 *Amplia etiamſi renunciationi accedat Iuramentum, & conſenſus Epiſcopi.*

4 *Poteſtas Laica neque poteſt cognoſcere Eccleſiaſticos quoad bona, etiamſi ipſi velint.*

5 *Bona Eccleſiaſticorum quæcumcumque illa ſint, etiam patrimonialia, gaudent priuilegio exemptionis Eccleſiaſticis ſimiliter ratione ſtatus conceſſo.*

6 *Eccleſiaſtici poſſunt ſe ſubiicere Laico vt Arbitro, tam quoad bona, quam quoad Perſonam, & cur, & in caſu, quo ſententiæ ipſius nolint ſtare, per quem compelli debeant.*

7 *Regula, quod Priuilegium extinguitur per renunciationem priuilegiati, intelligitur, ſi priuilegium in eius ſolius fauorem conceſſum ſit.*

8 *Capitulum, ſeu Conuentus non poteſt renunciare iuri acquiſito per conſuetudinem, ſtatutum, aut priuilegium, ſi tale ius ſit Eccleſiæ vtile, aut honorificum.*

9 *Capitulum, ſeu Conuentus ſi faciat contra laudabilem conſuetudinem, vnus ſolus poteſt ſe opponere, & inualidare actus ceterorum; quin Epiſcopus poteſt, & debet impedire.*

10 *Prælatus, & Conuentus Regularium non poteſt renunciare priuilegio Immunitatis à decimis ordini Religioſorum conceſſo, & cur.*

11 *Priuilegia illa tantum tolli poſſunt per expreſſam renunciationem, vel tacitam à Capitulo, vel Prælato, quæ Eccleſiæ vtilia non ſunt, vel ſaltèm ſunt indifferentia.*

RESPONDETVR ex dictis etiam, 1
Dico primò. Non poteſt Poteſtas laica cognoſcere Eccleſiaſticos quoad perſonam, neque in ciuilibus, etiam ſi ipſi velint; quia ita ſunt exempti quoad perſonam à iuriſdictione laicali, vt non poſſint ei ſe ſubiicere, neq; in ciuilibus, etiamſi ipſi velint; ſicuti definitur *in cap. 41. inclita, 11. q. 1. c. placuit* 42. ibidem, & *cap. ſi diligenti 12. de foro compet.* & docent communiter Doctores apud Dianam *par. 1. tract. 2. reſolut.* 2
3. Et ratio eſt, quia priuilegium exemptionis quo ad perſonam à laica poteſtate (ſicut & priuilegium Canonis) non eſt conceſſum Eccleſiaſticis ratione perſonæ, ſed ratione ſtatus: quapropter non mirũ, ſi non poſſint cedere huiuſmodi priuilegio, vt patet ex *cit. cap. ſi diligenti de foro compet.* quod etiam 3
procedit, ſi renuncient eidem priuilegio cum iuramento, & de conſenſu Epiſcopi; quia militat eadem ratio: ac ita docent Farinac. *de inquiſit. quæſt.* 8. *n.* 13. Martha *de iur. par. 4. centur. 2. caſ.* 152. *num.* 8. Carolus de Graſſis *de effect. cleric. effect. 1. num.* 652. & alij paſſim.

Dico ſecundò, neque poteſt Poteſtas laica cognoſcere eccleſiaſticos quoad bona, etiamſi ſimiliter ipſi velint (quidquid in contrarium dubitauerit Azeued. *lib. 4. tit. 1. l. 11. num.* 16) quia bona Eccleſiaſticorum, quæcumque illa ſint, etiam patrimonialia, gaudent priuilegio exemptionis Eccleſiaſticis ſimiliter ratione ſtatus conceſſo (vt dicetur *dubit. ſequenti*, & dicebatur *cap. 5. dubit.* 13. & latè probat Barboſa *in collect. tom. 1. lib. 3. tit.* 49. *cap.* 4. *numero* 3. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *capite* 6. *numero* 9. & Diana *part. 1. tract. 3. reſolut.* 22.) cuiuſmodi priuilegio non poſſunt Eccleſiaſtici 4 5

renunciare;sicuti dicebatur in locis supra cit.

Non nego tamen, quod possint Ecclesiastici se subiicere laico,vt arbitro,tam quoad bona, quàm quoad personam,quia per id non est potestati laicæ in Ecclesiasticos iurisdictionem tribuere;quapropter si Ecclesiasticus nolit postea eius sententiæ vel potius eius arbitrio stare, non poterit Iudex laicus per se ad id cogere Ecclesiasticum;atque ita docent Lessius *de iust.lib.2.cap.29.dub.6.nu.52.* Tannerus *in 2.2.disp.4.quæstio.4.dub.1.num.29.* & alij passim.

7 Hinc sequitur, quod cùm traditur regula, *Extingui priuilegium per renunciationem priuilegiati*, intelligatur, si priuilegium in eius solius fauorem concessum sit:in hoc enim casu liberum vnicuique est,suo iuri renunciare, sicuti dicitur *in cap. si de terra, de priuilegiis.* At priuilegiis, quæ principaliter in fauorem status,Ecclesiæ, vel communitatis concessa sunt, non possunt nec cum iuramento nec cum consensu superioris;sicuti dicebatur,renunciare priuatæ personæ: vnde fit, quod Ecclesiastici non possint renunciare priuilegio Canonis, iuxta *cap. contingit, de sentent. excommun.* nec possint renunciare priuilegio fori, iuxta *cit. cap. si diligenti,de foro compet.* vbi Abbas *numero 4.& in cap. cùm accessissent, numero 2.de Constitut.*

8 Adde,quod ob eamdem rationem Innocent. *in cap.accedentibus,de priuilegiis*, & ibidem Alexander de Neuo *super Abb. lit. C.* generalem regulam tradunt,quod Capitulum, seu Conuentus non possit renunciare iuri acquisito per consuetudinem,statutum aut priuilegium,si tale ius sit Ecclesiæ vtile,aut honorificum,v.g.renunciare iuri acquisito, vt in Canonicos non assumantur, nisi qui sunt in
9 sacris Ordinibus constituti,quapropter si Capitulum faceret contra talem constitutionem, consuetudinem,aut priuilegium,vnus solus posset se opponere,immò si omnes contra facerent, Superior, id est Episcopus,posset,quin & deberet impedire, quatenus id in damnum Ecclesiæ cederet.

Qua eadem ratione Suarez *tom. 1. de relig.tract.*
10 *2.lib.1.cap.20.numero 3.*docet,quod priuilegio immunitatis à decimis Ordini Religiosorum concesso,à Prælato, & Conuentu non possit renunciari; & qua eadem ratione docet communis sententia Doctorum, quod nec exempti priuilegio exemptionis possint renunciare;quia id cederet in præiudicium Principis,scilicet Papæ,qui eos ab aliorum Ordinariorum iurisdictione liberos, suæ gubernationi,& protectioni immediatè subiecit, sicuti colligitur ex *cap. cum tempore,de arbitris*, vbi id etiam notat Abbas.

Ex dictis itaque habetur, quod tantùm ea priu
11 ilegia per renunciationem expressam, vel taciteam(id est per actum priuilegio directè contrarium, scienter, ac liberè exercitum) tolli possunt à Capitulo,vel Prælato, quæ Ecclesiæ vtilia non sunt, vel saltem sunt in differentia, iuxta *cit. cap. cùm accessissent, de Constitut. & cap. pro illorum,de prebend.*

SECTIO II.

An,& quando priuilegium cesset, vel renunciari possit?

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio 40. annorum currit contra Ecclesiam propter negligentiam Prælati.*
2 *Priuilegium iniquum esse non debet, & ideo extinguitur si cedere incipiat in graue damnum Communitatis.*
3 *Priuilegium decimarum reuocatur, si postea in Ecclesiæ detrimentum vergere incipiat.*
4 *Ecclesia si patiatur defectum ministrorum possunt absentes priuilegiati ad redeundum compelli fructuum subtractione priuilegio non obstante.*
5 *Priuilegium interpretandum semper est vt non sit onerosum Priuilegiato, vtque potius ei aliquid tribuat,quàm vt auferat.*
6 *Quod in fauorem alicuius concessum est, non debet in ipsius odium retorqueri.*
7 *Regulares non obstante priuilegio exemptionis,possunt se subiicere Episcopis, cum eorum Prælati consensu,vt ab iis absoluantur à peccatis,& censuris,& cum ipsis dispensetur in voto, iuramento, irregularitate, si Episcopus ex priuilegio id possit.*
8 *Amplia etiam si Prælatus Ordinis consensum neget irrationabiliter.*
9 *Mens Summi Pontificis priuilegiantis non videtur extendere priuilegium, vt cedat in detrimentum priuilegiati.*
10 *Indulgentiæ concedi non possunt,nisi subditis.*
11 *A Iudice non suo ligari nemo potest, ita neque absolui.*
12 *Exempti participes fieri possunt indulgentiarum Episcopalium,& quoad hoc se subiicere Iurisdictioni Diœcesani.*
13 *Episcopi,& quicumque Prælati suis subditis licentiam dare possunt, vt ab alieno Episcopo datas indulgentias lucrentur.*
14 *Episcopus, aut Papa est particeps indulgentiarum quas cæteris de Communitate largitur.*
15 *Concessio indulgentiarum est actus Iurisdictionis voluntaria,quam in se ipsum homo potest exercere.*
16 *Concessio indulgentiarum est mere fauor, & beneficium in nullius detrimentum; sed in Communitatis spirituale commodum cedens.*

REspondetur, id publicæ vtilitatis causa receptum est,vt propter negligentiam Prælati cõtra Ecclesiam currat præscriptio 40.annorum,iuxta *cap.4.& 5.de præscript.& cap.accedentibus.de priuileg.*idque vt litium aliquis finis sit;& vt iura,ac dominia non diu in incerto maneant, in præiudicium Communitatis. 1

Item', quia priuilegium iniquum esse non debet,extinguitur, si cedere incipiat in graue detrimentum Communitatis,aut si quo alio modo per rerum mutationem euadat iniquum; ita vt in tali casu,vel per seipsum cesset, vel saltem à priuilegiante possit reuocari,sicuti colligitur ex *cap. suggestum, de decimis*, vbi notant Doctores, reuocari priuilegium exemptionis decimarum; si postea in 3
Ecclesiæ detrimentum vergere incipiat; & sicuti colligitur ex *cap. cum ad hoc, de clericis non residentibus*, vbi habetur,si Ecclesia patiatur defectum 4
ministrorum, priuilegiatos super non residentia, ad redeundum compelli posse, fructuum subtractione.

Item(quia priuilegium interpretandum semper 5
est,vt non sit onerosum priuilegiato, vtque potius

Digitized by Google

tius ei aliquid tribuat, quàm vt auferat, iuxta *regul.61.in 6* per quam dicitur, quod ob gratiam alicuius conceditur, non esse in eius dispendium retorquendum) priuilegium exemptionis, verbi gratia concessum Regularibus, non impedit quominus ij, cum Prælati consensu, subiicere se possint Episcopo, vt ab eo absoluantur, à peccatis, ac censuris, & quominus dispensetur cum ipsis in voto, iuramento, irregularitate, si accidat Episcopum, nõ autem Prælatum Ordinis, tali facultate ex priuilegio præditum esse; atque ita præter alios docet Henriquez *lib.7.cap.27.numero 2.& lib.14.cap.vlt. in fin.* Auila *par.2.de censur.cap.7.disp.1 Dub.6.concl.* 8 2. Molina *tract.3.disp.61.* vbi rectè subdit, idem etiam esse dicendum, si manifestò appareat, quod Prælatus Ordinis consensum irrationabiliter ne- 9 get. Ratio, quia non videtur esse mens Summi Põtificis, exemptionis priuilegium ad talem casum extendere, quo in priuilegiati detrimentum cedat, vt supra dicebatur.

10 Eadem ratione dicendum est, quod quamuis indulgentiæ concedi non possint nisi subditis (sicut constat ex *capite quod autem, de pœnit. & rem iſſ.* 11 vbi eius rei ratio datur; quia sicuti à Iudice non suo ligari nemo potest, ita neque absolui) exempti 12 tamen participes fieri possunt indulgentiarum Episcopalium, & in ea re (sicut & in dispensationibus votorum, iuramentorum, &c. se subiicere iurisdictioni Diœcesani, idque ne priuilegium exemptionis, quod ipsis gratiosè concessum est, in eorumdem dispendium cedat, vt *supra* dicebatur.

13 Adde, quod propter eandem rationem Episcopi, & quicumque Prælati suis subditis licentiam dare 14 possunt vt ab alieno Episcopo datas indulgentias lucrentur; quin & ipse Episcopus, aut Papa, cùm communitati, cuius pars est, indulgentias largitur, non minus, quàm alij, particeps illarum fieri po- 15 test, sicuti explicat Sotus *in 4.dist.21.q.1.ar.4.prope finem*; & ratio est, quia concessio indulgentiarũ est actus iurisdictionis voluntariæ, quam in seipsum homo potest exercere, vt *cap.15.dubit.7.* dicetur; tum quia concessio indulgentiarum est merè 16 fauor, & beneficium, in nullius detrimentum, sed in communitatis spirituale commodum, cedens: vnde latè (vt inquiunt Doctores, inter quos Suarez *tom.3.disp.56 sect.2.num.8.* Coninch. *tom.2.disp. 12.dub.4.contra Palud. in 4.dist.20.q.4.ar.3.* & Nauar. *in comment. de indulgent. notab. 9.numero 8.*) interpretandæ est, seruata tamen verborum proprietate.

DVBITATIO XXXV.

An possit Potestas laica cognoscere Ecclesiasticos quoad bona ratione officij, quod ab ipsa Potestate laica habent?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Potestas Laica cognoscere non potest Ecclesiasticos quoad bona, etiamsi deliquerint in officio, quod ab ipsa habent.*

2 *Ecclesiastici non subdantur Laicis secundum vim coactiuam quoad Personas, atque adeo neque etiam quoad bona.*

3 *Bona, nisi habeant obligationem per se, propriam sibi, seu realem, necessariò sequuntur statum, & conditionem Personæ.*

4 *Iudex non potest formare processum, & ferre sententiam de bonis, non vocata Persona, quod fieri non potest sine iurisdictione in Personam.*

5 *Exempta Persona censetur exempta etiam res Personæ.*

6 *Opinio aliquorum Doctorum apud Fabrum refellitur.*

7 *Quisque sortitur forum in loco, vbi res sita est, vel vbi celebratus est contractus.*

8 *Regula predicta limitatur, nisi persona priuilegiata, & exempta sit à foro seculari.*

9 *Actor Rei forum sequitur siue in rem, siue in Personam, sit actio.*

10 *Quilibet potest iure priuato è suo famulo villico, vel administratore petere, vt rationem reddat.*

11 *Et si renuat, vi, ac propria auctoritate ad id cogere, si ius positiuum non obstaret.*

12 *Non obstat tamen in Principe.*

13 *Qui etiam hodie, in causa propria ius sibi dicit.*

14 *Princeps secularis potest priuato iure, non item similiter, cogere Ecclesiasticum ad redditionem rationum per suos Rationarios; & potest per facti retentionem bonis insistere, ac reliqua exigere.*

15 *Non tamen potest similiter procedere quoad personæ animaduersionem, & quoad pœnam in bonis infligendam.*

16 *Clericus ex acceptatione officij secularis non se subiicit foro seculari, neque vt per id in bonis puniri possit.*

17 *Subiicit tamen se clericus minorum ordinum, si muneris administrationem suscipiat, iure prohibente sub pœna priuationis priuilegij clericalis.*

18 *Hoc ipso clericatui renunciasse censetur.*

19 *Secus dicendum de clerico maiorum Ordinum.*

20 *Princeps rectius ageret, si exemptis, nisi sint optimæ vitæ, ad officia sua secularia non vteretur.*

21 *Præsertim quoad inferiora, quorum nomine forsan non venit publica legatio.*

22 *Prælatis, ne laicos rationibus addictos ad ordines promoueant, interdictum est.*

23 *Quod si agant, clerici minorum ordinum eliciendi, maiorum verò, & Religiosi in bonis cogendi sunt.*

24 *Debet, vt hæc cessent, haberi consensus eorum, quorum interest.*

25 *Episcopus sine tali consensu ordinans tenetur ad damni compensationem in vtroque foro, & censetur fideiussisse, sicut dicitur de ordinante sine legitimo patrimonio.*

RESPONDETVR. ex dictis etiam negatiuè; quia Ecclesiastici non subdũntur laicis secundùm vim coactiuam, quoad personas; atquè adeò neque subdentur quoad bona; siquidem bona, si non habent obligationem per se, propriam sibi, seu realem, necessariò sequuntur statum, & conditionem personæ; ita vt si eximitur persona, eximantur & bona personæ, quandoquidem fieri non potest, vt Iudex de bonis processum iudicij, atque sententiam formet, nisi personam vocando, exami-

1 2 3

examinando, eidem iubendo, &c. quæ omnia sine iurisdictione in personam fieri non possunt; quare
5 certum est, inquit Abbas in loco infra citando, quod si persona est exempta, etiam & res personæ exempta sit; atque ita præterea habetur *in c. nullus clericus, c. nullus Episcopus, c. placuit, 1. & 2. causa 11. q. 1. cap. 2. c. post si clerici, de iudicijs, cap. si diligenti, de foro compet. cap. seculares eod. in 6. & in Auth. statuimus, Cod. de Episc. & clericis*; quare hanc esse communem Doctorum sententiam, testantur Abb. *cap. qualiter, de iudicijs, num.* 8 Mynsingerus *centur. 1. obseruat. 22. num. 2.* & Martha *part. 4. cas.* 125. Vide *infrà Sect. 8 & cap. 14. dubit. 11.*

6 Non obstat, quod nonnulli Iuristæ (vt videre est apud Fabrum *§. vlt. num. 8. de satisdat.* Mynsing. *centur. 1. obseruat. 22. num. 2. & centur. 4. obseru. 95.* & Gaill. *lib. 1. obseruat. 37.*) contrarium sentiant, nempè quod Ecclesiastici in causis realibus coram se-
7 culari Iudice conueniri possint, ex eo quod (vt inquiunt ipsi) quisque sortitur forum in loco, vbi res sita est, vel vbi celebratus est contractus, *l. vlt. Cod.*
8 *vbi in rem actio, Cod vlt. de foro compet.* Nam respondetur, quod id vniuersim verum non sit; & quod regula illa varias limitationes habeat, quarum ea certissima est, nisi scilicet persona priuilegiata, & exempta sit à foro seculari (sicuti de facto sunt Ec-
9 clesiastici, vti supra dicebatur) nam in tali casu seruandum est, quod in eadem lege vltima dicitur, quod scilicet actor rei forum sequitur, siue in rem, siue in personam sit actio.

Cæterum quoniam duplex datur in iure obligatio, vna, quæ non ciuilem actionem, sed nudam facti retentionem, vel insistentiam operatur, de qua in *l. naturalis, ff. de obligat. & act.* altera, quæ actionem iudicialem coram Iudice exequendam causat (respectu cuius competentia, vel incompetentia Iudicis succedit) ideò, cùm in eo, qui officium aliquod administrat, necessitas reddendarum rationum, ac aliquorum restitutio à iure naturali dolcendat, vt ex Luca c. 16. probatur, nullam quoad hæc actio ciuilem formulam desiderat) licet ci-
10 uiliter quoque intentari posset (sed à quocumque potest iure priuato peti è suo famulo villico, vel administratore sine ius dicentis læsione, vt rationem reddat, ita vt si talis nollet ex bono, & æquo priuatim illam reddere, posset quilibet ex subditis consubditum suum (sicuti & posset attento primæuo naturali iure) ad id vi, ac propria auctoritate co-
11 gere, nisi ipsi obstaret, quod iure Regio ad vitandos tumultus cautum inueniatur, vt nemo naturali iure in renitentem vti possit, sed ad Iudicem recurrat, *l. non est singulis. ff. de regulis iur. l. extat, ff. quod metus causa, l. 3. §. vlt. ff. ad leg. Iul. maiest.* Quas leges Principes contra subditos, ne quis sibi ius diceret, statuerunt; quia non posset, sicuti dicebã, facultas hæc naturalis per subditos exerceri sine turbatione publicæ pacis, pro qua seruanda priuatorum ius tolli, nedum differri, vt ad iudicia recurratur, potest; S. Ambrosius *de officijs lib. 3. cap. 3. vers. sibi cum quisque* At ipsi, ramquam propriis legibus soluti, cessante ratione, propter quam lex id
12 induxerit, sub hac prohibitione non comprehenduntur; ideò etiam hodie in causa propria ius sibi
13 dicunt, non solum ciuiliter aditis propriis Iudicibus, sed etiam naturaliter citra iudicialem strepitum de facto procedendo manu Regia sine iuris ordine, omissis actionibus à iure ciuili institutis, Bald. *in l. 2. Cod. de sentent. que sine cert. quantit.* per illum textum hoc optimè probantem, vers. *quoniam indemnitatem Reipub. præstari*; & de omissione iuris ordinis, iure naturali solum seruato, docent *Cabed. decis. 35. num. 4. part. 2.* Fragos. *de regimine Christ. Reipubl. part. 1. lib. 4. disp. 20. §. 2. num. 151.* Merlinus *tom. 2. controuer. cap. 33. num. 27.* & Salzed. *de lege Polit. lib. 2. cap. 13. num. 54. 55. & 56.*

Quapropter sicuti Principes supremi, qui vtroque iure fruuntur, si iudicialiter ciuilibus actionibus institutis Ecclesiasticos in sacris constitutos pro administratis publicis pecuniis coram proprio Procuratore, vel Rationario conuenirent, rectè ipsis de incompetentia obiiceretur; quia iudiciales actiones coram Reorum proprio Iudice intentandæ sunt, cap. cum sit generale *de foro compet. & c. clerici de iudic.* siue actio in personam, siue in rem dirigatur: exempta enim persona à seculari Iudice, exempta etiam res est, vt supra dicebam ex Abb. *in cap. qualiter de iudic. num.* 8. Ita si omissis ciuili- 14
bus, & iudiciarijs remedijs, sibi ipsis, nullo iure impediente, naturaliter, & de facto consulunt, exemptioni Ecclesiasticorum non præiudicant; quia faciunt, quod quisque priuatus facere posset, si ob bonum publicum non emanasset dicta prohibitio, quæ ipsos nec vi potestatis, nec vi rationis obligat. Non potestatis, quia persona legislatoris semper censetur excepta, ne sibi præiudicet. Non rationis, quia in ipsis cessat legis ratio, vti dicebam, & cum ipsa legis vigor, *l. adigere, §. quamuis. ff. de iurepatron.* Nec vllus Canon id ipsum vetans, tollensque Principibus hanc facultatem inuenitur, quinimmò sanctorum Patrum sensus huc fertur, sicuti docet S. Th. 2. 2. *q.* 102. *ar.* 2. prouenit enim illa ex excellentia dignitatis, qua Princeps; sicut & eandem obtinet Pontifex, qua Pater, & Pastor, Almin. de dominio naturali, & ciuili, Gerson. *fol. 696. & q. 1. num. 10. de potestate Eccles.* Driedo *de libert. Eccles. lib. 2. cap. 2. vers. Papa ratione curæ Pastoralis*, & Bellarmin. contra Barclaium.

Ideo dicendum est, posse Principem sine violatione immunitatis Ecclesiasticæ priuato iure Ecclesiasticos ad redditionem rationum per suos procuratores, vel Rationarios de facto compellere, & per facti retentionem bonis insistere, ac reliqua exigere, sicuti posset quilibet alius priuatus, si dicta prohibitio non extaret; idque eò magis, quia nonnulli ex *cap. 2. ne clerici, vel monachi*, sentiunt, etiam iudicialiter posse eos coram potestate laica conueniri, vti *supra sect. 1.* notabam.

Diuersum tamen est quoad personæ animaduer- 15
sionem, & quoad pœnam in bonis infligendam; quia cùm Princeps in criminalibus Reum citare, ac processum iudiciario ritu instruere conetur, nulla facti vià vti potest, sed propterea ad propriũ Iudicem Ecclesiasticum demandare debet clericum ab eo puniendum. Nam quoad officij priuationem, cum secularia munera exercere clericis sit in iure prohibitum, iuxta illud Apostoli: Nemo militans Deo se implicet negotijs secularibus, Principes, vt clerici ab iis se abstineant, sine vllo litigio naturaliter, non tamen ciuiliter agendo, præstare possunt: quod in administratoribus Fiscalium rerum: & Diualis patrimonij expeditum est, vt scilicet etiam absque causa per modum facti amoueri ab administratione possint, hoc ipso quod inutiliter, & multò magis perniciosè gerunt: ad differentiam ius dicentium in criminalibus, vel ciuilibus, in quorum remotione requiritur causa, illaque talis, quæ priuationem iniuncti muneris mereatur, Franch. *decis. 8. numer. 2.* Grammat. *cons. 10. numero 3.* Ponte *cons. 22. numer. 3. in fin. & decis. 7. numero 13.* Camil.

Medic.

Medic. *conſ.*143. *num.*4. Rouit. *deciſ.*6. *num.*15. Georg. *allegat.*42 *num.*21.& Merlin. *controuerſ.*28. *num.*2. *tom.* 2. adeò vt deſtituti, ſi ſufficiens ratio non interuenerit, reſtitutionem iure petere poſſint.

16 Nec in hoc ſenſu obſtant oppoſita: nam non infertur exinde, ſicuti patet ex dictis, quod clericus ex acceptatione officij ſe laicali foro ſubiiciat, vt per id ſaltem in bonis puniri poſſit (vt putarunt aliqui) quia qui non potuit expreſsè, multò minus potuit implicitè exemptioni ſuæ renunciare, & ſic de facto in alienum Iudicem conſentire, *cap. ſi diligenti, cap. ſignificaſti, de foro compet. & cap ſignificarunt, 11. verſ. vt & per hoc, de iudic.*

17 Quamuis in clerico minorum ordinum id locum habere poſſit, ſi muneris adminiſtrationem ſuſcipiat iure prohibente ſub pœna priuationis priuilegij clericalis *iuxta cap. fin. de vit. & honeſt. cleric. c. pernenit, c. credo placere, 21. q. 3. c. decreuit, c. conſequens, dist. 88.* ibi: *Proinde huiuſmodi ab indignis poſthac quæſtibus nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, cupiditatéque ceſſandum, aut in quocumque gradu ſunt poſiti, mox à clericalibus officiis cogantur abſtinere.* Et *c. nec clerici, vel monachi*, ibi: *Sacerdotibus, & clericis tuis denuncies publicè, ne miniſtri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores exiſtere, quod ſi poſtmodum facere præſumpſerint, & occaſione ipſius adminiſtrationis propter pecuniarum cauſam deprehendantur in*

18 *fraude, indignum eſt eis ab Eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in Eccleſia ſcandalum generari.* Nam ad horum Canonum terminos receptum in caſu noſtro videtur, clericos contrauenientes, ſi in Minoribus conſtituti ſint, ipsorè clericatui renunciaſſe cenſeri, quaſi ex incompatibilis officij acceptatione duo oppoſita in eodem ſubiecto ſuſtineri non poſſint, cùm clericus in Minoribus conſtitutus clericatui renunciare tam expreſsè, quàm tacitè, non prohibeatur ex eadem regula ſupra tradita, vt contrariorum eadem ſit diſciplina, ſicut ex *cap. cùm ex eo, de elect. in 6.* ibi: *A ſtatu retrocedere valeant clericali.* docent in terminis Calderin. *conſ. 1. tit. de feud.* Bald. *deciſ. 139.* Ant. Fabr. *in Cod. Sebuſiano tit. de Epiſc. & Cler. definit. 9. &* 36. Franc. Vico *ad pragm. Regni Sardiniæ tom. 1. tit. 7. cap. 12. n. 50. & ſeq & tit. 8. in gl. rubricali, fol. 223. de Cle-*

19 *ricis*; in ſactis autem ſeruandum eſt, quod ſupra dicebatur, vel ſi iudicialiter agatur, monitiones præmittendæ ſunt; idque ſeruandum, quod à Canoniſtis ad terminos *d. cap. 2.* receptum eſt.

20 Quamuis agerent rectius Principes, ſi huiuſmodi exemptis, niſi optimæ vitæ ſint, non vtantur

21 præcipuè in inferioribus munetibus, vt in omnibus ferè dominijs cautum eſt legibus particularibus, quarum meminit Vincent. de Franch. *deciſ.* 379. Maſtrill. *de Magiſtratib. lib. 2. cap. 6.* Carleual. *de iudic. fol. 205. num. 453. tom. 1.* & Tapia *deciſ. 10. num. 8.* qui tam clericis, quam Equitibus S. Ioannis publicorum officiorum collationem, & adminiſtrationem prohibitam refert, quamuis ſubdat, in Senatu Italico deciſum eſſe, in hac prohibitione legationem publicam non includi, & propterèà Equitem quendam S. Ioannis legatum à Ciuitate Neapolitana miſſum admitti debuiſſe, cui obſtat Albericus *de ſtatutis par. 2. q. 160.* aſſerens, nomine officij legationem etiam venire, & fauet *titulus ff. & Cod. de legatis ciuitatum*, vbi tale officium cenſetur munus publicum, ad quod infames non admittuntur.

Si verò è cõtra ſecularis res Eccleſiæ adminiſtret dicam *infra ſect. 3. num. 24.*

Omninò verò Prælatis, ne laicos rationibus 22
publicis vel priuatis addictos ad Eccleſiaſticos ordines promoueant, interdictum eſt, *cap. 1. de obligatis ad ratiocinia non ordinandis.* Quod ſi agant, 23
clerici minorum ordinum eijciẽdi, Maiorum verò, & Religioſi in bonis cogendi ſunt, vt per Innocẽt. IV. *Rubr. huius tituli, verſ. tamen de bonis eius, quæ habet, vel etiam, quæ obuenient poſt ingreſſum Monaſterij, ſatisfiet illis, quibus obligatus erat, 19. q. vlt. ſi qua vi.* Debet verò, vt hæc ceſſent, haberi conſenſus 24
eorum, quorum intereſt, vti docet idem Innocent. *in dict. c. vnic. ver poſtulari*, ibi: *Poſtulandi a Iudice, ſub quo debet reddere rationem, C. de Epiſc. officiales vocatis his quorũ negotia acta ſunt, & qui legi poſſunt tali cõceſſione ff. de adopt. Nã dicimus etiã ſolum conſenſum ad liberationem illius ſufficere, cui obligatus eſt, 14 dist. ſi quis quicumque* hæc Innoc. quẽ omnes ſequuntur, inter quos Mugnotius *de ratiocin. cap. 7.* Quod verò Nouitij, vel clerici Minorum ordinum eijci, & remoueri debeant, probat idem Innocent. *ibid. n. 3. verſ. Immò ſi promoti fuerint, aut dimittent officium, aut remouebuntur, 21. q. 3 cap. 1. & 2. & infra, Ne clerici, vel monachi, cap. 1.* Nam id de conſtitutis in ſacris firmari non poteſt propter ordinis dignitatem, & chataſteris indelebilitatem, adduntque complures, Epiſcopum, vel ſcienter vel ſine inquiſi- 25
tione ordinantem ad damni compenſationem in omni foro teneri, & cogi poſſe, cẽſerique fideiuſſiſſe ſicut de ordinante ſine legitimo patrimonio receptum eſt.

SECTIO II.

An poſſint Eccleſiaſtici à poteſtate laica puniri in bonis?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici in caſibus, in quibus non poſſunt à poteſtate laica puniri in perſona, neque poſſunt puniri in bonis quæcumque illa ſint, etiam patrimonialia.*

2 *Eccleſiaſtici in bonis patrimonialibus gaudent iiſdem priuilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent ipſorum perſonæ; quia ea bona ſunt etiam acceſſoria perſonæ*

3 *Poteſtas laica non habens auctoritatem in Eccleſiaſticos quoad perſonam, neque habet in illos quoad bona.*

4 *Eodem modo quo pertinet ad Iuriſdictionem punire Eccleſiaſticos in perſonam, pertinet ad eandem eos punire in bona.*

5 *Pœna ob punitionem in bonis in aliqua parte applicatur fiſco.*

6 *Pœna, cum eſt fiſco applicanda, cauſa dicitur criminalis.*

7 *Poteſtas laica nullo modo per Bullam Cœnæ, poteſt cognoſcere Eccleſiaſticos in cauſa criminali.*

EX his ſequitur primò, quod confirmetur ma- 1
gis doctrina toties ſupra repetita; nempe quod in caſibus, in quibus Eccleſiaſtici non poſſunt à poteſtate laica puniri in perſonis, non poſſint etiam puniri in bonis, quæcumque bona illa ſint, etiam patrimonialia; ſiquidem Eccleſiaſtici in

patrimo

patrimonialibus etiam gaudeat iisdem priuile-
2 giis,& exemptionibus, quibus gaudent ipsorum personæ;quia bona patrimonialia etiam, sunt accessoria personæ,sicuti *cap.5.dub.2.* dicebam,quare cùm potestas laica non habeat auctoritatem in Ecclesiasticos quoad personas,neque auctoritatem habet in illos quoad bona, quæcumque illa sint, etiam patrimonialia,vtpotè & hæc etiam acces-
3 soria personæ:& hinc *in Clem.1.de vita & honest.cler.* simpliciter habetur, quod clerici gaudent priuilegio clericali,non solum in personis, sed etiam in
4 bonis;& Abb.*in cit.cap.qualiter,de iudic.* rectè dixit, quòd si persona est exempta, exempta sunt etiam bona personæ:& ratio vlterius est,quia sicut iurisdictionem importat punire Ecclesiasticos in persona, ita etiam iurisdictionem importat punire illos in bonis,vel in pœna pecuniaria.

5 Confirmatur,quia cùm quis punitur in bonis, talis pœna vt plurimum, saltem pro aliqua parte,
6 applicatur fisco,& cùm pœna applicanda est fisco, causa dicitur criminalis, sicuti docet gloss. *in l.3. ff.de sepul. viol.* & ibi Bart. sed per Bullam Cœnæ nullo modo potest potestas laica Ecclesiasticos cognoscere in causa criminali; ergo,&c.

SECTIO III.

An possint Ecclesiastici iurisdictionem laicam, vel alia Regalia vsurpantes,à potestate laica priuari bonis temporalibus?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici iurisdictionem laicam,aut alia Regalia vsurpantes, non possunt à potestate laica bonis temporalibus priuari, nisi id fiat cum expressa Sedis Apostolica licentia.*
2 *Vsurpare idem est quod occupare.*
3 *Iurisdictio laica ab Ecclesiasticis vsurpata non confert laicis ius vsurpandi, vel occupandi bona Ecclesiasticorum,ad seruandam æqualitatem in iudiciis.*
4 *Iurisdictio competit Ordinario in extraneos suam iurisdictionem vsurpantes, vel impedientes,sed non procedit quoad Iudices laicos in Ecclesiasticos.*

1 SEcundò sequitur,quod Ecclesiastici iurisdictionem laicam, aut alia Regalia vsurpantes, non possint à potestate laica priuari bonis temporalibus;idque propter easdem rationes; & confirmatur,quia expressè hoc prohibetur in Bulla Cœnæ in iis verbis: *Quive redditus, & prouentus ad quascumque personas Ecclesiasticas pertinentes vsurpant.* vsurpare autem idem est, quod occupare, vt
2 docet Caiet. & habetur *in Clem. 1. vers. vsurpare;* atque ita contra Garsiam *de Hispan.nobilit.gloss.9. num.12.* Borell.*de præstantia Regis Cathol.cap.71. num 55.* Peguer *in pract.crim.cap.24.num.7.* Sesse *de inhibit. cap.8. §. 1. num.* 100. Olibanum *de iure fisci,cap.12.* Bayetol. *in allegat. pro iurisd.5. officij, art.5.num.127.* Osorium *lib.4.in prælud.§.2.* Bobadillam *in polit.tom.1.lib.2.cap.18. num.60.* & alios Iuristas, quos refert, & sequitur Ramirez *tract. de lege Regia,§.27. num.15. in gloss. lit.F*, & Pradilla *par.1. cap.8. num.4.* docet ex communi Theologorum sententia Megalius *in 3. par. lib.3. cap.11. num.12.*(vbi rectè excipit,nisi id fiat cum expressa Sedis Apostolicæ licentia)Martha *de iurisd.part.4. cas.101.*& Duard.*in Bull. Cœnæ lib. 2.cap 17.q.5.* Sanchez *in opusc.tom.1.lib.2.cap.4. dub.55. num.2. & 31.& lib.3.cap.vnic dub. 31.num.2.* (vbi generaliter ait,potestatem laicam non posse procedere, neque contra personam clerici, neque contra bona clerici,ex ratione dicta, quia scilicet bona sunt accessoria personæ)& Bonacina *in Bull.Cœnæ disp.* 3
1.q.18.*punct.3.num.12.*vbi idem docet ex eo, quia iurisdictio laica ab Ecclesiasticis vsurpata non confert laicis ius vsurpandi, vel occupandi bona Ecclesiasticorum, ad seruandam æqualitatem in iudiciis.

Non obstat, quod ex doctrina Innocentij *in cap.cum olim,il 1.de restit. spoliat. & in cap dilectus, de Pœn.* competat Ordinario iurisdictio in extra- 4
neos suam iurisdictionem vsurpantes, vel impedientes, iuxta *e.de offic.delegat* Nam respondetur, procedere id non posse,quoad Ordinarios Iudices laicos contra Prælatos Ecclesiasticos, cùm non liceat inferiori iudicare,& punire suum superiorem.

SECTIO IV.

An possint Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes à potestate laica capi, & puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes, vel eam impedientes non possunt à potestate sæculari capi.*
2 *Limita, nisi aliter iurisdictio laica defendi non posset.*
3 *Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes non possunt à potestate laica puniri in pœna pecuniaria,vel in bonis contra Bobadillam, & Villadieg.*
4 *Iudices laici punientes Ecclesiasticos, qui in officio sæculari delinquunt, damnantur à Doctoribus.*

TErtiò sequitur, quod Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes,vel eam impedientes,non 1
possint à potestate sæculari capi (vt expressè pro- 2
hibetur in Bulla Cœnæ:excipe,si aliter iurisdictio laica defendi non posset: tunc enim liceret ratione iustæ defensionis)nec possint à potestate sæculari puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis; id- 3
que propter easdem rationes; atque ita contra Bobadillam *in polit. tom.1.lib.2.cap.18.n.84.*& Villadieg.*polit.cap.5.n.77.*docent Megalius *in 3.p lib.3. cap.11.num.23.* & Sanchez *in opusc. tom.1.lib.3. cap.vnic.dub.31.n.2.* Vnde Doctores isti damnant 4
Iudices laicos punientes pœna pecuniaria clericos,qui in officio sæculari deliquerunt; de qua re tamen nos mox infra dicemus.

SECTIO V.

An si Ecclesiasticorum animalia damnum inferant,possint per potestatem laicam capi, vt damnum ab illis illatum reparetur?

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Iudices laici non possunt Ecclesiasticorum animalia damnum dantia capere, vt damnum ab illis illatum, reparetur.*

2 *Ecclesiastici in causis damni dati puniendi sunt per Iudicem Ecclesiasticum.*

1 QVartò sequitur, quod, si Ecclesiasticorum animalia damnum inferant, non possint per Iudicem laicum capi, vt damnum ab illis illatum, reparetur; idquè propter easdem rationes Lopez *par. 7. tit. 15. leg. 24.* & Castillo *in l. 70. Tauri num. 18.* (vbi aiunt, quod Ecclesiastici in tali casu puniri deoeant per Iudicem suum Ecclesiasticum) 2 & docet etiam Sanchez vbi supra ex eo, quia bona sunt accessoria personæ; atque adeo cùm potestas laica non habeat iurisdictionem in personam, neque iurisdictionem habet in bona personæ; sed de hac re vide diffusius *supra dubit. 20. & cap. 7. dubit. 8.*

SECTIO VI.

An possit bannitus per potestatem laicam spoliari bonis, & occidi in territorio Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica, seu Princeps laicus non potest bonis spoliare, & multo minus occidere Bannitum in Territorio Ecclesiæ, neque in Territorio alterius Principis laici.*

2 *Auctoritas Principis non extenditur extra suum Territorium.*

3 *Limita primò nisi adesset licentia expressa, vel tacita, vel rationabiliter præsumpta alterius Principis.*

4 *Limita secundò nisi Reus esset bannitus à Papa; quia hic habet iurisdictionem illimitatā per vniuersum orbem, saltem indirectè ob finē spiritualem.*

5 *Limita tertio, si occidatur Grassator Viarum; quia tunc fit ab occidente in iustam defensionem suam, & aliorum.*

6 *Princeps proponere potest præmium occidenti Bannitum; quia proponit præmium ad rem, quæ est sibi licita.*

1 QVintò sequitur, quod non possit potestas laica, seu Princeps laicus bonis spoliare, & multomultò minus occidere bannitum in territorio Ecclesiæ; quinimmò neque in territorio alterius Principis laici; quia cùm vtrumque territorium sit extra iurisdictionem suam, non extenditur ad illud 2 ipsius auctoritas; atque ita contra Finellium *de cas. reseru. cas. 4. num. 41.* & Graffium *par. 2. lib. 2. cap. 62. nu. 57* docent Azorius *to. 3. lib. 2. cap. 2. q. 3.* Sà *verbo homicidium num. 10.* Layman *lib. 3. sect. 5 tract. 2. n. 3.* Filliucius *to. 2. tract. 28. cap. 2. num. 24.* Bonac. *de contract. disp. 2. quæst. vlt. sect. 1. punct. 2.* Reginald. *to. 2. lib. 21 cap. 2. nu. 18.* Homobon. *to. 1. par. 2. resp. 118.* & alij passim. Vide, quæ dicentur *cap. 16. dubit. 30. & 37.*

Excipe primò, nisi adesset licentia expressa, vel 3 tacita, vel rationabiliter præsumpta, alterius Principis, in cuius iurisdictione moratur bannitus, quia tunc cessat vsurpatio alienæ iurisdictionis.

4 Excipe secundò, nisi reus esset bannitus à Papa; quia hic habet iurisdictionem illimitatam per vniuersum orbem, saltem indirectè, ob finem spiritualem; quare non mirum, si potest mandare, etiam occidi in alieno territorio, cuiuscumque illud sit, saltem cùm sic expedit ad bonum spirituale.

Excipe tertiò, si occidatur grassator, qui vias 5 publicas tenet; quia tunc id fit ab occidente in iustam defensionem suam, & aliorum, quibus grassator mortem, & damna machinatur; & præterea fieri videtur in iustam vindictam, auctoritate publica Principis, cuius est territorium: vbi aduerte, quod & proponere potest Princeps præmium occidenti bannitum, cùm sic proponat præ- 6 mium ad rem, quæ est sibi licita, vti notant vbi supra Doctores, quidquid in contrarium dubitare videantur Sot. *de iust. lib. 5. q. 1. ar. 3.* & Bonac. *in loco supra cit. num. 3.*

SECTIO VII.

An possint Ecclesiastici, si transgrediantur legem ciuilem, à potestate laica puniri pœna per talem legem impositа.

SVMMARIVM.

1 *Potestas laica non potest exigere pœnam ab Ecclesiasticis transgredientibus legem ciuilem, à tali lege impositam.*

2 *Exigere pœnam à lege impositam est actus iurisdictionis; quam nullo pacto potest laicus in Ecclesiasticos exercere.*

3 *Ecclesiastici contrauenientes legi Ciuili Canonicæ conformi debent puniri per Iudices Ecclesiasticos.*

4 *Ecclesiastici legibus ciuilibus ligantur solum quoad vim directiuam, non autem punitiuam, & ideo omnino eximuntur à laica potestate quoad punitionem.*

5 *Iudices laici non possunt rebus priuare Ecclesiasticos quasi in commissum ceciderint, licet sine forma iudicij id efficiant; quia etiam hoc modo exigunt pœnas à lege ciuili prohibente impositas.*

6 *Maior coactio effici videtur, quando pœna à lege imposita, exigitur sine controuersia iudiciali.*

7 *Exigere pœnas à lege ciuili impositas ab Ecclesiasticis non potest Potestas laica sub pretextu iustæ naturalis defensionis, nisi res restituat spoliato, seu Prælato Ecclesiastico, & nisi periculum sit in mora.*

8 *Consuetudo in contrarium seruari non potest, nisi innitatur consensui saltem implicito Prælatorum, vel Summi Pontificis concessioni.*

SExtò sequitur, quod si Ecclesiastici transgre- 1 diuntur legem ciuilem, non possit potestas laica ab illis exigere pœnam à tali lege impositam, siue illa sit pœna priuationis rerum (quæ quasi in commissum ceciderit) siue sit pœna pecuniaria; vt si v. 8. contra legem ciuilem prohibentem Ecclesiastici rem supra pretium taxatum, vendant, vel extra Regnum annonam asportãt, vel quibusdam vestibus induantur, vel ad piscandum, aut venandũ canibus, auibus, alijsue quibusdam instrumentis vtantur, vel arma quædam, præsertim tempore noctis, portent, &c. Sequitur, inquã quod non possit potestas laica in his, & similibus casibus Ecclesiasticos talibus rebus priuare (quasi illæ in

commissum ceciderint) vel pœna pecuniaria eos punire ; idque etiam propter eandem rationes ; & confirmatur, quia infligere pœnam à lege imposi. tam, siuè pœna sit priuatio rei (quasi in commis-
2 sum ceciderit, siuè sit pecuniaria, est actus iurisdictionis, quam nullo pacto in Ecclesiasticos potest laicus exercere; ergo, &c. atque ita contra Villadiegum *in instit. polit. c. 5. §. 20. n. 66.* Pereiram *de manu regia part. 2. c. 39. num. 15.* Rebuffum *tom. 2. constit. tit. de mercat. min. vendi in rubr. glos. 13. num. 1.* & alios Iuristas, quos citat, & sequitur Camillus Borellus *in sum. decis. tit. 34. de foro compet. num. 34. &* 35. docet Suarez *in defens. fidei lib. 4. 9. 34. num. 14. & de legibus lib. 3. cap. 34. num. 17.* Sanchez *in loco supra cit.* Martha *de iurisd. part. 4 cent. 1. cas. 7.* Becanus *in Summa Theol. tom. 2. tract. 3. cap. 6. q. 11. dub. 2. num. 26.* Malder *ibid. q. 96. ar. 5. §. de Ecclesiasticis*, Sousa *in Bull. Cœna, c. 20. disp. 95. num. 4.* Bonacina etiam *in Bull. Cœna disp. 1. q. 16. punct. 5. num. 27.* Barbosa *de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 4. num. 140.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 3. diffic. 2. num. 608.* & Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 57. num. 8.*

3 Non obstat, quod id Ecclesiastici faciendo, operentur etiam contra Canones, vel contra legem sui Prælati Ecclesiasticam: nam hinc tantum sequitur, quod à potestate Ecclesiastica, non autem à laica puniri debeant.

4 Non obstat secundò, quod id Ecclesiastici faciendo, operentur contra legem, quamuis ciuilem, latam ob bonum commune, & sic contra legem, qua ipsi etiam ligantur. Nam hinc tantùm sequitur, quod illa ligentur secundùm vim directiuam, non autem secundùm coactiuam etiam, nisi per suos Prælatos.

5 Non obstat tertiò, quod Ecclesiastici prædictis rebus priuentur, quasi in commissum ceciderint, sine forma iudicij. Nam si in commissum cadunt, cadunt ex vi legis prohibentis, & sic per modum pœnæ impositæ à lege ciuili prohibente, cui Ecclesiastici non subduntur, saltem secundum vim
6 coactiuam. Adde, quod maior coactio effici videtur, quando pœna à lege imposita exigitur sine cõtrouersia iudiciali, sicuti docet Suarez *de legib. lib. 3. cap. 34. num. 17.* quamuis contrarium non improbabiliter dixerit Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. num. 9.* & Lublinus *ver. Bulla Cœna cas. 17.* & nos indicabamus *supra sect. 2. prope finem.*

7 Non obstat quartò, id non effici per modum iurisdictionis, vel aliqualis punitionis, sed per modum iustæ defensionis. Nam id verum esset, si pro tunc tantum Ecclesiastici rebus suis priuarentur; at postea ipsis, vel ipsorum Prælatis eædem redderentur. Et hinc fit, quod Episcopi in aliquibus locis dent facultatem ministris laicis, vt clericos, si cum armis prohibitis illos noctu inuenerint, capiant, & ad ipsos deducant; cùm sic euitentur scandala, & consulatur bono communi: quod mihi non improbatur.

8 Non obstat quintò, ita consuetudinem esse in aliquibus locis. Nam consuetudo ista saluari non potest, nisi nitatur in consensu, saltem implicito, Prælatorum, vel in Summi Pontificis concessione; qua de re vide, quæ dicebantur *dub. 7. 15. & seqq. & cap. 1. dubit. 15. sect. 5. & 6.*

SECTIO VIII.

An saltem possint Ecclesiastici à Potestate laica cognosci quoad bona, si bona, quæ possidentur ab ipsis, in ordine ad laicum obligationem habeant; vt ratione feudi, vel ratione tributi, seu pensionis ipsi rei adhærentis, vel ratione officij, quod ab ipsa Potestate Laica habent?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas cognoscere potest Ecclesiasticos, primo si bona quæ ab ipsis possidentur in ordine ad Laicum obligationem habeant per se; sibique propriam, vt sunt bona feudalia, quæ concessa alicui Vassallo ab Imperatore, ad Ecclesiam transierunt.*

2 *Nemo potest plus in alium ius transferre, quàm in se habeat.*

3 *Dominium directum semper manet penes primum conferentem.*

4 *Ad Dominum directum pertinet iudicare de controuersiis super feudo exorientibus.*

5 *Episcopi, & aliqui Prælati Germaniæ ratione Regalium feudorum; quæ obtinuerunt Imperatori subiiciuntur, perinde ac Principes seculares.*

6 *Idem Homo diuersis respectibus diuersa iura censetur.*

7 *Episcopus in controuersiis feudalium dominiorum quæ habet ab Imperatore, non ad Papam, sed ad Imperatorem appellat.*

8 *Dominus Laicus cognoscens in causa feudali, potius iudicat de re sua, quam de Clerico.*

9 *Clericus in causa feudali non subiicitur in Iudicio Domino feudi vt Clericus, sed vt Baro, seu feudatarius.*

10 *Ecclesia, si habeat feudum à Laico, censetur etiam vt Laicus.*

11 *Clericus feudatarius in causa petitorij conueniendus est coram Domino feudi, secus in causa possessorij ex doctrina Squillantis contra nonnulles.*

12 *Iudex Laicus, si iniuste denegetur ei tributum, vel pensio adhærens ipsi rei, potest sibi prouidere occupatione fructuum, vel possessionum ad doctrinam Baldi, modo nihil attentet contra Personam Clerici.*

13 *Obligatio inhærens fundo est secundum se sine ordine ad Personam.*

14 *Consuetudo, secundum quam Imperator in Vassallos Clericos, & Rex in Ministros, & Consiliarios Clericos inquirit, eosque pecuniarijs pœnis, depositione ab officio, vel feudi priuatione punit, defenditur, & cur.*

15 *Limita in casu, quo feudum iure proprio agnationis ad Clericum pertinet, secus si pertineat ratione Ecclesiæ.*

16 *Clericus propter ipsius crimen non potest priuari feudo ad Ecclesiam spectanti; cum delictum Personæ in detrimentum Ecclesiæ redundare non debeat.*

17 *Clericus feudatarius ad doctrinam Innocentij, si agatur de crimine, ob quod feudo priuari meretur, eius cognitio non ad Dominum feudi laicum pertinet, neque feudo ante priuari*

nari poteſt, quam ab Eccleſiaſtico Iudice condemnatus ſit.

18 *Clericus trahi non poteſt ad forum ſeculare etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſeculari ſi in eo delinquat, neque etiam ratione cuiuſcumque artificij, ſi quam exerceat artem, quæ Conſules habeat, & Primates.*

19 *Iudex laicus ad doctrinam relatorum à Squillante excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit ſi trahat Clericum ad ſuum tribunal, etiam ſi illum trahere intendat praetextu officiorum ſecularium.*

20 *Bulla generaliter loquitur, & ſolum excipit caſus in iure expreſſos.*

21 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

22 *Clericus nequit officia ſecularia ſine diſpenſatione ſuperioris ſuſcipere.*

23 *Clericus, qui officium Tutoris, vel Curatoris exercuit & in eo deliquit, non poteſt in iudicium ad reddendam rationem vocari coram Iudice laico.*

24 *Non valet argumentum à Poteſtate Epiſcopi quoad ſuos miniſtros, & officiales laicos, ad poteſtatem Principis ſecularis quoad officiales, & miniſtros Eccleſiaſticos.*

25 *Duardus inuehitur in illos Iudices, qui Clericos puniunt pœna pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt ad Epiſcopos.*

26 *Prior ſententia, nempe Clericum ratione officij ſecularis poſſe à Iudice laico cognoſci limitanda eſt, vt v.g. poſſit declarare quantitatem debiti ex proceſſu compilato, non autem illum condemnare ad ſoluendum.*

27 *Executio ſententiæ Iudicis laici contra Eccleſiaſticum non ad laicum, ſed ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectat.*

1 REſpondetur affirmatiuè, ſi bona, quæ ab Eccleſiaſticis poſſidentur, in ordine ad laicum obligationem habeant per ſe ſibique propriam; quod accidit, ſi à laico verbi gratia Imperatore, Rege, &c. in feudum data fuerunt, vel ipſimet Eccleſiæ, vel alteri, v.g. Comiti, alterive vaſſallo, qui poſtea
2 Eccleſiæ donauit; probatur, quia cum iſte alter non potuerit plus Iuris in Eccleſiam transferre, quàm
3 ipſi competebat iuxta *reg. 79. in 6.* conſequens eſt, quod dominium directum ſemper maneat penes primum conferentem, ad quem proinde propriè
4 pertinet de controuerſiis ſuper feudo exorientibus iudicare, ſicuti habetur expreſsè *in cap. ex tranſmiſſa, cap. verum de for. compet.* vbi Abb. *num.* 13. *& in cap. dilectus, num. 4. de presbyt.* Mynſing. *cent.* 5. *obſer.* 8. Gaill. *lib.* 1. *obſeruat.* 30. *&* 37. Surdus *lib.* 3. *conſ.* 396. S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 9. *cap.* 2. §. 3. Ambroſin. *de immunit. cap.* 20. *num.* 56. Baiardus *in Clarum lib.* 4. §. *feudum, q.* 90. *num.* 8. Duardus *in Bullam Cœn. Can.* 15. *q.* 11. *n.* 68. Martha *caſu* 198. & Suarez *lib.* 4. *def. c.*
5 14. *num.* 12. qui Doctores in locis prædictis etiam meminerunt regalium feudorum, qualia Epiſcopis, & aliis quibuſdam Prælatis Germaniæ ab Imperatore concedi ſolet, vt ſimul ſint Imperij Principes; ideoque ratione horum bonorum Imperatori ſubiiciuntur, perinde ac Principes ſeculares;
6 quia nihil obſtat, quin idem homo diuerſis reſpectibus, diuerſo iure, & qualitate cenſeatur; quarein controuerſiis, quæ ratione feudalium dominiorum oriuntur; Epiſcopus non ad Papam, ſed ad
7 Imperatorem appellet, neceſſe eſt, monent, Doctores *in cit. c. verum, & c. ſolita de maior. & obedientia*; &
8 ratio eſt, quia cùm dominus laicus cognoſcit in cauſa feudali, potius iudicat de re ſua, quã de cleri-
9 co; cùm in tali tantum caſu ſit Iudex reſpectu cauſarum, quæ oriuntur occaſione feudi; tũ quia clericus in dicto caſu non ſubiicitur in iudicio domino feudi, vt clericus, ſed ſolum vt baro; atque ita
10 docet Abbas *in cit. c. verum, n.* 13. qui *in cit. c. dilectus, n.* 4. ſubdit, quod ſi & Eccleſia habeat feudum à laico, Eccleſia cenſetur etiam vt laicus.

Vbi aduerte primò, quod quamuis non improbabiliter Paulus Squillante *de priuileg. cler. c.* 7 *dub.*
11 14. *num.* 105. & alij penes ipſum prædictam doctrinam ſolùm admittant, quando clericus pro feudo coram Iudice ſeculari conuenitur de petitorio ſolum, & ſic quando de proprietate ſola agitur: nam quando iudicio poſſeſſorio clericus impetitur, cauſa poſſeſſionis (inquiunt ipſi) coram Iudice Eccleſiaſtico agenda eſt; Contrarium tamen iuxta ea, quę dicebam, probabilius Bonacina *in Bulla Cœnæ to.* 3. *diſp.* 1. *q.* 16. *ſect.* 1. *punct* 6. *n.* 6. & alij docent; quin ita fuiſſe deciſum refert Io. Baptiſta del Thoro *in compend. dec. Neapol. verb. cler. fol.* 91.

Aduerte ſecundò, quod Bald. *in l. de his, Cod. de*
12 *Epiſc. & clericis*, docet, quod ſi tributum, vel penſio quæcumque adhæreat ipſi rei, Iudex laicus (ſi iniuſtè ipſi denegetur) prouidere ſibi poteſt occupatione fructuum, vel poſſeſſionum, quæ ſub ſua iuriſdictione ſunt (modò nihil attentet contra
13 perſonam clerici) quia obligatio inhærens fundo eſt ſecundùm ſe ſine ordine ad perſonam: vide, quæ dicebantur *cap.* 5. *dub.* 1. *ſect.* 1. *& dubitat.* 15. *&* 31.

Aduerte tertiò, quod Suarez *cit. lib.* 4. *cap.* 34. *nu.* 26. cum Borello *de præſt. reg. cap.* 71. *n.* 34. Anguiano *de legib. lib.* 2. *contr.* 21. *n.* 58. Cenedo *in collect. iur. can. par.* 1. *collect.* 37. *num.* 16. Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *n.* 99. Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violent. par.* 2. *q.* 65. *n.* 14. Pereira *de manu reg. par.* 2. *cap.* 48. *n.* 4 Eſcobar. *tract. de ratiocin. cap.* 7. *num.* 7. &
14 aliis probabiliter defendit conſuetudinem, ſecundùm quam Imperator in vaſſallos clericos, & Rex in miniſtros, & conſiliarios clericos inquirit, eoſque pecuniarijs pœnis, diſpoſitione ab officio, aut feudi priuatione punit; quia tunc non conſiderantur (inquit ipſe) niſi ſub reſpectu merè ciuili; maximè, quia ſub tali conditione, & pacto ad ea miniſteria clerici acceptantur; quod pactum neque
15 contra bonos mores eſſe videtur (loquitur autem Suarez in caſu, quo feudum iure proprio agnationis ad clericum pertinet: nam ſi ad ipſum pertineat ratione Eccleſiæ, quam adminiſtrat certum
16 eſt, quod clericus priuari illo non poſſit propter crimen ipſius: cùm delictum perſonæ in detrimentum Eccleſiæ redundare non debeat) Quamuis cõtrarium ob rationes mox *infra* & *cap.* 14. *dubitat.* 11. dicendas probabilius (ſi iudicialiter, non autem naturaliter, & de facto procedatur) doceat Innocent. *in cit. cap. verum, de foro compet.* Abb. *ibid. n.* 17.
17 (vbi ait, ſi aduerſus vaſſallum clericum agatur de crimine, ob quod feudo priuari mereatur, eius cognitio non ad dominum feudi laicum pertinet, neque clericus feudo ante priuari poteſt quàm ab Eccleſiaſtico Iudice condemnatus ſit; quia de crimine clericorum Iudex laicus neque directè, neq; indirectè cognoſcere poteſt) Duard *in Bull. Cœn. lib.* 2. *can.* 15. *q.* 11. *nu.* 273. (vbi docet, quod clericus
18 trahi non poteſt ad forum ſeculare, etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſeculari, ſi in eo delinquat; nec etiam ratione cuiuſcumque artificij, ſi quam exerceat artẽ, quæ Conſules habeat, ac Primates, apud quos illius artificij iuriſdictio reſideat) Megal. *in* 3. *par. lib.* 5 *c.* 11. *n.* 26. *&* 32 Bonac. *de leg. diſp.* 10. *q.* 2. *punct.* 1. §. 1. *n.* 24 Ambroſ. *de im. munit. Eccl. c.* 20. *n.* 54. Paul. Squill. *de priuil. lay. c.* 7. *dub.* 3.

3.n.87 Erasmus Cochier *de iurisd.tom.* 2. *part.* 3.*q. vlt.n.*1.*&* 2.Zanardus *in direct.confess.tom.*3.*c.*50.& Carol.de Graff.*de off.cler.off.*1.*n.*82.vbi testatur, sic fuisse obseruatũ in causa cuiusdam Equitis Hierosolymitani,qui seculare officiũ quoddã exercuerat.

19 Hinc Doctores isti posteriores tenent,Iudicem laicum in Bulla Cœnæ excõmunicationem incurrere,si trahat clericũ ad suũ tribunal, etiãsi eũ trahere intendat prætextu officiorũ secularium, quæ clericus exercuit, vti dicebatur ; & ratio assignari

20 potest;quia Bulla generaliter loquitur,&solùm excipit casus in iure expressos,exceptio autẽ firmat

21 regulã in casibus non exceptis;tũ quia,licet clericus nequeat officia secularia sine superioris dispẽ-

22 satione suscipere,*c.sacerd.ne cleric. vel monach.*nihilominus priuil.clericale retinet,ita vt exẽptus esse perseueret à laica potestate,*c.fin.de vit.& honest.cler.*

23 Quod inde confirmatur,quia clericus, qui officiũ tutoris,vel curatoris, vel administratoris bonorũ vel aliud quodcumq;exercuit,& in eo deliquit,nõ potest in iudiciũ Laicale à laico ad reddendã rationẽ vocari:licet enim delinquat assumendo huiusmodi officium,non tamen fori priuileg.deperdit. Vide omninò,quæ dicentur *infra cit.c.*14.*dubit.*11. & quæ dicebantur *suprà dub.*35.*n.*10.*& seqq.*

24 Neq; dicas, Episcop. solus potest cognoscere,& punire officiales suos laicos, v. g.Carcerarios,Fiscales,cõmissarios,actorũ Magistros,Notarios Lictores,&c.sicuti ex cõmuni contra Paponiũ *de iure Franc.lib.*1.*tit.*4.*Arrest.*8. docent Ric.*in praxi to.*1. *resol.*471.& Barbosa *de potest. Episc.par.*3.*alleg.*107. *n.*11.*& seqq.*& nos dicebamus *suprà c.*4.*dub.*14.*&*

25 *seqq.*ergo sic è contra:Ná respõdetur,disparitas est, quia laici(licet laici)hoc ipso,quod sunt Episcopi, gaudẽt priuilegio fori Eccles.vtpotè,quia sunt de familia Episc.Vnde non mirũ,si eorum delicta omnia debeat solum Iudex Eccles.& non laicus cognoscere,ac punire(adeò vt si Iudex laicus velit se in illa intromittere,possit ab Episcopo excommunicatione vinciri,vt *in cit. loco* dicebamus) At clerici, cùm fiunt ministri Principis non priuantur priuilegio clericali , cùm retineat adhuc statum clericalem,vt dicebatur.Vide *Epistolam S. Gregorij ad Episcopum Calaritanum* 66.*lib.*7.

Neq; dicas secundò,clericum in tali casu solùm in bonis,non autem in persona puniri : Nam Respondetur,& hoc ipsum obstare;quia,cùm persona sit exempta , sunt etiam exempta bona personæ; quare Duard.*loc.cit.n.* 31. inuehitur in illos Iudices,qui clericos puniunt pœna pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt ad Episcop. bona enim clericorum sequuntur priuileg.personæ,sicuti suprà dicebam;& notauit Sanch.*in opusc.to.*1.*lib.*3.*c. vnic.dub.*21.*n.*11.Duard.*loc.suprà cit.n.*52. Genu.*in praxi c.*8.*n.*5.Sousa *in Bull.Cœn.c.*20.*disp.*95.*n.*4 & prius Abb.*in cit.c.qualiter,de iudic.*inquiens,certum esse , quod si persona est exempta , sit & exempta res personæ;quare sententiam hanc docet etiã ex iuristis Martha *de iurisd.par.*4.*cent.* 2.*cas.* 127.*n.*5.

Vide etiam Riccium *in praxi tom.*2.*resol.*43.*n.* 2.Barbos.*in collect.tom.*2.*lib.*3.*tit.*50.*c.*2.*n.*4. Franc.

26 Marc.*par.*3.*decis.*479.*n.*4.*&*5.Caballum *resol.crim. cas.*64.& Ant.de Marinis *quotid.resol.c.*35.*n.*15. vbi rectè notat,quod stando in priori sententia Suarij, limitanda saltẽ illa foret,vt si apud Iudicem secularem cõpilato processu cõparuerit clericus esse debitor,vel in officio deliquisse,sint Iudicis secularis partes non illũ ad soluendũ condemnare,& cõpellere ; sed tantum declarare quantitatem,qua clericus esse debitor apparet , & hac declaratione facta Iudex Ecclesiasticus sit ad eundus(quod & in duobus aliis casibus sequentibus dicendum erit pro illius executione;quia,vt sæpe dictum est,executio sententiæ contra clericum in casibus permissis,nõ ad Iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum de iure 27
spectat;cùm non subdatur clericus , saltem secundùm vim coactiuam,potestati laicali;nisi solum in casu extraordinario necessitatis,si scilicet superior Ecclesiasticus non possit propter distantiam moneri, & interim , periculum sit in mora;vel si ille monitus recusset prouidere,vt *dub.*4. dicebamus.

SECTIO IX.

An etiam possint à potestate laica cognosci,si bona immobilia à laico domino donata fuerint Ecclesiæ cum reseruatione iurisdictionis?

SVMMARIVM.

1 *Item limitatur,v.g.si Bona immobilia à Laico Domino donata fuerint Ecclesiæ cum reseruatione Iurisdictionis.*

2 *Quilibet est rei suæ moderator , & Arbiter.*

REspondetur affirmatiuè,quia in tali casu talis 1
conditio,tamquam iusta, omninò seruãda est; sicuti docent Doctores *in c.verum,de condit.appos.fit. c.præterea* 2.*de iurepatron.*& in specie notauit Mol. *tract.*5.*d.*50.6.& Suar.*lib.*4.*defens.c.*14.*n.*13.vbi rectè ait,quod in vniuersum seruanda est conditio,quoties;bona à principio data fuerunt clericis,vel Ecclesiis sub ea conditione, vt semper sub eodẽ foro maneant,sub quo tunc existebant; & ratio est,quia dominus plus transferre non voluit;& quilibet est 2
in re sua moderator,& arbiter,*l.in re mandata Cod. de man.& l.Pollà,Cod.de his,qui vt indig.contra instit. de his,qui sunt sui vel alieni iuris*,§.1.quare Mol. *loco suprà cit.recte* etiam subdit , quod sæpe huiusmodi dominia iurisdictionis secularis oppidorum trãslata fuerunt à Magnatibus in Religiones,& alias Ecclesias , ad quas non potuit sine speciali alia Principis concessione,transire maior iurisdictio in illa oppida , quàm Magnates illi in ea habuerint, sicuti suprà nos etiam dicebamus.

SECTIO X.

An etiam possint cognosci à potestate laica,si bona immobilia antequam venirent ad ius Ecclesiæ , vel Ecclesiasticorum,onus aliquod certum,& inuariabile annexum habebant, v.g aliquem censum,vel seruitutem Principi debitam, vel onus reparandæ viæ publicæ adiacentis?

SVMMARIVM.

1 *Item limitatur , si v. g.Bona immobilia antequam veniant ad eius Ecclesia , vel Ecclesiasticorum onus aliquod certum , & inuariabile annexum habeant.*

2 *Res quæque cum suo onere transit.*

REspondetur affirmatiuè;quia in tali casu tale 1
onus,etiam ab Ecclesiasticis,præstandum erit: nam res quæque cum suo onere transit , *cap. con-* 2
stat , & capite cum non sit , & capite pastoralis de

deci

Digitized by Google

decimis. Vide etiam Silu. verb *Immunitas*, 1. n. 19. & Leſſium *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 3. *n.* 9. & quæ dicebamus *ſupra dubit.* 1. *ſect.* 1.

CAPVT DECIMVM

De facultate poteſtatis Eccleſiaſticæ in Laicos, & de iis, quæ ſunt, vel non ſunt mixti fori.

DVBITATIO I

An quemadmodum poteſtas laica non poteſt cognoſcere, ſeu ad forum ſuum laicale trahere Eccleſiaſticos, ita ſimiliter non poſſit poteſtas Eccleſiaſtica cognocere, ſeu ad forum ſuum Eccleſiaſticum trahere laicos? vbi multa de iis, quæ ſunt, vel non ſunt mixti fori.

SECTIO I.

Suppoſitum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas, ſeu Iuriſdictio Eccleſiaſtica eſſentialiter diſtinguitur à Poteſtate, ſeu Iuriſdictione ciuili, quia illa eſt ſpiritualis, iſta eſt temporalis.*

2 *Cauſæ ſpirituales, quæ ſint, & quales, vide diffuſe.*

3 *Cauſæ temporales, ſeu mere ciuiles ſunt omnes illæ, quæ ſunt de laicorum Dominio.*

4 *Eccleſiæ Prælati, & Iudices ordinarie immiſcere ſe non poſſunt in cauſis temporalibus; cum vtriuſque tam ciuilis, quam Eccleſiaſtica poteſtatis officia iuxta finem ſuum diſcretum, diſcreta eſſe debeant.*

5 *Iudex Eccleſiaſticus extraordinarie in cauſis ciuilibus immiſcere ſe poteſt, vt ad defectum iuſtitiæ in foro Laicali commiſſum, ſupplendum.*

6 *Item ad cauſam Perſonæ miſerabilis videndam.*

7 *Item per modum denunciationis Euangelicæ, & quomodo.*

8 *Cauſæ mixti fori, quæ, & quales dicantur.*

1 SVPPONO primò, quod poteſtas, ſeu iuriſdictio Eccleſiaſtica eſſentialiter diſtinguatur à poteſtate, ſeu iuriſdictione ciuili; quia illa eſt ſpiritualis, ratione originis, & ratione finis ſui ſpiritualis (quæ eſt ſalus animarum) hæc autem eſt temporalis, etiam ratione originis, & ratione finis ſui temporalis (quæ eſt pax, & tranquillitas communitatis (Quapropter S. Athanaſius in Epiſt. ad ſolitariam vitam agentes ait: *Ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipias, ſed potius ea à nobis diſcas.* Et infrà: *Si ſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? quando à condito ævo id auditum eſt, quando iudicium Eccleſiæ auctoritatem ab Imperatore accepit?* S. Ambroſius *lib.* 5. *epiſt.* 33. *ad Marcellinam ſororem: Noli te graduare, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, Imperiale aliquod ius, ſed ſi vis diuinitus imperare, eſto Deo ſubditus: ſcriptum eſt enim, quæ Dei Deo, quæ Cæſaris Cæſari. Ad Imperatorem Palatia pertinent, ad Sacerdotes Eccleſia: publicorum tibi mœnium tuæ commiſſum eſt, non Eccleſiæ.* Et S. Nazianzenus *Orat.* 17. *Quid autem vos Principes, & Præſides quoque lex Chriſti imperio nec, ac theno ſubicit: Imperium enim nos quoque gerimus, ad ea, quæ in præſentia, te perfectius: niſi verò æquum eſt, ſpiritum carni, faſces ſubmittere, & cæleſtia terrenis cedere.* Vide Nauarrum *in c. nouit, de Iudic. not. ab.* 3. *n.* 88. & *tab.* 2. *conſil.* 1. *de foro compet. dub.* 2.

Hinc ſequitur, quod ſpirituales, ſeu merè Eccleſiaſticæ (id eſt, propriè ad ſpirituale Prælatorum Eccleſiæ regimen ſpectantes) ſint omnes cauſæ illæ, quæ ſunt de fidei doctrina, de ſacrificio, & ſacramentis, Eccleſiæ miniſtrorum ordinatione, officiis, & beneficiis: item de Eccleſiarum, vaſorum, & virginum conſecratione, vel benedictione, aliiſque ſacramentalibus: item de reliquiis, ſanctorum veneratione, canonizatione vel beatificatione, iuramentorum, votorumque obligatione, atque obſeruatione, & de ſimilibus omnibus, quæ vel ad Dei cultum, vel ad animarum ſalutem pertinent; quia omnes tales cauſæ ordinantur ad finem ſpiritualem: & ex alio capite omnis poteſtas, ſeu iuriſdictio verſatur circa propriam materiam intra ſuam ſphæram; & materia poteſtatis, ſeu iuriſdictionis deſumitur ex proprio fine, ad quē ordinatur: quapropter cum omnes prædictæ cauſæ tendant ad finem ſpiritualem, cōſequens eſt, quod illæ propriè ſint poteſtatis, ſeu iuriſdictionis ſpiritualis, ſeu Eccleſiaſticæ; & ſic quod poteſtas, ſeu iuriſdictio tēporalis non poſſit propria auctoritate indepēdenter à commiſſione ſibi facta ad illas ſe extendere: non enim poteſt directè; cùm ſint extra ſphæram materiæ ipſius, neque indirectè; cùm indirecta extenſio poteſtatis locum non habeat, niſi circa materiam ſubordinatam ratione finis: & ex alio capite nō ſpiritualia ſubordinantur temporalibus, ſed è contra; cùm hæc ſint media, illa autem finis; vt rectè dixit Bonifac. VIII. *Extrauag.* vnam ſanctā de maior. & obedientia. Vide Couarruuiam *in pract. qq. cap.* 31. *concl.* 1. Pighium *lib.* 4. *de cæleſti hierarchia cap.* 2. Nauarrum *in cit. cap. nouit. de iudicijs, notab.* 6. Suarez *de immunit. Eccleſiaſt. cap.* 11. & Salas *de legibus tract.* 14. *diſp.* 9. *ſect.* 5. 2

Sequitur ſecundò, quod è cōtra tēporales, ſeu merè ciuiles ſint omnes cauſæ illæ, quæ sūt de laicorū dominio, tutela, cōtractibus, teſtamētis, legatis, donationibus & ſimilibus (quæ formā, & obligationē à ciuili Iure deſumpſerunt) quia omnes hæ cauſæ ad finem temporalem, ſcilicet ad pacem, & tranquillitatem Reipubl. temporalem ordinantur. Quapropter ad eas Eccleſiæ Prælati, ac Iudices ordinariè immiſcere ſe non poſſunt; cùm vtriuſque, tam ciuilis, quàm Eccleſiaſticæ poteſtatis officia iuxta finem ſuum diſcretum diſcreta eſſe debeant; ſicuti dixit Nicolaus 1. *ep. ſt. ad Michaelem Imperatorem*, & habetur *in cap. nouit de iudicijs, cap. per venerabilem, c. ip. cauſam, qua* 2. *qui filij ſint legitimi*; & docet præter alios ex communi Nauar. *in cit. cap. nouit, notab.* 3. *num.* 21. 3 4

Dixi, *ordinariè*; quia extraordinariè Iudex Eccleſiaſticus ad dictas cauſas ciuiles immiſcere ſe poterit, vt ad defectum iuſtitiæ in foro laicali commiſſum ſupplendum. gl. & Doctores *in c. licet, 2. de foro comp.* Item ad cauſam perſonæ miſerabilis vi- 5 6
dendam Abbas *in c. ceterum de iudicijs, num.* 16. & colligitur ex *cap.* 1. & 2. *diſt.* 87. & *cap. ex parte de*

7 *foro compet.* Item per modum denunciationis Euãgelicæ; quomodo ad Ecclesiæ Prælatos, & Iudices pertinet de quouis peccato mortali cognoscere; & si reus corrigi recusauerit, ad eum excommunicandum procedere: Innocent. *in cit. cap. nouit, de iudic.* Abbas ibid. *num. 49. & seqq.* Nauarrus *loco suprà citato not. ab. 6.* & Maranta *in Speculo Aureo dist. 11. num. 11.*

8 Sequitur tertiò, quod mixtæ sint omnes causæ illæ, quæ sunt præcipuè de quibusdam criminibus (vt de adulterio, sponsaliorum violatione, blasphemia, periurio, sacrilegio, sortilegio, &c. (de quibus infra) quæ mixti fori dicuntur; quia cùm non solum fini politico, & temporali, sed etiam supernaturali fini Ecclesiasticæ Reipubl. specialiter repugnent, vtroque Iure, Canonico, & ciuili prohibita sunt, & sic ad vtrumque forum, tam Ecclesiasticum, quàm laicale spectare possunt, ita vt detur in ipsis locus præuentioni. Quæ vt clarius intelligantur, sit

Suppositum Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Crimina bifariam sicantur in merè Ecclesiastica, merè ciuilia, & mixta.*

2 *Crimina mere Ecclesiastica dicuntur, quæ solùm Canonico, vel Diuino positiuo Iuri aduersantur.*

3 *Crimina, quæ aduersantur Iuri naturali à seculari Potestate non cognoscuntur, nec puniuntur, & cur.*

4 *Crimina mere ciuilia dicuntur, quæ opponuntur solum ciuili Iuri.*

5 *Crimina mixta dicuntur, quæ vtrique Iuri, tam Canonico, quam ciuili aduersantur, & sic immediate ab vtroque Iure, tam Canonico quam ciuili prohibentur.*

6 *Sponsaliorum violatio est crimen mixti fori, & Violator ab vtroque Iudice compelli potest ad promissa seruanda, dummodo tamen non agatur de sponsaliorum valore; quia tunc spectat ad Ecclesiasticum.*

7 *Cognoscere de libertate Puellæ ad Iudicem Ecclesiasticum solum spectat, sicut pendente lite super sponsalibus, vel matrimonio sequestrare Puellam, causa explorandi voluntatem illius, &c.*

8 *Suspicio coactionis quomodo tolli debeat.*

9 *Adulterium est causa mixti fori, quia per ipsum peccatur proxime contra Sacramentum (Matrimonij); & sic proxime peccatur contra Ecclesiam, qua ratio est cur sacrilegium in Ecclesiastico foro puniatur.*

10 *Adulterium dicitur esse sacrilegium.*

11 *Crimen adulterij, & multo magis crimen violationis spõsaliorum secundum nonnullos, si de eorum valore non agatur, sunt Crimina mere ciuilia, & scenlaria & quomodo possit de iis cognoscere Potestas Ecclesiastica.*

12 *Causa dimortij, causa alimentorum & dotis amittenda ad solam Potestatem Ecclesiasticam spectat.*

13 *Lite pendente coram Iudice seculari de alimentis Vxori debitis si excipiatur de adulterio (ob quod Vxor iure alimentorum priuatur) Iudex secularis expectare debet decisionem Iudicis Ecclesiastici.*

14 *Vsura non quidem secundum se, seu secundum suã naturam, sed per accidens est crimen mixti fori.*

15 *Blasphemia, quia tendit contra Deum supernaturaliter reuelatum; ideoque continet quoddam Christiana Religionis vilipendium, est crimen mixti fori; secus si sit coniuncta cum hæresi, quia tunc spectat ad Iudices Ecclesiasticos.*

16 *Periurium ob eandem rationem est causa mixti fori.*

17 *Sacrilegium, siue per ipsum sumatur furtum sacrilegum, siue indigna tractatio, vel violatio rei sacræ.*

18 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt Laici Inuasores rerum Ecclesiæ, non solum quando per vim eas occupant, sed etiam quando in negotiis cum Ecclesia gestis, eius rebus quomodocumque per fraudem, vel iniustitiam præiudicant.*

19 *Item quando agitur de nullitate Contractus, in quo Ecclesia læsa fuit, per eiusdem Ecclesiæ restitutionem in integrum.*

20 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi etiam possunt Inuasores rerum Ecclesiasticorum contra nonnullos. Vide ibi quomodo id procedat, & quando.*

21 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt Laici proferentes verba iniuriosa in Personam Ecclesiasticorum.*

22 *Sortilegium, seu Magia illicita, quia quam maxime perniciosum tale crimen Ecclesiæ est, est crimen mixti fori.*

23 *Concubinatus est crimen mixti fori, & cognosci, & puniri potest ab vtroque Iudice seculari, & Ecclesiastico.*

24 *Concubinatus secundum nonnullos est solum crimen Iudicis Ecclesiastici, ex eo, quia eius prohibitio est tantum à iure Canonico.*

25 *In criminis Concubinatus cognitione datur præuentio.*

26 *Episcopus potest trina monitione præcedente ferre in Concubinarios pœnam excommunicationis.*

27 *Episcop. potest in Concubinarios alias pœnas à iure communi, vel statutis synodalibus inflictas, exequi, & alium modum procedendi tenere si velit.*

28 *Pereira reprehenditur, & cur.*

29 *Prælatus potest punire Concubinarios in pecunia, exilio, reclusione, vel aliis similibus pœnis absque eo, quod præcedat trina monitio.*

30 *Iudex secularis Iudici Ecclesiastico inhibere non potest vt seruet formam trinæ admonitionis; nec ministris Ecclesiasticis prohibere, vt loca, & Domos Meretricum non inuisant.*

31 *Crimina prædicta dicuntur mixti fori tantum in ordine ad Laicos; non autem in ordine ad Ecclesiasticos.*

32 *Crimina prædicta dicuntur mixti fori tantum in ordine ad fideles; quia Infideles, vt potè extra Ecclesiam Legibus Ecclesiasticis non subsunt.*

33 *Infideles existentes sub protectione Magistratus Ecclesiastici possunt ab eodem cognosci, & puniri.*

34 *Crimina mixta, seu mixti fori, aliquando dicuntur solum quoad diuersos effectus, vt occisio sui ipsius, quoad confiscationem spectat ad Laicum, quo verò ad sepulturam ad Iudicem Ecclesiasticum.*

SVppono secundò quod (vt docent gl. *in summa causæ* 11. q. 1. Abbas *in cap. cum sit de foro compet. ad fin.* Nauar. *in cap. nouit, de iudic. notab. 6. n. 39.* Almainus *de potest. Papæ, c. 10.* & alij passim) crimina 1

aliqua

aliqua dicantur merè Ecclesiastica, aliqua merè Ciuilia, & aliqua mixta.

2 Merè Ecclesiastica crimina dicuntur, quæ solum Canonico, vel diuino positiuo iuri aduersantur, vt Christi circa sacrificium, & Sacramenta; & Ecclesiæ circa ieiunium, festum, &c. præceptorum violatio.

3 Item quæ aduersantur iuri naturali, sed à seculari potestate non cognoscuntur, nec puniuntur, vel quia ab illa propter suam spiritualitatẽ (vt hæresis, simonia, & similia) cognosci non possunt, vel quia cùm à Iure Ciuili non sint prohibita, cognosci non solent, vt pacti simplicis violatio, intra dimidium iusti pretij in contractibus deceptio, & simplex fornicatio. Innocent. *in cit. cap. nouit*, Abbas *ibidem*, Nauar. *cit. not. ab. 6 corollar. 11. & 13* & Clarus *lib. 5 sent. §. fornicatio.*

4 Merè ciuilia crimina dicuntur, quæ solum ciuili iuri opponũtur, vt contractuum, testamentorum, & similium (quæ secundùm formam iuris ciuilis regulari debent) violatio; vel si quis contra legem ciuilem prohibentem, arma deferat, frumenta euehat, tributa non soluat; quapropter huiusmodi ciuilibus causis potestas Ecclesiastica immiscere se non poterit, nisi indirectè per accidens, nempe propter necessitatem, vt supra dicebam.

5 Mixta crimina dicuntur, quæ vtrique iuri, tam canonico, quàm ciuili aduersantur, & sic immediatè ab vtroque Iure, tam Canonico, quàm ciuili prohibẽtur, vt nocturna post certum campanæ signum armorum gestatio, quæ multis locis ab vtraque potestate seculari, & Ecclesiastica prohiberur teste Nauarro *loco supra cit.* vel quæ iure etiam naturali sunt prohibita, vt licet propriam spiritualitatem non habeant, tamen non solum statui politico, sed etiam supernaturali fini Reipublicæ Christianæ specialiter repugnent. Vide Valboam *in cap. cum sit generale de foro compet. numer.* 18. & ibidem glossam, & Doctores. Vide etiam, quæ dicentur *infra dubit.* 3

6 Tale crimen est primò sponsaliorum violatio; quia per ipsam, cùm sponsalia sint via, seu dispositio ad Matrimonium, peccatur, saltem remotè, contra Sacramẽtum Matrimonij, & sic peccatur, saltem remotè, contra Ecclesiam Abb. *in cap. ex literis, 2. num. 4. de sponsalib.* Rotella *ver. sponsalia, num.* 3. Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 29. num. 9.* Brunellus *de sponsalibus concl. 16. num. 6.* Reginaldus *in prax. to. 2. lib. 31. c. 36. numer. 268.* Maceratensis *lib. 1. resol. 79. num. 8.* Curtellius *de Eccles. lib. 2. q. 131.* & Diana *par. 1. tract. 2. resol. 130.* Quapropter ad obseruanda sponsalia (etiam iuramento firmata) si certum sit ea intercessisse, partes compellere vterque Iudex, Ecclesiasticus scilicet, & laicus competens est, dummodo ramen non agatur de sponsaliorum valore; quia tunc iuxta ea, quæ dicentur *infra dubit. 2. & 3.* Ecclesiasticus solus competens erit; & sic, cùm ad Iudicem Ecclesiasticum solum spectet de valore, consequenter & de libertate puellæ cognoscere, ad eundem Iudicem Ecclesiasticum solum spectabit, pendente lite super sponsalibus, vel matrimonio, sequestrare puellam causa explorandi voluntatem illius, & iudicare de loco tuto, per quem peruenirur ad obtinendam libertatem consensus ex regula *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat.* & docent communiter Doctores *ex cap. cum locum de sponsalibus*, Genuensis *in prax. cap.* 14. Raguccius *in Lucerna Paroborum de matrimonio qu.* 96. & 128. & Gutierez *de matrim. cap.* 37. Adeo quod si ad tollendam coactionem suspicionem (vt si verbi gratia timeatur præsentia Principis, vel alterius potentis viri) necesse sit puellam extra ciuitatem extrahi, id ex auctoritate Iudicis Ecclesiastici fieri debeat. Sic iuri in facti cõtingentia Mediolani factum esse, testatur Riccius *in prax. to. 1. resol. 316. num. 3.* & docet Genuensis *cit. c. 14. num. 4.* & Raguccius *cit. q 128. num. 2.* Quamuis contrarium non improbabiliter sentiant alij, quos citat, & sequitur Curtellius *de Eccles. libert. lib. 2. qu. 132.* tenens, quod sequestratio puellæ, pendente lite, decernenda sit ab illo Iudice, qui litem terminaturus sit, ad titulum *de sequestr. possess. & proprietat. cum locum*, ibi: *Puellam, de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, sic custodiri esse teneri, donec predicta causa terminata fuerit*: & tenens cum Regente de Ponte *de potest. Proreg.* in speciali capite, quod in casu, quo turbationes timentur, etiamsi sponsalia non interfint, sed ob diuitias, vel nobilitatem vis probabiliter suspicetur, princeps se interponat, sequestretque puellam apud se vel probatas matronas, vbi omnis vis periculum absit.

Secundò adulterium; quia per ipsum peccatur 9
proximè contra sacramentum Matrimonij, & sic proximè peccatur contra Ecclesiam: quæ ratio est, cur sacrilegium in Ecclesiastico foro puniatur; 10
adulterium autem sacrilegium esse, dicitur *in l. quæuis Cod. de adulteriis*, Doctores *in cap. gaudemus, de diuort.* Abb. *in cit. cap. cùm sit, num.* 24. *& in cap. tua, de procurat. num.* 6. Couar. *in Epit. par. 2. cap. 7. § 7. nu. vlt.* Clar. *lib. 5. § fin. q. 37. num.* 3. Mattha *de iurisdict. par. 2. cap. 19. num. 3.* Felinus, quos citat, & sequitur Bellettus *in Disquis. cleric. par. 1. tit. de fauore cler. real. §. 5. num. 63.* & Sanch. *de matrim. lib. 10. disp. 8. nu. 16.* Quamuis aliqui (inter quos Molina *to. 3. disp. 8. num 9.* & Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 56. num. 11.*) sentiant, quod crimen adulterij, & consequenter, 11
multò magis crimen violationis sponsaliorum (si de eorum valore non agatur) sit secũdum se) perinde ac furtum, homicidium, & simile scelus contra iustitiam (merè ciuile, seu seculare; & sic quod de tali crimine potestas Ecclesiastica non possit cognoscere in ordine ad pœnam, sed solum per viã denunciationis ad auertendum peccatum, scandalum, vel alterius iniuriam.

At quidquid sit de hoc (quod mihi propter rationem supra dictam minus probatur) illud saltem dicendum est, quod licet crimen adulterij ciuile, seu secularis fori sit, tamen causa diuortij, eique accessoria causa alimentorum, & dotis amittendæ ad solam potestatem Ecclesiasticam spectet, iuxta *cit. cap. tue, & cap. de prudentia, de donat. inter virum, & vxorem*, & docet ex communi Sanchez *loco supra cit. nu. 17.* Farinac. *quæst. 89. numer. 112. & quæst. 141. numer. 42. par. 5.* Curtell. *de Eccles. libert. lib. 2. quæst. 87. &* Merlinus *contr. 93. & seq. to. 2.* cum gl. *in cit. cap. de prudentia.* Quapropter si lite coram seculari Iudice 12
mota de alimentis vxori separatæ à marito præstãdis, opponatur de adulterio (ob quod vxor iure alimentorum priuanda) Iudex secularis lite supersedere debet, donec quæstio incidens à Iudice Ecclesiastico terminetur, iuxta *cap. per tuam de ordine cognit. & cap. lator, qui sint legitimi*, & iuxta ea, quæ dicentur *infra dubit. 2. & 3.*

Tertiò vsura, non quidẽ secundùm se, seu secun- 14
dùm suam naturam; quia spectata eius natura, est crimen merè ciuile (quale est homidium, furtum, & simile aliud crimen contra iustitiam) sed per accidens; scilicet ex eo, quia olim iure ciuili multæ vsuræ impunitæ erant, quin licitæ censebantur; quapropter potestas Ecclesiastica de vsurarum crimine cognitionem & punitionem sibi vindicauit. Abbas

in cit. cap. cùm sit, num. 17. *Couar. lib.* 3 *resol. cap.* 3. *num.* 1. Clarus *lib.* 5. *sentent. §. vsura*, Card. *in cap. in ciuitate col. fin. de vsura in* 6. Nauar. *in c. nouit. Not.* 60. *col.* 7. *de Iud.* Farinac. *quæst.* 8. *num.* 134. *& seq.* & alij passim contra gl. *in cap. in Summa*, 11. *quæst.* 3. & *in cap.* 1. *de effordin. & in cap. cum sit generale, de foro compet.* Baldum *in tit. de cens. in nouell. §. similiter. num.* 1. *vers. item de reatu vsurarum*, & *in l. quoniam col.* 1. *vers. Tu dic, & in l. in rebum, vers. credo, cod. ex quibus caus. infam. irrog.* Decium *cons.* 110. Bolanum *cons.* 75. *numer.* 13. & 28. *lib.* 1 & nonnullos alios quos refert Abbas ibidem, sentientes, quod dictum vsurarum crimen sit crimen meræ Ecclesiasticum, sed minus rectè ob rationem iam dictam; Et multò magis, quia ius ciuile etiam postea prohibuit vsuras, vt videre est apud Archid. *in cap. quid dicam*, 14. *q.* 4. Io. Monach. *in cap.* 1. *de vsuris in* 6. Io. Andream *ibid. col.* 2. Cardin. *in cit. cap. in ciuitate*, Abb. *in cit. cap. cum generale, num.* 8. *de for. compet.* Barbat. *ibid. num.* 173. Couar. *loco supra cit.* & Curtellium *de Eccles. libert. lib.* 2. *q.* 78.

15 Quartò blasphemia; quia tendit contra Deum supernaturaliter reuelatũ; ideoque continet quoddam Christianæ religionis vilipendium. *cap.* 2. *de maledicis*, & docet Abbas ibi, *num.* 9. Azorius *to.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *quæst.* 5. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 32. *numer.* 37. & Farinacius *in pract. crimin. tit.* 3. *quæst.* 10. *num.* 39. Quamuis, si blasphemia sit hæreticalis, seu iuncta cum hæresi, vel infidelitate, tunc spectet solum ad Inquisitores, aliamve Ecclesiasticam potestatem.

16 Quintò periurium, ob eandem rationem, Doctores communiter in cap. testimonium, de testibus, Abbas *in citato cap. cùm sit, num.* 21. & Couar. *cap. quamuis pall. um par.* 1. *§.* 7. *num.* 2.

17 Sextò Sacrilegium, ob eandem etiam rationem; siue per sacrilegium sumatur furtum sacrilegum, siue indigna tractatio, vel violatio rei sacræ (vt personæ per fornicationem, aut verberationem, loci sacri per seminis, aut sanguinis effusionem, aut Rei extractionem (siue quæuis Ecclesiasticæ immunitatis violatio. *cap. cùm sit generale de pœnis & cit. c. cum sit, de foro compet.* vbi subditur, quod in tali causa Ecclesiæ læsæ possit Rector Ecclesiæ reum, sub quo maluerit, Iudice conuenire, ita vt detur locus præuentioni; Nec obstat, quod *in c. Felicis de pœnis in* 6. & in aliis locis cognitio talis criminis tribuatur Iudici laico: nã talia iura, ne discordare dicatur à præcitatis, intelliguntur cumulatiuè ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem priuatiuè ad illum.

18 Quapropter ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt laici inuasores rerum Ecclesiæ, non solum quando per vim eas occupant, sed etiam quando in negotiis cum Ecclesia gestis, eius rebus quomodo-
19 cunque per fraudem, vel iniustitiam præiudicant, vel quando agitur de nullitate contractus (in quo Ecclesia læsa est) per eiusdem Ecclesiæ restitutionẽ in integrum; quia semper interuenit sacrilegium.

20 Idemque dicas de inuasoribus rerum Ecclesiasticorum, quod scilicet & hi trahi etiam possint ad Iudicem Ecclesiasticum; quidquid in contrarium dixerint Barbosius, Decianus, Pereira, Curtellius *de Eccles. Libertate lib.* 2. *quæst.* 82. & Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violentam par.* 2. *quæst.* 59 putantes quod res Ecclesiasticorum non gaudeant eodem priuilegio, quo gaudent res Ecclesiæ; & sic quod per inuasionem rerum Ecclesiasticorum laici trahi non possint ad Iudicem Ecclesiasticum; quorum opinio vera est, si talium rerum inuasio fiat sine vi, scilicet solum per furtum; quia tunc sacrilegium non committitur, iuxta ea, quæ *cap.* 2. *dubit.* 1. *& cap.* 5. *dubit.* 2. *sect.* 2 dicebamus. At secus, si fiat per vim, scilicet per rapinam, quia tunc propter iniuriam, quæ Ecclesiasticis infertur etiam in persona, committitur sacrilegium, quod cùm sit mixti fori, laici trahi poterunt etiam ad Iudicem Ecclesiasticum, ad 21
quem etiam propter eandem rationem trahi possunt, si verba iniuriosa dixerint in eorundem personam. Vide Barbosam *in Collect. tom.* 2. *libro* 5. *tit.* 23. *cap.* 2. *num.* 9. & Io. de Heuia *in Curia Philippica par.* 3. *§.* 2. *numer.* 6. *contra Ceuallos loco supra cit. num.* 17.

Septimò Sortilegiũ, seu magia illicita, quia quàm 22
maximè pernicioſum tale crimen Ecclesiæ est, vtpote iunctum cum fidei periculo, cumque Dei & rerum sacrarum irreuerentia. *cap. contra Idolorum*, 26. *quæst.* 5. *& l. nullus aruspex. Cod. de malef. & mathemat.* & docent Abbas *in cit. cap. cùm sit, num.* 26. Clarus *lib.* 5. *sentent. §. hæresis num.* 25. & Farinacius *cit. q.* 20. *nu.* 87. *& seqq.* Quamuis si contineat, vel sapiat hæresin, tunc spectet solum ad Iudicem Ecclesiasticum vt *infra dubit.* 2. *contra Valentiam to.* 4. *disput.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. dicimus.

His adde concubinatum, quia & delictum hoc 23
est mixti fori; & sic cognosci, & puniri potest ab vtroque Iudice, seculari, & Ecclesiastico, qui scilicet præuenerit. Ratio, quia & ipsum aduersatur iuri tum ciuili, tum Canonico, & ab vtroque iure prohibetur, & punitur. Azor. *to.* 2. *lib.* 5. *cap.* 53. *qu.* 1. Venetus *in Exam. Episc. lib.* 3. *cap.* 27 *num.* 66. Bellettus *in disquisit. Cleric. tit. de fauore Clericorum reali, §.* 4. *num.* 52. Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 53. Vide etiam Alexandrum *cons.* 59. *num.* 3. *in fin. lib.* 4. Felinum *in cap. cùm sit generale, num.* 3 *de foro compet.* Ripam *in l. fin. num.* 38. *in fin. Cod. de reuoc. donat.* Barbo. *in Collect. ad Tridentinum Concilium sess.* 24. *c.* 8. & Didacũ super 4. *Decret. in* 1. *par. cap.* 3. *fol.* 5. Quamuis Abbas *in cit. cap. cùm sit generale* Marcellus Vulpe *praxi fori Eccles. cap.* 41. *num.* 51. Bermondus *in tit. de pub. concub. verb. penitus arcere, fol.* 304. Antoo. Cucchus *in instit. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 101. Io. Honorius *in Dec. regal. lib.* 5. *tit.* 16. Emon. Suarez *in thesaurus recep. sentent. lit. C. ver. Concubinatus num.* 166. Clarus *in pract. lib.* 4. *§. fornicatio, num.* 6. & Megalius. *in Promptuar. ver. causa spiritualibus, num* 10. *& ver. Concubina num.* 10. *satis* probabiliter docent, quod sit solum Ecclesiastici fori; & sic illud cognoscere 24
& punire spectet solum ad Ecclesiasticum Iudicem, ex eo, quia solum iuri Canonico aduersatur, & solum à Iure Canonico prohibetur, & punitur; sicuti docent Alexander sibi contrarius *in l. ex facto. §. si quis rogatus, num.* 13 *ff. ad. S. C. Treb.* Io. Garc. *in Rubr. Cod. de secund. nuptiis, & in l.* 1. *in textualibus, num.* 37. eodem sit Bermon. *de concub. fol.* 391. *nu.* 2. & Socin. *in l. cum annis nuc.* 65. *ff. de condit. & demonst.* & videntur fauere praxis, quæ est optima legum interpres, cùm Iudices seculares regulariter hoc delictum non puniant, nisi quatenus requisiti ab Ecclesiasticis brachium suũ impertiuntur. At quidquid sit de hoc, illud saltem certum est, quod (siue ex eo, quod sit crimẽ mixti fori, siue ex eo, quod sit crimẽ solius 25
fori Ecclesiastici) à Iudice Ecclesiastico, præsertim si præuenerit, cognosci, & puniri possit. Vide Doctores supra citatos, & Tridentinum Concilium *sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 8. vbi decernitur, quod Episcopus possit trina præcedente monitione ferre in 25
concubinarios pœnam excommunicationis; per quod decretum tamen non tollitur (si Episcopus eos non velit excommunicare, quando solum, scilicet si velit excommunicare, seruanda est de trina monitione forma, seu solemnitas *dicti cap.* 8.) quin

possit

27 poſſit contra eoſdem alias pœnas, etiam pecuniarias, iure communi, vel ſtatutis Synodalibus in concubinarios inflictas exequi, & alium modum procedendi tenere, ſi ſic à peccato eos remouere velit, ſicuti ſacram Cardinalium Congregationem declaraſſe, teſtantur Armendariz *in recopil. leg. lib. 5. tit. 3. leg. vnic. de adulter. num.* 9. Barboſa *in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 35. cap. 1. num. 3.* & Diana *par. 1. tract. 1. reſol. 87.* & docent Valaſcus *in Allegat. 10. 1. allegat. 34. num. 11. & 12.* Venerus *in Exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 27. num. 68.* Bellerus *in Diſquiſit. cleric. par. 2. §. 3. num. 5.* Pereira *de manu Regia par. 1. cap. 7. num. 24.* Sanfelicius *deciſ. 205.* Curtellius *de Eccleſ. libertate lib. 2. q. 88.* & Scipio de Rubeis *in Aphoriſ. Epiſc. ver. Concubinarius, n. 4.*

28 Hinc ſequitur primò, non eſſe verum, quod ait Pereira *de manu Regia tom. 2. cap. 34. num. 11.* ſcilicet in duobus caſibus tantum poſſe Prælatum ordinariè, & præcedente accuſatione concubinarios punire. Primò, quando concubinarius ter monitus inſordeſcit in peccato, ex excommunicatus in excommunicatione per annum perſiſtit. *ex cap. ruriſus 11. q. 3. & cap. cum contumacia de hæreticis in 6.* Secundò, quando concubina pariter ter monita non reſipiſcit; & ſic in his duobus caſibus tantum illum rectè contra laicos proceſſum criminalem inſtituere; in aliis non.

29 Sequitur ſecundò, poſſe Prælatum concubinarios in pecunia, exilio reclusione, vel aliis ſimilibus pœnis punire abſque eo, quod præcedat trina monitio, quin nulla monitio; quia (vt dicebam ex Concilio Tridentino loco ſupra cit) illa præcedere debet ſolum, quando deuenitur ad excommunicationis cenſuram; ſecus, ſi ad hanc Prælatus deuenire non intendat; quidquid in contrarium dixerint Zerola *in prax. Epiſc. par. 1. ver Concubinarij, §. ad primum videtur*, Grilenzonius *conſil. 79. nu. 2.* & Riccius *in praxi tomo 1. reſolut. 319. numero 3.* qui tamen poſtea ſe retractauit *in deciſ. par. 4. deciſ. 43. num. 9.*

30 Sequitur tertiò, non poſſe Iudicem ſecularem Iudici Eccleſiaſtico inhibere, vt ſeruet formam trinę monitionis, nec eius miniſtris Eccleſiaſticis prohibere, vt loca, & domus meretricum non inuiſant; quia, cum ex dictis tale crimen ſit ad minus mixti fori, conſequens eſt, quod eius miniſtri Eccleſiaſtici de iure dicta loca inuiſere poſſint.

31 Aduerte tamen hic, quod cùm dixi crimina aliqua eſſe mixta, ſeu mixti fori, vt detur in ipſis locus præuentioni, id ſolum intelligi debeat in ordine ad laicos; quia crimina clericorum ſolum à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, & puniri poſſunt, & debent, vti dicebam *cap. 9. per totum.*

32 Item quod ſolum intelligi debeat in ordine ad fideles; quia infideles, cùm vt potè extra Eccleſiam legibus Eccleſiaſticis non ſubdantur à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, vel puniri non poſſunt; niſi indirectè, prohibendo verbi gratia fidelibus, nec cum infideli commercium habeant, priuſquam ſatisfaciant. *cap. poſtulaſti, de Iudæis.* Quamuis ſi in-
33 fideles ſint ſub protectione Magiſtratus Eccleſiaſtici, poſſint etiam ab eo crimina ipſorum cognoſci, atque puniri. Farinac. *cit. q. 20. n. 41.*

34 Aduerte ſecundò, quod crimina mixta, ſeu mixti fori aliquando ſint ſolum in ordine ad diuerſos effectus, vt verbi gratia ſi quis ſeipſum occidat, cauſa ſpectet ad Iudicem laicum in ordine ad confiſcationem bonorum (vbi tali iure degentes vtũtur) & ſpectet etiam ad Iudicem Eccleſiaſticum in ordine ad ſacram ſepulturam occiſo denegandam in quo caſu ſi, Iudex laicus proceſſum formauerit, & ad Iudicem Eccleſiaſticum tranſmiſerit; quamuis Iudex Eccleſiaſticus poſſit (vt iſtam ſententiã de ſepultura ferat) cauſam in ſuo foro magis examinare; tamen ſi tranſmiſſus proceſſus erroris ſuſpicione carere videatur, par eſt, Iudicem Eccleſiaſticum (cum Iudex Eccleſiaſticus, & laicus ad inuicem ſe debeant adiuuare) tali proceſſui acquieſcere, & ſecundùm eum ſententiam ferre Vide, quæ dicentur *infra Dubitat. 9. & cap. 16. Dubitat. 43. ſect. 1. in fine.*

SECTIO II.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica, vt potè in ordine inferiori, ſubordinatur Poteſtati Eccleſiaſticæ, vt potè in ordine ſuperiori, vt corpus animæ.*

2 *Poteſtas laica in ordine ad Eccleſiaſticas eſt Iudex incapax, ſeu impotens, vt potè ad aliquid ſimpliciter contra ſuam ſphæram.*

3 *Poteſtas Eccleſiaſtica ſit Iudex competens laicorum quotieſcumque id exigat finis ſpiritualis, & ſalus animarum.*

4 *Summus Pontifex indirectè eſt omnium etiam temporalium Dominus.*

5 *Cauſa affecta aliqua qualitate ſpirituali, puta Religionis, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, vel ſaltem cumulatiuè.*

6 *Cauſa temporalis, vel ſecularis incidenter ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

7 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt incidenter, & ſummariè, exercere iuriſdictionem ſecularem in laicos, quod non poteſt laica Poteſtas, & cur.*

8 *Iudex laicus, ſi incidat quæſtio ſpiritualis coram ſe ipſo remittere eam debet terminandam ad Iudicem Eccleſiaſticum, cui non poteſt tempus ad expediendum terminare.*

9 *Item die ſi quæſtio verſetur circa factum ſecundum nonnullos contra multos alios Doctores.*

10 *Opinio aſſerentium, quod Poteſtas laica, licet non poſſit de cauſis Eccleſiaſticis cognoſcere principaliter, & per cognitionem ordinariam, ſeu plenariam, poſſit tamen incidenter, & per cognitionem ſummariam, ſeu de plano, ſine altiori diſcuſſione, reprobatur, & cur.*

11 *Curtellius, qui dixit Poteſtatem Eccleſiaſticam, & Pontificiam non eſſe Poteſtate laicali potiorita-te, & nobilitate diuerſam, reiicitur.*

12 *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt, ſeruato ordine à Deo digne conſtituto, vt nempe Imperatores, & Reges Papæ obediant, ceteri illis.*

13 *Pontifices legitimè vſi ſunt in Reges, & Imperatores temporali Iuriſdictione vſque ad Imperij priuationem.*

14 *Vacante Imperio Poteſtas eſt Pontificis, & non eſt penes populum Romanum, vt aliqui ſentiunt, & cur vide ibi rationes.*

15 *Poteſtas Eccleſiaſtica, & laicalis ſint correlatiua non in eodem ordine, ſed in diuerſo, ita vt vna ſubordinetur alteri, tanquam inferior ſuperiori.*

16 *Superioris ſolius eſt ſupplere inferiorem, & non è contra.*

17 *Poteſtas ſuperior poteſt ſe ſolum indirectè ob finem ſpiritualem*

spiritualem,& salutem animarum extendere se ad obiectum, seu ad causas Inferioris, & non è conuerso.

REspondetur ad positam Dubitationẽ negatiuè. Et ratio disparitatis est;quia potestas laica, vtpotè in ordine inferiori, subordinatur potestati Ecclesiasticæ,vtpotè in ordine superiori;sicuti subordinantur temporalia,seu corporalia spiritualibus & corpus animæ,seu spiritui. Quapropter dicitur 2 quod potestas laica in ordine ad Ecclesiasticos sit Iudex incapax,seu impotens,vtpotè ad quid simpliciter extra suam sphæram;potestas autem Ecclesiastica in ordine ad laicos sit solum Iudex incompetens;sit autem competens,vel quotiescunque,vt 3 cognoscat laicos potestas Ecclesiastica,exigit finis spiritualis,& salus animarum,ad quam ordinantur omnia temporalia(qua de re dixi *lib. de parlamentis dubit.4.sect.21.& dubit.27.sect.14.* vt propterea ibi dixerim,Pontificem esse dominum omnium,etiam 4 temporalium,scilicet indirectè)vel quotiescunque causa est merè spiritualis,seu Ecclesiastica,vel si est 5 temporalis, est etiam ex alia parte spiritualis, seu Ecclesiastica; vel saltem afficitur aliqua qualitate spirituali,quæ spectet ad virtutem religionis (quia vtpotè sic spiritualis,seu Ecclesiastica reddita, par est quod spectet ad potestatem Ecclesiasticam priuatiuè,vel saltem cumulatiuè ad potestatem laicam 6 vt infrà commodius dicetur) vel tandem quotiescunque potestas Ecclesiastica de causa temporali, seu secularicognoscit incidenter,& summariè,quia, cùm potestas Ecclesiastica(vt supra dicebam)in ordine ad laicos sit solum iudex incompetens, non autem incapax,seu impotens,non mirum, si possit incidenter,& summariè cognoscere de rebus tem- 7 poralibus,ac profanis;& sic incidenter,&summariè exercere iurisdictionem secularem in laicos; quomodo incidenter,& summariè non potest similiter potestas laica cognoscere de rebus spiritualibus,& Ecclesiasticis;atque adeò sic incidenter,& summariè exercere iurisdictionem Ecclesiasticam in clericos, cùm in ordine ad hos sit Iudex incapax,seu impotens, non autem solum incompetens, vti dicebam.

Atque sic habetur *ex cap tuam, de ordin.cognit.c. decernimus,c.quanto de iudic.cap.later.cap.causam quæ, qui filij sint legitimi.* Clement. *sæpe de verborum signif.* & Clement. *secunda in ordine sub tit.de iud.* & docẽ Abb.*in cap.Ecclesia S.Mariæ,num.* 2. & ibi Decius *numer.* 46.quos citat,& sequitur Piasecius *in prax. Episcop.par.1.cap.4.art.3.num.16.*videri etiam potest Io.de Vanchel. *in cap. vt inquisitionis, concl.4.de hæreticis in* 6.Martha *de iurisdict.par.3.cap.16.num.4. & seqq.*Anguianus *in tract.de legibus,to.1.lib.21.cõtr. 22.num.21.&* 25.Mathias Beytola *in allegat. pro iurisdict.S.Officij,ar.7.num.126.& seq.*Atrianus *in discursu Iuridico pro iurisdict.S.Officij,art.2.num.* 148.*& seq.*Morla *par.1.tit.1.num.*133.Diana *par.* 1. *tract.*2. *resol.* 110. & Portocarrerus *in allegat. pro iurisdictione S.Officij num.*97.Quapropter Innocentius, Abbas & Butrius *in cit.c.tuam,de ordin.cognit.*docent,quod 8 si incidat quæstio spiritualis coram Iudice laico, remittere illam debeat terminandam coram Iudice Ecclesiastico,neque possit præcipere,vt infra certũ temporis spatium illam expediat,vt ex multis etiam firmat Genuensis *in prax.cap.77.num.2.*Quod adeò verum est,vt id nonnulli non omninò improbabiliter extendant etiam, quando quæstio versatur circa factum,ex eo,quod ex facto ius oriatur,vt patet ex *l.si ex plagis, §.in Clivo Capitolino, ff.ad leg.Aquiliam*; sic non possit dari quæstio facti, quin sit etiam iuris,atque,adeò ratione connexionis,etiam quæstio facti agitanda sit coram Iudice Ecclesiastico.*arg. cit. cap.quanto,de iudic.* & in simili notauit Bartolus *in l. solent. num.* 13.*ff.de alim. & cibar.legat.* Vide Doctores,quos citat Menesses *in l.*1.*Cod.de iur. & fact.ignorantia,num.* 57. Romanus *in l.Titia,num.* 5 *ff solut matrim.*& Fulgosius *consil.*133. vide etiam quæ dicentur infra *dubit.*2.*&* 3.

Contrarium tamen dixerunt Menochius *de retin. possess.rem.* 3. *num.*336.Gutierez *in Canon. qq.lib.*1.*c.* 34. *num.* 46.Pereira *de manu Regia, cap.* 7.*num.*22. Miraucte *pro Iurisd. Regia,art.* 10. *& seq.*Barbosa *in cit.l.Titia,num.*34.*&* 52.Curtellius *de Eccles.libertate lib.*2.*quæst.*121.Sesse *de inhibit. cap.* 10.*§.*1.*num.*4.*&* 5.Ramirez *de lege Regia §.*27.*num.*11 *& seqq.* & alij, quos refert Cacheran.*in decis.Pedemont.*116.docentes scilicet,quod potestas laica, licet non possit de causis Ecclesiasticis cognoscere principaliter,& per cognitionem ordinariam,seu plenariam, incidenter tamen,& per cognitionem summariam, seu de plano sine altiori discussione de illis(exceptis purè spiritualibus,vt quæ spectãt adSacraméta,&fidei articulos, de his potestas laicæ debeat potius discere,quàm docere, *cap. si imperator,d.*96)cognoscere possit,sicuti potest potestas Ecclesiastica cognoscere de causis secularibus,& profanis. 10

Sed minus rectè; quia ex eorum opinione (vt omittam rationes,& iura,quæ supra adducebam in contrarium)sequitur præterea absurdum;quod scilicet possit potestas laica in causa summaria super possessorio(si verbi gratia ageretur de concedenda restitutione ei,qui suo beneficio spoliatus fuit)incidenter, & summariè cognoscere etiam de titulo beneficij,tanquam de causa necessaria ad definiendum super restitutione. Item incidenter,& summariè cognoscere de validitate,vel nullitate censurarum;& sic mandare,quod illæ à secularibus,& Ecclesiasticis non seruentur, quodque cedulones è portis Ecclesiæ tollantur. Item incidenter,& summariè cognoscere de quocunque alio spirituali articulo incidenti in causa principali,de qua potestas laica cognoscit in foro seculari. Quæ omnia (vt omittam,sicuti dicebam,quod sint contra rationes & iura,quæ supra adducebam)sunt absurda. Vnde meritò maius absurdum est(præsertim cùm sit etiam contra Tridentinum Concilium *sess.*25.*c.* 3.)quod Couar.*pract.qq.cap.*35.*numer.* 4.Corsettus *de potest. Regia par.* 4. *num.*8.& Senatus Pedemont.*decis.* 30. *num.*15.& alij docent;nempe posse potestatem laicam interdicere,seu inhibereEpiscopis ,eorumque vicariis,ne quemquam excommunicent,nisi prius causa excommunicationis ostendatur.

Ex his satis patet, quàm minus rectè etiam dixerit Curtellius *de immunit.Ecclesiast.lib.*2. *quæst.*4. *num.* 66. quod potestas Ecclesiastica, & Pontificia non sit potestate laicali potioritate,& nobilitate diuersa;præsertim ũ & ipse *cit. q.*4.*n.*42. citans Ortiz *de immun.par.*2.*concl.*13.*f.*130.fateatur,quod spiritualia præferantur corporibus,& rectè ex Apost. 13. 2. & *ad Corinth.* 1. *cap.*14.40. & ex Hieronymo, Cypriano,Bernardo in epist. ad Conradum Imperat.qui hoc ipsum Apostoli ad Romanos enunciatum explicans,ait:*Omnem animam potestatibus sublimioribus subesse,seruato ordine à Deo dignè cõstituto, vt nempe Imperatores,& Reges Papæ obedirent,cæteri illis.* Et cum ipse *num.*73. & 76.citans Martam *de iurisdict. par.* 1. *cap.* 23.fateatur etiam ,quod legitimè iuxta Canones,vt *c.duo sunt,*96.*distinct.* Pontifices vsi sint in Reges, & Imperatores temporali iurisdictione 11 12 13

dictione vsque ad Imperij priuationem: & quod, cùm dicitur *in cap licet*,10. *& cap.seq. de foro compet. & Extrauag* si fratrum ne sede vacante, quod sit
14 Pontificis,vacante Imperio,potestas,id non intelligatur,quod sit(vti sentiunt nonnulli, inter quos Modernus *de iure belli lib. 2. cap.*10.*num.*11.) penes populum Romanũ cuius Pontifex potior,seu principalior ciuis est, sed quod sit ipsius Pontificis,quà Pontificis,ita vt sub hac ratione in Reges omnes habeat iurisdictionem, etiam temporalem, saltem indirectè,atque adeo possit,saltem indirectè, cognoscere, si de iuribus pacis fractæ inter Reges agatur;vel si populo fideli ex Principum bellis magnæ stragis sequantur,aut immineant,vt si propterea Turca,vel alius Princeps nostræ religionis hostis bellum in Christianos moueat,ex *cap.nouit*,13. *de indic.& cap grandi de suppl.negl.Prælat. in* 6.vel si de ipsorum Regum gestis tractetur,ipsique se sanctæ Sedi volentes subiiciant,*ex cap.per venerabilem* 13.§.*insuper,qui filij sint legitimi*; vel demum si adeò Principes à fidei regulis aberrent,vt ad eorum directionem paterni officij partes contra Principes, vel contra eorum subditos Principibus rebelles assumat,ex *cap.licet*,10.*ad finem de foro compet. &ex cit. cap.per venerabilem*,ibi:Non solum in Ecclesiæ patrimonio(vbi plenam intemporalibus gerimus potestatem) verum etiam in aliis religionibus certis causis inspectis,temporalem iurisdictionem casualiter exercemus:certę autem illæ causę sunt omnes illæ,quæ ad spiritualem finem assequendum diriguntur,vt si scilicet de salute animarum,vel de vitando æternæ perditionis periculo agatur,iuxta ea quæ supra dicebam,& iuxta S. Th.2.1.q.10.ar.10. quem communiter sequuntur Doctores apud Bellarminum de potestat. Papæ contra Barclaium in Prolegomenis, Paris.*de potest. Regia,& Papali cap.* 14.Almaynum *de potestat.Eccles.& laica,quæst.*3.*cap.* 2.*in fin.*& Curtellium *in Cod.ad leges Martini ,fol.* 402.*& lib.*2.*de immunitate Ecclesiastica citata quæst.* 4.*num.*78.

Dies ex Curtellio loco cit.*num.*79.80.& 81.potestas Ecclesiastica,& laicalis sunt correlatiua,ergo par vtriusque debet esse virtus, ita vt quod licet vni,liceat alteri, *l. sed si plures*, §.*filio impuberi,ff.de vulg.& pupillari,& l.eum actum ff.de negot.gest.* Consequenter si Pontifici limites tributi à Domino muneris egredi licet, & sic in aliquibus casibus extraordinariè,seu casualiter munus Principis (si hoc ad ędificationem agat.) obire; liceat etiam similiter ob eandem causam.& finem Principi seculari quoad communes subditos, & sic in clericos; cùm clerici præter id,quod clerici sunt, partes etiam Reipublicæ sint,ac per id subditi,vt ait Bellar. minus *lib.*10.*de cleric.cap.*28.

15 Respondetur:distinguo antecedens:potestas Ecclesiastica,& laicalis sunt correlatiua in eodem ordine,nego:in diuerso ordine,ita vt vna subordinetur alteri,tamquam inferior superiori,& concedo.
16 At nego consequentiam;quia superioris solius est supplere inferiorem,& non è conuerso;cùm ex dic-
17 tis potestas superior solum possit indirectè ob finem spiritualem, & salutem animarum extendere se ad obiectũ,seu ad causas inferioris,& non è conuerso;nisi solum in defensionem suorum subditorum,in casu quod superior monitus non prouidet, vel in casu quod vt moneatur, non adest tempus, cùm periculum sit in mora;quia tunc est per modũ iustæ defensionis naturalis,iuxta ea quæ dicebam *cap. 6. dubit.* 10. *cap.* 7. *dubit.* 8.*& cap.* 9.*dubit.*4.*&* quidquid sit, an clerici sint subditi, seu vasalli Principum secularium; qua de re vide *cap.*1. *Dubit.*13.

DVBITATIO II.

An, & in ordine ad quas causas, non possit, etiam laicos, cognoscere, nisi potestas Ecclesiastica?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Recensentur causa mere Ecclesiastica, vide quæ sint.*

2 *Causa mere Ecclesiastica non cognoscuntur si sint prioris generis nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicos.*

3 *Causa posterioris generis licet cadere possint in laicos, adhuc sunt ita spirituales, vt merè spirituales sint,cum ortum habeant ex aliquo,quod solum ad Ecclesiam pertinet.*

4 *Causa posterioris generis cognosci non possunt nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicam & Curi*

RESPONDETVR, quod quoad causas(quales sunt,de quibus dicebam *dubitat.*1 *sect.*1.*suppos.*1 .item ordinum collatio,beneficiorum electio gubernatio, & possessio,Sacramentorum administratio; item quales sunt,hæresis, simonia; excommunicatio, interdictum,festorum,ieiuniorum,similique transgressio, &c.de quibus dicebam etiam *cit sect.*1.*suppos.*2.)nõ possit,etiam laicos cognoscere,nisi potestas Ecclesiastica, priuatiuè quoad potestatem laicam; quia 2
prioris generis causæ ita sunt spirituales, vt neque possint cadere in laicos: & posterioris 3
generis causæ,licet cadere possint in laicos, adhuc sunt ita spirituales, vt merè spirituales sint, cùm ortum habeant ex aliquo,quod solum ad Ecclesiam pertinet,nempe ad fidei sacramentum,vel ieiunij, & festi præceptum, &c. & sic ortum habeant ex solo spirituali, & Ecclesiastico fundamento 4
quapropter non mirum, si quoad tales causas etiam laicos cognoscere non possint, nisi potestas Ecclesiastica priuatiuè quoad potestatem secularem; quia, vtpotè merè spirituales, prorsus sunt extra sphæram potestatis secularis. Accedit, quod dicta crimina solum rei Ecclesiasticæ, scilicet fidei & religioni aduersantur, ergo, &c. Atque ita docent communiter Doctores,& expressè habetur in *cap. tua, de ordine cognit. cap. causam quæ, qui filij sint legitimi cap decernimus, & cap.quanto de indiciu.* Vide etiam, quæ dicebantur *cap.*8.*dubit.* 26. & quæ dicentur *infrà dubit.*10.*& cap.*14.*dubit.* 9.

SECTIO.

commissum ceciderint) vel pœna pecuniaria eos punire; idque etiam propter eandem rationes; & confirmatur, quia infligere pœnam à lege imposi. tam, siuè pœna sit priuatio rei (quasi in commis-
2 sum ceciderit, siuè sit pecuniaria, est actus iurisdictionis, quam nullo pacto in Ecclesiasticos potest laicus exercere; ergo, &c. atque ita contra Villadiegum *in instit. polit. c. 5. §. 20. n. 66.* Pereiram *de manu regia part. 2. c. 59. num. 15.* Rebuffum *tom. 2. constit. tit. de mercat. min. vendi in rubr. glos. 13. num. 1.* & alios Iuristas, quos citat, & sequitur Camillus Borellus *in sum. decis. tit. 34. de foro compet. num. 34. &* 35. docet Suarez *in defens. fidei, lib. 4. 9. 34. num. 14. & de legibus lib. 3. cap. 34. num. 17.* Sanchez. *in loco supra cit.* Martha *de iurisd. part. 4. cent. 1. cas. 7.* Becanus *in Summa Theol. tom. 2. tract. 3. cap. 6. q. 11. dub. 2. num. 26.* Malder. *ibid. q. 96. ar. 5. §. de Ecclesiasticis*, Sousa *in Bull. Cœnæ, c. 20. disp. 95. num. 4.* Bonacina etiam *in Bull. Cœnæ disp. 1. q. 16. punct. 5. num. 27.* Barbosa *de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 4. num. 140.* Merolla *tom. 2. disp. 4. cap. 3. diffic. 2. num. 608.* & Baldellus *tom. 1. lib. 5. disp. 57. num. 8.*

3 Non obstat, quod id Ecclesiastici faciendo, operentur etiam contra Canones, vel contra legem sui Prælati Ecclesiasticam: nam hinc tantum sequitur, quod à potestate Ecclesiastica, non autem à laica puniri debeant.

4 Non obstat secundò, quod id Ecclesiastici faciendo, operentur contra legem, quamuis ciuilem, latam ob bonum commune, & sic contra legem, qua ipsi etiam ligantur. Nam hinc tantùm sequitur, quod illa ligentur secundùm vim directiuam, non autem secundùm coactiuam etiam, nisi per suos Prælatos.

5 Non obstat tertiò, quod Ecclesiastici prædictis rebus priuentur, quasi in commissum ceciderint, sine forma iudicij. Nam si in commissum cadunt, cadunt ex vi legis prohibentis, & sic per modum pœnæ impositæ à lege ciuili prohibente, cui Ecclesiastici non subduntur, saltem secundum vim
6 coactiuam. Adde, quod maior coactio effici videtur, quando pœna à lege imposita exigitur sine cõtrouersia iudiciali, sicuti docet Suarez *de legib. lib. 3. cap. 34. num. 17.* quamuis contrarium non improbabiliter dixerit Palaus *tom. 1. tract. 3. disp. 1. punct. 14. §. 6. num. 9.* & Lublinus *ver. Bulla Cœna cas. 17.* & nos indicabamus *suprà sect. 2. prope finem.*

7 Non obstat quartò, id non effici per modum iurisdictionis, vel aliqualis punitionis, sed per modum iustæ defensionis. Nam id verum esset, si pro tunc tantum Ecclesiastici rebus suis priuarentur; at postea ipsis, vel ipsorum Prælatis eædem redderentur. Et hinc fit, quod Episcopi in aliquibus locis dent facultatem ministris laicis, vt clericos, si cum armis prohibitis illos noctu inuenerint, capiant, & ad ipsos deducant; cùm sic euitentur scandala, & consulatur bono communi: quod mihi non improbatur.

8 Non obstat quintò, ita consuetudinem esse in aliquibus locis. Nam consuetudo ista saluari non potest, nisi nitatur in consensu, saltem implicito, Prælatorum, vel in Summi Pontificis concessione; qua de re vide, quæ dicebantur *dub. 7. 15. & segq. & cap. 1. dubit. 15. sect. 5. & 6.*

SECTIO VIII.

An saltem possint Ecclesiastici à Potestate laica cognosci quoad bona, si bona, quæ possidentur ab ipsis, in ordine ad laicum obligationem habeant; vt ratione feudi, vel ratione tributi, seu pensionis ipsi rei adhærentis, vel ratione officij, quod ab ipsa Potestate Laica habent?

SVMMARIVM.

1 *Laica Potestas cognoscere potest Ecclesiasticos, primo si bona quæ ab ipsis possidentur in ordine ad Laicum obligationem habeant per se, sibique propriam, vt sunt bona feudalia, quæ concessa alicui Vassallo ab Imperatore, ad Ecclesiam transierunt.*

2 *Nemo potest plus in alium ius transferre, quàm in se habeat.*

3 *Dominium directum semper manet penes primum conferentem.*

4 *Ad Dominum directum pertinet iudicare de controuersiis super feudo exortis inter.*

5 *Episcopi, & aliqui Prælati Germaniæ ratione Regalium feudorum; quæ obtinuerunt Imperatori subiiciuntur, perinde ac Principes seculares.*

6 *Idem Homo diuersis respectibus diuersè iure censetur.*

7 *Episcopus in controuersiis feudalium dominiorum quæ habet ab Imperatore, non ad Papam, sed ad Imperatorem appellat.*

8 *Dominus Laicus cognoscens in causa feudali, potius iudicat de re sua, quam de Clerico.*

9 *Clericus in causa feudali non subiicitur in Iudicio Domino feudi vt Clericus, sed vt Baro, seu feudatarius.*

10 *Ecclesia, si habeat feudum à Laico, censetur etiam vt Laicus.*

11 *Clericus feudatarius in causa petitorij conueniendus est coram Domino feudi, secus in causa possessorij ex doctrina Squillantis contra nonnullos.*

12 *Iudex Laicus, si iniuste denegetur ei tributum, vel pensio adhærens ipsi rei, potest sibi prouidere occupatione fructuum, vel possessionum ad doctrinam Baldi, modo nihil attentet contra Personam Clerici.*

13 *Obligatio inhærens fundo est secundum se sine ordine ad Personam.*

14 *Censura modo, secundum quam Imperator in Vassallos Clericos, & Rex in Ministros, & Consiliarios Clericos inquirit, eosque pecuniariis pœnis, depositione ab officio, vel feudi priuatione punit, defenditur, & cur.*

15 *Limita in casu, quo feudum iure proprio agnationis ad Clericum pertinet, secus si pertineat ratione Ecclesiæ.*

16 *Clericus propter ipsius crimen non potest priuari feudo ad Ecclesiam spectanti; cum delictum Personæ in detrimentum Ecclesiæ redundare non debeat.*

17 *Clericus feudatarius ad doctrinam Innocentij, si agatur de crimine, ob quod feudo priuari meretur, eius cognitio non ad Dominum feudi laicum pertinet, neque feudo ante priuari*

nari poteſt, quam ab Eccleſiaſtico Iudice condemnatus ſit.

18 *Clericus trahi non poteſt ad forum ſeculare etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſeculari ſi in eo delinquat, neque etiam ratione cuiuſcumque artificij, ſi quam exerceat artem, quæ Conſules habeat, & Primates.*

19 *Iudex laicus ad doctrinam relatorum à Squillante excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit ſi trahat Clericum ad ſuum tribunal, etiam ſi illum trahere intendat præexiu officiorum ſeculariu.*

20 *Bulla generaliter loquitur, & ſolum excipit caſus in iure expreſſos.*

21 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

22 *Clericus nequit officia ſecularia ſine diſpenſatione ſuperioris ſuſcipere.*

23 *Clericus, qui officium Tutoris, vel Curatoris exercuit & in eo deliquit, non poteſt in iudicium ad reddendam rationem vocari coram Iudice laico.*

24 *Non valet argumentum à Poteſtate Epiſcopi quoad ſuos miniſtros, & officiales laicos, ad poteſtatem Principis ſecularis quoad officiales, & miniſtros Eccleſiaſticos.*

25 *Duardus inuehitur in illos Iudices, qui Clericos puniunt pœna pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt ad Epiſcopos.*

26 *Prior ſententia, nempe Clericum ratione officij ſecularis poſſe à Iudice laico cognoſci limitanda eſt, vt v.g. poſſit declarare quantitatem debiti ex proceſſu compilato, non autem illum condemnare ad ſoluendum.*

27 *Executio ſententiæ Iudicis laici contra Eccleſiaſticum non ad laicum, ſed ad Eccleſiaſticum Iudicem ſpectat.*

RESpondetur affirmatiuè, ſi bona, quæ ab Eccleſiaſticis poſſidentur, in ordine ad laicum obligationem habeant per ſe ſibique propriam; quod accidit, ſi à laico verbi gratia Imperatore, Rege, &c. in feudum data fuerunt, vel ipſimet Eccleſiæ, vel alteri, v.g. Comiti, alterive vaſſallo, qui poſtea Eccleſiæ donauit; probatur, quia cum iſte alter non potuerit plus Iuris in Eccleſiam transferre, quàm ipſi competebat iuxta *reg. 79. in 6.* conſequens eſt, quod dominium directum ſemper maneat penes primum conferentem, ad quem proinde propriè pertinet de controuerſiis ſuper feudo exorientibus iudicare, ſicuti habetur expreſsè *in cap. ex trãſmiſſa, cap. verum de for. compet.* vbi Abb. *num. 13. & in cap. dilectus, num. 4. de presbyt.* Mynſing. *cent. 5. obſer. 8.* Gaill. *lib. 1. obſervat. 30. & 37.* Surdus *lib. 3. conſ. 396.* S. Antonin. *par. 3. tit. 9. cap. 2. §. 3.* Ambroſin. *de immunit. cap. 20. num. 56.* Baiardus *in Clarum lib. 4. §. feudum, q. 90. num. 8.* Duardus *in Bullam Cœn. Can. 15. q. 11. n. 68.* Martha *caſu 198.* & Suarez *lib. 4. def. c. 14. num. 12.* qui Doctores in locis prædictis etiam meminerunt regalium feudorum, qualia Epiſcopis, & aliis quibuſdam Prælatis Germaniæ ab Imperatore concedi ſolet, vt ſimul ſint Imperij Principes; ideoque ratione horum bonorum Imperatori ſubiiciuntur, perinde ac Principes ſeculares; quia nihil obſtat, quin idem homo diuerſis reſpectibus, diuerſo iure, & qualitate cenſeatur; quarein controuerſiis, quæ ratione feudalium dominiorum oriuntur; Epiſcopus non ad Papam, ſed ad Imperatorem appellet, neceſſe eſt, monent, Doctores *in cit. c. verum, & c. ſolita de maior. & obedientia*; & ratio eſt, quia cùm dominus laicus cognoſcit in cauſa feudali, potius iudicat de re ſua, quã de clerico; cùm in tali tantum caſu ſit Iudex reſpectu cauſarum, quæ oriuntur occaſione feudi; tũ quia clericus in dicto caſu non ſubiicitur in iudicio domino feudi, vt clericus, ſed ſolum vt baro; atque ita docet Abbas *in cit. c. verum, n. 13.* qui *in cit. c. dilectus, n. 4.* ſubdit, quod ſi & Eccleſia habeat feudum à laico, Eccleſia cenſetur etiam vt laicus.

Vbi aduerte primò, quod quamuis non improbabiliter Paulus Squillante *de priuileg. cler. c. 7. dub. 14. num. 105.* & alij penes ipſum prædictam doctrinam ſolùm admittant, quando clericus pro feudo coram Iudice ſeculari conuenitur de petitorio ſolum, & ſic quando de proprietate ſola agitur: nam quando iudicio poſſeſſorio clericus imperitur, cauſa poſſeſſionis (inquiunt ipſi) coram Iudice Eccleſiaſtico agenda eſt; Contrarium tamen iuxta ea, quę dicebam, probabilius Bonacina *in Bulla Cœnæ to. 3. diſp. 1. q. 16. ſect. 1. punct 6. n. 6.* & alij docent; quin ita fuiſſe deciſum refert Io. Baptiſta del Thoro *in compend. dec. Neapol. verb. cler. fol. 91.*

Aduerte ſecundò, quod Bald. *in l. de his, Cod. de Epiſc. & clericis*, docet, quod ſi tributum, vel penſio quæcumque adhæreat ipſi rei, Iudex laicus (ſi iniuſtè ipſi denegetur) prouidere ſibi poteſt occupatione fructuum, vel poſſeſſionum, quæ ſub ſua iuriſdictione ſunt (modò nihil attentet contra perſonam clerici) quia obligatio inhærens fundo eſt ſecundùm ſe ſine ordine ad perſonam: vide, quæ dicebantur *cap. 5. dub. 1. ſect. 1. & dubitat. 15. & 31.*

Aduerte tertiò, quod Suarez *cit. lib. 4. c. 34. nu. 26.* cum Borello *de præſt. reg. cap. 71. n. 34.* Anguiano *de legib. lib. 2. comm. 21. n. 58.* Cenedo *in collect. iur. can. par. 1. collect. 37. num. 16.* Bobadilla *in polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 99.* Ceuallos *in tract. de cognit. per viam violent. par. 2. q. 65. n. 14.* Pereira *de manu reg. par. 2. cap. 48. n. 4* Eſcobar. *tract. de ratiocin. cap. 7. num. 7.* & aliis probabiliter defendit conſuetudinem, ſecundùm quam Imperator in vaſſallos clericos, & Rex in miniſtros, & conſiliarios clericos inquirit, coſque pecuniarijs pœnis, diſpoſitione ab officio, aut feudi priuatione punit; quia tunc non conſiderantur (inquit ipſe) niſi ſub reſpectu merè ciuili; maximè, quia ſub tali conditione, & pacto ad ea miniſteria clerici acceptantur; quod pactum neque contra bonos mores eſſe videtur (loquitur autem Suarez in caſu, quo feudum iure proprio agnationis ad clericum pertinet: nam ſi ad ipſum pertineat ratione Eccleſiæ, quam adminiſtrat certum eſt, quod clericus priuari illo non poſſit propter crimen ipſius: cùm delictum perſonæ in detrimentum Eccleſiæ redundare non debeat) Quamuis cõtrarium ob rationes mox *infra & cap. 14. dubit. 11.* dicendas probabilius (ſi iudicialiter, non autem naturaliter, & de facto procedatur) doceat Innocent. *in cit. cap. verum, de foro compet.* Abb. *ibid. n. 17.* (vbi ait, ſi aduerſus vaſſallum clericum agatur de crimine, ob quod feudo priuari mereatur, eius cognitio non ad dominum feudi laicum pertinet, neque clericus feudo ante priuari poteſt quàm ab Eccleſiaſtico Iudice condemnatus ſit; quia de crimine clericorum Iudex laicus neque directè, neq; indirectè cognoſcere poteſt) Duard *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 11. nu. 275.* (vbi docet, quod clericus trahi non poteſt ad forum ſeculare, etiam ratione officij ſibi conceſſi à Principe ſeculari, ſi in eo delinquat; nec etiam ratione cuiuſcumque artificij, ſi quam exerceat artẽ, quæ Conſules habeat, ac Primates, apud quos illius artificij iuriſdictio reſidear) Megal. *in 3. par. lib. 3 c. 11. n. 26. & 32* Bonac. *de leg. diſp. 10. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 24* Ambroſ. *de immunit. Eccl. c. 20. n. 54.* Paul. Squill. *de priuil. lay. c. 7. dub. 34.*

3.n.87 Erasmus Cochier *de iurisd.tom. 2. part. 3.q. vlt.n.1.& 2.* Zanardus *in direct.confess.tom.3.c.50.*& Carol.de Grass.*de off.cler.off.1.n.82.* vbi testatur, sic fuisse obseruatũ in causa cuiusdam Equitis Hierosolymitani,qui seculare officiũ quoddã exercuerat.

19 Hinc Doctores isti posteriores tenent,Iudicem laicum in Bulla Cœnæ excõmunicationem incurrere,si trahat clericũ ad suũ tribunal, etiãsi eũ trahere intendat prætextu officiorũ secularium, quæ clericus exercuit, vti dicebatur ; & ratio assignari

20 potest;quia Bulla generaliter loquitur,&solùm excipit casus in iure expressos,exceptio autẽ firmat

21 regulã in casibus non exceptis;tũ quia,licet clericus nequeat officia secularia sine superioris dispẽ-

22 satione suscipere,*c.sacerd.ne cleric. vel monach.* nihilominus priuil.clericale retinet,ita vt exẽptus esse perseueret à laica potestate,*c.fin.de vit.& honest.cler.*

23 Quod inde confirmatur,quia clericus, qui officiũ tutoris,vel curatoris, vel administratoris bonorũ vel aliud quodcumq;exercuit,& in eo deliquit,nõ potest in iudiciũ Laicale à laico ad reddendã rationẽ vocari:licet enim delinquat assumendo huiusmodi officium,non tamen fori priuileg.deperdit. Vide omninò,quæ dicentur *infra cit.c.14.dubit.11.* & quæ dicebantur *suprà dub.35.n.10.& seqq.*

24 Neq; dicas, Episcop. solus potest cognoscere,& punire officiales suos laicos, v.g.Carcerarios,Fiscales,cõmissarios,actorũ Magistros,Notarios Lictores,&c.sicuti ex cõmuni contra Paponiũ *de iure Franc.lib.1.tit.4.Arrest.8.* docent Ric.*in praxi to.1. resol.471.*& Barbosa *de potest. Episc.par.3.alleg.107. n.11.& seqq.*& nos dicebamus *suprà c.4.dub.14.&*

25 *seqq.*ergo sic è contra:Nã respõdetur,disparitas est, quia laici(licet laici)hoc ipso,quod sunt Episcopi, gaudẽt priuilegio fori Eccles.vtpotè,quia sunt de familia Episc.Vnde non mirũ,si eorum delicta omnia debeat solum Iudex Eccles.& non laicus cognoscere,ac punire(adeò vt si Iudex laicus velit se in illa intromittere,possit ab Episcopo excommunicatione vinciti,vt *in cit. locu* dicebamus) At clerici, cùm fiunt ministri Principis non priuantur priuilegio clericali , cùm retineat adhuc statum clericalem,vt dicebatur.Vide *Epistolam S. Gregorij ad Episcopum Calaritanum 66.lib.7.*

Neq; dicas secundò,clericum in tali casu solùm in bonis,non autem in persona puniri : Nam Respondetur,& hoc ipsum obstare;quia,cùm persona sit exempta , sunt etiam exempta bona personæ; quare Duard.*loc.cit.n.* 31. inuehitur in illos Iudices,qui clericos puniunt pœna pecuniaria, & pro pœna corporali remittunt ad Episcop. bona enim clericorum sequuntur priuileg.personæ,sicuti suprà dicebam;& notauit Sanch.*in opusc.to.1.lib.3.c. vnic.dub.21.n.11.*Duard.*loc.suprà cit.n.52.* Genu.*in praxi c.8.n.5.* Sousa *in Bull.Cœn.c.20.disp.95.n.4* & prius Abb.*in cit.c.qualiter,de iudic.* inquiens,certum esse , quod si persona est exempta , sit & exempta res personæ;quare sententiam hanc docet etiã ex iuristis Martha *de iurisd.par.4.cent.2.cas.127.n.5.*

Vide etiam Riccium *in praxi tom.2.resol.43.n.* 2.Barbos.*in collect.tom.2.lib.3.tit.50.c.2.n.4.* Franc.

26 Marc.*par.3.decis.479.n.4.&5.*Caballum *resol.crim. cas.64* & Ant.de Marinis *quotid.resol.c.35.n.15.* vbi rectè notat,quod stando in priori sententia Suarij, limitanda saltẽ illa foret,vt si apud Iudicem secularem cõpilato processu cõparuerit clericus esse debitor,vel in officio deliquisse,sint Iudicis secularis partes non illũ ad soluendũ condemnare,& cõpellere ; sed tantum declarare quantitatem,qua clericus esse debitor apparet , & hac declaratione facta Iudex Ecclesiasticus sit ad eundus(quod & in duobus aliis casibus sequentibus dicendum erit pro illius executione;quia,vt sæpe dictum est,executio sententiæ contra clericum in casibus permissis,nõ ad Iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum de iure 27
spectat;cùm non subdatur clericus , saltem secundùm vim coactiuam,potestati laicali;nisi solum in casu extraordinario necessitatis,si scilicet superior Ecclesiasticus non possit propter distantiam moneri, & interim , periculum sit in mora;vel si ille monitus recusset prouidere,vt *dub.4.* dicebamus.

SECTIO IX.

An etiam possint à potestate laica cognosci,si bona immobilia à laico domino donata fuerint Ecclesiæ cum reseruatione iurisdictionis?

SVMMARIVM.

1 *Item limitatur,v.g.si Bona immobilia à Laico Domino donata fuerint Ecclesiæ cum reseruatione Iurisdictionis.*

2 *Quilibet est rei suæ moderator , & Arbiter.*

REspondetur affirmatiuè,quia in tali casu talis 1
conditio,tamquam iusta, omninò seruãda est; sicuti docent Doctores *in c.verum,de condit.appos it. c.præterea 2.de iurepatron.*& in specie notauit Mol. *tract.5.d.50.6.*& Suar.*lib.4.defens.c.14.n.13.* vbi rectè ait,quod in vniuersum seruanda est conditio,quoties,bona à principio data fuerunt clericis,vel Ecclesiis sub ea conditione, vt semper sub eodẽ foro maneant,sub quo tunc existebant; & ratio est,quia dominus plus transferre non voluit;& quilibet est 2
in re sua moderator,& arbiter,*l.in re mandata Cod. de man.& l.Polla,Cod.de his,qui vt indig.contra instit. de his,qui sunt sui vel alieni iuris,*§.1.quare Mol. *loco suprà cit.rectè* etiam subdit , quod sæpe huiusmodi dominia iurisdictionis secularis oppidorum trãslata fuerunt à Magnatibus in Religiones,& alias Ecclesias , ad quas non potuit sine speciali alia Principis concessione,transire maior iurisdictio in illa oppida , quàm Magnates illi in ea habuerint, sicuti suprà nos etiam dicebamus.

SECTIO X.

An etiam possint cognosci à potestate laica,si bona immobilia antequam venirent ad ius Ecclesiæ , vel Ecclesiasticorum,onus aliquod certum,& inuariabile annexum habebant, v.g aliquem censum, vel seruitutem Principi debitam, vel onus reparandæ viæ publicæ adiacentis?

SVMMARIVM.

1 *Item limitatur , si v. g.Bona immobilia antequam veniant ad ius Ecclesiæ , vel Ecclesiasticorum onus aliquod certum , & inuariabile annexum habeant.*

2 *Res quæque cum suo onere transit.*

REspondetur affirmatiuè;quia in tali casu tale 1
onus,etiam ab Ecclesiasticis,præstandum erit: nam res quæque cum suo onere transit , *cap. constat , & capite cum non sit , & capite pastoralis de* 2
decr.

Digitized by Google

decimis. Vide etiam Silu. verb *Immunitas*, 1. *n.* 19. & Lessium *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 3. *n.* 9. & quæ diximus *suprà dubit.* 1. *sect.* 1.

CAPVT DECIMVM

De facultate potestatis Ecclesiasticæ in Laicos, & de iis, quæ sunt, vel non sunt mixti fori.

DVBITATIO I

An quemadmodum potestas laica non potest cognoscere, seu ad forum suum laicale trahere Ecclesiasticos, ita similiter non possit potestas Ecclesiastica cognocere, seu ad forum suum Ecclesiasticum trahere laicos? vbi multa de iis, quæ sunt, vel non sunt mixti fori.

SECTIO I.

Suppositum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Potestas, seu Iurisdictio Ecclesiastica essentialiter distinguitur à Potestate, seu Iurisdictione ciuili, quia illa est spiritualis, ista est temporalis.*

2 *Causæ spirituales, quæ sint, & quales, vide diffuse.*

3 *Causæ temporales, seu mere ciuiles sunt omnes illæ, quæ sunt de laicorum Dominio.*

4 *Ecclesiæ Prælati, & Iudices ordinarie immiscere se non possunt in causis temporalibus; cum vtriusque tam ciuilis, quam Ecclesiasticæ potestatis officia iuxta finem suum discretum, discreta esse debeant.*

5 *Iudex Ecclesiasticus extraordinarie in causis ciuilibus immiscere se potest, vt ad defectum iustitiæ in foro Laicali commissum, supplendum.*

6 *Item ad causam Personæ miserabilis videndam.*

7 *Item per modum denunciationis Euangelicæ, & quomodo.*

8 *Causæ mixti fori, quæ, & quales dicantur.*

1 SVPPONO primò, quod potestas, seu iurisdictio Ecclesiastica essentialiter distinguatur à potestate, seu iurisdictione ciuili; quia illa est spiritualis, ratione originis, & ratione finis sui spiritualis (quæ est salus animarum) hæc autem est temporalis, etiam ratione originis, & ratione finis sui temporalis (quæ est pax, & tranquillitas communitatis (Quapropter S. Athanasius in Epist. ad solitariam vitam agentes ait: *Ne te misceas Eccl. sia-sticis, neque nobis in hoc genere præcipias, sed potius ea à nobis discas.* Et infrà: *Si quid est iudicium Episcoporum, quid commune cum eo habet Imperator? quando à cordito euo id auditum est, quando iudicium Ecclesiæ auctoritatem ab Imperatore accepit?* S. Ambrosius *lib.* 5. *epist.* 13 *ad Marcellinam sororem: Noli te grauare, Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, Imperiale aliquod ius, sed magis diuinum imperare, cùm Deo subaitus: scriptum est enim, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari: Imperatorem Palatia pertinent, Ad Sacerdotes Ecclesia: publicorum tibi mœnium ius commissum est, non Ecclesiæ.* Et S. Nazianzenus *Orat.* 17. *Quid autem vos Principes, & Præfectos quoque lex Christi imperio meo, te libero no subiecis: Imperium enim nos quoque germinat, ad eos, eis eum præstantes, te persolutus: nisi verò æquum est, spiritum carni, fasces submittere, & cælestia terrenis cedere.* Vide Nauarrum *in c. nouit, de Iudic. notab.* 3. *n.* 88. & *lib.* 1. *consil.* 1. *de foro competen. dub.* 2.

Hinc sequitur, quod spirituales, seu meræ Ecclesiasticæ (id est, propriè ad spirituale Prælatorum Ecclesiæ regimen spectantes) sint omnes causæ illæ, quæ sunt de fidei doctrina, de sacrificio, & sacramentis, Ecclesiæ ministrorum ordinatione, officiis, & beneficiis: item de Ecclesiarum, vasorum, & virginum consecratione, vel benedictione, aliisque sacramentalibus: item de reliquiis, sanctorum veneratione; canonizatione vel beatificatione, iuramentorum, votorumque obligatione, atque obseruatione, & de similibus omnibus, quæ vel ad Dei cultum, vel ad animarum salutem pertinent; quia omnes tales causæ ordinantur ad finem spiritualem: & ex alio capite omnis potestas, seu iurisdictio versatur circa propriam materiam intra suam sphæram; & materia potestatis, seu iurisdictionis desumitur ex proprio fine, ad quē ordinatur: quapropter cum omnes prædictæ causæ tendant ad finem spiritualem, cōsequens est, quod illæ propriè sint potestatis, seu iurisdictionis spiritualis, seu Ecclesiasticæ; & sic quod potestas, seu iurisdictio tēporalis **non possit propria auctoritate indepēdenter** à commissione sibi facta ad illas se extendere: non enim potest directè; cùm sint extra sphæram **materiæ ipsius; neque indirectè; cùm indirecta extensio potestatis locum non habeat, nisi circa materiam subordinatam ratione finis: & ex alio capite** nō spiritualia sub ordinantur temporalibus, sed è contra; cùm hæc sint media, illa autem finis; vt rectè dixit Bonifac. VIII. *Extrauag.* vnam sanctā de maior. & obedientia. Vide Couarruuiam *in pract. qq. cap.* 31. *concl.* 1. Pighium *lib.* 4. *de cælesti hierarchia cap.* 2. Nauarrum *in cit. cap. nouit de iudicijs, notab.* 6. Suarez *de immunit. Ecclesiast. cap.* 11. & Salas *de legibus tract.* 14. *disp.* 9. *sect.* 5.

2

Sequitur secundò, quod è cōtra tēporales, seu meræ ciuiles sint omnes causæ illæ, quæ sūt de laicorū **dominio, tutela, cōtractibus, testamētis, legatis,** donationibus & similibus (quæ formā, & obligationē à ciuili iure desumpserunt) quia omnes hæ causæ ad finem temporalem, scilicet ad pacem, & tranquillitatem Reipubl. temporalem ordinantur. Quapropter ad eas Ecclesiæ Prælati, ac Iudices ordinariè immiscere se non possunt; cùm vtriusque, tam ciuilis, quàm Ecclesiasticæ potestatis officia iuxta finem suum discretum discreta esse debeant; sicuti dixit Nicolaus 1. *epist. ad Michaelem Imperatorem*, & habetur *in cap. nouit de iudicijs, cap. per venerabilem, & ib. canonum, quæ* 2. *qui filij sint legitimi*; & docet præter alios ex communi Nauar. *in cit. cap. nouit, notab.* 3. *num.* 21.

3

4

Dixi, *ordinariè*; quia extraordinariè Iudex Ecclesiasticus ad dictas causas ciuiles immiscere se poterit, vt ad defectum iustitiæ in foro laicali commissum supplendum. gl. & Doctores *in c. licet,* 2. *de foro comp.* Item ad causam personæ miserabilis videndam Abbas *in c. ceterum de iudicijs, num.* 16. & colligitur ex *cap.* 1. & 2. *dist.* 87. & *cap. ex parte de*

5

6

7 *foro compet.* Item per modum denunciationis Euãgelicæ; quomodo ad Ecclesiæ Prælatos, & Iudices pertinet de quouis peccato mortali cognoscere; & si reus corrigi recusauerit, ad eum excommunicandum procedere: Innocent. *in cit. cap. nouit, de iudic.* Abbas ibid. *num.* 49. *& seqq.* Nauarrus *loco suprà citato not ab.* 6. & Maranta *in Speculo Aureo dist.* 11. *num.* 11.

8 Sequitur tertiò, quod mixtæ sint omnes causæ illæ, quæ sunt præcipuè de quibusdam criminibus (vt de adulterio, sponsaliorum violatione, blasphemia, periurio, sacrilegio, sortilegio, &c. (de quibus infra) quæ mixti fori dicuntur; quia cùm non solum fini politico, & temporali, sed etiam supernaturali fini Ecclesiasticæ Reipubl. specialiter repugnent, vtroque Iure, Canonico, & ciuili prohibita sunt, & sic ad vtrumque forum, tam Ecclesiasticum, quàm laicale spectare possunt, ita vt detur in ipsis locus præuentioni. Quæ vt clarius intelligantur, sit

Suppositum Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Crimina bifariam secantur in merè Ecclesiastica, merè ciuilia, & mixta.*

2 *Crimina mere Ecclesiastica dicuntur, quæ solùm Canonico, vel Diuino positiuo Iuri aduersantur.*

3 *Crimina, quæ aduersantur Iuri naturali à seculari Potestate non cognoscuntur, nec puniuntur, & cur.*

4 *Crimina mere ciuilia dicuntur, quæ opponuntur solum ciuili Iuri.*

5 *Crimina mixta dicuntur, quæ vtrique Iuri, tam Canonico, quam ciuili aduersantur, & sic immediate ab vtroque Iure, tam Canonico quam ciuili prohibentur.*

6 *Sponsaliorum violatio est crimen mixti fori, & Violator ab vtroque Iudice compelli potest ad promissa seruanda, dummodo tamen non agatur de sponsaliorum valore; quia tunc spectat ad Ecclesiasticum.*

7 *Cognoscere de libertate Puellæ ad Iudicem Ecclesiasticum solum spectat, sicut pendente lite super sponsalijs, vel matrimonio sequestrare Puellam, causa explorandi voluntatem illius, &c.*

8 *Suspicio coactionis quomodo tolli debeat.*

9 *Adulterium est causa mixti fori, quia per ipsum peccatur proxime contra Sacramentum Matrimonij; & sic proxime peccatur contra Ecclesiam, qua ratio est cur sacrilegium in Ecclesiastico foro puniatur.*

10 *Adulterium dicitur esse sacrilegium.*

11 *Crimen adulterij, & multo magis crimen violationis sponsaliorum secundum nonnullos, si de eorum valore non agatur, sunt Crimina mere ciuilia, & secularia & quomodo possit de iis cognoscere Potestas Ecclesiastica.*

12 *Causa diuortij, causa alimentorum & dotis amittendæ ad solam Potestatem Ecclesiasticam spectat.*

13 *Lite pendente coram Iudice seculari de alimentis Vxori debitis si excipiatur de adulterio (ob quod Vxor iure alimentorum priuatur) Iudex secularis expectare debet decisionem Iudicis Ecclesiastici.*

14 *Vsura non quidem secundum se, seu secundum suã naturam, sed per accidens est crimen mixti fori.*

15 *Blasphemia, quia tendit contra Deum supernaturaliter reuelatum; ideoque continet quoddam Christianæ Religionis vilipendium, est crimen mixti fori; secus si sit coniuncta cum hæresi, quia tunc spectat ad Iudices Ecclesiasticos.*

16 *Periurium ob eandem rationem est causa mixti fori.*

17 *Sacrilegium, siue per ipsum sumatur furtum sacrilegum, siue indigna tractatio, vel violatio rei sacræ.*

18 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt Laici Inuasores rerum Ecclesiæ, non solum quando per vim eas occupant, sed etiam quando in negotijs cum Ecclesia gestis, eius rebus quomodocumque per fraudem, vel iniustitiam præiudicant.*

19 *Item quando agitur de nullitate Contractus, in quo Ecclesia læsa fuit, per eiusdem Ecclesiæ restitutionem in integrum.*

20 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi etiam possunt Inuasores rerum Ecclesiasticorum contra nonnullos. Vide ibi quomodo id procedat, & quando.*

21 *Ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt Laici proferentes verba iniuriosa in Personam Ecclesiasticorum.*

22 *Sortilegium, seu Magia illicita, quia quam maxime perniciosum tale crimen Ecclesiæ est, est crimen mixti fori.*

23 *Concubinatus est crimen mixti fori, & cognosci, & puniri potest ab vtroque Iudice seculari, & Ecclesiastico.*

24 *Concubinatus secundum nonnullos est solum crimen Iudicis Ecclesiastici, ex eo, quia eius prohibitio est tantum à iure Canonico.*

25 *In criminis Concubinatus cognitione datur præuentio.*

26 *Episcopus potest trina monitione precedente ferre in Concubinarios pœnam excommunicationis.*

27 *Episcop. potest in Concubinarios alias pœnas à iure communi, vel statutis synodalibus inflictas, exequi, & alium modum procedendi tenere si velit.*

28 *Pereira reprehenditur, & cur.*

29 *Prælatus potest punire Concubinarios in pecunia, exilio, reclusione, vel aliis similibus pœnis absque eo, quod præcedat trina monitio.*

30 *Iudex secularis Iudici Ecclesiastico inhibere non potest vt seruet formam trinæ admonitionis; nec ministris Ecclesiasticis prohibere, vt loca, & Domos Meretricum non inuisant.*

31 *Crimina prædicta dicuntur mixti fori tantum in ordine ad Laicos; non autem in ordine ad Ecclesiasticos.*

32 *Crimina prædicta dicuntur mixti fori tantum in ordine ad fideles; quia Infideles, vt potè extra Ecclesiam Legibus Ecclesiasticis non subsunt.*

33 *Infideles existentes sub protectione Magistratus Ecclesiastici possunt ab eodem cognosci, & puniri.*

34 *Crimina mixta, seu mixti fori, aliquando dicuntur solum quoad diuersos effectus, vt occisio sui ipsius, quoad confiscationem spectat ad laicum, quo verò ad sepulturam ad Iudicem Ecclesiasticum.*

SVppono secundò quod (vt docent *gl. in summa* 1
causæ 11. *q.* 1. Abbas *in cap. cum sit de foro compet. ad fin.* Nauar. *in cap. nouit, de iudic. notab.* 6. *n.* 39. Almainus *de potest. Papæ, c.* 10. & alij passim) crimina aliqua

aliqua dicantur merè Ecclesiastica, aliqua merè Ciuilia, & aliqua mixta.

2 Merè Ecclesiastica crimina dicuntur, quæ solum Canonico, vel diuino positiuo iuri aduersantur, vt Christi circa sacrificium, & Sacramenta; & Ecclesiæ circa ieiunium, festum, &c. præceptorum violatio.

5 Item quæ aduersantur iuri naturali, sed à seculari potestate non cognoscuntur, nec puniuntur, vel quia ab illa propter suam spiritualitatẽ (vt hæresis, simonia, & similia) cognosci non possunt, vel quia cùm à Iure Ciuili non sint prohibita, cognoici non solent, vt pacti simplicis violatio, intra dimidium iusti pretij in contractibus deceptio, & simplex fornicatio. Innocent. *in cit. cap. nouit*, Abbas *ibidem*, Nauar. *cit. non ab. 6. corol. ar. 11. & 15* & Clarus *lib. 5 sent. §. fornicatio.*

4 Merè ciuilia crimina dicuntur, quæ solum ciuili iuri opponũtur, vt contractuum, testamentorum, & similium (quæ secundùm formam iuris ciuilis regulari debent) violatio; vel si quis contra legem ciuilem prohibentem, arma deferat, frumenta euehat, tributa non soluat: quapropter huiusmodi ciuilibus causis potestas Ecclesiastica immiscere se non poterit, nisi indirectè per accidens, nempe propter necessitatem, vt supra dicebam.

5 Mixta crimina dicuntur, quæ vtrique iuri, tam canonico, quàm ciuili aduersantur, & sic immediatè ab vtroque Iure, tam Canonico, quàm ciuili prohibetur, vt nocturna post certum campanæ signum armorum gestatio, quæ multis locis ab vtraque potestate seculari, & Ecclesiastica prohibetur teste Nauarro *loco supra cit.* vel quæ iure etiam naturali sunt prohibita, vt licet propriam spiritualitatem non habeant, tamen non solum statui politico, sed etiam supernaturali fini Reipublicæ Christianæ specialiter repugnent. Vide Valboam *in cap. cum sit generale de foro compet. numer.* 18. & ibidem glossam, & Doctores. Vide etiam, quæ dicentur *infra dubit.* 3

6 Tale crimen est primò sponsaliorum violatio; quia per ipsam, cùm sponsalia sint via, seu dispositio ad Matrimonium, peccatur, saltem remotè, contra Sacramẽtum Matrimonij, & sic peccatur, saltem remotè, contra Ecclesiam. Abb. *in cap. ex literis, 2. num. 4. de sponsalib.* Rotella *ver. sponsalia, num.* 3. Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 29. num. 9.* Brunellus *de sponsalibus concl. 16. num. 6.* Reginaldus *in prax. to. 2. lib. 21. c. 36. numer. 268.* Maceratensis *lib. 1. resol. 79. num. 8.* Curtellius *de Eccles. lib. 2. q. 131.* & Diana *par. 1. tract. 2. resol. 130.* Quapropter ad obseruanda sponsalia (etiam iuramento firmata) si certum sit ea intercessisse, partes compellere vterque Iudex, Ecclesiasticus scilicet, & laicus competens est, dummodo tamen non agatur de sponsaliorum valore; quia tunc iuxta ea, quæ dicentur *infra dubit. 2. & 3.* Ecclesiasticus solus competens erit; & sic, cùm ad Iudicem Ecclesiasticum solum spectet de valore, consequenter & de libertate puellæ cognoscere, ad eundem

7 Iudicem Ecclesiasticum solum spectabit, pendente lite super sponsalibus, vel matrimonio, sequestrare puellam causa explorandi voluntatem illius, & iudicare de loco tuto, per quem peruenitur ad obtinendam libertatem consensus ex regula *l. ad rem mobilem, & l. ad legatum, ff. de procurat.* & docent communiter Doctores *ex cap. cum locum de sponsalibus*, Genuensis *in prax. cap. 14.* Raguccius *in Lucerna Paroch. de matrimonio qu. 96. & 128.* & Gutierez *de*

8 *matrim. cap. 37.* Adeo quod si ad tollendam coactionis suspicionem (vt si verbi gratia timeatur præsentia Principis, vel alterius potentis viri) necesse sit puellam extra ciuitatem extrahi, id ex auctoritate Iudicis Ecclesiastici fieri debeat. Dicti in secta cõtingentia videlicet, quam esse, testatur Riccius *in prax. to. 1. resol. 216. num. 3.* & docet Genuensis *cit. c. 14. num. 4.* & Raguccius *cit. q 128. num. 2.* Quamuis contrarium non improbabiliter sentiant alij, quos citat, & sequitur Curtellius *de Eccles. libert. lib. 2. qu. 131.* tenens, quod sequestratio puellæ, pendente lite, decernenda sit ab illo iudice, qui litem terminaturus sit, ad titulum *de sequestro. possess. & proprietate. cum locum*, ibi: *Puellam de cuius matrimonio quæstio ventilatur, in domo, in qua nihil eam timere oporteat, faciat honestè teneri, donec predicta causa terminata fuerit*: & tenens cum Regente de Penne *de possess. Proreg.* in speciali capite, quod in eiu, quo turbationes timentur, etiamsi sponsalia non intersint, sed ob diuitias, vel nobilitatem vis probabiliter suspicetur, princeps se interponat, sequestretque puellam apud se vel probatas matronas, vbi omnis vis periculum absit.

Secundò adulterium; quia per ipsum peccatur 9
proximè contra sacramentum Matrimonij, & sic proximè peccatur contra Ecclesiam: quæ ratio est, 10
cur sacrilegium in Ecclesiastico foro puniatur; adulterium autem sacrilegium esse, dicitur *in l. quamuis Cod. de adulteriis*, Doctores *in cap. gaudemus, de diuort.* Abb. *in cit. cap. cùm sit, num. 24. & in cap. tua, de procurat. num. 6.* Couar. *in Epit. par. 2. cap. 7. §. 7. num. vlt.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 37. num. 3.* Martha *de iurisdict. par 2. cap. 19. num. 3.* Felinus, quos citat, & sequitur Bellettus *in Disquis. cleric. par. 1. tit. de fauore cler. reali, §. 5. num. 63.* & Sanch. *de matrim. lib. 10. disp. 8. nu. 16.* Quamuis aliqui (inter quos Molina *to. 3. disp. 8. num 9.* & Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 56. num. 11.*) sentiant, quod crimen adulterij, & consequenter, 11
multò magis crimen violationis sponsaliorum (si de eorum valore non agatur) sit secúdum se) perinde ac furtum, homicidium, & simile scelus contra iustitiam (merè ciuile, seu seculare; & sic quod de tali crimine potestas Ecclesiastica non possit cognoscere in ordine ad pœnam, sed solum per viã denunciationis ad auertendum peccatum, scandalum, vel alterius iniuriam.

At quidquid sit de hoc (quod mihi propter rationem supra dictam minus probatur) illud saltem dicendum est, quod licet crimen adulterij ciuile, seu 12
secularis fori sit, tamen causa diuortij, eique accessoria causa alimentorum, & dotis amittendæ ad solam potestatem Ecclesiasticam spectet, iuxta *cit. cap. tua, & cap. de prudentia, de donat. inter virum, & vxorem*, & docet ex communi Sanchez *loco supra cit. nu. 17.* Farinac. *quæst. 89. numer. 112. & quæst. 141. numer. 42. par. 5.* Curtell. *de Eccles. libert. lib. 2. quæst. 87. &* Merlinus *contr. 93. & seq. to. 2.* cum gl. *in cit. cap. de prudentia.* Quapropter si lite coram seculari Iudice mota de alimentis vxori separatæ à marito præstãdis, opponatur de adulterio (ob quod vxor iure ali- 13
mentorum priuatur) Iudex secularis lite supersedere debet, donec quæstio incidens à Iudice Ecclesiastico terminetur, iuxta *cap. per tuam de ordine cognit. & cap. lator, qui filij sint legitimi*, & iuxta ea, quæ dicentur *infra dubit. 2. & 3.*

Tertiò vsura, non quidẽ secundùm se, seu secun- 14
dùm suam naturam; quia spectata eius natura, est crimen merè ciuile (quale est homicidium, furtum, & simile aliud crimen contra iustitiam) sed per accidens; scilicet ex eo, quia olim iure ciuili multæ vsuræ impunitæ erant, quin licitæ censebantur; quapropter potestas Ecclesiastica de vsuratum crimine cognitionem & punitionem sibi vindicauit. Abbas

in cit. cap. cùm sit, num. 17. *Couar. lib.* 3. *resol. cap.* 3. *num.* 1. Clarus *lib.* 5. *sentent. §. vsura*, Card. *in cap. in ciuitate col. fin. de vsuris in* 6. Nauar. *in c. nouit. Not.* 60. *col.* 7. *de Iud.* Farinac. *quæst.* 8. *num.* 134. *& seq.* & alij passim contra gl. *in cap. in Summa*, 11. *quæst.* 1. & *in cap.* 1. *de offordin. & in cap. cum sit generale, de foro compet.* Baldum *in tit. de cens. in quæst. §. similiter. num.* 1. *vers. item de reatu vsurarum*, & *in l. quoniam col.* 1. *vers. Tu dic, & in l. in rebum, vers. credo, cod. ex quibus caus. infam. irrog.* Decium *cons. fil.* 110. Bolanum *cons.* 75. *numer.* 13. & 28. *lib.* 1. & nonnullos alios quos refert Abbas ibidem, sentientes, quod dictum vsuratum crimen sit crimen mere Ecclesiasticum, sed minus rectè ob rationem iam dictam; Et multò magis, quia ius ciuile etiam postea prohibuit vsuras, vt videre est apud Archid. *in cap. quid dicam*, 14. *q.* 4. Io. Monach. *in cap.* 1. *de vsuris in* 6. Io. Andream *ibid. col.* 2. Cardin. *in cit. cap. in ciuitate*, Abb. *in cit. cap. cum generale, num.* 8. *de for. compet.* Barbat. *ibid. num.* 173. Couar. *loco supra cit.* & Cuttellium *de Eccles. libert. lib.* 2. *q.* 78.

15 Quartò blasphemia; quia tendit contra Deum supernaturaliter reuelatũ; ideoque continet quoddam Christianæ religionis vilipendium. *cap.* 2. *de maledicis*, & docet Abbas ibi, *num.* 9. Azorius *to.* 1. *lib.* 9. *cap.* 28. *quæst.* 5. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 32. *numer.* 37. & Farinacius *in præct. crimin. tit.* 3. *quæst.* 10. *num.* 39. Quamuis, si blasphemia sit hæreticalis, seu iuncta cum hæresi, vel infidelitate, tunc spectet solum ad Inquisitores, aliamve Ecclesiasticam potestatem.

16 Quintò periurium, ob eandem rationem, Doctores communiter in cap. testimonium, de testibus, Abbas *in citato cap. cùm sit, num.* 21. & Couar. *cap. quamuis pall. um par.* 1. *§.* 7. *num.* 2.

17 Sextò Sacrilegium, ob eandem etiam rationem; siue per sacrilegium sumatur furtum sacrilegum, siue indigna tractatio, vel violatio rei sacræ (vt personæ per fornicationem, aut verberationem, loci sacri per seminis, aut sanguinis effusionem, aut Rei extractionem (siue quæuis Ecclesiasticæ immunitatis violatio. *cap. cùm sit generale de pœnis & cit. c. cum sit, de foro compet.* vbi subditur, quod in tali causa Ecclesiæ læsæ possit Rector Ecclesiæ reum, sub quo maluerit, Iudice conuenire, ita vt detur locus præuentioni; Nec obstat, quod *in c. Felicis de pœnis in* 6. & in aliis locis cognitio talis criminis tribuatur Iudici laico: nã talia iura, ne discordare dicatur à præcitatis, intelliguntur cumulatiuè ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem priuatiuè ad illum.

18 Quapropter ad Iudicem Ecclesiasticum trahi possunt laici inuasores rerum Ecclesiæ, non solum quando per vim eas occupant, sed etiam quando in negotiis cum Ecclesia gestis, eius rebus quomodo-
19 cunque per fraudem, vel iniustitiam præiudicant, vel quando agitur de nullitate contractus (in quo Ecclesia læsa est) per eiusdem Ecclesiæ restitutionẽ in integrum; quia semper interuenit sacrilegium.

20 Idemque dicas de inuasoribus rerum Ecclesiasticorum, quod scilicet & hi trahi etiam possint ad Iudicem Ecclesiasticum; quidquid in contrarium dixerint Barbosius, Decianus, Pereira, Cuttellius *de Eccles. Libertate lib.* 2. *quæst.* 82. & Ceuallos *in tract. de cognit. per viam visitam par.* 2. *quæst.* 19 putantes quod res Ecclesiasticorum non gaudeant eodem priuilegio, quo gaudent res Ecclesiæ; & sic quod per inuasionem rerum Ecclesiasticorum laici trahi non possint ad Iudicem Ecclesiasticum; quorum opinio vera est, si talium rerum inuasio fiat sine vi, scilicet solum per furtum; quia tunc sacrilegium non committitur, iuxta ea, quæ *cap.* 2. *dubit.* 1. *& cap.* 5. *dubit.* 2. *sect.* 2 dicebamus. At secus, si fiat per vim, scilicet per rapinam, quia tunc propter iniuriam, quæ Ecclesiasticis infertur etiam in persona, committitur sacrilegium, quod cùm sit mixti fori, laici trahi poterunt etiam ad Iudicem Ecclesiasticum, ad 21
quem etiam propter eandem rationem trahi possunt, si verba iniuriosa dixerint in eorundem personam. Vide Barbosam *in Collect. tom.* 2. *libro* 5. *tit.* 23. *cap.* 2. *num.* 9. & Io. de Heuia *in Curia Philippica par.* 3. *§.* 2. *numer.* 6. *contra Ceuallos loco supra cit. num.* 17.

Septimò Sortilegiũ, seu magia illicita, quia quàm 22
maximè perniciosum tale crimen Ecclesiæ est vtpote iunctum cum fidei periculo, cumque Dei & rerum sacrarum irreuerentia. *cap. contra Idolorum*, 26. *quæst.* 5. *& l. nullus aruspex. Cod. de malef. & mathemat.* & docent Abbas *in cit. cap. cùm sit, num.* 26. Clarus *lib.* 5. *sentent. §. hæresis num.* 25. & Farinacius *cit. q.* 20. *nu.* 87. *& seqq.* Quamuis si contineat, vel sapiat hæresin, tunc spectet solum ad Iudicem Ecclesiasticum vt *infra dubit.* 2. *contra Valentiam to.* 4. *disput.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. dicimus.

His adde concubinatum, quia & delictum hoc 23
est mixti fori; & sic cognosci, & puniri potest ab vtroque Iudice, seculari, & Ecclesiastico, qui scilicet præuenerit. Ratio, quia & ipsum aduersatur iuri tum ciuili, tum Canonico, & ab vtroque iure prohibetur, & punitur. Azor. *to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 53. *qu.* 2. Venetus *in Exam. Episc. lib.* 4. *cap.* 27 *num.* 66. Bellettus *in disquisit. Cleric. tit. de fauore Clericorum reals, §.* 4. *num.* 52. Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 53. Vide etiam Alexandrum *cons.* 59. *vol.* 3. *in fin. lib.* 4. Felinum *in cap. cùm sit generale, num.* 3 *de foro compet.* Ripam *in l. fin. num.* 38. *in fin. Cod. de reuoc. donat.* Barbo. *in Collect. ad Tridentinum Concilium sess.* 24. *c.* 8. & Didacũ super 4. *Decret. in* 1. *par. cap.* 3. *fol.* 5. Quamuis Abbas *in cit. cap. cùm sit generale* Marcellus Vulpe *praxi fori Eccles. cap.* 41. *num.* 51. Bermondus *in tit. de pub. concub. verb. penitus arcere, fol.* 304. Anton. Cucchus *in instit. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 101. Io. Honorius *in Dec. reta. lib.* 5. *tit.* 16. Emon. Suarez *in thesaurus recep. sentent. lit. C. ver. Concubinatus num.* 166. Clarus *in pract. lib.* 4. *§. fornicatio, num.* 6. & Megalius. *in Promptuar. ver. causa spiritualibus, num* 10. *& ver. Concubina num.* 10. *satis* probabiliter doceant, quod sit solum Ecclesiastici fori; & sic illud cognoscere 24
& puniro spectet solum ad Ecclesiasticum Iudicem, ex eo, quia solum iuri Canonico aduersatur, & solum à Iure Canonico prohibetur, & punitur; sicuti docent Alexander sibi contrarius *in l. ex facto, §. si quis rogatus, num.* 13 *ff. ad. S. C. Treb.* Io. Garc. *in Rubr. Cod. de secund. nuptiis, & in l.* 1. *in textualibus, num.* 37. eodem sit Bermon. *de concub. fol.* 391. *nu.* 2. & Socin. *in l. cum auus nuru.* 65. *ff. de condit. & demonst.* & videntur fauere praxis, quæ est optima legum interpres, cùm Iudices seculares regulariter hoc delictum non puniant, nisi quatenus requisiti ab Ecclesiasticis brachium suũ impertiuntur. At quidquid sit de hoc, illud saltem certum est, quod (siue ex eo, quod sit crimẽ mixti fori, siue ex eo, quod sit crimẽ solius 25
fori Ecclesiastici) à Iudice Ecclesiastico, præsertim si præuenerit, cognosci, & puniri possit. Vide Doctores supra citatos, & Tridentinum Concilium *sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 8. vbi decernitur, quod Episcopus possit trina præcedente monitione ferre in 25
concubinarios pœnam excommunicationis; per quod decretum tamen non tollitur (si Episcopus eos non velit excommunicare, quando solum, scilicet si velit excommunicare, seruanda est de trina monitione forma, seu solemnitas *arct. cap.* 8.) quin

possit

27 poſſit contra eoſdem alias pœnas, etiam pecuniarias, iure communi, vel ſtatutis Synodalibus in concubinarios inflictas exequi, & alium modum procedendi tenere, ſi ſic à peccato eos remouere velit, ſicuti ſacram Cardinalium Congregationem declaraſſe, teſtantur Armendariz *in recopil. leg. lib. 5. tit. 3. leg. vnic. de adulter. num.* 9. Barboſa *in collect. tom. 1. lib. 1. tit. 35. cap. 1. num. 3.* & Diana *par. 1. tract. 1. reſol. 87.* & docent Valaſcus *in Allegat. 10. 1. Allegat. 34. num. 11. & 12.* Venerus *in Exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 27. num. 68.* Belletus *in Diſquiſit. cleric. par. 2. §. 3. num. 5.* Pereira *de manu Regia par. 1. cap. 7. num. 24.* Sanfelicius *deciſ. 205.* Curtellius *de Eccleſ. libertate lib. 2. q. 88.* & Scipio de Rubeis *in Aphoriſ. Epiſc. ver. Concubinarius, n. 4.*

28 Hinc ſequitur primò, non eſſe verum, quod ait Pereira *de manu Regia tom. 2. cap. 34. num. 11.* ſcilicet in duobus caſibus tantum poſſe Prælatum ordinariè, & præcedente accuſatione concubinarios punire. Primò, quando concubinarius ter monitus inſordeſcit in peccato, ex excommunicatus in excommunicatione per annum perſiſtit. *ex cap. ruriſus 11. q. 3. & cap. cum contumacia de hæreticis in 6.* Secundò, quando concubina pariter ter monita non reſipiſcit; & ſic in his duobus caſibus tantum illum rectè contra laicos proceſſum criminalem inſtituere, in aliis non.

29 Sequitur ſecundò, poſſe Prælatum concubinarios in pecunia, exilio reclusione, vel aliis ſimilibus pœnis punire abſque eo, quod præcedat trina monitio, quin nulla monitio; quia (vt dicebam ex Concilio Tridentino loco ſupra cit) illa præcedere debet ſolum, quando deuenitur ad excommunicationis cenſuram; ſecus, ſi ad hanc Prælatus deuenire non intendat; quidquid in contrarium dixerint Zerola *in prax. Epiſc. par. 1. ver Concubinarij, §. ad primum videtur*, Grilenzonius *conſil. 79. num. 2.* & Riccius *in praxi tomo 1. reſolut. 319. numero 3.* qui tamen poſtea ſe retractauit *in deciſ. par. 4. deciſ. 43. num. 9.*

30 Sequitur tertiò, non poſſe Iudicem ſecularem Iudici Eccleſiaſtico inhibere, vt ſeruet formam trinę monitionis, nec eius miniſtris Eccleſiaſticis prohibere, vt loca, & domus meretricum non inuiſant; quia, cum ex dictis tale crimen ſit ad minus mixti fori, conſequens eſt, quod eius miniſtri Eccleſiaſtici de iure dicta loca inuiſere poſſint.

31 Aduerte tamen hic, quod cùm dixi crimina aliqua eſſe mixta, ſeu mixti fori, vt detur in ipſis locus præuentioni, id ſolum intelligi debeat in ordine ad laicos; quia crimina clericorum ſolum à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, & puniri poſſunt, & debent, vti dicebam *cap. 9. per totum.*

32 Item quod ſolum intelligi debeat in ordine ad fideles; quia infideles, cùm vt potè extra Eccleſiam legibus Eccleſiaſticis non ſubdantur à Iudice Eccleſiaſtico cognoſci, vel puniri non poſſunt; niſi indirectè, prohibendo verbi gratia fidelibus, nec cum infideli commercium habeant, priuſquam ſatisfaciant. *cap. poſtulaſti, de Iudæis.* Quamuis ſi in-
33 fideles ſint ſub protectione Magiſtratus Eccleſiaſtici, poſſint etiam ab eo crimina ipſorum cognoſci, atque puniri. Farinac. *cit. q. 20. n. 41.*

34 Aduerte ſecundò, quod crimina mixta, ſeu mixti fori aliquando ſint ſolum in ordine ad diuerſos effectus, vt verbi gratia ſi quis ſeipſum occidat, cauſa ſpectet ad Iudicem laicum in ordine ad confiſcationem bonorum (vbi tali iure degentes vtũtur) & ſpectet etiam ad Iudicem Eccleſiaſticum in ordine ad ſacram ſepulturam occiſo denegandam in quo caſu ſi, Iudex laicus proceſſum formauerit, & ad Iudicem Eccleſiaſticum tranſmiſerit; quamuis Iudex Eccleſiaſticus poſſit (vt iſtam ſententiã de ſepultura ferat) cauſam in ſuo foro magis examinare; tamen ſi tranſmiſſus proceſſus erroris ſuſpicione carere videatur, par eſt, Iudicem Eccleſiaſticum (cum Iudex Eccleſiaſticus, & laicus ad inuicem ſe debeant adiuuare) tali proceſſui acquieſcere, & ſecundùm eum ſententiam ferre Vide, quæ dicentur *infra Dubitat. 9. & cap. 16. Dubitat. 43. ſect. 1. in fine.*

SECTIO II.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica, vt potè in ordine inferiori, ſubordinatur Poteſtati Eccleſiaſtica, vt potè in ordine ſuperiori, vt corpus animæ.*

2 *Poteſtas laica in ordine ad Eccleſiaſticos eſt Iudex incapax, ſeu impotens, vt potè ad aliquid ſimpliciter contra ſuam ſphæram.*

3 *Poteſtas Eccleſiaſtica ſit Iudex competens laicorum quotieſcumque id exigat finis ſpiritualis, & ſalus animarum.*

4 *Summus Pontifex indirectè eſt omnium etiam temporalium Dominus.*

5 *Cauſa affecta aliqua qualitate ſpirituali, puta Religionis, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiuè, vel ſaltem cumulatiuè.*

6 *Cauſa temporalis, vel ſecularis incidenter ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum.*

7 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt incidenter, & ſummariè, exercere iuriſdictionem ſecularem in laicos, quod non poteſt laica Poteſtas, & cur.*

8 *Iudex laicus, ſi incidat quæſtio ſpiritualis coram ſe ipſo remittere eam debet terminandam ad Iudicem Eccleſiaſticum, cui non poteſt tempus ad expediendum terminare.*

9 *Item dic ſi quæſtio verſetur circa factum ſecundum nonnullos contra multos alios Doctores.*

10 *Opinio aſſerentium, quod Poteſtas laica, licet non poſſit de cauſis Eccleſiaſticis cognoſcere principaliter, & per cognitionem ordinariam, ſeu plenariam, poſſit tamen incidenter, & per cognitionem ſummariam, ſeu de plano, ſine altiori diſcuſſione, reprobatur, & cur.*

11 *Curtellius, qui dixit Poteſtatem Eccleſiaſticam, & Pontificiam non eſſe Poteſtate laicali potiorita-te, & nobilitate diuerſam, reiicitur.*

12 *Omnis anima Poteſtatibus ſublimioribus ſubdita eſt, ſeruato ordine à Deo digne conſtituto, vt nempe Imperatores, & Reges Papæ obedirent, ceteri illis.*

13 *Pontifices legitimè vſi ſunt in Reges, & Imperatores temporali Iuriſdictione vſque ad Imperij priuationem.*

14 *Vacante Imperio Poteſtas eſt Pontificis, & non eſt penes populum Romanum, vt aliqui ſentiunt, & cur vide ibi rationes.*

15 *Poteſtas Eccleſiaſtica, & laicalis ſunt correlatiua non in eodem ordine, ſed in diuerſo, ita vt vna ſubordinetur alteri, tanquam inferior ſuperiori.*

16 *Superioris ſolius eſt ſupplere inferiorem, & non è contra.*

17 *Poteſtas ſuperior poteſt ſe ſolum indirectè ob finem ſpiritualem*

dictione vsque ad Imperij priuationem: & quod, cùm dicitur *in cap. licet*, 10. *& cap. seq. de foro compet. & Extrauag* si fratrum ne sede vacante, quod sit
14 Pontificis, vacante Imperio, potestas, id non intelligatur, quod sit (vti sentiunt nonnulli, inter quos Modernus *de iure belli lib. 2. cap. 10. num. 11.*) penes populum Romanũ cuius Pontifex potior, seu principalior ciuis est, sed quod sit ipsius Pontificis, quà Pontificis, ita vt sub hac ratione in Reges omnes habeat iurisdictionem, etiam temporalem, saltem indirectè, atque adeo possit, saltem indirectè, cognoscere, si de iuribus pacis fractæ inter Reges agatur; vel si populo fideli ex Principum bellis magnæ strages sequantur, aut immineant, vt si propterea Turca, vel alius Princeps nostræ religionis hostis bellum in Christianos moueat, ex *cap. nouit*, 13. *de iudic. & cap grandi de suppl. negl. Prælat. in 6.* vel si de ipsorum Regum gestis tractetur, ipsique se sanctæ Sedi volentes subiiciant, *ex cap. per venerabilem 13. §. insuper, qui filij sint legitimi*; vel demum si adeò Principes à fidei regulis aberrent, vt ad eorum directionem paterni officij partes contra Principes, vel contra eorum subditos Principibus rebelles assumat, ex *cap. licet*, 10. *ad finem de foro compet. & ex cit. cap. per venerabilem*, ibi: Non solum in Ecclesiæ patrimonio (vbi plenam intemporalibus gerimus potestatem) verum etiam in aliis religionibus certis causis inspectis, temporalem iurisdictionem casualiter exercemus: certè autem illæ causę sunt omnes illæ, quæ ad spiritualem finem assequendum diriguntur, vt si scilicet de salute animarum, vel de vitando æternæ perditionis periculo agatur, iuxta ea quæ supra dicebam, & iuxta S. Th. 2. 2. q. 10. ar. 10. quem communiter sequuntur Doctores apud Bellarminum de potestat. Papæ contra Barclaium in Prolegomenis, Paris. *de potest. Regia, & Papali cap.* 14. Almaynum *de potestat. Eccles. & laica, quæst. 3. cap. 2. in fin.* & Curtellium *in Cod. ad leges Martini, fol. 402. & lib. 2. de immunitate Ecclesiastica citata quæst. 4. num. 78.*

Dies ex Curtellio loco cit. *num. 79. 80. & 81.* potestas Ecclesiastica, & laicalis sunt correlatiua, ergo par vtriusque debet esse virtus, ita vt quod licet vni, liceat alteri, *l. sed si plures, §. filio impuberi, ff. de vulg. & pupillari, & l. cum alium ff. de negot. gest.* Consequenter si Pontifici limites tributi à Domino muneris egredi licet, & sic in aliquibus casibus extraordinariè, seu casualiter munus Principis (si hoc ad ędificationem agat.) obire; liceat etiam similiter ob eandem causam. & finem Principi seculari quoad communes subditos, & sic in clericos; cùm clerici præter id, quod clerici sunt, partes etiam Reipublicæ sint, ac per id subditi, vt ait Bellar. minus *lib. 1. de cleric. cap. 28.*

15 Respondetur: distinguo antecedens: potestas Ecclesiastica, & laicalis sunt correlatiua in eodem ordine, nego: in diuerso ordine, ita vt vna subordinetur alteri, tamquam inferior superiori, & concedo.
16 At nego consequentiam; quia superioris solius est supplere inferiorem, & non è conuerso; cùm ex dic-
17 tis potestas superior solum possit indirectè ob finem spiritualem, & salutem animarum extendere se ad obiectũ, seu ad causas inferioris, & non è conuerso; nisi solum in defensionem suorum subditorum, in casu quod superior monitus non prouideat, vel in casu quod vt moneatur, non adest tempus, cùm periculum sit in mora; quia tunc est per modũ iustæ defensionis naturalis, iuxta ea quæ dicebam *cap. 6. dubit. 10. cap. 7. dubit. 8. & cap. 9. dubit. 4. &* quidquid sit, an clerici sint subditi, seu vassalli Principum secularium; qua de re vide *cap. 1. Dubit. 13.*

DVBITATIO II.

An, & in ordine ad quas causas, non possit, etiam laicos, cognoscere, nisi potestas Ecclesiastica?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Recensentur causa mere Ecclesiastica, vide quæ sint.*

2 *Causa mere Ecclesiastica non cognoscuntur si sint prioris generis nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicos.*

3 *Causa posterioris generis licet cadere possint in laicos, adhuc sunt ita spirituales, vt merè spirituales sint, cum ortum habeant ex aliquo, quod solum ad Ecclesiam pertinet.*

4 *Causa posterioris generis cognosci non possunt nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicam & Curi.*

RESPONDETVR, quod quoad causas (quales sunt, de quibus dicebam *dubitat. 1 sect. 1. suppos. 1*, item ordinum collatio, beneficiorum electio gubernatio, & possessio, Sacramentorum administratio; item quales sunt, hæresis, simonia; excommunicatio, interdictum, festorum, ieiuniorum, similique transgressio, &c. de quibus dicebam etiam *cit sect. 1. suppos. 2.*) nõ possit, etiam laicos cognoscere, nisi potestas Ecclesiastica, priuatiuè quoad potestatem laicam; quia 2 prioris generis causæ ita sunt spirituales, vt neque possint cadere in laicos: & posterioris 3 generis causæ, licet cadere possint in laicos, adhuc sunt ita spirituales, vt merè spirituales sint, cùm ortum habeant ex aliquo, quod solum ad Ecclesiam pertinet, nempe ad fidei sacramentum, vel ieiunij, & festi præceptum, &c. & sic ortum habeant ex solo spirituali, & Ecclesiastico fundamento 4 quapropter non mirum, si quoad tales causas etiam laicos cognoscere non possint, nisi potestas Ecclesiastica priuatiuè quoad potestatem secularem; quia, vtpotè merè spirirituales, prorsus sunt extra sphæram potestatis secularis. Accedit, quod dicta crimina solum rei Ecclesiasticæ, scilicet fidei & religioni aduersantur, ergo, &c. Atque ita docent communiter Doctores, & expressè habetur in *cap. tua, de ordine cognit. cap. causam quæ, qui filij sint legitimi cap. decernimus, & cap. quanto de iudicijs.* Vide etiam, quæ dicebantur *cap. 8. dubit. 26.* & quæ dicentur *infrà dubit. 10. & cap. 14. dubit. 9.*

SECTIO.

SECTIO II.

An, si quis committat, non solum crimen hæresis, vel simoniæ, &c. sed etiam committat, quid horum suspicionem causans, conueniendus sit coram Iudice Ecclesiastico, & non laico?

SVMMARIVM.

1 *Committens crimen hæresis, simoniæ, & crimen hæresis suspicionem causans, prout si contrahat binas nuptias conueniendus est coram Iudice Ecclesiastico, & non laico.*

2 *Valentia asserens, quod Iudex laicus possit cognoscere de crimine sortilegij etiam quando continet hæresim arguitur.*

3 *Pereira, & Ceuallos asserentes Iudicem laicum cognoscere de crimine apostasiæ à fide, si tractetur de quæstione facti, refelluntur.*

4 *Crimen Apostasiæ non est specie distinctum ab hæresi, quia est sicut & hæresis contra fidem.*

5 *Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

1 EX dictis sequitur primò, quod si quis committat quid horum suspicionem causans, v.g. contrahat binas nuptias, ob quod sit de hæresi suspectus, conueniendus sit coram Iudice Ecclesiastico, & non laico; quia hæc crimina solum rei Ecclesiasticæ, scilicet fidei, & religioni aduersantur; vti supra dicebam, & docent Doctores, quos citat, & sequitur Farinacius *q.* 8. *pract. num.* 127. *& de hæresi q.* 18. §. 4. *num.* 101. doctissimus Cardinalis de Lugo *tract. de fide disput.* 24. & firmat praxis. Vndè minus rectè dixit Valentia, *to.* 4. *disp.* 6. *q.* 13. *punct.* 4. quod 2 possit Iudex laicus cognoscere de crimine sortilegij, etiam quando continet hæresim. Et minus rectè etiam dixit Pereira *de manu Regia par.* 2. *cap.* 72 3 *num.* 3 & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *q.* 56. *num.* 39. quod possit similiter Iudex laicus cognoscere de crimine apostasiæ à fide, si tractetur de quæstione facti, motus ex eo, quia huius criminis quæstio facti non sit magis spiritualis, quàm quælibet quæstio facti, matrimonij, & similium. Minus rectè etiam, inquam, dixit Pereira, & Ceuallos; tum ex dictis; tum quia crimen apo- 4 stasiæ non est specie distinctum ab hæresi (vt ex communi docent Bannez *in* 2. 2. *quæstio.* 12. *artic.* 1. Caiet. *ibidem quæstio.* 10. *art.* 1. Castrus *lib.* 1. *de iusta hæreticorum punit. cap.* 6. Pegna *in direct. Inquisit. par.* 2. *Comment.* 74. Valentia *tomo* 3. *disp.* 1. *quæstio.* 11. *punct.* 1. Azor. *tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 21. *quæs.* 3. & Becanus *in* 2. 2. *disputat.* 17. *dub.* 1. & patet; quia est, sicut & hæresis contra fidem) sed Iudex laicus non potest cognoscere de hæresi, etiamsi agatur de quæstione facti (vt habetur ex *cap. vt Inquisitionis*, §. *prohibemus de hæreticis in* 6. vbi absolutè in causa hæresis prohibetur laicis se ingerere, & quando lex non distinguit, nec nos præsertim in fauorem Ecclesiæ in fauorem cuius in dubio, teste etiam Valenzuela *in defens. Monitor. Pauli V. par.* 1. *numero* 43. sem- 5 per inclinandum est, distinguere debemus; & vt docent Felinus *in cap. cum sit, de foro compet. numero* 1. Alexander *in leg. Titia ff. soluto matrimon. num.* 13. Decius *in cap.* 2. *de iudic. numero* 24. *in fin.* Simancha *Instit. Cathol.* 36. *in princ.* Tuschus *tom.* 4. *ver. Iudex Ecclesiasticus conclus.* 447. *numero* 4. Barbosa *in collectan. tom.* 3. *lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 18. *num.* 9. Farinacius *loco supra cit.* & Sanctarellus *de hæresi, cap.* 60. *dub.* 4. *num.* 24.) ergo nec cognoscere poterit de quæstione facti Apostasiæ.

SECTIO III.

An Iudex laicus laicum in die festo laborantem punire possit sub prætextu suę prohibitionis, ne in tali die laboret?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non potest punire laicum in die festo laborantem sub prætextu suæ prohibitionis præsertim si ab Episcopo in die festo laborandi licentiam habeat.*

2 *Affertur declaratio sac. Congr. Concilij contra officiales Curiæ secularis Mutinæ.*

SEquitur secundò, quod Iudex laicus laicum in die festo laborantem punire non possit sub 1 prætextu suæ prohibitionis ne in tali die laboret, præsertim si ab Episcopo in die festo laborandi licentiam habeat. Sic communiter Doctores, quos citat, & sequitur Megalius *consil.* 97. *num.* 2. & Homobonus *de Bonis in Exam. Eccles. par.* 3. *tract.* 15. *cap.* 7. *quæs.* 17. *resolut.* 3. *& in consult. cas. Consc. volum.* 1. *par.* 2. *prac.* 3. *respons.* 32. & apud ipsos declarauit S. Cardinalium Cõgregatio in his verbis: Cùm officiales Curiæ secularis Mutinæ prætendant, neminem posse in diebus festis vacare operibus seruilibus, etiam de licentia Episcopi, nisi ipsorum etiam licentiam obtineat, & laborantes sine ipsorum licentia incidere in pœnas ab ipsis contra nõ obseruantes diem festum statutas, Episcopus petit, vt declaretur, ad quemnam spectat huiusmodi licentiã concedere: & an si ipse, præuia necessitatis approbatione, aliquibus illam concesserit, possint prædicti officiales eos punire? Sacra Cardinalium Concilij Tridentini interpretum Congregatio censuit, huiusmodi licentiam concedendi facultatem, iuxta sacrorum Canonum præscriptum, ad Episcopos tantum pertinere, non autem ad Ministros seculares; & sic eos, qui diebus festis, præuia Episcopi licentia, operibus seruilibus vacauerint, nequaquam posse à Iudicibus laicis quoquo modo multari, aut puniri. 2

SECTIO IV.

An causæ matrimoniales coram Iudice Ecclesiastico tantùm decidendæ sint?

SVMMARIVM.

1 *Causæ matrimoniales etiam coram Iudice Ecclesiastico tantum decidendæ sunt, quia ipsæ etiam sunt causæ merè spirituales, ex sola Ecclesia ortum habentes.*

2 *Amplia id procedere non solum si directe de talì causa matrimoniali agatur, sed etiã si incidẽter.*

3 *Amplia id procedere non solum, si causa matrimonialis inter Coniuges agatur, sed etiam si agatur inter vnum Coniugem, & eius filium, vel inter filium, & extraneum.*

4 *Causa*

Digitized by Google

4 *Causa agitata inter alios, quam inter Coniuges matrimonium non ladit; præiudicat tamen Iudicio Iudicis Ecclesiastici; secus tamen est si non incidat quæstio iuris; sed quæstio facti.*

5 *Solus Iudex secularis competens est in causa adulterij, si agatur de pœna sanguinis imponenda, & quoad alias pœnas competens est vterque Iudex.*

6 *Iudex Ecclesiasticus solus est competens si agatur de diuortio faciendo, de sola separatione ob legatum, vel de alio impedimento.*

7 *Iudex laicus opposita coram eo exceptione de sufficienti causa diuortij debet supersedere in causa principali v. g. in causa de alimentis Adulterę Vxori præstandis, donec Iudex Ecclesiasticus incidenter quæstionem diremerit.*

1 SEquitur tertiò, quod causæ matrimoniales coram Iudice Ecclesiastico tantum decidendæ sint, quia ipsæ etiam sunt causæ merè spirituales, ex sola Ecclesia ortum habentes, vti etiam supra dicebam, & habetur in *cap. multorum 35. quæst. 6. c. accedentibus, de excessibus Prælat. & cap. tua, de procurator.* vt si verbi gratia suboriatur lis, an matrimonium fuerit validum, vel an legitimè contractum, vel an cõiuges separandi sint ob adulterũ, sæuitiam, lepram, &c. ad solum Iudicem Ecclesiasticum cognoscere spectabit. Quod non solum verum
2 est si directè de tali causa matrimoniali lis agitetur, sed etiam si incidenter; vt si sit lis de hæreditaria successione coram Iudice laico & suboriatur quæstio, an verum matrimonium quis contraxerit, vel an matrimonium, ex quo natus est, verum fuerit, quæstio ista ad Iudicem Ecclesiasticum remittenda sit, & ab eo integrè decidenda. *cap. tuam, de ordin. cognit. cap. lator, qui filij sint legitimi, & cap. si Iudex laicus de sentent. excommun. in 6* & docent communiter Doctores ibi, Couar. *in Epit. de sponsalib. cap. 3. §. 3. numer. 4.* Albertin. *tractatu de agnoscend. assert. Cathol. & hæret. quæst. 25. num. 51.* & Farinac. *cit. q. 8. num. 144.* & etiam patet ex dictis, quia adhuc est causa, seu quæstio de re merè, seu omninò spirituali, & quæ solum ab Ecclesia ortum habet. Vide etiam, quæ dicebam *supra dubitat. 1. sect. 2.* & quæ dicam *infra*
3 *dubitat. 3.* Itemque non solum verum est, si causa matrimonialis inter coniuges agitetur (in quo conueniunt Doctores) sed etiam si agitetur inter vnum coniugem, & eius filium, vel inter filium, & extraneum, in quo dissentiunt Albertin. *loco supra cit.*
4 & Farinacius *quæst. 8. n. 150.* ex eo, quia causa agitata inter alios, quàm inter coniuges, matrimonium non ladit. Sed ad hoc ex dictis facilè respondetur, quod, esto, nõ præiudicet causæ matrimoniali, præiudicat tamẽ iudicio illius, quod, vtpotè de re Ecclesiastica, & omninò spirituali, Ecclesiasticũ debet esse, vt rectè dixit Couar. *cit. cap. 3. §. 3. num. 4.* Quamuis secus dicendum sit, si non incidat quæstio iuris sed quæstio facti, v. g. an quis natus sit ex illo matrimonio, quia talis quæstio non est spiritualis, sed temporalis. Sic Couar. *in Epit. de sponsalib. cap. 8. §. 12. num. 3.* Albertin. *loco supra cit.* & Farinacius *cit. q. 8. num 150.*

Vide, quæ dicentur *infra cit. dubitat. 3.* & quæ dicebantur *supra dubitat. 1.* vide etiam Decium *in consil. 112. numer. 2.* Vincentium de Franchis *decis. 312.* Mirandam *de ord. Iudic. tom. 1. quæstio. 1. art. 5. concl. 6. & 7.* & Marthan *de iurisdict. par. 2. cap. 19* Azorium *par. 2. lib. 3. cap. 53. quæst. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 10. disput. 8.* Germonium *de sacros. immunit. lib. 3. cap. 12. numer. 58.* Farinacium *in prax. crimin. par. 3. quæst. 99. & par. 5. quæst. 141.* Couar. *loco supra cit. cap. 7. §. 7.* Pereira *in l. si curatorem, ver. lapsis numer. 22.* Suarez de Paz *in prax. tom. 2. prol. 2. numer. 31.* Riccium *par. 5. collect. 2076.* Ceuallos *de cognit. per viam violentam par. 2. q. 8.* Barbosam *de potest. Episc. par. 3. allegat. 84. per totam.* & Io. de Heuia *in Curia Philip. par. 3. §. 2. nu. 10.* qui omnes tradunt, quod licet si de 5
adulterio agatur ad pœnam sanguinis imponendam cõpetens sit solus Iudex secularis, tamen ad alias pœnas imponendas, competens sit vterque Iudex secularis scilicet, & Ecclesiasticus; & sic causa sit mixti fori; vt detur locus præuentioni: & si agatur 6
ad diuortium faciendum, quin ad solam coniugum separationem ad tempus inducendam (vt propter lepram, vel quid aliud impedimentum, &c.) competens sit solus Iudex Ecclesiasticus, quidquidin contrarium dixerit Rupeilanus Forens. *in stil. Gallia lib. 1. cap. 5.*

Ex quibus rectè deducit Sanchez *n. 17.* quod mota 7
lite de alimentis adulterę præstandis à viro separatæ coram Iudice seculari, & viro excipiente de sufficienti causa diuortij, debeat Iudex secularis lite supersedere, donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem diremerit. Cæterum, quamuis si de diuortio agatur coram Iudice Ecclesiastico, quæstio alimentorum, & dotis amittendæ, vtpotè ei accessoriæ, spectent ad eundem Iudicem Ecclesiasticum; tamen si de ipsis vertatur causa principalis, ea tanquam quid temporale, spectabit ad Iudicem secularem.

DVBITATIO III.

An, & in ordine ad quas causas, possit etiam laicos, cognoscere potestas Ecclesiastica, cumulatiuè ad potestatem laicam?

SVMMARIVM.

1 *Recensentur causæ, quas Potestas Ecclesiastica potest cumulatiuè ad laicam Potestatem cognoscere, & quæ sint vide ibi, & cur id sit.*

2 *In causis recensitis si quæstio sit Iuris, & non facti, cognitio causa spectat solum ad Iudicem Ecclesiasticum.*

3 *Solius Iudicis Ecclesiastici proprium est munus inter lepram, & lepram, peccatum, & non peccatũ discernere, quandoquidem iustitia dictorũ actuum debet propter annexam spiritualitatem, secundum ius canonicum examinari.*

4 *Solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit de sponsalium valore.*

5 *Item solus cognoscit de valore matrimonij.*

6 *Item solus cognoscit de crimine periurij, ac vinculo iuramenti.*

7 *Item solus cognoscit de crimine vsurę.*

8 *Petenti hæreditatem si obiiciatur ex illegitimo Thoro natum esse, quæstio hæc ad Iudicem Ecclesiasticum transmittenda est.*

9 *Pendente causa natalium coram Iudice Ecclesiastico, non potest Iudex secularis procedere in causa principali hæreditatis.*

10 *Spiritualis quæstio si incidat coram Iudice seculari,*

Digitized by Google

superſedendum eſt in cauſa principali, donec incidens terminetur à Iudice Eccleſiaſtico.

11 *Exceptio peremptoria, quæ ſuapte natura examinanda eſt coram alio Iudice operatur effectum dilatorium cauſæ principalis.*

12 *Iudex Eccleſiaſticus ſub pœna excommunicationis præcipere poteſt Iudici ſeculari, quod ſuperſedeat in executione contractus, donec decidatur an ille ſit vſurarius.*

13 *Iudex Eccleſiaſticus, ad quem cauſa ſpiritualis remittitur, poteſt opponere exceptionem, & præfigere terminum peremptorium, intra quem fiat probatio; non tamen poteſt è converſo Iudex ſecularis.*

14 *Iudex ſecularis ſuper incidente quæſtione vſurarum, ſi ea ſit iuris, non poteſt cognoſcere, & ſi cognoſcat, ab Eccleſiaſtico poteſt inhiberi.*

15 *Iudex ſecularis cognoſcere poteſt de vſuris, ſi alicubi forma aliqua contrahendi veluti vſuraria damnata ſit.*

16 *Iudex laicus ſi quæſtio ſit facti in cauſis alioquin ſpiritualibus poteſt cognoſcere.*

17 *Iudex laicus, ſi conſtet matrimonium eſſe clandeſtinè contractum, & ſic, nullius valoris poteſt in ſuo foro laicali punire contrahentes, Iudex tamen Eccleſiaſticus, ſi dubitetur an illud ſit irritum, debet teſtes recipere.*

18 *Iudex laicus poteſt aliquando cognoſcere, & definire de iuramenti valore.*

19 *Iuramentũ aliquando quoad ſuum valorẽ pendet ſaltẽ indirectè ex iuris ciuilis diſpoſitione.*

20 *Lex ciuilis poteſt aliquando ob bonum publicum impedire quominus contractus Reipublicæ perniciosus impleri debeat.*

RESPONDETVR, quod quoad cauſas (quales ſunt crimen ſponſaliorum violationis, periurij, vſuræ, blaſphemiæ, Sodomiæ, inceſtus, adulterij, ſtupri, concubinatus, ſacrilegij, vt furti in Eccleſia, percuſſionis clerici, &c. ſortilegij, &c de quibus dicebam *dubit. 1. ſect. 1. ſuppoſ. 2.* poſſit, etiam laicos, cognoſcere poteſtas Eccleſiaſtica, cumulatiuè tamen ad poteſtatem laicam; quia talis generis cauſæ ita ſunt ſpirituales, ſeu Eccleſiaſticæ, vt ſimul etiam ſint temporales, ſeu ſeculares, & è contra, quandoquidem ortum habent non ſolùm ex fundamento Eccleſiaſtico, ſed etiam ex fundamento ciuili, & naturali; v. g. furtum in Eccleſia, percuſſio clerici, copula cum conſanguinea, &c. vt ſunt contra iuſtitiam, vel temperantiam, ſunt contra legem ciuilem, & naturalem, & ſic prohibentur à lege ciuili, & naturali; vt autem ſunt contra religionem (& ſic ſacrilegium, & inceſtus) ſunt contra legem Canonicam, ſeu Eccleſiaſticam, & ſic prohibentur à lege Canonica, ſeu Eccleſiaſtica: quapropter non mirum, ſi cognoſci, & decidi poſſint inter laicos etiam à Iudice Eccleſiaſtico, & laico, ab eo ſcilicet, qui prævenerit; vnde cauſæ mixti fori dicuntur. Sic ex communi Farinacius *q. 8. num. 128.* & Bobadilla *polit. lib. 2. cap. 17. per totum.* Vide etiam Sacram Congregationem Epiſcop quæ die 16. Ianuar. 1615. declarauit, quod præventione Epiſcopi atenta, in delicto laici contra clericum, ad Epiſcopum cauſa ſpectet. 1

2 Aduerte tamen hic, quod quoad dictas cauſas, ſi quæſtio ſit iuris (v.g. vtrum ſponſalia, vel matrimonium ſit validum, an inualidum; vtrum iuramentum ſit licitum, vel obligatorium, an illicitum, vel inobligatorium; vtrum actio ſit licita vel ſuperſtitioſa; vtrum contractus ſit licitus, an vſurarius, &c.) ſpectet de ea cognoſcere ſolum ad Iudicem Eccleſiaſticum; cùm eius ſolius proprium ſit munus inter lepram, & lepram, peccatum, & non peccatum diſcernere; quandoquidem iuſtitia, vel valor dictorum actuum propter annexam ſpiritualitatem, & errandi periculum debet ſecundum ius Canonicum, & diuinum examinari. Atque ita de ſponſaliorum valore docet Abbas *in cap. ex literis. 2. num. 4. de ſponſalibus,* & Doctores communiter, quos citat, & ſequitur Sanchez *de matrim. diſp. 29. num. 9.* Item de valore matrimonij docent ijdem Doctores communiter, quos citat, & ſequitur idem Sanchez *lib. 3. diſp. 54.* Item de crimine periurij, ac vinculo iuramenti docet ex communi Felin. *cap. 2. num. 28. de ſponſalib.* Gaill. *lib. 1. obſeruat 38. num. 5.* & Abb. *in cap. cùm ſit, num. 21. & in cap. cum contingat, num. 15. de iureiur.* vbi ait, quod, cùm ex rationum & opinionum conflictu redditur ſaltem probabile dubium de valore iuramenti, non poſſit Iudex ſecularis cognoſcere, ſed debeat ad Iudicem Eccleſiaſticum referre. Item de vſuræ crimine (quidquid in contrarium ſentiant Tannerus *in 2. 2. diſp. 4. q. 4. dub. 1 num. 35.* Salas *in tract. de empt. dub. 45. num. 1. & 2.* Sà *ver. vſura. n. 15.* Rodericus *de ann. reddit. lib. 3 q. 3. num 122.* Curtellius *de Eccleſ. Libert. lib. 2. q. 78.* & Ioannes de Heuia *in Labyrin. commer. lib. 2. cap. 1. num. 37. & in Curia Philippica par. 3. §. 9. num. 27.*) docent. Abb. *in cit. cap. cùm ſit, num. 17.* Mol. *to. 2. diſp. 333.* Silu. *ver. vſura, q. in princip.* Turrecremata *in cap. quid dicam, num. 5. ver. ad tertium 14. q. 4.* Scaccia *in tract. de commer. § 8. gl. 5. num. 81.* Tuſchus *to 8. §. vſura. concl. 357. num. 19.* Reginaldus *in prax. tom. 2. lib. 23. cap. 9. ſect. 1. num. 93. in fin.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 2. num. 8. & 9.* Azor. *par 2. lib. 3. cap. 53. q. 2.* Raguccius *in Lucerna Parochorum tit. de reſtitut. q. 219.* Michael de Palatio *lib. 4. contract. cap. vlt.* Salonius *in 2. 2. tom. 2. q. 78. artic. 3. contr. vlt.* Bonacina *de contract. diſp. 3. quæſtion. 3. punct. vlt. num. 3.* Diana *par. 2. reſol. 77.* & Martha *de iuriſd. part. 1. c. 7.* & Clar. *§. fin. quæſt. 37. num. 2.* vbi inquit, quod ex communi ſententia Legiſtarum, & Canoniſtarum, ſi vertitur quæſtio iuris ſuper vſura, cognitio, ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, neque poſſit Iudex ſecularis in ea vllo modo ſe intromittere; quamuis ſubdat in fine, quod ſi quæſtio vſurarum non principaliter in iudicium veniat, per modum exceptionis contra actorem, tunc poſſit, & ſolear Iudex ſecularis cognoſcere, tametſi quæſtio iuris ſit; ſed minus rectè; quia ſiue quæſtio in iudicium veniat principaliter, ſiue incidenter, ſemper militat eadem ratio, vt *dub. 1. ſect. & dub. 2.* dicebam, & habetur ex *cap. tuam, de ordine cogn. & cap. lator, qui filij ſint legitimi, ibi: Si petenti hereditatem obijciatur ex illegitimo thoro natum eſſe, quæſtio hæc ad Iudicem Eccleſiaſticum tranſmittenda eſt.* Quapropter ex communi Coraſius Miſcellan lib. 2. cap. 5. docet, quod pendente cauſa natalium coram Iudice Eccleſiaſtico, non poſſit Iudex ſecularis procedere in cauſa principali hæreditatis; & Abb. *in cit. cap. Lator. n. 3. & 5.* ait, quod in vniuerſum, ſi ſpiritualis quæſtio incidit coram Iudice ſeculari, ſuperſedendum ſit in cauſa principali, donec incidens terminetur à Iudice Eccleſiaſtico, & poſtea cauſa remittenda ſit ad

Iudicem

11 Iudicem ſecularem,qui eam inchoauerat; & *in cit. cap.ſuam,num.*4 docet, quod exceptio peremptoria, quæ ſuapte natura examinanda eſt coram alio Iudice, operetur effectum dilatorium cauſæ principalis;quia differt,& ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis cauſæ principalis, donec ſuper peremptorio fuerit iudicatum.

Quin immò Alexander *in l.*4.*§.condemnatum, nu.* 12 17.*ff.de re iudicata*,& Gutierez *de iuram.confirm.par* 1.*cap.*2.*num.*11.*& ſeqq.*addunt, quod in tali caſu (ſicut & in omni alio ſimili)poſſit Iudex Eccleſiaſticus ſub pœna excommunicationis præcipere Iudici ſeculari,quod ſuperſedeat executionem cõtractus,donec decidatur,an ille ſit vſurarius, & Iudex ſecularis teneatur ei obedire, & ſuper ſedere in executione; quia cùm exceptio hæc ſit præiudicialis executioni,non debet ſuper ea amplius procedi,alioquin iudicium Eccleſiaſticum redderetur illuſorium;quamuis contrarium dixerint Angelus,Imola, & Ripa *in cit.legib.*4.Rodericus Suarez *in leg.poſt rem iudicatam, ver.circa Iudicem, num.* 15.*& ſeqq.ff.de re iudic.*Bartatius *volum.*2. *conſil.*45. *numero* 10.& Ceuallos *in tractatu de cognit.per viam violent. par.*2.*quæſtio.*96.*numero* 12. quorum opinio (vt rectè notauit Martha *de iuriſdict.par.* 2.*cap.*45. *numero* 15.*&* 20.) reprobanda ſaltem eſt in caſu, quod Iudex Eccleſiaſticus præuenerit in cognitione vſuræ illius contractus.

13 Et Doctores(quos citat, & ſequitur Barboſa *in Collect.in tom.*2.*lib.*4.*tit.*17.*cap.*5.*numero* 4.*&* 5.)addunt, quod poſſit Iudex Eccleſiaſticus, ad quem cauſa ſpiritualis remittitur,opponere exceptionem & præfigere terminum peremptorium,intra quem fiat probatio,non tamen poſſit è conuerſo Iudex ſecularis,qui verbi gratia de cauſa principali hæreditatis cognoſcit,præfigere partibus terminum, intra quem cauſa incidens ſpiritualis terminetur coram Iudice Eccleſiaſtico,ad quem remittit;quia Iudici Eccleſiaſtico, qui in ſpiritualibus ſuperior eſt,legem imponere non poteſt.

14 Dicendum itaque eſt, quod ſuper incidente quęſtione vſurarum,ſi ea ſit iuris,non poſſit Iudex ſecularis cognoſcere,& ſi cognoſcat, ab Eccleſiaſtico poſſit inhiberi. Vide Doctores ſupra citatos, & præcipuè Martham *in citat. cap.*7.*&* cap.45.*num.* 75. Vide etiam,quæ dicebam *Dubitat. præcedenti in fine.*

15 Illud tamen interim fateor,quod ſi alicubi forma aliqua contrahendi,veluti vſuraria(vt in cenſibus,cambiis,&c)ob bonum publicum,vel ob cauſam aliam rationabilem decreto ciuili damnata ſit,tunc Iudex ſecularis cognoſcere poſſit, vtrum cenſus in forma illa damnata ſit contractus, & ſic vtrum reſcindendus,nec ne; quia in tali caſu non de alieno ſed de proprio iure iudicat, & plerumque non de iure,ſed de facto iudicium fert.

16 Si verò quæſtio ſit facti(verbi gratia vtrum reipſa interceſſerint ſponſalia,matrimonium,iuramentum,contractus vſurarius, &c.) ſpectat etiam ad Iudicem laicum in foro ſuo inter laicos cognoſcere,& reum confeſſum,vel per teſtes ab ipſo examinatos conuictum ad ſponſaliorum; matrimonij,& iuramenti obſeruationem,vel ad vſuræ reſtitutionem compellere,eundemque tanquam ſponſaliorum,matrimonij,& iuramenti violatorem,vel vſurarium punire;vt poſt Bart,*in l.Titia* tenent omnes communiter Doctores,*ff.ſolut.matrimon.* Barboſ.*nu.* 22.*&* ſeqq. & poſt Anchäran. Barbat. & Couarr. fundat Vincent.de Franch.*deciſ.*36.Simanc.*de Cathol.Inſtit.tit.*40.*de matrim.*Fontanella *claus.* 4. *gloſ.* 12.*par.*2.*n.*27.Gutierez *de iuram.par.*1.*c.*2.*n.*35 & ad quæſt Maſtrill.*dec.*113.Otetus 9.30.*lib.*1. & & Roman.*conſ.*7.*n.*27.*&* ſeqq.Quamuis,ſi de ſponſalibus mota quæſtione,opponatur, ea valida non fuiſſe, vel reſcindendi legitimam cauſam adeſſe, 17 tunc(quia eſt quæſtio iuris)cognoſcere ſolum poſſit,& debeat Iudex Eccleſiaſticus,vt ſupra dicebam Similiter ſi conſtet,matrimonium eſſe clandeſtinè contractum,& ſic nullius valoris, Iudex laicus etiam clam, & illegitimè contrahentes poſſit in ſuo foro laicali punire,quamuis ſi dubitetur, an illud ſit irritum,v g.clandeſtinè contractum, Iudex Eccleſiaſticus ob eandem rationem (quia ſcilicet etiam eſt quæſtio iuris)debet teſtes recipere,& iudicare. Vide Sanch.*de matr.lib.*3.*diſp.*54.*conel.* 1. Idéq; denique dicas de ſimilibus aliis quotieſcumque de eorum valore, vel iuſtitia tractatur, quamuis de iuramenti valore poſſit aliquando etiam Iudex lai- 18 cus cognoſcere,& definire;ex eo, quod aliquando iuramentum quoad ſuum valorem pendeat (ſaltem indirectè) ex iuris ciuilis diſpoſitione, cùm aliquando lex ciuilis poſſit ob bonum publ.cum impedire,quominus contractus Reipublicæ perniciosus(etiam interpoſito iuramento)impleri debeat& ſic non mirum, ſi tunc ad Iudicem laicum 19 ſpectet de valore iuramenti cognoſcere; cùm ad Iudicem laicum,vtrum legiſlator ciuilis id intenderit,ſpectet conſiderare. Vide quæ dicebam *lib.de de parlamentis dub.*4.*ſect.*27.*per totam.*

DVBITATIO IV.

An,& quid dicendum ſit de petitorio, & poſſeſſorio quoad res Eccleſiaſticas vbi multa de Decimis?

SVMMARIVM.

1 *Ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat quæſtio de petitorio,& proprietate rerum Eccleſiaſticarum,vbi de qua ſint hæ cauſæ.*

2 *Ad Iudicem laicum in ſententia nonnullorum Doctorum ſpectat quæſtio de poſſeſſorio rerum Eccleſiaſticarum.*

3 *Proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione.*

4 *Poſſeſſio eſt magis facti quam iuris.*

5 *Quod Iudex laicus non poſſit cognoſcere in cauſa poſſeſſorij rei ſpiritualis eſt opinio tuta, & tenenda in praxi.*

6 *In caſu Violentiæ Iudex laicus poteſt cognoſcere cauſam poſſeſſorij rei Eccleſiaſticæ, ſi non ſit aditus ad ſuperiorem Eccleſiaſticum.*

7 *Conſiliarij in Regno Hiſpaniarum de poſſeſſorio recuperandæ vel retinendæ poſſeſſionis cauſas non admittunt.*

8 *Rei mera occupatio,& detentio; licet in facto conſiſtat,tamen poſſeſſio iuſta non eſt ſine iure, cum ſit ius inſiſtendi,ſeu deſinendi rem.*

9 *Poſſeſſio Rei ſpiritualis,eſt etiam ſpiritualis, cum ſequatur naturam proprietatis.*

10 *Laicus ſicut non eſt capax proprietatis rei ſpiritualis,ita etiam non eſt capax poſſeſſionis iuris ſpiritualis.*

11 *Poſſeſſio licet ſit in apprehenſione, cauſa tamen apprehendendi ad ius,& titulum pertinet.*

12 *Cauſa proprietatis circa ſpiritualia ſpectat ſolum ad Iudicem Eccleſiaſticum,ita etiam cauſa poſſeſſionis circa eadem ſpectat ad eumdem.*

5 *Beneficium Ecclesiasticum nunquam sine Canonica institutione,obtineri potest.*

14 *Simonia,vt non committatur in Beneficiis ad redimendam vexationem per pecuniam , necesse est,vt qui habeat titulum ,& possessionem copulative.*

15 *Illa opinio in dubio amplectenda est,quæ magis fauet Ecclesiæ*

16 *Opinio communis non attendenda , quando opinio contraria fauet Ecclesiæ.*

17 *Immunitas , & Exemptio Ecclesiastica simpliciter in fauorem Ecclesiæ semper ampliari, & non restringi debet.*

18 *In dubio Iurisdictionis Ecclesiasticæ consulendus est Papa.*

19 *In dubio Iurisdictionis inter Iudicem Ecclesiasticum , & secularem , cognitio spectat ad Ecclesiasticum.*

20 *Iudex laicus si habeat pro sua Iurisdictione opinionem probabilem , & tamen declaretur excommunicatus ab Episcopo non tamen est excommunicatus.*

21 *Qui probabiliter operatur , prudenter , & non temere operatur , & consequenter non peccat, neque excommunicationem contrahit , quæ necessario supponit peccatum mortale.*

22 *Pœna debet esse commensurata culpæ.*

23 *Excommunicatio maior est grauissima pœna,gladius scilicet spiritualis , & nerus Ecclesiastica disciplinæ.*

24 *Proprietas nihil commune habet cum possessione quoad acquisitionem , secus est,quoad cognitionem iudicialem.*

25 *Causa proprietatis , & causa possessionis sunt inter se connexæ,vt diuidi non debeant.*

26 *In dubio , seu pari causa melior est conditio possidentis.*

27 *Textus in cap. fin. de Iudiciis non loquitur de dignitate , & iurisdictione Ecclesiastica , sed de seculari & inter laicos tantum.*

28 *Praxis & consuetudo nonnullorum Regnorum admittenda est, si in priuilegio sedis Apostolicæ fundetur , modo non sit reuocatum , vt videtur.*

29 *Quæstio rerum Ecclesiasticarum si non sit de iure possidendi seu de possessione iuridica,sed de solo facto laici turbantis Clericum è possessione Beneficij vel iuris decimarum est mixti fori;vnde ibi aliæ causæ mixti fori.*

30 *Clericus legitime positus in possessione à Iudice laico contra laicum , potest recurrere ad Iudicem laicum , vt manuteneatur , etiamsi Iudex Ecclesiasticus velit Clericum à possessione eiicere, dummodo non faciat à iudice laico inhiberi Iudici Ecclesiastico.*

31 *In iudicio de proprietate si exceptiones sint Iuris cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

32 *Doctrina Couarruuiæ requitur,& Cur.*

33 *Iudex laicus simul cum Iudice Ecclesiastico non potest cognoscere de Decimis , neque per modum compromissi.*

34 *Quæstio si sit facti , verbi gratia de pretio soluendo , cum contractus sit mere politicus ,*

35 *spectat etiam ad Iudicem laicum. Vide quomodo , & quando cum responsione ad obiecta.*

36 *Decimæ sunt in duplici differentia , aliæ enim sunt clericales , de quibus loquitur Auctor , & aliæ laicales de quibus cognoscit*

37 *Iudex laicus. Vide quæ sint,& quomodo concessæ laicis à summo Pontifice.*

38 *Decimæ si titulo gratuito concessæ sint,earum cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum , quia feudum ipsum adhuc oritur ex iure Decimarum, quod est Ecclesiasticum.*

39 *De feudo cognoscere spectat , ad Dominum feudi.*

40 *Laicus quamuis concessum sit ius decimarum non tamen censetur concessum ius decimas iudicandi.*

41 *Iudex Ecclesiasticus etiam in casu quo decimæ sint laicales potest de ipsis cognoscere , & causas definire,ita vt causa sit mixti fori.*

42 *Qualibet Consuetudo in contrarium damnatur.*

43 *Consuetudo etiam, quod orta quæstione inter laicum, & Clericum,si decimæ sint laicales,an clericales, Iudex laicus cognoscat de possessione, damnatur, & Cur.*

44 *Laici non possunt Decimas possidere,neque possunt eas præscribere,nisi titulum,seu concessionem exhibeant,vel saltem constantem famam de concessione sibi factam,demonstrent.*

45 *Possessio immemorabilis inducit præsumptionem tituli , seu concessionis , & priuilegij, si is , qui allegat eam , sit capax possessionis.*

RESPONDETVR , Et dico primò ex iis,quæ dicebantur *dubit. præcedenti*, si quoad res Ecclesiasticas (vt beneficium,ius decimarum,ius patronatus,matrimonium,&c.) quæstio sit de petitorio,seu , de proprietate(v. g. an tibi ius beneficij , ius decimarum,ius patronatus,ius eligendi,ius sepulturæ,& similium competat;vel an Caia sit tua legitima vxor;vel legitimè collatum tibi beneficium,&c.)cognitio spectet ad Iudicem Ecclesiasticum ; & constat etiam ex *cap.* 2.& 3.*de iudic.*& *ex cap. causam*,2.*qui filij sint legitimi.* 1

Dico secundò:sin autem quæstio sit de possessorio,seu de possessione;quamuis Archid.*in cap.* 1.*de restit. spoliator.* Selua *par.* 1.*de beneficiis*, *q.*7.*num.*12. Gregor.Tholos.*de benefic.cap.*40.*num.*10.Torteblãca de Magia *lib.*3.*cap.*16.*num.*2.Garsias *de Nobil.gl.* 9. *num.* 48. Auendanus *de exequ. mand. p.* 1.*cap.*1. *num.*32.Valascus *consil.*93.*nu.*3. Cabedus *p.* 2.*decis.* 71.*num.*3.Gail.*lib.*1.*obseruat.* 28.*num.*2. Mynsinger. *cent.* 2.*obseru.*67.Guido Papa *decis.* 85.*num.*2.Thesaurus *decis.*82.Afflictus *decis.*24.Igneus *in l. necessarios*,§.*non aliàs ff.ad S.C.Syllan.num.*466.& *sequent.* Sesse *de inhibit. cap.* 8. §. 3.*num.*16.& 17. Ceuallos *tract.de cognit.per viam violent.par.*2.*q.*65.Curtellius *de immun.Eccles.lib.*2.*q.*16.*num.*26.*q.* 57.& 67.Bobadilla *in Polit. to.* 1.*lib.* 2.*cap.*17.*num.* 153.Pelaez *tract.de maior.par.*3.*q.*11.*num.*11. Mendez à Castro *in prax.Eccles.Lusit.lib.*2.*cap.*4.*num.*14. & alii , quos refert Couar. *in pract. qq. cap.* 35 existiment , laicum iudicem etiam in causa possessionis rei spiritualis (verbi gratia beneficij)adipiscendæ , retinendæ , vel recuperandæ competentem esse, ex eo , quod , vt ait gl. *in cap. literas de iuramento calumniæ* , & *in cap. cum dilectus de elect.* possessio beneficij, & cuiuscunque alterius rei spiritualis, non spiritualis,sed temporalis,& profana sit; cùm nõ in iure,sed in mero facto consistat. Quapropter *in l. naturaliter* , §. 2. *ff. de acquirenda possessione*, 2

dicitur,

dicitur, *quod proprietas nihil commune habeat cum poſſeſſione*: tum quia *in cap. cum noſtris, de conceſſ. prabend.* expreſſe, dicitur, quod poſſeſſio ſit magis facti, quàm iuris; & ex alio capite *in cap. decernimus de ſentent. excommun. in 6.* habetur, quod de facto cognoſcat etiam Iudex laicus, tum quia idem innuere videntur *cap. vlt. de indic. & cap. petimus eodem tit* tum tandem quia ita habet praxis, & conſuetudo nonnullorum Regnorum.

Nihilominus ex dictis cum Rota Romana coram Penna die 1. Decembris 1595. Peſantio *tract. de immunit. Eccleſ. diſp. 15.* Azorio *to. 1. lib. 5. cap. 14. quæſt. 1.* Baldello *to. 1. lib. 5. diſp. 39. num. 1.* Gutierez *can. 99. lib. 1. cap. 34. num. 26.* Valboa *in cap. decernimus, de iudic. num. 95.* (qui tamen cum nonnullis aliis ſententiam oppoſitam admittit in caſu de violentia; ſed adhuc minus rectè, niſi in dicto caſu ſit difficilis aditus ad Superiorem Eccleſiaſticum, vel ſit periculum in mora, iuxta ea, quæ dicebantur *lib. de parlamentis dubit. 4. ſect. 19. ſubſect. 1. & ſeqq. vſque ad 9. & dubit. 23. ſect. 2.*) Iacobo Sahagun. de Villa-ſante *in cit cap. decernimus, num. 184.* (vbi ſubdit, quod in Regno Hiſpaniarum de poſſeſſorio recuperandæ, vel retinendæ poſſeſſionis in beneficiis Conſiliarij cauſas non admittant) Martha *de iuriſdict. par. 4. centur. 1. caſ. 34* Mar. Antonio *lib. 1. reſol. 91.* Garſia *de benef. p. 1. cap. 2. num. 50.* Diana *par. 5. tract. 1. reſol. 23.* & aliis (quos citat, & ſequitur Moneta *de decimis cap. 8. q. 1. num. 10. & 11.* & Barboſa *in collect. to. 1. lib. 3. tit. 30. cap. 25. num. 3.*) contrarium dicendum eſt, quia, quamuis rei mera occupatio, & detentio in facto conſiſtat, tamen poſſeſſio iuſta non eſt ſine iure, cùm ſit ius inſiſtendi, ſeu detinendi rem; ſicuti docet gl. communiter recepta *in l. 1. ff. de acquir. vel amittenda rer. poſſeſſione*, & Abbas *in cit. cap. literas, num. 6. & ſeqq.* & ſic poſſeſſio rei ſpiritualis eſt etiam ſpiritualis, cùm ſequatur naturam proprietatis. Quapropter ſicut laicus non eſt capax proprietatis rei ſpiritualis; ita etiam non eſt capax poſſeſſionis iuris ſpiritualis. Quod etiam habetur expreſsè in *cap. cauſam de præſcript.* & ſuadet ratio; quia licet poſſeſſio ſit in apprehenſione, cauſa tamen apprehendendi ad ius, & titulum pertinet; & Iudex laicus ex alio capite iuris directè incapax eſt, quin neque de facto cognoſcit, niſi exiſtente ſubiecto, & cùm ſubiectum deficiat, cognoſcere non poteſt, tum quia ſicut cauſa proprietatis circa ſpiritualia ſpectat ſolum ad Iudicem Eccleſiaſticum; ita etiam cauſa poſſeſſionis circa eadem ſpectat ad eundem, vt colligitur ex *cap. 1. & Clement. un. de ſequeſtrat. poſſeſſion. & fructuum*; & Clement. *diſpendioſam de iudiciis*; quod præcipuè verum eſt, ſi loquamur de beneficiis, & decimis ſpiritualibus, ſeu clericalibus, quæ à laicis poſſideri non poſſunt. *cit. cap. cauſam de præſcript.* Quapropter cùm beneficiorum, & ſpiritualium decimarum cauſa poſſeſſoria neceſſariò inter clericos, vel ſaltem contra clericum agitetur, conſequens eſt, quod de ea cognoſcere ſolum poſſit Iudex Eccleſiaſticus, non ſolum propter qualitatem cauſæ, quæ eſt ſpiritualis (vt ſupra dicebam) ſed etiam propter qualitatem Rei conuenti, qui eſt exemptus à iuriſdictione laicali; adeò, quod licet temporalis quæſtio, non temporalis eſſet, adhuc hæc temporalitas coram Rei iudice, qui Eccleſiaſticus eſt, agitari debeat; cùm omnes & quæcumque cauſæ clericorum ad Iudicem Eccleſiaſticum tranſlatæ fuerint ex Authent. *ſtatuimus, Cod. de Epiſc. & Cler. & cap. 2. de iudic.*

Confirmatur, quia, cùm beneficium Eccleſiaſticum nunquàm ſine Canonica inſtitutione obtineri poſſit. *cap. ex frequentibus de inſt. & cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem in 6.* (adeo vt agens interdicto, *unde vi*, titulo docere debeat, vt docent Doctores *in cap. in literis de reſtit. ſpoliat.*) ſequitur, quod cauſa poſſeſſoria beneficij ſit Eccleſiaſtica, & ſpiritualis; vt etiam colligitur ex *Clem. 1. de cauſa poſſeſſ. & propr.* vbi cauſam beneficialem, ſiue de poſſeſſione, ſiue de proprietate agatur, ſpiritualem Pontifex declarat; quapropter, ne conſuetudine quidem, vt laicus ſpiritualitatis incapax de ea cognoſcat, introduci poſſe, dixit Peſantius *cit. diſp. 15. de immun.* Azor. *cit. q. 11.* probatque fuſè Martha *de iuriſd. par. 4. caſ. 38.* & Carol. de Graſſ. *eff. 1. num. 372. & ſeqq.* vt nec tolerantia Pontificis proficiat, cùm ſimiles abuſus quotannis in Bulla Cœnæ damnet, & improbet.

Confirmatur ſecundò, quia ad redimendam in beneficio vexationem per pecuniam, vt ex pecunia Simonia non committatur, titulum, & poſſeſſionem quis habeat, neceſſe eſt. *cap. dilectus 1. de ſimonia*; adeò quod ſi titulum habeat, poſſeſſionem tamen litigioſam pecunia redimat, ſimoniam committat; vt docet *gl. 1. in cap. decimas. 3. 16. q. 7.* Abb. *num. 8.* & Ananias *in dict. cap. dilectus*; ergo cauſa poſſeſſoria beneficij Eccleſiaſtica; & ſpiritualis eſt; cùm ſimonia non committatur, niſi in ſpiritualibus, & illis annexis. *cap. qui ſtudet, 12. q. quia clerici de iure patron.*

Confirmatur tertiò; quia in dubio illa opinio amplectenda eſt, quæ magis fauet Eccleſiæ. *cap. fin. de ſent. & re iudicata, & l. ſunt perſonæ ff. de relig. & ſumpt. funer.* & determinauit S. Rota Romana in vna Veneta cenſ. anno 1606. & docent Felin. *in cap. 1. num. 104. de conſtitut.* Iaſ. *in l. filius familias, §. Diui. ff. de legat. 1. num. 82.* Decian. *lib. 3. conſil. 80. num. 22.* Hondedeus *lib. 1. conſil. 3. num. 24.* Maynardus *de priuileg. Eccleſ. par. 2. art. 22. num. 61.* Bellettus *in Diſquiſit. cleric. par. 1. tit. 6. §. 4. num. 13.* Quin immò Souſa *in Bull. Cœn. par. cap. 14. diſp. 76. num. 5.* ait quod non ſit attendenda opinio communis, quando opinio contraria fauet Eccleſiæ, & Suar. *de immunit. lib. 4. cap. 34. num. 4.* Sanchez *in opuſc. to. 1. lib. 2. c. 4. dub. 15. num. 31.* & Baldellus *to. 1. dib. 4. diſp. 19. num. 1.* aiunt, quod ſimpliciter in fauorem Eccleſiæ ſemper ampliari, & non reſtringi debeat immunitas, & exemptio Eccleſiaſtica; ita vt ſaltem, vt rectè dixit Bernardus Iuſtus *in defenſ. libert. Eccleſ. fol. 27.* in dubio conſuli debeat Papa; præſertim, quia quando controuerſia eſt inter Iudicem Eccleſiaſticum, & ſecularem, cuiuſnam ſit in caſu, qui contingit, iuriſdictio, Iudex Eccleſiaſticus, tanquam dignior, cognoſcere debet, vt patet *ex cap. ſi Iudex de ſent. excommun. in 6.* & ex communi tradunt Ripa *in cap. decernimus, num. 4. de iudic.* Alexand. *conſil. 8. col. 3. lib. 1.* Felinus *in cap. paſtoralis in princip. de reſcript.*, Decius *ibid.* Couar. *pract. qq. cap. 33. num. 1.* (vbi ſic in Hiſpania obſeruari teſtatur) Gutierez *pract. qq. lib. 1. q. 6. nu. 2.* Sanchez *in opuſc. to 1. lib. 1. cap. 4. dub. 52. num. 2. & dub. 55. num. 31.* Fagnanus *in reſponſ. pro cenſuris Pauli V. par 4. fol. 121.* Narbona *in recopil. leg. 20. gl. 23. num. 17.* Paramus *in reſponſ. 1. pro iuriſdict. S. Officij, cap. 4. num. 1. &* Lælius Baglione *in defenſ. libert. Eccleſ. par. 2. propoſ. 16. fol. 53.*

Quæ tamē nō ita intelligo, vt si Iudex laicus habeat pro sua Iurisdictione opinionem probabilem, (quin etiam minus probabilem, siuè ab intrinseco, siuè ab extrinseco) & tamen ab Episcopo excommunicetur, vel excommunicationem à iure latam, & inflictam contraxisse declaretur, sit verè excommunicatus; quidquid in contrarium dixerint Villalob os *in Sum.to.1.tract.16.diffic.11.num.7.* & Diana *par.5.tr.1.resol.33.* Et ratio cōtra ipsos est clara; quia qui probabiliter operatur, prudenter, & non temere operatur, & consequenter non peccat, neque ex communicationem contrahit; cùm excommunicatio necessariò supponat peccatum mortale; sicuti ex cōmuni docēt Caiet. *in sum. ver. præcepti trāsgressio §. pœna præceptorum.* Paludan. *in 4. distinc. 18. quæst. 1. art. 2.* Nauar. *cap. 27. num. 91.* Gabr. *in 4. dist. 18. quæst. 2. Corol. 2.* Sot. *dist. 22. quæst. 1. art. 2. concl. 1.* Couar. *c. alma, par. 1. §. 9.* Auila *de cens. par. 2. cap. 5. dissuas. 4. 1. dub. 2.* & alij passim. & sumitur *ex cap. nemo Episcoporum, cap. nullus Sacerdotum, 11. qu. 3.* ex Tridentino Concilio *sess. 25. cap. 3. de reformat.* & etiam ex ratione; quia pœna debet esse commensurata culpæ vt per se patet, & habetur *in c. Felicis de pœnis in 6.* ibi: *Iudex pœnā infligitur ex culpa.* Sed excōmunicatio maior grauissima pœna est, gladius scilicet spiritualis, ac neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, teste Tridētino Concilio, *vbi cap.* ergo grauem, seu mortalem culpam supponit. Quinimmò contumaciam, & inobedientiam supponit contra Ecclesiam, ita quod ad hoc, vt quis censuram incurrat, necesse sit, quod sciat actum non esse prohibitum mortaliter, sed etiam esse prohibitum sub censura, seu censuræ alligatum per Ecclesiam. Vide, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. corollar. 2. & seqq.* & *Caietanum ver. præcepti transgressio*, vbi sic ait *Hinc etiam sit vniuersalis regula, quod in iis, quæ sunt positiui iuris, si absque contemptu, ac refutatione finis, ex ignorantia puta, aut ex apparente sibi excusatione transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo pacto consentiendi contra præceptum obligans ad mortale, non incurritur peccatum mortale; quandoquidem non est intentio pia, ac iusta matris Ecclesiæ bonas huiusmodi animas illaqueare tam hostili vinculo: & propterea talis apud Deum non incurreret excommunicationem; absoluendum tamen ad cautelam crediderim ignorātem* sic ille. Quod etiam intellige, si quis sciat actum esse prohibitum sub mortali; ignoret tamen (siue ignorantia iuris, siue facti) esse prohibitum sub censura per Ecclesiam: ratio, quia adhuc delinquens non est contumax quoad censuram in Ecclesiam, & sic adhuc non contrahit censuram latam ab Ecclesia, sicuti probabam *loco cit. de Parlamentis.*

Ex dictis patet ad opposita: ad primum enim ex *l. naturaliter* desumptum respondetur distinguendo, quod proprietas nihil commune habeat cum possessione, quoad acquisitionem, concedo (quia separari possunt, ita vt penes vnum sit rei dominium, & penes alterum sit rei possessio) quoad cognitionem iudicialem nego; quia causa proprietatis, & causa possessionis sunt inter se connexæ, vt diuidi non debeant. *l. nulli Cod. de iudiciis, & cit. cap. 1.* vbi expressè cauetur, ne causæ connentia diuidatur; & sic non possit vnus super causam proprietatis, & alter super causam possessionis Iudex postulari; & meritò, partim, quia causa possessionis sæpè obtinere non potest, nisi exhibito iure, seu titulo proprietatis; partim, quia iudicium possessorium multum præiudicat petitorio propter probationis subleuationē, & iuris prærogatiuam; cùm in dubio res possessori debeat adiudicari, iuxta illud: *In dubio seu pari causa melior est conditio possidentis.* 26

Ad secundum respondetur, quod *cap. fin. de iudiciis* non loquatur de dignitate, & iurisdictione Ecclesiastica, sed de seculari; & non inter clericos, sed inter laicos, vt patet ex illis verbis. *Tempus regiminis elabitur.* quæ verba ad beneficium accommodari non possunt. 27

Ad *cap. Perimus* respondetur, quod ibi non cognoscat laicus, sed Ecclesiasticus, qui Iudicis laici auxilium implorat.

Ad illud de praxi, & consuetudine nonnullorum Regnorum respondetur, quod admittenda, & approbanda sit talis praxis, & consuetudo, si in priuilegio aliquo sedis Apostolicæ aliquando concesso, & modò non reuocato fundetur. Vide Boërium *decis. 69 numer. 13.* Guillelmum Benedictum *in cap. Raynutius, ver. & vxorem, decis. 2. num. 89. & seq.* & Oſascum *decis. 116.* qui tale priuilegium Regibus Galliæ à Leone X. die 17. Nouembris 1513. concessum esse testantur. Sed an etiam vsque adhuc illud duret, & non sit reuocatum per Bullam Cœnæ, & Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ. &c. quæ incipit, *Romanus Pontifex*, viderint, qui ita defendunt. 28

Dico tertio: Si tamen quæstio non sit de iure possidendi, seu de possessione iuridica, sed de solo facto laici turbantis clericum à possessione beneficij, vel iuris decimarum, tunc vltra cum communi sententia Doctorum concedo, quod causa sit mixti fori; & sic quod clericus contra laicum turbatorem vel spoliatorem agere possit interdicto retinendæ, vel recuperandæ possessionis, etiam cōram Iudice laico; quia tunc non fertur iudicium de iure, sed de solo facto, id est, de iniuria à laico in clericum illata. Sicuti, si laicus personam sacram violauerit, clericum ab vsu iurispatronatus, vel funeris, &c. iniustè impediuerit, Ecclesiam inuaserit, calicem consecratum abstulerit, causa cognita, à Iudice laico etiam compelli potest, vt ab iniuria desistat, & damnū compenset; quia (sicuti dicebatur) sacrilegij crimen est mixti fori: atque ita docent Abb. *in cap. literas de iuram. calumnia, num. 8.* Gutierez *lib. 1. canon. qq. cap. 34. num. 41.* Garsias *par. 1. de benefic. cap. 2. num. 59.* And. Gaill. *lib. 1. obseruat. 38. num. 8.* Mattha *de iurisdict. par. 2. cap. 41. num. 8. & cap. 43. num. 18.* & Rebuff. *de decimis, quæst. 10. num. 3. contra Azarium cap. 14. q. 1.* qui pro se citat Couarruuiam *in pract. qq. c. 35.* Sed minus rectè, qui Couar. ibi loquitur in casu, quod reus est clericus, non autem laicus; quod inde patet; quia si agatur contra laicum in quæstione meri facti (verbi gratia quia decimas soluere non vult) *ibid. num. 2.* expressè ait, vtrumlibet Iudicem secularem, vel Ecclesiasticum adiri posse. Vide etiam Paulum Sraibanum *resol. 39.* & Candelabrum aureum *in exposit. Bullæ Cœn. can. 16.* vbi ait, quod clericus in possessione legitimè positus à Iudice laico contra laicum, possit recurrere ad Iudicem laicum, vt manuteneatur in possessione contra laicum; etiamsi Iudex Ecclesiasticus velit clericum à possessione eiicere, dummodo clericus recurrendo ad Iudicem laicum, non faciat à Iudice laico inhiberi Iudici Ecclesiastico. 29 30

At si in huiusmodi casu admisceatur quæstio de proprietate (verbi gratia) si laicus conuentus interdicto retinendæ; vel recuperandæ possessionis decimarum, excipiat illas feudales, seu laicales esse. Item si conuentus de solutione decimarum, alleget exemptionis priuilegium, vel præscriptionem, &c. Item si agatur, an ad quandam Ecclesiam pertineat 31

ius

ius decimarum, & ab illis sit quis exemptus, vel priuilegiatus. Item si agatur, quonam titulo decimæ præcipiantur, vel de possessorio, modo, tempore decimandi, &c.) tunc quæstio, vtpotè quæstio de iure, spectabit solùm ad Iudicem Ecclesiasticum, vt supra dicebam, Vide Fagundez *de præceptis Ecclesiæ præcept. 5. lib. 2. cap. 5. num. 8.* Raphaelem de la Torre *in 2. 2. S. Th. tom. 2. q. 87. disp. 8. n. 4.* Tannerum *ibid. disp. 5. q. 3. dub. 2. num. 40.* & Azorium *part. 1. lib. 7. cap. 36. q. 4.* qui Couarruuiam *pract. qq. cap. 35. num.* 32 *2. & variar. Resol. lib. 1. cap. 17. num. 19.* docentem (quod, si clerici decimas petant à Laicis, qui præscriptione, vel consuetudine immemorabili eas soluere non consueuerunt, Iudex laicus possit cognoscere) reiiciunt, & rectè, ex principio dato. Quapropter si qui Principes opinionem Couarruuiæ obseruant in praxi, dicendum est, quod id faciant ex priuilegio à Sede Apostolica Ipsis concesso; quod an reuerà fuerit concessum, & dato, fuerit olim concessum, modò per Bullam Cœnæ, & Bullam Vrbani VIII. super præseruatione iurium Sedis Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum à quibuscunque præiudicialibus, quæ incipit, *Romanus Pontifex*, reuocatum non sit, videant ipsi, & multò magis ipsorum Conciliarij. Vide etiam Doctores, quos
33 citat, & sequitur Bonacina *de legibus, disp. vlt. quæst. 5. punct. 6. num. 1.* qui subdunt, quod Iudex laicus simul cùm Iudice Ecclesiastico non possit cognoscere de decimis, neque per modum compromissi.

34 Econtrà verò si quæstio sit facti, v. g. an quis perceperit, vel soluerit, seu adhuc percipiat, vel soluat decimas, ad effectum quoque, vt is (de quo non dubitatur, quod decimas iure soluere debeat) eas Ecclesiæ, cuique Rectori soluere cogatur; vel si agatur contra tertium detentorem fructuum decimandorum; vel de restitutione decimarum, quando furto sunt sublatæ, venditæ, aut in vsus temporales conuersæ; vel à quonam potius, Petro v. g. vel Paulo sint soluendæ, vel contra laicum conductorem decimarum, quod tempore debito non soluat, spectabit etiam ad Iudicem secularem, quia non agitur de iure, vel de possessione decimarum, sed solum de pretio conductionis, qui est contractus merè politicus.

35 Non obstat, quod tales causæ ortum habeant ex iure decimarum, quod ius est Ecclesiasticum, & spirituale, non autem ciuile, & profanum. Nam respondetur, id esse valdè remotè, & per accidens. Sic ex communi Couar. *cit. num. 2.* Gutierez *num. 49.* Fagundez *de præceptis Eccles. præcept. 5. lib. 3. cap. 5. num. 1. & 2.* Moneta *de decimis c. 8. q. 1. num. 1. & seqq.* Gutier. *de iuram. confir. part. 3. cap. 2. num. 35.* Ceuallos *de cognit. per viam violentiæ part. 1. q. 25. per totam.* Germonius *de sacr. immun. lib. 3. c. 19. num. 84. & 99.* & alij passim contra Azorium *tom. 1. lib. 7. cap. 25. q. 6.* Homobonum *de exam. Eccles. par. 2. tract. 8. cap. 8. q. 24.* Raphaelem de la Torre *in 2. 1. S. Th. tom. 2. q. 87. disp. 2. num. 5.* & ibidem Tannerum *disp. 5. q. 3. dub. 2. nu. 40.* & Antoninum Dianam *part. 1. tract. 2. resol. 93.* arbitrantes, quod etiam quando quæstio est facti, solus Ecclesiasticus sit Iudex competens circa decimas, ex Baldo, Fulgosio, Cup. Gemin. Facchin. & aliis, qui tradunt, quod causa spiritualium, etiam quando est quæstio facti spectet ad solum Iudicem Ecclesiasticum. Sed quod primo dicebam, est multò probabilius.

36 Cæterùm, quæ hactenus dixi, intelligas de decimis clericalibus, seu spiritualibus, quæ scilicet spirituali titulo percipiuntur; & si nulla concessione, vel priuilegio in laicum cadere possunt; quia si loquamur de decimis laicalibus, quæ etiam à laico iustè percipiuntur, si scilicet fundentur in Pontificis concessione, vel etiam aliorum Prælatorum, facta tamen ante Concilium Lateranense, vt communiter in materia de decimis docent Doctores; si, inquam, de talibus decimis loquamur; de his, cùm à titulo, & iure spirituali separatæ sint, cognoscit ex consuetudine Iudex laicus; quæ consuetudo legitima est, si dictæ decimæ titulo oneroso (vt permutationis; quia scilicet Principes eas 37
re alia maioris, vel æqualis valoris, seu vtilitatis cum Ecclesia permutarunt) in laicos translatæ fuerint; quia tunc ratione permutationis legitimè factæ Principibus debentur; cùm Ecclesia ius suum integrum seruet in re, cum qua decimas permutauit, & in quam decimæ subrogatæ sunt. Et multò magis, si à principio, seu secundùm primam originem suam merè laicales extiterint, sicuti rectè docent Couar. *cit. num. 2.* Canisius *cap. 18. num. 15.* & Raphael de la Torre *in 2. 2. S. Th. tom. 2. q. 87. disp. 8. num. 4.*

Quamuis, si titulo gratuito à Pontifice, vel etiã 38
ab aliis Prælatis (modo, quo supra dicebam) in feudum laicis concessæ sint; non itidem de illis cognoscere ad Iudicem laicum spectabit; quia feudum ipsum adhuc oritur ex iure decimarum, quod est Ecclesiasticum, tum quia de feudo cognoscere 39
spectat ad dominum feudi; cùm (ex eo, quod illud separatum à domino feudi sit, solum quoad dominium vtile, non item directum) sæpe sæpius eius interfit; tum quia huiusmodi concessiones, vel priuilegia (quæ Ecclesiæ, & iuri communi derogant) non extendi (nisi exprimantur) sed potius restringi debent. Quapropter, quamuis laicis concessum sit 40
ius fructuum decimalium, percipiendi, vel beneficia conferendi, &c. non propterea illidem concessum erit ius de causis decimalibus, vel beneficialibus iudicandi; quia diuersa, & separata iura sunt. Vide, quæ dicebantur *lib. de parlamentis dubit. 4. sect. 20. subsect. 2. & dubit. 27. sect. 8. subsect. 1.* Vide etiam Rebuffum *de decimis, q. 10. num. 35.* Azorium *cit. q. 3. §. hoc ipsum.* Fagundez *de præceptis Eccles. præcept. 5. lib. 3. cap. 5. num. 5.* & Monetam *de decimis cap. 8. q. 1. num. 15. ad fin.* (quamuis contrarium doceant Couar. *pract. qq. cap. 35. num. 10.* Io Rupel. *lib. 1. forens. Instit. cap. 25.* Guillel. *de Benedictis ad cap. Raynutius de test. am. ver. si absque.* Cassaneus *in cons. Burgun. §. 6. num. 350.* & alij) vbi subdit, quod dato, & non con- 41
cesso, sit vera opinio Couar. & aliorum, etiam in dicto casu possit Iudex Ecclesiasticus cognoscere, & decimarum causas definire; ita vt causa sit mixti fori. Ratio, quia non censetur Pontifex, aut Ecclesia ius decimandi laicis concedens, eiusdem iuris cognitionem aliàs sibi de iure competentem, velle à se, nisi appareat, & clarè exprimatur, abdicare.

Vnde si alicubi consuetudo sit in contrarium 42
(de qua Couar. *cit. num. 2.*) mihi illa non probatur; & multò minus mihi probatur consuetudo, quod (orta quæstione inter laicum, & clericum de decimis, vtrum sint clericales, an laicales) cognoscit de 43
possessione Iudex laicus, ex eo, quod possessio sit meri facti; & si illam esse immemorabilem deprehendit, laico ius decimandi adiudicat, quia cùm in hoc casu quæstio principalis, quæ omni iure ad Iudicem Ecclesiasticum spectat, sit de iure proprietatis, consequès est, quod etiam accessoria, quę est de possessione, ad eundem Iudicem spectet, vt *supra ex cit. l. nulli, Cod. de iudiciis, & cit. cap. 1. de causa*

44 *possess.& proprietat.* dicebam; præsertim; cum laici (vt supra etiam dicebam) non possint decimas possidere, & consequenter neque possint præscribere, nisi titulum, seu concessionem exhibeant, vel saltem constantem famam de concessione sibi facta demonstrent: & cognoscere, seu examinare titulum & iustitiam eius, vtpotè spiritualis, spectet ad potestatem Ecclesiasticam. Vide Panormitanum *in c. quanto de iudic. numer.* 2. Vide etiam, quæ dicebantur *lib. de parlamentis cit. Dubitat.* 4 *sect.* 20. *subsect.* 2. & *cit. Dubit.* 27 *sect.* 8. *subsect.* 1. & quæ dicebantur *suprà cap.* 5 *dub.* 7 *sect.* 17. 18. & 19. & c. 8. *dub.* 29. & quæ dicentur *infrà dub.* 17.

45 Neque obstat, si dicas, quod ipsa possessio immorabilis inducat præsumptionem tituli, seu cõcessionis, & priuilegij, iuxta *cap.* 1 *de præscript. in* 6. & iuxta *cap. super quibusdam de verborum significat.*

Respondetur enim, id verum esse, si quis prætendit præscripsisse, capax sit præscriptionis; secus, si iure incapax sit ciuilis possessionis, & præscriptionis, propter magnam iniustæ detentionis præsumptionem, sicuti contingit in casu nostro decimarum, quas laici possident; si titulum exhibere, vel saltem verisimilibus coniecturis probare non possint. Vide Panormitanum *in cit. cap. causam de præscript. num.* 2. & Rebuffum *de decimis, q.* 10 *numer.* 43. *& sequent.*

DVBITATIO V.

An Iudex laicus, sit competens, quando agitur de possessorio matrimonij?

SVMMARIVM.

1 *Negant nonnulli.*
2 *Affirmant alij.*
3 *Probabilior sententia negatiua, nisi fortè prædatur in quæstione puri facti.*
4 *Potest decerni manutentio, reuocata sequestratione de facto decreta.*
5 *Præsertim si sequestrum vxoris, ad instantiam tertij obtentum fuit, etiamsi materia peccati vitandi prætexeretur.*
6 *Cum matrimonium consummatum est, prætensa materia peccati non obstat, nisi forte sub hac specie spolium sequatur.*
7 *Quid dicendum de spolio.*

1 NEGANT Couar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 8. *& cap.* 8. §. 12. *nu.* 3. Valasc. *consil.* 93. *num.* 2. Molinus *de ritu nuptiar. lib.* 2. *diff.* 10. *num.* 19. Diana *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 55. & Rota in vna Romana domus de Scapucciis die 19. Ianuarij, 1611. quia, sicuti probabam *cap.* 7. *Dub.* 7. & patet ex iis, quæ dicebam *Dubitat. præcedenti*, matrimonialis possessoria habet admixtam causam spiritualitatis ex titulo; Iudex laicus ex alio capite non potest cognoscere de possessorio rei spiritualis, seu Ecclesiasticæ, quando debet per titulum talem iustificari.

2 Affirmant autem alij ex contrario; quia huiusmodi possessoria solum respicit, quis possessor sit, nec de possidendi iure quærit, ergo nullam spiritualis cognitionis, nec Ecclesiasticæ mixturam cõtinet, *l.* 2 *ff. vti possid.* ibi: *Iusta enim, vel iniusta aduersus cæteros possessio in hoc interdicto nihil refert: quolibet enim possessor, hoc ipso quod possessor est, plus iuris habet*; & *l.* 3 §. *à contrario, vers. quoniam, ff. de acquirend. possess.* in hac enim possessoria merum factum attenditur, ad quod cùm quisque seipsum, etiam armis, si in continenti faciat, restituere possit, multò magis Iudicem adire poterit, vt rem suam sine vlla turbatione tutius possideat, & aduersus turbatorem defendatur; sic Thesaurus *decis.* 117. Marc. *decis.* 493. *par.* 2. *& decis.* 511. *par.* 2. Milan. *decis.* 1. *num.* 101. *lib.* 1. & Martha *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 8. *numero* 38. ibi: *Sed an Iudex laicus possit cognoscere de possessorio causa matrimonialis, vt si tractaretur de vxore exhibenda, vel saltem vtiliter contra patrem detinentem, l. fin.* vbi Bald. *Cod. de liber. homin. exhibend. post gloss. ibi, & Barthol. in l.* 1. *ff. eodem tit. Ego tenco affirmatiuam; quia sic vidi sæpissimè iudicari, & hanc tenet. Anchoran. in cap.* 20, *qua num.* 11. *in* 4. *quæst. de Regul. iur. in* 6. *& ita inueni casum decisum, vt per Franciscum Marc. decis.* 511. *par.* 2. *& per Thesaur. decis.* 117. *qui dicit, sic sæpius iudicatum fuisse in illo Prætorio, & inducit alios. Non tamen nego, quod etiam Ecclesiasticus possit de hoc cognoscere, cap.* 1. *de coniug. leprof. & ideo eris locus præuentioni, l.* 6. *Andr. in addit. ad speculat. tit. qui filij sint legitimi, Abb. in cap. non est nobis, de sponsal. Francisc. e Marc. dict. decis.* 511. *numero* 8. *ergo Ecclesiasticus in hoc casu non inhibebit laico præuenienti hoc possessorium.* Hæc Martha.

Cuius doctrinæ ratio redditur, vt supra; quia est facti quæstio, & quilibet iudex cognoscit de facti quæstione inter sibi subditos, licet causa iuris quoad validitatẽ, vel nullitatem debeat ab alio cognosci. At, an matrimonium de facto adfuerit (quod ad manutentionem satis superque est) solum factum inspicitur; An scilicet qui manuteneri se cupit; in matrimonium consenserit, *l. nuptias, ff. de regul. iur.* qui consensus facti est, *l. consilio, & opera, ff. de curator. furios.* Cephal. *consil.* 82. *num.* 69. *in princip.* quod factum post Concilium Trident. ex Couar. *de sponsal. par.* 1. §. 2. *num.* 4. ex attestatione Parochi sine alia disputatione probatur; consequenter quoad huiusmodi manutentionem Iudex laicus procedere potest; quia de articulo meri facti disputatur, & huiusmodi manutentio nullam spiritualitatis annexam causam habet, cùm de viribus matrimonij non agatur.

At his non obstantibus, ad quæ Responsio patet 3
ex iis, quæ dicebam *Dubitat. præcedenti, & cit. cap.* 7. *Dub.* 7. probabilius est oppositum; nisi fortè procedatur in quæstione puri facti, modo, quo dicebam *cit. dub. præcedenti num.* 34. *&* 35.

Cæterum quoad manutentionem, dicendum 4
est, quod possit hæc in casu nostro decerni, reuocata sequestratione de facto decreta; nam vbi vir possidet, iniustè sequestrum vxoris conceditur, Bald. *in cap. fin. num.* 8. *de probat. & in cap. accedens, nu.* 8. *vt lite contest.* Rota per Achil. de Graff. *decis. vnic. de sponsal. & matrim.* & Gratian. *discept.* 850. *num.* 5. vbi subdit, hoc fortius procedere, si illud ad instã- 5
tiam tertij obtentum esset, etiamsi materia peccati vitãdi prætexeretur, ex Achil. *ibid.* & Puteo *dec.* 249 *lib.* 3. *vbi* Additionator notat, quod si matrimo- 6
nium iam consummatum sit, prætensa materia peccati non obstet, ne fortè sub hac specie spolium sequatur, ex Præposito *in cap. cum locum, collect.* 2. *vers. stat dubium, de sponsal. & matrimon.* referent sic decisum, & confirmat Rota Ludouis. 151. *numero* 45. *ad fin.* & latè tradit Gratian. *discept.* 850. *numero* 6. *& seq. to.* 5. vbi *numer.* 19. subdit sic decisum contra tertium excipientem, mulierem

7 mulierem profeſſionem emiſiſſe. Quid autem de ſpolio dicendum ſit, vide eund. Gratian. *diſcept. 64. n. 3. & ſeq. tom. 4.*

DVBITATIO VI.

An in ordine ad cauſas temporales poſſit, etiam laicos, cognoſcere poteſtas Eccleſiaſtica, cumulatiuè tamen ad poteſtatem laicam?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Eccleſiaſtica cumulatiuè cum Poteſtate Laica cognoſcere poteſt cauſas temporales, & profanas Laicorum ſi intercedat in ipſis iuramentum, vel alia cauſa pietatis.*

2 *Cauſæ temporales, & profanæ Laicorum à Iudice Eccleſiaſtico tractari poſſunt, quando qualitate aliqua Religionis afficiuntur.*

3 *Iuramenti obligatio, & omnis alia ſimilis, cum ſit perſonalis non tranſit ad hæredes, quamuis tranſeat contractus ad illos.*

4 *Hæres Laicus vt contractum iuratum Anteceſſoris implear, conueniri non poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico niſi in duplici caſu vt exoneret animam Defuncti, & quando iudicium cœptum fuit cum Auctore ipſius.*

1 RESPONDETVR, quod quoad cauſas temporales, & profanas, ſi intercedat in ipſis iuramentum, vel alia cauſa pietatis, poſſit, etiam laicos, cognoſcere poteſtas Eccleſiaſtica, cumulatiuè tamen ad poteſtatem laicam; quia, vt ſupra dicebam, etiam cauſæ temporales, & profanæ
2 laicorum à Iudice Eccleſiaſtico tractari poſſunt, quando qualitate aliqua religionis afficiuntur; & ſic contingit in contractibus iuratis, quia ratione iuramenti fiunt Eccleſiaſtici fori, etiam, quę ſolum erant fori ſecularis, vt colligitur ex dictis ſupra, & habetur expreſsè *in cap. licet mulieres, de iureiur. in 6. & cap. final. de foro compet. in 6.* & docent ibi ex communi gloſſa, & Doctores.

Quapropter iudex Eccleſiaſticus eſt competens non ſolum quoad relaxationem iuramenti, ſed etiã ad effectum agendi; vt præſtita relaxatione reſcindar, & annullet quis ipſum contractum, ſicuti ex communiori docent Doctores, quos citat, & ſequitur Gomez *tom. 2. var. cap. 12. n. 22.* Suar. de Paz *in prax. tom. 2. pralud. 2. n. 39.* Diana *part. 1. tract. 2. reſol. 119.* & Io. de Hcuia *in Curia Philippica; part. 1. §. 5. n. 16.* quamuis interdum Iudex Eccleſiaſticus abſolutionem tantum ad effectum agendi impertiatur, vt ſic cauſa coram Iudice laico ex integro ſine periurij nota agiteturi; cùm ex hoc iuriſdictio Eccleſiaſtica detrimentum pati non videatur, dũ hæ cognitiones de ſui natura diuiſibiles videntur; vt poſt Couar. *lib. 1. var. cap. 4. num. 8.* & Pedem. *deciſ. 78.* tradunt Gutierez *de iuram. confirmat. part. 3. cap. 12. num. 6.* & Martha *de iuriſd. cap. 9. par. 2. num. 36.*

Aduerte tamen, quod dicta iuramenti obligatio, 3
& omnis alia ſimilis, cùm ſit perſonalis, non tranſit ad hæredes; quamuis tranſeat contractus ad illos. Vnde hæres laicus vt contractum iuratum anteceſſoris impleat, conueniri non poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico, niſi in duplici caſu. Primò, cùm imploratur officium Iudicis Eccleſiaſtici, vt hæres exoneret animam defuncti exequendo illius obligationes, etiam non iuratas, iuxta *text. in cap. fin. de ſepult.* Secundò, cùm iudicium cœptum fuit coram Iudice Eccleſiaſtico contra iurantem, quia 4
tunc hæres tenetur iudicio cœpto ſtare, & ibi litem complere. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Farinac. *cit. q. 8. n. 141.* & Bobadilla *Polit. lib. 2. c. 17. num. 52.* & videri etiam poterunt, quæ dicentur *cap. 16. dubit. 37.*

SECTIO II.

An poteſtas laica, ſi Reipublicæ bonum ita poſtulet, poſſit (irritum ſimul cum contractibus reddendo iuramentum, ſicuti Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 16 de Regular. irritum reddit iuramentum renunciationi bonorum adiectum, ſi fiat ante bimeſtre, quod præcedit profeſſionem) prohibere, quod ſubditi contractibus iuramentum apponant; ne ſic (cùm iuramentum faciat, quod cauſa, quæ aliàs merè eſt ciuilis, fiat mixti fori) Eccleſiaſticæ poteſtatis iuriſdictionem prorogent in iis contractibus, quorum cognitio ad forum ſeculare ſolum pertinebat?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Laica, ſi Reipublicæ bonum ita poſtulet poteſt irritum reddere Iuramentum, ſimul cum Contractibus.*

2 *Poteſtas Laica, ſine Ciuilis debet eſſe ſufficiens ad prohibendum, & remouendum ea, quæ fini ſuo, & bono Communitatis obnoxia ſunt.*

3 *In Iuramento cenſetur excepta auctoritas ſuperioris.*

4 *Poteſtas Laica poteſt iubere, ne ſubditi iuriſdictionem alicuius prorogent.*

5 *Subuaſſalis vetari poteſt ne præcepto, & Iuramento directi ſe ſubiicere valeant; & ſi fecerint reuocationi acta ſubiaceant.*

6 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica excellit profanam, vt contra eã nec de tacita, nec de expreſſa prorogatione fauore alterius Iudicis obtici poſſit.*

7 *Per ciuiles leges licet vnicuique in iudicio alteri ſe ſubiicere.*

8 *Tempore Romanorum Imperatorum totius orbis Dominorum cum omnis Iuriſdictio in Principe reſideret, nulla Iuriſdictionum diuiſio aderat, præter illam, qua alteri mandabatur, & qua in mandante erat.*

9 *Nullam Principi iniurium irrogabat ſubiiciens ſe magiſtratum quoquomodo gerentiz cum omnes ei obedientiam præſtarent.*

10 *Priuatorum Conſenſus non facit Iudicem eum, qui nullatenus eſt.*

11 *Clerici non poſſunt conſentire in Iudice non ſuum, niſi forte ſit Perſona Eccleſiaſtica, & Epiſcopi Diœceſani conſenſus accedat.*

12 *Sciſſis*

12 *Scissis,diuiso Imperio,iurisdictionibus,opus fuit, & licuit vnicuique Iudici citra proprium assensum, vetare subditis, ne in alterum Iudicem consentirent.*

13 *Laici possunt prorogare Iurisdictionem Ecclesiasticam,non item Clerici.*

14 *Dominia, possessionumque Traditiones, modique quærendi iure gentium,introducti sunt.*

15 *In bonum commune vni subesse constitutum fuerat, cui, qui subsunt, renunciare non possunt.*

16 *Vnus,vel alter subditus se alteri subiiciendo, non potest à suo superiore se ipsum subtrahere.*

17 *Parendum est in omnibus Patri, in eo tamen non est parendum,quo efficitur ne Pater sit.*

18 *Duo in Clericis requiruntur vt consensus tribuat Iurisdictionem,vt Persona Iudicis eiusdem ordinis sit,& vt tuus Episcopus consentiat.*

19 *Ex Legibus Theodosij,& Caroli Magni permittitur Laicis Episcopum loco Arbitri eligere.*

20 *Leges huiusmodi præcipientes idem quod continet ius Canonicum, seu continentes, validæ sunt, etiamsi pœnas adiiciant; quia ius Principum tuentur,& prosequuntur.*

21 *Principes Laici possunt statuta, canonum legibus, ac pœnis vallare, sicuti faciunt Pontifices quoad suos subditos.*

1 REspondetur affirmatiuè,sicuti dicebam *lib. de Parlamentis Dub.4.sect.27.& ibid.subsect.1.n.15. & suprà cap.8. dubit.* 28. ex eo,quia potestas laica, seu ciuilis debet esse sufficiens ad prohibendum, & remouendum ea,quæ fini suo,& bono communitatis obnoxia sunt,cuiusmodi sunt quorumdam
2 contractuum obligationes;præsertim quia aliquãdo deluderetur publica potestas,& iustitia,si improbi homines,quod vna viâ, scilicet obligatione pacti consequi non possunt,alia via, scilicet obligatione iuramenti consequi possent. Secundò, quia potestas laica, seu ciuilis iuramenti contractam obligationem indirectè potest remittere,seu relaxare,ergo & poterit prohibere, seu impedire, quominus à principio contrahatur. Consequentia patet:antecedens probatur, quia in iuramento semper tacitè subintelligitur conditio, *nisi superior*
3 *sua auctoritate ex legitima causa remittat* (vnde dici solet, in iuramento censeri exceptam auctoritatem superioris) sicut & subintelligitur alia, *si is, cum quo contrahis, velit, vel nisi remittat,&c.*

Atque ita,quod scilicet potestas laica possit cauere,ne subditi iurisdictionem alicuius prorogẽt,
4 docent etiam Doctores *in l.13.tit.1.lib.4. Recopilat.*Barbosa *in l.1.ar.13.num.139.*Pereira *de manut reg.par.2.c.35.*Io.Faber *in l.si qui, num.16. Cod. de Episc.audient.*Carleuar.*de Iudic.q.7. num.1519.& seqq.*Mol.*disp.*149.Sanch.*lib.3.moral. cap.22.num.* 13.& Curtellius *in C.Politico nota 6.fol.*295. quapropter & de subuassallis dicitur. quod ne direc-
5 ti etiam,qui iurisdictionem à se abdicauit, præcepto,& iuramento se subiicere valeant, possintque,ne id agant,veraci, & si fecerint, reuocationi acta subiaceant, vti probant in Baronis vassallo Bald.*consil.*121.*vol.*3.Abb.*cons.*82.*vol.*1.Socin.Sen. *consil.*87.*vol.*2.& Martha *de iurisdict.par.*4. *centur.* 2.*cas.*152.*num.*7. videri etiam poterit Paulus Staibanus *ad fol.*57.

6 Hinc dictum illud(scilicet iurisdictionem Ecclesiasticam excellere profanam, vt cõtra eam nec de tacita,nec de expressa prorogatione, fauore alterius Iudicis obiici possit)nascitur etiã ex eo, quia, sicuti *cap.*1. *dub.*14.*sect.*1. dicebam, renunciari vel aliàs prorogari illam posse, Canonibus veritum est, *cap. si diligenti, cap. nullus Iudicum de foro compet.can.nullus,*11.*q.*1.*& can.clericum,* 40. eadem causa,& quæst.cùm è contra per ciuiles leges liceat 7
vnicuique in iudicio alteri se subiicere,*l.est receptum ff.de iurisd.omn.iudic.*ibi: *Est receptum, eoque iure vtimur, vt si quis maior,vel æqualis se subiiciat iurisdictioni alterius,possit ei,& aduersus eum ius dici.* Idque ex eo,quia cùm Imperatores Romani vniuerso suæ dictionis orbi præessent,omnisque iurisdictio
in Principe residêret,*l.1.ff.de constit.Princip.*nulla iu- 8
risdictionum diuisio aderat,præter illam,quæ alteri mandabatur,& quæ in mandante erat,*l.1.& totis.ff.de offic.eius,qua reuera vna,& eadem semper fuit,l.* 9
1.§.*qui mandatum*:quapropter cum quis Magistratum quoquomodo gerenti se subiiciebat, nullam Principi iniuriam irrogabat, cùm omnes ei obedientiam præstarent; siquidem textus relatus in l. est receptum, supponit prorogationem & consen- 10
sum factum in eum,qui iurisdictioni quoquomodo præest, alioquin priuatorum consensus non facit Iudicem eum,qui nullatenus est,*l.1.& 2.ff de iudic.* Quod ipsum & docuit Gregor.Papa *in cap.significasti,de foro compet.* ibi: *Licet priuatorum consensus eum, qui iurisdictioni præesse cognoscitur,suum possit Iudicem*
constituere, clerici tamen in Iudicem non suum, nisi 11
forte sit persona Ecclesiastica, & Episcopi Diœcesani consensus accedat, consentire non possunt. vtrumque enim æquo iure veritum est,quod nec in laicos Iudices, nec in alienos diœcesanos clerici consentiant, vt *in cap.si clericus,*45.*caus.*11.*q.*1.*& passim.*

At scissis,diuiso Imperio,iurisdictionibus,opus 12
fuit, & licuit vnicuique Iudici citra proprium assensum vetare subditis,ne in alterum Iudicem consentirent,vel prorogarent.Quod & summus Pontifex etiam docuit *in cap. per venerabilem,*13 *tit.qui filij sint legitimi*, ibi: *Insuper cùm Rex superiorem in temporalibus minimè recognoscat,sine iuris alterius læsione,in eo se iurisdictioni nostræ subiicere potuit,in quo videretur aliquibus,quod per seipsum(non tanquam pater eum filium,sed tanquam Princeps cum subdito)potuit dispensare,si autem nosceris alio subiacere: vnde sine ipsorum forsan iniuria, nisi præstarent nobis assensum, in hoc subdere te non posses, nec eius auctoritatis exilio,vt dispensandi super his liberam habeas facultatem*: iurisdictionem scilicet,etiam quoad Pontificem, à subdito in sui superioris præiudicium prorogari non posse;idque Principi superiorem non recognoscenti solum permissum esse.

Ex his patet,intellectum communiter traditum 13
ad *cap. significasti, de foro compe.* (nempe quod laici iurisdictionem Ecclesiasticam possint prorogare,non item clerici)procedere, consentiente,seu non contradicente Principe;cùm ex dictis subditi hoc ex se sine superioris consensu efficere non possint;quia essentiæ subditi repugnat,posse, alteri se subiiciendo,proprium Iudicem in eius iurisdictionis vsu turbare;siquidem subditus,qua subditus,se quoad subiectionem non possidet,vt domini, seu superioris possessionem interuertere possit,cùm ipse possideatur,vt ex *cit.cap. per venerabilem*, pateat nec aliter domini possessio in alium transire potest,quam si ipse dominus eam amittere velit,*cap. fin.Cod.de acquir. possess. l. possideri,*§ *amittenda,& l.si quis vi*, §. *differentia,ff.eod.tit.* & tradunt Cepolla *de seruit.ver. prad.cap.*29.*num.*7.Mascard. *de probat.lib.* 3.*Concl.*1215.*num.*85.Cened.*q.*26.*num.*10.*& quæst.* 42.*num.*10.*can.*99.Rouitus *decis.*97.*num.* 4.*& seqq.* Giurba *consil.*95 & Curtellius *in patrocinio,cap.*2.*n.*

52.*an*

Digitized by Google

in C. fol. 378. præsertim etiam, quia dominia, possessionumque traditiones, modique quærendi iure gentium introducti sunt, *l. qua ratione*, §. *hæc quoque ff. de acquir. rer. domin. & l.* 1. *ff. de acquir. possess.* & hæc
15 semel firmata, non debent per subditos ipsos peruerti; siquidem in bonum commune vni subesse constitutum fuerat, cui, qui subsunt, renunciare non possunt, *l. ius publicum ff. de pact. l.* 1, §. *si eo tempore, ff. de administr. rer. ad ciuit. pertin. & l. nec ff. de re-*
16 *gul. iuris.* Quapropter sequitur, quod vnus, vel alter subditus, se alteri subiiciendo, non possit à suo superiore seipsum subtrahere; cùm nec integrũ corpus aduersus caput, id est, vniuersus hominum cœtus, seu communitas in Principem id possit efficere, nisi vbi potestate sibi à populo, & Deo tradita in corporum, animarumque perniciem ita abutatur, vt Regnum euertere tentaret quoad religionis statum, vel quoad totalem vastationem illius: tunc enim populus resumere poterit potestatem pristinam, quam in propriam destructionem concessisse non censetur, Nauar. *c. nouit, vbi.* 3. *num.* 100. *de iudic.* Almaynus *de potest. Eccles. cap.* 15. *col.* 11 Et tunc etiam impunè ex vtroque foro resisti poterit, iuxta illud Senecæ, *Licet parendum sit in omnibus pari, in*
17 *eo tamen non est parendum, quo efficitur, ne pater sit.* Sic Barclays *lib.* 4. Monarch. *cap.* 10. & Doctores, quos citat, & sequitur Curtell. *in C. Politico ad leg.* Martini *not.* 32. *num.* 7. *fol.* 527.

Vnde, cùm dicitur, specialiter laicos posse ex se alteri separatæ iurisdictionis domino seipsos submittere, non item clericos, intelligi debet modo, quo supra dicebam, consentiente scilicet, seu non contradicente Principe; præsertim quia *in cit. c. significasti*, Pontifex non de clericis laicam, nec de laicis Ecclesiasticam iurisdictionem prorogãtibus loquitur, sed de lege Diœcesana, quæ tanti vigoris est, vt non possit clericus sine sui Episcopi licentia, alteri Prælato se submittere: Rescriptum enim illud dirigitur Abbati Trecensi, qui putabat alienæ diœcesis clericum suam (cùm Ecclesiasticus esset) iurisdictionem prorogasse potuisse; cui Gregorius respondet, duo in clericis, vt consensus iuris-
18 dictionem tribuat, copulatiuè requiri. Primum, *vt persona iudicis eiusdem ordinis sit.* Secundum, *vt suus Episcopus consentiat.* Cùm aliàs sufficeret in laicis, vt in quemquam, qui iurisdictioni præsit, consentirent: Lex enim diœcesana, cùm ex Concilio Nicæno, & Carthaginensi proueniat, indispensabilis est, nullique ex parte subditorum prorogationi subiecta, ideoque fortius ligat, quàm lex exemptionis à Principe seculari clericis concessæ; atque adeò difficilius est, in alienum Episcopum, quàm in alium incompetentem consentire.

Confirmatur; quia *in cap. per venerabilem, & cap. quicumque cum duobus sequentibus*, 11. *q.* 1. Theodosij,
19 & Caroli Magni referuntur leges, quibus permittitur laicis Episcopum loco arbitri eligere, ac à Iudicum ordinariorum constitutione recedere, vt noscatur, prorogationem, ac subiectionem ex Principum consensu (vbi id disposuerint) sustineri, non autem id subditos ex se posse perficere.

20 Ex his leges huiusmodi, ne scilicet subditi hoc intentare possint, præcipientes, & idem quod continet ius Canonicum, continentes, validæ sunt, etiamsi pœnas adiiciant; quia ius Principum tuentur, & prosequuntur, Molin. *de iustit. & iure tit.* 2. *disput.* 31. *conclus.* 4. Vasquez 1. 2. *disput.* 178. *cap.* 4. Salgadus *de Bullarum retent. part.* 2. *cap.* 1. *numero* 31. *& sequent.* Couar. & Gutierez, quos citat, & sequitur Curtellius *in C. Politico ad leges Federici, nota* 88. *fol.* 233. probantes, posse Principes laicos statuta Canonum legibus ac pœnis vallare, sicut & faciunt Pontifices quoad suos 21
subditos, *tot. causa* 10. *quæst.* 1. Confirmatque Gratian. *ibid. q.* 2. vide omninò quæ dicebantur *lib. de Partam. cit. Dubit.* 4, *sect.* 27. & ibid. *subsect.* 1. *& suprà cit. cap.* 8. *Dubit.* 28.

SECTIO III.

An, & quando Potestas Ecclesiastica possit cognoscere de causa dotis?

SVMMARIVM.

1 *Potestas Ecclesiastica licet non possit inter Laicos cognoscere de causa dotis, si principaliter, & non incidenter fuerit intentata, potest tamen ratione Pietatis cumulatiuè ad Potestatem Laicam cognoscere, etiam principaliter, & ad instantiam Partis, si dos relicta sit Puellæ Pauperi.*

2 *Affertur textus in cap. de prudentia de donat. inter vir. & vxor.*

3 *Et Innocentius in cap. per tuas, qui filij sint legitimi.*

EX dictis sequitur primò, quod licet Potestas 1
Ecclesiastica non possit inter laicos cognoscere de causa dotis, si principaliter, & non incidenter (puta, quia non fuit de viribus matrimonij disputatum) fuerit intentata (sicut ex communiori contra complures Doctores, quos referunt, sed nõ sequuntur, docent Cenedus *in Canon. qq. quæst.* 37. Ceuallos *tract. de cognit. per viam violentiæ par.* 2. *q.* 13. Ioan. de Hevia *in Curia Philipp. par.* 1. §. 1. *num.* 9. Anguianus *in tract. de legibus to.* 1, *lib.* 2. *contr.* 13. *num.* 17. Molina *de primog. lib.* 12. *cap.* 15. *n.* 75. *& seq.* Merlinus *tom.* 2. *contr.* 93. *per totam*, Thesaurus *decis.* 211. Curtellius *de Ecclesiast. libertate lib.* 2. *q.* 86. & Barbosa *in collectan. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 21. *cap.* 5. *num.* 3.) possit tamen ratione pietatis cumulatiuè ad Potestatem laicam cognoscere, etiam principaliter, & ad instantiam partis, vt si dos relicta sit puellæ pauperi. Sic Cenedus *in loco suprà cit. num.* 7. Ceuallos *num.* 4. Gutier. *pract. qq. lib.* 1 *q.* 44. *num.* 10. *& lib.* 3. *q.* 29. *num.* 30. & Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 20. *in fin. & in glos. lit. C. contra Curtellium in loco mox infrà citando.*

Vide textum *in capite de prudentia, de donat. inter* 2
vir. & vxor. vbi Clemens III. ait: *Quia igitur vos, qui de matrimonio principaliter cognouistis, & de dote (quæ est causa incidens) accessoriè cognoscere voluistis, & sententialiter definire, mandamus, quatenus prædictum N. monitione præmissa cogatis, vt prædictæ M. totam dotem (sicut Canonicum fuerit) restituere non moretur.* Ex quo textu Innocent. Hostien. Cardin. Io. Andr. Butrius, Ancharan. & præcipuè Abb. *n.* 3. docet, Iudicem Eccles. posse cognoscere de causa temporali laicorum, cùm venit accessoriè ad causam Ecclesiasticam: & paulò post subdit: *Aduerte, quod plus probet iste textus, quàm solet allegari: nam non solum Ecclesiasticus cognoscit de temporali causa incidenti, seu præiudiciali; sed etiam de causa temporali, quæ venit accessoriè ad causam Ecclesiasticam, licet non sit ipsius præiudicialis: nam sine causa de ea potest decidi causa matrimonialis, & sic non est præiudicialis ad eam.* & num. 7. ad gl. 2. ait ex gl. & Butrio, quod *vbi de dote agitur principaliter, vt puta, quia non fuit disputatum de viribus ma-*
3 *trimonij,*

trimonij, Iudex Ecclesiasticus non est competens inter Laicos. adeo quod si Iudex Ecclesiasticus in sententia matrimoniali de dote non meminerit,de ea postea cognoscere non possit, vt patet ex decisionibus sacri Concilij Neapol. apud Vincentium de Franchis *dec.f.*244.& 312.quarum prima recepta fuit in Rota apud Farinacium *decis.*706.*n.*3.Ariam de Mesa *vers.lib.*2.*c.p.*3. *n.* 12. & Thorum in supplemento *fol.*317.*ver.Iudex Ecclesiasticus.*

Quæ tamen intellige,si causa non fuerit piam: si pia fuerit,vt quia dos relicta fuerit puellæ pauperi,potest Iudex Ecclesiasticus, etiam principaliter,de dote cognoscere; sic præter Doctores *supra* sit.docet Innocent.*in cap.per tuas,qui filij sint leg.* & *in dict. cap. de prudentia,* Abb.*ibid.* Ancharan.*cons.*20 Felin.*in c.Ecclesia S.Mariæ col.*15. *vers. tertia declaratio, de Constit.* quidquid in contrarium dixerit Curtellius *de Eccl.libert.lib.* 2. *q.* 86. citans pro se glossam *in cit.cap.de prudentia.*

SECTIO IV.

An,& quando Potestas Ecclesiastica possit cognoscere,casu, quo laicus oppressus fuerit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere cumulatiuè ad laicam Potestatem causas miserabilium personarum, & eas opprimentes in suo tribunali punire ex non improbabili sententia Doctorum etiam non data negligentia interpretum secularium.*

2 *Pauper pro alimentis sibi relictis potest Aduersarium laicum trahere etiam ad Iudicem Ecclesiasticum contra Conarruuiam.*

3 *Affertur doctrina Martha.*

SEquitur secundò,quod si vidua,pupillus(miser scilicet,& pauper;secus,si dives) vel quæcunque alia persona similiter misera, & pauper ab aliquo oppressa sit, possit etiam ratione pietatis contra opprimentem laicum, etiam non data negligentia Iudicum secularium, cumulatiuè similiter ad Potestatem laicam,cognoscere, & punire in suo tribunali Ecclesiastico.Sic Doctores, quos citat,& sequitur Gabriel Aluarez *tract. de privileg. pauper.q.*52.*numero* 13.Scaccia *de iudiciis to.* 1.*lib.* 1.*cap.*12. *numero* 17.Cenedus *in qq.Canon.q.*14.*num.* 4.Palacius Rubeos *in repet.cap.per vestras,* §. 1.*numero* 5.Diana *par.*1.*tract.*2.*resol.*117. & Anguianus *cit.tom.*1.*lib.*3.*controuers.*22.*numero* 48. videri etiam poterit Abbas,& Butrius *in cap.per vestras de donat. inter virum,& vxorem;* Barrolus,Imola,& Geminianus,quos citat, & sequitur Petrus Surdus *de alimentis tit.*8.*privileg.* 9. *numero* 1. quatenus docent, quod possit pauper pro alimentis sibi relictis Aduersarium laicum trahere etiam ad Iudicem Ecclesiasticum.Videri etiam poterit Tannerus *in* 2.2. *disp.*4.*quæstio.*4.*Dubitat.*1.*numero* 31.& videri potest *cap.super quibusdam,* §. *vlt.de verborum significat.* ibi:*Viduis,pupillis,orphanis, & miserabilibus personis tentatis in iudicio Ecclesiastico respondere, cap. si quis de potentibus* 21.*cap.si quis Romipetas,*23. *cap.illi,qui* 25.*in ordine* 24.*q.*3.*cap. significantibus de officio delegati,& cap.ex parte, de foro compet.* vbi causa cuiusdam viduæ Reginæ bonis suis spoliatæ agitata fuit in foro Ecclesiastico; Quamuis contrarium, non data negligentia Iudicum sæcularium, sentiat Couarr.*in pract.qq.cap.* 6.*num.* 1. quem sequuntur alij Doctores passim, præcipuè Curtellius *q.* 87. & fauet (vt fatear) ipsis praxis, & vsus quotidianus. Vide,quæ dicebantur *cap.*4.*Dubitat.* 13. & 24.Vide etiam Martham *de iurisd.par.*2.*cap.* 21. *num.*12. vbi sic ait:*Ego autem quantum ad propositam principalem quæstionem pertinet,arbitror illam communem iure non subsistere.& quod non aliter prafati miserabiles Iudicem Ecclesiasticum adire possint,nisi data negligentia Iudicis laici,ex regula in cap.ex tenore,de foro compet.& ex ratione in cap. nouit, de Iudic. & hanc tenet Innocent.in dict.cap.significantibus,num.*1.*in fin.& probat Conar.in dict.cap.*6.*numero* 1.*in fin. pract. qq.vbi testatur,quod indies in Regnis Hispaniæ,& Galliæ iudicatur contra illam communem,& multò strictius in Italia:non enim potest Iudex Ecclesiasticus contra laicum cognoscere de re temporali,quantumcumque laicus fuerit oppressus,& spoliatus,nisi proprius,& naturalis suus Iudex negligens esset in administranda iustitia; & hoc etiam probat dict.cap.ex parte,de foro compet. vbi propter potentiam Rei conuenti,qui actorem spoliauerat, in Iudice seculari maxima aderat suspicio negligentiæ, vt ibi Conar.aduerrit,& hanc opinionem tenet etiam Butrius in cap.licet de foro compet.& Constantin.Roger in tract. de dote q.*17.*n.*2.

SECTIO V.

An possit potestas Ecclesiastica cognoscere de præstandis alimentis filio spurio?

SVMMARIVM.

1 *Potestas Ecclesiastica si agatur inter laicos de alimentis filio spurio præstandis, potest similiter ratione pietatis cumulatiuè ad potestatem laicam cognoscere.*

2 *Filius spurius potest petere alimenta sibi debita coram Iudice tam Ecclesiastico quam laico,quæ tamen magis maluerit eligere.*

3 *Nomine alimentorum veniunt Cibaria,potus, vestes,habitatio,medicina,lectus,& similia ad corporis sustentationem necessaria.*

4 *Sustentatio intelligenda est competens, qualem vir prudens in foro externo, seu interno conscientiæ arbitrabitur secundum facultates Parentis, & statum filij.*

5 *Pater potest donare, vel in testamento relinquere filio spurio id quod sit instar alimentorum, & filia spuria, quod sit instar dotis.*

6 *Alimenta æstimari possunt vel quatenus sunt necessaria præcisè ad vitam sustentandam, vel quatenus requiruntur ad honestam vitæ sustentationem attenta qualitate Personæ.*

7 *Pater obligatur ad præstanda alimenta filiis suis illegitimis secundum honestam vitæ sustentationem.*

8 *Alimentorum qualitas, quæ illegitimis debetur tanto magis decrescit quanto eorum conditio, seu qualitas ea nativitate vilior est.*

9 *Filiis spuriis debentur alimenta tantummodo ad vitam sustentandam, quia stricto naturali iure debentur omnibus filiis.*

10 *Alimenta ad honestam sustentationem negari etiam possunt*

Digitized by Google

poſſint filiũ, ſi crimen commiſerint, ob quod poſſint exheredari, ſecus ea quæ ſunt neceſſaria.

11 *Filius poſt pueritiam ob crimen poteſt priuari omnibus alimentis etiam neceſſariis, exceptis caſibus extremæ neceſſitatis.*

12 *Alimenta debentur filio ſpurio ſpectatis deinceps paternis, & eius dignitate, & qualitate.*

13 *Alimenta debentur filio ſpurio, ſi tamen ipſe ex ſua arte, opere, vel aliunde commode viuere non poſſit.*

14 *Dicta de filio in ordine ad Parentem, eadem dicenda ſunt de Parente in ordine ad filium.*

1 SEquitur tertiò, quod ſi agatur inter laicos de alimentis filio ſpurio præſtandis, poſſit ſimiliter ratione pietatis cumulatiuè ad poteſtatem laicam cognoſcere Poteſtas Eccleſiaſtica; ita vt in 2 electione filij ſpurij ſit, alimenta petere coram Iudice Eccleſiaſtico, vel ſeculari. Sic contra Theſaurum *deciſ.* 211. *num.* 4. Curtellium *de Eccleſ. libertate lib.* 2. *quæſtio.* 86. Merlinum *tom.* 2. *cauſ.* 93 *per totam*, & Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. par.* 2. *quæſtio.* 53. *num.* 5. docent ex Bartolo *in l. ſi dem*, ff. *de aliment. & cibar. legat. numero* 13. & ex Palat Buni *in repet. cap. per veſtras de donat. inter vir. & vxor. notab.* 2. *num.* 20. Surdus *de alimentis tit.* 8. *prænil g.* 6. *num.* 6. Couar. *de ſponſal. par.* 2. *cap.* 8. §. 6. Aretinus *conſil.* 48. *num.* 5. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 76. Bellettus *in diſquiſ. Clericor. par.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 5. *num.* 69 Lara, & Barboſa, quos citat, & ſequitur Sanctarellus *var. reſol. par.* 1. *qu.* 34. *num.* 2.

3 Aduerte tamen hic, quod ſub nomine alimentorum veniant cibaria, potus, veſtes, habitatio, medicinæ, lectus, & ſimilia ad corporis ſuſtentationem neceſſaria iuxta *l. alimentis*, ff. *de aliment. & cibar. legat. & l. vocibus*, ff. *de verborum ſignific.* Sic Doctores communiter. Vide Sanctarellum *loco ſupra cit. q.* 37.

4 Quod tamen intelligi debet de ſuſtentatione competente, qualem vir prudens (ſiue Iudex in foro externo, ſiue quicunque alter in foro interno) arbitrabitur ſecundùm facultates parentis, & ſtatum filij; ſicuti colligitur ex cap cùm haberet, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluerat adulterio. Ex quo textu rectè infert Abb. *in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, numero* 13. & communiter ob-
5 ſeruari teſtatur Gaill. *lib.* 2. *obſeruat.* 89. quod pater filio ſpurio donare, vel in teſtamento relinquere poſſit, quod ſit ei inſtar alimentorum; & filiæ ſpuriæ ſimiliter, quod ſit ei inſtar dotis.

6 Porrò alimenta æſtimari poſſunt, vel quatenus ſunt neceſſaria præcisè ad vitam ſuſtentandam, vel quatenus requiruntur ad honeſtam vitæ ſuſtentationem; attenta qualitate perſonæ. Et quidem poſteriori modo accipi debet, cùm dicitur, quod pater iure Canonico obligetur ad præſtanda alimenta filiis ſuis, etiam illegitimis, ex *cit.*
7 *cap. cùm haberet* ibi: *Solicitudinis tuæ intereſt, vt vterque parentum liberis ſuis, ſecundùm quod eis ſupperunt facultates, neceſſaria ſubminiſtrent.* Quamuis alimentorum quantitas, quæ illegitimis debe-
8 tur, tantò magis decreſcat, quantò eorum conditio ſeu qualitas ex natiuitate vilior eſt,) nam iure ciuili (quod hodie iure Canonico ex *cit. cap.* cùm haberet, correctum eſt) huiuſmodi congrua, competentia, ſeu honeſta alimenta filiis ſpuriis, ſiue ex coitu damnato ortis denegabantur. Auth. quibus modis naturales, &c. §. *penult.* Auth. *ex complexu*, *Cod. de inceſtis nuptiis*, & Auth. *licet*, *Cod. de naturalibus liberis*, vbi interdicitur parens huiuſmodi filiis 9 dicta alimenta præſtare: non item denegabantur alimenta, quæ ad vitam præcisè ſuſtentandam neceſſaria ſunt; quia hæc ſtricto naturali iure debebãtur omnibus filiis; quippe quorũ omniũ natura communis eſt; ita vt nulla lege, vel conſuetudine contrariũ vnquam introduci poſſit. Ex quo etiam infertur, quod ſi filius, vel filia crimen commiſe- 10 rit, ob quod iure exhæredari poſſit, etiam alimenta, quæ ſcilicet congrua, & honeſta ſunt, ei denegari poſſint; non item quæ ſimpliciter ad vitam ſuſtentandam neceſſaria ſunt, ſicuti rectè docet Couar. *par.* 2. *Epit. cap.* 8. §. 6. *num.* 17. Quam- 11 uis contrarium ſentiat Vaſquez *de teſtam. cap.* 5. *num.* 132. poſſe ſcilicet filium poſt pueritiam ob crimen priuari omnibus alimentis, etiam neceſſariis, excepto caſu neceſſitatis extremæ. Quapropter ex dictis,

Aduerte ſecundò, quod alimenta debeantur fi- 12 lio ſpurio, ſpectatis diuitiis paternis, & eius dignitate, & qualitate. Sic contra Palatium, Gammam, Laram, & Rebellium ex communiori, & probabiliori Doctorũ ſententia, quam ſupra dicebam, docent Barboſa *in collectan. tomo* 1. *lib.* 4. *tit.* 7. *cap.* 5. *numero* 12. Francus *deciſ.* 283, *numero* 18. & 19. Molina *de inſt. tract.* 2. *diſp.* 168. Leſſ. *lib.* 2. *cap.* 19. *num* 67. Azor. *par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *q.* 2. *num.* 4. Megalius *in p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4 & Sanctarellus *q.* 31. *num.* 29.

Aduerte tertiò, quod alimenta debeantur filio 13 ſpurio, ſi tamen ipſe ex ſua arte, opere, vel aliundè commodè viuere non poſſit; aliàs ſecus. Sic Doctores *ſupra citati*. Vide Barboſam *vbi ſupra num.* 11. & Henriq. *lib.* 11. *c.* 19. *n.* 2. & *in gl. lit. N.*

Aduerte quartò, quod quæ dixi de filio in or- 14 dine ad parentem, eadem dicenda ſint de parente in ordine ad filium. Sic Doctores iidem ſupra citati: vide etiam Barboſ. *n.* 9.

SECTIO VI.

An poteſtas Eccleſiaſtica poſſit dare tutorem Clerico minori, & Curatorem Clerico mente capto?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas laica ſolum debet cognoſcere ſi agatur de dando tutore Clerico minori, vel de dando Curatore Clerico mente capto.*

2 *Iudex ſeculatis ſi Clericus minor litiget coram ſe, poteſt ei dare Curatorem, quia talis Curator datur rebus, & non Perſonæ.*

3 *Iudex ſecularis poteſt facere Inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit.*

4 *Clerico Minori 25. annis ſi agat coram Iudice ſeculari actione tantũ, tutam perſonalem dari poteſt Curator ab ipſo met Iudice laico.*

5 *Habens iuriſdictionem in cauſa principali, habet etiam iuriſdictionem in incidenti, & acceſſoriis, ſine quibus cauſa dici non poteſt.*

6 *Argumenta tenentium, quod Curator dari debeat à Iudice Eccleſiaſtico, diluuntur.*

7 *Iudex Ecclesiasticus dare debet tutorem, vel curatorem, de suo foro, seu sibi subditum.*

8 *Tutelæ, vel curæ datio supponit iurisdictionem, eum in eum, cui datur, tum in eum, qui datur.*

1 SEquitur quartò, quod si agatur de dando tutore clerico minori, vel de dando curatore clerico mente capto, spectet etiam ad Potestatem Ecclesiasticam; quia tutoris datio, vtpotè quæ personam pupilli respicit (tutor enim principaliter personæ datur) eius Iudicis est, cuius iurisdictioni pupillus subest: quod si de curatore loquamur, siquidem bonis datur idem iudicium erit; cùm
2 bona clerici etiam Iudici Ecclesiastico subsint: sin verò de curatore ad litem sit sermo, tunc de curatore prouidebit ille Iudex coram quo iudicium vertitur; quia respicit iudicij legitimationem, quæ curanda est ab illo, coram quo iudicium agitatur; quæ omnia constant ex §. ad certum tempus, *instit. de iis, qui tutor. dare non poss. vbi gloss. verb. per-*
3 *sone*, alia iura adducit. Item constant *ex textu in l. fancimus, §. sed & si quis, vbi* Cyn. *num.* 2. & Bart. *num.* 2. *Cod. de administr. tut. & cur.* Item constant ex Rota in antiquis *tit. de iudic. decis.* 14. mox infra referenda: quapropter contra Aufrerium in *Clem. 1. de offic. ordinarij, reg. 4. fallemia* 5. (cuius doctrina tamen in oppositum, si bene aduertatur, respicit ad mores Regni Franciæ; vbi patrimonialia Clericorum minorum ordinum ex prisca consuetudine concordantiæ, concessionisque Pontificiæ, Iudici territorij subsunt; consequenter non est aliò extendenda) docent Cabadus *part. 1. decis. 80. num. 2* Anguianus *de legibus to. 1. lib. 2. contr. 23. num. 68.* & Bellettus *in Disquis. clerie. par. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 6. num.* 15. Quamuis, si clericus minor litiget, tanquam actor, coram Iudice seculari, possit Iudex secularis ipsi dare curatorem ad litem, vt patet ex dictis. Similiter, si faciendum sit inuentarium bonorum clerici mortui, qui filios minores reliquit, potest etiam iudex secularis pupillorum illud facere. Vide Doctores supra citatos, & præcipuè Cabedum *vbi supra decis.* 81.

4 Vide etiam Rotam Romanam *decis.* 14. *in antiquis, tit. de iudic. supra cit.* vbi (si clericus minor 25. annis agat pro debito, vel actione alia personali, vel reali contra laicum, & coram Iudice seculari, iuxta *cap. si clericus de foro compet.*) ait, quod quidam dicebant, quod non possit ei dari curator, nisi per Iudicem Ecclesiasticum suum, *argum. cap. si diligenti, de foro compet.* tamen quod maior pars tenuit, quod immò possit dari per Iudicem secularem, & quod sit dandus ab eo, coram quo agebatur, per
5 *l. fin. Cod. de administr. tut.* quia ex quo ille habet iurisdictionem in causa principali, habebit etiam in incidenti, & accessoriis, sine quibus causa dici non potest, *argum. l. ad rem, & l. ad legatum, ff. de pro-*
6 *curat. quoties, Cod. de iudic. 1. & 2. Cod. de ordin. Iudic. cum concord.* Sed primi, qui tenent, quod non possit dari per Iudicem laicum, coram quo agebatur, sed per Iudicem Ecclesiasticum, respondebant, quod quia in isto casu accidenti, seu accessorio tangebatur subiectio personæ clericalis, seu spiritualis, & Ecclesiasticæ, quæ per dationem curatoris subiiciebatur in hoc Iudici seculari, & etiã curatori, & sic eius liberum arbitrium restringebatur, *vt l. si curatorem habens, Cod. de in integr. restitut. minor.* debebat id adeò spirituale, & Ecclesiasticum reputari, vt non deberet causa terminari per Iudicem secularem, sed potius per Iudicem Ecclesiasticum, *argum. cap. cum, de ord. cognit. cum concord.* sed aliqui replicabant, quod incidens non erat spirituale, nec Ecclesiasticum, sed potius ciuile, & temporale, ex quo solum causæ, & non personæ erat dandus tutor; præsertim quia curator non datur personæ, sed rebus, *Instit. de curator. §. curatorem.* Nec obstat, quod in hoc clericus subiicitur Iudici seculari; quia etiam subiiciebatur ei in causa principali, in qua contra ipsum per illum poterit sententiari, & condemnari in expensis, ergo etiam eodé modo subiiciebatur ei in causa principali, & in accessorio causam ipsam concernéte, *argum. regul. iur.* accessorium; præsertim quia non videtur aliud posse dici; quia, cùm curator sit dandus ad litem præsentem, non potest dari, nisi per eum, coram quo est lis; quia si ante litem dari debet per Iudicem Ecclesiasticum, tunc potius daretur ad litem futuram, quod esse non potest, *argum. l. qui habet, §. fin. cum l. seq. ff. de tutelis, & l. item eorum, §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuers. nomin.* necesse autem esset, quod ante litem motam ipsi daretur, cùm non ante possessionem litem mouere, nec in iudicio esse possit; cùm personam legitimam standi in iudicio non haberet, *Cod. qui dari tut. poss. l. in vniuersis*, ergo, &c. Sic Rota Romana.

Cæterum, quæ supra dicta sunt, intelligunt, quidam, vt Iudex Ecclesiasticus tutorem, vel curatorem de suo foro, sibique subditum decernat, quem ad tutelam, vel curam acceptandam, atque ad fideiussionem præstandam cogere possit; quia tutelæ, & curæ datio iurisdictionem supponit, non solum in eum, cui datur, sed etiam in eum qui tutor, vel curator decernitur, vnde, si Iudex Ecclesiasticus tutorem, vel curatorem sibi non subditum decernat, nulla erit datio, sic Rosent. *de fund. cap.* 12. *concl.* 10. *n.* 54. vbi sic ait: *suffragatur his, quod iurisdictio, qua exercetur circa dationem, vel confirmationem tutelæ, exercetur non solùm in pupillum, sed etiam in eum, qui datur, vel confirmatur, eumque nihilominus, quàm pupillum obligat: id quod videtur esse contra naturam iurisdictionis sibi datæ, nec ad eam pertinere, cùm ille datus nequaquam sit subiectus huic iurisdictioni.* 7 8

SECTIO VII.

An, & quando Potestas Ecclesiastica possit exequi legata, etiam profana?

SVMMARIVM.

1. & 2 *Episcopus, & eius Vicarius est competens Executor voluntatis Defuncti, si transacto anno à iure heredibus, & Executoribus ad exequendum concesso, non adimpleatur voluntas illius, non solum quoad legata pia; sed etiam quoad profana, & est locus præuentioni vtrique Iudici.*

3 *Defunctus dicitur Persona maxime miserabilis cum se adiuuare non possit, & ideo ob bonum ipsius rationem pietatis ex officio commissa est Episcopo eiusque Vicario executio Voluntatis eiusdem etiam quoad profana.*

4 *Episcopus est competens Executor etiam quoad relicta non pia etiamsi Iudex Laicus non sit negligens in administranda iustitia.*

Episcopus

5 *Epiſcopus eſt competens Executor etiam contra Laicum tertium Poſſeſſorem, & cur.*

6 *Ad relicta exequenda dantur tres actiones, perſonalis, realis, & hypothecaria.*

7 *Actio realis, ſeu rei vindicatio intentari poteſt etiam hæreditate non adita, cum ad id non requiratur ſubiectum actionis perſonalis, ſed dominium ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte rei conuentæ.*

8 *Remedium Saluiani Interdicti pro relictis profanis conſequendis, & eorum poſſeſſione acquirenda intentatur contra tertium Poſſeſſorem, & multo magis pro legatis piis.*

9 *Iudex Laicus cumulatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum eſt Executor competens piorum relictorum.*

10 *Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex competens piorum Legatorum ſed non priuatiuè quoad Iudicem Laicum contra nonnullos.*

11 *Legatum pium eſt extra ſphæram Laicæ poteſtatis ſi ius diſcutiamus ſecus ſi factum.*

12 *Iudex Eccleſiaſticus in caſu, quod defunctus ſit Clericus eſt Iudex competens priuatiuè quoad Laicum.*

1 SEquitur quintò, quod ſi tranſacto anno à iure hæredibus, & executoribus ad exequendam voluntatem defuncti conceſſo, non adimpleatur voluntas illius, Epiſcopus, & eius vicarius ſit executor competens, vt illa adimpleatur, non ſolum quoad relicta pia (in quo conueniunt Doctores) ſed etiam quoad profana; ita vt detur
2 vtrique Iudici locus præuentioni. Sic contra gloſſam *in cap. tua nobis, ver. piis de teſtamentis*, Auſterium *in addit. ad Cappell. Tholoſ. deciſ.* 251. Ceuallos *de cognit. per viam violent. part.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 12. *& quæſt.* 21. *num.* 8. Caldas *de nomin. Emphyt. quæſt.* 19. *num.* 56. Bobadillam *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 103. & alios docent Bartolus, Boërius, Tiraquellus, & Nauarrus, quos citat, & ſequitur Pereira *in tract. de manu Regia part.* 1. *cap.* 16. *num.* 5. Item docet gloſſa *in cap. ſi hæres de teſtamentis*, Molina *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 250. *num.* 5. Curtellius *de Eccleſ. libertate lib.* 1. 9. 99. limitans tamen, niſi conſuetudo ſit in contrarium, Barboſa *in collect. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 26. *cap.* 6. *numer.* 12. *& de poteſtate Epiſc. part.* 3. *allegat.* 82. *num.* 15. Diana *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 98. & Bonacina *de contractibus tom.* 2. *diſp.* 3. *quæſt.* 17. *punct.* 8. §. 10. *num.* 1.

3 Non obſtat, ſi dicas, quod, cùm hæres, & executor eſt laicus, actio ſolum intentari debeat coram Iudice laico, ex eo, quia actor ſequi debet forum Rei.

Reſpondetur enim ex dictis, quod adimpletio (etiam ad non pias cauſas) voluntatis defuncti in bonum ipſius defuncti, vtpotè perſonæ miſerabilis, quin & maximè miſerabilis, cùm ſe adiuuare non poſſit, ratione pietatis ex officio commiſſa ſit Epiſcopo, eiuſque Vicario, ſicut etiam ex multis iuribus probat Abb. *in capit. ſi hæres, numero* 3. *de teſtam. & in reſolt. numer.* 32. *eod. tit.* Et conſequenter quando in tali caſu aduerſus hæredem, vel teſtamenti executorem laicum intentatur actio ab eo, cui aliquid à defuncto relictum, eſt, pertineat ad Epiſcopum, eiuſque vicarium, efficere, quod ea via voluntas defuncti adimpleatur in bonum eiuſdem defuncti, ob rationem iam dictam.

4 Hinc inferas, quod Epiſcopus ſit competens executor, etiam quoad relicta non pia: item etiam, ſi Iudex laicus non ſit negligens in adminiſtranda iuſtitia: item etiam, ſiue Epiſcopus procedat ex officio, ſiue ad inſtantiam partis.

Inferas ſecundò, quod ſimiliter Epiſcopus ſit 5
competens executor, etiam contra laicum tertium poſſeſſorem; quia iura præbentia Epiſcopo talem facultatem non ſe reſtringunt, vt poſſit ille exequi contra hæredem, & teſtamenti executo- 6
res tantùm, ſed indiſtinctè loquuntur; tum quia ad relicta exequenda dantur tres actiones, perſonalis, realis, & hypothecaria, §. *noſtra autem*, vbi gl. & Doctores *Inſtit. de legatis*, quæ propterea coram Epiſcopo proponi poterunt, prout natura negotij patietur (quia cùm ei detur facultas, ſeu ius exequendi, dari etiam debebit modus, & actio) & ſic quamuis, quotieſcunque agitur contra tertium poſſeſſorem, locus non ſit 7
actioni perſonali (quia ipſe non eſt hæres) locus tamen erit actioni reali, ſeu rei vendicationi, pro ipſis ſcilicet relictis conſequendis; adeò vt talis actio intentari etiam poſſit, hæreditate non adita; cùm ad id non requiratur ſubiectum actionis perſonalis, ſed dominium ex parte agentis, & poſſeſſio ex parte rei conuentæ. *l. in rem. ff. de rei vendicat. & §. omnium autem, Inſtit. de action.* & ibi Doctores: tum quia pro relictis 8
profanis conſequendis, & eorum poſſeſſione acquirenda datur aliud remedium, ſcilicet Saluianum interdictum, quod contra tertium poſſeſſorem poteſt intentari; ergo illud idem dabitur, & multò magis, pro conſequendis relictis piis: & conſequenter Epiſcopus erit vtrorumque relictorum executor competens, etiam contra tertium poſſeſſorem; præſertim quia alioquin facilè, interuertendo poſſeſſionem illorum in tertiam perſonam, eluderetur Epiſcopi officium. Vide Gutierez *pract. qq. quæſt.* 29. *num.* 14. Gratianum *in diſcept. forenſ. tom.* 1. *c.* 62. *num.* 27. *& ſeqq.* Ciarlinium *in controuerſ. cap.* 28. *num.* 25. *& 26.*

Inferas tertiò cum Valens. *in decret. lib.* 2. *tit.* 9
26. §. 8. *num.* 4. Martha *de iuriſdict. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 14. Tiraquello *de priuileg. pia cauſæ, priuil.* 149. & ibi Thoro, Honorio *in compend. Iuris Can. lib.* 3. *tit.* 26. *num.* 20. & Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 54. *num.* 4. quod è conuerſo relictorum piorum executor competens cumulatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum, ſit etiam Iudex laicus: *iuxta l. hæreditas, l. nulli Cod. de Epiſc. & cler. & l. hæreditas, ff. de petit. hæred. ex cap. tua, de teſtam.* ibi: *Cùm igitur in omnibus piis voluntatibus ſit per locorum Epiſcopos prouidendum, vt ſecundùm defuncti voluntatem vniuerſa procedant.* Item ex *cap. ſi hæredes, eod. tit.* & ex Tridentino Concilio *ſeſſ.* 7. *cap.* 15. *& ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 8.

Non obſtat, ſi dicas, quod contrarium colligitur ex cap. *tuæ* ex quibus iuribus moti contrarium, & probabiliter quidem, docent Bonac. *de contractib. diſp.* 3. *q.* 18. *punct.* 1. §. 10. *num.* 1. Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ.* 28. *num.* 44. & Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 99.

Reſpondetur enim, ex cit. iuribus colligi qui- 10
dem, relictorum piorum executorem competentem eſſe Iudicem Eccleſiaſticum; ſed non item colligi, hunc illorum executorem competentem eſſe priuatiuè ad Iudicem ſecularem.

Neque obſtat ſecundò, ſi dicas, quod lega- 11
tum pium, quâ pium, eſt extra ſphæram laicæ Poteſtatis; & ſic quod ea non poſſit ſe extendere ad

illud ; cùm nulla potentia ferri possit extra sphæram sui obiecti ; quia sic excederet sphæram suæ actiuitatis.

Respondetur enim id verum esse, si agatur de legato pio, quoad quid iuris; quia tunc est quæstio spiritualis, & solius Ecclesiastici fori. At secus, si agatur quoad quid facti ; quia tunc est quæstio temporalis , & mixti fori, iuxta ea, quæ dicebantur *supra sect.* 3. *&* 4. Quapropter quod supra dicebam , videtur etiam mihi satis probabile, in casu tamen , quod hæres, & testamenti executor sit laicus ; quia in casu , quod ille sit clericus, nulla difficultas est, quod spectet solum ad Iudicem Ecclesiasticum, priuatiuè ad Iudicem laicum ; cùm hic in clericum , vtpotè exemptum, iurisdictionem,præsertim executiuam, non habeat. Vide, quæ dicebantur *cap.*8.*dub.*11.*&*22.

12

SECTIO VIII.

An , si clericus hæredem instituat alium clericum , vel laicus testamentum condat ad piam causam , Potestas Ecclesiastica possit testamentum publicare.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus cumulatiuè ad Iudicem laicum potest publicare testamentum in quo Clericus instituit aliũ Clericum,vel conditum ad pias causas,ratione pietatis.*

2 *Publicatio testamenti respicit principaliter,non personam hæredis,vel testatoris,sed personam Notarij , eiusque scripturæ veritatem ,& legalitatem.*

1 SEquitur sextò , quod si clericus hæredem instituat alium clericum ; vel laicus testamentum condat ad piam causam,spectet etiam ratione pietatis ad Iudicem Ecclesiasticum,cumulatiuè ad Iudicem laicum huiusmodi testamentum publicare.Sic contra Barbosam *in l.hæres absens,num.* 189. *ff.de iudiciis* , Cuttellium *de Eccles.libertate lib.*1. *q.* 100. & Pereiram *in tract. de mann Regia,par.*1. *cap.*16.*n.*18. docet Molina apud Pereiram *loco supra cit.*Gutierez *in pract.qq.lib.*2.*q.*49.*n.*5. *& seqq.* & Io. de Heuia *in Curia Philipp. par.* 1. §. 5.*n.*26. Non obstat , quod publicatio testamenti non hæredis,vel testatoris personam principaliter respiciat,sed personam Notarij,eiusque scripturæ veritatem,& legalitatem, consequenter in Notarium laicum(quamuis secus in Notarium Ecclesiasticũ.) non Iudex Ecclesiasticus , sed Iudex laicus iurisdictionem habeat,vt eum cogere possit:Respondetur enim id verum esse , si simus in causa non pia : at secus,si simus in causa pia , vt in casu nostro ; quia ratione pietatis potest Iudex Ecclesiasticus in laicos cumulatiuè ad Iudicem laicum iurisdictionem exercere,vt patet ex dictis *supra.*

SECTIO IX.

An,si filius clerici legitimandus clericus sit Potestas Ecclesiastica possit illum legitimare.

SVMMARIVM.

1 *Potestas Ecclesiastica cumulatiuè ad Potestalaicam potest Clericum filium alterius Clerici, si sit legitimandus, legitimare.*

2 *Legitimatio , seu natalium restitutio fieri solet per rescriptum Principis,vel alterius Personæ à Principe potestatem habentis.*

3 *Legitimatio duplex est , vna ad Ecclesiastica iura, quam solus supremus Princeps concedit, altera ad iura Ciuilia , quam quilibet Princeps temporalis impertitur subditis suis etiam propriis filiis , quin & Clericorum filiis, etiamsi ipsi quoque Clerici sint.*

4 *Amplia quod eam concedere possit etiam Monachis , si Monasterium capax sit successionis.*

5 *Statutum laicorum includens Clericos non est contra Immunitatem Ecclesiasticam , si sit mere priuilegiatinum ; quia priuilegium etiam non subdito concedi potest.*

6 *Concedere priuilegium importat tantum Iurisdictionem priuilegiatiuam , non autem, qua exigat iurisdictionem in priuilegiato.*

7 *Legitimatio non sortitur effectum , nisi acceptetur, & rata habeatur à legitimato.*

8 *Legitimatio non tam respicit Personam ipsius Clerici legitimandi , quam bona ipsa , quæ supponuntur sita intra territoritorium Principis legitimant contra nonnullos.*

9 *Legitimatio ab aliquibus dicitur actus Iurisdictionis, quam Princeps secularis in Clericum, eiusque bona non habet.*

10 *Laicus filius Clerici in sententia prædictorum non potest à Principe laico legitimari.*

11 *Filius Clerici licet sit laicus gaudet eodem priuilegio,quo gaudet Pater Clericus.*

12 *Vxor Clerici in opinione aliquorum gaudet eodem priuilegio,quo gaudet Maritus Clericus.*

13 *Legitimatus per ciuilem legitimationem à Principe seculari concessam succedit in hæreditate Parentum,& aliorum Consanguineorum instar legitimorum filiorum.*

14 *Legitimatus non succedit in paterna nobilitate, in feudo,& primogenitura, nisi expresse dicatur in Principis rescripto.*

15 *In generali concessione non veniunt ea , quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus.*

16 *Concessa alicui potestate legitimandi non censetur eidem data potestas ad feuda,& primogenituram,vel proprios filios, vel etiam alienos filios,sed spurios , seu ex damnato coitu legitimandi.*

17 *Spuriorum qui orti sunt ex Parentibus,quorum coniunctio pro tunc temporis humana lege permitti non poterat , non est propriè legitimatio ; sed potius dispensatio ,quamuis , ea plenissimè fiat.*

18 *Legitimatio Ecclesiastica à Pontifice collata efficit quem habilem ad sacros ordines,& Beneficia etiam curata non item ad Dignitatem Cardinalitiam,vel Episcopalem.*

19 *Legitimatio , seu potius dispensatio secundum quid , seu ad certum effectum ,scilicet super Irregularitatis impedimento ab Episcopo communi inre illegitimis conceditur ad minores ordines,& simplicia Beneficia tantum.*

20 *Episcopus non potest cum illegitimis absolute dispensare super defectu natalium.*

21 *Habens*

21 *Habens facultatem legitimandi cenſetur habere facultatem diſpenſandi, non tamen è contra.*

22 *Diſpenſatus ad ordines, non eo ipſo cenſetur diſpenſatus ad Beneficia; quia non recte fit illatio ad diſpenſata.*

23 *Religioſi illegitimi per profeſſionem, quam emittunt ipſo iure diſpenſati cenſentur ad ſacros ordines; non item ad Dignitates, & Prælaturas.*

24 *Legitimatio per profeſſionem eſt quadam generalis Legitimatio & ideo non continet ſpecialia Legitimationis priuilegia.*

25 *Legitimatus per oblationem Curiæ Principis Terreni legitimabatur cum habilitate ſuccedendi in bonis paternis, ſed tali vſu receſſit.*

26 *Religionum Prælati poſſunt diſpenſare cum ſuis ſubditis etiam in Bigamia; quin etiam in homicidio circa Miſſa celebrationem ſi non ſit notorium ex priuilegio Religioni conceſſo.*

27 *Lex, vel Princeps, præſertim in fauorabilibus in ordine ad Communitatem, cum non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus.*

28 *Natus in dubio quis præſumitur legitimè, & ſic ad Defuncti hæreditatem eſt admittendus; quamuis temporis ordinarij ſpacium à conceptione ad natiuitatem, aliquando augeatur, vel minuatur.*

29 *Non vnum, ſed multiplex pariendi tempus homini, natura datum eſt.*

30 *Mulier ſeptimo menſe, octauo, nono, decimo, & aliquando etiam vndecimo cœpto parere ſolet.*

31 *Delictum in dubio non præſumitur, niſi demonſtretur.*

32 *Bonus in dubio quis præſumi debet.*

33 *Partus ſi naſcatur poſt contractum Matrimonium ante ſeptimum menſem non legitimus cenſeri debet.*

34 *Mulier præſertim robuſta aliquando etiam quinto menſe parere ſolet.*

35 *Partus ſi naſcatur poſt Mariti mortem, vel diuortium exacto menſe decimo, non in initio menſis vndecimi; ſed ſub fine, non legitimus; ſed illegitimus cenſeri debet, & ab Hæreditate Defuncti repellendus.*

36 *Partus ſi naſcatur intra dicta temporis ſpatia Legitimus cenſendus eſt, & ad hæreditatem Defuncti admittendus, ni aliud obſtet.*

37 *Emancipatio facta de Clerico per Patrem coram Iudice Laico, & ipſo auctorizante, eſt valida.*

38 *Emancipatio fieri debet per Iudicem competentem, qualis eſt Iudex Patris agentis, & emancipantis.*

39 *Emancipatio eſt actus ipſius Patris, & non filij.*

40 *Ius patriæ poteſtatis eſt introductum à Poteſtate ſeculari, & non Eccleſiaſtica.*

41 *Actus emancipationis præcedit ex ſola voluntate Patris, pro qua explenda, ſine auctorizanda adhibet Pater Iudicem ſuum proprium.*

42 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ licet fiat in fauorem Eccleſiæ alterius Diœceſis auctorizatur à Prælato Rei alienatæ & non ab alio.*

43 *Iudex volentis liberare filium ſuum de Patria poteſtate liberationi auctoritatem præſtat.*

44 *Actor ſequi debet forum Rei in contentioſis, non autem in voluntariis.*

45 *Emancipatio per doctrinam (qui fieri poteſt tam coram Iudice Patris quàm coram Iudice filij.*

46 *Iudex Eccleſiaſticus quando agitur de beneficio per minorem 14. annis dat Curatorem ad litem, & non ſecularis.*

47 *Filius in Beneficialibus ſine conſenſu Patris etiam in patria poteſtate conſtitutus agere poteſt.*

48 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit an captus, vel detentus per Iudicem Laicum ſit Clericus.*

49 *Emancipatio non derogat libertati emancipati, ſi coram laico fiat, imò eam auget.*

SEquitur ſeptimò, quod ſi filius clerici legitimandus clericus ſit, ſpectet etiam ad Poteſtatem Eccleſiaſticam, cumulatiuè ad Poteſtatem laicam, illum legitimare. Vide Io. Garſiam *de nobilit. gloſſ. 9. num. 53.* Molinam *de primog. lib. 3. cap. 2.* Lupum *de illeg. comm. 3. §. 3.* Maſtrill. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 10. numero 39.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 7.* Caſtill. *tom. 5. contr. cap. 105.* Molinam *de iuſt. & iur. diſp. 173.* & Azorium *tom. 2. lib. 2. cap. 15. q. vlt.* pro cuius doctrinæ intellectu diſtinctiori, 1

Aduerte primò, quod legitimatio, ſeu natalium reſtitutio fieri ſoleat per reſcriptum Principis, vel alterius perſonæ à Principe poteſtatem habentis. 2

Aduerte ſecundò, quod legitimatio ſit duplex, vna ad Eccleſiaſtica iura, ordines, beneficia, & ſimilia; & hanc ſolus Pontifex, vt ſupremus Eccleſiæ Princeps, cuicunque illegitimo, iure proprio, & ordinario concedere poteſt quamuis ad iura, & officia ciuilia Pontifex alterius Principis temporali iuriſdictioni ſubiectos legitimare, (& ſi poſſit, quidquid in contrarium dixerit Curtellius *de Eccleſ. libertate lib. 2. q. 112. num. 6.*) non tamen ſoleat, niſi fortè indirectè, & per accidens, ſi ſcilicet grauis cauſa Chriſtianæ Reipublicæ ſic exigat. *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi*, & ex communi docet Couar. *part. 2. Epit. c. 8. §. 8. n. 20. & 45.* Altera legitimatio eſt ad ciuilia iura, hæreditatum, legatorũ &c. ſucceſſiones, officia, dignitates, & ſimilia; & hanc præter Pontificem, ratione ſupremi, & generalis dominij quilibet Princeps in temporalibus, vel Reſpublica libera (quæ ſe habet tanquam Princeps) ſubditis ſuis, etiam 4
propriis filiis, quin & clericorum filiis, etiamſi ipſi quoque clerici ſint, quin etiam & Monachis, ſi Monaſterium ſuccedendi capax ſit, conferre poteſt; quia laici clericis priuilegia concedere poſſunt. *cap. nouit de iudiciis.* Vnde *ſupra cap. 8. dubit. 2. numer. 16* & *lib. de parlamentis dubit. 24.* dicebam, quod ſtatutum laicorum includens ſeruos non ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, ſi ſit merè priuilegiatiuum; quia priuilegium concedi, etiam non ſubdito poteſt; cum concedere priuilegium 6
importet tantùm poteſtatem, & non iuriſdictionem; & ſi importat iuriſdictionem, importet tantum iuriſdictionem priuilegiatiuam, & voluntariam, & ſic impropriam, non autem quæ exigat ſubiectionem in priuilegiato; Quod autem legitimatio ſit priuilegium Principis, & beneficium ipſius, docet ex communi Io. Garſias *de nobilit. Hiſpan. gloſ. 21. init.* & probatur; quia eſt actus fauorabilis, vti docent. *gloſ. in auth. licet, Cod. de natural. liber.* Oſaſcus *deciſ. 119. numero 1. & 6.* Garſ. *in Repet. l. Gallus §. & quid ſi tantum, numero 281. de liber. & poſth.* quod inde patet; quia eſt diſpenſatio in jure; & nemo legitimatur inuitus. Vnde legitimatio 7

non foretur effectum, nisi acceptetur, & fata habeatur à legitimato, sicuti tradunt Arat. *in l. qui absenti, ff. de acquir. possess.* Curt. sen. *cons.* 4. *in fin.* & ideò non arguit subiectionem in legitimato, sed tantum acceptionem fauoris. Accedit, quod legitimatio non eam respicit personam ipsius clerici legitimandi, quam bona ipsa, quæ supponuntur sita intra territorium Principis legi-
8 timantis. Atque ita ex communi docent Azor *loco supra cit.* Præpositus, Io. Andreas, & Lambertinus quos refert, & sequitur Couar. *cit. cap* 8. §. 8. *num.* 48. Mol *tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 173. Ripoll. *de regal. cap.* 22. *num.* 75. Pasqualig. *tom.* 2. *decis.* 120. Curtellius *cit. q.* 112. & Vasquez *de restit. cap.* 5. *n.* 54. Quamuis contrarium doceant Pontius *de matrim. lib.* 11. *cap.* 6. *num.* 9. Angulanus *tract. de legib. to.* 1. *lib.* 2. *contr.* 23. *num.* 65. & Diana *par.* 1. *tract.* 4. *resol.* 111. sistentes in eo, quod legitimatio
9 sit actus iurisdictionis, quam Princeps secularis in clericum eiusque bona non habet (adeò nonnulli subdant, quod etiamsi filius clerici legitimandus
10 laicus sit, non possit à Principe laico legitimari; sicuti fuisse decisum in Senatu Parisiensi testatur Petrus de Gratio *lib.* 10. *Syntag. c.* 4. forsan ex eo, quod filius clerici, licet sit laicus, gaudeat eodem
11 priuilegio, quo gaudet pater clericus; sicut & vxor in opinione aliquorum gaudet eodem priuilegio, quo gaudet maritus clericus, quod mihi, sicuti *c.* 1. *dub.* 11. *sect.* 4. *& cap.* 4. *dub.* 13. dicebam,
12 non satis probatur) sed ad istorum fundamentum Responderi posset ex dictis; non improbo tamen cautelam Azorij & Curtellij, qui in locis supra cit. ad vitandas lites consulunt, quod talem legitimationem, scilicet ad ciuilia iura clericus impetret ab vtroque Principe.

13 Aduerte tertiò, quod per legitimationem ciuilem à Principe seculari concessam consequatur quis, vt instar legitimorum filiorum succedat in
14 hæreditate parentum, & aliorum consanguineonem, non item vt succedat in paterna nobilitate, in feudo, & primogenitura, nisi id expresè in rescripto dicatur. Sicuti ex communi docet Co-
15 uar. *cit.* §. 8. *num.* 4. Et probatur; quia in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. *regul.* 81.
16 *in 6.* Quapropter neque data alicui potestate legitimandi, censetur eidem data potestas ad feuda, & primogenituram, vel proprios filios, vel etiam alienos filios, sed spurios, seu ex damnato coitu ortos, legitimandi; quinimmò spuriorum, qui scilicet orti sunt ex parentibus, quorum coniunctio
17 pro tunc temporis humana lege permitti non poterat, non est propriè legitimatio, sed potius dispensatio, quamuis ea plenissimè fiat. Vide Couarruuiam *cit.* §. 8. *num.* 16. & 28. & 50. Molinam *disp.* 173. §. *obseruandum*, & Vasquez *cit. cap.* 5. *num.* 48.

18 Aduerte quartò, quod per legitimationem Ecclesiasticam à Pontifice collatam habilis quis efficiatur ad Sacros Ordines, & beneficia, etiam curata. sicuti colligitur *ex cap.* 2. *de filiis Presbyt. in 6.* & docet ex communi Mol. *disp.* 173. Henriquez *lib.* 8. *c.* 9. *num.* 10. & Vgolinus *de irregular. cap.* 44. *num.* 4. non item ad dignitatem Cardinalitiam, vel Episcopalem, sicuti docet Maiolus *de irregular lib.* 1. *cap.* 9. Quamuis contrarium sentiat Suar. *disp.* 50. *sect.* 5. *num.* 10.

19 Aduerte quintò, quod præter legitimationem ad ciuilia, & legitimationem ad Ecclesiastica supra dictas, sit alia legitimatio secundùm quid, seu ad certum affectum, quæ potius dispensatio quædam est, scilicet super irregularitatis impedimento, quam etiam Episcopus communi iure illegitimis concedere potest ad minores ordines, & simplicia beneficia tantum. *cit. cap.* 1. *de filiis presbyt. in 6.* non tamen cum iisdem illegitimis 20
super defectu natalium absolutè dispensare potest. Etsi enim quis habens facultatem legitimandi, censeatur habere facultatem dispensandi; non 21
tamen censetur è contra, quia qui potest, quod maius est, potest etiam quod minus est (si id in maiori contineatur) non tamen potest è contra, sicuti ex communi tradit Couar. *loco supra cit. num.* 16. & Mol. *cit. disp* 173. *ver. obseruandum est.* Item dispensatus ad ordines, non eo ipso censetur 22
dispensatus ad beneficia; quia non rectè fit illatio ad disparata, præsertim cùm dispensatio, vt potè contra ius commune, sit strictæ interpretationis, sicuti etiam ex communi docet Couar. *in Clem. si furiosus, par.* 1. *princ. corol.* 5. & Auila *de centur. par.* 7. *disp.* 3. *dub.* 6.

Aduerte sextò, quod Religiosi illegitimi per 23
professionem, quam emittunt, ipso iure dispensati censeantur ad Sacros Ordines, sicuti colligunt Doctores ex cap. 1. extra, de filiis presbyt. ver. nisi aut monachi fiant; non item ad dignitates, & Prælaturas, sicuti ex *tit. cap.* 1. docent Silu. *ver. legitimus, quæst.* 1. Mol. *disp.* 173. *ad fin.* Nauar. *cap.* 27. *num.* 201. *Vgolin. cit. cap.* 44 §. 5. Auila *cit. dub.* 6. *notan.* 5. & Pasqualigus *tom.* 2. *decis.* 120.

Et quamuis Bald. *in l.* 1. *num.* 3. *Cod. de Sacros. Eccles.* Guillel. de Cun. *ibid. Dec. auth. ingressi, cod. tit.* Felin. *in cap. ex tua, num.* 3. *de iudic.* Roman. auth. similiter: *num.* 17. *Cod. ad leg. Falcid.* Alex. *cons.* 35. *n.* 14. *vol.* 3. Franc. de Ponte *consil.* 15. *vol.* 1. Ias. *in l. filius familias, n.* 3. *ff de liberis, & posth.* Paleot. *de nothis, & spuriis, cap.* 45. *n.* 5. Greg. Lopez *l.* 12. *tit.* 6. *par.* 1. Martha *de succes. tom.* 1. *par.* 1. *q.* 18. *ar.* 3 *n.* 12. Lambert. *de iure patron. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 2. *ar.* 3. & 31. & Duennas *Reg.* 366. *limit.* 3. teneant, quod legitimati per professionem succedere possint in bonis paternis: contrarium tamen probabilius docent Palud. *in* 4. *dist.* 41. *q.* 3. *ar.* 1. *n.* 14. S. Antonin 3. *par tit.* 1. *cap.* 27. §. 1. Salzed. *in pract. cap.* 14. Couar. 4. *decret. par.* 2. *cap.* 8. §. 7. *n.* 4. Suar. 3. *par. to.* 5. *disp.* 50 *sect.* 5. *n.* 16. & Sanch. *lib.* 5 *mor. cap.* 5. *n.* 24
16. quia legitimatio per professionem est quædam generalis legitimatio; quapropter non continet specialia legitimationis priuilegia, & habilitates, quæ, vt concessæ censeantur, indigent speciali forma legitimationis, sicuti constat de habilitate ad dignitates, quæ non conceditur per talem legitimationem, vt ex *dicto cap.* 1. *de filiis presbyter.* dicebatur. Accedit, quod ita habet vsus: & non obstat, quod legitimatus per oblationem Curiæ Principis terreni legitimetur cum habilitate 25
ad succendum in bonis paternis; quia neque talis legitimatio est amplius in vsu; & cùm erat in vsu, facultas succedendi in bonis paternis non erat ex vi talis legitimationis, sed ex speciali beneficio Principis in remunerationem talis oblationis concesso.

Aduerte septimò, quod Prælati Religionum ex priuilegiis suis magnam potestatem habeant dispensandi cum suis subditis (etiam Nouitiis; cùm & hi gaudeant iisdem priuilegiis, quibus gaudent Professi, secuti notauit præter alios Bertholomæus de Vecchis in praxi Nouit. *disp.* 9. *dub.* 16. *num.* 2.) super omni irregularitate, excepta,

quæ

quæ ex voluntario homicidio, vel bigamia vera, aut interpretatiua prouenit. Sic Nauar. *cit. cap.* 27. *n.* 197. *& lib.* 5. *conſ.* 1. *de homicid. edit.* 1. Mol. *de iuſt. to.* 4. *tract.* 3. *d ſp.* 70. *nu.* 12. Rodriguez *to.* 1. *qq. R gul. q.* 24. *art.* 2 *& ſ qq. & in ſumma c.* 158. *concl.* 5. Maiolus *lib* 5. *de irregular. cap.* 48. & Peirinus *in priuileg. Minim. tom.* 1. *conſt.* 2. *Iuly II. §.* 29. *numer.* 103. *& ſeqq.* Quamuis Henriquez *l.* 12. *cap.* 6. *num.* 1. Miranda *tom.* 2. *q.* 8. *art.* 10. Io de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.* 1. *cap.* 6. *dub.* 19. Sigiſmundus à Bononia *tract. de elect. par.* 2 *cap.* 4. *dub.* 71. *num.* 1. Bartholomæus de Vechis *loco ſupra cit.* Hieron. Rodriguez *in Compend. qq. Regular. reſol.* 16. *num.* 14. *& reſol.* 52. *num.* 15. Portell. *in addit. ad Dub. Regul. ver. diſpenſare, num.* 5. & Aquila *de cenſ. par.* 7. *diſp.* 8. *dub.* 4. *concl.* 8. cenſeant ex priuilegio quodam Martini V. & aliis relatis in Compen. Societatis Ieſu, *ver. diſpenſatio*, §. 1. & in
26 noſtro Theatinorum *par.* 1 *ver. diſpenſatio. §.* 2. *& ſeqq.* poſſe dictos Religionum Prælatos diſpenſare cum ſuis, etiam in bigamia, quin & in homicidio, circa celebrationem Miſſæ, ſi non ſit notorium; præſertim cùm adſit aliud priuilegium Pauli III. conceſſum Religioſis S. Benedicti relatum à Rodriguez in Bullario folio 817. in quo conceditur, quod ſingulis quibuſque annis primo die Lunæ Quadrageſimæ poſſint illi cum omnibus ſubditis ſuis diſpenſare in omni irregularitate, quauis occaſione, vel cauſa contracta; vbi, cùm Pontifex non
27 limiter, ſi ſit homicidij caſualis, vel voluntarij; nec ſi ſit occulti, vel publici, ſed abſolutè, & in communi loquatur: & ex alio capite tale priuilegium à nullo ſucceſſore reuocatum in ſpecie reperiatur, videtur poſſe dictos Religionum Prælatos vti illo, prout iacet, abſque vlla limitatione; quia cùm lex, vel Princeps, præſertim in fauorabilibus in ordine ad Communitatem, non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Sic Hieron. Rodriguez & Portel. *in locis ſupra cit.*

28 Aduerte, octauò, quod in dubio quilibet præſumi debeat legitimè natus, & ſic ad defuncti hæreditatem ſit admittendus, quamuis temporis ordinarij ſpatium (ſcilicet nouem menſium) quod à conceptione vſque ad natiuitatem plerumque intercedere ſoler, aliquando augeatur, vel minuatur; quia, teſte Ariſtotele *lib.* 7. *de animal. cap.* 4. non vnũ,
29 ſed multiplex pariendi tempus homini natum datum eſt: vnde, vt experientia etiam docet, mulier
30 ſeptimo menſe, octauo, nono, decimo, & aliquando etiam vndecimo cœpto parere ſolet. Accedit, quod
31 in dubio delictum non præſumitur, niſi demonſtretur, cùm ſit quid facti; & in dubio quilibet pre-
32 ſumendus ſit bonus. Quapropter dicendum, quod ſi poſt contractum matrimonium ante ſeptimum
33 menſem partus naſcatur, non legitimus cenſeri debeat. *argum. l. ſeptimo, ff. de ſtatu hominum*: quamuis id
34 alij negent, aſſerendo, quod mulier, præſertim robuſta, aliquando etiam quinto menſe parere conſueuit. Rurſus, ſi poſt mariti mortem, vel diuortium exacto menſe decimo, non in initio menſis
35 vndecimi, ſed ſub fine, partus naſcatur, neque legitimus, ſed illegitimus etiam cenſeri debeat, atque
36 adeò neque ad hæreditatem defuncti admittendus ſit. Si verò intra dicta temporum ſpatia partus naſcatur, pro legitimo (niſi quid aliud obſtet) haberi debeat, atque adeò ad hæreditatem defuncti admittendus ſit. Sic colligitur *ex l. Gallus, ff. de liberis, & poſthumis. & l. mieſt* 10. *§. poſt decem, ff. de ſuis, & legitimis hæredibus*; & ex Gellio *lib.* 3. *Noct. Attic. cap.* 16. & docet ex communi Mynſinger. *cent.* 6. *obſerv.* 40. Cæterùm, ſi agatur de emancipatione, emancipatio facta de clerico per patrem coram Iudice laico, & ipſo auctoriſante, eſt valida; quia licet in *l.* 1. *Cod. de emancip. liber.* dicatur, quod emancipatio fieri debeat per Iudicem competentem, Iudex competens in hoc caſu cenſetur Iudex ipſius patris agentis, & emancipantis; cùm emancipatio ſit actus ipſius patris, & non filij, & *in dict. l.* 1 quapropter eſt ſolemnizandus à Iudice patris, & non à Iudice filij. Facit quia ius patriæ poteſtatis eſt introductum à poteſtate ſeculari, & non Eccleſiaſtica, vt *Inſtit. de patria poteſt. in princip.* & quia actus huiuſmodi procedit ex ſola voluntate patris, pro qua explenda, ſeu auctorizanda adhibet pater Iudicem ſuum proprium, & non filij; ſicuti dicitur in ſimili de alienatione, vel vnione faciendа alicuius Eccleſiæ, vel rei Eccleſiaſticæ alicui Prælato ſubiectæ alteri Eccleſiæ, vel perſonæ extra ciuitatem, vel diœceſim rei alienandæ, vel Eccleſiæ vniendę conſtituta; quia huiuſmodi alienationem, vel vnionem auctorizabit ille, ſub cuius poteſtate, & iuriſdictione res alienanda, vel vnienda conſiſtit, prout habetur *in cap. dudum, de reb. Eccleſ. non alien. in 6. in Clement. cap. ſi vna, eod. tit. & 17. q.* 4 *can. in venditionem. in gloſſ.* Sic in propoſito Iudex volentis liberare filium ſuum de patria poteſtate liberationi auctoritatem præſtabit.

Nec obſtat quod actor ſequi debeat forum Rei, *cap. cùm ſit de foro compet.* quia illud procedit in cõtentioſis; & quando iudicium redditur in inuitum, ſecùs in voluntariis, & extraiudicialibus actibus, vt in caſu noſtro. Pro quo facit dictum Innocentij *de renunciat. cap. quod in dubiis*, quod ſcilicet ille recipit renunciationem beneficij à volente renunciare, qui poſſet ipſum inuitum deſtituere, ſed vbi filius poſſet per Iudicem petere, patrem compelli ad emancipandum, apud Iudicem Patris agendum foret, vt *in l. iuris ordinem, Cod. de iur. omn. Iud. & cap. ſi clericus laicum de foro compet.* ergo, &c. Quod ſi dicas è contrà poſſe apud Iudicem filij, dic apud vtrumque poſſe, per doctrinam Cyni, *in l. ſi prædium, Cod. de præd. minor.* Nec obſtat *c. ſi annum de iudic.* vbi quando agitur de beneficio per minorem 14. annis, Iudex Eccleſiaſticus, & non ſecularis, dat curatorem ad litem; quia hoc euenit, non ſolum ratione perſonæ, ſed etiam ratione rei Eccleſiaſticæ, ſuper quam laicus nullam habet diſpoſitionem, *c. Eccleſia S. Maria, de conſtitut. & c. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* Prætereà ibi filius ſine conſenſu patris, & etiam in patria poteſtate conſtitutus agere poteſt: quapropter non eſt, cur recurſus habeatur ad Iudicem patris, cùm ſine eo iudicium, ſeu actus poſſit expleri: ſecùs in propoſito caſu, ergo, &c. Nec obſtat *cap. ſi Iudex, de ſent. excomm.* vbi Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit, an captus, vel detentus per Iudicem laicum ſit clericus, nec ne; quia hoc euenit ratione poſſeſſionis clericatus, in qua captus clericus repetitur, licet negetur; vel quia hæc eſt res merè Eccleſiaſtica, cognoſcere ſcilicet de clericatu. Prætereà exceptio clericorum tendit ad libertatem eorum, *cap. nullus de foro compet.* ſed huiuſmodi emancipatio non derogat huic libertati, ſi coram laico fiat, immò etiam auget, ergo, &c. Vide Rotam Rom. *dec.* 5. *in antiq. tit. de foro compet.*

37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48

SECTIO X.

An, & quando poteſtas Eccleſiaſtica poſſit cognoſcere de loco præcedendi in proceſſione laicorum Confraternitatem?

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus cumulatiue ad Iudicem laicum potest terminare litem ortam inter Confraternitates quoad locum procedendi in procedendi in processione si agatur tamen Iudicio possessorio, non autem si spectatio sit Iuris.*

2 *Quæstio iuris an quis sit male, vel bene electus à Confraternitate item circa modum procedendi, habitum, & simile, spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiue quoad laicum.*

1 SEquitur octauò, quod si inter laicorum Confraternitates lis oriatur quoad locum procedendi in processione, spectet etiam ad Iudicem Ecclesiasticum, Episcopum scilicet, vel eius vicarium) cumulatiuè ad Iudicem secularem, determinare; quod intellige iuxta ea, quæ supra *dubit.* 2. & 3. dicebantur, si agatur, iudicio possessorio; ita vt sit quæstio facti; non autem vt sit quæstio iuris; quia tunc, vtpotè causa pia, & Ecclesiastica, spectabit ad Iudicem Ecclesiasticum, priuatiuè; sicut etiam, si agatur circa modum procedendi, circa habitum, & quid simile; vel vtrum quis sit malè, an rectè electus è Confraternitate, seu societate; vel sit recipiendus in illam; vel sit canonicè electus ad gubernium, seu administrationem, &c. Sic Carolus de Grassis *de effectibus clericatus, effect.* 1. *numer.* 613. & Barbosa *de potestate Episcopi par.* 2. *allegat.* 78. *num.* 42.

2

SECTIO XI.

An, & quando Potestas Ecclesiastica possit visitare Hospitale?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus cumulatiuè ad Iudicem laicum potest visitare Hospitale, etiamsi fundator in ipsius erectione reliquerit, quod ibi non se inviciat Episcopus, vel eius Vicarius, dummodo tamen de negligentia Iudicis laici constet.*

2 *Fundator, seu Testator, non potest prohibere, ne Iudex Ecclesiasticus se immiscecat circa executionem eorum quæ ad piam causam relinquuntur.*

3 *Cessante negligentia Iudicis laici Hospitale vt supra erectum non potest à Iudice Ecclesiastico visitari & Cur.*

4 *Episcopus non potest præiudicare Episcopatui, & Ecclesiæ in iure acquisito; potest tamen præiudicare in iure acquirendo.*

5 *Ecclesiæ, & loca pia non possunt fundari sine consensu Episcopi.*

6 *Episcopus non potest visitare Hospitale vt supra erectum, etiamsi non consenserit conditioni prædictæ fundatoru.*

7 *Episcopus habet ius visitandi loca pia, quantumuis exempta, & reuidendi rationes computorum; secus tamen est si in dictorum locorum fundatione expresse aliter cautum sit ob rationem dictam.*

8 *Episcopus non potest visitare vt Delegatus sedis Apostolicæ ea loca, quæ in eius fundatione ex decreto Concilij delegantis habent exemptionem.*

9 *Concilium Tridentinum, Cardinalium Congregationes, & sac. Rota Romana loquuntur non solum de reuisione computorum, sed etiam de visitatione; quando in fundatione expresse id cautum est.*

10 *Decreta Concilij, & Declarationes Sac. Congreg. loquuntur absolute, & in communi sine vlla distinctione de omni Hospitali; sed etiam inspecie de eo, in quo sunt pia dispositiones, & erecta Capella cum onere Missarum.*

11 *Decreta prædicta loquuntur non solum si Episcopus vt Episcopus, sed etiam vt Delegatus visitare velit.*

12 *Testator seu fundator Hospitalis cum conditione, quod Episcopus non se immiscat, si Iudex laicus sit negligens, Episcopus potest supplere eius negligentiam, secus tamen est, si fundator substituit alios Executores.*

13 *Concilium Tridentinum reuocando omnia priuilegia exemptionis ab Ordinario Hospitalibus concessa, non reuocat ea, quæ concessa sunt in ipsa fundatione.*

14 *Episcopus visitare non potest Hospitale, Confraternitatem, & quemcumque alium locum pium sub protectione Regis existentem.*

15 *Episcopus visitare potest talia loca quoad Diuinum cultum, & ornamenta; quia cum causa hæc spiritualis sit, ad Iudicem Ecclesiasticum necessario, & priuatiuè spectat.*

16 *Episcopus potest visitare simpliciter Hospitale cessante dicta conditione, & Regia protectione, reuidere rationes computorum primare officialem, & alia huiusmodi.*

17 *Iudex Ecclesiasticus Executor est piarum causarum.*

18 *Fundator Hospitalis si viuat standum est eius voluntati, & Curæ secus si sit mortuus, & nihil disposuerit quoad regimen Hospitalis.*

19 *Resistentes visitationi Episcopi excommunicari possunt quacumque appellatione non obstante per affixionem cedulonum.*

20 *Episcopus non potest visitare Hospitale quando constat de speciali exemptione tantum in Breui Pontificio.*

21 *Concessio facta ad instantiam fundatoris arguit eius mentem.*

22 *Voluntas melius declaratur facto, quam verbis.*

23 *Forma actus est illa, quæ declarat animum, & voluntatem operantis, & magis quam declarent ipsa verba.*

24 *Forma actus fundatoris constituta à Papa ad instantiam ipsius, declarat mentem fundatoris quod Hospitale non subiaceat visitationi, & reuisioni computorum respectu Episcopi.*

25 *Episcopus non potest visitare, nec reuidere computa, si in Breui exemptionis à fundatione cautum sit, ne in his se immiscat Episcopus; et si non ad instantiam Partis.*

26 *Quod dicitur absolutè, & generaliter, absolute, & generaliter est accipiendum.*

27 *Episcopus visitare potest, & computa reuidere, si in fundatione sit solum concessa generalis exemptio sine expressa mentione Immunitatis à visitatione, & reuisione computorum.*

28 *In generali concessione Exemptionis non venit Immunitas à visitatione & computorum reuisione.*

29 *Loca pia non sunt immunia à reddendis rationibus; nisi in fundatione aliter expresse cautum sit.*

30 *Visitatio tanquam inducta in fauorem animæ,*

&

& in honorem Dei, eſt priuilegiata.

31 *Limita, quod hæc doctrina locum non habeat, quando in generali conceſſione exemptionis, adeſſet particula (omnino) & alia dictio æquiualens, quæ ſignificaret abſolutã, & totalem exemptionẽ.*

32 *Dictio (omnino; ſeu omni modo) complectitur omnes ſpecies eius, cui annectitur.*

1 SEquitur nonò, quod ſi Hoſpitale erectum ſit, ſiue à Patrono in eius fundatione ſit cautum, ne Iudex Eccleſiaſticus, ſeu Epiſcopus, eiuſque Vicarius ſe immiſceat, adhuc in caſu negligentiæ Iudicis laici poſſit illud à Iudice Eccleſiaſtico, cumulatiuè ad Iudicem laicum, viſitari; quia fundator, ſeu teſtator non poteſt prohibere, ne Iudex Eccleſiaſticus ſe immiſceat circa executionem eorum, quæ ad piam cauſam relinquuntur. *cap. tua nobis, §. de teſtam.* & docet Garſias *de benefic. to. 1. par. 1. c. 2 num. 98* Suarez *in præx. to. 2. Prol. 2. num. 44.* Sarment. *lib. 1. ſelect. cap. 11. num. 14. & ſeq.* Bobadillam *Polit. lib. 2. cap. 17. num. 102. &* & Spino *in ſpecul. teſtam. gloſ. 28 princip. n. 20.*

2

3 Dixi, *in caſu negligentiæ Iudicis laici*; quia extra caſum talis negligentiæ, ſi ſub dicta conditione, ſeu cautela Hoſpitale fundatum ſit, meritò (ne homines à fundandis locis piis abducantur) illud à Iudice Eccleſiaſtico non poteſt viſitari. Et quidem ſi Epiſcopus in fundatione tali conditioni, ſeu cautæ explicitè conſenſit, videtur res eſſe clara; quia, licet Epiſcopus non poſſit præiudicare Epiſcopatui, & Eccleſiæ in iure acquiſito, poteſt tamẽ

4 præiudicare in iure acquirendo: ſicuti colligitur ex Tridentino Concilio *ſeſſ. 22. cap. 8. & 9.* vbi, cùm ſtante quod Eccleſiæ, & loca pia non poſſint ſine conſenſu Epiſcopi fundari. Concilium præſupponat Hoſpitalis fundationem cum tali conditione factam ſubſiſtere, clarè diſponit, dictam conditionem (quod ſcilicet Epiſcopus in dicto caſu non ſe intromittat, nec viſitet) eſſe ſeruandam; & conſequenter Epiſcopum poſſe præiudicare Epiſcopatui, & Eccleſiæ in iure acquirendo. Atque ita docent Abbas Felinus, Lambertinus, & Rochus de Curte, quos citat, & ſequitur Gonzales *ſup. 8. Regul. Cancellar. gloſ. 5. n. 41.* Gutierez *in Repet. l. nemo poteſt ff. de legat. 1. n. 451. & conſil. 1. n. 1.* & Lara *de Anniuerſ.* & Capellan. *lib. 2. c. 1. n. 48. contra Federicum de ſenis conſil. 247.* & alios.

5

6 Quinimmò idem etiam dicendum eſt, quamuis Epiſcopus explicitè in fundatione dictæ conditioni, ſeu clauſulæ non conſenſerit; ſi tamen (vti dicebam) fundator in fundatione Epiſcopum à viſitatione Hoſpitalis excluſerit; quia licet Epiſcopus habeat ius viſitandi loca pia, quantumuis exẽpta, & reuidendi rationes computorum, ex Conc. Trident. *ſeſſ. 22. cap. 8. & 9. de reformat.* non tamen hoc ipſi conceditur, ſi in dictorum locorum fundatione expreſsè aliter cautum ſit ob rationem di-

7 ctam, & vt loquens de reuiſione computorum habet Trident. *loco cit.* quod procedit etiam quoad viſitationem, ſicuti teſte Paſqualigo *to. 2. deciſ. 89.* & teſte Armendar. *in Addit. ad leg. Nauarræ lib. 1. tit. 6. leg. 5. §. 2. num. 66.* declarauit S. Cardinalium Congregatio in his verbis: *Si in fundatione Hoſpitalis ſit dictum, quod Ordinarius non poſſit ſe intromittere in eius viſitatione, non poterit is illud viſitare.* Et teſte Farinacio *to. 1. par. 2. deciſ. 43.* ita determinauit S. Rota Romana *in vna Abulenſi*; & teſte Garſia *de benefic. tom. 1. par. 1. cap. 2. num. 98. & 104.* ita declarauit Paulus V. die 7. Aprilis 1606. Quæ declarationes fundantur etiam in iure communi, nempe in Clement. *quia contingit de religioſ. domib.* vbi ſtatuitur, quod ij, ad quos pertinet ex fundatione, &c. reforment loca pia, tollentes abuſus, & ſolum in caſu negligentiæ ſubintrent Epiſcopi quoad loca pia exempta, vt delegati Sedis Apoſtolicæ. Quapropter licet in limine fundationis exemptio conceſſa ſit ſolum à iuriſdictione Ordinarij, non tamẽ poterit Epiſcopus viſitare vt delegatus ſedis Apoſt. quia nõ habet, quod poſſit viſitare vt delegatus, niſi à Concilio; quare ſi decretũ Concilij nõ derogat exẽptioni conceſſæ in fundatione, neq; etiã Epiſcopus erit conſtitutus delegatus reſpectu ipſorum cùm talis delegatio ſit exemptionis derogatio. Atque ita etiam docent ex communi Azeuedus *tom. 2. lib. 4. tit. 1. leg. 10. num. 29.* Muta *deciſ. 8 num. 29.* Gutierez *lib. 1. canon. qq. cap. 35.* Rodriguez *in ſum. tom. 3. cap. 198.* Paſqualigus *loc. cit.* & Carolus de Graſſis *tract. de effectib. clericat. ff. 1. num. 610. contra Vgolinum de poteſt. Epiſc. cap. 24. §. 1. num. 3.* Rochier. *de poteſt. Ordin. in Exemptos par. 4. qu. 53* Zerolam *in prax. Epiſc. par. 1. ver. Hoſpitale, n. 2.* Martham *de iuriſd. cl. par. 4. cent. 2. caſ. 88. num. 14. & caſ. 113. num. 31.* Fuſchum *de viſit. lib. 2. cap. 12. num. 7. &* 8. Duardum in Bullam Cœnæ *lib. 2. can. 15. q. 7. nu. 16.* Monetam *in tract. de commun. vlt. voluntat. cap. 10. concl. 7.* Barboſam *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 75.* & Riccium *par. 4. dec. 209.*

8

Neque dicas cum Zerola, & aliis, Tridentinum Concilium, Cardinalium Congregationes, & S. Rotam Romanam loqui tantum in caſu viſionis computorum; vel cum Moneta, & aliis, loqui tantum de adminiſtratione fabricæ; vel cum iiſdem, loqui tantum, cùm agitur de immutanda poſitione, ſeu voluntate defuncti, non autem loqui in caſu viſitationis Hoſpitalis; & cùm agitur de exequenda præcisè diſpoſitione, ſeu voluntate eiuſdem defuncti.

Reſpondetur enim, contrarium prorſus colligi 9
ex verbis, & ratione dictorum decretorum; & etiã ex fine, quem habebant Epiſcopi, ſcilicet Hoſpitalia ſimpliciter viſitare, & diſpoſitiones, ſeu voluntates defunctorum non immutare, ſed præcisè exequi: quo tamen non obſtante, abſolutè, & in communi ſine vlla diſtinctione dictum fuit, quod ſi in fundatione cautum ſit, quod ordinarius non ſe immiſceat in viſitatione Hoſpitalis, non poſſit illud viſitare. Et ſic in caſibus occurrentibus, pro quibus dicta decreta emanarunt, Epiſcopi à viſitatione Hoſpitalium, aliorumque locorum piorum, in quorum fundatione modo quo ſupra dicebatur, cautum eſt, ne ſe immiſceant, ſimpliciter ſe abſtinuerunt.

Neque dicas ſecundò cum Barboſa, Tridentinum, Cardinalium Congregationes, & S. Rotam Romanam loqui tantum de Hoſpitali, quod à laicis regitur, tanquam merè laicale, & in quo piæ diſpoſitiones non ſunt; vel loqui tantum de loco pio hoſpitalitatis cauſa priuatim intra ipſiuſmet inſtituentis domũ inſtituto; ita vt ab extra, ſi quid ſpiritualitatis opus ſit, aduocetur, & deſumatur.

Reſpondetur enim ſimiliter, vt ſupra; & addò, 10
quod dicta decreta non ſolum loquantur abſolutè & in communi ſine vlla diſtinctione de omni Hoſpitali, ſed etiam in ſpecie de eo, in quo ſunt piæ diſpoſitiones, & erectæ Capellæ cum onere Miſſarũm, vt patet præcipuè *cit. declaratione Pauli V. in vna Abulenſi* Addo ſecundò, quod Epiſcopus poſſit etiam viſitare Hoſpitale, & locum quemcumque priuatum modo, quo *infra* dicetur in fine præſentis ſectionis.

Neque

11 Neque dicas tertiò cum aliis, dicta decreta loqui tantum, si Episcopus velit Hospitale, vel quemcumque alium locum pium visitare vt Episcopus; secus, si velit visitare vt sedis Apostolicæ delegatus ex vi decreti supradicti Concilij Tridentini

Respondetur enim etiam similiter, vt supra; & addo, quod Cardinales interrogati fuerunt in ordine ad dictum decretum Tridentini Concilij, & in ordine ad idem decretum de eo ipso loquentes responderunt.

Itaque si in fundatione Hospitalis, vel cuiuscunque alterius loci pij cauetur, ne Ordinarius, & Episcopus non possit illud visitare, nisi solum in casu negligentiæ Iudicis secularis, vti supra dicebam. Vnde sequitur, quod si in casu dictæ negligentiæ
12 Iudicis secularis fundator, seu testator alios executores substituerit, neque possit ob dictas eadem rationes illud ordinarius visitare, nisi dicti executores in negligentia etiam prius se constituerint. Atque ita docent Couar. *in cap tua nobis de testam. num.* 2. Mathienzus *lib.* 5 *tit.* 4 *leg.* 7 *glos.* 2. *num.* 2. & *leg.* 14. *glos.* 1. *num.* 45. Auferius *in Apost. decis.* 112. Capella Tholosana, Monetta *de commut. vlt. volunt. cap.* 10. *concl.* 7. *num.* 475. & Perez *de Anniuers. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 26.

13 Obijcies, Concilium Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 9. reuocat omnia exemptionis ab Ordinario priuilegia Hospitalibus concessa; ergo.

Respondetur, distinguo antecedens: reuocat, si illa concessa sint extrà, & non in ipsa fundatione, cõcedo: si cõcessa sint in ipsa fundatione, nego. Atque ita, teste Farinacio, locum illum Concilij interpretando declarauit S. Cardinalium Congregatio in his verbis: *Si loca pia in eorum fundatione exempta facta sint ab Ordinario, per hoc decretum Tridentini nihil eis est derogatum.*

Porrò quod dixi de Hospitali, & quocunque alio loco pio, non posse scilicet Ordinarium illud visitare, si in eius fundatione cautum sit, quod Ordi-
14 narius non se immiscat, idē dicas de Hospitali, Cõfraternitate, & quocunque alio loco pio sub protectione Regis, qua Regis, existente; sicuti ex Concilio Tridentino cit. *sess.* 22. *c.* 8. communiter docent Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 75. *num.* 16. Piasecius *in prax. Episc par.* 2. *cap.* 3. *art.* 5. *num.* 11. Azeuedus *to.* 5. *lib.* 8. *tit.* 14 *leg.* 13. *num.* 9. & Vgolinus, *de potestat. Episc. cap.* 24. §. 1. *num.* 3.

Quamuis nihil obstet, quod ordinarius possit talia loca visitare quoad diuinum cultum, & ornamenta (verum scilicet ibi sacra decenter ministrentur)
15 quia cum causa hæc spiritualis, & Ecclesiastica sit, ad solum Iudicem Ecclesiasticum necessariò, & priuatiuè spectare videtur. Atque ita ex *reg. cap.* 2. *in fin. de custod. Eucharist.* & per totum titulum de Relig. & vener. Sanct. docet Pereira *in tract. de manu Regia par.* 2. *cap.* 17. *num.* 12. & prius Abb. *in cap. vlt. de constitut.*, & alij, quos citat Parisius *consil.* 34. & Curtellius *de Eccles. libertate lib.* 2. *q.* 101. limitans tamen nisi consuetudo fuerit in contrarium.

Neque obijcias Concilij Tridentini decretum in loco supra cit. quia decretum illud intelligi debet circa opera, quæ in Hospitali, Confraternitate, vel quocunque alio loco pio supradicto exercentur, & circa petendas rationes eorum, quæ ibi expenduntur; non autem circa visitationem quoad ea, quæ spectant ad cultum diuinum: quoad hæc enim loca illa visitare ad Iudicem Ecclesiasticum solum necessariò, & priuatiuè spectare videtur, vti supra dicebam. Et sic, vt vno verbo dicam, intelligi debet, cum dicitur, quod Ordinarius non visitet in iis, quæ sub protectione Regis comprehenduntur; non autem intelligi debet, vt neque visitet in diuinis, quæ sub protectione eiusdem Regis non sunt, neque esse possunt cùm in iis Rex iurisdictionem non habeat, neque habere possit.

Cæterùm, si Hospitale, vel quicunque alius 16
pius locus, non sit sub conditione (vt Ordinarius non se immiscat) fundatum, nec sit sub protectione Regis, quà Regis, certum est, quod Ordinarius possit, & debeat illud simpliciter visitare, etiamsi sit Hospitale priuatum; & sit etiam in tali Hospitali priuato possit priuare laicum officio, quod in dicto Hospitali habet, si maè illud administret. Ratio; quia ex dictis piarum causa- 17
tum executor est Iudex Ecclesiasticus quod 18
etiam ex dictis intellige, si fundator sit mortuus; secùs si viuat, & renuat; quia tunc standum est eius voluntati ob rationem dictam, ne alioquin homines abducantur à locis piis fundandis. At extra hunc casum potest, & debet Ordinarius Hospitale, & locum pium quemcumque visitare 19
simpliciter, adeò vt possit, tunc resistentes sine monitione, sine appellationis acceptatione, & & sine scriptura excommunicare, & cedulones affigi præcipere; quia in tali casu non excommunicat vt Iudex, sed vt pars, ius suum conseruando, & seipsum spirituali gladio defendendo. Vide Genuensem *in prax. Archiepisc. c.* 17.

Quid autem dicendum, si non constet, quod conditio (scilicet Ordinarius non se immiscat) apposita sit à fundatore, sed tantum constet de generali exemptione in Breui Pontificio?

Respondetur, quod si Pontifex in Breui con- 20
cedit exemptionem in specie à visitatione, & reuisione computorum ad instantiam fundatoris, nulla est difficultas, quod Episcopus non possit, visitare, nec computa reuidere; quia hoc ipso 21
quod concessio fit ad instantiam partis, constat de voluntate testatoris, quod locus pius fundetur cum tali conditione; si quidem voluntas melius 22
declaratur facto, quàm verbis, *cap. dilecti filij.* 2. *de appellat.* Dec. *ibid. not.* 2. Ancharan. *consil.* 302. *num.* 2. Abb. *consil.* 116. *num.* 3. *lib.* 2. Ias. *in l. reprehendendi. num.* 7. *Cod. de instit. & substit.* Socin. Iun. *cons.* 38. *num.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 42. *num.* 14. *lib.* 2. Gran, *consil.* 13. *crimin. num.* 3. Salicet. *in l.* 1. *Cod. si maior, fac. rat.* Curt. iun. *consil.* 50. *num.* 9. & Gozadin. *consil.* 101. *num.* 3. Vnde cùm fundator procurauerit à Papa concessionem exemptionis à visitatione, & reuisione computorum, iam ex facto ipso constat, quod voluerit ipse fundare cum conditione huiusmodi exemptionis. Accedit, quod forma actus est illa, quæ declarat animum 23
& voluntatem operantis, & magis quàm declarent ipsa verba, *l. si tamen, §. si quis dicit, ff. de edilitio edicto, & l. Paulus, ff. rem ratam haberi*, & docent Dec. *in cap. dilecti, 2. not.* 1. *de appellat, & cons.* 237. *num* 3. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 26. *& reg.* 3. *præsumpt.* 33. Cracta *cons.* 204. *num.* 11. & Menoch. *cons.* 313. *num.* 17. Vnde, cùm forma 24
actus fundationis constituta à Papa ad instantiam fundationis sit, quod locus sit exemptus à visitatione, & reuisione computorum, iam ex hoc declaratur mens fundatis, quod non subiaceat visitationi, & reuisioni computorum respectu Episcopi.

Similiter

Similiter etiam non poterit Episcopus visi-
25 tare, nec reuidere computa, si in Breui exemptionis à fundatione cautum sit, ne in his se immiſceat Episcopus, etsi non ad inſtantiam partis; quia Tridentinum Concilium *in cit. ſeſſ.22.c.9.de reform.* abſolutè decernit, quod nó poſſit Epiſcop. ſe immiſcere, ſi cautũ ſit in inſtitutione, & ordinatione Eccleſiæ, &c. ne ſe immiſceat, ibi: *Niſi ſecus forsè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet*: & non dicit,
26 quod debeat eſſe cautum à fundatore, ſed dicit abſolutè & generaliter; quod autem dicitur abſolutè, generaliter, abſolutè, & generaliter eſt accipiendum, *l.1.§.quod autem, ff.de aleator. l.de pretio, ff.de publica in rem action. l.ſi ſeruitus, ff.de ſeruit. vrb.prad. l. regul.2, §.fin. ff.de iur. & fact.ignorant. l.ſi finita, §.de cæteris, ff.de damno infect. & l.in fraudem. ff. de teſtam. milit.*

27 At ſi in fundatione ſit ſolum conceſſa, generalis exemptio ſine expreſſa mentione immunitatis à viſitatione, & reuiſione computorum, tunc poterit Epiſcopus viſitare, & computa reuidere; quia in generali conceſſione exemptionis non ve-
28 nit immunitas à viſitatione, & computorum reuiſione, *cap.cum venerabilis, de cenſib.* & docent Gratian. *diſc.cept.forenſ.cap.870. num.7.* Riccius *collectan.* 1228. Rota *deciſ.2. de cenſibus in antiq. & deciſ.186.*
29 *par.1. diuerſ.* & Ciarlin. *lib.1. controuerſ.forenſ.cap.65. numero 5.* Vnde Tridentinum *ſeſſ.22.cap.8. de reform.* ſubiicit viſitationi Epiſcopali etiam loca exé-
30 pta, & *cap.9* habet, quod loca pia non ſint immunia à reddendis rationibus, niſi in fundatione aliter expreſsè cautum ſit; & meritò; quia cùm viſitatio, tanquam inducta in fauorem animæ, & in honorem Dei, ſit priuilegiata, ſicuti rectè dixerunt Mar. Antonin. *var.reſol.lib.1.reſol.109.num.5.* & Pauinus *de viſitatione quæſtio.1.num.6. & 9.10. num.1.* non cenſetur illi derogatum per generalia verba, niſi de ipſa fiat expreſſa mentio; quia in generali conceſſione non veniunt, quæ quis veriſimiliter non eſſet in ſpecie conceſſurus, iuxta *regul. in generali, de regul. iuris in 6.* quapropter in generali conceſſione exemptionis non venit conceſſio exemptionis à viſitatione, & computorum reuiſione.

31 Limita tamen, quod hæc doctrina locum non habeat, quando in generali conceſſione exemptionis adeſſet particula, *maximè*, vel alia dictio æquipalens, quæ ſignificaret abſolutam, & totalem exẽptionem; quia ly *omninò*, indiſtinctè comprehendit omnes caſus, vti docent Rolan. *conſ.84.num.24.vol.* 1. Socin.iun. *conſ.131.num.23.vol.* 1. Decian. *conſil.* 182. *num.*2. Ruin *conſ.*133. *num.*8. *vol.*2. Alex. *conſ.* 13. *num.*7. *lib.*2. Flamin. *de reſignat. lib.* 11. *in præfat. num.*12 Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.*49. *numer.* 44 & Tuſch. *lit. D. concl.*322. *numero* 10. quapropter nullam recipit reſtrictionem, vti notat Menochius *conſil.*2. *numero* 256. & Tiraquell. *in leg. ſi vnquam, verſ.reuertitur, num.*78. *Cod. de reuoc. donat.* importat enim quandam totalitatem, quæ, niſi quidquid in tali genere, vel ordine complectitur, includat, ſeruari non poteſt.

Hinc ſecundum Rotam in vna Placentina Archidiaconatus die 4. Maij 1574. & in vna Aſſiſienſi Canonicatus die 14. Iunij 1600. & in vna Calaguritana Canonicatus die 20. Iunij 1605. dictio *omninò*, ſeu *omni modo* complectitur omnes ſpecies eius, cui annectitur; quia nimirum non ſolum includit ſubſtantiam rei, ſed etiam quemcumque modum ipſius, vt proinde falſa reddereturpropoſitio, ſi excipereturaliquid de re, cui adiungitur.

DVBITATIO VII.

An in cauſis mixti fori, ſi vnus Iudex cauſam cognouerit, poſſit alter Iudex ſaltem ex officio procedere, & Reum punire?

SVMMARIVM.

1 *In cauſis mixti fori, ſi vnus Iudex Reum abſoluerit alter ſi Reum ipſum abſolutum deprehendat nocentem condemnare poteſt.*

2 *Iuriſdictio Eccleſiaſtica, & ciuilis, ſeu ſecularis omnino ſunt inter ſe diſtincta, & ſeparata, & abſolutio in vno Iudicio, non parit exceptionem Rei iudicatæ in altero Iudicio.*

3 *Par non eſt, quod Delictum maneat impunitum.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus ſi non puniat Reum pro qualitate criminis, Iudex ſecularis ob dictam rationem, cum punire poteſt iuxta qualitatem delicti.*

5 *Iudex ſecularis è contra ſi mitius puniuerit Reum, poteſt Iudex Eccleſiaſticus pœnam ipſius integrare.*

6 *Doctrina Clari, & nonnullorum Auctorum requiritur circa punitionem Reorum faciendam per Iudicem Eccleſiaſticum.*

7 *Doctrina Couarruuia, & nonnullorum reprobatur, & cur.*

8 *Afferuntur multi textus correcti per alia Iura.*

9 *Iudex ſecularis requiſitus ab Eccleſiaſtico ad præſtandum brachium ſeculare ſi recuſet illud præſtare, cogi poteſt per cenſuras ad illud præſtandum.*

10 *Iudex laicus non poteſt ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici in punitione Clerici, & pœnam exequi iuxta taxatam pragmaticam.*

11 *Iudex Eccleſiaſticus non debet punire Clericum leges ciuiles violantem eadem pœna, qua in laicum ab iiſdem legibus ſtatuta eſt, ſed mitiori.*

12 *Iudex Eccleſiaſticus ſimpliciter ſecundum aliquos Doctores, non debet Clericum pœna temporali punire, niſi lex Eccleſiaſtica, legi ciuili etiam accesſerit.*

13 *Iudex ſecularis nullam iuriſdictionem habet in Clericos præſertim coercituam.*

14 *Negligentia, & iniuſtitia iudicis Eccleſiaſtici non præbet in auctoritatem iudici ſeculari, vt poſſit Clericum iuriſdictionem exercere.*

15 *Doctrina Pereira reiicitur, & cur.*

16 *Ex conceſſione facta Eccleſia nihil concedenti reſeruatur.*

17 *Bona Clericis conceſſa maxime ex titulo ſpirituali Eccleſiaſtica efficiuntur, & gaudent eodem priuilegio, quo gaudent Perſonæ Clericorum.*

18 *Reus punitus à iudice Eccleſiaſtico tantum pœna ſpirituali, ſc. excommunicatione, puniri poteſt à iudice laico pœna temporali.*

19 *Pœna ſpiritualis cenſura eſt facile ad voluntatem*

rem scilicet it sius Rei amoris lic.

20 *Reus totaliter punitus in vno foro nulla intercuiente alterius Iudicis ignorantia, in alio foro puniri prohibetur.*

21 *Æquitas non patitur vt idem de eodem crimine bis iudicetur, & puniatur adæquatè.*

22 *Ecclesiastica, & ciuilis secularis Potestas si æquitas ita exposcat debent ad inuicem se adiuuare, & adinuicem sibi consentire.*

23 *Accusatus in foro Delicti, non potest reaccusari in foro Domicilij.*

24 *Data renuntiatione non potest iterum antiqua causa suscitari; maxime quando æqualis est pœna in vtroque foro.*

25 *Affertur opinio, quam sequitur Author.*

1 RESPONDETVR, & dico primò; si vnus Iudex reum absoluerit, alter Iudex causam cognoscere, & si secundùm allegata reum nocentem deprehenderit, punire eum potest; 2 quia, cùm iurisdictio Ecclesiastica, & ciuilis, seu secularis omninò sint inter se distinctæ, & separatæ, absolutio in vno iudicio non parit exceptionem rei iudicatæ in altero iudicio. Accedit 3 quod par non est, quod delictum maneat impunitum; atque ita ex communi docent Couar. 2. *resol. cap.* 10. *num.* 6. & Clarus *in §. fin. q.* 57. videri etiam poterit Gomez 1. *resol. cap.* 1. *num.* 4.

4 Dico secundò, si Iudex Ecclesiasticus reum in suo foro Ecclesiastico mitius, quàm merebatur, puniuerit (seu ob ignorantiam iuris, vel facti, vel ob quid aliud simile, seu quia non de toto delicto, sed tantùm secundùm qualitatem pertinentem ad suum forum, iudicare, & reum punire voluerit, verbi gratia punire clerici interfectorem, solum quatenus sacrilegus, non autem quatenus hominis iniustus interfector est: vt explicat Mol. *tract.* 3. *disp.* 49. *num.* 3.) Iudex secularis, causa denuo in suo foro cognita, ad integrandam pœnam punire etiam eum potest ob eandem rationem; & quia neque par est, quod delictum maneat, etiam inadæquatè, impunitum; atque ita contra Anguianum *de legib. lib.* 3. *contr.* 32. *n.* 7. & *seqq.* Seraphinum Freitas *Addit. ad tract. de confessar solicitan. q.* 3. *num.* 48. & Antoninum Dianam *par.* 1. *tract.* 2. *resol.* 107. docent ex *cap. Felicis, c.* 2. *de maledicis, & l. placet, Cod. de sacros. Eccles.* probabilius Abbas *in cap. cùm sit, de foro compet. num.* 1. & *in cap. tua, de procurator.* vbi Io. Andreas Alciatus *n.* 154. & alij: item complures Iuristæ, quos citat, & sequitur Cened. *in Can. qq. q.* 36. *num.* 25. Bobadilla *in Polit. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 94. *in gl. lit. D.* Curtelius *in Cod. Siculo glos.* 37. *fol.* 504. & *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q.* 52. *num.* 21. (*quatenus ait*, quod quotiescumque delictum est mixti fori, semper suppletio pœnæ condignæ per vtrumque Iudicem fieri possit si aliter vel conniueat, vel mitius puniat; cùm talis sit huiusmodi delicti natura, hicque legis finis, ne scilicet Reus impunitus discedat) Pereira *tract. de manu Regia par.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. & *par.* 2. *cap.* 56. *n.* 47. Madius *in tract. de sacris ordin. cap.* 35. *numer.* 6. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 4 *quæst.* 4. *dub.* 4. *num.* 93. Miranda *de ordine Iudic. to.* 1. *quæst.* 1. *art.* 7. *concl.* 3. Gutierez *in Can. qq. libr.* 1. *cap.* 12. *numer.* 15. Gomez *tom.* 3. *cap.* 1. *numer.* 40. *concl.* 4. Clarus *cit. quæst.* 57. *n.* 12. & *seqq.* Scaccia *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 91. & Sanchez *de matrim. lib.* . *disp.* 54. *n.* 5. qui etiã docent, quod si 5 similiter Iudex secularis reum mitius puniuerit, possit similiter ob easdem rationes ad integrandam pœnam, Iudex Ecclesiasticus eum etiam puni-

re: supponitur enim, quod Iudex Ecclesiasticus in causis, & criminibus mixti fori, in quibus contra laicos ius habet procedendi, possit, spectato iure communi, eos non solum censuris punire, sed etiam capere, & in propriis Ecclesiasticis nedum Regiis carceribus incarcerare, & in personas, ac in bona eorum executionem facere, sicuti patet ex *c. attendendum*, 17. *q.* 4. *cap. contra clericorum, & cap. vlt. §. si quis verò, de pœnis in* 6. & Tridentino Concil. *sess.* 25. *cap.* 3. *de reformat.* & docent ex Doctoribus supra citatis Couar. *in pra. qq. cap.* 10. *num.* 1. Gutierez *lib.* 1. *pract. q.* 45. *num.* 2. Martha *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 29. Azor. *par.* 2. *lib* 3. *c.* 53. *q.* 3. Segura *in direct. Iudic. p.* 2. *c.* 13. *num.* 44. & Barbosa *de potest. Episc. p.* 3 *alleg.* 107. *num.* 8. quamuis dissentiant, sed immeritò, Clarus *§. fin. q.* 37. *num.* 8. & quidam alij apud Couar. *loc. supra cit.*

Vnde mihi non probatur, quod cum Clar. *loc. supra cit.* docent Anguiã. *de legib. lib.* 3. *contr.* 30. *§ et totam* Salgad. *de protect. Regia to.* 2. *p.* 2. *c.* 4. *num.* 36. & Pereira *de manu Reg par.* 2. *cap.* 57. & *decis.* 117. & *seqq.* Bobadilla *in polit. to.* 1 *lib* 2. *cap.* 17. *n.* 167. & *seqq.* nempe non posse Iudicem Ecclesiasticum in causis & criminibus mixti fori contra laicos aliis pœnis, quàm censuris Ecclesiasticis, excepto casu hæresis, procedere, & tunc criminosos non in carceribus Ecclesiasticis, sed Regiis reponere. 6

Nec etiam mihi probatur, quod docent Couar. *cit. cap.* 10. *num.* 1. Franciscus Molinus *in tract. de brachio seculari lib.* 1. *c.* 3. Curtelius *de Eccles. libert. lib.* 2. *quæst.* 10 & *q.* 121. & alij *ex cap. cùm non ab homine de iudic.* (vbi mandatur Iudici Ecclesiastico, quod procedat per censuras contra reos, & si non proficiat, tunc cùm non habeat amplius, quid faciat imploret brachium seculare) non posse Iudicem Ecclesiasticum siue delegatum, siue ordinarium pro sua sententia exequenda, antequam præmittat censuras, brachiũ seculare implorare, seu inuocare; præsertim quia omnia, iura cùm de inuocatione brachij secularis agunt, absolutè loquuntur in his verbis: *si necesse fuerit, si opus fuerit, & c.* Quapropter *ad cit. cap. cùm ab homine*, & similia, *vt cap.* 1. *de officio ordin.* 8 *& cap. dilecto de sent. excom. in* 6 Respondetur, quod procedant in proprio casu; vel potius, quod sint correcta per iura posteriora, & nouissimè per Trident. Concilium *loc. supra cit. & sess.* 15. *cap.* 5. *de Regular* vide Monetam *in tract. de Iudic. conser. cap.* 8. *numer.* 268. Seguram *in Direct. Iudicum Eccles. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. Barbosam *in Collect. to.* 2. *lib.* 5 *tit.* 26. *cap.* 2. *n.* 8. & Sanctarellum *de hæresi cap.* 6 *dub.* 4. *nu.* 25. qui subdunt, & rectè, quod, si Iudex secularis 9 requisitus ab Ecclesiastico ad præstandum brachium seculare, recuset illud præstare, cogi possit per censuras ad illud præstandum.

Ex dictis tamen non inferas cum nonnullis Iu- 10 ristis (inter quos Mexia *in pragm. taxæ panis concl.* 5. *num.* 71.) quod, si Iudex Ecclesiasticus (cuius proprium est pœnas in clericos exequi) non puniat clericum pœna legis laicalis, vel requisitus, vel negligens, vel plus iusto differens, vel etiam leuem pœnam inferens, possit tunc Iudex secularis se intromittere, & in clericum vsque ad debitam, & taxatam pragmaticæ pœnam exequendo supplere.

Nam (vt *in lib. de Parlamentis, dubetat.* 4. *sect.* 19. 11 dicebam) Iudex Ecclesiasticus non tenetur clericũ leges ciuiles violantem punire eadem pœna, quæ in laicum ab iisdem legibus statura est, sed potest mitiori: quinimò Doctores (inter quos Surdus *con-* 12 *sil.* 304. *num.* 38.) putant, quod Iudex Ecclesiasticus

simpli

ſimpliciter non debeat clericum in tali caſu pœna temporali punire, niſi lex Eccleſiaſtica legi ciuili
13 etiam acceſſerit. vt omittam, quod Iudex ſecularis nullam iuriſdictionem, præſertim coërcitiuam, in clericos habeat, vt *in cit. Dubit.* 4. diffusè probabam. Neque obſtat quod adſit negligentia, & iniuſta, Iudicis Eccleſiaſtici; quia Iudex ſecularis, cùm ſit in inferiori ordine ad Iudicē Eccleſiaſticū, & ſubordinetur ei, non poteſt ſupplere negligentiam eiuſdem: quapropter dici conſueuit, quod
14 negligentia, & iniuſta, iudicis Eccleſiaſtici nō præbeat auctoritatem Iudici ſeculari, vt poſſit in clericum iuriſdictionem (præſertim coërcitiuam, ſeu punitiuam) exercere, vt faceret, ſi eum pœna legis laicalis, etiam ob publicum bonum, ſeu ob publicam vtilitatem latæ, puniret. Vide *c.* 8. *dubit.* 2. *cap.* 9. *dubit.* 1. *& ſeqq. lib. de Parlamentis, cit. Dubit.* 4. *& Dubit.* 10. *in fin.*

15 Neque inferas Secundò cum Pereira *de manu Reg. part.* 2. *cap.* 48. *num.* 3. *&* 4. quod ſi Iudex Eccleſiaſticus non condigne puniat in foro Eccleſiaſtico clericum in ſacris, vel beneficiatum, poſſit tunc Rex eum priuare bonis, quæ eidem conceſſit, non quidem per modum, ſeu viam iuriſdictionis; ſed per modum, ſeu viam œconomicæ gubernationis, improbos ſic à ſe, & ſua domo expellendo; præſertim cum videatur Rex in fauorem legis Canonicæ inſurgere, ſi ſcilicet clericis non ſufficienter punitis addat pœnam, quod priuentur omnibus bonis ſibi à Rege conceſſis; præſertim etiam cùm dicta bona ſub tali conditione conceſſa cenſeantur, & conſequenter ſi adueniente conditione adimantur, ſine iniuria adimuntur, vt patet etiam in feudo.

Nam diſpar ratio eſt in feudo, & in aliis criminibus; vt omittam etiam, quod poteſtas ſecularis nullam iuriſdictionem, præſertim coërcitiuam, ſeu punitiuam, in clericos habeat; & ex alio capite
16 certum ſit, quod ex conceſſione facta Eccleſiæ nihil concedenti reſeruatum cenſeatur (quod procedit etiam in dubio, vti docent Barbatia in *cap. verum de foro compet. num.* 69 Felinus, Tuſchus, & alij, quos citat, & ſequitur Cochier *de liberi. Eccleſiaſtica part.* 1. *cap.* 31. *num.* 21.) & ſic bona clericis
17 conceſſa, maximè ex titulo ſpirituali, Eccleſiaſtica efficiantur, & conſequenter gaudeant eodem priuilegio, quo gaudent perſonæ clericorum, vt habetur *in capite Eccleſia S. Maria de Conſtitut.* & docent communiter Doctores. Vide etiam Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 8. & Cochier *cit. part.* 1. *cap.* 18. *num.* 20. Quapropter ſi Principes alicubi contrarium obſeruant, dicendum, quod id faciant ex priuilegio ſibi à ſede Apoſtolica conceſſo; vel quod ſic in conceſſione expreſſum fuerit.

18 Dico tertiò, ſi Iudex Eccleſiaſticus pœna tantum ſpirituali, v. g. excommunicatione reum puniuerit, Iudex ſecularis pœna temporali, ſcilicet corporali, vel pecuniaria, punire etiam eum poteſt, ob eandem rationem; & quia neque par eſt, vt delictum maneat, etiam corporaliter, impunitum; præſertim cùm pœna ſpiritualis cenſuræ ſit facilè, ad voluntatem ſcilicet ipſius Rei,
19 amouibilis. Atque ita ex communi, & probabiliori ſententia docent Nauar. *lib.* 2. *conſil.* 1. *de iudic. edit.* 2. & Farinac. *in pract. crimin. tit.* 3. *q.* 10. *num.* 39. contra Anguianum, Freitas, & Antoninum Dianam *in locis ſuprà citat.*

20 Dico quartò. Si vnus Iudex in vno foro, nulla interueniente ignorantia, & fraude, reum totaliter iudicauerit, & puniuerit, alter Iudex in altero foro 21
deinde iudicare, & punire prohibetur; quia æquitas non patitur, vt idem de eodem crimine bis iudicetur, & puniatur, adæquatè. Neque obſtat, ſi 22
dicas, quod Eccleſiaſtica, & ciuilis, ſeu ſecularis poteſtas ſint (vt ſupra dicebatur) inter ſe diſtinctæ, & ſeparatæ. Reſpondetur enim, quod licet inter ſe diſtinctæ, & ſeparatæ ſint, tamen, quatenus æquitatis ratio permittit, debent ad inuicem ſe adiuuare, & ad inuicem ſibi conſentire. *argum. cap.* 1. *de noui operis nunciatione.*

Confirmatur; quia ex *l. ſenatus, ff. de accuſat.* 23
accuſatus in foro delicti non poteſt reaccuſari in foro domicilij; ergo ſimiliter accuſatus laicus de crimine mixti fori in iudicio Eccleſiaſtico, non poterit reaccuſari in iudicio ſeculari, & è contra, quod ſaltem dicendum eſt in ſenſu, qui mox infra in Confirmatione ſecunda dicetur.

Confirmatur ſecundò; quia *ex cap.* 2. *de except.* 24
in 6. data præuentione non poteſt iterum antiqua cauſa ſuſcitari, quod ſaltem dicendum eſt quando æqualis eſt pœna in vtroque foro, propter regulam *l. cum quæritur ff. de except. rei iudic.* quia ſi maior eſt pœna, iuxta ea, quæ mox ſuprà dicebantur, ceſſare videtur dicti cap. ratio.

Et in hoc ſenſu vltimo mihi probatur opinio 25
Anguiani, Seraphini Freitas, & Antonini Dianæ, quod ſcilicet Reus in vno foro iudicatus, & damnatus, non poſſit in altero foro iudicari, & damnari; quamuis & in hoc ſenſu vltimo etiam contrarium doceant Doctores *num.* 2. *ſuprà citati*, quorum opinio vera eſt, ſi crimen ſit mixti fori ob diuerſos reſpectus; & propterea punitio tendat ad diuerſas pœnas, diuerſoſque Iudices, & tribunalia; vt verbi gratia ad bonorum confiſcationem per Iudicem ſecularem, & ad ſepulturæ priuationem per Iudicem Eccleſiaſticum, in caſu quod quis ipſemet ſe interfecerit, *vt ſuprà dicebam ſect.* 1. *in fin.* Vide Doctores, quos citat, & ſequitur Felin. *in cap. de his, de accuſat. num.* 13. Vide etiam Nauar. *in cap. nouit, not.* 6. *n.* 70. & Freitas *loc. ſuprà cit.*

DVBITATIO VIII.

An Iudex Eccleſiaſticus in criminibus mixti fori poſſit laicos per propriam familiam, ſine inuocatione brachij ſecularis, capere?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt capere laicos per propriam familiam, ſine inuocatione brachij ſecularis.*

2 *Epiſcopus iuxta doctrinam nonnullorum non habet Territorium, quod tamen refellitur à ſacris Canonibus.*

3 *Epiſcopus habet Diœceſim, & Iuriſdictionem ordinariam, cum Territorio, fiſcum, Carcerem, & familiam armatam, per quam delinquentes capere poteſt.*

4 *Inquiſitores habere poſſunt familiam armatam, ergo etiam Epiſcopi.*

5 *Epiſcopi etiam contra Hæreticos procedere poſſunt.*

6 *Cui conceditur finis, conceduntur media ad illum necessaria, ne concessio finis reddatur inutilis, & frustratoria.*

7 *Episcopo conceditur Carcer, & consequenter concedunturetiam Carceris Custodes, & familia.*

8 *Item conceduntur etiam Ministri, qui Reos capiant, & in carcere deducant.*

9 *Episcopi licet non habeant Dominium temporale, ex declaratione Sac. Congreg. possunt tenere familiam armatam, & habere proprios ministros, & Executores ad carcerandum, & pœnas corporis afflictivas imponendum.*

10 *Episcopi possunt etiam in causis mixti fori contra laicos facere executionem personalem & realem sine requisitione Iudicis secularis, & eos pœnis temporalibus punire.*

11 *Episcopi non possunt imponere pœnas sanguinis, & terminare Iudicium sine recursu ad brachium seculare.*

12 *Vide responsiones ad argumenta in oppositum.*

13 *Episcopis à Concilio Tridentino expresse tribuitur Iurisdictio contra quoscunque etiam laicos, & contra eos procedere potest ad multas pecuniarias, & ad captionem pignorum personarumque districtionem etiam per proprios executores.*

14 *Iudex Ecclesiasticus non solum habere potest proprios Executores, sed etiam executores Curiæ secularis, si velit.*

15 *Curia secularis vt potè in Ordine inferiori inservire debet Curiæ Ecclesiasticæ, vt potè in ordine superiori.*

16 *Invocatio brachij secularis est Iuris remedium extraordinarium, & subsidiarium, quod non debet nisi in subsidium adhiberi.*

17 *In criminalibus mixti fori datur locus prænentioni, in qua non attenditur tantum solaInquisitio, & citatio verbalis, sed attenditur etiam quis nam præuenerit in citatione realis, adeo vt iudex, captura præuenisse dicatur.*

RESPONDETUR affirmatiuè; quia si qua esset ratio, quare non possit, esset, quia, vt docent Aduersarij (inter quos Clarus *in pract. crim. §. 47. num. 8* Anguianus *de legib. lib. 3. contr. 30.* Salgadus *de protectione Regia tom. 2 par. 2. c. 4. num. 2 36. & seq.* Bobadilla *to. 1. lib. 2. cap. 17. num. 167.* Cuttellius *in Cod. c. Nota 87. ad leges Fori ti, num. 11. & de Eccles. libertate lib. 2. q. 4. & 89.* & Pereira *de manu Regia par. 2. cap. 57. num. 2. & seqq. & decis. 117 quos supra sect. 7.* citabam) Iudex Ecclesiasticus ex Cyno, & Baldo, *in l. Episcopale, num. 2. Cod. de Episc. aud.* non habet territorium. Quapropter, inquiunt ipsi, quotiescunque Iudex Ecclesiasticus de causis laicorum criminalibus, vel ciuilibus cognoscit, requirere debet Iudicem territorij Rei, vt illum capere possit, ne videatur extra suum territorium ius dicere, cùm hoc ipsi nec lege aliqua ciuili, nec Canonica reperiatur concessum, quin reperiatur oppositum lege ciuili statutum (vt videre est in *citat. legib. Episcopalem*) & lege Canonica insinuatum, vt colligitur *ex cap. quoniam de offic. ordin.* vbi ad illum implorandum statuitur; & *ex cap. cùm si generale, de foro compet.* vbi, licet dicatur, sacrilegos puniendos esse, non tamen deciditur, per quê capi debeant.

Sed hæc Aduersariorum ratio potius probat contrarium; quia ex *cap. vt animarum de constit. in 6. & cap. omnes basilicæ, 16. quæstio. 7.* (cùm ibi dicatur Ecclesias esse in potestate eius Episcopi, in cuius territorio positæ sunt) manifestè patet, Episcopum habere territorium; ita vt si ius Ciuile alicubi statuerit oppositum, restet ius Ciuile correctum per Canonicum; ergo, &c. Atque ita docent communiter Doctores, glossa *in cap. contra idolorum, 26. q. 5.* Ioan. Andreas *in c. cum contingat, de foro compet. num. 3.* Franchus *in c. fin. eodem tit. numer. 13.* Felinus *in cit. c. cùm sit generale, num. 20.* Matius Antonius *var. resol. lib. 3. resol. 14. num. 1. & seq.* Pegna *in director. Inquisit. par. 3. comment. 116.* Francisc. Leo *in Thes. fori Eccles. par. 1. cap. 9. num. 19. & seqq. & par. 2. cap. 16. num. 16.* Campanile *in diuers. Iur. Canon. rubr. 12. c. 13. n. 87. & seq.* & Bellettus *in disquis. cleric. par. 1. tit. de fauore clerec. reali, § num. 18.*

Confirmatur, quia Episcopus habet Diœcesim, & iurisdictionem ordinariam, ergo & territorium. Consequentia probatur, quia Diœcesis, & territorium sunt idem, vt docet Abbas *consil. 82. num. 7. lib. 1.* & Alexander *consil. 248.* & iurisdictio ordinaria non potest esse sine territorio, vt docet Bert. Angelus *in l. fin. Cod. vbi,* & apud quem Parisius *volum. 4. consil. 16.* & Boërius *decis. 217.*

Cùm igitur ex dictis Episcopus habeat Diœcesim & iurisdictionem ordinariam cum territorio, consequens est, quod etiam habeat fiscum, carcerem, & familiam armatam, per quam delinquentes capere possit, sicuti dicebam *cap. 4. Dubitat. 15. sect. 2.* & docent gl. Ioan. Andreas, Franchus, Felinus Mar. Anton. Pegna, Francisc. Leo, Campanile, & Bellettus *in locis supra cit.* Item etiam Tuschus *lit. M. conclus. 263. numer. 41. & 42.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 107. num. 1.* Ciarlinius *contr. foren. cap. 50. num. 25 & 24.* Caluacanæus *de brachio Regio par. 4. num. 258.* Rolandus à Valle *lib. 4. cons. 37.* Lælius Iordanus *de maior. cauſ. par. 2. cap. 8.* Mollinus *de brachio seculari num. 18.* & Diana *par. 1. tr. 2. resol. 88.*

Et probatur vlterius, tum quia Episcopus habet imperium in sua Diœcesi, ergo & habere potest familiam armatam. Consequentia patet ex textu *in l. illicitas, ff. de offic. Præsid. §. qui vniuersas,* vbi Doctores Odofredus, Albericus, & alij. Antecedens probatur ex *cap. contra Idolorum, c. propterea, 26. quæstio. 5. cap. animadvertendum, 17. quæstio. 4. & cap. 1. de hæret. in 6.* & Clement. *1. eodem tit.* & docent Baldus *in authent. ea, quæ Cod. de Episc. & cleric. num. 6.* Geminian. *in cap. cùm Episcopus de offic. Ordinar. in 6.* & Anania *in cap. 2. de adulter. & cap. qualiter, 5. ad corrigendos, de accusat.* Tum quia Inquisitores habere possunt familiam armatam, *Clement. 2. §. porrò de hæret.* ergo & habere possunt Episcopi, quia Episcopi etiam contra hæreticos, sicut Inquisitores, possunt procedere, *Clement. 1. eodem tit.* Tum quia concessa iurisdictione licent omnia, quæ ad illam tuendam, & exercendam sunt necessaria. *leg. 2 ff. de iurisdict. omn. Iudic.* & meritò, quia cui conceditur finis, conceduntur media ad illum necessaria, ne concessio finis reddatur inutilis, & frustratoria: *ex cap. cùm infirmitas de pœnitentia, ex cap. quoniam de sentent. excommunicat. in 6.* Vide etiam *cit. cap. Episcopus, de offic. Ordin. in 6. & cap. clericos, de sentent. excommunicat. eodem lib.* vbi Episcopo conceditur carcer, & consequenter conceduntur etiam carceris custodes, & familia, tum ex dictis, tum ex textu *in cit. Clement. 1. §* fine *de hæret.* quin & conceduntur etiam ministri, qui reos capiant, & in carcerem deducant, tum etiam ex dictis, tum

ex

ex textu in cit. cap. contra idolorum, & ibi gloss. 26. q. 5. cit. cap. attendendum, 16. q. 4. & cit. cap. 2. de adult. in quibus iuribus expressè dicitur, quod Episcopus possit laicos capere, & in carcerem intrudere. Quapropter ex dictis iuribus, & ex Concilio Tridentino mox infra citando determinauit S. Cardinalium Congregatio coram Pontifice Pio V. die 9 5. Iunij 1567. quod Episcopi, licet non habeant dominium temporale, possint tamen tenere familiam armatam, & habere proprios ministros, & 10 executores ad carcerandum, & pœnas corporis afflictiuas imponendum, & possint in causis, etiam 11 mixti fori, contra Laicos facere executiones personales, & reales sine requisitione Iudicis secularis, & eos pœnis temporalibus punire (etsi non possint imponere pœnam sanguinis, & terminare iudicium sine recursu ad brachium seculare) quidquid in contrarium dicant Amaia in lib. 10. Codicil. Hieronymus Leo in decis. Valent. par. 2. decis. 154. tit. 19. num. 36. Larrea in decis. Granat. par. 1. dec. 1. numero 16. & seqq. Moscosus in allegat. numer. 24. & prius dixerint gloss. in cap. dilecto de sent. excommun. in 6. Hostiensis, Abbas, & Felinus; contra quos propterea meritò est communis opinio, sicuti tradunt Clarus in prax. crimin. §. fin. q. 35. num. 18. Capycius dec. 12. num. 1. Tuschus tom. 3. lit. E. concl. 27. numero 21. Farinacius q. 8. num. 40. Suarez in Thesauro recept. sent. ver. Clericus, n. 129. Gratian. decis. 232. n. 2. Ioan. de monte Sperello penes Calcaneum consil. 72. Barbatius in cap. cum non ab homine, num. 54. & 40. & Martha de iurisdict. par. 1. cap. 50. num. 12. & colligitur ex iis, quæ dicebam cit. cap. 4. Dubit. 15. sect. 2.

Neque dicas, in dictis iuribus esse quid 12 speciale pro illis casibus, de quibus est sermo ibi.

Respondetur enim, quod id gratis dicitur, & obstant, quæ supra dicebam, & infra dicam.

Neque dicas secundò, in cit. cap. attendendum, non exprimi laicos.

Respondetur enim, quod, dum textus ibi loquitur de sacrilegis, loquitur indefinitè, & sic includit etiam laicos, ita vt & hi, si sacrilegi fuerint, à Iudice Ecclesiastico puniri possint. Quod & patet ex Tridentino Concilio sess. 25. de reformat. c. 5. vbi expressè tribuitur Episcopo iurisdictio cõtra quoscunque etiam laicos, vt contra eos procedere pos- 13 sit ad mulctas pecuniarias, & ad captionem pignorum, personarumque districtionem per suos proprios, vel alienos executores faciendam, & consequenter quod possit tenere familiam armatam, & tenere proprios executores, etiam in laicos, nedum in clericos.

Neque dicas tertiò, quod Iudex Ecclesiasticus habet censuras, & potest vti brachio seculari, ergo non est, cur aliud ipsi competat.

Respondetur enim, nego consequentiam: nam hoc Iudici Ecclesiastico concessum est in maiorem 14 fauorem, quod habere possit non solum proprios executores, sed etiã, habere possit, si opus fuerit, executores Curiæ secularis, & meritò, quia hæc, vt potè in ordine inferiori, inseruire debet Curiæ Eccl. 15 vtpotè in ordine superiori. ex c. Princeps, 23. q. 5. c. 1. & c. quoniã extra de offic. iudic. ord. Accedit, quod inuocatio brachij secularis est iuris remedium ex- 16 traordinarium, & subsidiarium, quod non debet, nisi in subsidium, experto iam ordinario, Episcopus adhibere. c. 1. de stat. regular. & cap. 2. de cleric. excommunicat. ministr. & docet gl. in Clement. 2. de religios. ver. remedio, & Doctores, in cap. nuper non ab ho-

mine, de iudic. Accedit secundò, quod in criminibus mixti fori (in quibus, vt dicebam supra, & habetur in l. si quis postea, ff. de iudic. & docent ibi communiter Doctores, datur locus præuentioni, in qua præuentione non attenditur tantum sola inquisitio, & citatio verbalis, teste Bossio tit. de foro compet. n. 130. Sed etiam attenditur, quisnam præuenerit in citatione reali, adeò vt Iudex capturæ præuenisse dicatur, & meritò; cùm captura realis præponderet verbali) si Episcopus non haberet ad effectum, vt possit personaliter reos capere, familiam armatam, esset aperta via fraudibus contra iurisdictionem Ecclesiasticam, vt scilicet nunquam Iudex Ecclesiasticus in dictis criminibus mixti fori posset Iudici laico præuenire. 17

DVBITATIO IX.

An Iudex Ecclesiasticus in causis Ecclesiasticis, in quibus petit auxilium à iudice seculari teneatur ei processum præbere?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur processum præbere Iudici seculari in iis, in quibus ab ipso petit auxilium.*

2 *Iudex laicus siue per Ordinarium, siue per delegatum Iudicem Ecclesiasticum requisitus, non potest petere se velle instrui, vel videre si coram Iudice Ecclesiastico ritè processus fuerit fabricatus.*

3 *Item non potest petere copiam processus, neque executionem brachij petiti differre, neque vllo modo directè, vel indirectè se intromittere.*

4 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui Iudicis laici.*

5 *Iudex Ecclesiasticus par est, vt acquiescat processui Iudicis laici, si suspicione erroris carere videatur.*

6 *Si executio Iudicis Ecclesiastici, pro qua auxilium petitur, sit modici praiudicij, acta non remittuntur: secus si de magno praiudicio agitur, præsertim si instat, qui interesse habet.*

Respondetur negatiuè, adeò vt Iudex laicus, siue per ordinarium, siue per delegatum Iudicem Ecclesiasticum requisitus, non possit petere se 1 velle instrui, vel videre, num ritè coram Iudice Ecclesiastico processus fuerit fabricatus, sed statim teneatur suum brachium petitũ im- 2 pertiri, etiamsi sibi non ostendatur processus, cuius copiam nõ potest petere, neque executionem brachij petiti differre, neque vllo modo directè, vel indirectè se intromittere; quia ad Iudicem laicum, vtpotè subordinatum Iudici Ecclesiastico (qui est in ordine superiori ad ipsum) spectat solum nuda, & pura executio (vnde patet disparitas de Iudice Ecclesiastico in ordine ad Iudicem laicum, quod si scilicet tractetur de remittendo reo Iudici laico, vel de qua alia re simili, non teneatur similiter Iudex Ecclesiasticus stare processui Iudicis laici, iuxta ea, quæ dicentur c. 16. dub. 43. Quamuis, si Iudicis laici 4 processus suspicione erroris carere videatur, par sit, quod Iudex Eccl. dicti Iudicis laici processui acquiescat, iuxta ea, quæ dicebatur s. p. dub. 1. sect. 1. in fin.) 5

Atque

atque ita ex probabiliori sententia Doctorũ docent Moneta *de iudic. conseru. c.* 8. *n.* 261. *& seq.* Segura *in in Director. Iud. Eccles. p.* 2. *c.* 13. *n.* 33. & Anguianus *de legib. lib.* 3 *contr.* 31. *n.* 7. *& seq.* contra Bartolum *in l. Magistratibus, ff. de iurisdict. & in l. diuus de custodia reorum*, Baldum *in l. criminali, Cod. de iurisdict.* Rolandum à Valle *lib.* 1 *consil.* 37. *num.* 5. *& seqq.* & alios apud Barbosam *de potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 108. *num.* 26. & Cenedum *in Canon. qq. quæst.* 36. *n.* 13. Quod ex dictis contra Mirandam *de ordine iudiciario to.* 1. *q.* 5. *art.* 1. *concl.* 1. & Azeuedum *in recopil. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 15. *num.* 4. intelligendum est; etiamsi Iudex Ecclesiasticus procedat in causis mixti fori. Vide, quæ dicebantur *cap.* 8. *Dubit.* 26. *per totam*, & quæ tradit Barbosa *cit. alleg.* 108. quibus consentit etiam Curtellius, hac tamen allata differentia, quod si executio Iudicis Ecclesiastici, pro qua auxilium petitur, sit modici præiudicij (vt si agatur de captura, & frustrario iudicij timeri possit) acta non remittantur; secus si de magno præiudicio agatur, præsertim si instet, qui interesse habet. At quod dixi simpliciter, est multò probabilius ob rationem dictam.

DVBITATIO X.

An, si Iudex laicus cum hæretico sibi remisso mitiùs agat, & pœnam mortis per ignem in eum non inferat, possit Inquisitor, vel Episcopus contra talem Iudicem per censuras procedere?

SVMMARIVM.

1. *Inquisitor, vel Episcopus potest procedere per censuras contra Iudicem laicum, si cum Haretico sibi remisso mitius agat.*
2. *Iudex laicus est merus Executor in tali casu, & tenetur iuxta leges statim in Reum pœnam mortis per ignem inferre, alioquin tanquam fautor hæreticorum habetur.*
3. *Inquisitores, & Episcopi contra Reum procedentes in crimine hæresis præseruantur ab Irregularitate.*
4. *Iudex laicus non debet exequi sententiam Inquisitoris, & Episcopi, si talis sententia euidentissimæ iniquitatis arguatur.*
5. *Quid facere debeat Iudex laicus, si Inquisitor, & Episcopus remissius agant in hæreticum.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia Iudex laicus in tali casu est merus executor, & teneretur iuxta leges statim in reum pœnam mortis per ignem inferre; alioquin tanquam fautor hæreticorum habebitur, & consequenter de iure censuris puniri poterit; Atque ita docet Felinus *in cap. ad abolendam, de hæret.* & ex Bullis Vrbani IV. Clementis IV. & Innocentij IV. docet Campegius *in Addit. ad Zachinũ de hæret. c.* 8. *lit. A. &* ex Bulla Innocentij VIII. docet Pegna *in Direct. Inquisit. par.* 3. *q.* 36. *comment.* 85. Miranda *in ordine Iudiciario to.* 1. *q.* 1. *art.* 5. *concl.* 6. Suarez de Paz *in pract. to.* 2. *prel.* 2. *n.* 30. Mendez *in prax. Lusitana lib.* 2. *c.* 1. *num.* 16. Lorca *in* 2. 2. *S. Th. q.* 11. *art.* 4. *disp.* 49. *nu.* 9. Io de Henia *in Curia Philipp par.* 3. *§.* 1. *n.* 19. Farinacius *tr. de hæresi q.* 185. *n.* 162. Sanctarellus etiam *tr. de hæresi cap.* 60. *dub.* 4. *n.* 13. Curtellius *de Eccles. libertate lib.* 2. *q.* 135. & alij complures, quos citat, & sequitur Cenedus *ad decret. Collect.* 55. *n.* 2. contra Seraphinum Freitas *in Addit. de Confessar. solicit. quæstio.* 2. *numer.* 78. (qui licet concedat, dictum Iudicem laicum ad hæreticum morti tradendum compelli posse, & debere, tamen censet cõpelli posse, & debere à suo legitimo superiore, non autem ab Inquisitore) & contra Anguianum tract. de legibus *lib.* 3. *controuers.* 31. *num.* 37. *& seqq.* vide, quæ dicebantur *cit. c.* 8. *dubit.* 26. *per totam.*

Obiicies, si hoc esset, sequeretur, quod Inquisitor incurreret irregularitatem, instando scilicet, & compellendo, quod Iudex laicus in reum pœnam mortis inferat, quod est absurdum; ergo. 3

Respondetur nego sequelam antecedentis; quia ad impediendam talem irregularitatem Paulus IV. & Pius V. motu proprio decreuerunt, quod Inquisitores, & quicunque alii ministri, vel Consultores S. Officij, quomodocunque ad Rei condemnationem concurrant, ab irregularitate immunes sint. Vide Lorcam *loc. supra cit.* Cenedum *in pract. qq. q.* 15. *num.* 5. Henric. *lib.* 14. *c.* 12. *num.* 5. *in gl. lit. B.* Medinam *in sum lib.* 1. *c.* 11. *§.* 10. *reg.* 4. Auilam *de censur. p.* 7. *disp.* 5 *sect.* 2. *dub.* 2. Sanctarellum *de hæresi cap.* 26. *dub.* 1. *n.* 8.

6 Cæterum, quod dixi, si *scilicet Iudex laicus cum hæretico sibi remisso mitius agat, posse per Inquisitorem, vel Episcopum contra talem Iudicem per censuras procedere.* intellige, nisi fortè sententia euidentissimæ iniquitatis argueretur, quia tunc non ab executione, sed à receptione rei abstinere, commissionemque executionis recusare deberet Iudex laicus, per tradita à Martha *de iurisd. par.* 1. *cap.* 51. *num.* 32. *& seqq. & cap.* 52. *num.* 17. Sed an, si e contra Inquisitor, vel Episcopus similiter remissius agat, & per iniuriam reum inultum dimiserit, possit etiam Iudex laicus pro publica disciplina in hæretieum cõuictum animaduertere, & legales pœnas exequi, sicut fecisse traditur in Sicilia Offunensium Dux, cùm esset Regni illius Prorex, remitto me iudicio, & censuræ dominorum Inquisitorum.

DVBITATIO XI.

An Iudex Ecclesiasticus possit iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam laicis committere?

SVMMARIVM.

1. *Iudex Ecclesiasticus quoad causas mere ciuiles, & pecuniarias potest iurisdictionem Ecclesiasticam laicis committere, secus quoad causas mere spirituales.*
2. *Summus Pontifex si ita expedire iudicauerit simpliciter Iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam laicis committere potest, non solum quoad causas ciuiles, sed etiam criminales quin & etiam spirituales.*

RESPONDETVR distinguendo: quoad causas mere ciuiles, & pecuniarias, potest: quoad causas spirituales, non potest; si tamen Iudex Ecclesiasticus committens sit inferior Summo Pontifice, sic communiter Doctores, & obseruatur in praxi.

Dixi, *si Iudex Ecclesiasticus committens sit* 1

infe-

inferior summo Pontifice; quia certum est, quod summus Pontifex, si sic expediens iudicauerit,
2 simpliciter iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam laicis committere possit, non solum quoad causas ciuiles, sed etiam criminales, quin & etiam spirituales. Vide Nauarrum *cap.27 num.6.* Aufrerium *de potest. secul. reg.4 fallent. 3.* & Cuttellium *de Eccles. libert. lib.2.q 113.*

Dixi secundò, *sic obseruari in praxi*; quia in puncto iuris forsan est probabilius oppositum. Vide Angularum *in tract. de legib. ac.1.lib.2.contr. 25. num.4.*

DVBITATIO XII.

An Iudex Ecclesiasticus possit iudicare & punire clericum in casu, quod hic defectu alicuius conditionis à Concilio Tridentino sess.23.c. 6.vt fori priuilegio gauderet, requisitæ, fori priuilegio non gaudet, & sic foro laicali subijcitur?

SVMMARIVM.

1 *Clericus in casu recensito in titulo iudicari, & puniri potest non solum à Iudice laico; sed etiam à Iudice Ecclesiastico.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, ita vt in tali casu clericus iudicari, & puniri possit non solum à Iudice laico, sed etiam à Iudice Ecclesiastico, etiam si præuenerit Iudex laicus; Atque ita declarauit S. Cardinalium Congregatio teste Bonacinâ *de legib. disp.10. q.2. punct.1.§.4.num.19.*

DVBITATIO XIII.

An qui offendit cursorem, vel alium Iudicis Ecclesiastici ministrum, possit eum Iudex laicus, vel Ecclesiasticus tantum punire?

SVMMARIVM.

1 *Familia laica Episcopi gaudet priuilegio fori, quo gaudent Clerici.*
2 *Iudex Ecclesiasticus potest excommunicare Iudicem laicum, si velit causas ciuiles suæ familiæ cognoscere.*
3 *Offendens Cursorem, vel alium ministrum Iudicis Ecclesiastici puniri potest ab vtroque Iudice, & si laicus Iudex præuenerit, inhiberi non potest à Iudice Ecclesiastico, & è contra.*
4 *Offendens, vel iniurians Clericum puniri potest à Iudice laico, si præueniat.*
5 *Amplia id procedere etiam si non offendat ministrum vt priuatam Personam intuitu odij, sed vt publicam intuitu officij.*
6 *Offendens Principis Consiliarium vt Personam priuatam ex odio, & inimicitia non incurrit crimen læsæ maiestatis; secus si offendat vt personam publicam intuitu officij.*
7 *Indultum excipiens offensam factam in Personam officialis, intelligitur si talis offensa proueniat intuitu, & contemplatione officij, non autē si proueniat ex odio, & inimicitia particulari.*
8 *Offendens ministrum S. Officij ex odio, & inimicitia particulari non incurrit panas Bullæ Pij V. si de protegendis. secus est si offendat intuitu officij.*
9 *Offendens venientes ad Apostolicam sedem, licet censuram Bullarem non incurrat, si offendat illos vt Inimicos particulares, eam tamen incurret si offendat vt venientes formaliter.*
10 *Opiniones nonnullorum quoad dictam punitionem reiciuntur & quæ, & Cur vide ibi.*
11 *Episcopus punire potest propriam familiam iniuriantes, etiam si Iurisdictionem non impediant, & multo magis si impediant.*
12 *Turbans Iurisdictionem Iudicis punitur ab illo Iudice cuius iurisdictio turbata est.*

SVPPONO, quod Iudex Ecclesiasticus, 1
v. g. Episcopus, possit tenere familiam, & familiam armatam (vti dicebam *supra dubitat.8.*) & quæ, licet laica, gaudeat priuilegio fori, quo gaudent ipsimet clerici, ita vt si Iudex laicus delicta (quin & in opinione multorum, causas ciuiles) talis familiæ velit cognoscere, possit Iudex Ecclesiasticus illum excommunicare, vti patet ex iis, quæ dicebam *cap. 4. dubit. 15. & seqq.* & ex communi docent Abb. *in cap. fin. de offic. Archidiac. num. 5. cap. cum non ab homine de iudic. num.2. & c.2. de foro compet. num.6.* Io. Antonius de Nigris *in extranag. vnic. de vita, & honestat. cler. num.89.* Calcaneus *consil.71. num.4.* Barsatus *consil.25. num.13. lib.1.* Natta *consil. 576. nu. 5. in fin. lib.3.* Bombinus *consil.10. num.10.* Viuius *decis.116. nu.1.* Ambrosius Machin. *in resolut. pro iurisdict. Ordin. Milit. art.6. n.58.* Bossius *tit. de foro compet. num.127.* Decianus *in tract. crimin. to.1. lib. 4. cap.4. num.47. & 57.* Marsilius *cons.67. num.60.* Sbrozius *de Vicario Episcopi lib.2. q.147. num.2.* Belluga *in Specul. Princ. rubr.11. §. videndum, num.6.* Villalobos *in commun. opin. lit. F. num.53.* Menochius *de arbitr. cas.561. num.13.* Carolus de Grassis *de effectib. cler. eff.1. num.128.* Trentacinquius *var. resol. lib.2. tit. de foro compet. resol.1. num.1.* Grassius *in decis. par.1. lib.3. cap.5. nu.26.* Carleualius *de iudic. disp.2. q.6. sect.3. num.427. & seq.* Curia Philippica *to.1. par.1. §.1. num.15.* Monteallegr. *in prax. Ciuili lib.1. cap.9. num.249.* Duardus *in Bullam Cœnæ lib.2. can.15. q.8. n.2.* Thesaurus *decis.22.* Reginaldus *to.1. lib.9. cap.23. num.154.* Angelus *in summa ver. famulus, num.6.* Baiardus *in Addit. ad Iulium Clar. § fin. q.36. num.2.* Bellouis. *in pract. crimin tit. de iniur. n.43.* Paramus *in respons.2. pro iurisdict. S. Officij*, Megalius *in promptuar. to.2. ver. familia num 10.* Scaccia *de iudic. lib.1. cap.11. num.22.* Suar. *in cõmun. opin. ver. Clericus*, Zambellus *in Reper. mor. ver. Ecclesia, quoad eius libertatem, num.10.* Acugna *in decret. Gratiani par.1. dist.31. c.10. n.11.* Riccius *par.2. decis.191. & par.1. decis.96. & in praxi par.1. resol.473. n.2.* Mar. Antonius *var. lib.3. res.14. n.1. & seq.* Campanile *in diuers. iur. Canon. rub.12. c.13. n.88.* Zerola *in prax. Episc par.1. ver. Episcopus num.11.* Cenedus *in qq. Canon. q.4. n.26.* Gratianus *decis. Marchiæ 133. n.1.* Martha *de iurisdict. par.4. cas.111. n.3.* Narbon. *in 3. p. recop. lib.4. tit.1. leg.20. gl.22. n.4.* Barbosa *de potest. Episc. par.3. allegat 107. n.1. & seq.* Madius *in tract. de sacr. ordinib. c.14. num.46.* Leo *in Thes. fori Eccles. p.1. cap.11. num.19.* Bellettus *in Disquis. cleric. p.1. tit. de fauore cleric. reali, §.1. num. 13. & 14.* & alij multi, quos *cit. dubit. 15.*

Ceuallos

zed by Google

Ceuallos *tract. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 58. num. 10.* Caravitam *ritu 43. num. 24.* Cortellium *in Cod. legum Siculorum Martini Regis post cap. 21. in Conc. d Inquis. cap. 2. num. 10. & 11. & in Patrocinio Regiæ Iurisdict. num. 101.* Moscosum *in allegat. num. 25. & seqq.* & Pereiram *de manu Regia p. 1. c. 19. num. 13.* Hoc supposito.

3 Respondetur, quod puniri possit ab vtroque Iudice, ita vt sit crimen mixti fori & consequenter Iudex laicus præuenerit, inhiberi non possit à Iudice Ecclesiastico; sicut nec inhiberi potest à
4 Iudice laico Iudex Ecclesiasticus, si præuenerit Ecclesiasticus Probatur, quia offendens, vel iniurians clericum (quamuis clericus quo ad personam subiectus sit Iudici Ecclesiastico magis, quàm ministeri Curiæ Ecclesiasticæ) puniri potest à Iudice laico, si præueniat Iudex laicus; ergo multò magis offendens ministrum Curiæ Ecclesiasticæ puniri poterit à Iudice laico, si similiter præueniat Iudex laicus. Consequentia patet. Antecedens probatur ex iis, quæ supra *dubitat. 3. & 4.* dicebantur, quod scilicet sacrilegium punire sit mixti fori. Et ita quidem etiam, bene perspecta generalitate textus *in cap. 1. de foro comp.* dicendum est, vt cõtra Glossam *in Auth. item nulla, Cod. de Episc. aud. Ecclesia*, Bartholum *in l. 2. Cod. de Summa Trinit. num. 144.* Mauratam *in spec. p. 6. num. 141.* Sperellum *decis. 86.* & alios tenentes, quod punitio offendentis clericum spectet solum ad Iudicem Ecclesiasticum, adnotarunt Martha *de iurisdict. p. 2. cap. 27. numer. 6.* Valbos *super cit. cap. §. 4. num. 34* Chartarius *decis. crimin. 6. n. 2.* & Diana *p. 6. tr. 8. resol. 3.*

5 Et hoc verum est non solum, si offendens clericum, vel Iudicis Ecclesiastici ministrum, offendat illum vt personam priuatam, scilicet ex odio, vel inimicitia priuata, sed etiam si offendat vt ministrum, scilicet intuitu officij, quod gerit (etiamsi in hoc casu maius delictum sit; cùm offendatur non solum persona, sed etiam iurisdictio illius cuius ipse minister est, & iussa exequitur. Quo inde
6 patet, quia offendens Consiliarium Principis, licet crimen læsæ Maiestatis non incurrat, si illum offendit vt personã priuatam, seu ex odio, & inimicitia particulari, incurrit tamen, si eundem offendit vt personam publicam, seu intuitu, & contemplatione officij, quod gerit. Fabius de Anna *consil. 67. num. 2. volum. 2.* Hondedeus *consil. 105. & 108. lib. 1.* Capycius *decis. 130.* Oddus *consil. 88.* Rolandus *consil. 88. numer. 2. lib. 2.* Decianus *consil. 18. num. 317. volum. 1.* Peregrinus *de iure fisci lib. 4. tit. 5. num. 27.* & alij, quos citat, & sequitur Diana *cit. resol. 3.* Quapropter Vincentius de Franchis *decis. 326.* Caballus *resol. crim. cas. 148. num. 5.* & Romitus
7 dixerunt, quod indultum excipiens offensam factã in personam Officialis, intelligatur, si talis offensa proueniat intuitu, & contemplatione officij; non autem si proueniat ex odio, & inimicitia particu-
8 lari. Item secundò; quia offendens ministrum S. Officij, licet pœnas Bullæ Pij V. *si de protegendis*, non incurrat, si illum offendit ex odio particulari, incurrit tamen, si offendit intuitu officij. Carena *in tract. de modo procedendi in S. Officio, tit. 10. §. 6.*
9 *numer. 23.* & Diana *loc. supra cit.* Item tertio, quia offendens ad Apostolicam sedem veniens, licet censuram Bullarem non contrahat, si offendit illos vt inimicos particulares, contrahit tamen, si offendit eosdem vt tales, scilicet vt ad Apostolicam sedem venientes formaliter. Duardus *in Bull. Cœn. lib. 2. car. 9. quæst. 32.* & Diana *cit. resol. 3.* Vide etiam quæ nos *cap. 2. dubitat. 6. & 7.* dicebamus) quia vtrobique est sacrilegium, & vtrobique tractatur de punitione sacrilegij, quæ cùm sit quæstio facti, & non iuris, est mixti fori, vt *supra dubit. 3. & 4.* dicebatur, & docet etiam Chartarius *decis. crim. 96. n. 30. 33. & 34.*

Vnde contra Farinacium *consil. 134.* & Antonin. 10
Dianam mihi non probatur, quod, si quis offendat cursorem, vel alium Iudicis Ecclesiastici ministrum vt officialem, punire eum spectet solum ad Iudicem Ecclesiasticum. Et multò minus contra Glossam, Bartholum, Maurantam, & Sperellum in locis supra cit. mihi probatur, quod spectet etiam solum ad Iudicem Ecclesiasticum punire eundem, si offendat Cursorem, vel alium Iudicis Ecclesiastici ministrum vt personam priuatam: sicut etiam multò minus contra Seguram *in Direct. Iudicum Eccles. p. 2. cap. 6. num. 10.* mihi probatur, quod è contra Iudex Ecclesiasticus sit solum Iudex competens in dicto casu, si iniuria illata sit ipsius familiæ, tanquam officiali, seu contemplatione officij: secus, si illata sit, tanquam personæ priuatæ, seu ex odio, & inimicitia priuata; quia contrarium omnino patet ex dictis in cit. *dubit. 3. & 4. & ex glos. in cap. 1. de pœnis in 6.* vbi disertè ait, quod Episcopus 11
punire possit iniuriantes propriam familiam, etiamsi iurisdictionem non impediant; & multò magis, si impediant; quia tunc intrat regula, quod turbans iurisdictionem. Iudicis punitur ab illo Iudice, cuius iurisdictio turbata est, et- 12
iamsi ille alias esset Iudex incompetens. Vide Menochium *consil. 230. num. 82. & seq. lib. 2.* & Eugenium *consil. 31.*

DVBITATIO XXIV.

An Iudex laicus, vel solum Ecclesiasticus, possit mortuo Episcopo, bonorum inuentarium pro spolio facere?

RESPONDETVR, de hac re dixi *cap. 8. dubit. 23.*

DVBITATIO XXV.

An Iudex Supremus, scilicet Princeps, etiam Ecclesiasticus possit legatos, seu Oratores, eorumque famulos, si apud se residentes, generaliter contra ius naturale, aut ius gentium Rempubl. vel ipsius caput, aut membra offendendo deliquerint, condignè punire?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Legatos punire est contra Ius gentium.*
2 *Legati in sententia multorum Auctorum non possunt puniri etiamsi moliantur contra Rempublicam, & Regnum.*
3 *Legati puniri possunt si contra Rempublicam*

cum, & Regnum moliantur.

4 *Ius gentium naturale, & Diuinum dictat, quod delicta præsertim contra ipsamet talia Iura non remaneant impunita. vide alias rationes.*

5 *Ius gentium protegit, & immunes reddit Legatos solùm intra terminos Legationis, vt possint etiam inter hostes libere, & sine periculo accedere.*

6 *Impune delinquere contra ius naturale non spectat ad munus Legationis.*

7 *Ius Gentium non concedit id quod est contra ius naturale.*

8 *Ius quodlibet, & lex qualibet non extenditur magis, quam exigat finis.*

9 *Lex est medium ordinatum ad finem assequendum, & finis dat rationem Legis, quæ est anima Legis.*

10 *Lex non est nisi ipsa ratio Legis.*

11 *Ius, & lex accipi debent secundum mensuram finis, & rationis.*

12 *Concurrentibus duobus, Iuribus minus forte cedit fortiori, & sic ius gentium cedere debet Iuri naturali.*

13 *Princeps à natura ius habet suprà quoscumque exteros, etiam suprà ipsos Principes, quos legati repræsentant, & sic multo magis suprà eorum legatos iniuriam inferendam propulsandi, vel illatam vendicandi.*

14 *Princeps non portat gladium sine causa, Dei enim Minister est Vindex in iram ei, qui malum agit.*

15 *Princeps non solum potest, sed etiam tenetur ratione officij punire legatos ad se missos si grauiter, delinquant contra ius naturale, vel contra ius gentium.*

16 *Princeps si non puniat, cum potest, & expedit, mortaliter peccat, quia in re graui non satisfacit muneri suo.*

17 *Amplia id etiam ad Principis ministros, seu ad eos qui Principi assistunt in administranda iustitia.*

18 *Amplia id etiam ad Principes Ecclesiasticos, eiusque ministros Ecclesiasticos.*

19 *Principes Ecclesiastici etiam tenentur in conscientia vindicare iniurias Reipublicæ, & Populorum.*

20 *Violare legatos, eorumque famulos est contra ius gentium in casu, quod illi non abutantur iure suæ legationis.*

21 *Violare legatos eorumque famulos est grauissimum delictum etiam contra ius naturale, & Diuinum de conseruando bono communi Vniuersi, ad cuius conseruationem sunt necessarij legati.*

22 *Violentia legatorum est causa sufficientissima indicendi bellum.*

23 *Dauid Rex ob violatos suos legatos bellum intulit Ammonitis.*

1 RESPONDETVR, quod quamuis alij qui negent, ex eo quia Legatos violare, sit contra ius gentium, *cap. ius gentium, dist. 1. l. Sanctum, ff. de rerum diuis. & l. si quis, ff. de legationibus* ibi: *Si quis legatum pulsaret, contra ius gentium id commissum existimatur*; quia sancti habentur Legati, id est, inuiolabiles, vt bene explicat glossa; & tradunt Bartol. *in l. conuentionum in fin. ff. de pact.* in *l. 1. ver. circa hunc legem, ff. ad leg. Iuliam & l. 2. §. Legatis, ff. de iudic.* & Baldus *in l. administrantes, §. eorum, ff. de excusat. tutor.* qui id extendunt ad socios, & eos, qui sunt de familia Legatorum, iuxta regulam; Accessorium sequitur naturam principalis. & videri etiam poterit Bannez *in 2. 2. q. 57. art. 3.* Aranius *in 1. 2. q. 92. disp. 1. sect. 6. dific. 3. num. 15.* Vayer. *de legatione, cap. 4.* Paulus Busius *de Republica lib. 3. cap. 6.* Alexander ab Alexandro *Genialium dierum lib. 5. cap. 3.* & ibi Tiraquellus *in Annotat. lit. T.* Tholosanus de Republica *lib. 11. cap. 10. num. 14.* Kirchenerus *lib. 2. cap. 2.* qui tenet non posse punire legatos, etiamsi moliantur contra Rempublicam, vel Regnum; & ex parte Grotius *de iure belli lib. 2. cap. 18. num. 4.* qui tamen concedit, posse Legatos ad auertenda pericula detineri, & etiam, si vim intentent, occidi) affirmandum tamen sit. Atque ita docent Adamus in Politica *lib. 7. cap. 36. §. 5.* Arumæus *in decis. Academ. de iure publico volum. 2. discurs. 21. num. 48.* & in Auream Bullam, *discurs. 1. thes. 2.* Brunus *de legat. lib. 4. cap. 4.* Germonius *de legato lib. 3. cap. 3.* Decianus *volum. 2. lib. 7. cap. 5. num. 27.* Farinacius *in prax. crimin. q. 112. num. 174.* Pascalius *de legato cap. 74. & 75.* Pasqualigus *in decis. tom. 1. decis. 508.* Horomannus *de legato cap. 4. numer. 3.* Albericus Gentilis *lib. 2. de legato, capit. 10.* Fridericus de Mafelaer *lib. 2. de Legat. dissert. 13. & seqq.* Contzen. *lib. 10. Polit. cap. 7. §. 4.* Timplerus *lib. 3. Polit. cap. 4. q. 3. in fin.* Arseus *de iure Maiest. lib. 3. cap. 6. num. 12.* Christianus *in Collegio Politico exercit. 11. num. 43.* & Cochier *de Legato cap. 42.* qui sic pluries obseruatum esse, pluribus exemplis confirmat. Et probatur; quia ius gentium, naturale, & diuinum dictat, quod delicta, præsertim contra ipsamet talia iura, non remaneant impunita; & quia si Princeps Supremus Legatos, eorumque famulos apud se residentes, grauiter contra ius gentium, naturale, & diuinum Rempublicam, vel ipsius caput, aut membra offendendo delinquentes condignè punire nó posset, aperiretur via ad delinquendum contra prædicta iura: & quia prius violat ius naturale, aut ius gentium, indignus est, quod defendatur iure gentium. Et sic, si Legatus offendendo Rempublicam, vel eius caput, aut membra, prius violat ius naturale, aut ius gentium, non tenetur Princeps ei seruare ius gentium.

Vnde sequitur, quod ius gentium protegat, & 5
immunes reddat Legatos solùm intra terminos
legationis, vt scilicet possint etiam inter hostes 1
liberè, & sine periculo accedere, & recedere, & si- 6
militer legationis munere suo fungi; non autem
extra terminos legationis, vt scilicet etiam pos-
sint contra ius naturale, aut ius gentium impunè
delinquere; quia hoc non spectat ad munus Lega-
ti, seu Oratoris; nec ius gentium concedit, quod est 7
contra ius naturale Et ratio vlterius est, quia ius
quodlibet, & lex quælibet non extenditur magis, 8
quàm exigat finis legis. *cap. fin. de prebend. & l. in*
aqua, ff. de acquir. rerum domin. cùm lex sit medium
ordinatum ad finẽ assequendum, & finis det ratio- 9
nem legi, quæ est anima legis; quin ratio legis, & 10
finis sint idem. Bartolus *in l. cùm mulier, ff. solut. ma-*
trim. & lex non sit, nisi ipsa ratio legis. Doctores
in l. cùm ratio, ff. de bonis damnat. & in l. non dubium,
de legibus, & Abbas *in cap. fin. de præscript.* Quapro- 11
pter secundùm mensuram finis, & rationis accipi
debet ius, & lex; sed finis, & ratio iuris gentium
concedentis Legatis patrocinium, & securitatem,
est solum; vt liberè, & sine periculo possint lega-
tionis (quæ, etiam inter hostes, est necessaria) mu-
nus obire; ergo non magis debet extendi, quàm
exigat talis finis; hic autem finis solum exigit, vt
liberè sine periculo munus legationis exerceant;
non autem vt etiam impunè contra ius naturale,
aut ius gentium delinquant, vt suprà dicebam;
ergo, &c.

Accedit, quod cùm concurrant duo iura, minus forte cedit fortiori; & sic ius gentium, quod concurrit pro legatis, & eorum familia, tribuens eis patrocinium, & securitatem, cedere debet iuri naturali; quod habet Princeps puniendi eosdem, si extra terminos legationis contra seipsum, vt Reipublicæ caput, vel contra Rempublicam, vt corpus
13 ipsius ciuile, grauiter delinquant: à natura enim Princeps ius habet supra quoscunque exteros, etiam supra ipsos Principes, quos Legati repræsentant: & sic multò magis supra eorum Legatos, iniuriam inferendam propulsandi, vel illatam vindicandi Victoria *relect. 6. de iure belli, numero* 19. Caiet. & Bannez 2. 2. *q.* 40. *ar.* 1. *dub.* 1. & 2. & desumitur *ex cap. Dominus* 23. *q.* 2. & ex illo *ad Rom.* 13. Non
14 enim sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit. Et probatur, quia hinc nascitur ius bellandi contra alios Principes.

Ex quibus fit, quod Princeps punire legatos ad
15 se missos, si grauiter contra ius naturale, aut ius gentium, modo, quo supra dicebatur, delinquant, non solùm possit, sed etiam teneatur ratione officii, quo tenetur se ipsum, vt caput Reipublicæ, ad conseruationem Reipublicæ necessarium, & Rempublicam, vt corpus ipsius ciuile, defendere, & inuiolatam in quantum potest, seruare. S. Augustinus *serm.* 49. *in Appendice tom.* 10. Anselmus *de similitud. cap.* 4. & S. Thom. 2. 2. *q.* 40. *ar.* 2. adeò vt
16 si non faciat, cùm potest, & expedit, mortaliter peccet; quia in re grani non satisfacit muneri suo. Idem dico de ministris Principis, seu de iis, qui assistunt Principi in administranda iustitia;
17 quia tales sicuti sunt participes eiusdem regiminis, ita etiam sunt participes eiusdem obligationis.

Idemque dico de Principe Ecclesiastico, eiusque ministris Ecclesiasticis; quia ipsi quoque non
18 minus, quàm seculares, tenentur quantum possunt implere munus suum, & conseruare Rempublicam indemnem. Et sic ipsi quoque tenentur in conscientia vindicare iniurias Reipublicæ, & po-
19 pulorum *c. scire vos oportet*, 23. *q.* 8. Et ratio est; quia, quamuis Princeps Ecclesiasticus debeat præ se ferre mansuetudinem, id tamen solum locum habet, quando non pugnat cum executione proprij muneris in beneficium cõmune, & nõ impedit ea, ad quæ Princeps in conscientia tenetur, qualia sunt inter alia propulsare, & vindicare iniurias à quocunque illatas Reipublicæ; quia tunc id omittere, non esset actus virtutis, sed negligentiæ, pusillanimitas, defectus in exequendo munere, & iniustitia in non reddendo, quod debet Reipublicæ.

Atque hinc

Ad oppositum fundamentum Respondetur,
20 quod violare legatos eorumque famulos, sit contra ius gentium, in casu, quod illi non abutantur iure suæ legationis, concedo (quia tunc eos violare, est grauissimum delictum, etiam contra ius naturale, & diuinum de conseruando bono communi Vniuersi; ad cuius conseruationem sunt necessarii legati: quapropter hæc est causa sufficientissima indicendi bellum, vt ex communi notauit Co-
22 minch. *in* 2. 2. *disp.* 31. *dub.* 2. *num.* 24. & Cabedus *par.* 2. *decis.* 116. *num.* 2. & patet etiam ex 2. Regum 10. vbi David Rex ob violatos suos legatos bellum
23 intulit Ammonitis) In casu, quod abutantur iure suæ legationis, nego; vt patet ex dictis; & quia dignitas, & officium tueri non debet eum, qui illis abutitur, *l. iudices. & leg. quoties, Cod. de dignitatibus*; & quia indignus est, quod priuilegio fruatur, qui eo abutitur.

SECTIO II.

Difficultates, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Legatus, cum repræsentet Personam sui Domini non subest ei ad quem est legatus simpliciter, & per se, subest tamen secundum quid, & per accidens, scilicet ratione delicti.*

2 *Quilibet fortitur forum in loco delicti.*

3 *Ineptum dicitur legatos pro punitione remittere ad suum Principem.*

4 *Princeps non tenetur alteri ius cedere puniendi legatos ad se missos, si delinquant.*

5 *In praxi obseruatum fuit legatos delinquentes dimittere impunitos non defectu potestatis, sed ex mera voluntate Principis.*

6 *Princeps laicus punire non potest legatos, seu Nuncios summi Pontificis.*

7 *Princeps laicus in ordine ad Ecclesiasticos non est solum Iudex incompetens, sed etiam simpliciter impotens, seu incapax.*

8 *Legati & Nuncij Apostolici erigunt intra districtum sua legationis proprium tribunal, & cognoscunt de delictis sua familiæ laicalis, quod secularibus legatis non conceditur.*

9 *Princeps laicus potest per modum iustæ defensionis naturalis contra illos grauiter delinquentes præsertim Regnum, vel Rempublicam perturbantes se defendere, maximè si Pontifex fuerit prius monitus, & renuat audire, vel ad eum aditus non facile pateat.*

OBiicies, Legatus, cùm repræsentet personam sui Domini, non subditur ei, ad quem est le- 1
gatus, ergo.

Respondetur, non subditur simpliciter, & per se, concedo: non subditur secundùm quid, & per accidens, scilicet ratione delicti, nego; quia quilibet fortitur forum in loco delicti. ex *l.* 3. *ff. de offic. præf.* & videri etiam poterit textus *in leg. non aliter, & in l. consensisse, ff. de iudiciis.* vbi Glossa *ex textu* do- 2
cet, quod si legati in legatione ipsi, vel ipsorum famuli deliquerint, in loco, vbi deliquerunt, tenentur iudicium pati; & meritò, quia ineptum esset, legatos pro punitione mittere ad suum Principem, à quo facinoris, & delicti commissi non modò forsan licentiam, sed etiam mandatum habuerunt; & sic à quo forsan potius præmia, quàm pœnas accepturi sunt; vt omittam, quod cùm ipse 3
Princeps, ad quem sunt legati, ius habeat, sicuti dicebam, eos puniendi, non teneatur alteri ius hoc cedere; præsertim, quia facilè illi non punirentur: atque ideò multæ nascerentur occasiones belli. Vide Adamum, Vayer, Pasqualigum, & Albericum Gentilem *in locis supra cit.* 4

Obiicies secundò, sæpè contrarium obseruatum est in praxi, vt scilicet Legati delinquentes, liberi, & impuniti dimissi sint, vt patet ex multis Romanorum exemplis, quæ fideliter referunt Aduersarij, ergo. 5

Respondetur, distinguo antecedens: sæpe contrarium obseruatum est in praxi ex defectu potestatis, nego: ex libera voluntate, quia sic tunc ex

aliqua

aliqua causa rationabili expediens visum fuerit, concedo. Sunt etiam exempla quamplurima in contrarium pro nobis.

6 Obiicies tertiò, ergo & Princeps laicus in simili casu condignè punire posset Legatos, & Nuncios (eorumque famulos) summi Pontificis.

7 Respondetur, nego consequentiam; quia Princeps laicus in ordine ad Ecclesiasticos non est solùm Iudex incompetens, sed etiam simpliciter impotens, seu incapax, cùm Ecclesiastici sint simpliciter extra sphæram ipsius, quin & in sphæra superiori, iuxta ea, quæ dicebantur *supra dubit.* 1. &

8 & sic exempti simpliciter à potestate Principis secularis: & cùm ex alio capite intra illius ditionem erigant proprium tribunal, pertinet ad ipsos cognoscere de delictis suæ familiæ laicalis, vt iam à Summis Pontificibus, & Cardinalibus declaratum esse dicebam *capit.* 4. *Dubit.* 15. At Legati seculares non habent hanc exemptionem, nec faciunt tribunal; cùm id à proprio Principe concedi non possit in alieno territorio, in quo ius nullum habent, nec à Principe, apud quem missi sunt, concessum sit, vt clare constat. ergo, &c. Quapropter licet ratione legationis non sint magis immunes legati Pontificis, quàm legati aliorũ

9 Principum; sunt tamen magis immunes ex alio capite. Interim tamen fateor, quod possit Princeps laicus per modum iustæ defensionis naturalis contra illos grauiter delinquentes, præsertim Regnũ, vel Rempublicam perturbantes se defendere; maximè, si Pontifex fuerit prius monitus, & noluerit audire, vel si ad ipsum aditus non sit facilis; vel si tandem periculum sit in mora, vt ad ipsum recurri tempus non permittat, iuxta ea, quæ dicebantur *lib. de parlamentis Dubitat.* 4. *fictio.* 19. *subsect.* 2. 23. 25. & 30. & *sect.* 20. *subsect.* 1. & *Dubitat.* 23. *sect.* 2. & *supra cap.* 1. *dubit.* 15. *sect.* 5. & 6. *cap.* 3. *dubit.* 8. *sect.* 3. & 4. *cap.* 6. *dubit.* 10. *cap.* 7. *dubit.* 8. & *cap.* 9. *dubit.* 4.

SECTIO III.

An Princeps, etiam Ecclesiasticus, possit similiter legatos punire, si non seruent leges sui loci, in quo illi residen? Vbi de aliis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps non potest Legatos, seu Oratores punire, si non seruent leges sui loci, in quo illi residen; quia ij non subiiciuntur legibus municipalibus loci, in quo residen.*

2 *Legati, seu Oratores de iurè gentium, fictiõ fictione quadam habentur pro Personis mittentium, ita simili fictione constituuntur extra Territorium, in quo sunt.*

3 *Legati, seu Oratores in operando non debent sequi motum Principis apud quem residen, sed motum Principis, à quo missi sunt.*

4 *Leges feruntur pro Communitate, & ratione Communitatis descendunt ad Priuatos, vt ad partes Communitatis.*

5 *Lex est veluti quidam influxus capitis in membra corporis politici, quo mouentur ad terminum boni communis.*

6 *Lex communitatis in qua degunt Legati non se extendit ad ipsos Legatos.*

7 *Limita, si ex non obseruatione talium legum, magnum damnum sequatur Communitati, seu Reipublicæ, apud quam sunt.*

8 *Legati, & Oratores neque subsunt legibus, & edictis Diœcesanis synodalibus, & ordinariorum loci, vbi sunt.*

9 *Spiritualis Communitas Diœcesis particularis fundatur in Communitate ciuili; cùm Communitas in ordine ad spiritualia sit eorum qui sunt de tali loco.*

10 *Contractus, Testamenta, & similes actus Legatorum sunt validi, etiamsi in illis seruata non fuerunt leges municipales loci in quo degunt.*

11 *Item validi sunt etiamsi seruatæ non fuerint leges municipales propriæ Communitatis, seu proprij Principis, a quo missi sunt.*

12 *Legati, seu Oratores non subsunt, neque obligantur legibus, decretis, statutis vel edictis municipalibus Diœcesanis, vel localibus cuiuscumque loci; sed solum Iure communi.*

13 *Leges municipales affixæ sunt loco, & sic extra locum non obligant.*

14 *Amplia dicta de legatis, & Oratoribus ad Nuncios, seu Residentes, quos Ciuitates etiam subiecta mittunt ad Principes.*

EX dictis sequitur, quod Princeps, etiam Ecclesiasticus, non possit similiter Legatos, seu Oratores punire, si non seruent leges sui loci, in quo illi residen; quia huiusmodi legibus municipalibus loci, in quo illi residen, non subiiciuntur (quamuis ex probabili sententia Doctorum illis peregrini, & aduenæ subiiciantur) vt dicam cap. sequenti; & probatur; quia legati, seu Oratores de iure gentium, ficti fictione quadam habentur pro personis mittentium (vnde nihil tractant, nisi nomine illius, à quo mittuntur, & qui eos honorant, vel lædunt, Principem mittentem honorare, vel lædere censentur) ita fictione simili constituuntur extra territorium, in quo sunt; ita vt licet in illo sint, sint tamen solùm materialiter, seu corporaliter; non autem formaliter, scilicet vt pars communitatis dicti territorij, in quo sunt. Quod inde patet; quia in operando non debent sequi motum Principis, apud quem residen, sed motum Principis, à quo missi sunt; quapropter tractant cum Principe, apud quem residen, tamquam alieni, & pars alterius Communitatis; & tenentur procurare vtilitatem sui Principis, & suæ communitatis; non autem Principis, & Communitatis apud quam residen; immò seruatis seruandis tenentur etiam agere contra ipsam in commodum sui Principis, & suæ communitatis. Ex quibus satis constat, quod non sint membra communitatis, apud quam residen, sed alterius communitatis; & consequenter, quod obligatio legum municipalium illius communitatis, in qua residen, non extendatur ad ipsos, cùm leges ferantur pro communitate, & ratione communitatis descendant ad priuatos, vt ad partes communitatis. *l. iura* 2. *de legibus, & cap. duæ sunt*, 19. *q.* 2. ita vt lex sit veluti quidam influxus capitis in membra corporis politici, quo mouentur ad terminum boni communis: & sic, sicut influxus capitis non se extendit extra membra corporis; ita nec lex se extendit extra membra corporis politici; atque adeò lex communitatis, in qua degunt legati, non se extendit ad ipsos legatos; cùm non sint membra corporis politici, seu

1 2 3 4 5 6

seu pars talis communitatis, sed omninò alieni ab illa, repræsentantes aliam communitatem in persona Principis, à quo missi sunt: quapropter moueantur ad finem, quem spectat regimen istius Principis; non autem ad finem, quem spectat regimen Principis, apud quem sunt. Et sic non mirum, si legibus municipalibus Principis, apud quem sunt, non subijciantur, neque obligentur.

7 Excipe si ex non obseruatione talium legum magnum damnum sequatur communitati, seu Reipublicæ, apud quam sunt; quia tunc surgit ius naturale, & diuinum; & sic per accidens ratione talis iuris, cui subduntur, legibus illis subijciuntur, & obligantur iuxta ea, quæ *supra sect. precedenti dicebamus.*

8 Sequitur secundò, quod neque subijciantur, & obligentur legibus, & edictis Diœcesanis, Synodalibus, & Ordinariorum loci, vbi sunt, idque ob easdem rationes. Neque dicas, legatos, licet non sint pars communitatis Ciuilis, esse tamen partem

9 communitatis Spiritualis: quia Respondetur, quod spiritualis communitas Diœcesis particularis fundetur in communitate ciuili; cùm communitas in ordine ad spiritualia sit eorum, qui sunt de tali loco: quapropter communitates spirituales sumunt distinctionẽ à locis, & aduenæ non sunt de cõmunitate spirituali: quia nõ sunt de loco.

10 Sequitur tertiò, quod contractus, testamenta, & similes actus Legatorum sint validi, etiamsi in illis seruatæ non fuerint leges municipales loci, in quo degunt; quia talibus legibus legati non subijciuntur, neque obligantur, vti dicebamus:

11 quinimmò & validi sunt, etiamsi in ijsdem seruatæ neque fuerint leges municipales loci propriæ communitatis, seu proprij Principis, à quo missi sunt; quia hæ non habent vim extra territorium;

12 Quapropter Legati, seu Oratores non subijciuntur, nec obligantur legibus, decretis, statutis, vel edictis municipalibus, Diœcesanis, vel localibus cuiuscunque loci, sed solum legibus communibus, seu solum iuri communi: non enim subijciuntur, & obligantur legibus municipalibus, quæ vigent in loco, vbi residet, vt patet ex dictis, neque legibus municipalibus, quæ vigent in

13 loco, à quo missi sunt; quia, vtpotè municipales, affixæ sunt loco, & sic extra locum, seu territorium non obligant: ergo restat, quod solum subijciantur, & obligentur iuri communi.

14 Et quæ dixi de legatis, seu Oratoribus Principum, eadem dico de Legatis, Nunciis, seu Residentibus, quos Ciuitates, etiam subiectæ, mittunt ad Principes, propter easdem rationes; quia & tales Legati, Nuncij, seu Residentes eodem modo apud Principem, apud quem residet, repræsentant semper magistratum, seu Communitatem, à qua mittuntur.

DVBITATIO XVI.

An Iudex laicus, vel solum Ecclesiasticus possit de dominio vtili rei emphyteuticæ Ecclesiæ inter laicos cognoscere; & quid dicendum de directo?

SVMMARIVM.

1 *Vide loca citanda.*

2 *Ægidiana non comprehendit Personas Ecclesiasticas, nec eorum bona.*

3 *Bona Ecclesiæ dicuntur sancta sanctorum; & Patrimonium Christi.*

4 *Habens iurisdictionem tantum laicalem, nullam potestatem habet in bonis Ecclesiæ.*

5 *Vtile Dominium inter laicos, est connexum, & dependens à Dominio directo, quod est magis dignum, & est effectus, & qualitas quædam illius, qua non potest esse sine subiecto.*

6 *Dominium vtile ratione connexionis indicari debet quale est directum.*

7 *Cognitio causæ connexæ spiritualibus spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

8 *Ratione connexionis illud, quod est radicatum in Pupillo, extenditur ad maiorem.*

9 *Forum Clerici extenditur ad laicum si causa est communis inter laicum, & Clericum.*

10 *Præscriptio non currit contra Capitulum Episcopo mortuo si res est communis Episcopo, & Capitulo.*

11 *Priuilegium eius, qui habet vacationem munerum, extenditur ad socium.*

12 *Omnes causæ Dominij vtilis sunt spirituales.*

13 *Lis inter Vassallos est terminanda per Dominum feudi, etiam si Ecclesiasticus sit.*

14 *Iudex laicus nullo pacto potest se intromittere etiamsi agatur de vtili Dominio inter laicos.*

15 *Paria sunt forum sortiri, & statuto ligari.*

16 *Laicus nullo pacto potest statuere super vtili Dominio rei Emphyteuticæ Ecclesiæ.*

17 *Statutum laicorum non comprehendit Ecclesiasticos, & eorum bona, neque bona Emphyteutica defectu potestatis, & ob præiudicium Ecclesiæ.*

18 *Statutum loci non debet attendi in successione feudi emphyteusis, sed tenor investituræ.*

19 *Vna, & eadem res potest diuersa iure censeri, quando respectu diuersa persona, vel diuerso respectu concurrit diuersa ratio, secus est quando ratio est eadem.*

20 *Dominium vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici, cum semper resteat connexum cum directo.*

21 *Dominium vtile per solam concessionem factam laico, non separatur à directo, nisi per solam fictionem intellectus.*

22 *Respondetur ad doctrinam Surdi, & diluitur.*

23 *Opinio cæterorum Doctorum in contrarium videlicet quod Iudex laicus possit cognoscere de Dominio vtili inter laicos, facile reiicitur.*

24 *Impressio Abbatis in cap. quoniam frequenter §. in aliis, est mendosa, nam Speculator ab eo allegatus dicit oppositum sc. quod Iudex laicus non sit Iudex competens Clerici venientis ad causam, etiamsi renunciet priuilegio fori.*

25 *Dictum Abbatis quando non esset mendosum, esset saltem contra glossam in Can. Clericus 11. q. 1. verbo seculares.*

26 *Auctor tenet contra Decisionem sac. Rotæ quod Ægidiana non habeat locum inter laicos coram Iudice Ecclesiastico.*

27 *Ægidiana respicit ordinarium Iudicij, & ideo seruandum est ius fori.*

28 *Opinio, quod Princeps laicus possit statuere super vtili Dominio pendet ab intellectu Ancharani, qui vere loquitur in casu, quo emphyteusis fuerat acquisita pro Hæredibus.*

29 *Pater acquirendo pro filiis, non censetur acquirere*

vere pro fœminis ; quia cenſetur ſe conformaſſe cum diſpoſitione ſtatuti.

30 *Anchoranus non loquitur de ſtatuto in ordine ad vtile Dominium ; ſed de ſtatuto in ordine ad intentionem acquirentis.*

31 *Intentio acquirentis , quod maſculis extantibus fœmina non ſuccedant , non ladit Eccleſiam, cum eius non interſit quod Pater magis acquirat vni, quam alteri ex filiis.*

32 *Tenor inueſtiturę eſt ſecundum ius commune, non ſecundum ſtatutum loci.*

33 *Doctores firmantes concluſionem , quod ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, fœmina in emphyteuſi cenſeantur excluſę, non fundant ſe in ſtatuto, ſed in intentione acquirentis, qui præſumitur in acquirendo conformare ſe ſtatuto.*

34 *Doctor eſt intelligendus ſecundum ea , quæ allegat.*

35 *Doctores multifariam diuiduntur circa dictam opinionem.*

36 *Caſtrenſis tenet , quod ſtatutum Florentiæ de prohibita alienatione rei communis , irrequiſito conſorte habeat locum in donatione iurispatronatus; ſed nihil probat.*

37 *Socinus dixit circa ſolutionem Canonis eſſe attendendum ſtatutum , & conſuetudinem loci, in quo fieri debet ſolutio ; ſed nihil probat.*

38 *Statutum, & conſuetudo non valet in præiudicium Eccleſiæ.*

39 *Conſuetudo in præiudicium Eccleſiæ dicitur proxima ſacrilegio.*

40 *Laici ſicut non poſſunt ſtatuere ; ita nec poſſunt inducere conſuetudinem oneroſam Eccleſiis.*

41 *Affictus ſcripſit conſuetudinem eſſe ſeruandam, quod Dominus feudi Eccleſiaſticus cognoſcat de feudo Eccleſiæ tam in poſſeſſorio, quam in petitorio ; quia iſta conſuetudo eſt ſecundum diſpoſitionem iuris ; ſed non facit ad rem.*

42 *Reiiciuntur alia ſententia Doctorum & cur.*

43 *Cauſa eſt omnino Eccleſiaſtica cum agitur de Dominio directo Eccleſiæ.*

44 *Apoſtolus cauſas de dominio directo Eccleſiæ ad Eccleſiam deferri , & ibi determinari præcepit.*

45 *Impugnatores prædictæ concluſionis merito ab Eccleſia damnati fuerunt.*

46 *Marſilius Paduanus damnatus ab Eccleſia ob dictam impugnationem.*

47 *Laicis , etiam Religioſis obſequendi neceſſitas relicta eſt, non auctoritas imperandi , & de rebus Eccleſiæ diſponendi nulla eſt iis attributa poteſtas.*

48 *Laici ſtatuentes contra Eccleſiam anathematis pœna feriuntur.*

49 *Dominium vtile eſt vna , & eadem res cum dominio directo & talis Naturæ, vt directum ſemper ſequatur , ſicut incrementum alluuionis, & inſula.*

50 *Subiectum bonorum emphyteuticorum eſt materialiter ſemper Eccleſiaſticum, & non poteſt ab ipſo Dominio directo ſaltem actualiter ſeparari dominium vtile.*

51 *Iudex Eccleſiaſticus ſolum iudicat de iure patronatus laicorum, quia licet non ſit proprie ſpirituale, eſt tamen annexum ſpiritualitati.*

52 *Qualitas ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis ad ſe trahit, & abſorbet.*

53 *Cauſa decimarum , quæ ratione ſunt in feudum ſecularibus diſcutienda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico ; quia dependet à iure ſpirituali , & Eccleſiaſtico.*

54 *Poſſeſſorium matrimonij , licet agatur inter perſonas mere laicales ; tamen quia admixtam habet cauſam , & titulum ſpiritualitatis , definitur à Iudice Eccleſiaſtico.*

55 *Emphyteuſa Eccleſiæ non tenentur ad collectas, & onera realia ſuper rebus, & bonis impoſita.*

56 *Dominium vtile Vaſalli ſubiicitur, & famulatur Dominio Domini principalis*

57 *Laicus ſocius Clerici ſequitur forum eiuſdem Clerici.*

58 *Maior conſors Pupilli , vel minoris ratione iuris Conſortij gaudet priuilegijs ipſius Pupilli , vel minoris.*

RESPONDETVR ; de hac re vide, quæ dicebantur *ſupra dubit. 4. & cap 5. dubit. 7. ſect. 17. & cap. 7. dubit. 1. ſect. 2. & lib. de Parlamentis dubit. 30. ſect. 17. 18. & 19.* Vide etiam deciſionem Rotæ in vna Romana domus de Scapuceis die 19. Ianuar. 1611. in hac forma : Domini poſt maturam cauſæ diſcuſſionem conſueuerunt , non eſſe locum Ægidianæ ; quia ex defectu poteſtatis ſtatuentis non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas, nec earum bona , vt ſæpe cenſuit Rota in deciſionibus allegatis per Eugubinum, *conſil. 20. num. 8. vol. 2.* bona enim Eccleſiæ dicuntur ſancta ſanctorum, *cap. nulli liceat, & cap. quicunque, 12. q. 2.* & dicuntur patrimonium Chriſti, *cap. ex eo, de elect. in 6.* & tradit Felin. *cap. conſtituimus, num. 19. de reſcript.* & propterea habens iuriſdictionem tantum laicalem , in iis nullam poteſtatem habet , *cap. quæ in Eccleſiarum , & cap. Eccleſia S. Mariæ de Conſtitutionn.* & eſt communis ſententia : qui defectus poteſtatis intrat, etiam in caſu , de quo agitur; quia licet agatur de vtili dominio inter laicos, eſt tamen illud connexum , & dependens à dominio directo , quod eſt magis dignum ; & eſt effectus, ac qualitas quædam illius , quæ non poteſt eſſe ſine ſubiecto , vt poſt Bart. *in Extravag. qui ſint rebelles, ver. rebellando, num. 17.* dicit Iaſ. *conſil. 76. n. 14. lib. 1.* & latè probat Bero. *cap. quæ in Eccleſiar. num 10. de Conſtitut.* quapropter ratione connexionis dominium vtile iudicari debet , quale eſt directum , *cap. tranſlatio de Conſt. cap. præterea* , & ibi gloſſ. *de offic. deleg. & l. 2. ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* & in ſpecie , quod cognitio cauſæ connexæ ſpiritualibus ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum, eſt textus expreſſus *in cap. quanto*, & ibi latè gloſſ. *ver. connexa*, & Doctores omnes *de iudic.* & propterea ratione connexionis illud, quod eſt radicatum in pupillo, extenditur ad maiorem, *l. ſi communem, ff. quemadmodum ſeruit. amit.* & eodem ratione ſi cauſa eſt communis inter laicum, & clericum , forum clerici extenditur ad laicum, Bart. *in l. præcipimus, §. eodem, num. 1. Cod. de appellat.* & ſi res eſt communis Epiſcopo, & Capitulo, Epiſcopo mortuo non currit præſcriptio contra capitulum, Abb. *cap. 1. de præſcript. num. 4.* & priuilegium eius, qui habet vacationem munerum , extenditur ad ſocium, *gloſſ. in l. fin. Cod. de muner & honorib. lib. 10.* & hæc multò magis locum habent in caſu , de quo agitur ; quia omnes cauſæ iſtius dominij vtilis ſunt ſpirituales , & propterea ab eis recipit iudicium , Cardin. *in Clement. per literas, num. 12. q. 15. de præben.* efficiens enim cauſa eſt Eccleſia ; materialis bona ipſa Deo dicata ; finalis autem

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

autem vtilitas ipsius Ecclesiæ. Bero *in cap. quæ in*
13 *Eccl. siarum,num.*9. 10. *&* 12 *de constitut.* Saluian.
*consil.*9.*num.*23.& facit textus *in cap.ceterum*,& ibi
14 Abbas *in princip.de iudic.* vbi lis inter vasallos est terminanda per dominum feudi, etiam quod sit Ecclesiasticus; & quod Iudex laicus nullo pacto possit se intromittere,etiam si agatur de vtili dominio inter laicos docent Cardin.*consil* 92.*num.*8. *in fin.*Calder.*consil.*15.*num.*1.*de indic.*Rebuff. *de decimis,q.*10.*num.*1.Cuman.*consil.*41.*num.*1.Campeg. inter consilia Bruni,*consil.* 2.*num.* 35. Federic. de sen.*consil.*245.*num.*3.Gemin. *in cap. fin. num.* 14. *de foro compet.in* 6. Ancharan.*in cap.ea, quæ, num.* 12. *de reg.iuris in* 6.& Aluar.Valasc.*de iure emphyt.q.*39. *num.*14.

15 Confirmantur prædicta;quia paria sunt forum sortiri,& statuto ligari,*cap.*2.*de constitut. in* 6. sed
16 laicus nullo pacto potest statuere super vtili dominio rei emphyteuticæ Ecclesiæ,*capite quæ in Ecclesiarum de constitut.* ergo & iste est germanus intellectus illius textus ex allegatis per Riminald. iun.ibid.*n.*2. *& seqq.* Et quamuis dici possit, hoc esse verum, quando agitur de mutatione vasalli;
17 quia tunc agitur de præiudicio Ecclesiæ; tamen considerabant Domini,quod circa validitatem statuti duo potissimum possunt cónsiderari, defectus scilicet potestatis statuentis, & præiudicium Ecclesiæ,vt *in dicto cap.quæ in Ecclesiarum,& cap. Ecclesia S.Mariæ de Constitut.*sed in statuto disponente super vtili dominio laici concurrit præiudicium Ecclesiæ propter mutationem vasalli,Campeg.*cit. consil.*2.*num.*36 Riminal.iun,*in cit.cap.quæ in Ecclesiarum,num.*12.& Bero.*ibid.num.*9.& concurrit etiã defectus potestatis statuentis ratione connexionis,quam habet dominium vtile cum directo,sicuti supra dictum est,& probat Bero.*loc.cit.ergo.* Et in specie quod statutum laicorum non comprehendat vtile dominium in bonis emphyteuticis, tenuerunt Cardin.*consil.* 1. *num.*1. Bald.*in authent. si quas ruinas, num.* 9. *de sacrof. Eccles.* Campeg. cit. *consil.* 2.*num.*34.Abb.*consil.* 72. *in princip. lib.* 1. *& cap.quæ in Ecclesiarum,num.*2.*in* 3.*not.* vbi etiam Bero.*num.*8.& Decius *num.*6.*de constitut.*Saluian. *consil.* 9.*numer.* 15.Bald. *consil.* 300.*num.* 1. *&* 4. *lib.* 1. Iason *cons.*152.*num.*9. *lib.* 4. Cuman. *consil.* 41. *num.* 1. & Castren.*in consil.*146.*in princip.&. consil.* 300.*lib.*2. vbi ait, quod in successione feudi emphyteusis non debeat attendi statutum loci sed tenor inuestituræ.

18 Non obstat: si dicatur, quod dominium vtile non sit Ecclesiæ,sed laici inuestiti, & ideò Iudex laicus sit Iudex competens; quia connexio,quam habent ista dominia inter se,non efficit,quin vtile dominium non sit proprium laici, non autem Ecclesiæ; & licet videatur inseparabile à directo, tamen potest diuerso iure censeri;sicut vna, & eadem res potest diuerso respectu, quin ratione diuersarum personarum,diuersimodè iudicari, Surd. *in consil.*338.*num.*19.*lib.*3.

19 Respondetur enim,quod licet sit verum, quod aliquando vna, & eadem res possit diuerso iure censeri; id tamen procedat, quando respectu diuersæ personæ,vel diuerso respectu concurrit diuersa ratio; secùs verò, quando concurrit eadem
20 ratio, vti rectè declarat Abb. *in cap.cum in tua,num.* 7.*de decimis.* At dominium vtile non potest diuer-
21 simodè considerari respectu Ecclesiæ, & laici; cùm semper restet connexum cum directo; siquidem per concessionem factam laico non separatur à directo, nisi per solam fictionem intellectus,vt dicitur de iure patronatus *glos.* 1. *in c. pia mentis*, 16.*q.* 7. quæ facit,vt dominij vtilis capax sit laicus, non autem quod ita efficiatur laicale, quod Iudex laicus sit Iudex competens; quin cognitio præseruatur Iudici Ecclesiastico. Alex. *cons.* 58. *in fin. lib.* 1. Bero *in cit. cap. quæ in Ecclesiarum*, *num.* 9. & sic cessat ratio Surdi *in cit.consil.* 338. *numer.* 9. quod bona sint personarum accessoria; quia hoc est quidem verum, quando res omninò transfertur; secùs verò quando transfertur solum dominium vtile, quod restat cum directo connexum;quapropter,vt dictum est,non potest diuerso iure censeri. 22

Nec dicta Responsio potest elidi ex eo, quod aliqui tenuerint, causam possessorij beneficij tractari posse coram Iudice seculari; & tamen possessio est connexa cum proprietate spirituali: quo argumento vtitur Surdus *loco cit.num.* 25. quia præterquam quod id verum non est ex rationibus supra iam dictis, & ex adductis per Bero. *cit. cap. quæ in Ecclesiarum*, *numer.* 12. *in fin.* est etiam communis sententia in contrarium, vt testatur Aufrer. *in addit. ad decis. Capellæ Tolosanæ* 471. Aluar.Valasc.*consultat.*93.*num.* 3. Guillelmus de Bened.*in cap.Raimutius,ver.& vxorem,decis.* 1.*n.* 38.Rota *in decis.*4.*de lit. contest. in antiq.* & Puteus *decis.*361.*in fin.lib.*1.

Neque obstat,quod multi Doctores sentire videantur contrarium, scilicet quod Iudex laicus 23
possit cognoscere super tali dominio vtili inter ipsos laicos.

Respondetur enim,quod talium Doctorum auctoritas facilè reiicitur; siquidem Albert. Brun. *de stat. art.* 8. *ante numer.* 107. qui in contrarium allegatur, nihil firmat, sed solum refert opinionem Vberti de Bobio, & Franciſci de Tigro,quos minus rectè intellexit,siquidem illi possunt in cõtrarium allegari, vt ex Butrio, & Io. Andrea, & Abb.*supra* dictum est:& propterea Surdus *in cit. consil.* 338. *num.*17. dum allegat Brun. decipi videtur, Abb. verò *in cap. quoniam frequenter* §. *in aliis*, *num.* 28. licet dicat, quod clericus veniens 24
ad causam pro defensione emphyteuræ, non possit declinare iurisdictionem; tamen est aduertendum,quod impressio sit mendosa; quia Specul. *de primo decreto*, §. *restat. videre*, *num.* 24. *&* 25. quem ipse allegat, expressè tenet, quod Iudex laicus non sit Iudex competens clerici venientis ad causam, etiam quod renunciet priuilegio fori, & in omnem euentum, dictum Abbatis esset contra gloss. *in c. clericus nullum*, 11. *quæst.* 25
1. *ver. secularem.* Cumanus autem *in consil.* 84. est sibi contrarius *in dicto consil.* 41. *numero* 2. & in eodem casu Cumani contrarium dixit Fulgos. *in consil.*166. Decisio verò in causa Auximana bono- 26
rum, 19. Ianuar. 1604. licet in terminis dicat, quod sit locus Ægidianæ, quando agitur de vtili dominio inter laicos; quia personæ sunt seculares,nec agitur de bonis, sed de possessione inter ipsos laicos,non firmat, quod causa possit cognosci coram Iudice laico,sed firmat potius,quod Ægidiana habeat locum coram Iudice Ecclesiastico, quando agitur inter laicos; quod non est verum; quia Ægidiana respicit ordinaria iudicij, & ideò seruandum est ius fori. Contard. *de Ægidiana li-* 27
mit. 4. *rat. can. redintegranda*, *numero* 11. *&* 12. In foro autem Ecclesiastico,vt dictum est, non habet locum Ægidiana;& ideò cum illa decisio fuerit allegata in causa Sabin.Villetarum 9.Iunij 1606.in qua agebatur de vtili dominio inter laicos,& dubitaba

bitrabatur, an esset locus Ægidianæ, Rota voluit videre de iustitia mandati de manutenendo, vt in diariis Dominorum fuit annotatum; quia cum Rota haberet vtramque iurisdictionem, Ecclesiasticam, & laicalem, cum ageretur de vtili dominio, sustinebat vices Iudicis Ecclesiastici, & propterea erat seruandum ius fori Ecclesiastici.

28 Neque obstat, quod si paria sunt forum sortiri, & statuto ligari, multi Doctores (quos citat Tiraquell. *de retract. lignag. glos.* 13. *num.* 8. Surdus *dicto consil.* 338. *num.* 14. *in fin.* & Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 17. *num.* 12.) tenent quod Princeps laicus potest statuere super vtili dominio, dummodo non lædatur Ecclesia, seu non sit in præiudicium Ecclesiæ; quod etiam reperitur scriptum in quadam annotatione Orani in causa Mediol. bonorum 13. Nouembr. 1596.

29 Respondetur enim, quod Ancharan. *in consil.* 125. *num.* 7. *& consil.* 443. *num.* 2. *&* 3. fuit auctor istius opinionis, & ideò resolutio pender ab intellectu Anchaani, qui verè loquitur in casu, quo emphyteusis fuerat acquisita pro hæredibus. Monetur secundò; quia pater acquirendo pro filiis, non censetur acquirere pro fœminis; quia censetur se conformasse cum dispositione statuti, & eodem modo acquirere; & ita declarat Ancharanum Soccinus iun. *consil.* 71. *num.* 43. *vsque ad fin. lib.* 1. Brun. *de stat. v.* 8. *num.* 106. *in princip.* & Rota *in causa Romana domus S. Ludouici* 27. *Nouembr.* 1601. *& in causa Romana Emphyteusis* 18. *Maij eiusdem anni, &* 18. *Nouembr.* 1603. Et quamuis Ancharan. subdat, quod statutum non disponit su-

30 per rebus Ecclesiæ, sed super vtili dominio, quod est laicorum, tamen est aduertendum, quod non loquitur de statuto in ordine ad vtile dominium,

31 sed de statuto in ordine ad intentionem acquirentis; quæ intentio acquirentis, vt masculis extantibus fœminæ non succedant, non lædit Ecclesiam; cùm eius non interfit, quod pater magis acquirat vni quàm alteri ex filiis; sed non propterea dicitur, quod si pater acquirat pro filiis masculis, & fœminis, ita vt omnes non simul succedant stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ non possint succedere; quia hoc

32 esset contra iuris communis regulas, secundùm quas seruandus est tenor inuestituræ, & non sta-

33 tutum loci, vt per Castren. *loc. supra cit.* & Doctores, qui generaliter ponentes istam Conclusionem, quod stante statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ in Emphyteusi censeantur exclusæ, non fundant se in statuto, sed in intentione acquirentis, qui præsumitur in acquirendo conformare se statuto, Bart. *in l. vt iurisiurandi, §. si liberi, num.* 5. *ff. de oper. libert.* Clar. *in §. Emphyteusis, quæst.* 31. *vers. sed pone* Decian. *consil.* 30. *num.* 40. *&* 41. Curt. Iun. qui de communi testatur, *consil.* 31. *numer.* 3. & Rota *in cit. decis. Romana S. Ludouici, & Romana Emphyteusis.*

Et secundùm sententiam Ancharani sunt intelligendi Doctores, qui supra dictis aliàs rationibus ipsum simpliciter sequuntur, scilicet Alex. *consil.* 9. *num.* 1. *lib.* 5. *& consil.* 27. *num.* 4. *in fin. vol.* 6. Felin. *cap. qua in Ecclesiar. numer.* 95. *de const. dec. in auth. cassa num.* 9. *de sacros. Eccles. & consil.* 139. *num.* 2. *& in cit. cap. qua in Ecclesiar. num.* 20. Paris. *consil.* 22. *numero* 86. *vol.* 2. & Addit. *ad dec. in cit. cap. qua in Ecclesiarum, numero* 20. *ver. Ecclesia*; & meritò; quia præterquam quod id colligitur ex verbis ipsorum, in-

trat etiam ratio, quod Doctor sit intelligendus 34 secundùm ea, quæ allegat, Roman. *consil.* 211. *num.* 5. *vers. quoad vlt.*

Alij verò Doctores vel torquent Ancharanum, vel secundùm ipsum intelligi possunt; alij loquuntur in casibus particularibus, in quibus sunt reprobati; alij non tangunt istam difficultatem.

Primi generis sunt Barbat. *cons.* 14. *lib.* 1. Brun. 35 *de stat. loco supra cit.* Ruin. *consil.* 70. *num.* 11. *vol.* 5. Marcabrun. *consil.* 26. *num.* 131. Bursat. *consil.* 56. *num.* 12. *vol.* 1. & Menoch. *de arbitr. casu* 18. *num.* 9.

Secundi generis sunt Castrens. *consil.* 164. *lib.* 36 1. qui tenent, quod statutum Florentiæ de prohibita alienatione rei communis, irrequisito consorte, habeat etiam locum in donatione iuris patronatus; sed nihil probat, cùm res ipsa demonstret auctoritatem huius consilij, contra quod in specie est consilium Gemin. 67. per totum, in quo concludit contrarium, tam ex defectu voluntatis, quàm potestatis statuentium. Item est Socin. *consil.* 99. *num.* 2. *vol.* 2. qui dicit, quod circa so- 37 lutionem Canonis sit attendendum statutum, & consuetudo loci, in quo fieri debet solutio; sed nihil etiam probat, quia non valet statutum, & con- 38 suetudo in præiudicium Ecclesiæ, *cap. cùm causam, de re iudic. cap.* 1. *de consuetud. & cap. clericus, de immunit. Eccles. in* 6. quin immò ista 39 consuetudo dicitur proxima sacrilegio. Baldus *consil.* 9. *num.* 6. *lib.* 1. & Ruin. *consil.* 156. *numer.* 8. *lib.* 4. vbi subdit, quod consuetudo non valeat ex causa efficienti; quia sicut laici non possunt 40 statuere, ita nec possunt inducere consuetudinem onerosam Ecclesiis. Purpuratus verò *consil.* 332. *num.* 9. qui loquitur ad effectum quod vtile dominium possit collectari; nec etiam facit, quia in contrarium est Bartolus *in l. priuatè, num.* 2. *Cod. de excusat. muner. lib.* 10. vbi post Angel. Ioan. de Platea circa med. *vers. dicit etiam, Cassan. in consuetud. Burgund. §.* 4. *gloss.* 6. *numero* 6. Thom. Parpalia *in repetit. l. placet, num.* 73. *& seqq. Cod. de sacros. Eccles.* Ægid. de Thomasis *de collectis, §. pauperes, num.* 29. *& seq.* Iason *in l.* 2. *num.* 31. *Cod. de iure Emphyt.* & Syluanus *consil.* 9. *per totum*, & in casu Purpurati loquuntur Surdus, & Aluar. Valasc. qui fuerunt quodammodo nouatores talis opinionis, & propterea conantur fundare intentionem suam defendendo prædictas conclusiones.

Tertij generis sunt Afflictus *in cap. Imperialem, §. præterea, num.* 9. *de probib. feud. alienat.* qui 41 solum dicit consuetudinem esse seruandam, quod dominus feudi Ecclesiasticus cognoscat de feudo Ecclesiæ, tam in possessorio, quàm in petitorio; quia ista consuetudo est secundùm dispositionem iuris, & propterea Afflictus non facit ad punctum. Socin. Iun. *consil.* 71. *num.* 13. *vol.* 1. qui 42 quidem facit motiuum, concludit cum Ancharano, quem declarat, vt *supra*, & ideò non debuisset allegari. Castrensis *consil.* 290. *in fin. lib.* 3. loquitur in terminis quæstionis de his, quæ competunt clericis, non vt clericis, sed vt cuilibet; de qua Bartolus *in l. cunctos populos, quæst.* 5. *num.* 28. *& seq. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol. &* de hac quidquid dicendum sit, non facit ad rem. Riminald. sen. *consil.* 447. *num.* 20. *vol.* 3. & Abba *consil.* 28. *num.* 6. simpliciter non tangunt istam difficultatem.

Neque obstat annotatio Orani in causa

Mediolanen. bonorum; quia illa non est decisio Rotæ, vt patet ex eius initio, ibi: Domini per viam inclinationis amplexi sunt decisionem factam sub die 20. Maij ad fauorem domini commendatarij: Rota enim non facit decisiones per viam inclinationis; sed in istis casibus est in arbitrio ponentis, si quid annotare memoriæ suæ causa velit; & eo magis, quia in priori decisione huiusmodi Conclusio non reperitur firmata. Accedit, quod vnus ex dominis, qui tunc temporis erat in Rota, affirmabat, quod visa huiusmodi annotatione, Rota non agnouit illam, vt suam.

Cæterum, quid dicendum, si Iudex laicus cognoscat de dominio directo?

Respondetur; vide, quæ *loca cit. suprà numero* 1. & alteram Rotæ decisionem die 28 Maij 1631. huius tenoris: sententiam latam extra Curiam Domini dixerunt ex defectu iurisdictionis nullam esse: promulgata namque fuit in foro laicali: & tamen cùm ageretur de bonis ratione directi dominij spectantibus ad Ecclesiam, causa 43 erat omninò Ecclesiastica, & à Iudice Ecclesiastico, non autem à laico definienda, *cap. decernimus extra de iudic. c. benè quidem, c. denique dist. 96. c. continua, c. relatum, c. si qua causa, & c. placuit*, 11. *quæst.* 1. in qua quæst. *per tot.* Gratianus congerit decreta ad hoc spectantia ex sacris Conciliis, & summorum Pontificum rescriptis desumpta; & *in cit. c. placuit*, habetur, 44 quod etiam Apost. huiusmodi causas ad Ecclesiam deferri, & ibi determinari præceperit; & de veritate huius Conclusionis nullus vnquam orthodoxus dubitauit, & si qui ausi sunt impug- 45 nare, meritò semper ab Ecclesia damnati fuerunt, vt de Marsilio illo Paduano sub Pa- 46 schali II. tradit Turrecremat. *in summ. Eccles. lib. 4. part. 2. capite* 37. qui super hoc refert extare Extrauag. Ioannis XXII. quæ incipit: *Licet*, & tradunt Bannez *in* 2.2. *quæst.* 65. *art.* 1. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 52. & Bellarmin. *Controuer. tom.* 2. *tit. de Cleric. cap.* 24. sicut enim Laici non possunt quidquam statuere circa bona Ecclesiastica ex defectu potestatis, seu iurisdictionis, *cit. c. benè quidem, c. si Imperator, dist. 96. c. Laicis* 16. *quæst.* 7. *& cap. cum laicis, extra de rebus Eccles. alienand. vel non* (in quibus 47 locis habetur, quod laicis, etiam religiosis, obsequendi necessitas relicta sit, non auctoritas imperandi, & quod de rebus Ecclesiæ disponendi nulla sit iis attributa potestas, & quod in his, quæ ad Ecclesiam spectant, discere debeant, non docere, *cap. clericus, & cap. fin. de immu-* 48 *nit. Eccles. in 6.* vbi statuentes ipsi anathematis pœna feriuntur, *cap. Ecclesia S. Mariæ de Constitut.*) ita nec etiam possunt super illis ius dicere, & sententiam proferre; quia paria sunt, forum sortiri, & statutis ligari, *gloss. in capite quod clericus, de foro compet.* & tradit Decius *in cit. cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 18 Alex. *consil.* 211. *num.* 5. *in fin. lib.* 2. Rimin. *sen. consil.* 268. *num.* 13. *lib.* 2. Berous *consil.* 65. *num.* 99. *lib.* 1. Surdus *consil.* 2. *num.* 14. *in fin. & consil.* 338. *num.* 26. *ad fin.* & Thesaur. iun. *qq. forens. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 12. *in fin.*

Idque procedit, etiamsi (vt in superiori Rotæ decisione dictum est) causa inter solos Emphyteutas agatur, & super solo dominio vtili, quod penes laicos existit; quia dominium Ecclesiæ cùm sit connexum vtili, quin & eidem prædominans; & dominium vtile sit verè, & propriè 49 vna, & eadem res cum dominio directo, & talis naturæ, vt directum semper sequatur, sicuti incrementum alluuionis, & insulæ, vt dixit Oldrad. *consil.* 440. *num.* 7. & Surd. *consil.* 57. *num.* 24. & subiectum bonorum materialiter sit sem- 50 per Ecclesiasticum, non potest ab ipso dominio directo, saltem actualiter, separari dominium vtile, nec ideò indirectè bona Ecclesiarum subiici iurisdictioni, & iudicio laicorum, *cap. quanto, capit. cæterum*, & ibi Canonistæ, *de iudic. Cardin. consil.* 2. *numer.* 2. Campeg. inter consil. Albert. Brun. *consil.* 2. *numer.* 34. & Rota in Romana domo de Scapucciis 19. Ianuar. 1618. *suprà cit.* quam, quoties casus contigit, semper secuta est, *vt in decis.* 472. *part.* 2. *recent.* & penes Pacific. de Saluiano, *decis.* 259. *numer.* 6. & in Romana de Schianchis 28. April. 1617. impress. post modern. Mantuani *controuers. forens.* 12. *numer.* 67. & ab hac opinione recedere, difficile esse admonet Gratian. *discept. forens. capit.* 447. *numero* 21.

Qua simili Ratione connexionis, licet ius pa- 51 tronatus laicorum non sit propriè spirituale, tamen, quia est adnexum spiritualitati, super illo iudicat solum Iudex Ecclesiasticus, *cap. quanto de iudic.* Et possessio rei spiritualis, licet sit merè temporalis, & laicalis, tamen de possessione cognoscit solum etiam Iudex Ecclesiasticus, sicut de ipsa proprietate, cùm qualitas spiritualitatis qua- 52 litatem temporalitatis ad se trahat, & absorbeat, Berous *in rubr. de iudic. numero* 51. Crauet. *consil.* 258. *numer.* 8. Roland. *consil.* 12. *numer.* 55. *& seq. lib.* 2. Valasc. *consil.* 93. *numer.* 3. Menoch. *de recup. remed.* 15. *num.* 205. *& seq.* Couar. *pract. qq. cap.* 35. *num.* 1. Gutier. *Can. qq. cap.* 34. *num.* 26. *&* 27. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 14. *quæst.* 1. Put. *decis.* 361. *lib.* 1. *in antiq.* & Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *Can.* 15. *quæst.* 19. *numer.* 47. Certum est autem maiorem connexionem esse inter dominium directum, & vtile, quàm sit inter proprietatem; & possessionem, vt per Beroum *in cit. capit. quæ in Ecclesiarum, numer.* 13. *de Constitut.*

Item causa decimarum, quæ datæ sunt in feu- 53 dum secularibus, discutienda est coram Iudice Ecclesiastico: licet enim dominium huiusmodi decimarum, scilicet fructuum illarum, omninò spectet ad laicos, & feudum censeatur seculare, tamen quia oritur, & dependet à iure spirituali, & Ecclesiastico, non potest Iudex laicus de illis cognoscere. Federic. de Sen. *consil.* 245. *numer.* 1. Azor. *part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 39. *q.* 3. Moneta *de decimis cap.* 8. *quæst.* 1. *num.* 15. Fagund. *de præcept. Eccles. præcept.* 5. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 5. vbi Couarruiam, Rupell. & alios contrarium sentientes refellit.

Item possessorium matrimonij, licet agatur 54 inter personas merè laicales, tamen, quia habet admixtam causam, & titulum spiritualitatis, definitur à Iudice Ecclesiastico. Couar. *de sponsal. part.* 2. *capit.* 7. §. 6. *numero* 8. *& capite* 8. §. 12. *num.* 3. Valasc. *cit. consil.* 93. *numer.* 2. & Molina *de ritu nupt. lib.* 2. *disput.* 30. *numer.* 19. *&* 20.

Item tandem ratione dictæ connexionis do- 55 minij vtilis cum directo, Emphyteutæ Ecclesiæ non tenentur ad collectas, & onera realia per statuta laicorum super rebus, & bonis imposita, Bartolus *in l. priuata, numer.* 2.

Cod.

Do l. de excusat. numer lib. 10. Iason *in Authent. quæ actiones, n.* 42. *Cod. de sacrosanct. Eccles.* Rip. *in tract. de pest. tit. de priu. ad conseruand. vbert. n.* 124. Pet. de Vbald. *cons.* 2. *post. tract. de collect. per tot.* Silu. *cons.* 9. *per tot.* Marc. Anton. Eugen. *cons.* 96. *n.* 23 *lib.* 1. Fachin *controuers. iur. c.* 91. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 444. *nu.* 27. Ruin. *consil.* 111. *n.* 10. Remig. Gonny *de charitat. subsid. quæst.* 61. *n.* 29. *& quæst.* 39. *nu.* 31. Odd. *consil.* 70. *per totum* (& præcipuè *n.* 31. vbi ait, hanc opinionem esse probabiliorem, nec non magis æquam & securam, & *num.* 40. vbi ait, hanc dici posse opinionem communem, cùm Bartolum, & alios grauissimos auctores sectatores habeat) Bursat. *consil.* 42. *numer.* 22. *lib.* 1. & videtur admisse Rota in cit. Romana domus de Scapucciis.

Et præter motiuum connexionis concurrit etiam prærogatiua qualitatis, & subiecti Ecclesiastici; si quidem hoc dominium vtile vasalli subiicitur, & famulatur dominio domini principalis. Alc. *in l. si quis, §. differentia, num.* 12. & ibidem Zas. *n.* 22. *ff. de acquirend. possess.* & Surdus *consil.* 57. *n.* 23. & in proprietate, tanquam in prima causa, inseparaliter inhæret, sine qua subsistere non potest. Vnde meritò dominium directum, cùm sit Ecclesiasticum, tanquam dignius, debet trahere ad suum Iudicem discussionem super dominio vtili; quia semper, vt dictum est, hoc dominium vtile residet in materia, & re Ecclesiastica, veluti in suo subiecto: sicut hac eadem ratione prærogatiuæ circa competentiam fori compertum est, quod laicus socius clerici sequatur forum eiusdem clerici. Bartolus *in l. fin. num.* 15. *ad fin. ff. de collect. illic.* Aret. *consil.* 29. *num.* 24. *in fin.* & Surdus *consil.* 222. *num.* 3. *& consil.* 396. *num.* 16. & 18. Et maior consors pupilli, vel minoris ratione iuris consortij gaudet priuilegiis ipsius pupilli, vel minoris *l. si communem, ff. quemadmodum seruit. amitt.* Afflict. *dec. s.* 213. Franch *decis.* 269. *num.* 1. Odd. *de restit. in integr. par* 1. *q.* 46. *art.* 10. *num.* 35. Et si aliter in hoc casu, vbi agitur etiam solum de dominio vtili Emphyteuticæ, diceremus, sequeretur præiudicium ipsius Ecclesiæ, cui expedit habere magis vnum Emphyteutam, quàm alium. Berous *in cit. cap. quia in Ecclesiar. num.* 9. *de constit.* Rimin. Iun. *num.* 12. Bec. *cons.* 3. *nu.* 61. *& 62 lib.* 1. & Rota *in cit. decis. Romana de Scapuccijs.*

DVBITATIO XVII.

An, si clericus, & laicus simul delinquant Iudex laicus, vel solus Ecclesiasticus cognoscat?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, & laicus si delinquant simul causa aduersus vtrumque spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Iudex Ecclesiasticus est dignior Iudice laico, & ideo potius ad istum, quam ad illum spectat talis cognitio, præsertim in casu quo praueniret.*

3 *Causa continentia non est diuidenda.*

4 *Vterque Iudex si procederet in tali casu distincte, sequerentur absurda, & qui.*

5 *Bulla Pij IV. die* 26. *Maij anno* 1565. *edita fuit correcta, & reducta ad terminos iuris communis.*

6 *Vxor de furto nõ tenetur pro rebus subtractis à viro. Iudici laico nullo modo licitum est in Domum Clerici irruere, & mulierem inde extrahere, quia hoc esset violentiam aduersus ipsos clericos exercere.*

8 *Consuetudo quorundam Iudicum laicorum, qui expensas factas in captura, & custodia mulierum suspectarum postea exigunt à Clericis, improbatur, & damnatur.*

9 *Exactio expensarum prædictarum habet rationem pœnæ, & ideo per Iudicem laicum à Clericis non exigenda.*

10 *Per expensarum condemnationem fertur saltem indirectum iudicium de crimine Clerici.*

11 *Appellatio facienda est coram Iudice Ecclesiastico quando causa decisa est ab vtroque Iudice & laico, & Ecclesiastico.*

12 *Quæstio in dubio Iurisdictionis inter laicum, & Ecclesiasticum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum.*

13 *In Dubio tenenda est opinio, qua fauet Ecclesiæ, vt potè fauorabilis.*

RESPONDETVR, quod si clericus, & laicus simul delinquant, vt in concubinatu, &c. tota causa aduersus vtrumque reum ad Ecclesiasticũ Iudicẽ pertineat. Ratio, quia est regula generalis tradita à Doctoribus *in l. nulli, Cod. de iudic.*, quod si plures simul delinquãt, omnes ab eodẽ Iudice iudicãdi sint; quare cum laicus Iudex sit minus dignus, & impotens, nedum incompetens; Iudex autem Ecclesiasticus sit dignior, & non impotens, quamuis ordinariè incompetens, ad istum Iudicem potiùs, quàm ad illum, pertinebit in hoc casu vtrumque reum iudicare; atque ita contra Couarruuiam *in pract. qq. cap.* 34. *numer.* 1. Guttier. *lib.* 1. *pract. quæst. q.* 6. Marc. Antonium Cucchum *instit. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 16. Vrsillum *in addit. ad Afflictum, decis.* 223. *num.* 7. Aymonem *consil.* 232. Rupelium *in forens. instit. lib.* 3. *cap.* 11. Osascum *decis. Pedemontan.* 103. *num.* 10. Ceuallos *par.* 2. *q.* 69. *num.* 7. Mexiam super pragm. taxæ panis, *concl.* 5. *numer.* 74. Francum *decis.* 113. *num.* 6. Villadieg. *cap.* 5. *§.* 10. *num.* 45. & ex Theologis contra Sanchez *in opusc. to.* 1. *lib.* 3. *cap. vnic. dubit.* 30. *num.* 5. Molinam *de iust. & iur. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 49. *num.* 24. Bonacinam *to.* 3. *in Bull. Cœnæ, disp.* 1. *q.* 16. *punct.* 5. *num.* 20. & Castrum Palaum *to.* 2. *disp. vnic. punct.* 6. *nu.* 11. docent plures Doctores, vt videre est apud Menochium *de arbitr. iudic. quæst. cas.* 371. *nu.* 12. & Martham *cit. par.* 4. *cas.* 44. *num.* 7. præsertim in casu, quo Iudex Ecclesiasticus præueniret in captura, Marian. Socinus *in cap.* 2. *n.* 30. *de mutuis petitionib.* & *consil.* 12. *n.* 19. *vol.* 1. Bartholom. Socinus *in l cum Senatus, n.* 11. *ff. de reb. dub.* (qui in praxi ita fuisse obtentum se vidisse testatur) Felin. *in cap.* 1. *n.* 6. *de præsumpt.* Parisius *consil.* 154. *n.* 1. *volum.* 4. Riminald. iunior *in l. imperium n.* 83. *de iurisd. omn. Iud. & cons.* 102. *n.* 11. *&* 39. *vol.* 2. *cons.* 261. *n.* 43. *vol.* 3. Card. Albanus *cons.* 13. *n.* 6. Baiardus *in addit. ad Clarum q.* 36. *n.* 50. Farinac. *q.* 8. *n.* 151. Maynard *de priuileg. Eccl. par.* 1. *ar.* 17. *n.* 10. Duard. in Bull. Cœn. *can.* 17. *q.* 11. *n.* 48. Bellettus *par.* 1. *tit de fauore cleric. personali, §.* 16. *n.* 1. Ambrosin. *tract. de immunit. Eccl. c.* 20. *n.* 9. Tamburin. *de iure* Abbat. *to.* 1. *disp.* 15. *q.* 19. *n.* 31. Fagnanus *in resp. pro censur. Pauli V. par.* 3. *fol.* 85. Scaccia *lib.* 1. *de iudic. causar. &c. cap.* 11. *n.* 24. vbi asserit, quod, quidquid dixerint aduersarij docentes, & testantes de consuetudine in contrarium, ita viderit ipse seruari in praxi; & meritò, quia magis dignum trahit ad se minus dignũ, vt supra dicebatur: tũ quia ita patet

ex cap. vpe tuas, de arbitr. cap. quanto, de iudic. l. si communem, ff. quem adm. seruit. amitt. & l. eum qui 3 *adi, ff. de vsucap.* cum quia causæ continentia diuidenda non est, *ex l. nulli, Cod. de iudic. & ex cap.* 4 *1. de causs. possess. & proprietat.* cum quia dato, quod cõmodè vterque Iudex suum iurisdictionarium punire posset, non tamen vitaretur absurdum, quod de facili euenire posset, si scilicet diuersæ, & forsitan contrariæ sententiæ ferrentur, v.g. si Ecclesiasticus condemnaret clericum, laicus autem absolueret, vel è contra; cùm tam clericus quàm laicus de eodem delicto inquirerentur, & æquales contra vtrumque probationes adessent.

5 Non obstat, quod contra nostram sententiam videatur esse Bulla Pij IV. die 26. Maij anno 1563. nam dicta Bulla fuit correcta, & redacta ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini per aliam Bullam Pij V. die 20. Iunij anno 1566. vt recte notat Scaccia *loco supra cit.*

6 Non obstat secundò, *l. si quis vxori, ff. de furtis*, quam pro se adducunt Aduersarij; nam, vt bene aduertit Ambrosinus vbi supra, cùm vxor de furto non teneatur pro rebus subtractis à viro, si alius, qui ei opem præstitit ad furandum, hanc immunitatem haberet, impunitus euaderet; quare non mirum, si priuilegio vxoris non gaudeat, vt ibi dicitur, & ita secundùm nostram sententiam fuisse decisum anno 1591. per S. Cardinalium Congregationem, testatur Scaccia vbi supra, in casu cuiusdam clerici, & laici, qui erant inquisiti de violentia illata cuidam mulieri: nam ambo fuerunt remissi ad Iudicem Ecclesiasticum.

At quoniam (vt monet Menoch. *loco cit.*) opinio hæc non seruatur in praxi; cùm passim Iudices seculares contra clericorum concubinas, & mulieres suspectas procedere soleant; ex contraria altera non omninò improbabili opinione Doctorum, quam dicebamus *cap. 6. dubit.* 13. quinque saltem hic aduertenda sunt.

7 Primum, quod nullo modo licitum sit Iudici laico, vel eius ministris in domum clerici irruere, & mulierem inde extrahere; quia hoc esset violentiam aduersùs ipsos clericos vsurpare, vel saltem contra illos iurisdictionem coactiuam exercere; quod non posse, clarè patet ex iis, quæ *c. 9. per totam*, dicebantur.

8 Secundum, quod probanda non sit consuetudo quorumdam Iudicum laicorũ, qui expensas factas in captura, & custodia mulierum suspectarũ, postea exigũt à clericis, tanquá isti expensarũ causam præbuerint: nam in primis clericus cõcubinarius harũ expensarum causa per se non extitit, cùm mulierẽ ipse capi non iusserit, sed solum per accidens suo 9 delicto ad id occasionem præbuit. Vnde sequitur, quod hæc expensarum exactio potius habeat rationem pœnæ, quæ clericis à seculari Iudice inferri non potest, sicuti *cit. c. 9* dictum est.

10 Adde, quod per hanc condemnationem in expensas iudicium fertur, saltẽ indirectè, de crimine clerici, non citati, nec auditi, & interdum innocentis; idque non sine publica infamatione; quę omnia excedunt Iudicis secularis potestatem, ergo, &c.

11 Tertium, quod quando in aliquo casu causa decisa fuit per duos Iudices, vnum laicum, & alterum Ecclesiasticũ, appellatio facienda sit coram Ecclesiastico; quia (vt supra dicebatur) dignior trahit ad se minus dignũ; & quia cùm in dicta appellatione agatur de actu ipsorum Iudicum, quorũ Iudex non potest esse laicus, appellatio necessariò interponẽda est coram Ecclesiastico: atq; ita docet Felin. *c. 1. de præscript. n. 6.* Ambrosin. *de immun. c. 20. n. 6.* Bonac. *in Bull. Cœn. disp. 1. q. 16. punct. 5. n. 20. contra* Couarr. *lib. 2. var. cap. 22.*

Quartum, quod quando incidit quæstio, cuius 12 nã sit iurisdictio, Ecclesiasticus sit Iudex; quia in tali casu maior cognoscere debet, vt patet *ex c. si Iudex de sent. excomm. in 6.* & docet Ripa *in c. decernimus, de iudic.* Alex. *cons. 8. col. 3. lib. 1.* Felin. & Decius *in pastoral. de rescript.* Couarr. *c. 33. pract. qq. n. 8.* vbi testatur ita in Hispania seruari. Guttier. *pract. qq. lib. 1. q. 6. n. 2.* Fagnan. *in respons. pro consur. Pauli V. par. 4. fol. 121.* & Sanchez *in opusc. tom. 1. lib. 2. c. 4. dub. 52. n. 2. & dub. 55. n. 31.*

Quintũ, quod in dubio tenenda sit opinio, quæ 14 faucet Ecclesiæ, vtpote fauorabilis; & ita habetur *in cap. fin. de sent. & re iudic. & in l. sunt personas, ff. de relig. & sumpt. fun.* & ex antiquis docet Felin. *in cap. 1. n. 104. de constit.* Iason. *in l. filiusfam. §. duæ, n. 82. & in repet. n. 110. ff. de leg. 1.* Decian. *lib. 3. cons. 80. n. 21.* Hondedeus *lib. 1. cons. 3. n. 14.* Beller. *part. 1. tit. 6. §. 4. n. 13.* & Maynard. *de primileg. Eccl. contra Venetos part. 2. ar. 22. num. 61.*

DVBITATIO XVIII.

An Pontifex possit cognoscere, & sit Iudex competens, vbi discordia oritur in re graui inter duos supremos Principes?

SVMMARIVM.

1 *Si duo supremi Principes discordiam habentes non consentiunt in Iudicem, seu Arbitrum, & ex eorum discordia probabiliter timetur fidei Catholicæ, Ecclesiæ, vel boni spiritualis detrimentum, potest, quin & debet Papa cognoscere, & ferre sententiam inter ipsos.*

2 *Qui tali sententia stare debent.*

3 *Papa est dominus vniuersalis, non solum in spiritualibus, sed etiam, saltem indirectè, in temporalibus.*

4 *Idque siue supremi Principes habeant suam potestatem immediatè à populo, siue media electione populi, immediatè à Deo, & multò magis, si immediatè habeant à Papa.*

5 *Papa potest, quin & debet, abrogare leges seculares iniustas, & bono spirituali contrarias.*

6 *Et tunc subditi tenentur potius obedire mandatis Papæ, quàm Principum secularium.*

7 *Item potest Papa, si sic exigat Ecclesiæ, vel boni spiritualis communis conseruatio, deponere Reges.*

8 *Item potest, si Princeps aliquis hæreticus, vel schismaticus fiat, vel si hæreticis, schismaticis, aut aliis infidelibus auxilium præstet, vel quid aliud, quod cedat in Ecclesiæ detrimentum efficiat, vti contra illum gladio temporali, & procedere vsque ad depositionem, & expulsionem è Regno.*

9 *Item potest Papa ex causa Imperatoris Electores instituere, & institutos mutare.*

10 *Item potest Imperatoris electionem non confirmare, quin & illam improbare; & alium eligere, & electum, etiam confirmatum, deponere.*

11 *Et hoc factum est pluries.*

12 *Item potest ex causa per se ipsum Imperatorem eligere.*

13 *Imperator recipit gladium à Deo, & etiam à Papa, vt Vicario, & Ministro Dei.*

RESPONDETVR affirmatiuè, ita vt si hi non conſentiant in Iudicem, ſeu arbitrum aliquem, & ex tali diſcordia probabiliter timeatur fidei Catholicæ, Eccleſiæ, vel boni ſpiritualis detrimentum poſſit, quin & debeat Pontifex in ordine ad finem ſpiritualem, & vitanda huiuſmodi incommoda cognoſcere, & ſententiam ferre inter ipſos, qui tali ſententiæ ſtare omninò debent; quia Pontifex eſt dominus vniuerſalis, non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam, ſaltem indirectè, in temporalibus ita vt poſſit, ſaltem indirectè, ſupremam poteſtatem etiam in temporalibus exercere, ſi ſcilicet ſic exigat finis ſpiritualis, id eſt, ſic expediat ad quietem, & conſeruationem Eccleſiæ, ſeu ad ſpiritualium neceſſarium profectum aſſequendum, vel damnum moraliter, v. g. Religionis, vel animarum ſalutis periculum vitandum, ſicuti colligitur ex Extrauag. *Vnã ſanctam* Bonifacij VIII. & ex Extrauag. *morum*, & ex communi docent Sotus *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 2. *art.* 1. *concl.* 4. Mol. *de iuſt. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 29. Anguian. *de legib. tom.* 1. *lib.* 2. *contr.* 17. *num.* 79. Azor. *part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 5. *q.* 8. Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 22. Rebell. *part.* 2. *lib.* 14. *quæſt.* 23. *ſect.* 1. & 5. Bellarmin. *contr.* 3. *lib.* 5. *cap.* 6. Malder. *in* 2. 2 *q.* 1. *art.* 10. *dub* 8. Tanner. *in* 1. 2. *diſp.* 4. *quæſt.* 4. *dub.* 1. *num.* 33. Turrecrem. *in ſumma lib.* 2. *cap.* 13. Maynardus *de priuil. Eccleſ. part.* 1. *ar.* 6. *num.* 1. Siluius *in* 2. 2. *q.* 66. *ar.* 1. Salgad. *de protect. Reg. tom.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *prælud.* 1. *n.* 55. Cenallos *tract. de cognit. per viam violent. in prolog. num.* 9. & 12. Paramus *de origin. Inquiſit. lib.* 3. *quæſt.* 1. Pereira *de manu Reg. præl.* 1. *num.* 4. & 5. Barboſa *in collectan. tom.* 2. *lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 13. *num.* 37. Bobadilla *in polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 2. & 3. Salzed. *de iure Politica lib.* 3. *cap.* 1. *per tot.* Diana *par.* 2. *tract.* 2. *reſol.* 125. & Curtellius *de Eccleſiabert. lib.* 2. *q.* 124.

1 2 3

4 Idque ſiuè Reges, & Principes habeant ſuam poteſtatem immediatè à populo (vt probabilius volunt Doctores, quos citat, & ſequitur Diana *citat. tract.* 2. *reſol.* 125.) ſiue, media populi electione, tamquam conditione, ſine qua non (vt dicitur de poteſtate Pontificis in ordine ad Cardinalium electionem) immediatè habeant à Deo (vt volunt Doctores, quos citat, & ſequitur Ceuallos, & Curtellius *cit. lib.* 2. *q.* 126.) & multò magis ſi habeant immediatè à Pontifice, vt volunt Peregrinus *de priuileg. Fiſci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 37. Valenzuola *in defenſ. Monitor. part.* 5. *num.* 226. Ioſeph. Sete *in inhibition. cap.* 8. §. 1. *num.* 2. & Azeued. *in Recopilation. lib.* 4. *tit.* 1. *leg.* 11. *num.* 16.

5 Hinc Pontifex poteſt, quin & debet, leges ſeculares iniuſtas, & bono ſpirituali aduerſantes abrogare; & tunc ſubditi tenentur potiùs obedire mandatis Papæ, qnàm mandatis Principum ſecularium, ita Molina *numer.* 34. & Anguian, *num.* 74.

6

7 Item ſecundò poteſt, ſic exigente fidei, Eccleſiæ, aut boni ſpiritualis communis conſeruatione, deponere Reges. Vnde & tranſtulit aliquando Imperium à Græcis ad Germanos.

8 Item tertiò poteſt, ſi Princeps aliquis hæreticus, vel ſchiſmaticus efficeretur, aut ſi hæreticis, ſchiſmaticis, vel aliis infidelibus Eccleſiam oppugnantibus, auxilium præſtaret, aut quid aliud, quod cederet in Eccleſiæ detrimentum, efficeret, vti aduerſus illum gladio temporali, & procedere vſque ad depoſitionem, & expulſionem à Regno. Ita Mol. *num.* 28. Vide etiam Malderum 2. 2. *quæſt.* 1. *art.* 10. *dub.* 8. Bobadillam *tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 5. Comitolum *in Apolog. cap.* 3. & Barboſ. *in collect. tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 6. *cap.* 34. *numer.* 3. & 4.

Item quartò poteſt ex cauſa rationabili Impe- 9
ratoris Electores inſtituere, & inſtitutos mutare, vide Aug. de Ancho.

Item quintò poteſt Imperatoris electionem 10
non confirmare, quin & illam improbare, ſi ipſi idoneus ille non videretur; & ex cauſa ratio- 11
nabili poteſt alium eligere, & electum, etiam confirmatum, deponere, quod & pluries factum eſt; vi- 12
de 15. *q.* 6. *glaſſ. in cap. venerabilem, de elect.* & Barboſam *vbi ſupra*, qui citat Suarium, Bellarminum, Peregrinum de iure fiſci, Maſtrillum, & Auguſt. de Ancho, qui ſubdit, quod ex iuſta, & rationabili cauſa (v. g. propter negligentiam & diſcordiam electorum, aut propter electi bonitatem, & condecentiam, aut propter populi Chriſtiani, & pacis prouidentiam, aut propter hæreticorum, ſchiſmaticorum, & ſimilium hominum audaciam coërcendam) poſſit Papa etiam per ſeipſum Imperatorem eligere, quia Imperator hoc ipſo, quod eſt miniſter Dei (cùm à Deo, 23 *quæſt.* 4. *quæſit.* dicatur gladium recipere) eſt etiam miniſter Papæ, qui eſt Vicarius Dei; ſed principalis agentis eſt, eligere miniſtros, & inſtrumenta ad finem (qui in Papa eſt pax, & commune bonum Eccleſiæ) quapropter Ariſtot. 1. *Ethic.* docuit, quod militaris (cuius finis eſt victoria) eligit Equeſtrem, & frænofactiuam, ergo, &c.

Neque dicas haberi *in cit.* 23. *q.* 4. quod Impe- 13
rator recipiat gladium à Deo, & ſic quod non recipiat à Papa: Nam reſpondetur, quod Imperator non recipit gladium à Papa, vt eſt ſingularis perſona, ſed vt eſt Vicarius Dei; quin ſi gladium Imperator recipit à Deo, neceſſariò recipit illum à Dei Vicario, qui eſt Papa, quia à Deo recipere illum non poteſt Imperator (cùm ſit homo) niſi humano modo, & ſic per hominem, qui eſt Vicarius Dei. Vide, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis q.* 4. *ſect.* 21. *ſubſect.* 2.

CAPVT VNDECIMVM

De facultate Eccleſiaſticæ Poteſtatis in Aduenas, & Peregrinos.

DVBITATIO I.

An, & quid poſſit Poteſtas Eccleſiaſtica in Aduenas, & Peregrinos?

SECTIO I.

Suppoſita.

SVMMARIVM.

1 *Aduena, & Peregrinus, si habet animum permanendi in perpetuum in aliquo loco, tenetur legibus illius loci.*

2 *Aduena, & Peregrinus amplius non censetur constituto alicubi domicilio; sed incola, & pars illius Reipublicæ.*

3 *Aduena qui acquisiuit alicubi Domicilium, potest ordinari ab Episcopo illius loci, in cuius Diœcesi existit.*

4 *Glossa in can. quæ contra dist. 8. vers. aut Peregrini reprobatur. Vbi talis domicilij alij effectus afferuntur contra glossam.*

5 *Domicilium acquiritur eo ipso, quo quis incipit habitare animo permanendi in perpetuum.*

6 *Opinio Ioannis Sanchez non acquiri Domicilium, quousque maiori anni parte perseueret quis in voluntate permanendi in perpetuum in aliquo loco reprobatur auctoritate Thomæ Sanchez.*

7 *Ad contrahendum domicilium non requiritur decennalis habitatio; sed tantum ad præsumendum animum in perpetuum.*

8 *Domicilium semel acquisitum, non deperditur, nisi simul habitatio, & animus permanendi in perpetuum mutentur.*

9 *Res per quascumque causas nascitur per easdem deperditur.*

10 *Aduena, & Peregrinus licet intendat solum maiori anni parte in aliquo loco permanere, tenetur legibus illius.*

11 *Iuxta loquentia de habitatione requisita ad contrahendum Domicilium, limitantur quando agitur de Domicilio parochiali.*

12 & 13 *Parochianus talis loci fit quis incipiens ibi habitare animo permanendi; quod verum est non solum quoad Sacramenta necessaria, sed etiam simpliciter quoad omnia Ecclesiastica præter ordinem, & primam tonsuram.*

14 *Quasi Domicilium acquiritur ratione assiduæ, & diuturnæ habitationis.*

15 *Habitans frequenter alicubi, potest ibi conueniri.*

16 *Item potest recipere omnia Sacramenta præter ordinem, & qua ratione ordo excipiatur.*

17 *Item debet ibi sepeliri, nisi alibi elegerit sepulturam.*

18 *Ad contrahendam obligationem seruandarum legum municipalium sufficit diuturna habitatio; & idem dic de præceptis Ecclesiasticis contra glossam & Doctores requirentes etiam in tali casu animum perpetuò permanendi.*

19 *Scholares in Academiis censentur subiecti Iurisdictioni illorum locorum.*

20 *Incola censentur, qui licet aliquanto minus temporis, certo permanendi proposito, alicuius negotij causa in aliquo loco Domicilium, officinam, vel Tabernam fixerunt.*

21 *Princeps non tenetur statutis municipalibus locorum, & Prouinciarum dum in ipsis etiam per longum tempus moratur.*

22 *Statuta ab inferiore lata, licet confirmata, & approbata à Principe, attamen ipsum non ligant. Idem dic de legato quoad Leges Diœcesanas Episcopi.*

23 *Scholaris Neapolitanus degens Bononiæ studiorum causa ab alterutro, quem maluerit Ordinario potest recipere dispensationes, sacram sepulturam, & Sacramenta exceptis ordinibus.*

24 *Assignato ab Episcopo Sacerdote alicui Communitati, quicumque efficitur membrum Communitatis, etiam ad breue tempus subiicitur spirituali Iurisdictioni dicti Sacerdotis.*

25 *Cohorti militum assignato ab Episcopo Sacerdote, licet quotidie in demortuorum locum ceteri assumantur, omnes quia moraliter est eadem cohors, subiiciuntur eidem Sacerdoti.*

26 & 27 *Assignatur discrimen inter contrahendum Domicilium absolute, & quasi Domicilium, nam ad contrahendum nouum domicilium absolute, requiritur quod quis incipiat ibi habitare cum animo permanendi in perpetuum; ad contrahendum autem nouum quasi Domicilium sufficit quod incipiat habitare ad permanendum ad anni tempus non modicum.*

28 *Ad contrahendum tam Domicilium, quàm quasi Domicilium, duo copulatiue requiruntur, scilicet factum, & Animus.*

29 *Animus, consistit in proposito voluntatis permanendi perpetuo, vel ad anni tempus non modicum.*

30 *Factum consistit in actuali habitatione.*

31 *Scholares accedentes ad Academias animo permanendi solum ad tempus etiam aliquot annorum, non contrahunt Domicilium.*

32 *Domicilum præsumitur contractum in dubio ex habitatione decennali, etiamsi desierit animus perpetuo permanendi.*

33 *Socius nauigationis alicubi expectare coactus neque contrahit ibi quasi Domicilium, & ita censetur Hospes, & Peregrinus.*

34 *Ciuis habens Domicilium in Ciuitate, si recreationis gratia rus petat, & ibi moriatur non electa sepultura, non in Ecclesia Villæ, sed suæ Parochiæ est sepeliendus.*

35 *Domicilium amittetur quando hæc duo copulatiue interueniunt, scilicet animus recedendi, & actualis migratio.*

36 *Habitans vicissim in duobus locis diuersis anni temporibus cum animo sic perpetuo faciendi, contrahit in vtroque loco Domicilium, vel quasi, & sic duas Parochias.*

37 *Habitans vtrobique magna anni parte, & non tantum recreationis gratia, tenetur legibus illius loci, vbi præsens fuerit, & in alterutra, quam maluerit Parochia potest recipere Sacramenta.*

38 *Aduena, & Peregrinus tenetur in contractibus seruare conditiones, & solemnitates statutas à legibus municipalibus loci contractus.*

39 *Contractus censetur nullus solemnitatibus à lege municipali loci, vbi celebratur, non seruatis.*

40 & 41 *Aduena tenetur seruare pretium mercibus taxatum, & soluere gabellã, & quodcũque aliud onus ibidem contractui annexum. Idem dic si contractus celebretur etiam per nuncium, vel per epistolam.*

42 *Contractus Dotalis obligat contrahentes ad seruandas solemnitates loci Viri, non vbi contractus celebratur, de mente Bonacinæ, & aliorum, secus est de mente Auctoris.*

43 *Lex exigere ff. de Iudic. declaratur, nam non loquitur de conditionibus, & solemnitatibus in contractu Dotali requisitis, vt male opinatus est Bonacina, sed de exactione, & repetitione illius.*

44 *Dos repeti debet vbi Vir Domicilium habet.*

45 *Contractus Dotalis iudicari debet secundum leges municipales loci, in quo celebratus est.*

46 *Contrahentes non sortiuntur forum loci contractus, quando per pactum expressum aliter cõuenerunt, vel natura contractus aliud exigat.*

47 *Aduena*

47 *Aduena contrahens cum Incola alicuius loci, cui notum est esse statim discessurum non potest conueniri in loco contractus, sed vbi habet domicilium*

48 *Contraxisse vnusquisque eo loco intelligitur, in quo vt solueret se obligarit.*

49 *Locus Viri tam ex natura contractus, quàm ex voluntate contrahentium dicitur solutioni designatus.*

50 *Aduena, & Peregrinus etiam obstringitur legibus municipalibus loci, per quē transit quādo iisdem obstringitur in loco sui Domicilij*

51 *Opinio in oppositum non est improbanda. Videtiones ibi adductas pro d. opinione.*

52 *Vagi, qui certum domicilium non habent ex probabili sententia Doctorum nullis particularibus Legibus locorum, per qua vagantur, vinciuntur.*

53 *Aduena, qui in loco sui Domicilij seruauit legem vtrique loco communem, puta ieiunium, si aduenial, vbi tale ieiunium ob Kalendarij diuersitatem non est peractum, non tenetur ieiunare, & sic de singulis.*

54 & 55 *Aduena, & Peregrinus tenetur seruare lege in loco, vbi transit, etiā si late solum sint ad bonum illius loci. Item tenentur, etiam si late fuerint in ordine ad Peregrinos tantum contra Innocentium.*

56 *Aduena tenetur seruare in loco, per quem transit leges Iuris communis, etiam si in suo territorio ex contraria consuetudine non teneatur*

57 *Consuetudo proprii loci non excedit territorium, neque facit priuilegium personale, sed solum locale*

58 *Consuetudo Iuri communi contraria, est stricte interpretanda*

59 & 60 *Castellanus transiens per Lusitaniam, non potest die sabbati vesci intestinis animalium, sicuti in Castella. Idem dic de Mediolanensi, cum in ipsius Patria non incipiat Ieiunium quadragesimale à feria quarta cinerum transeunti per locum vbi ieiunium prafatum seruatur.*

61 *Opinio contraria non videtur omnino improbanda*

62 *Leges Diœcesana, quando indistincte late sunt ab Episcopo pro tota Diœcesi ab omnibus Diœcesanis sunt seruanda dum sunt ibi secus est si solum lata pro parte Diœcesis Vide diffusius responsionem ad obiectionem factam*

63 *Quæ dicta sunt de legibus & consuetudinibus Ecclesiasticis habent locum etiam in secularibus propter easdem rationes.*

SVPPONO primò, quod aduena, & peregrinus hoc ipso, quo accedit ad aliquem locum, animo ibi permanendi in perpetuum, obstringatur sententiis, præceptis, consuetudinibus, & legibus municipalibus, vt festis, ieiuniis, &c. illius loci, sicut & obstringūtur alij ciues, quia hoc ipso, quo ibi constituit domicilium, desinit esse peregrinus, & fit incola, & pars illius Reipublicæ; ac proinde incipit obstringi præceptis, consuetudinibus, & legibus municipalibus illius loci, sicut & obstringuntur reliqui ciues; quia iam acquisiuit ibi domicilium, ratione cuius ibi, etiam in ordine ad suscipiendos ordines, factus est subditus, vt mox infra dicetur, & docent ex communi Paludan. *in 4. dist. 15. q. 4. ar. 3.* S. Antonin. *par. 2. tit. 6. cap 2. §. 2.* Silu. *ver. ieiunium, q. 2.* Rosella *eodem ver, num. 16.* Nauar. *in cap placuit, 3, de pœnit. dist. 6. num. 92. & seqq.* Paulus Staibanus *resol. 92.* Medina *1. 2. q. 96. ar. 5.* & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim lib. 3. disp. 18. num. 9. & lib. 1. moral. cap. 12. num. 42.* Suarez *to. 1. de relig. lib. 2. cap. 14. num 15.* Salas *de leg. tr. disp. 4. sect. 14. in princip.* Less. *de iust. & iur. lib. 4. cap. 2. dub. 7 num. 46.* Pasqualigus *de ieiunio decis. 201. num. 1.* & Farinacius *1. par. prax. q. 7. num. 1. contra glossam in cap. qua contra, d. 8. ver. aut peregrini*

Ex quibus patet, talem, licet incolam fungi debere omnibus muneribus publicis, *l. incola 29. ff. ad municip.* non enim incolæ obest aliquod munus in loco incolatus suscipere, modò ibi domicilium transtulerit *l 1. C. de incol. l. 10.* immò incola muneribus publicis destinatus, non potest nisi completo munere incolatui renunciare, *l incola 34. ff. ad municip* nam incola est verè ciuis in omnibus, & per omnia, adeo vt etiam in materia quantumuis stricta, semper vt ciuis reputetur, & ideo priuilegium concessum ciuibus, trahitur etiam ad incolas, Castren. *in l. omnes populi, n. 10. ff de iust. & iur.* cum aliis per Regent. Rouit. in suo solemni *cons. 48. n. 3. vol. 1. in fine*, vbi refert ita per Regiam Cameram decisum, scilicet incolam prædictum tractandum esse vt ciuem.

Et hæc ciuilitas acquiritur per incolatum factum per decēnium, etiamsi incola nec verbo, nec facto animum suum declarauerit, velle ibi perpetuò habitare: nam ex cursu dicti decennij dictus animus præsumitur: declaratio enim prædicta requireretur, quando minori spatio decem annorum in hac ciuitate habitasset, quo casu etiam vti ciuem, eum tractandum esse, tradit idem Rouit. *in d. cons. 48. n. 5.* signanter in vers. *aut. denique*, vbi etiam dicit, quod & si non adfuerit hæc declaratio, & quis minori spatio decem annorum habitauerit, si tamen habitatio prædicta habuerit admixta alia signa domicilij vt puta si habitauerit cum familia, vel emerit prædia, & similia tunc etiam acquiret ciuitatem, Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 86. & de præsumpt. lib. 6. præsump. 42.* & quod dicatur domicilium eum habere, qui habitat cum bonis, domo, familia, & lare, tradit idem Rouit. *in cons. seq. 49. n. 2. & 3. vol. 1.* quod est cons. Hippol. Vannij, allegans textum *in l. ciues* & ibi glos. & DD. *C. de incol lib. 10.*

Domiciliū autem acquiritur eo ipso, quo quis incipit habitare animo permanendi in perpetuum, *l. domicilium ff. ad municipalem*, & tradit glossa, & Doctores communiter, quos refert, & sequitur Sānchez *cit lib. 3. disp. 23. num. 2.* Quare minus rectè dixit alter Sanch. *in select. cit. 3. disp. 54. n. 35.* non acquiri domicilium, quousque maiori anni parte perseueret quis in voluntate permanendi in perpetuū in aliquo loco. Neque requiritur decennij habitatio, nisi ad præsumendum animum permanendi in perpetuum. vt rectè dixit Thomas Sanch. *dict. disp. 23. num. 1. & 2.* Semel autem domicilium acquisitum non deperditur, nisi simul habitatio, & animus permanendi in perpetuum mutentur; quia cum vtrumque ad domicilium acquirendum necessarium fuerit, vtrumque etiam ad domicilium deperdendum necessarium erit, *est. l. domicilium*; & meritò, siquidem res per quascunque causas nascitur, per easdem deperditur, *cap. 1. de regul. iuris*, & tradunt Doctores in locis *s. pra cit.*

Quapropter contra quosdam, vt glossam,& Ioan. Sanchez *in select.disp.* 54. *num.* 35. domicilium semel acquisitum non deperditur animo recedendi solum,sed requiritur etiam,quod re ipsa recedas, ad hoc,vt inquam,dicatis ibi amplius domicilium non habere;& consequenter contra glossam, & Ioannem Sanchez *ibid.* non desines legibus illius loci obligari,donec inde re ipsa simul cum animo recedendi recedas. Vide Pasqualigum *de ieiunio dec.* 204. *per totam.*

10 Suppono secundò,quod aduena, & peregrinus, licet intendat solum maioti anni parte in loco permanere (vti solent scholastici in loco studij, agentes in Curia,locantes opera per longum tempus in extero loco)adhuc etiam obstringatur sen-
11 tentiis,præceptis,consuetudinibus,& legibus municipalibus loci,in quo est,quia licet talis habitatio non sit sufficiens ad contrahendum domicilium absolutè, sufficit tamen ad contrahendū domiciliū parochiale,seu ad contrahendam parochiā quoad omnia Sacramenta necessaria, vti docent glos.*in Clement.1.de priuileg.* Abb.*in cap.cum contingat,de foro compet.num.*29. Paludan.*in 4.dist.*17.*q.*3. *ar.*3.*concl.*6. Gabriel.*ibid.q.*2.*ar.*3. *dub.* 2. Siluerius *loco supra cit.* Angel. *ver. Parochia* Henriquez *lib.*3. *de pœnit.cap.*14. Aragon.*in* 2.2.*q.*88 *ar.* 12. Less.*lib.* 2.*cap.*40.*dub.*28.*numer.* 121. Suarez *de pœnit.disp.* 23.*sect.*2. Molin.*to.*1.*tract.*2.*disp.*214. Layman.*lib.*5.
12 *tract.*6.*cap.*10.*num.*5. Sanchez *lib.*4. *moral. cap.*37. *num.*24.*& de matrimon.lib.* 3.*disp.* 25. *num.*3. nam hoc ipso,quo quis cum tali animo incipit alicubi
13 habitare,fit parochianus talis loci,& subiectus tali parochiæ. Quod non solū verū est quoad Sacramēta necessaria, sed etiam simpliciter quoad omnia Ecclesiastica,vt Confirmationem ; matrimonium, sepulturam,dispensationem votorum, iuramentorum,&c. præter ordinem (sub quo intellige primam tonsuram , vt potè quod præuium ad ordinem)sicuti vsus confirmat;quapropter etiam talis habitatio sufficiens est ad contrahendam obligationem consuetudinum, & legum municipalium loci,quia licet quis,vti dicebam,per talem habitationem domicilium absolutè ibi non acquirat,ac-
14 quirit tamen saltem quasi domicilium,ratione assiduæ,& diuturnæ habitationis,ratione cuius po-
15 test ibi conueniri,*leg.*2.*in princip.* ibi: *Et assidnè versatur,Cod.vbi senatores,vel alij Clariss. l. hares absens, §.proinde in fin.ff.de iudic.& l.*2. *Cod. vbi de crimine agi oport.* & tradit gl.ibi:ver. *elegit*, Silu. *ver.domicilium,num.*2. Azor.*par.*1.*lib.*5.*cap.*11.*q.*3. Reginaldus *in prax.tom.*1.*lib.*13.*cap.*17.*num.*172. Granad.*in* 1.2.*controu.*7.*tract.*3.*par.*1.*disp.*6.*sect.*4. *numer.* 23.*&* 25. Villalob.*tom.*1.*tract.*2.*dub.*33. *num.*8. Tiraquell. *de retractu lignag.§.*9.*glos.*2.*num.* 26. Farinacius *cit. q.*7.*num.*5. Sanchez *cit.disp.*10.*& cit.disp.*13.*numero*
16 12. Less.*de iust.& iur.lib.*4.*cap.*2. *Dub.*7. *numero* 47. Pontius *de matrim.lib.*5.*cap.*7.*§.*1.*num.*4. & Bonacina *de legib.disp.*1.*q.*1.*punct.*6.*num.*43. Et ratione cuius potest ibi recipere omnia Sacramenta præ-
17 ter Ordinem,cùm ordo excipiatur,*cap. cum nullus, de tempor.ordin.in* 6. & Doctores, quos supra citabam;
18 Et ratione cuius ibi debet sepeliri , nisi alibi sepulturam elegerit; Doctores iidem,& alij, quos citat,& sequitur Molin.*de iust.tract.* 2. *disp.* 214. Quapropter quod dixi,videtur etiam solum sufficere,ad hoc vt aduena,& peregrinus obstringatur sententiis,præceptis,consuetudinibus,& legibus municipalibus alicuius loci,quia vti dicebam , in tali casu eius loci forum sortitur,seu eius loci iurisdictioni tam ciuili , quàm Ecclesiasticæ subiicitur;Etsi dissentiat glossa in *cit.cap.quæ contra dist.*8. *ver.aut peregrini*, Ioseph. Angles *in* 4. *q.*4. *de ieiunio ante dub.*1.*dissic.*2. Pasqualigus *de ieiunio Eccles.* 202. *&* 203.*num.*3.*& seqq.* & complures alij Doctores relati à Sanchez *cit.disp.*18.*num.* 8. & à Fagundez *de præcept.Eccles.tract.*1.*lib.*1.*cap.* 8. *num.* 1 qui putant ad talem effectum obligationis consuetudinum,& legum municipalium loci requiri animum perpetuò permanendi in loco; quod dicebam , est multò probabilius,adeo quod nonnulli,inter quos
19 Nauarr.*tract.de habitat. non abil.*32.*ver.incola , numero* 43.non improbabiliter putent, non solum eos,qui
20 maiori anni parte(vt scholares in Academiis)incolas,& iurisdictioni subiectos censeri, sed etiam incolas censeri eos , qui licet aliquanto minus temporis,certo permanendi proposito, alicuius negotij causa in eo loco domicilium,officinam , vel tabernam fixerunt,vel saltem conduxerunt , *argum.d. hares absens,§.proinde.ff.de iudiciis.*
21 Excipiunt tamen,& rectè , Tiraquell. *de utroque retractu lib.*1.*gl.*1.*§.*3.*num.*38. & Suar *de legib. lib.*3. *cap.*35.*num.*14. Principem : is enim non obligatur
22 statutis municipalibus locorum,vel prouinciarum dum in eis , etiam per longum tempus , moratur, quia huiusmodi statuta ab inferiore potestate lata sunt , vt proinde vim non habeant in superiorem Principē. Quapropter neque legatus in prouincia obligatur legibus diœcesalibus Episcopi,vt cōmuniter tradūt Canonistæ. Neque obstat , quod dicta municipalia statuta à Principe confirmata sint: censentur enim,quod confirmata, & sic approbata à Principe sint,pro illo determinato loco , atque adeo pro subditis illius determinati loci , non autem pro tota Republica , cuius ipse caput est; nisi forsan in eodem loco fixam sedem habuerit. Vide, quæ dicentur *infra c.*15.*dub.*5.*n.*6.

Dixi,quod Ordinariorum, scilicet Episcopi , & Parochi,iurisdictioni fideles,non solum constituendo in diœcesi,vel Parochia domicilium,siue habitationem perpetuam , sed etiam constituendo quasi domicilium , siue habitationem ad tempus non admodum breue,negotii alicuius causa quoad omnium Sacramentorum (excepto Ordine , nisi domiciliū acquisiuerint) administrationem subiiciantur; Item quod subiiciantur quoad ius assistēdi matrimoniis, dispensandi in votis , iuramentis, & legibus,conferendi sacram sepulturam , &c. ita vt hæc conferre competat Episcopis , & Parochis non solum in ordine ad incolas,sed etiam in ordine ad quasi incolas,verbi gratia in scholares,agentes in Curia,milites præsidiarios, famulos , & ancillas;tametsi alibi(quidquid in contrarium dixerit Nauarr.*cap.placuit,num.*89.*& 96. dist. 6. de pœnit.*)domicilium habeāt; Quapropter poterit scho-
23 laris,verbi gratia cuius parentes Neapoli morantur,ipse verò studiorum causa Bononiæ versatur, ab alterutro,quem maluerit,Ordinario , tam Neapolitano,quàm Bononiensi , recipere dispensationes,sacram sepulturam,& Sacramenta, non tamen poterit similiter ab alterutrius diœcesis Episcopo, quem maluerit,recipere ordines, sed solum à Neapolitano,vel in cuius Ecclesia beneficiū obtinet.

Et quod dixi de acquirentibus domicilium , vel
24 quasi domicilium alicuius loci(subiici scilicet eos proprio Ordinario eiusdem loci)idem quoque intelligas in casu,quo alicui Communitati sacerdos proprius ab Episcopo assignatus sit : nam qui mēbrum eius Communitatis , licet ad breue tempus, efficitur,etiam iurisdictioni talis sacerdotis in spiritualibus subiicitur. Vnde si coloni militum ex
25 Neapoli

Neapoli v.g. exeunti, ab Episcopo loci assignatus sit sacerdos, qui Cõfessiones eorum excipiat, & si deinde alibi in eandem cohortem noui milites addantur, vel in demortuorum locum alij subrogentur, omnes hi etiam, sacerdoti tali subiecti erunt, quia moraliter loquendo, censetur vna, & eadem militum cohors sub tali duce constituta, in quam sacerdos ille iurisdictionem ab Episcopo Neapolis accepit.

26 Dixi etiam, quod ad contrahendũ alicubi nouum domicilium, requiratur, quod incipias ibi habitare cum animo permanendi inperpetuum. Sicuti ad contrahendum alicubi nouum quasi domicilium requiritur, quod incipias ibi habitare cum animo permanendi ad anni tempus non modicum; ita vt vtrumque requiratur, tam scilicet 27 factum, quam animus; sic colligitur ex cit l. domi-
28 cilium, & docent ex communi gl. ibi, & Doctores, quos citat, & sequitur Silu. ver. *domicilium, nu.* 4.
29 & Sanchez *cit. disp.* 23. Animus consistit in proposito voluntatis permanendi perpetuò, vel ad anni
30 tempus non modicum. Factum consistit in actuali habitatione; qua propter non sufficit ad locum peruenientis animum habere, nisi etiam peruenieris; cum primum autem peruenisti, animo ibi habitandi, statim iurisdictioni subiectus es. Dico,
31 *animo habitandi*; quia si ad locum peruenieris animo permanendi solum ad tempus etiam aliquot annorum, vt studiosi ad Academias; non contrahis domicilium (quamuis in dubio, an statueris per-
32 petuò permanere, præsumeris ex habitatione decennali statuisse, vt proinde in tali casu domicilium habere censearis & si ad locum peruenieris animo permanendi solum ad breue tẽpus (quam-
33 uis fortè præter opinionem tuam diutius ibi te commorari contingat, quia v.g. socios nauigationis expectare cogeris) neque contrahis quasi domicilium, & sic non habitator, vel incola, sed peregrinus, & hospes censeris; sicuti colligitur *ex l.* 1. *§. hæc autem. ff. de his, qui deiecerunt, & cap.* 15. *qui*
34 *de sepulturis in* 6. vbi dicitur, quod si is, qui habet domicilium in ciuitate ad villam ruralem se transferat recreationis causa, vel, vt ruralia exerceat, ibi que, nõ electa sepultura, moriatur, non in Ecclesia Villæ, sed in Ecclesia suæ Parochiæ sepeliendus sit. Vide Sanchez *lib.* 4. *moral. cap* 37. *& lib.* 3. *de matrim. disp.* 23. & Mascardum *concl.* 1005. Quibus autem modis domicilium vel quasi domicilium
5 contrahitur, iisdem modis etiam amittitur; scilicet non solum migrandi proposito, sed etiam accedente reali migratione, sicuti supra dicebam, & colligitur ex *l. domicilium*

36 E contrà verò si in duobus locis vicissim, scilicet in diuersis anni temporibus, habites, cum animo sic perpetuò faciendi, in vtroque loco domicilium, vel quasi domicilium, & sic duas Parochias, habebis, *iuxta l. adsumptio §. vlt. ff. ad municipalem & cap.* 2. *de sepult. in* 6. & docent Abbas *in cap. in nostra de sepult. num.* 10. Palud. *in* 4. *dist.* 17. *q.* 3. *ar.* 3. *cas.* 2. Silu. *ver. Domicilium, num.* 1. Nauar. *in cap. placuit, dist.* 6. *de pœnit. num.* 77. Henric. *lib.* 6. *c.* 7. *num.* 2. Sanch. *de matrim lib.* 3. *disp.* 24. *num.* 5. Suar.
37 *de pœnit. disp.* 25. *sect.* 2. & Coninch. *disp.* 8. *dub.* 3 *in fin. concl.* 4. *vt* proinde consuetudinibus, & legibus municipalibus illius loci, vbi præsens fueris, tenearis, & in alterutra, quam malueris, Parochia dispensationes, Sacramentum pœnitentiæ, & alia Sacramenta recipere possis, dummodo in vtroque loco magnam anni partem habitare consueueris: quia si recreationis tantum causa ad breue tempus in alterutrum locum te conferas, vnum tantum domicilium, atque adeo vnam tantum Parochiã habebis, ibi scilicet, vbi principalius habitas, *argum. cit. cap. is, qui*,

Suppono tertio, quod omnis aduena, & peregri- 38
nus teneatur in cõtractibus seruare cõditiones, & solemnitates statutas à legibus municipalibus loci, in quo contrahit, quià ratione contractus sortitur forum illius loci; ibique ad standum contractui conueniri potest *cap. dilecti. cap. fin. de foro compet. l. quod si nolit, § qui assidua, ff. de edilit. edict. l. omnem obligationem, & l. si hæres absens § si quis tutelas, ff. de iudic.* & tradunt Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *cit disp.* 18. *num.* 10. *&* 11. Salas *disp.* 14. *sect.* 4. *num.* 52. Bonacina *cit. punct.* 6. *num.* 51. Leo *cit. §.* 1. *num.* 21. & Mol *de iust. tract.* 2. *disp.* 260. *in princip.* Adeò, quod, si non ser- 39
uet conditiones, & solemnitates à lege locali præscriptas, contractus, sit irritus, Felinus *cap.* 1. *de sponsalibus num.* 23. & Doctores *supra cit.* quapro- 40
pter tenetur etiam seruare pretium mercibus ibi signatum, item tenetur soluere gabellam, & quodcumque aliud onus ibidem contractui annexum; quia est pars contractus, vel saltem accessorium
illius. Quæ omnia vera sunt, etiamsi per epistola- 41
lam, vel nuncium contractus celebretur, Felinus, Pontius, & alij Doctores in locis supra citatis.

Excipiunt Sanchez, Salas, Bonacina, *supra*, & 42
Suar. *de legib. cap.* 33. *num.* 15 contractum dotalẽ, in quo (in quiunt ipsi) non attendi debent conditiones, & solemnitates loci, in quo celebratur, sed loci, in quo vir domicilium habet. Mouentur 43
ex l. exigere, ff. de iudic. ibi *Mulier debet, vbi maritus domicilium habet, non vbi instrumentum dotale scriptum est*, &c. At exceptio mihi non probatur; quia nullo iure videtur exceptus talis contractus, quin ipse etiam celebrari non debeat quoad conditiones, lucrum, & alia onera, iuxta leges municipales loci in quo celebratur; cum supra cit. lex non loquatur de solemnitatibus, & conditionibus in hoc contractu requisitis, sed de exactione, & repetitione illius, quod longè diuersum est. Quapropter dos repeti debet, vbi vir domicilium habet, & non vbi contractus dotalis celebratus est; quia bona viri obligata sunt doti soluendæ, & cõ- 44
tractus iudicari debet secundùm leges municipales loci, in quo celebratur est. Sic Salas de legibus 45
disp. 16. *sect.* 4. *num.* 46. Lopez *in l. Simancas de Cathol. institit. tit.* 9. *num.* 14. & Pontius *de matrim. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 22.

Dixi, quod aduena, & peregrinus ad standum contractui, vbi contractus celebratus est, possit conueniri, quia sortitur forũ illius, iuxta Doctores, quos citat, & sequitur Salas *num.* 45. & iuxta, 46
iura, quæ supra citabam. Excipe, nisi ex voluntate contrahentium, & ex natura contractus executio in aliũ locum designata sit; quod fit, cùm inco- 48
la alicuius loci contrahit cum aduena, quem scit statim discessurum: tunc enim non potest aduena conueniri in loco, vbi contractus celebratus est, sed vbi is domicilium habet; quia ibi præsumitur, velle se soluendo obligare, *argum. l. si hæres absens, §. proinde de iudic. & l. contraxisse, ff. de obligit. & act. ibi Contraxisse vnusquisque eo loco intelligitur, in quo, vt solueret, se obligauit.* Et hac ratione, etiam contractus dotalis repetendus est in loco, vbi vir domicilium habet; quia ex natura contractus dotalis, & ex voluntate contrahentiũ ille locus solutioni designatus est. Vide Paulum Stai- 49
banum *resol.* 15. & quæ dicentur *infra sect.* 7. &

Marien

Marienzum *lib.5.recopil.tit.9.leg 2.gl.5.1.num.71.& sequ.*

Suppono quartò, quod etiam omnis aduena, &
50 peregrinus obstringatur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, per quem transit, si illæ municipaliter obstringant etiam in loco, vbi ipse domicilium habet, quia tunc nulla ratio ipsum excusat, cùm talia ieiunia obligent in patria sua, & in loco, vbi tunc per modum transitus moratur; tum quia cùm ex hac obligatione non grauetur magis, quàm si sit in proprio loco, par est, quod illis in loco, per quem transit, obstringatur, sic ex communiori, & probabiliori sententia Doctorum docent Salas *de legib. disp.14. sect.4. num.* 4. Fagundez *præcept.4 lib.1.cap.7.num.* 7. Sanchez *de matr. lib.3.disp.*18.*num.*3.& 24.& *lib.1 moral.cap.* 12.*numero* 21. Suar.*to.1.de relig.lib.2.cap.*14.*num.*15. Less. *de iust.& iur.lib.*4.*cap.*2.*Dubit.*7.*num.* 52. & Bonacina
51 *de legib.disp.*1.*q.*1.*punct.* 6. *num.* 51. Quamuis contrarium non improbabiliter sentiant alii, inter quos Pasqualigus *de ieiunio dec.*206.*n.*2.& *seq.* alter Sach.*in select.disp.*54.*n.*31.*ad fin.* motus ex eo, quod aduena, & peregrinus non tenetur dictis sententiis, præceptis, & legibus in loco, per quem transit; quia non est ibi subditus, neque in loco proprio, quia est inde distans, vt cap. sequenti dicetur, verbi gratia non tenetur ieiunare in loco, vbi municipaliter seruatur ieiunium, quando in suo loco municipaliter etiam seruatur, quia in tali casu nõ tenetur seruare legem illam in loco, vbi est præsens, ex vi legis illius loci, per quem transit; quia non est ibi subditus; neque ex vi legis suæ patriæ, quia est inde distans, & quia lex suæ patriæ non potest obligare extra territorium, ergo, &c. Nec est
52 reputandum, inquit, ipse, inconueniens, quod in tali casu peregrinus liber sit à ieiunio, siquidem vagi, qui certum domicilium non habent, ex probabili sententia Doctorum nullis particularibus legibus locorum, per quæ vagantur, vinciuntur. Sed his non obstantibus quod dixi, videtur, saltem ex quadam conuenientia, si non ex rigore, probabilius.

Excipe, nisi quis legem vtrique loco commu-
53 nem, verbi gratia quadragesimalis, vel alterius ieiunij, aut festi in vno territorio suo explcuerit, & postea ad aliud territorium vbi tale ieiunium, vel festum ob Kalendarij diuersitatem non est peractum, adueniat; quia tunc non tenetur is iterum ieiunare, vel festum obseruare; quandoquidem præcepto, quod semel tantum in anno obligat, iam satisfecit.

Suppono quintò, quod si tales sententiæ, præce-
54 pta, & leges latæ sint in bonum illius loci, per quõ aduena, & peregrinus transit (quales esse possunt, nè victualia extrahantur, vel introducantur, ne arma portentur, ne certa peccata sub grauibus pœnis, etiam sine iniuria incolarum committantur, ne merces taxato pretio pluris vendantur, &c.) obligatus sit illas seruare etiam omnis aduena quamuis latæ fuerint in ordine ad aduenas, & peregri-
55 nos solum (quales esse possunt, ne peregrini vltra tot dies commorentur, ne in tali loco recipiantur, ne cum armis incedant, ne sint tot dies, quin se manifestent, &c.) Ratio; quia alioquin Respublica non esset sibi sufficiens, vt se defendat, & indemnem seruet. Sic contra Innocentium *in cap. à nobis 1.de sent.excommun.* tenent Abb. & Hostien. *ibi*, Siluest. *ver. excommunicatio*, 2.*numero* 5. Salas *de legib. disputat.*14.*sectio.*4.*numero* 49.& 54. Suar. *etiam de legib.lib.*3.*cap.*33. *numero* 7. Sanchez *de matrim. lib.* 5.*disput.*18.*numero* 14.& *lib.*1.*moral.cap.*12.*num.*36. Bonacina *de legib.disp.*1.*q.*1.*punct.*6. *num.* 53. & alij passim.

Suppono sextò, quod si leges loci, per quem aduena, & peregrinus transit, sint iuris communis, & sic vbique obligantes, teneatur etiam illas seruare quicunque aduena, quamuis in loco suo illæ ex contraria consuetudine non obseruentur, & vigorem non habeant; quia cùm subdatur auctori talium legum, vtpotè legislatori vniuersali, non est, vnde excusetur illas non seruare, nisi tantum ex consuetudine proprij loci contraria, quæ non excedit territorium, cùm non faciat priuilegium personale, sed solum locale. Accedit, quod, cum dicta consuetudo exorbitet à iure communi, non debet facilè extendi, sed potius tanquam odiosa restringi, sic ex communi Nauarr. *cap.*23.*num.*120. Suar.*to.1.de relig.lib.2.cap.*14.*num.* 27. & 28. Henriq *lib.*7.*cap.*13.*num.*8.& *lib.*9.*de Missa, cap.* 25.*nu.* 2. Medina 1.2.*q.*9.*ar.*5 §.*dubitatur præterea*, Fagũdez *præcept.*4.*cap.*7.*num.*7. Pontius *de matrimon. lib.* 5. *cap.*8.*n.*3. Sayrus *Clani Reg.lib.*3.*cap.*4.*n.* 15. Diana *par.*3 *tract.*5.*resol.*120. Salas *de legib.disp.* 14. *sect.*4. *ad fin.* Sanch, *lib.*1.*mor.cap.*12.*num.*39. mutans sententiam, quam docuerat *lib.*3.*de matrim. disp.* 18.*n.* 7 & alii complures. Quapropter Castellanus transiens per Lusitaniam non potest die Sabbati vesci intestinis animalium, sicuti in Castella; quia iure communi tenetur abstinere, & solum consuetudine Castellæ excusatur. Item ob eandem rationem
60 non potest Mediolanensis (cùm in ipsius patria nõ incipiat quadragesimale ieiunium à die quarta Cinerum) transiens per locum, vbi ieiunium quadragesimale seruatur, ieiunium non seruare; quamuis contrarium non omninò improbabiliter sentiant
61 Palatius *in* 4.*dist.*15.*disp.*2. Petr. Ledesma *v.matrim. q.*45.*ar.*5.*par.*3. *Dub.vlt.* & alij, quos refert, & sequitur Pasqualigus *de ieiunio dec.f.*207.*n.*3.& *seqq.* & *dec.f.*62.*n.*2 & 3. Sanch.*loc.cit.de matrim.* moti ex eo, quia ciues, seu diœcesani dum absentes sunt, sed mox in patriam redituri, per fictionem iuris pro præsentibus habentur.

Obiicies, si hoc esset, sequeretur, quod teneretur aduena diœcesanus seruare ieiunia, & festa, & alias sententias, præcepta, & leges latas ab Episcopo, in cuius diœcesi versatur, etiamsi in loco diœcesis, vbi domicilium habet, vigorem illæ non habeant, ergo.

Respondetur, distinguo sequelam antecedentis:
62 si illæ leges latæ sint generaliter pro tota diœcesi, concedo, quod tunc idem dicendum sit de huiusmodi legibus, ac dictum est de legibus iure communi latis, & sic quod illis obligentur omnes diœcesani, dum sunt in diœcesi, quandoquidem si excusarentur, excusarentur solum consuetudine loci, in quo domicilium habent, quæ consuetudo non excedit terminos talis loci, & sic non excusat extra illum locum. At si latæ nõ sint pro tota diœcesi, sed pro parte diœcesis, tunc si aduena nõ subditur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, per quem transit, iuxta ea quæ in sequenti sectione dicentur, neque etiam aduena diœcesanus subdetur istis sententiis, præceptis, & legibus.
63 Cæterum, quod dixi de sententiis, præceptis, & legibus latis à potestate Ecclesiastica, idem dicas de sententiis, præceptis, & legibus latis à potestate seculari, propter easdem rationes. His suppositis, sit

SECTIO

SECTIO II.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM,

1 *Aduena,& Peregrinus exceptis caſibus recenſitis ſuperiori ſectione(per ſe loquendo, & remoto ſcandalo)nõ tenetur ſentẽtiis,ſtatutis,legibus, præceptis, & conſuetudinibus municipalibus (vt de cenſuris) loci illius per quem ad breue tempus tranſeunt,ſeu maiori anni parte commorari non intendunt.*

2 *Subditus nemo alteri fit,vt ab eo poſſit puniri, niſi ratione originis, delicti, domicilij, vel quaſi domicilij*

3 *Domicilium,vel quaſi Domicilium non acquiritur ex eo,quod quis minori anni parte velit alicubi commorari*

4 *Denominatio non fit à minori parte,ſed tantum à maiori*

5 *Celebrare quiſque debet iuxta ritum propriæ Eccleſiæ*

6 *Affertur expoſitio verbi (liberas) quo vtitur ſanctus Auguſtinus relatus in c. illa diſt. 12.*

7 *Statuta,& conſuetudines locales ſunt affixæ loco,& non obligant niſi exiſtentem in tali loco.*

8 *Qui tranſit,vel per parum temporis diuertit ad aliquem locum, moraliter non dicitur eſſe in illo loco.*

9 *Rebus,quæ in fundo ſunt legatis, non accedunt quæ caſu illic fuerunt*

10 *Statim obiens reputatur tanquam non natus. qui*

11 *Qui triduo tantum fuit habitu regulari indutus,non dicitur habitum induiſſe*

12 *Non dicitur factum quod non durat*

13 *Sententia lata generaliter in eos, qui furtum fecerunt,comprehendit tantum ſubditos, non Aduenas*

14 *Infideles tranſeuntes per locum fidelium non obligantur legibus illius loci: neque Regulares legibus Territorij, Nouitij profeſſorum. Graci Latinorum.*

15 *Ad obligandum aliquem legibus requiritur Iuriſdictio*

16 *Aduena,& peregrinus non ſubiicitur Iuriſdictioni,nec ſortitur forum loci ob breue tempus hoſpitij*

17 *Epiſcopus loci non poteſt præter confeſſionem,& Euchariſtiam adminiſtrare Peregrinis cetera ſacramenta contra Baſilium Pontium*

18 *Neque poteſt cum illis in votis,Iuramentis,vel aliis obligationibus diſpenſare*

19 *Epiſcopus loci quod poſſit adminiſtrare Aduenis Sacramentum confirmationis, eo quod præſumatur ratihabitio proprij Epiſcopi, eſt probabilis opinio*

20 *Et quod poſſit abſque incurſu in pœnam quando ſuis adminiſtrat confirmationem ſcribit Barboſa*

21 *Opinio Auctoris eſt media inter eam,quæ eſt nimis laxa & minis ſtricta contra quamplures Doctores*

22 *Auctores adſtruentes Peregrinos legibus loci per quem tranſeunt obligari ſentiunt non ſufficere ſi ſolum ij tranſitum illuc habeant, ſeu tranſeunter,& per modum hoſpitij ibi ſint, ſed requiri vt permanenter ad vnum ſaltem diem,vel etiam ad plures ibi morentur.*

REſpondetur,Poteſtas Eccleſiaſtica (idemque dicas de poteſtate ſeculari) extra ſupradictos 1
caſus nihil poteſt in aduenas,& peregrinos; adeò vt hi extra prædictos caſus(per ſe loquendo,& remoto ſcandalo)non ſubdantur neque ſententiis, neque ſtatutis, ſeu legibus,neque præceptis, neque conſuetudinibus municipalibus (vt de cenſuris;item de ieiunio,vel feſto ibi ſeruando, vel de Miſſa audienda,&c.)loci illius,per quẽ ad breue tempus tranſeunt,ſeu in quo maiori anni parte commorari non intendunt Et probatur primò; 2
quia nullus ſit alteri ſubditus vt ab eo poſſit puniri, niſi ratione originis, delicti, domicilij, vel 3
quaſi domicilij;ſed domicilium, vel quaſi domicilium non acquiritur ex eo, quod quis minori anni parte velit alicubi commorari;ergo, &c. Maior patet ex iis,quæ ex communi ſententia Doctorum adduxit Farinacius *lib. 1. prax. q. 7. num. 1. & ſeqq.* Minor probatur;quia à minore parte non fit denominatio,ſed ſolum à maiori. & etiam patet 4
ex iis,quæ dicebantur *ſupra ſect precedenti.*

Secundò,quia Leo VIII. in Epiſt. aduerſus Michaelem Imperatorem *cap. 28.* ſtatuit, quod vnuſquiſque celebret iuxta ritum propriæ Eccleſiæ; 5
ergo non tenetur aduena ſe cõformare conſuetudinibus,&legibus loci per quem tranſit.

Tertiò, quia S. Auguſtinus relatus *in cap. illa, diſt. 12* ſic ait: *Alia,quæ per loca terrarum variantur, ſicut eſt, quod alij ieiunant Sabbato, alij non, totum hoc genus rerum liberas habet obſeruationes.* vbi gl. ver. *liberas*, exponit,quod liberum ſit ſabbato ieiunare,quantum ad extraneos, non quantum ad illos,vbi conſuetudo ſeruatur. Vide etiam *cap. 2. de quæſtion. in. 6.* ex quibus vtriſque iuribus habetur,ſtatuta,& conſuetudines locales affixas 7
eſſe loco,& non obligare niſi ſolum exiſtentem in tali loco,

Quartò;quia qui tranſit,vel per parum temporis diuertit ad aliquem locum, moraliter non dicitur eſſe in illo loco, *l quæſitum, § fin. de legat. 3.* ibi *Rebus,quæ in fundo ſunt legatis, non accedunt, quæ caſu illic fuerunt*, & l. ſi ita. ff. eod. tit. ibi: *Nec quod caſu ibi ſit,magis eſſe, ligatum* & cap. nam & ego, *de verb ſignific.* vbi ſtatim obiens, reputatur tanquam non natus. & *cap. ad veſtram, de regular.* vbi qui triduo tantum fuit habitu regulari indutus,non dicitur habitum induiſſe; quia vt ibi notat gl. & Felinus *cap. in præſentia de probation. num. 32.* non dicitur factum, quod non durat

Quintò,quia Clemens III *in cap. à nobis, & l. 1. de ſent. excommun.* dicit,quod ſententia lata generaliter in eos,qui furtum fecerint, comprehendat tantũ ſubditos,quo vtique dicit ad diſtinctionem aduenarum.

Sextò, quia infideles tranſeuntes per locum fidelium non obligantur legibus illius loci:neque Regulares obligãtur legibus territorij:neque Nouitij legibus profeſſorum: neque Græci Sacerdotes legibus Latinorum; ergo neque aduenæ obligantur legibus loci,per quem tranſeunt.

Septimò,quia ad obligandum aliquem legibus requiritur iuriſdictio; ſed aduenæ,& peregrini ob tempus hoſpitij breue iuriſdictioni non ſubiiciuntur;nec forum acquirunt,vt patet ex *l. hæres. ff. de iudiciis*; ergo eius loci legibus municipalibus non obligantur.

Octauò

17 Octauò,quia(quidquid in contrarium defendat Basilius Pontius *lib.5.de de matrimon.cap.* 13. *num.* 4.)Episcopus loci non potest aduenis, & peregri-
18 nis Matrimonium,Confirmationem, vel alia Sacramenta ministrare(praeter Confessionem,& Cõmunionem, & haec ex tacita proprij Episcopi licentia.)Item ex probabiliori sententia Doctorum (vt dicam infra *sect.*10.non potest cum illis in votis,iuramentis, vel aliis obligationibus dispensare; ergo nec poterit illos suis legibus obligare. Consequentia probatur,quia si tali mansione, quã peregrini faciunt in loco, non contrahitur parochia seu obligatio Sacramentorum in illo loco percipiendorum, nec beneficium dispensationis à votis,iuramentis,&c. in illo loco obtinendæ;neq; etiam dicta mansione contrahetur obligatio consuetudinum & legum municipalium loci, cũ non videatur esse maior ratio in his,quã in illis.Quam-
19 uis ex ratihabitione proprij Episcopi probabiliter putent Paludanus, Caietanus,Henriquez, Ochagania *de Sacramen. tractat. vnic. de Confirmat. q.*11.*num.*1.Tannerus *in* 3.*par.S.Th.disp.*4. *q.*4.*dub.* 3.*num.*56.Præpositus *in* 3.*par.etiam S. Thom. q.*72.
20 *ar.*8.*dub.*2.*num.*39.Sà *verb.Confirmatio,num.*2. Layman.*lib.*5.*tract.*3.*cap.*5. *num.* 2.& Barbosa *de iure Pontificio lib* 1.*cap.*11.*numer.* 47. quod possit etiam absque vlla pœna,& culpa Episcopus loci, dum in sua diœcesi suos confirmat, in alienos subditos eò concurrentes Sacramentum Confirmationis administrare;præsertim quia cùm actus confirmandi non petat necessariò ad sui valorem iurisdictionem, facilius præsumitur ratihabitio proprii Episcopi.

21 Nonò,quia hæc sententia est media inter eam, quæ, vt peregrini legibus loci municipalibus obligentur,requirit domicilium(quæ est nimis laxa) & inter eam, quæ ad talem effectum requirit solum transitum vel vnius diei præsentiam (quæ est nimis stricta) nec commodior terminus videtur posse assignari,quàm is,qui à Doctoribus assignatur ad contrahendam parochiam,ergo,&c.

Atque ita contra Maiorem *in* 4.*dist.* 15.*quæst.*5. Dried.*lib.*1.*de libert. Christ. cap.* 17. Nauarrum *cap.* 13.*num.*5.*& cap.*23.*num.*180.Abbatem *in cap.consilium de obseruat.ieiun.* Couar.*var.resolut. cap.*20. *nu.* 8.Salas *disp.*16.*de legib.sect.*4.*num.*41. Suar. *de festis lib.*2.*cap.*14.*& de legib.lib.*3.*cap.*33.Filliucium *tract.* 11.*cap.*5.*in fin.& tract.*27.*cap.*7.*num.*116.*& seq.*Rodrig.*to.*1.*sum.c.*122.*concl.*1.Malderum *in p.* 2.*q.*96. *ar.*5.*circa fin.*Molfesium *in sum.to.*1.*tract.*10. *cap.*4. *n.*17.Ortiz *cap.*19.*mandam.*2.*n.*12.*in fin.*Ioan. de la Cruz *par.*1.*precept.*3.*ar.*4.*disp.*9.*concl.*1.Mexiam *in pragmat.taxa panis concl.*5.*num.*80.Lopez *par.* 2.*cap.* 52.Ledesm.*1.par.*4.*q.*15.*ar.*2.*dub.*2.Pontium *de matrim.lib.*5.*c.*7.§.1.*n.*6.Fagund.*de precept.Eccles.tract.* 2.*lib.*1.*cap.*8.*num.*15.*&* 20.Vasquez 3. *to. in* 1.*part. disp.*184.*c.*3.*n.*28.Basilium Pontium *lib.*5.*c.*7.§.1.*n.* 6.Henriq.*lib.*7.*de indulgent.cap.*13.*numer.*8. Philiarchum *to.*1.*de offic.sacerd.par.*2.*lib.*3.*cap.*23. Lessium *de iust.& iur.lib.*4.*c.*2.*dub.*7.*n.*50.*& dub.*8.*num.*51.&
22 Sà,*ver. Ieiunium n.*1.(quorum tamen aliqui, vt aduena,& peregrinus legibus loci,per quem transit, obligetur,sentiunt,non sufficere, si solum is transitum illac habeat,seu transeunter & per modum hospitii ibi sit, sed requiri,vt permanenter ad vnũ saltem diem,vel etiam ad aliquot dies ibi moretur) docent ex probabiliori Doctorum sententia glossa *in cap.illa,d.*12.*ver. veneris,*Palud.*in* 4. *dist.* 15.*quæstio.*4.*ar.*3.S.Antonin.*p.n.*2.*tit.*6.*cap.*2.§.2. Siluest. *ver.ieiunium,quæstio.*2.*dict.*2.Rosella,*eod.ver.num.*16. Bartol.Medina 1.2.*quæstio.*96.*art.* 5. Ioannem Medina *Codic.de ieiunio quæstio.* 10. Angles *de ieiunio q.* 4.*diffic.*2.Azor. *tomo* 1.*lib.*5.*cap.*11. *quæstio.* 3.*& lib.* 7.*cap.*19.*quæstio* 4 Reginaldus *tomo* 1.*lib.*4.*cap.* 12. *numero* 136.Vegh.*to.*1.*cap.*14.*cas.*11.Granad.*in par.* 2.*contr.*7.*tract.to.*1.*disp.*7.*sect* 4 *numero* 25. Tolet. *lib.*6.*cap* 5.*numero vlt.*Diana *par.*1.*tract.*9.*resol.*2.*&* 3.*& tract.*10.*resol.*13.14. *&* 15. Sanchez *de matrim. lib.*3.*disp.*18.*numero* 5 *& in.*1.*moral.cap.* 12.*numero* 8.Auila *par.*2.*de cens.cap.*3.*assp.*2 *dub.*3.*concl.*3.Sayr. *in Clau. Reg.lib.* 3.*cap.*4 *numero* 15. Hurtad. *de cens. in communi disput.*9.*numero* 9.Coninch 3.*par.to.*1.*q.* 74.*ar.*4.*dub.*1. Villalob.*to.*1 *tract.*2.*diffic.* 33. *numero* 8.Pasqualigus *de ieiunio decis.*201.*n.*4.*&* 5.*& decis.* 202.*numero* 3.*& seq.*Bonacina *de legib.disp.*1. *qu.*1. *punct.*6.*n.*46.*& disp.vlt.*3.1.*punct.*6.*n.*6.Sanch. *in select.disp.*54.*n.*31.& alii.

SECTIO III.

Difficultas Prima,eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia S.Ambrosij in can.illa distin.*20. *relata nec non altera S.Augustini explicantur, & declarantur quod non loquantur de præcepto, sed de conuenientia.*

2 *Aduena,& Peregrini non sunt propriè Pars Communitatis,in qua reperiuntur.*

3 *Sacerdos Græcus per Ecclesiam Latinam transiens, potest huic se conformare, & in azimo consecrare,vel si malit,potest propria Ecclesiæ morem retinere.*

4 *Aduena,& Peregrinus legibus municipalibus, & consuetudinibus suæ Patriæ proprijs, dum absens est,eximitur, & legibus locorum per quæ transit, vel in quibus hospitatur, non obstringuntur.*

5 *Sacerdos Latinus celebrans in aliqua Ecclesia Græca(puta Romæ,& Neapoli)tenetur seruare ritum Romanæ Ecclesiæ,quia priuilegium consecrandi in fermentato est personale.*

6 *Sacerdos in itinere potest se conformare quo ad horas persoluendas ritui Ecclesiarum per quas transit, vel Ecclesiæ propriæ ritum retinere.*

7 *Peregrinus, quando adest periculum scandali non seruando leges loci per quem transit, tenetur admonere adstantes,se non teneri.*

8 & 9. *Sententia S.Ambrosij, & S.Augustini recensita,conciliantur cum opinione Auctoris.Ieiunium esse datur quando capitulum Concil. de obseru. Ieiuniorum habeat locum in Peregrinis, qui in tali casu sunt potius Habitatores.*

10 *Habitator, & non hospes censetur, qui in aliquo loco sedem fixit animo ibi perpetuò permanendi.*

11 *Habitantes in aliquo loco ad mediocrem annj plus minusve certo permanendi proposito de mente Nauarri & aliorum censentur Incolæ,& Iurisdictioni illius loci subiecti.*

12 *Is qui alicubi contraxit domicilium, si inde habeat animum discedendi,nihilominus illius loci legibus manet obstrictus.*

13 *Auctoritas SS. Ambrosij, & Augustini intelligi debet de legibus communibus,non autem de legibus municipalibus,seu propriis alicuius loci.*

14 *Ciuis Mediolanensis Romam profectus, si ibi primò*

Digitized by Google

mis quatuor quadrageſimæ diebus carnibus veſcatur, peccat, licet id ipſi in Patria ſua ſit licitum.

15 *Item dic de Caſtellano diebus ſabbati quoad eſum inteſtinorum & aliarum Pecudum extremitatum.*

1 OBiicies primò, S. Ambroſius relatus *in cap. illa, d.* 20. ait: *Cùm Romam venio, ſabbatum ieiuno; cùm Mediolani ſum, non ieiuno: ſic & tu, ad quamcunque Eccleſiam veneris, eius morem ſerua; ſi cuiquam non vis eſſe ſcandalo, nec quemquam tibi.* Similia tradit S. Auguſtinus *Epiſt.* 119. *& lib.* 2. *Confeſſ. cap.* 8. & refertur *in d.* 8. *cap. qua contra*: item *in lib.* 3. *de doctrina Chriſtiana, cap.* 12. & refertur *in cap. quiſquis, d.* 41. *vbi gl. ait in ver.* viuit; *Nota, quod quilibet conformabit ſe ſociis ſuis in cibis & in moribus.* Et altera Gloſſa *in cit. cap. illa*, inquit: *Hinc verſus ortum habuit.*

Si fueris Romæ, Romano viuito more;
Et ſi ſis alibi, viuito, ſicut ibi.

2 Reſpondetur primò, ſanctos Ambroſium, & Auguſtinum loqui non de præcepto, ſed de conuenientia, & ſic de conſilio, ex eo, quod pars debeat ſe conformare toti; præterquam quod aduenæ, & peregrini non ſunt propriè pars communitatis, in qua reperiuntur, vt ei tanquam toti debeant ſe tanquam partem conformare. Sic Villalobos *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *diſſic.* 25. *num.* 8.

3 Hinc Sacerdos Græcus per Eccleſiam Latinam tranſiens poteſt huic ſe conformare, & in azymo conſecrare, vel, ſi malit, poteſt propriæ Eccleſiæ morem retinere. Similiter Sacerdos Latinus per Eccleſiam Græcá tranſiens, poteſt huic ſe conformare, & in fermentato ſacrificare, vel Romanæ Eccleſiæ morē ſeruare; quia aduena, & peregrinus, (vt infra dicetur, legibus municipalibus, & conſuetudinibus ſuę patriæ propriis, dum abſens, eſt eximitur; & ex alia parte (vti ſupra dicebatur) legibus alienis, eorum ſcilicet locorum, per quæ tranſit, aut in quibus hoſpitatur, non obſtringitur.

4

5 Cæterum ſi inter Latinos (vt Romæ, & Neapoli) Græca aliqua Eccleſia exiſtat, tunc Latinus Sacerdos in ea conſecrans tenetur Romanæ Eccleſię ritus obſeruare; quia veluti priuilegium perſonale in tali caſu conceſſum eſt Græcis, vt poſſint ibi in fermentato ſacrificare.

6 Hinc ſecundò ſacerdos in itinere per multas Eccleſias tranſiens, poteſt vel Eccleſiæ, per quam tranſit, & in qua hoſpitatur, vel Eccleſiæ propriæ, in recitandis horis Canonicis ſe conformare: idemque ob eandem rationem dico de ſimilibus aliis caſibus.

Reſpondetur ſecundò, dato, quod SS. Ambroſius, & Auguſtinus loquantur de præcepto; loqui de præcepto non per ſe, ſed per accidens, ob periculum ſcandali, non enim omnes, qui vident hominem ieiunia, vel dies feſtos, &c. non ſeruantem, ſciunt illum peregrinum eſſe, quod tamen periculum ſcandali ſæpe peregrinus vitare poterit, monendo aſtantes, ad eas leges ſe non teneri, vel trāſgrediendo legē occultè, ſic Villalob. *in loc. ſupra cit.*

7

8 Reſpondetur tertiò; dato, quod loquantur de præcepto & per ſe; loqui de peregrinis, qui non mox abituri ſunt, ſed habitandi cauſa adſunt: tales enim peregrinos (qui non ſolum hoſpitandi cauſa præſentes ſunt, ſed animo inhabitandi ad longum tempus, ideoque domicilium, vel quaſi domicilium in alieno loco figunt.) omnibus eius loci legibus, ſtatutis & conſuetudinibus municipalibus obligari vltrò concedo, ſicuti dicebam *ſupra ſect.* 1. *ſuppoſit.* 1. & 2. & ex communi ſententia Doctorum contra gloſſam *in cap. qua contra, d.* 8 docent Palud. S. Antonin. Silu. Roſella, Bartol. Medina *in locis ſupra cit.* Suar. *de feſtis lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. & *de legib. lib.* 3. *cap.* 33. *num.* 3. Villalobos *vbi ſupra*, & Sanchez *de matrim. lib.* 3. *diſp.* 18. *q.* 1. *numer.* 9. in quo ſenſu intelligitur *cap. conſ. de obſeru. ieiuniorum*, & ibi gl. dum dicunt, teneri peregrinos conformari conſuetudini locorum, in quibus ſunt; & poſſe Epiſcopum compellere eos ad huiuſmodi ieiunia, & conſuetudines obſeruandas, ſicuti rectè adnotauit Fagundez *vbi ſupra num.* 12. Ex dictis probatur; quia in tali caſu peregrini, vtpotè non propriè peregrini, & hoſpites, ſed potiùs loci habitatores, eius loci forum ſortiuntur, & eius loci iuriſdictioni, tam Eccleſiaſticæ, quàm ciuili ſubiiciuntur; vnde & propriis eius loci legibus obſtringuntur. 9

Vt autem quis non hoſpes, ſed loci habitator cenſeatur, & ſic legibus loci teneatur; Ioſeph Angles *in* 4. *q.* 4. *de ieiunio ante dub.* 1. *diſſic.* 2. Paſqualigus *de ieiunio deciſ.* 203. *n.* 3. *& ſeqq.* & alij apud Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. & apud Sanchez *de matrim. to.* 1. *lib.* 3. *diſp.* 18. *n.* 8. arbitrantur, opus eſſe, vt is ſedem figat, animo ibi perpetuò permanendi. Siluęſter verò *ver. domicilium, n.* 2. & Sanchez *vbi ſupra num.* 9. *& lib.* 1. *mor. cap.* 12. *n.* 38. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *q.* 3. Reginald. *in praxi tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 17. *num.* 172. Granad. *in part.* 2. *contr.* 7. *tr.* 3. *p.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 4. *num.* 24. *&* 25. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 33. *num.* 8. Bonacina *de legibus diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 6. *num.* 49. *& diſp. vlt. q.* 1. *punct.* 6. *num.* 6. Leſſius *lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 49. & alij (quos *ſupra ſect.* 1. *ſuppoſit.* 2. ſequebar) multò probabilius arbitrantur, ſufficere, vt is pro maiori anni parte, non autē pro minori habitare velit. 10

Quamuis Nauarr. *in tract. de Iubileo, notab.* 32. *ver. incola, num.* 43. Hurtad. *de cenſ. in communi diffic.* 3. & alij multi non improbabiliter plus addant, & putent, quod non tantum, qui tempore notabili, v. g maiori anni parte in oppido moraturi ſunt (vt ſcholares in academiis) ſed etiam qui breuiori tempore, ad medietatem anni v. g. plus minuſvè, certo permanendi propoſito, alicuius negotij cauſa, in eo loco domicilium fixerunt, aut ſaltem conduxerunt, incolæ, & ſic iuriſdictioni loci illius ſubiecti cenſeantur, *arg. l. hæres, §. proinde, ff. de iudiciis.* Vide *cit. ſect.* 1. *ſuppoſit.* 1. *&* 2. 11

An autem ſi, qui acceſſit ad locum animo ibi habitandi, & ſic legibus illius loci afficiatur, poſtea mutando animum, decernat ſe breui tempore inde diſceſſurum, eiuſdem loci legibus obſtrictus perſeueret? Affirmabam *ſupra cit. ſect.* 1. *ſuppoſit.* 1. *in fin.* cum Sanchez *lib.* 1. *mor. cit. c.* 12. *n.* 42. & Paſqualigo *de ieiunio deciſ.* 204. *n.* 3. *& ſeqq.* contra alterum Sanchez *in ſelect. diſp.* 54. *n.* 35. Vide ibi. 12

Reſpondetur quartò, dato, quod ſimiliter SS. Ambroſius, & Auguſtinus loquantur de præcepto, & per ſe; loqui de legibus communibus, non autē de legibus municipalibus, ſeu propriis alicuius loci; quod autē aduenæ, & peregrini (licet in loco moraturi non ſint, ſed tantū tranſeant, vel hoſpitentur) communibus legibus, & conſuetudinibus, quāuis in ipſorū patria vigorem non habeant, ſubdātur, vltrò cōcedo, vti dicebā *ſupra ſect.* 1. *ſuppoſit.* 4. & 6. Vnde, vt ibidē notabā, peccat ciuis Mediolanenſis Romā profectus, ſi ibi primis quatuor quadrageſimæ diebus carnibus veſcatur, quāuis in patria ſua id ipſi licitū ſit. Itē peccat Caſtellan. ſi dū per alienas regiones peregrinatur, diebus ſabbati 13 14 15

extremitates, vel intestina pecudum comedat, quamuis Castellæ id ipsi permittatur.

SECTIO. IV.

Difficultas secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM,

1 *Aduenæ,& Peregrini legibus loci per quem transeunt obstringi, & transgredientes puniri non est de iure Gentium.*

2 *Consuetudo in contrarium non obstat, nam vel procedit ex iustitia, vel à causa removendi scandalum à Pusillis.*

3 *Consuetudo Populi non potest inducere obligationem legis Ecclesiasticæ, quia non potest Populus ferre legem Ecclesiasticam, cum eiusdem potestatis sit, consuetudine, & lege obligari.*

4 *Episcopus potest approbare consuetudinem Ecclesiasticam sui Populi, & sic cogere ad eiusdem observantiam.*

5 *Consuetudo Populi Ecclesiastica obligationem non inducit quando oritur ab aliquibus, qui ignorantia præmuntur.*

6 *Episcopi solent quandoque punire Peregrinos festa, vel Ieiunia sua Diœcesis propria non seruantes ratione scandali, vel quia sequuntur contrariam sententiam.*

OBiicies secundò, iure gentium, ac Christiani populi, maximè Prælatorum consensu, ad rectam gubernationem, tranquillitatem, & pacem cuiuscunque territorij tuendam introductum, vsuque firmatum esse videtur, vt magistratus suis legibus etiam aduenas, & peregrinos constringere, & earum transgressores punire possint; ergo &c.

Respondetur, nego antecedens; quia non iure gentium, & populorum consensu introductum, vsuque firmatum censeri debet, quod non admittitur, sed negatur à tot, tantisque Doctoribus, quorum proinde sententiam quilibet in conscientia tutus sequi potest. 1

Neque obstat, si dicas, de facto consuetudinem esse in contrarium. Respondetur enim, quod qui id faciunt, faciunt ex consilio; vel si faciunt putatiuè ex præcepto, faciant, quia sunt indocti, ex ignorantia; vel si docti, quia sequuntur opinionem probabilem contrariam; vel ne generent pusillis scandalum. Quapropter esto, de facto consuetudo sit in contrarium, illa tamen non obligat; non ex eo, quia, vt putant aliqui, consuetudo populi non possit inducere obligationem legis Ecclesiasticæ; quia non potest populus ferre legem Ecclesiasticam, cùm eiusdem potestatis sit consuetudine, & lege obligare: Non (inquam) ex hoc; quia fieri potest, quod consuetudo populi vim legis habeat, si non directè ex voluntate populi, ex tacito, vel expresso consensu Ordinarij loci, qui hoc ipso, quo scit illam obseruari, tanquam obligatoriam, & non contradicit, censetur eam approbare, eique vim legis dare, & sic populum cogere, vt eam seruet. At non obligat ex eo, quia dicta consuetudo non est ex opinione obligationis, nisi aliquorum, & vt plurimum eorum, qui ignorantia premuntur, quod non sufficit, vt consuetudo populi obligationem inducat. 2 3 4

Neque obstat secundò, si dicas, quosdam Episcopos, & Prælatos consueuisse punire peregrinum festa vel ieiunia suæ diœcesis propria non obseruantem. Respondetur enim, quod id faciant, vel quia sententiam oppositam tanquam probabilem sequuntur, imò quæ à Suarez, & aliis tanquam certa reputatur; vel quia reuerà interdum ratione scandali in ea re peregrini delinquunt: ideoque ratione talis delicti ibi commissi; sicut & quotiescunque contra ius naturale delinquunt, illius loci iurisdictioni subiiciuntur, & forum sortiuntur, iuxta *cap. 1. de raptor. iunct. gl.* 4 5 6

SECTIO V.

Difficultas Tertia, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Leges locales afficiunt immediate locum & mediate Personas ibi existentes si Iurisdictioni eius loci sint subiectæ, quales non sunt Aduenæ & Peregrini.*

2. & 3 *Subditi effecti alicui loco post statutum conditum, cui est annexa censura, obligantur ex dispositione statutaria quod etiam dic de Edicto, seu præcepto generali contra Sayrum, & Anilam.*

OBiicies tertiò, leges cuiuscunque territorij sunt locales, & sic afficiunt immediatè locum, & mediatè personas ibi existentes, ergo & mediatè afficiunt peregrinos, dum ibi manent. 1

Respondetur, concedo primam, & secundam partem antecedentis; at distinguo tertiam: afficiunt mediatè personas ibi existentes; si iurisdictioni eius loci sint subiectæ, concedo, si sint aduenæ, & peregrini, nego; vnde & nego consequentiam. Vbi tamen aduerte cum communi sententia Doctorum, quod statuto antea facto, & censura illi annexa, comprehendantur, qui post factum statutum subditi efficiuntur; quia obligatio, statuti durat eo tempore, quo iam sunt subditi. Quinimò addo (vt contra Sayrum, & Anilam aduertunt Suar. *disp. 5. sect. 5. &.* Coninch. *num. 59.*) quod etiam edicto, seu præcepto generali, & censura illi annexa, comprehendantur, qui post publicatum edictum subditi efficiuntur; quia etiam post publicationem edicti seu præcepti generalis durat illius obligatio, & pœnæ impositio. 2 3

SECTIO VI.

Difficultas Quarta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Qui sentit commodum, sentire debet & incommodum, limita vt procedat in beneficiis Ecclesiasticis, & in Hæredibus instituis.*

2 *Regula non procedit, cùm onus, & commodum non connexa, sed disparata sunt.*

3 *Si quis ex loco, vbi nouum Kalendarium non est receptum, & vetus seruatur proficiscatur Romæ circa quinquagesimam, iam in suis Regionibus maiori parte quadragesimæ peracta, potest se Incolis accõmodare, & in Pascbate carnes comedere.*

4 *Romanus si expleta quadragesima, eo tendat, vbi quadragesima nondum est expleta, non tenetur, remoto scandalo, se Incolis conformare. Item*

die

die de aliis, quæ sub præcepto Ecclesiastico veniunt, & variantur iuxta diuersitatem Kalendariorum.

5 *Nouitius gaudet Religionis priuilegiis, & tamen non est obstrictus eius oneribus, & præceptis.*

3 OBiicies quartò, qui sentit commodum sentire debet & incommodum, iuxta *reg. 55. in 6.* sed peregrinus dum absens est (quamuis per tempus modicum) legibus, & consuetudinibus suæ patriæ eximitur, ergo legibus, & consuetudinibus alieni loci, in quo versatur, astringi debebit.

2 Respondetur (quidquid sit de minori, de qua diffusè dicetur infra cap. sequenti) regulam illam locum habere, cùm incommodum seu onus ex institutione propria annexum est commodo, sicuti contingit in Ecclesiasticis beneficiis, in hæredis institutione, &c. non item cùm onus & commodum non connexa, sed disparata sunt, sicuti 3 contingit in casu nostro. Nam exempli gratia si quis (quod aduersarij etiam concedunt) ex eo loco, in quo vetus kalendarium seruatur, quia nouum non est receptum, circa Quinquagesimam 4 venit Romam, vbi Quadragesima, ex maiori parte peracta est, potest is se incolis accommodare, & in Paschate carnes comedere: contra verò, si Romanus, expleta ferè Quadragesima, eò tendit, vbi Quadragesima paulò ante cœpta est, non tenetur (remoto scandalo) se incolis conformare, sed potest in Paschate secundùm nouum Kalendarium carnibus vesci. Et Lessius *cit. Dubit. 7. num. 52. in fine*, aliique ex aduersariis tradunt, quod si qui expleuit ieiunium quadragesimæ, festum, Confessionem, vel communionem, &c. venerit ad locum, vbi nondum illud ob nouum dictum Kalendarium ibi non receptum peractum est, non teneatur ibidem, remoto tamen scandalo, illud obseruare, v.g. rursus ieiunare, & à carnibus abstinere, Missam audire, Confiteri, vel communicare, &c. quia (inquiũt ipsi, & rectè) præceptum illud iam impleuit in sua Ecclesia, & sic non tenetur, remoto scandalo, rursus illud seruare; idque etiam, si constituat ibi domicilium; quia licet per domicilium contrahat omnes obligationes ciuium illius loci id solum intelligatur de obligationibus particularium statutorũ, & consuetudinum loci, non autem legum, & præceptorum communium toti populo Christiano, quibus iam satisfecit. Ex quibus omnibus sequitur, quod non semper locum habeat opinio aduersariorum, & regula illa, *Qui sentit commodum, sentire* 5 *debet & incommodum*. Accedit, quod secundùm probabiliorem opinionem Doctorum Nouitius gaudet Religionis priuilegiis, & tamen non est obstrictus eius oneribus & præceptis.

4 *Testamentum conditum à Peregrino in loco, vbi minor solemnitas iuris requiritur, validum est quoad omnia bona, quamuis illa sita sint in locis, vbi maior solemnitas exigitur.*

5 *Testamentum celebrari debet secundum solemnitates loci, in quo fit, si statutum vniuersaliter, & absque vlla restrictione, talem testandi formam requirat.*

6 *Contractus dotis stipulari debet secundum leges loci vbi Vir Domicilium habet.*

7 *Ordinarius ratione delicti, vel contractus extra loca exempta facti, vel ratione rei extra loca exempta sita contra exemptos procedere potest.*

8 *Limitatur non procedere contra Regulares stantibus priuilegiis specialibus.*

9 *Author arguit à contrario sensu & confirmat suam sententiam cap. vltimum de foro competenti, exponit, & offendit sua sententia potius prodesse, quam obesse.*

OBiicies quintò, certum est, peregrinos, & aduenas obligari quibusdam legibus, & consuetudinibus municipalibus locorũ, per quæ transeunt, cuiusmodi leges sunt, v.g. ne quis noctu arma ferat; ne triticum, vel quid simile efferat; ne viator amplius triduum ibi moretur, &c. quia harum legum transgressio cederet in damnum loci, sicuti *supra sect. 1.* dicebam. Item certum est, eosdem in 2 contractibus leges, consuetudines loci seruare debere, sicuti constat *ex l. 6. ff. de euictionibus, & cap. vlt. de foro compet.* vbi dicitur, quemuis forum sortiri ratione contractus; & docent communiter Doctores apud Sanchez *cit. disp. 18. num. 10.* & nos dicebamus *supra cit. sect. 1.* Vnde contractus absolutè initus, interpretandus est secundùm cõsuetudines, & statuta loci, in quo factus est; qua de re Silu. *ver. contractus, q. 8.* & Molina *to. 2. tract. 2. disp. 260.* 3 Item secundò, testamentum conditum à peregrino in loco, vbi minor iuris solemnitas requiritur, validũ est, quoad omnia bona, quamuis illa sita sint in locis, in quibus maior testamenti solemnitas exigitur; qua de re Bart. *in l. 1. Cod. de summa Trinit.* Andreas Gaill. *lib. 2. obseruat. 125.* Nicol. Euer. 4 *lib. 2. conf. 18. num. 76.* & alij communiter. Item tertiò, testamentum celebrari debet secundùm solemnitates loci, in quo celebratur, si statutum absolutè, & vniuersim (& non solum à subditis, seu incolis) talem testandi formam requirat; sicuti cum Gomezio docet Vasq. *in moral. de testam. §. 1. dub. 1.* contra Andr. Fachinæum *lib. 5. controuers. iuris cap. 90. & 91.* Excipe dotis contractum, qui fieri 5 debet secundùm leges loci, vbi vir domicilium habet, sicuti *supra cit. sect. 1.* dicebam, & constat *ex l. exigere, ff. de iudiciis.* Vnde etiam apparet ratio Constitutionis Innocentij IV, *in cap. volentes, de priuilegiis in 6.* confirmatæ *in Trident. sess. 7. c. 7. de reformat.* quod Ordinarius ratione delicti, vel cõtractus 6 extra loca exempta facti, vel ratione rei extra loca exempta sitæ, possit contra exemptos procedere; quamuis, vt rectè notat Nauar. *comment. 2. de Regul. n. 64.* rarò hodie huic Constitutioni in ordine ad 7 Religiosos exemptos locus sit, propter specialia eorum priuilegia.

Respondetur, concedo totum: admitto enim, 8 quod à doctrina supra tradita excipiendæ sint leges, quæ ob bonum, & vtilitatem Reipublicæ, vel ob pacificam communicationem cum ciuibus, seu incolis specialiter feruntur; has enim, & peregrini seruare tenentur, sicuti ex communi doctrina

SECTIO VII.

Difficultas Quinta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Aduena & Peregrini tenentur ad obseruantiam Legum municipalium, quando illarum transgressio cederet in damnum loci, per quem transeunt.*

2 *Aduena, & Peregrini in contractibus tenentur seruare leges, & consuetudines loci Contractus.*

3 *Contractus absolute initus, interpretandus est secundum consuetudines, & statuta loci, in quo factus est.*

inistatum tradit Sanchez *in cit. disp.* 18. *num.*14 & nos dicebamus *supra cit. sect.* 1. Quò etiam pertinent leges contractuum, de quibus etiam obiectio facta est; allegatum tamen cap vlt. facit pro nobis; quandoquidem in eo dicitur, quem uis sortiri forum ratione domicilij, vel ratione contractus; ergo à contrario sensu inferri debebit, quod si peregrinus neque domicilium fixit, neque in loco deliquit, neque ibi contraxit, forum non sortiatur; atque adeò legibus, & iurisdictioni loci, per quem transit., subiectus non sit.

SECTIO VIII.

Difficultas sexta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Vagus est ille, qui nullibi habet Domicilium, vel qui alicubi habuit Domicilium, & ab illo exiit animo non redeundi, sed alibi manendi, quoadusque Domicilium alicubi ꝓxerit.*

2 *Vagi obligantur legibus municipalibus locorum per quæ transeunt, vel in quibus hoſpitantur.*

3 *Constituitur discrimen inter Vagos, & Aduenas, seu Peregrinos; nam de mente etiam asserentium Peregrinos non teneri legibus municipalibus, & Episcopalibus loci, per quem transeunt Vagi eisdem tenentur.*

4 *Vagi, cum nullibi Domicilium habeant peculiare, vbicumque reperiuntur, Domicilium acquirunt quoad præsentaneam habitationem.*

5 *Vagi, cum nullibi domicilium habeant, sunt totius Orbis Incolæ, & sic tenentur ad Ieiunia, festa, &c. locorum in quibus reperiuntur.*

6 *Vagi à loci magistratu capi, & puniri possunt ob delicta etiam alibi commissa.*

7 *Vagi ligari possunt ab Episcopo loci, in quo actu habitant, & non ab alio Episcopo, quia sunt subditi illius loci solum, & non alterius.*

8 *Vagis de mente Hurtadi prædicta non conueniunt de iure scripto; sed iure per vsum, & praxim introducto.*

9 *Vagi & Peregrini non differunt quoad obligationem seruandarum legum municipalium.*

10 *Vagi non tenentur seruare leges municipales locorum per quæ vagantur.*

11 *Doctores generaliter loquuntur, nec distinguunt inter Vagum, & Peregrinum.*

12 *Vagi, quod vbicumque reperiantur possint recipere Sacramenta est ex priuilegio, non ex obligatione.*

13 *Vagi in omnibus locis vbi reperiuntur sortiuntur forum ea consuetudine, non autem simpliciter.*

14 *Vagi remitti debent ad Iudicem loci, in quo commiserunt delictum, si sint sub vno & eodem Principe, & ab illo Iudice petantur.*

15 *Iudex capiens Vagos habet Iurisdictionem in illos ratione præsentaneæ habitationis.*

16 *Princeps quando habet iurisdictionem in loco commissi delicti censetur nolle alibi Delinquentem puniri.*

17 *Vagus ratione delicti fit subiectus Iudici loci.*

18 *Vagi extra locum commissi delicti non sunt puniendi nisi in defectum Iudicis illius loci, in quo delictum fuit commissum.*

19 *Punitio est ad exemplum, & ad reparationem scandali dati.*

OBijcies sextò, saltem vagi, id est, qui nullibi habent domicilium (quapropter eum, qui alicubi habuit domicilium, & ab illo exiit animo non redeundi, sed alibi manendi, vagum esse, quoad vsque domicilium alicubi fixerit, docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 1. *& seqq. & lib.* 1. *moral. cap.* 12. *num.* 23. *in fin.* & Farinac. *lib.* 1. *prax. quæst.* 7. *num.* 15. obligabuntur legibus, & consuetudinibus locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hoſpitantur; sicuti docent etiam illi, qui sentiunt, aduenas, & peregrinos exemptos esse à legibus loci municipalibus; sic Sot. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *art.* 2. Lorca *in* 1. 2. *tom.* 2. *tract. de legib. disp.* 25. *memb.* 4. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæst.* 13. Salas *de legibus disp.* 14 *sect.* 4. *num.* 55. Suar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 19. & 20. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 15. *& lib.* 1. *moral. cap.* 12. *num.* 23. Basilius Potius *de matrim. lib* 5. *cap.* 7. Bonacina *de legib. disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 6. *numer.* 54. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 7. *numer.* 105. Reginald. *in prax. tom.* 1. *lib.* 13. *an.* 27. *numer.* 172. Fagundez *de præcept. Eccles. tract.* 1. *lib.* 1. *cap.* 8. *numer.* 4. Villabob. *tom.* 2. *tract* 4, *dub.* 35. *numer.* 1. ex eo, quia cùm vagi nullam peculiare domicilium habeant, illud quoad omnia acquirunt, vbicunque quoad præsentaneam habitationem reperiuntur: nam cum nullibi domicilium habeant, sunt totius orbis incolæ, & sic tenentur ad ieiunia, festa, aliasque leges & consuetudines locorum, in quibus reperiuntur, alioquin immunes essent ab omnibus legibus, & statutis, quod dici absurdum videtur, cùm à recta illorum gubernatione dissideat; tum quia vagi à loci Magistratu capi, & puniri possunt ob delicta, etiam alibi commissa; sicuti probat textus cum gloss. *in l.* 1. *Cod. vbi de criminibus, agi oportet*, quam glossam esse communiter receptam, testatur Farinacius *lib.* 1. *prax. q.* 7. *num.* 13. & docent Clarus *lib.* 5. *sent. in pract. crim. q.* 39. *num.* 7. & Sanch *lib.* 3. *de matr. disp.* 25. *n.* 5. ergo signum est, quod ij in quouis loco præsentiæ suæ, forum sortiantur, atque adeò iurisdictioni ac legibus, tam secularibus, quàm Ecclesiasticis subiiciantur: quod docet etiam nouissimè Hurtad. *de censur. in communi disp.* 9. vbi ait, quod vagi ligari possint ab Episcopo loci, in quo actu habitant, & non ab alio Episcopo; quia sunt subditi Episcopo illius loci solum, & non alterius Episcopo; quandoquidem actualis habitatio est in his loco domicilij, cùm non habeat alium modũ domicilij; quod tamen eis (inquit ipse, & rectè) non iure scripto, sed iure per vsum, & paxim introducto, conuenit.

Respondetur, nego antecedens: nam eadem ratio, quæ est de peregrinis, de vagis esse videtur, quod scilicet & ipsi non obligentur legibus propriis locorum, per quæ transeunt, vel in quibus hoſpitantur, cùm, sicut & peregrini, non sint incolæ, seu inhabitantes locum; quapropter Doctores generaliter loquuntur, nec distinguunt in hac re inter peregrinos, & vagos, sed docent indifferenter, omnes extraneos, seu alienigenas, qui veniunt animo non permanendi, non teneri legibus loci. Sic præter alios docent Palud. S. Antonin. Silu. & Medina, quos citat. Lessius *lib.* 4. *de iust. & iur. cap.* 2. *dub.* 7. *num.* 49. Sayr. *in Clau. Reg. lib.* 3.

cap.

cap.4.num.8. Pasqualigus *de ieiunio decis.* 200. n. 4. & Sanchez *in select. disp.* 5 1. n. 34.

12 Neque obstat, quod possint percipere sacramenta vbicunque reperiantur: nam hoc est priuilegium, non autem obligatio; siquidem ad nullam parochiam in particulari astringuntur, nisi per maiorem, vel saltem per dimidiam circiter anni partē (vt supra dicebatur) in aliquo loco decreuerint permanere. Neque absurdū videri debet, quod nullis particularibus statutis locorum teneantur, cum nullibi ipsi sistant, seu domicilium habeant. Adde, quod *ex cap. vlt. de foro compet.* generalis doctrina est, neminem sortiri forum, nisi vel ratione domicilij vel ratione delicti, vel ratione contractus (adde tu cum *gl. in cit. l. haeres*) vel ratione rei, seu possessionis sitæ in territorio, vel denique interdum ratione originis, seu patriæ: at vagi nullo horum modorum (vt suppono) subiecti sunt,
13 ergo forum loci, vbi sunt, non sortiuntur; quamuis per consuetudinem introductum sit, vt vbicumque reperiuntur (cùm proprium Iudicem non habeant, & eorum delicta manere non debeant impunita) possint puniri, etiam ob delicta alibi commissa; ex quo tamen non sequitur, quod simpliciter, & in omnibus forum, seu iurisdictionem loci, in quo degunt, sortiantur.

14 Cæterum an vagus remitti debeat ad Iudicem loci, in quo commisit delictum, si ab illo Iudice petatur.

Respondent Doctores, quos citat, & sequitur Farinac. *lib. 1. prax. q. 7.* negatiuè; si iurisdictiones
15 sint sub diuersis Principibus; secùs si sint sub vno Principe: nam quando sunt sub diuersis Principibus, verè Iudex capiens vagum (inquiunt ipsi) habet iurisdictionem in illum ratione præsentaneæ
16 habitationis, sicut si domicilium haberet ibi. At quando iurisdictio est sub eodem Principe, censetur Princeps nolle delinquentem alibi puniri, nisi in loco, vbi deliquit.

His tamen non obstantibus probabilius mihi videtur, debere illum remitti ad locum delicti, vt
17 ibi puniatur, si ab illo Iudice petatur remitti; quia ratione delicti illi Iudici subiectus est; neque vi-
18 detur subiectus Iudici loci, per quem transit, in punitione delicti, quod alibi commisit; nisi ad
19 summum in defectum Iudicis loci, vbi deliquit; quia punitio est ad exemplum, & ad reparationem scandali dati; quod cùm solum datum sit, vbi delictum commissum est, ibi solum puniendum videtur; quæ ratio probat indifferenter, siue delictū committens, domicilium ibi habuerit, siue non. Atque ita docent. Abb. *in cap. vlt. de foro compet. n.* 21. Couar. *pract. qq. cap.* 11. *num.* 7. Clar. *l. 5. recept. sentent. in pract. crim. q.* 39. *num.* 7. Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap.* 13. *num.* 17. *& seqq.* & Azor. *tom. 1. lib. 5. c.* 11. *q.* 3. *in fin.* Vide, quæ dicentur infra *cap. seq. dubit.* 4.

SECTIO IX.

An Peregrini, qui non habent animum commorandi pro maiori parte anni, possint in Paschate Eucharistiam sumere à Regularibus?

SVMMARIVM.

1 *Peregrini non habentes animum commorandi in aliquo loco pro maiori anni parte possunt pro adimplendo præcepto de sumenda Eucharistia in Paschate, communicari à Regularibus.*

EX dictis sequitur primò, quo Peregrini, qui 1
non habent animum commorandi in aliquo loco pro maiori anni parte, possint ibi pro satisfactione præcepto sumendi Eucharistiam semel in anno in Paschate, sumere Eucharistiam à Regularibus ratione priuilegiorum Religionis; quia in tali casu nulla fit iniuria Parochis, cùm huiusmodi peregrini non sint sui Parochiani, & propria Parochia in illo loco careant. Sic Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 23. n. 17.* & Fagund. *de præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 1. c. 8. num. 5.*

SECTIO X.

An Peregrini subdantur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, vbi transeunter sunt?

SVMMARIVM.

1 *Peregrini non subduntur sententiis, præceptis, & Legibus municipalibus loci, vt de ieiunio seruando, de Missa audienda &c. si ibi nullo pacto sistant, sed solum ibi sint transeunter.*

2 *Idem dic, licet ibi morentur per aliquot dies.*

SEquitur secundò, quod peregrini non subdan- 1
tur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus, loci vt de ieiunio seruando, de Missa audienda, &c. si ibi nullo pacto sistant, sed solum sint transeunter, seu per modum transitus: sic ex aduersariis ipsis Nauarr. *c.* 13. *n.* 5. Lopez 1. *par. Instruct. c.* 52. *q. nec peccant.* Lessius *lib. 4. dub. 7. num.* 47. *& dub. 8. num.* 56. Sà, *ver. Missa audito num.* 6. Suar. *tom. 1. de relig. lib. 2. de festis, cap.* 14. *& lib. 3. de legib. cap.* 33. Filliuc. *tom. 1. tract. 27. cap. 7. n.* 116. *& seq.* & Fagund. *de præcept. Eccles. præcept. 1. lib. 1. c. 8. num.* 15. *&* 20. *contra Maiorem in 4. dist.* 15. *q.* 5. Driedonem *lib. 1. de libert. Christ. cap.* 17. *§. vna est.* Ledesmam 1. *part. 4. q.* 15. *ar.* 2. *dub.* 2. Couarruuiam *lib. 4. var. cap.* 20. *num.* 8. *ad fin.* Salas *de legib. disp. 14. sect. 4. num.* 50. & Pontium *lib. 5. c.* 7. §. 1. *num.* 14. Quinimò sequitur, quod neque subdun- 2
tur, si ibi sint per aliquos dies. Sic Doctores citati in principio sectionis contra Lessium, Suar. Filliuc. & Fagundez *vbi suprà.*

SECTIO XI.

An Peregrini neque subdantur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, quoad vim coactiuam, & quoad censuras?

SVMMARIVM.

1 *Peregrini multo minus subduntur sententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, in quo nec Domicilium, nec quasi Domicilium habent quoad vim coactiuam, coercitiuam, seu punitiuam; secus est quando delictum ibi commiserunt.*

2 *Episcopus ratione delicti potest excommunicare subditum alienum, dum manet in ipsius Diœcesi, vel etiā si discesserit priusquā excōmunicatio feratur.*

3 *Episcopus tenetur consentire in punitione Delin-*

quentis ad requisitionem alterius Episcopi, in cuius Territorio Delinquent commisit delictum.

4 *Episcopus, vel alius Prælatus Pontifice Inferior lata generalis censura, siue per statutum, siue per particularem sententiam non ligat Aduenas, & Peregrinos, si ibi reperiantur non constituto Domicilio, nec quasi Domicilio.*

5 *Cap. 1. à nobis de senten. excõmunicationis declaratur.*

6 *Clausula in censuris latis ab Episcopo licet generalis non comprehendit nisi subditos suæ Iurisdictioni.*

7 *Distinctio Abbatis in cap. cit. à nobis de sententia excommunicationis inter sententiam generalem, & statutum, nempe Peregrinos ligari solum statuto, refellitur.*

8 *Excommunicatio quomodocumque in loco Diœcesis lata contra eos qui sciunt, & non reuelant aliquod furtum, vel delictum, non ligat transeuntes, vel Peregrinos.*

9 *Glossa in cit. cap. à nobis, Vgolinus & alij relati per Barbosam confutantur. quia assumunt vt notum, quod indiget probatione.*

10 *Is qui non est subditus non potest obligari statuto, & sententiis.*

11 *Peregrinus committens furtum prohibitum lege Diuina, & lege Diœcesana prohibitum sub censura, peccat mortaliter contra legem Diuinam non tamen incurrit censuram Episcopi, per cuius locum transit.*

12 *Aduena, & Peregrinus violans præceptum generale, aut speciale Episcopi non continens materiam aliàs iure naturali, vel Diuino prohibitam, non fit subditus ipsi Episcopo ratione delicti.*

13 *Aduena, & Peregrinus violans præceptum naturale & Diuinum generaliter, vel specialiter prohibitum ab Episcopo, fit subditus eidem ob dictam violationem tantum.*

14 *Id procedit etiam si post istam violationem de nouo Episcopus præcipiat, dummodo tale præceptum ei notificetur.*

15 *Egredient à Diœcesi ante dicti præcepti notificationem non ligatur censura tali præcepto generali, seu speciali satis faciendi annexa nisi casu quo eidem notificetur de consensu alterius Episcopi in cuius territorio degit.*

16 *Ordinarius quidam reprehenditur, qui Aduenam, spreto eius decreto, publice declarauit excommunicatum.*

SEquitur tertiò, quod multò minus peregrini subdantur sententiis, præceptis, legibus muni-
1 cipalib us loci (in quo nec domicilium, nec quasi domicilium habent) quoad vim coactiuam, coërcitiuam, seu punitiuam Sic Doctores communiter pro nostra sententia *supra in* 1. *sect.* citati contra Doctores, quos citat Salas *num.* 49. Suar. *lib.* 3. *de legib. cap.* 33. *num.* 9. Vgolinus *tab.* 1. *cap.* 9. §. 2. *nu.* 4. Pontius *de matrim lib.* 5. *cap.* 7 §. 2. *num.* 19. Barbosa *in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 4. *& contra glossam in cap. à nobis de sentent. excommun.*

Excipe, si delictum ibi commiserint; quia ratione delicti potest Episcopus excommunicare subditum alienum, dum manet in ipsius Diœcesi, vel etiamsi discesserit ab ipsius Diœcesi, priusquam excommunicatio feratur, sed fuerit citatione præuentus, vel si ad requisitionem Episcopi territorij,
5 in quo deliquit, à proprio Episcopo citetur (ad quod Episcopus requisitus tenetur consentire, vti notant Doctores *in cap. fin. de foro compet.* Auila *de censur par.* 2. *cap.* 3. *disp.* 2. *dub.* 3. *concl.* 2. Cornelius *in* 3. *par. S. Th. tract.* 5. *de censur. in genere. disp.* 6. *nu.* 36.) quia in tali casu Reus respondere tenetur, & si non facit, excommunicari potest ab Episcopo territorij, in quo deliquit. Quamuis secus dicendum sit, si delictum non commiserint, vti supra 3
dicebam. Quapropter contra eosdem Doctores, quos citat Salas; Suar. Vgolinus, Pontius, Barbosa in locis supra cit. & contra glossam cit. cap. à nobis, si Episcopus vel alius Prælatus Pontifice 4
inferior generalem censuram, siue per statutum, siue per particularem sententiam, vel præceptum, ferat v. g. quicunque tale crimen commiserit (vt arma tulerit, cum Monialibus fuerit locutus, vel furtum admiserit, &c.) sit excommunicatus, talem censuram aduenæ, & peregrini non incurrent, si ibi, non constituto, neque domicilio, neque quasi domicilio reperiantur, & in eius diœcesi existentes contra agant; quia tales, vti dicebam, non sunt subditi; tum quia ita expressè habetur *in cap. à nobis*, 1. *de sent. excommunic.* vbi, cùm quæsitum fuerit, *an si quis ita pronunciauerit, quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, hæc generalis clausula referatur ad ipsius excommunicatoris subditos.* 5
an extendatur generaliter ad omnes, qui non sunt 6
de iurisdictione illius? Respondetur, quod hac clausulâ, seu sententia, non nisi subditi, obligentur. Ergo, &c. vide vbi glossam margiualem ex Hostiensi; Coninch *de Sacramentis disp.* 13. *dub.* 7. *concl.* 5. *num.* 60. Dianam *par.* 3. *tract.* 5. *res.* 73. *& 74.*

Et quamuis Abbas *in cit. cap. à nobis*, *numer.* 7. 7
distinguat inter sententiam generalem, & statutum, dicatque, non ligari peregrinos illa, ligari autem isto; mihi tamen hæc distinctio non probatur, tum ex dictis; tũ quia respõsio Pontificis nititur in ratione generali, quod, potestas iurisdictionis se extendat tantum ad subditos; sed non minus statutum, quàm generalis sententia emanat à potestate iurisdictionis; ergo non minus statutum, quàm generalis sententia comprehendit solum subditos, non item aduenas, & peregrinos. Vnde 8
excommunicatio quomodocumque in loco diœcesis lata contra eos, qui sciunt, & non reuelant, aliquod furtum, vel delictum esse commissum, non ligat transeuntes, vel peregrinos, sed solum ciues, seu subditos.

Neque mihi probatur, quod docent *glos. in cit.* 9
cap. à nobis, Vgolin. *tab.* 1. *cap.* 9. §. 2. *num.* 4. Basilius Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 7. §. 2. *numer.* 19. Leon *lib.* 5. *c.* 7. §. 1. *num.* 15. & Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *in collect. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 21. *numer.* 4. dum aiunt, aduenas, & peregrinos delinquentes contra sententiam, vel statutum, subditos fieri ratione delicti, & sic censuram incurrere: nam non rectè (cùm probare debeant) assumunt, peregrinos delinquere contra sententiam, vel statutum proprium eius diœcesis, in qua pro tempore sine domicilio morantur, cùm meritò dicatur oppositum, nempe peregrinos non delinquere contra talem sententiam, vel statutum; quia non subduntur auctori talis sententiæ, vel statuti: prius enim requiritur, quod aliquis sit subditus, quàm quod 10
sententia, vel statuto obligatur, & contra illam, vel illud deliquat; sicut rectè docet præter alios Suarez *disp.* 5 *sect.* 5. *n.* 10. quamuis & ipse etiam *n.* 14. (quem sequitur Filliucius *tract.* 11. *c.* 5. *in fine.*) distinguat inter sententiam, & statutum, quod scilicet statutum, cùm territorio inhæreat, & vtpotè firmum, & stabile, magis cognoscibile sit,

quàm

quam ſententia, vel præceptum, afficere debeat etiam peregrinos, dum ibi exiſtunt (& ſi ſecus, cùm terminos territorij egrediuntur, iuxta *cap. vt animarum de Conſtitut. in 6.*) quod mihi etiam ex dictis non probatur.

11 Non obſtat, ſi dicas, is qui furtum ſacrilegum v.g. ſub excommunicatione prohibitum in aliena diœceſi committit, abſque dubio ibi delinquit, ergo ſortitur forum illius diœceſis, ratione delicti, *cap. vlt. de foro compet.* Reſpondetur enim, peccare quidem illum contra legem, quatenus illa communis eſt omnium gentium, & naturalis; & ſic ratione delicti ibi commiſſi ſubditum fieri; ideoque ibi poſſe citari, atque Eccleſiaſticis cẽſuris compelli ad ſatisfaciendum; non tamen peccare contra legem, quatenus propria eſt illius diœceſis, cenſuram in ſe cõtinens; cùm non ſit ſubiectus huic legi, nec huius legis auctori Vide Auilam *par. 2. cap. 3 diſp 2. dub. 3. concl. 1. & 4.*

12 Itaque breuiter dico, quod aduena ratione violationis præcepti generalis, aut ſpecialis Epiſcopi, non continentis materiam aliàs iure naturali, & diuino prohibitam, non fiat ſubditus ipſi Epiſcopo ratione delicti, quia tali violatione non delinquit, cùm nondum ſit ei ſubditus, vt eius præcepto obedire teneantur; & quamuis fiat ſubditus, quando præceptum Epiſcopi generale, vel ſpeciale

13 continet materiam aliàs iure naturali, & diuino prohibitam (nam tunc violatione illius ibi delinquit contra præceptum naturale, & diuinum) ſit tamen ſolum ſubditus ipſa violatione, ita vt ipſi Epiſcopo poſt iſtam violationem generaliter, vel ſpecialiter de nouo præcipienti ſit obſtrictus

14 obedire; & ſic ligetur cenſura annexa præcepto generali, vel ſpeciali ſatisfaciendi de nouo impoſito, ſi non ſatisfecerit, dummodo tale præceptum ei notificetur in Epiſcopatu; quia ſi (vt contra nõ-

15 nullos rectè aduertunt Auila *vbi ſupra*, & Coninch. *diſp. 13. n. 59*) ante præcepti notificationem is egreditur ab Epiſcopatu, non ligatur cenſura tali præcepto generali, vel ſpeciali ſatisfaciẽdi annexa, niſi in caſu, quod poſt egreſſum ei notificetur ex conſenſu Epiſcopi proprij, aut alterius Epiſcopi, in cuius territorio verſatur; qui quidẽ requiſitus conſentire tenetur, cùm Epiſcopus loci ad id ius ſhabeat ratione delicti, vti ſupra dicebatur, & infra etiam dicetur.

16 Hinc dicendum, non rectè proceſſiſſe Ordinarium quendam, qui cùm cognouiſſet, certum crimen in ſua diœceſi commiſſi, decretum ad Eccleſiæ valuas affixit, vt quicunque tale delictum in poſterum commiſerit; ipſo facto excommunicatus ſit; poſtea verò cùm ſciuiſſet, hominem aduenam, decreto ipſius ſprero, dictum crimen commiſiſſe, illum tanquam excommunicatum publicè declarari iuſſit. Non rectè, inquã, proceſſit Ordinarius iſte, quia decretum eius ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda latum, ad ſubditos tantum ſe extendebat, aduena autem, ſeu extraneus ille non erat ſubditus, priuſquam deliquerit, quamuis poſtea ratione delicti ſubditus factus fuerit; & ſic tunc ſolum potuerit (ante egreſſum tamen ab Epiſcopatu, vel ſi ab illo fuerit egreſſus, obtento conſenſu Epiſcopi loci, in quo verſabatur) citari, atque ad ſatisfactionem compelli, & ſi contumax eſſet, excommunicari, ac pro excommunicato declarari.

SECTIO. XII.

An, ſi Epiſcopus diœceſis A. ferat excommunicationem contra ſcientes, & non manifeſtantes, quiſnam commiſerit furtum, & Petrus v g. diœceſis B. mutet poſt latam hanc excommunicationem domicilium in diœceſim A. & cognoſcat furem, & non manifeſtet, ligetur tali cenſura?

SVMMARIVM.

1 *Aduena, qui poſt publicationem edicti Epiſcopi ſub Excommunicatione contra non reuelantes tale quid, ſi trãſtulit Domicilii in illius Epiſcopi Diœceſim, tenetur reuelare ſi ſciat, aliàs incurrit cenſuram*

2 *Contraria ſententia non eſt improbabilis.*

3 *Sententia referenda eſt ad tempus, in quo pronunciatur; quia tunc incontinenter ſumit* vires contra quos fertur

4 *Aduena, qui aberat tempore dicti edicti neque ratione delicti, neque Perſonæ erat ſubditus, quapropter obſtrictus eſſe non debet à dicta excommunicatione.*

5 *Cenſura per modum ſententiæ etiam generalis lata, directe fertur in perſona ſecundum ſe præſcindendo à Territorio,*

REſpondetur affirmatiuè; quia non apparet ratio, cur non ligetur; cùm etiam poſt publicationem edicti duret eius obligatio, & pœnæ impoſitio. Sic Suarez, & Coninch, quos citat, & ſequitur Præpoſitus *in 3. par. S. Th. q. 1. de cenſuris in communi dub. 5. n. 30.* & Hurtadus *de cenſuris etiam in communi diſſic. 9. num. 39.* Quamuis oppoſitum ſit etiam probabile: dici enim poteſt, quod ſententia referenda ſit ad tempus, in quo pronunciatur, quia tunc in continenti ſumit vires *aduerſus eos, aduerſus quos fertur*; & ſic vim ſolum habet aduerſus eos, qui tunc erant ſubditi. Vnde inferri poteſt, quod licet tempore, quo durat hæc ſententia, ille talis ſit in diœceſi A. ſi tamen tempore prolationis ibi nondum erat ſubditus; quia nondum in dicta diœceſi A. domicilium acquiſierat, non ligetur tali cenſura; quia tempore prolationis ſententiæ non erat ibi neque ratione perſonæ, neque ratione delicti ſubditus. Sic Auila *de cenſuris par. 2. cap. 5. diſp. 2. dub. 3.* & Cornelius *in 3. par. S. Th. tract. 5. de cenſuris in genere. diſp. 6. dub. 2. q. 3* Inferri etiam multò magis poteſt, quod cenſura lata ab Epiſcopo per vim ſententiæ generalis non ligentur, niſi ſubditi ratione perſonæ, vel domicilij, non autem qui ſubditi non ſunt, etiamſi intra eius territorium exiſtant; & ſic quod cenſura non ligentur, qui v.g. in alieno furantur Epiſcopatu, vbi furtum ſub cenſura eſt prohibitũ. Sic Doctores ſupra cit. Et confirmatur; quia cenſura per modum ſententiæ, etiam generalis, lata directè fertur in perſonas ſecundum ſe præſcindendo à territorio; & conſequenter ligat ſolum eos, qui ſecundum ſe ſubditi ſunt, non item aduenas, & peregrinos, qui ſubditi non ſunt.

1 2 3 4 5

Digitized by Google

SECTIO XIII.

An Peregrini delinquentes in proprio domicilio, si aliò tendant, possint in isto loco puniri?

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes in proprio domicilio, si ad alium locum accedant, non possunt ibi puniri.*
2 *Opinio Pontij, quod viator sit subditus Iudici illius loci, per quem transit, vt dargutur.*
3 *Viator subest Iudici loci per quē transit tantū ratione rectæ gubernationis illius loci, & sic indirectè.*
4 *Iudex Ordinarius non potest punire delinquentem existentem extra Territorium suæ Iurisdictionis, nisi fuerit ille de more remissus.*
5 *Mos generalis constituit ius.*
6 *Delictum est integra causa subiectionis, quando delinquens non est extra Territorium.*
7 *Praxis Curiæ Romanæ observat punire Reos vbicunque delinquentes, sed id prouenit ex præscripta consuetudine.*
8 *Delinquentes quando puniuntur Romæ ob delicta commissa non puniuntur pœna ordinaria, sed extraordinaria.*
9 *Delinquentes quando præsumuntur continuare delictum possunt vbique puniri, prout fures cum re furata reperti, Hæretici, Banniti, Vsurarij, Assassini, & latrones publici, &c.*

1 SEquitur quartò, quod multò minus peregrini delinquentes in proprio domicilio, si ad alium locum accedant, possint in isto loco puniri. Sic communiter Doctores, quos refert, & sequitur Farinacius *lib. 1. praxis q. 7. n. 6. 7. & seqq.*

2 Quamuis contrarium sentiat Pontius *loco supra citat. numer.* 15. cum nonnullis aliis ex eo: quia (vt inquit ipse) viator est subditus Iudici illius loci, sicut & legibus illius; quod probat ex Clement. Pastoralis *de sentent. & re iudic.* ibi: *Quod si punitio criminis intra districtum Imperialem commissi, ad Imperatorem forsan pertinuisse dicatur, verum est quidem, si in eodem districtu fuisset inuentus delinquens, vel ad illum de more remissus, quare, si eius fines transgrediatur, cessat potestas.* Ex quo deducit Pontius, quod causa subiiciendi delinquentem nō sit delictum, aliàs vbicunque delinquens maneret, subditus esset. Et confirmat ex praxi Curiæ
3 Romanæ, quæ alibi delinquentes punit.

Sed facilè ad has rationes huius auctoris respōdetur: nam dato, quod viator subdatur Iudici loci, per quem transit (quod falsum est ex dictis *in sect.* 2.) subditur solum (vti concedunt etiam aduersarij) in his, quæ ad rectam illius loci gubernationem pertinent, non item in aliis; quia cùm ibi domicilium, vel quasi domicilium non acquisierit, neque ibi delictum commiserit, non est, cur ei subdatur; nisi solum ad summum indirectè, quatenus ad bonum commune illius loci, per quem transit, quod sic pertinet. At ad bonum commune illius loci, per quem transit, non pertinet, puniri delicta alibi commissa, sed solum illuc remitti delinquen-
4 tem puniendum, ergo, &c. Et hoc ipsum probat *cit. Clement. Pastoralis*; siquidem dicit, non posse Iudicem ordinarium punire delinquentem, existentem extra territorium suæ iurisdictionis, nisi fuerit illi de more remissus: supponitur ergo ibi, delinquentem, de more, & consuetudine remittendum esse: mos autem talis, cùm non sit specialis, 5
sed generalis, constituit ius; & consequenter de iure delinquens est remittendus, atque adeò à Iudice illius loci puniri non potest. Confirmatur; 6
quia licet delictum sit integra causa subiectionis, non propterea sequitur, existentes extra territorium posse à Iudice puniri; siquidem constituit subiectionem, dum delinquens est intra territorium, secùs dum extra, sicuti domicilium, quod est causa integra constituendi subiectionem, non dat actionem Iudici extra territorium; ergo, sic, &c. Et ad praxim Curiæ Romanæ Respondetur, quod 7
id prouenit ex præscripta consuetudine; quia cùm Roma fuerit à principio domina totius Orbis, & sic omnes habuerit sibi subiectos, alibi delinquentes puniebat, quam potestatem prorogatam ex tacita aliorum Principum concessione habere viderur. Vide Farinacium *loco supra cit.* vbi primò 8
aduertit, delinquentem in tali casu non puniri pœna ordinaria, sed extraordinaria. Aduertit secundò, Doctrinam supra traditam plures limitationes 9
habere, vt in fure cum re furata reperto, in hæretico, in bannito, in vsurario, in assassino, in latrone publico, &c. quæ non tam sunt limitationes, quàm declarationes regulæ generalis, quæ dicit delinquentem ratione delicti subiectum esse Iudici loci, in quo deliquit; cùm omnes dicti Rei censeantur delictum continuare, & illud, quasi de nouo vbi sunt perpetrare.

DVBITATIO II.

An aduenæ, & vagi possint in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, & pœnis contractis dispensari à superiore loci, in quo reperiuntur?

SVMMARIVM.

1 *Vagi nullibi domicilium habentes possunt dispensari à dictis obligationibus à superiore loci, in quo reperiuntur sicut, & cæteris Sacramentis, & sepultura donari.*
2 *Vagi confiteri possunt cuiuis Parocho, vel sacerdoti exposito eius loci in quo pro tempore versantur.*
3 *Vagi vbique fortiuntur Diœcesim, Parochiam, & forum saltem in fauorabilibus ex priuilegio.*
4 *Vagi si Rei sint in foro externo à quolibet Iudice capi possunt & ob delicta etiam alibi commissa puniri ex quadam introducta consuetudine.*
5 *Vagi non possunt eligere simplicem sacerdotem non habentem facultatem ordinariam, aut delegatam.*
6 *Vagi possunt absolui à Parocho alterius Diœcesis vbique locorum dummodo cum ipso discesserint aliquo peregrinandum, contra nonnullos.*
7 *Vagi vbique locorum possunt eligere sacerdotem quemlibet approbatum.*
8 *Vagi licet non habeant alicubi domicilium, nec propriè in loco habitent, sed tantum hospitentur, pertinent tamen ad curam Episcopi, & Curati in cuius diœcesi reperiuntur.*

9 *Vagi*

8 *Vagi possunt compelli ab Episcopo Diœcesis, in qua reperiuntur, ad confitendum, & communicandum in Paschate.*

10 *Vagi non sunt coniungendi in matrimonio nisi adhibitis per Parochum diligentibus Inquisitionibus, & re ad ordinarium delata, eiusdem obtenta licentia.*

11 *Parochus in mœrimoniis Vagorum. & Aduenarum attendere debet Diœcesis consuetudinem*

12 *In tres sententias iuere scribentes circa dispensationē cū Aduenis in legibus, votis, &c. Aduena & Peregrini. Iuxta primam sententiam, quam tuetur Pontius, possunt dispensari in legibus, votis &c. à superiore loci in quo reperiuntur, etiam si ad breue tempus ibi sint.*

13 *S. Congregatio Concilij Tridentini declarauit Aduenas absolui posse ab Ordinario loci per quem transeunt.*

14 *Episcopi ex prima sententia Pontij si non possint cum Aduenis dispensare non est defectu Iurisdictionis, sed defectu causæ requisita ad dictum effectum*

15 *Episcopi ex secunda sententia scribentium aliàs recensita non possunt dispensare cum Aduenis in legibus, votis, Iuramentis, irregularitatibus & pœnis contractis, nisi ibi reperiantur cum animo permanendi ad diuturnum tempus.*

16 *Animum quis habere ad longum tempus permanendi colligitur ex qualitate negotij expediendi, si eius causa ibi fuerit.*

17 *Agentes in Curia, scholares Vniuersitatum ex secunda sententia possunt dispensari ab Ordinariis illorum locorum.*

18 *Aduena & Peregrinus conducta Domo ad habitandum ex dicta secunda sententia contrahit quasi domicilium, & sortitur forum, vbi potest etiam de alibi gestis conueniri*

19 *Aduena & Peregrinus ex tertia sententia non potest dispensari ab Ordinario loci, vbi reperitur, nisi contraxerit Domicilium.*

20 *Multæ declarationes S. Congregationis Cardinalium relata per Garciam tradunt Aduenam non habentem Domicilium non posse ab Ordinario loci dispensari, quamuis possit à Censuris, & peccatis absolui.*

21 *Ex recensitis sententiis quelibet dicitur probabilis*

22 *Aduena, quod possit dispensari à superiore loci, per quem etiam ad breue tempus transit, non est improbabile; vide rationes ibi adductas pro prima sententia aliàs recensita*

23 *Aduena, quod non possit dispensari præsertim in prima sententia maxime in voto, Iuramento, irregularitate, seu altero singulari impedimento est probabilius*

24 *Potestas dispensandi multum pendet ex consuetudine, quæ sufficienter videtur declarari à sac. Cardinalium Congregatione*

25 *Aduena est absoluendus à censuris, & peccatis ratione necessitatis, secus est de dispensatione, quæ non ita est necessaria*

26 *Parochia non contrahitur ex transeunte habitatione ad assistendum Aduena matrimonio.*

27 *Is, qui habet domicilium in Ciuitate, si rus petat recreationis gratia, si ab humanis decesserit, sepeliendus est in Parochiali suæ Ciuitatis, non electa sepultura*

28 *Episcopus potest administrare Aduenis sacramenta necessaria, non autem voluntaria*

29 *Episcopus vrgente causa potest dispensare cum Aduenis, ex præsumpta voluntate suorum Ordinariorum. vbi vide qua causa requiratur.*

30 *Opinio etiam non dispensandi cum Aduenis, qui habent habitationem diuturnam citra tamen Domicilium, est probabilior. Vide Auctoris fundamenta, potissimum S. Congregationis resolutiones allatas per Garciam.*

31 *Ordinarius ex sententia Auctoris non potest cum aduenis dispensare nisi concurrat vrgens causa, & mens præsumpta proprij Ordinarij*

32 *Textus in cap. cum nullus de temp. ordin. in 6. declaratur, neque recepit extensionem quoad administrationem cæterorum sacramentorum propter ordinem*

SVPPONO, de vagis nullibi domicilium habentibus certū esse, posse in dictis obligationibus illos dispensari à superiore loci, in quo reperiuntur, sicut & cæteris sacramentis, & sepultura donari; quia ratione habitationis ibi subduntur, & diœcesim, ac parochiam acquirunt, saltem in fauorabilibus ex priuilegio, sicuti dicebam *suprà dub. sect.* 8. *& videri poterit* Lessius *de iust. & iure lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 18. *num.* 121. Sanch. *de matrimon. lib* 3. *disp.* 25. *nu.* 5. *& lib.* 2. *moral. cap.* 11. *num.* 8. *& lib.* 4. *cap.* 37. *nu.* 31. & videri etiam poterit Richard. *in* 4. *d.* 17. *ar.* 3. *q.* 1. Paludan. *q.* 3. *ar.* 1. *cas.* 3. S. Antoninus *par.* 3. *tit.* 17. *cap.* 4. Caietanus *verb. Absolutio. cap.* 2. Tolet. *lib.* 3. *cap.* 13. Medin. *Cod. de Confess. q* 31. Rodrig. *tom.* 1. *Sum. cap.* 60. *num.* 7. & Henriq. *lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 5. qui propterea subdunt, quod vagi confiteri possint cuiuis Parocho, vel sacerdoti exposito eius loci in quo pro tempore versantur; quia vbique fortiuntur diœcesim, parochiam, & forum vt dicebatur, saltem in fauorabilibus ex priuilegio, quin ex consuetudine quadam introducta in externo foro à quolibet Iudice, si Rei sint, possunt capi, & ob delicta etiam alibi commissa puniri, præterquam si à Iudice delicti petantur, sicuti dicebam *suprà tit. sect.* 8.

Non tamē hinc inferas (vt rectè aduotauit Medin. *cit. q.* 31.) quod possint vagi sacerdotem simplicem, seu nulla ordinaria, vel delegata potestate præditum eligere, quamuis possint cuilibet Parocho, vel delegatam in diœcesi iurisdictionem habenti confiteri vbicunque locorum, v. g. si quis ipsorum cum Parocho Romano Neapolim peregrinetur, possit ab isto in via absolui. Sic Paludan. & S. Antoninus in locis supra cit. Nauarr. *in cap. placuit, d.* 6. *de pœnit. num.* 8. & alij contra Gabr. *cit. dist.* 17. *q.* 2. *ar.* 3 *dub.* 2. Petrum Sot. *lect.* 5. *de Confess.* & Suarez *de pœnit. disp.* 25. *sect.* 2. *num.* 7. quatenus ait, quod vagus debeat confiteri Parocho, in cuius parochia pro tempore existit. Sed contra istos quod dicebam, probatur, quia vagus nullum proprium sacerdotem, seu Parochum habet, ergo quemlibet approbatum potest eligere vbicumque locorum. Consequentia patet: antecedens probatur, quia parochiam quis acquirit ratione domicilij, vel habitationis, sed vagus non habet alicubi domicilium, nec propriè in loco habitat, sed tantum hospitatur, ergo, &c. Non inficior tamē quod pertineat ad curam Episcopi, & Curati, in cuius diœcesi, & parochia vagus plerumque versatur, vt eum Paschali tempore ad sacram Confessionem, & Communionem à Confessario aliquo

suo approbato recipiendam compellat.

10 Circa matrimonia autem vagorum Trident. Concilium *sess. 24. cap. 7. de reform.* præcipit Parochis, ne matrimoniis eorum assistant, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata, ab eo licentiam id faciendi obtinuerint. Qua in re quid de vagorum, & aduenarum matrimoniis Parochi agere debeant, attendenda est consuetudo cuiuscumque diœcesis. Vide, quæ dicebantur *supra eu. sect.* 8.

11

Tota ergo difficultas est de aduenis, seu peregrinis, in ordine ad quos.

12 Prima sententia docet, posse illos dispensari in legibus, votis, &c. sicut & reliquos subditos, à superiore loci, in quo reperiuntur; etiamsi per breue tempus ibi reperiantur. Sic Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 5. num. 7.* & alij. Mouentur; quia ratione habitationis, etiam per breue tempus, aduenæ subduntur legibus loci, per quem transeunt, ergo habent sufficientem subiectionem, vt ab Ordinario talis loci possint dispensari. Quod si Congregatio

13 Tridentini Concilij apud Farinacium *sess. 24. cap. 6.* declarauit, aduenas absolui posse ab Ordinario loci, per quem transeunt, non tamen dispensari, non

14 est, quia deficit iurisdictio, & potestas ad dispensandum; sed quia regulariter deficit causa requisita ad dictum effectum; quapropter si hæc adsit, ait posse dispensari.

15 Secunda sententia, ad hoc vt aduenæ possint in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, & pœnis contractis dispensari ab Ordinario loci, per

16 quem transeunt, requirit, vt ibi reperiantur animo permanendi ad diuturnum tempus, v. g. ad maiorem anni partem, qui animus colligitur, si eò confluant causa expediendi alicuius negotij, quod

17 breui tempore non potest expediri. Qua ratione inquiunt, Agentes in Curia, scholasticos Academiæ, & similes ab Ordinario illius loci posse dispensari, sicut & possunt ciues, & diœcesani. Sic complures Doctores, quos citat, & sequitur Henriq. *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num.* 8. Suar. *lib. de diebus festis cap. 14. num. 6. & seqq.* contrarius sibi *in l. 6. de voto, cap. 11. nu. 11.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 23. num. 12. & 13.* & Less. *de iust. & iure lib. 2. cap. 40.*

18 *dub. 18. num. 121.* Mouentur, quia ratione habitationis diuturnæ, modo supra explicato, præcipuè si conducta sit ibi domus ad habitandum, contrahit quis quasi domicilium, & sortitur forum, vt possit ibi de alibi gestis conueniri (vt *supra sect. 1. suppos. 2.* dicebam, & docet Innocent. *cap. ex parte de foro compet. num. 1.* Abb. *cap. quod clericis, eodem tit. num. 5.* & patet *l. heres absens, §. proinde in fin. ff. de iudic. & l. 2. Cod. vbi de crimine agi oport. & ibi gl. verb. degis, & l. quisquis Cod. si certum petat, & ibi etiam gl. ver. versaris*) ergo etiam ratione talis habitationis acquiret quis quasi domicilium quoad res spirituales, qualis est dispensatio in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, impedimentis, & pœnis spiritualibus contractis.

19 Tertia sententia, ad dictum effectum, vt possint aduenæ in legibus, votis, iuramentis, irregularitatibus, & pœnis contractis dispensari requirit quid plus, quod scilicet acquiratur ab ipsis domicilium in loco, vbi sunt, ita vt non possit aduena ab Ordinario loci dispensari, nisi ibi acquisiuerit domicilium. Sic Doctores, quos citat Sanchez *loco supra cit. num. 11.* & Doctores, quos citat, & sequitur Suarez *cit. lib. 6. de voto, cap. 11. num. 11.* & Barbosa *2. part. de potest. Episc. alleg. 36. numer. 18.* mouentur quia apud Garciam *de benefic. 11. par. cap. 10. numero 139.* extant multæ Cardinalium declarationes, quæ tradunt, quod aduena, nisi domicilium habeat, 20
non possit ab Ordinario loci dispensari, quamuis possit à censuris, & peccatis absolui. His positis.

Respondetur, quælibet ex his sententiis est probabilis, præsertim si loquamur de dispensatione legis municipalis, & etiam communis; quia improbabile non est etiam secundùm primam sententiã, dispensari posse aduenam, sicut quemlibet ciuem, 21
à superiori loci, per quem etiam ad breue tempus, 22
transit; quandoquidem ad superiorem loci spectat, vt omnes ibi commorantes legem obseruent; & sic ad eundem spectat, causas perpendere, quæ eius obseruationem impediant, vel excusent, atque adeò & perpendere causas, quæ petant dispensationem concedi, & consequenter existente causa, quæ dispensationem concedi petat, dispensationem concedere. Confirmatur; quia, vt supra *Dubio. 1. sect. 2.* dicebatur, improbabile non est, etiam secundùm primam sententiam, aduenam, ne deformitatem causet, legibus loci, per quem transit, obligari; ergo improbabile non est, quod etiam superior talis loci habeat potestatem cogendi illum ad obseruationem talium legum, & consequenter habeat potestatem, vt possit ex causa obligationem illarum relaxare, quia alioquin aduena esset deterioris cõditionis, quam incola, siquidem esset obligatus legibus talis loci, sicut incolæ, & non posset dispensari ex obligatione illarum, sicut incolæ.

Quamuis probabilius sit oppositum, præsertim si loquamur de aduenis in prima sentia, & præsertim si loquamur de dispensatione voti, iuramẽti, irregularitatis, vel alterius singularis impedimenti: Moueor, tum ex dictis *in eu. sect. 2.* tum quia 24
potestas dispensandi multum pendet ex consuetudine, quæ sufficienter videtur declarari à Congregatione Cardinalium admittente aduenis, qui domicilium non habent, absolutionem à censuris, & 25
peccatis, propter eius necessitatem; negante autem iisdem dispensationem, cùm ita necessaria non sit. Confirmatur; quia ex transeunte habitatione non 26
contrahitur parochia, vt possit parochus illius loci matrimonio aduenæ assistere, sicuti colligitur *ex cap. ij, qui de sepult. in 6.* (vbi is, qui habet domicilium in ciuitate & postea ad villam ruralem se 27
confert recreationis causa, vel vt ruralia exerceat, si ibi moriatur, non electa sepultura, sepeliendus dicitur non in Ecclesia dictæ villæ, sed in sua parochiali:) & docent communiter Doctores, quos citat Nauar. *consil. 6. lib. 4. tit. de clandest. despons.* & Menoch. *vol. 4. cons. 398.* Confirmatur secundò, quia licet Ordinarius illius loci possit aduenis breui 28
tempore commorantibus ministrare Sacramentũ pœnitentiæ, & Eucharistiæ propter horum necessitatem; non sic videtur similiter posse ministrare Sacramenta voluntaria: quapropter ipsemet Pontius, qui ait, posse cum talibus dispensari ab Ordinario loci, vbi per breue tempus commorantur, subdit, id fieri debere vrgente causa, vt si verbi gratia contrahendum sit matrimonium ad restaurationem 29
damni fæmellæ illati, vel ad legitimationem filiorum, quando parens existit in mortis periculo, in quibus casibus dici potest, dispensari posse cum talibus aduenis ab Ordinarijs loci, non ex iurisdictione, quam per se habent in illos Ordinarii loci ad hæc voluntaria, sed ex præsumpta voluntate suorum Ordinariorum.

Et quod dixi, vt quid probabilius de non dispẽ- 30
sandis aduenis, qui habent transeuntem habitationem,

tionem, idem dico; tanquam quid probabilius etiam de non dispensandis aduenis qui habét habitationem diuturnam, citrà tamen domicilium. Moueor solú ex declarationibus relatis à Garcia *suprà*, quæ de hoc casu expressè loquuntur; habet enim vna ex ipsis sic: *Absoluere Ordinarius potest ex decreto Tridentini in sacramento Pœnitentiæ aduenam, qui gerit officium Prætoris, Medici, vel Officialis, qui habet domum, & commoratur in ciuitate, vel diœcesi, & in eis Ecclesiastica Sacramenta percipit; non tamen poterit cum isdem dispensare.* Item alia declaratio habet sic: Qui non est subditus Episcopo, vt Medicus, Prætor, & similes cæteri, qui tamen habitat in ciuitate, hoc decreto comprehenduntur, etiamsi commiserint crimina in aliis ciuitatibus, habita tamen hac distinctione, quod scilicet possint absolui in Sacramento Pœnitentiæ à suis criminibus, non tamen dispensari. Atque ita Gregor. XIII. audita relatione Congregationis declarauit.

Dices, non posse dispensari, deficiéte causa, non item existente causa, ergo.

Respondere quis posset in ista sententia: nego antecedens; quia vel est causa sufficiens, vt dispensetur ab habente potestatem, vel nó. Si secundum, nullus poterit dispensare: si primum, & est Ordinarius sicuti Ordinarius est ille, in cuius loco
31 talis aduena domicilium habet, non est, cur non possit dispensari. Quod si dicas, vltra causam requisitam ad dispensandum, adesse causam specialem, vt Ordinarius illius loci dispenset. Respondet, tunc ex præsumpta voluntate proprij Ordinarij dispensari, non ex propria iurisdictione. Sic Suar. *cit. lib. 6. de voto, c. 11. in fin.* & Barbosa *supra num.* 18.

Dices secundò, *in cap. cùm nullus de temp. ordin. in 6.* dicitur, quod nullus clericum alienæ parochiæ debeat ordinare sine superioris licentia, vbi per superiorem intelligitur is, in cuius diœcesi promouendus domicilium habet; consequenter cùm textus singulariter de Sacramento Ordinis dicat, superiorem esse illum, in cuius diœcesi promouendus domicilium obtinet, tacitè videtur insinuare ad reliqua Sacramenta recipienda, & dispensationes obtinendas sufficere superiorem habitationis, saltem diuturnæ.

32 Respondere quis posset, nego consequentiam, quia per illa verba Pontifex solum voluit distinguere Sacramentum Ordinis à reliquis Sacramentis, præcipuè Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, ad quorum administrationem requiritur iurisdictio ex habitatione; etiam transeunte. Accedit, quod Pontifex ibi, nihil disponere intendit de aliorum Sacramentorum administratione, sed solum decidere quid in administratione Ordinis seruandum sit, relinquens alia dispositioni iuris.

CAPVT DVODECIMVM

De facultate potestatis Ecclesiasticæ in suos existentes in alieno territorio.

DVBITATIO I.

An, & quid possit Potestas Ecclesiastica in suos, existentes in alieno territorio?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Tam potestas Ecclesiastica, quam laica in ordine ad suos subditos existentes in alieno Territorio nihil potest.*

2 *Nemo extra Territorium sui Principis adstringitur illius Legibus*

3 *Princeps in lege ferenda respicit bonum suæ Ditionis, & sic extra illam nihil potest imperare.*

4 *Extra Territorium ius dicenti non paretur impunè.*

5 *Ciues, & Diœcesani non tenentur Legibus proprij Territorij dum inde absentes sunt, ita vt si in proprio territorio sit vetitus esus carnium, & vbi sunt, non adsit prohibitio, possint vesci carnibus &c. etiã si eadem die sint in Patriam propriam reuersuri. Vide casus, qui afferuntur.*

6 *Ciues, & Diœcesani tenentur ad leges proprij Territorij seruandas, si obligent in Territorio alieno.*

7 *Discedens à suo Territorio expleto Ieiunio inducto à lege communi, si ob diuersitatem Kalendarij perueniat vbi ieiunatur &c. non tenetur ad ieiunium, & sic de singulis remoto scandalo.*

8 *Ciues & Diœcesani alterius, non improbabiliter sunt exempti à Ieiunio, & festis inductis ex præcepto particulari Episcopi per cuius Diœcesim, seu Territorium transeunt.*

9 & 10 *Confirma dictã sententiam quatuor modis. Primo auctoritate D. Augustini afferentis S. Ambrosij dictum, vbi indicat licitum fuisse Sanctæ Monicæ existenti Mediolani non seruare ieiunium suæ Patriæ.*

11 *Secundo ex vulgato versiculo: si fueris Romæ &c. Tertio inductione cap. 2. deconstitut. in 6. vbi non punitur excommunicationis pœna furtum commissum à subdito extra Territorium excommunicantis*

12 *Quarto quia statutum siue lex, cum habeat stabilem obligationem censetur immediate solum afficere locum, & Territorium legislatoris.*

13 *Statuta, & Consuetudines locales sunt veluti affixæ loco, & sic non obligant nisi existentem in loco.*

14 *Si quis noctu perueniat ad locum, vbi ieiunium suæ Patriæ non seruatur, potest ibi cœnare, & carnes comedere.*

15 *Lusitanus transiens per Castellam potest (quãnis id sibi feria sexta, & sabbato in Lusitaniæ non liceat) Animalium intestina comedere.*

16 *Amplia, etiam si talia Ieiunia sint de iure communi obligentque in Patria Peregrinum.*

Limita

11 Confirmatur ſecundò ex illo verſiculo vulgato:

Si fueris Romæ Romano viuito more;
Et ſi ſis alibi, viuito ſicut ibi.

Confirmatur tertiò ex *cap.* 2. *de Conſtitut. in 6.* vbi dicitur, quod *ſtatuto Epiſcopi, quo in omnes, qui furtum commiſerint, excommunicationis ſententia promulgatur, ſubditi eius, furtum extra diœceſim committentes, minimè ligari noſcuntur.*

12 Confirmatur quartò; quia ſtatutum, ſiuè lex, cum ſtabilem, ac perpetuam obligationem habere debeat, immediatè cenſetur afficere locum, ſeu territorium legiſlatoris, & hinc tránſire in ſubditos ibi degétes (ad eum modum proportionalem, quo infra de priuilegio locali dicemus.) ergo cùm legiſlator extra territorium iuriſdictionem extẽdere non poſſit, conſequens eſt, quod eius legibus, ſeu ſtatutis ſubditi extra territorium exiſtentes non comprehendantur, atque adeò nec obligentur, *argum. cit. cap. vt animarum de Conſtitut. in 6. & cit. l. vlt. ff. de iuriſdict. omnium Iudic.* ibi: *Extra territorium ius dicenti impunè non paretur*, ſicut & ſi ſupra iuriſdictionem ſuam velit ius dicere. Atque ita contra Paludanum *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 4. *ar.* 3. S Antoninum *par.* 2. *tit.* 6. *cap.* 2. §. 2. Silueſtrum *ver. ieiunium, num.* 7. Roſellam *ver. ieiunium. num.* 16. docent præter Doctores in principio ſectionis citatos, Abbas *in cap. à nobis*, 1. *nu.* 11. *de ſent. excommun.* Silu. *ver. excommunicatio*, 2. *num* 7. Nauar. *c.* 23. *n.* 120 Lopez *par.* 1. *c.* 52. Rebell. *par.* 2. *lib.* 2. *q* 7. *ſect.* 3. Reginald. *to.* 1. *lib.* 4. *c.* 12. *nu.* 136. Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract.* 1. *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 7. Filliuc. *to.* 2. *tr.* 27 *par.* 2. *cap.* 6. *num.* 108. & Villalobos *to.* 1. *tract.* 2. *diſſic.* 34 13 *num.* 1. *& ſeqq.* ex eo, quia ſtatuta, & conſuetudines locales ſunt veluti affixæ loco, & ſic non obligant, niſi exiſtentem in loco. Vnde ſi quis noctu 14 perueniat in locum, vbi ieiunium ſuæ patriæ non ſeruatur, poteſt ibi cœnare, quin & carnes come- 15 dere, Ita Leſſius in loco ſupra cit. Item ſi Luſitanus tranſeat per Caſtellam, poteſt (quamuis id ſibi feria ſexta, & ſabbato in Luſitania non liceat) animalium inteſtina comedere, Ita Couar. *libr.* 4. *var. c.* 20. *n.* 8. Nauar. *c.* 23 *n* 120 & Sayr. *in claui Reg.* 16 *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 11. Quod & procedit, etiamſi talia ieiunia ſint iuris communis, obligentque in patria peregrinum dummodo tamẽ in loco, vbi peregrinus 17 reperitur, etiam non obligent, vel ex deſuetu- 18 dine, vel ex alio capite: quapropter poterit Mediolani in quatuor primis quadrageſimæ diebus carnes comedere, Ita Sanchez *de matrim. lib.* 3. *cap.* 18. *numer.* 18. Leſſius *in loco ſupra cit. numer.* 19 59. & Fagundez *num.* 7. ſecus, ſi ieiunia, feſta, vel quæcunque aliæ leges vel ſtatuta ſeruentur in domicilio ſuo, & in loco, vbi peregrinus reperitur; quia tunc (cùm ea ſeruentur in patria ſua, & in loco, vbi is per modum tranſitus, vel hoſpitij eſt) nul- 20 la ratio ipſum excuſare poſſe videtur, vti ſupra dicebatur; niſi fortè prædicta ieiunia, feſta, vel quæcunque aliæ leges, vel ſtatuta in vtroque loco ex iure municipali, ſeu ſpeciali tantum obligarent: nam in tali caſu (vt ſupra etiam dicebatur) non improbabiliter peregrinus ad illa neque tenebitur; ex eo, quia peregrinus non tenetur ea ſeruare ex vi iuris patriæ ſuæ, cùm illud extra territorium obligare non poſſit; nec ex vi iuris loci, vbi reperitur, cùm illud peregrinos non obliget; ergo. Nec eſt abſurdum dicere, quod in tali caſu peregrinus nullibi teneatur: nam cùm tanquã vagus domicilium nullibi habeat, non eſt mirum, ſi tanquam vagus nullis particularibus legibus lo-

corum vinciatur. vide Fagundez & Io Sanchez *in locis ſupra cit.*

Et quod de legibus, ſeu ſtatutis dixi, idem quo- 21 que de ſententiis, & præceptis ex probabiliori ſententia Doctorum dico cum Henriq. *lib.* 13. *c.* 26. *n.* 1. Sayro *lib.* 1. *theſ. c.* 6. *n.* 40. Aula *de cenſ. par.* 2. *c.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 2. *cõcl.* 1. Coninch. *diſp* 13. *dub.* 7. *cõcl.* 61. *argum c.* 2. *de Conſtitut. & l. vlt ff. ae iuriſdict. omn. Iudic.* contra Abb. *in c. vlt. de foro cõpet. n.* 42. Geminianum *in c.* 2. *de Conſtitut. in* 6. *n.* 12. Vgolinum *de cẽſuri tab.* 1. *c.* 9. §. 3. *nu.* 4. Sà, *ver. Iudex de ſent. & citatione, n.* 8. Suar. *to.* 5. *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 5. *n.* 14. qui docent oppoſitũ ex eo, quia (vt inquiunt ipſi) in hoc differt lex à ſententia, & præcepto quod ſententia, & præceptum tendunt in perſonas ipſas, earumque oſſibus cohærent, quocunque tetenderint; quia ad differentiam legis, vel ſtatuti non tan territoriũ, ſeu locum iuriſdictionis, quàm perſonas ſubditas reſpiciunt, ac proinde obligãt ſubditos, ita vt & cenſura etiam eis annexa eos li- get, vbicunque fuerint. Confirmãr; quia ideo Prælati Ordinum Regularium (quibus iuriſdictio in 22 ſuos competit, non ratione territorij, ſed per ſe, ratione ſcilicet perſonalis obligationis ex obedientiæ voto) ſubditos ſuos, tum præceptis, ac ſententiis, tum ſtatutis, vbicunque terrarum degẽtes poſſunt aſtringere; quin etiam eoſdem in alieno territorio citare, excommunicare, & fugitiuos propria auctoritate capere; ſicuti cum communi docet Silu. *ver. Excommunicatio.* 2. *numer.* 15. rationem afferens; quia totus mundus eis (id eſt, Prælatis Regularibus) pro territorio eſt; ergo, &c.

Sed ad horum Doctorum rationem reſponderi poſſet, ſi dicatur, quod iuriſdictio Iudicis, ſiue per legem, vel ſtatutum, ſiue per ſententiam, vel præceptum, non extendatur vltra ſuum territorium, vt etiam ſatis ſignificat Pontifex in dicto cap. 2. dum reddens rationem, ob quam qui extra territorium Epiſcopi furantur, non ligentur ſtatuto Epiſcopi excommunicantis fures, ait: *Quia extra territorium* 23 *ius dicenti non paretur impunè.* vbi per *ius dicere* non intelligit Pontifex ferre ſtatutum, ſeu legem: nam eſſet idẽ per idem; ſcilicet nõ poteſt ferre ſtatutum, quia non poteſt ferre ſtatutũ, ſed intelligit *vti iuriſdictione*; ita vt Epiſcopus, ſiue per legem, vel ſtatutũ, ſiuè per ſententiam, vel præceptum, habeat tantum iuriſdictionem in perſonas ratione territorij, cũ in eo habent domicilium, vel quaſi domi- 24 cilium. Vnde patet etiã reſponſio ad confirmationẽ ſiquidẽ Religioſi nõ ratione loci, ſed ratione ſui ſũt ſubditi ſuis Religionũ Prælatis, ſicuti filij parẽtibus, & vxor marito, & ideo vbique terrarũ (vt rectè aduertit Coninch *vbi ſupra num* 64.) poſſunt 25 à ſuis ſuperioribus ligari cenſuris, ſiue annexis ſtatuto, ſiue præcepto. Quod intellige de cenſuris annexis ſtatuto totius Religionis, & præcepto Generalis: nam quoad Prouincialem, & ſuperiores immediatos dominorum ſtandum eſt legibus, & cõſuetudinibus Religionum. 26

Dicendum tamen interim eſt, ſubditum exiſtentem in alieno territorio, vel Epiſcopatu poſſe per præceptum, quin etiam & per ſtatutum ligari cen- 27 ſuris à ſuo Epiſcopo ratione delicti cõmiſſi in proprio Epiſcopatu; vt ſi habens curam animarũ non 28 reſidear, ſed ſit abſens, & ſit exiſtens in alieno Epiſcopatu: nam tunc omiſſio reſidentiæ fit in proprio Epiſcopatu: vel ſi quis furtũ fecit in proprio Epiſcopatu, & in alieno exiſtens non ſatisfaciat cã-

exemptus sit de diœcesi, & territorio Episcopi, tamen locus exemptus, & locus extra territorium, æquiparantur quoad iurisdictionem, si quidem locus ille est quidē de territorio Episcopi, quantum ad situm, non autem quantum ad iurisdictionem.

14 Accedit, quod simpliciter eximit à iurisdictione Ordinarij talia loca Sixtus V. *in Bulla*, quæ dicitur *Mare Magnum*, quæ est prima eiusdem Pontificis apud Confectum *in collectione Priuileg. Mendicant.* ibi: *Et ne pretextu Constitutionis Innocentij IV. Prædecessoris nostri quæ incipit, Volentes, Locorum Diœcesani, & alij Ordinarij, ac alij quicumque in personas, & loco Fratrum Prædicatorum, contra eiusdem Prædecessoris nostri ordinationem, sibi quamcumque iurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, districtius inhibemus, ne quispiam absque dictæ Sedis speciali commissione, & auctoritate in personas, & loca dicti Ordinis Prædicatorum, vtpotè prorsus exempta, aliquas excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias specialiter, vel generaliter quomodolibet promulgare, vel in personas, domus, & loca huiusmodi aliquam præeminentiam, superioritatem, vel iurisdictionem quomodolibet exercere præsumant, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei, de qua contra ipsos ageretur, vbicumque ineatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat.* Vbi nota, quod Pontifex moueatur ad faciendam, prohibitionem; quia loca, seu Monasteria sunt prorsus exempta; & esse prorsus exēptum, est esse plenè, & omnimodè exemptum: si quidem ly *Prorsus* excludit omnia, & singula, quæ possunt in contrarium esse, *cap. statutum*, §. *prouisurus*, *de reseriptis* Vnde in casu nostro excludit omnem rationem subiectionis, & quidquid plenæ exēptioni obstare

15

16 potest. Secundò nota, quod Pontifex prohibeat, in loca, seu Monasteria Regularium, iurisdictionem, superioritatem, vel præeminentiam quamcumque quomodolibet exerceri posse; quod est facere loca illa ratione sui plenè, & omnimodè exempta.

17 Accedit secundò, quod locus exemptus, etiam à visitatione, est plenè exēptus, & magis quàm cætera loca, quę sunt plenè exēpta, immò etiā, quàm sint Ecclesiæ nullius Diœcesis: siquidē loca plenè exēpta quoad Ecclesias possunt visitari ab Episcopo, ex Tridentino *sess. 7. cap. 8. de reformat.* ibi: Ecclesias quascumque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, &c. & Ecclesiæ quoque nullius diœcesis, etiamsi earum Prælatus habeat iurisdictionem quasi Episcopalē,

18 visitantur ab Episcopo, cuius Cathedralis est proximior in virtute Concilij Tridentini, sicuti à sacra Cōgregatione decisū refert Barbosa *ad Concil. Trid. cit. sess. 7. c. 8. de reformat. n. 3.* sed locus, qui visitari nō potest, est etiā exemptus à visitatione: loca

19 autē Regularium, etiam Ecclesiæ, non possūt visitari ab Episcopo, etiamsi sint intra diœcesim, vt etiam refert decisū à S. Congregatione idē Barbosa *loco cit. n. 15.* qui ibidem ab eadē Congregatione decisū refert, quod neque in virtute Cōstitutionis Grego-

20 rij XV. quæ incipit, *Inscrutabilis* sub die 9. Febr. 1622 possint ab Episcopo visitari Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incūbit cura animarū secularium; nec loca, vbi asseruatur Sanctissimū Eucharistiæ sacramentū, aut auditur personarū secularium Cōfessiones; ergo, &c. Vide etiā Peirinum *de priuileg. Minimor. ad Constitutionē 2. Gregorij XV.* vbi refert pluta dubia circa dictā Cōstitutionē Gregorij XV. proposita S. Cōgregationi, & Resposiones ad ipsa, ad quorū primū Respondet ipsa S. Cōgregatio, Episcopo nō licere in vim eiusdē Constitutionis visitare altaria Ecclesiarū Regularium, quibus non incūbit animarū cura personarū secularium, nec loca, vbi in iisdē Ecclesiis asseruatur sanctissimum Euchatistiæ Sacramentū, vel vbi Confessiones personarum secularium audiuntur. Vnde si neque Ecclesię, neque Monasteria Regularium subsunt visitationi, nō est, cur talia loca non dicātur plenè exēpta, & nihil ipsis ad plenam exemptionem desit.

Accedit tertiò quod non videtur esse sufficiens ratio, quæ affertur, cur potius Monasteria exempta, quàm Abbatię, Prioratus, oppida, vel Parochię, 21
sint diuersæ, & deterioris conditionis in hac parte. Similiter non videtur, cur (vt sentiunt Ancharanus *in c. vt animarum de constitut. in 6.* & Antonin. *part. 3. tit. 24. cap. 7. §. 1.*) quod dictum est, restringi debeat ad locum exemptum, cuius Prælatus ex forma priuilegij habeat in eo loco iurisdictionem Episcopalem, quia quomodocunque se habeat Prælatus loci exempti (quod ad rem præsentem non videtur pertinere) si locus ipse plenè exemptus sit à iurisdictione illius Episcopi, intra cuius diœcesim materialiter clauditur, militat semper eadem ratio, vt qui in eo deliquit, non ligetur talis Episcopi excommunicationi; quapropter ob rationes dictas idem dicendum videtur de excommunicatione lata ob delictum in lo- 22
co exempto commissum (quicunque is locus sit, & quomodocunque se habeat illius loci Prælatus) ac de excommunicatione lata ob delictū commissum extra diœcesim materialiter sumptā; & sic, si Episcopus præcipiat sub excōmunicatione, ne quis furetur rem sacrā, & subditus eius furatur calicē in loco Regularium, non incurrit excōmunicationem: Itē, si præcipiat sub excōmunicatione, ne quis ingrediatur Monasteriū Monialiū ad loquendū cum illis, & subditus ingreditur Monasteriū exemptum 23
& loquitur ibi cum Monialibus, neque incurrit excōmunicationem (quamuis secus, si Episcopus 24
præcipiat, ne quis accedat ad Monasterium, etiam exemptū, quia licet Monasteriū sit exemptum, non tamen est exempta via, qua pergitur ad illud) Item tandem, si præcipiat sub excōmuniçatione, ne quis ludat, pecuniam cudat, &c. & subditus ludit, pecu- 25
niam cudit, &c. in Monasterio Regularium, neque etiam incurrit excommunicationem.

SECTIO III.

An subditi incurrant censuram latam per statutum propriæ diœcesis, si contra illud agant extra diœcesim, vel etiam intra Diœcesim in loco exempto?

SVMMARIVM.

1 *Subditi non incurrunt excommunicationem, vel aliam censuram latam per statutum propriæ Diœcesis, si contra illud agant extra Diœcesim, vel etiam intra in loco exempto.*

2 *Committens homicidium prohibitum statuto suæ Diœcesis sub censura inchoatū in Diœcesi persequendo, vel vulnerādo, consummatū vero extra Diœcesim nō incurrit censuram in homicidas latam.*

3 *Reus potest puniri ab vtroque Iudice, quando in vno loco inchoauit, in alio consummauit delictum.*

4 & 5. *Existens in suo Territorio vbi est lata censura contra homicidas, vel stuprantes non incurrit eā, si occidat sclopo, vel sagitta existentem in altero Territorio. item dic de stuprante Virginem contra Vgolinum de censuris, & alios.*

Ex

1 EX dictis sequitur primò, quòd subditi non incurrant excommunicationem, vel aliam censuram latam per statutum propriæ diœcesis, si cõtra illud agant extra diœcesim, vel etiam intra diœcesim, in loco exempto. Sic habetur expressè *in c. 2. de Constitut. in 6.* vbi Geminianus, aliique Doctores, Ab. *in cap. vlt. de foro compet. n. 4.* Cou. *c. alma, par. 1. §. 10. num. 13.* & patet ex dictis *supra* quia vt habetur *in l. vlt. ff. de iurisdict. omnium Iudi.* Si quis supra iurisdictionem suam ius dicit, impunè ei non paretur: at si legislator velit sua lege, seu statuto subditos, etiam extra territorium obligare, supra suam iurisdictionem ius dicit (præsertim cùm statutum ex sua natura territorium afficiat, & sic intra eius limites tantum se extendat) ergo impunè ei non paretur.

2 Quapropter, si quis delictum, v.g. homicidium, statuto suæ diœcesis sub censura prohibitum, inchoauit intra diœcesim, hominem persequẽdo, vel vulnerando, consummauit autem extra diœcesim, 3 eundem occidendo, non incurrit censuram in homicidas latam, quamuis puniri aliter possit ab vtroque Iudice tam delicti inchoati, quàm consummati, *iuxta l. 1. Cod. vbi de crimine agi oportet.* Similiter neque contrahit censuram homicidio, vel stupro impositam, si existens in suo territorio, per sagittam, vel sclopum occidat hominem existentem in alieno territorio; vel si decipiat in suo territorio virginem, quam inde extractam violet in alio- 5 no territorio; quia censura non est imposita ad inchoationem, sed ad consummationem delicti; quæ consummatio delicti est extra territorium; ergo, &c. Sic contra Vgolinum *de cens. tab. 1. c. 9. §. 3. in fin.* docet Suar. *de cens. to. 5. disp. 5. sect. 5. n. 8. & 9. & de legib. lib. 3. cap. 32. n. 5. & 6.* & Salas *de legib. disp. 14. sect. 5. num. 71.*

SECTIO IV.

An subditi incurrant censuram latam per particulare præceptum proprij Superioris, si similiter contra illud agant extra diœcesim, vel etiam intra diœcesim in loco exempto?

SVMMARIVM.

1 *Subditi neque incurrunt excommunicationem, vel quamcumque aliam censuram à Superiore latam etiam per particularem sententiam, vel præceptum, si similiter contra illam, vel contra illud agant extra diœcesim, vel etiam intra in loco exempto. Vide rationes ibi adductas.*

2 *Opinio Abbatis tuetantis de communi Doctorum sententia in oppositum non est improbanda. vide diffusius rationes aliàs tactas, & examinatas.*

3 *Fundant primo in eo quod statutum differat à præcepto, nam primum respicit territorium, secundum personas.*

4 *Secundo quia superior subdito discedenti aliquid præcipiens, aut prohibens sub censura non fert sententiam extra Territorium suum, sed intra.*

5 *Tertio, quia fuga non facit, quod Reus non contrahat censuram patrato delicto, cuius prohibitioni per statutũ, vel per præceptum sit annexa censura*

6 *Quarto quia præmisso Delicto Reus fugiens etiam citari poterit ratione Domicilij, & cõmissi delicti.*

7 *Quinto, quia Extraneus in alieno Territorio delinquens fit subditus ratione delicti in ordine ad forum externum.*

8 *Quibus rationibus non obstantibus Auctor est contraria sententia, quam dicit probabiliorem, & confutat rationes Aduersariorum.*

9 *Ampliatur Auctoris sententia ex eo, quod dicant expressi Gabriel, & Ponius Episcopum non posse neque etiam per præceptum sententiam excommunicationis ferre contra subditum existentem in alieno Territorio, licet in proprio deliquerit.*

10 *Episcopus potest punire suum subditum in alieno Territorio delinquentem, quando redit ad diœcesim suam.*

11 *Non residens, vel iussus venire ad synodum, recusans, licet existat in alieno Territorio ex omnium sententia potest excommunicari à proprio Episcopo rationibus aliàs tactis. Idem dic de fure, qui debet restituere.*

12 *Episcopus procedens contra sibi subditum Reum existentem in diœcesi alterius, nullitèr procedit sine consensu illius Episcopi, etiam si iniustè negaret consensum.*

SEquitur secundò, quod subditi neque incurrunt excommunicationem, vel quamcumque 1 aliam censuram à superiore latam etiam, per particularem sententiam, vel præceptum, si similiter cõtra illam, vel contra illud agant extra diœcesim, vel etiam intra diœcesim, in loco exempto; vt si subditus contra sententiam vel præceptum superioris, v.g. Episcopi sui sub excommunicationis, vel suspensionis pœna aliquid præcipientis, aut prohibẽtis (puta, si Episcopus clerico peregrinaturo sub pœna suspensionis præcipiat, ne aleis ludat, ne arma prohibita ferat, vel vt singulis septimanis sacrificet, &c.) agat extra diœcesim, vel intra diœcesim in loco exempto. Sic Henriq. *lib. 13. c. 26.* Auila *p. tr. 2. c. 3. d. sp. 2. dub. 2.* Coninch *disp. 31. dub. 7.* Hurt. *de cens. in comm. diffic.* & Præpositus *in 3. par. q. 1. de censur. in genere, dub. 5. n. 31.* Et ratio est, quia peccatũ subditi in tali casu physicè, & moraliter consummatur in territorio alieno, & ex alia parte *cit. c. ex animarum de Constitut. in 6. & cit. l. vlt. ff. de iurisdict. omnium Iud.* extra territorium ius dicenti non paretur impunè; sed si Episcopus aliquid, etiam per præceptum, sub censura prohibeat, vel præcipiat agendum extra diœcesim suam, ius dicit extra territorium; ergo ei etiam in tali casu non paretur impunè.

Confirmatur; quia *in cit. c. 2. de Constit. in 6.* Pontifex asserit, quod non ligentur statuto Episcopi excommunicantis ii, qui extra eius territorium furantur, & rationem reddit eandem, quam *supra* dicebamus; quia scilicet extra territoriũ ius dicẽti nõ paretur impunè, sed per ius dicere, non potest Pontifex ibi intelligere, statuturu ferre, quia esset idem per idem, ergo intelligit vti iurisdictione, vt proinde Episcopus iurisdictionem tantum habeat in personas ratione territorii, quatenus scilicet in eo domicilium, vel quasi domicilium habent, & sic quod nõ possit Episcopus etiã per præceptũ, clerico peregrinaturo sub pœna excõmun. vel suspẽsionis, &c. præcipere, ne ludat, ne arma ferat, ne dicat sacrũ vel vt singulis septimanis sacrificet, &c. extra diœcesim, vel intra diœcesim in loco exẽpto; nisi forsan quatenus ob iustam, & rationabilem causam

posset ei præcipere,ne diœcesi vel territorio egrederetur ; quandoquidem tunc peccaret,& sic pœnas incurreret, non ludendo, arma ferendo, dicendo Sacrum, &c. extra diœcesim, vel intra diœcesim in loco exempto, sed potius diœcesi, vel territorio, vbi subditur, egrediendo.

1 Quamuis oppositum non omninò improbabiliter, & ex communiori sententia Doctorum (vt fatear) docent Abb. *in cit. cap. vlt. num. 42. de foro compet.* Geminian. *in cap. 2. num. 12. de constitut. in 6.* Vgolin. *tab. 1. cap. 9. §. 3. numer. 4.* Diana *par. 5. tract. 9. resol. 32.* Sà, *ver. Index de sentent. & citat. n. 8.* Suarez *in 3. par. to 5. disp. 5. sect. 5. in fin.* Sayrus *de cens. lib. 1. cap. 7.* Cornelius *in 3. par. S. Th. tract. 5. de censuris in genere, disp. 6. dub. 2. §. dico 5e; timò* ; & Bonacina *de censuris disp. 1. quæst. 1. punct. 11. num. 11.*

2 Primò, quia statutum (vt inquiunt ipsi) in hoc differt à præcepto, seu sententia, quod statutum immediatè tendit ad territorium, eique cohæret,& id circo neminem ligat existentem extra territorium, sed præceptum, seu sententia immediatè tendit ad personas subiectas,eisque cohæret, & idcirco eas afficit quocunque terrarum ierint. Quod inde probatur ; quia superior potest per præceptum subditum suum dirigere, quem intendit per præceptum dirigere, vbicunque sit ; cum præceptum respiciat solum personas præscindendo à territorio,& sic liget subditum, vbicunque sit. Neque obstat diuersitas territorij ; si quidem, vt hæc censura incurratur, nulla exterior vis necessaria est : quapropter si Episcopus,non propter bonum territorij directè, sed propter bonum ipsius subditi, vel aliarum personarum, sub censura præcipiat alicui particulari subdito, aut omnibus generaliter, vt ab exercitio alicuius operis se abstineant, vel econtrà aliquod opus exequantur, v. g. feria sexta ieiunent, &c. reuerà censuram incurrent, quamuis delinquant, extra territorium; quia ex dictis in hoc differt censura lata à iure, seu per modum statuti, à censura lata ab homine, seu per modum sententiæ, siue particularis, siue generalis ; quia hæc lata pro futuris culpis abstrahit à territorio, & solum respicit personas independenter à territorio, consequenter ligat illas, vbicunque fuerint, etiam extra territorium.

4 Secundò, quia superior subdito discessuro aliquid præcipiens, aut prohibens sub censura, non fert sententiam extra territorium suum, sed intra : & licet sententia, commisso crimine, extra territorium incurratur, id fit sine cognitione causæ,& sine strepitu iudiciario ; cùm excommunicatio,& quæuis censura latæ sententiæ,taciram, ac veluti insensibilem executionem secum trahat, *c. pastoralis, in fin. de appellat.* ergo,&c.

5 Tertiò,quia si alicui per sententiam, vel etiam per statutum, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ,homicidium v.g.prohibitum sit, & ille(homine lethaliter vulnerato, qui postea moriatur)fugiat, excómunicationé absque dubio incurrere videtur)qua de re Silu. *ver. Excommunicatio, 2. n. 8.*) ergo nihil obstat, excommunicationem à subdito incurri extra territorium condentis statutum.

6 Quartò,quia si subditus ratione domicilij, cómisso delicto fugiat, etiam absens per nuncium, vel per literas citari potest ; qui comparere debet, alioquin, si contumax sit, excommunicari etiam poterit, sicuti colligitur ex *cap. extua, de cleric. non resident.* & rationem reddit Abbas *numer. 41.* quia citatio decernitur in proprio territorio ipsius iudicis, licet nuncius exequatur extra territorium,quæ executio nuncij iudicialis non est ergo.Similiter,si subditus ratione domicilij alibi deliquit, & à Iudice delicti præuentus non est,potest Iudex domicilij reum citare, eumque contumacem excommunicare, iuxta ea, quæ ex communiori sententia docent Abb. *cit. cap. cùm contingat, num. 7. & cit. cap. vlt. num. 15. de foro compet.* Vgolin. *tab. 1. cap. 2. §. 12. & cap. 9. §. 3. in fin.* Couar. *in pract. qq. capite 11. num. 6.* Clarus *lib. 5. sent. §. pract. crim. quæst. 39.* sed de hac re vide, quæ dicentur *infrà dubio 4. & 5.*

Quintò, quia ex *cap. postulasti, & cit. cap. vlt. de foro compet.* extraneus in alieno territorio delinquens fit subditus ratione delicti in ordine ad forum externum(nisi delinquens sit superior, vel papali priuilegio personaliter exemptus, sicuti docent Canonistæ *in locis supra cit.* & Vgolin. *tab. 1. c. 2. §. 15.* Iulius Clar. *lib. 5. sent. §. practica crim. q. 38. & 39.*) & sic, si post commissum delictum citatus, adeoque iudicio præoccupatus fugiat, vel si à Iudice loci ordinario postulatus, atque sistere se iussus non compareat, etiam absens excommunicari potest, sicuti ex communiori sententia docent Abbas *cit. cap. vlt. num. 7.* Henriq. *lib. 13. cap. 26. §. 2.* Coninch. *cit. dub. 7. concl. 3.* & Sayr. *lib. 1. thesauri cap. 6. n. 42. & 43. argum. Clement. pastoralis de re iudic.* 7

Ex quibus omnibus deducunt non omninò improbabiliter auctores citati huius sententiæ,quod ratio,propter quam Ordinarius extra suum territorium,siue diœcesim sententiam ferre non possit (sicuti docet etiam gl.& Doctores *in cap. Romana, §. contrahentes, de foro compet. in 6.*)non sit,quia extra territorium non habeat subditos(cùm ij, qui ratione domicilij, aut beneficij Ordinario subditi sunt,licet extra diœcesim absint, semper iurisdictioni subiecti maneant, vt proinde ipsis imperari,& in ipsos sententia ferri possit, sicuti notauit Abb. *in cit. cap. cùm contingat, n. 7.*)sed ratio,propter quam in alieno territorio, seu diœcesi Episcopus sententiam censuræ ferre non possit, sola sit, ne alienum territoriũ inuadere, atque violare videatur;quæ ratio si cesset(inquiunt ipsi)nihil obstat, quo minus Episc.vel alius superior in alieno territorio iurisdictionem in suos exercere possit,v.g. cum iis dispensando,aliamvè voluntariam iurisdictionem exercendo;vel iis sub pœna censuræ ipso facto,& sine alia sententia incurrendæ imperando;vel(*vt infra dubio 6.* non improbabiliter dicetur)particularem sententiam in eos, ob delictum notorium,quod nullam causæ cognitionm postulet,pronunciando;vel denique si alter Episcopus, in cuius diœcesi res agitur, instituendi iudiciarium processum facultatem concedat,quod & nos etiam supra dicebamus, & docent præterea Abb. *in capite nouit, numer. 3. de offic. legati*, Nauar. *cap. 27. numero 6.* & Sayr. *lib. 1. thes. cap. 6. propè fin.*

Quapropter hæc sententia non est omninò improbabilis, sed multò probabilior mihi videtur prior ob rationes supra dictas;ex quibus respóderi facilè potest ad istas oppositas rationes Aduersariorum. Vide etiã pro nostra sententia priori Gabrielem *in 4. dist. 18. q. 2. concl. 2.* & Basilium Pontiũ *lib. 5. de matrim, cap. 7. §. 2. num. 10.* qui nobiscum expressè tradit,non posse Episcopum, neque etiã per præceptum, sententiam excommunicationis 8 9

ferre

ferre contra ſubditum exiſtentem in alieno territorio; quamuis in proprio territorio deliquerit;
10 ſubdit tamen, quod pro delicto à ſubdito extra territorium commiſſo, ſi ad ſuam diœceſim is redeat, poſſit ab Epiſcopo ſuo ſubditus ille puniri. At quidquid ſit de hoc, illud tamen interim in
11 omnium ſententia dicendum eſt, quod ſi, vt alibi dicebam, ſubditus Epiſcopi A. non reſideat, vel iuſſus venire ad ſynodum non veniat, ſed exiſtat in alieno territorio, poſſit excommunicari ab Epiſcopo A. quia in tali caſu omiſſio reſidentiæ, vel
12 acceſſus, & ſic delictum ſit in proprio Epiſcopatu Epiſcopi A. Vel ſi furatus in territorio vnius Epiſcopi, exiſtens in territorio alterius Epiſcopi; nolit reſtituere, poſſit ab illo Epiſcopo (cuius forum ratione delicti ſortitur, *cit. cap. vlt. de foro compet.*) excommunicari ſimiliter, ſiue per præceptum generale, vel ſpeciale, ſiue etiam per ſtatutum notificatum ante egreſſum à ſuo territorio vel poſt egreſſũ, cũ conſenſu Epiſcopi territorij illius, in quo exiſtit, qui Epiſcopus, cùm alter Epiſcopus ſaltem ratione delicti ius habeat in illum, requiſitus conſentire tenetur. Vide Auilam *de cenſuris, par. 1. cap. 3. diſp. . dub. 2. concl. 3.* Præpoſitum *in 3. par. q. . de cenſuris in genere, dub. 5. nu.* 31. Villabos *in ſum. tom. 1. tra. 7. 16 diffic. 16. numro*
13 9. & Hurtadum *de cenſuris in genere diffic* 8. *numro* 34. Dixi, cum conſenſu Epiſcopi territorij illius inquo Reus exiſtit; quo quia ſine conſenſu alis Epiſcopi, quamuis iniuſtè denegato, inualidè procederetur ob rationes iam dictas. Sic Henriquez *lib. 13. cap. 26. num. 1.* Auila *par. 2. cap. 3. diſp. 2 dub. 2. concl. 1.* Sayr. *lib. 1. theſauri cap. 6. num 40 & de cenſ. lib. 5. cap. 6 num.* 40 Coninch. *de Sacrament diſp. 11. dub. 7. concl.* 69. & Hurtard. *de cenſ. in communi diffic. 8.*

DVBITATIO II.

An ciues, & diœceſani poſſint ex induſtria licitè, vt ſe à ſui territorij legum, ſtatutorũ, vel præceptorũ obligatione ſubſtrahant, tranſire ad alienum territorium?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio

SVMMARIVM.

1 *Ciues, & Diœceſani poſſunt licite tranſire ad alienum Territorium, vitandi gratia legum, ſtatutorum vel præceptorum obligationem ſuæ Patriæ.*

2 *Ciues, & Diœceſani dum ſe ſubtrahunt à legibus proprij Territorij, tranſeundo ad alienum vtuntur iure ſuo.*

3 *Ciues, & Diœceſani licite ſe conferre poſſunt ad locum vbi Tridentinum non eſt acceptatum, vt ibi ſine Parocho, & Teſtibus ſeruata veteri forma contrahant matrimonium.*

4 *Item poſſunt ex induſtria licite contrahere in articulo mortis cum Concubina, vt filios legitimos efficiant, etiam in fraudem ſubſtituti.*

Item poſſunt ob caſus reſeruatos ſeu ob confeſſionem ſimpliciter faciendam ex induſtria licite tranſire ad locum, vbi non eſt reſeruatio ex conceſſione Iuris communis.

6 *Dolus, & fraus nemini debet patrocinari*

7 *Dolum, & fraudem non committit qui vtitur iure ſuo.*

8 *Fraus proprie datur vbi eſt obligatio legis, quam quis per dolum, & fraudem vult euadere.*

9 *Lex localis non obligat abſentes, ſeu extra Territorium exiſtentes.*

10 *Fugere obligationem precepti non eſt contra preceptum.*

11 *Fugiens obligationem legis non dicitur facere animo nocendi ſuo legiſlatori, qui non habet facultatem obligandi extra Territorium, ſed ob commodum ſuum.*

12 *Ordinarij punientes ſubditos ſuos ad aliud Territorium euntes ad euitandas leges proprij territorij, ſequuntur opinionem appoſitam, quæ eſt ſatis probabilis.*

15 *Opinio Doctorum aſſerentium matrimonium, quod ſponſi in fraudem Tridentini contrahunt, vbi Tridentinum non viget eſſe inualidum, ne dum illicitum, reprobatur.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia, cùm præceptum, quod in ipſorum loco viget, non obliget ipſos ibi perſiſtere, ſed ſolum obliget, vt dũ ibi adſunt, illud obſeruent, & ex alio capite, poſtquam ex illo exierint, ad quod faciendum ius habent, iam ceſſet præcepti obligatio, conſequens eſt, quod illi faciunt; non eſſe fraudem, ſed iure ſuo vti in fugiendo præcepto, *regul. nullus videtur ff. de regulis iuris, & l. 3. §. is tamen, ff. de libero homine exhibendo.* & cõtra Silueſtrum *ver. ſciunium q. 2.* Roſellam *eod. ver. num. 16.* Ledeſmam *de matrim q. 45 ar. 5. p. 3. dub. vlt. concl. 1. &. 3.* Rebellium *de iuſt. 2. par. lib. 2. q. 7. ſect. 3. num. 16.* Salas *de legib. diſp. 14. ſect. 5. num 63. circa fin.* Leſſium *lib. 4 cap. 2. dub. 8. num. 60.* Rodrig. *in ſum. tom. 2. cap. 219. num. 2* Medinam *in 1. 2. q. 66. ar. 5.* Cenedum *q. 30. num. 64.* Sayrum *in Claui Reg. lib. 7. cap. 3. num. 12.* & Vaſquez *in 3. par. q. 98. ar. 2.* Henriq. *lib. 11. cap. 3. num. 8 in fin.* docent Doctores, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 18. num. 29. & lib. 1. Moral. cap. 12 num. 35.* Suarez *de relig. lib. 2. cap. 15. n. penult.* Fagundez *prec. 1. lib. 2. c. 7. n. 7.* Diana *par. 1. tract. 9. reſol. 19. & par. 3. tract. 6. reſol. 28.* Pontius *lib. 5. de matrim. cap. 9. num. 4.* Villalob. *tom. 1. tract. 1. diffic. 34. num. 2.* Paſgaligus *de itiunio deciſ. 208. num. 6. & deciſ. 214. num. 3. & ſeqq.* & Bonacina *de legib. diſp. 1. q. 1. punct. 6. num. 64.* qui ſubdunt, poſſe, ex induſtria ob eandem rationem intendentes contrahere ſine Parocho, & teſtibus, ſeruata ſolum veteri forma, licitè, nedum validè, ſe conferre ad locum in quo non eſt acceptum Tridentinum. Item poſſe ex induſtria licitè contrahere in articulo mortis cum concubina, vt filios legitimos efficiant, etiam in fraudem ſubſtituti. Item ob caſus reſeruatos, quin ob Confeſſionem ſimpliciter faciendã vel ob aliam cauſam poſſeex licitè tranſire ad locum, vbi non eſt reſeruatio, vt ibi cuicunque Confeſſario confiteri poſſint, idquè non ex conceſſione proprij Diœceſani: ſed ex conceſſione iuris cõmunis. Sic expreſsè Couar, & Sarmiẽtus, quos citat, & ſequitur Sanch. *num 29.* & Pontius *num. 6.* & nos dicebamus *lib. de Parlament. dubit. 4. ſect. 19 ſubſect. 11. pag. 111.* & dicemus *infra cap. 14. dub. 18. Sect. 7.*

1 2 3 4 5 6

Obiicies. dolus, & fraus nemini debet patrocinari

nari, *cap. sedes, & cap. ex tenore, de rescriptis*, ergo.

7 Respondetur, concedo totum. At ex dictis non committit dolum, & fraudem, qui vtitur iure suo;
8 quia fraus propriè datur, vbi est obligatio legis quam quis per dolum, & fraudem vult euadere: at hic nulla datur obligatio legis, cùm lex non
9 obliget absentes, seu extra territorium existentes: quapropter non est hic propriè fraus, sed potiùs fuga quædam obligationis præcepti, quæ non
10 est contra præceptum; & sic, licet de se non sit bona, non, est tamen de se mala; atque adeò sic faciens vtitur iure suo.

11 Obiicies secundò, id facit homo animo nocendi suo legislatori, ergo non facit licitè, *argum. l. 1. §. iidem aiunt, ff. de aqua pluuia arcenda*, vbi prohibetur quis fodere proprium, si id faciat animo nocendi alteri, v. g. auertendi fontem vicini; quamuis secus, si id faciat animo reddendi meliorem fundum suum.

Respondetur, nego antecedens; sed facit ob commodum suum: quare retorquetur argumentũ, *& cit. lex* 1. Accedit, quod qui fugit in casu nostro obligationem legis, iniuriam non facit legislatori, quandoquidem is non habet potestatem obligandi suos, nisi existentes in suo territorio, ita vt, posito exinde egressu, statim cesset eius potestas, & iurisdictio in ipsos.

12 Obiicies tertiò, Ordinarij solent punire subditos suos ad aliud territorium euntes ob finem, vt festa, vel ieiunia, & similia proprij territorij obseruare non cogantur, ergo.

Respondetur, id forsan faciunt sequendo opinionem oppositam, quam etiam esse satis probabilem fateor.

13 Cæterùm, quod docent aliqui ex Aduersariis suprà citatis, nempe matrimonium, quod sponsi in fraudem Tridentini Concilij Parochum, & testes requirentis contrahunt in loco, in quo Tridentinum Concilium non est receptum, inualidum, nedum illicitum fore, mihi nullo pacto probatur; tum ex dictis; tum quia est hoc speciale in matrimonio, quod sit ex numero contractuum, quibus id proprium est, vt secundùm leges, & consuetudines locorum celebrari debeant, sicuti dicebam *suprà cap. precedenti, sect. 7.* & ex communi docent Doctores *in cap. vlt. de foro compet.* & notat Chapeauille *cap. vlt. q. 16. de modo ministr. Sacramenta tempore pestis.*

SECTIO II.

An incola ciuitatis, in qua festum agitur, possit ex industria transire ad locum, vbi festum non agitur, & ibi opera seruilia exercere, & Missam non audire?

SVMMARIVM.

1 *Incola Ciuitatis, in qua festus dies celebratur, si mane inde egrediens ex industria perueniat ad locum, in quo dies festus non agitur potest ibi exercere opera seruilia, & Missam non audire contra Nauarrum, & alios.*

2 *Opinio opposita est communior, & seruatur in praxi.*

3 *Præceptum affirmatiuum audiendi Missam de mente Nauarri & eorum debet quamprimum adimpleri, si præuideatur postea impleri non posse.*

4 *Assignatur differentia inter præuidere obligationem præcepti, & inter omnino debere soluere præcepti obligationem.*

5 Debitor in diem *conditione non adimplenda non tenetur soluere, secus si sit discessurus, & non possit redire præfixo termino solutioni.*

6 Debitor in diem *si intelligat intra præfixum anni tempus debito prorsus liberatum iri non tenetur, anticipare.*

7 *Egrediens à Patria cum talis egressus nullo Iure sit ipsi prohibitus habet dispensationem à præcepto audiendi Missam, neque tenetur Missam præuenire, secus est si tendat ad locum, vbi obligat præceptum, & præuideat ibi Missam non esse, vel de tempore sui exitus missa, qua celebratur sit vltima.*

8 *Impedimenta adimplendi præcepti sunt in duplici differentia, alia, qua omnino liberant à præcepto, alia, qua solum excusant à præcepto.*

9 *Impedimenta liberantia à præcepto quisque non tenetur præuenire, neque impedire etiam si possit; secus est si solum excusant. Vide vtraque ibi recensita.*

10 *Impedimenta excusantia à præcepto ante tempus præcepti quisque non tenetur præuenire præuisa etiam futuro impedimento.*

11 *Præceptum diei festiua non obligat ante diem tempo audiendi missam, Ieiunandi, recitandi horas canonicas, licet præuideatur Impedimentum.*

12 *Præceptum confessionis si præuideatur in Paschate non posse adimpleri debet præueniri. Secus est de Communione.*

13 *Ciues & Diœcesani non solum ex industria possunt se subtrahere à Legibus municipalibus eundo extra Diœcesim, sed etiam intra Diœcesim in loco exempto manentes.*

14 *Item non obligantur licet festum, vel ieiunium seruetur in loco per quem transeunt sicut in suo Territorio ex præcepto Episcopi virimque Diœcesis. Licet ex industria peregrinentur.*

Ex dictis sequitur primo, quod si incola ciuitatis (in qua festus dies celebratur) inde manè, etiam ex industria, egrediens, peruenturus sit ad locum, vbi dies festus non agitur, possit ibi, sicut opera seruilia exercere, ita & Missam non audire; sicuti contra Nauarrum *cap. 13. num. 5.* Lopez *p. 1. c. 12.* Sà, *ver. festum, num. 8.* Basilium Pontium *lib. 5. de matrim. cap. 8. num. 6.* Suarez *lib. 2. de festis cap. 5. num. 9.* Sayrum *in Claui Reg. lib. 7. cap. 11.* Fernandez *p. 1. cap. 7. §. 1. num. 14.* Naldum *ver. festum, num. 8.* Filliucium *tract. 17 cap. 7. num. 111.* & alios (quorum opinio tamen, vt fatear, communior est, & seruari in praxi solet ab Episcopis, & Parochis) docent Sanchez *lib. 3. de matrim. disp. 18. num. 21.* & *lib. 1. moral. cap. 12. num. 32* Lessius *de iust. & iur. lib. 4 cap. 2. dub. 8. num. 56.* Malderus *in p. 2. q. 96. ar. 5.* Fagundez *de præcept. Eccles. tract. 1. lib. 1. cap. 7. num. 15.* Salas *de legibus disp. 14. sect. 5. num. 66.* Pasqualigus *tom. 1. decis. 307.* & *308.* & Io. Sanchez *in select. disp. 54. num. 29.* Et ratio est; quia incola in tali casu poterat in proprio loco auditionem Missæ differre vsque ad horam dici, v. g. quartam, vel quintam, quo tempore in altero loco existens à præcepto Missæ audiendæ est liber, vt patet ex dictis *suprà dubit. 1. sect. 1.* Ergo, &c. 1 2

Neque obstat, si dicas cum Nauarro, Lopez, Sà, Pon

Pontio, Suarez, Sayro, Fernandez, Naldo, & Filliucio locis ſupra cit. quod teneatur quis præceptum
3 affirmatiuum audiendi Miſſam adimplere quamprimùm, ſi poſtea impleturus non ſit; ſicut qui præuidet, ſe poſtea ab audienda Miſſa impeditum iri, ſtatim debet, ſi poteſt, Miſſam audire; ergo ſic, &c.

Reſpondetur enim quod alia ratio ſit, ſi quis
4 præuideat, ſe ab executione præcepti, quo nunc manet obſtrictus, ob aliquã cauſã poſtea impeditũ fore; alia verò, ſi prouideat, ſe præcepti obligationẽ omninò exolaendum iri: nam ſi debitor v.g. centum aureorum, præfixo ipſi tempore vnius anni ad ſoluẽdum, intelligat ſe poſt primum anni menſem ſoluere deinceps numquã poſſe (quia v.g. in lõginquas terras diſceſſurus, & inde reuerſurus non ſit) tenetur anticipare, & primo menſe ſtatim ſoluere: at ſi intelligat, ſe intra præfixum
5 anni tempus debito prorſus liberatum iri, non tenetur anticipare, & ſtatim primo anni menſe ſoluere; ergo ſic, &c.

6 Itaque breuiter dico, quod cùm incola, dum adeſt in patria, & ſunt plures Miſſæ dicẽdæ, quibus poteſt ſatisfacere præcepto, obligatione præcepti adimplendi non vrgeatur, neque obligetur è patria non exire, conſequens eſt, quod non teneatur Miſſam auſcultare, ſi velit exire; quia exiens è loco iam exemptus eſt ab obligatione præcepti. Sçut, ſi ſciret ſibi eſſe concedendam diſpenſationem horæ quartæ, vel quintæ à præcepto audiendi Miſſam, vel recitandi horas Canonicas, &c. non teneretur illo die Miſſam, vel horas Canonicas præuenire: ſed ita eſt in caſu noſtro, ſiquidem egrediens è patria (cùm talis egreſſus nullo
7 iure ſit ipſi prohibitus) habet diſpenſationem à præcepto audiendi Miſſam, ergo tenetur Miſſam præuenire: ſecùs verò eſt, ſi tendat ad locum, vbi obligat præceptum, & ibi præuideat Miſſam celebrandam non eſſe; quia tunc tenetur Miſſam audire, priuſquam exeat; ſiquidem tunc illa Miſſa, quæ celebratur, quando vult exire, reputatur vltima, & ſic obligatoria præcepti. Ratio diſcriminis eſt; quia impedimenta adimplendi præcepti ſunt in duplici differentia; alia, quæ omni-
8 nò liberant à præcepto; alia, quæ ſolum excuſant à præcepto: impedimenta prioris differentiæ non teneris præuenire, neque impedire, etiamſi poſſis: quapropter non teneris impedire diſpẽſationem, quæ te omninò liberat à præcepto Miſſæ, horarum Canonicarum, Confeſſionis, Cõmunionis, &
9 ſimilium: at impedimenta poſterioris differentiæ (vt ſunt infirmitas, ignorantia, obliuio, detentio, & ſimilia) quia præcepto manes ſubiectus, teneris, vt ſatisfacias præcepto, præuenire intra tempus præcepti, neque licitè pores iſta quærere, vt à præcepti obligatione libereris, ſicuti licitè pores quærere diſpenſationem præcepti, & egreſſum è loco, vbi obligat præceptum, cùm nullo iure ſit tibi prohibitum, iſta quærere.

Dixi quod quoad impedimenta, quæ ſolum excuſant à præcepto, *teneris, vt ſatisfacias præcepto, præuenire intra tempus præcepti*; quia ante tempus
10 præcepti, cùm tunc nondum cœperit obligare præceptum, non teneris præuenire, vt ſatisfacias præcepto, quamuis præuideas impedimentum futurum, quo ſis impediendus adimplere præceptum, v.g. non teneris hodie audire Miſſam, ieiunare, re-
11 citare horas Canonicas, &c pro craſtina die, quãdo vrgebit præceptum, quamuis hodie præuideas te craſtina die impediendum fore adimplere præceptum. Hinc, ſi præuideas, v.g. in principio Quadrageſimæ te impediendum fore, vt tempore Paſchali confitearis, & communices, teneris quidem præuenire confeſſionem, non item teneris præuenire Communionem: quia præceptum Confeſſionis cùm incipiat obligare à principio anni, iam cœpit obligare; non ſic præceptum Communionis, quod ſolum obligat tempore paſchatis.

Cæterum, quod à principio dixi in caſu, quo quis incola, etiam ex induſtria, exeat de loco ad locum extraneum extra diœceſim, non teneatur ad leges municipales talis loci extra diœceſim, dicebam in caſu, quo quis incola, etiam ex induſtria, exeat de loco ad locum exemptum intra diœceſim; & ſic quod talis poſſit ſimiliter, v.g. laborare
13 diebus feſtis de præcepto Epiſcopi, & ieiunia eius non ſeruare intra eandem diœceſim ipſius Epiſcopi, ſi ſit (inquam) in loco exempto ab illius iuriſdictione, licet exiſtente intra diœceſim eiusdem Epiſcopi; quia locus exemptus habetur pro extraneo. Quapropter *ſupra dubit. 1. ſect. 2.* dicebam, excommunicationem Epiſcopi pro tota diœceſi nõ ligare eos ſubditos, qui commorantur in loco exempto intra eandem diœceſim ipſius Epiſcopi, qui ceſſuram ferat. Item dic, ſi feſtum, vel ieiunium
14 ſeruetur in patria, & in loco extraneo, vel exẽpto, per quem quis tranſit, ex præcepto Epiſcopi vtriuſque diœceſis, vel vtriuſque Superioris vtriuſque loci, quod probabiliter is nullibi ad feſtum vel ieiunij ſeruandum obligetur; quia peregrini non obligantur legibus municipalibus loci per quem tranſeunt, cùm ſuperiori talis loci non ſubdantur; nec obligãtur legibus municipalibus proprij loci, cum ſint inde abſentes, & leges municipales loci non obligent extra locum: quod etiã quoad caſus reſeruatos probabile eſt, iuxta ea, quæ dicebam, *cap. 11. Sect. 1. Suppoſit 4.*

SECTIO III.

An manè quis diſceſſurus è loco, vbi non ieiunatur, poſſit ibi comedere, & veſci carnibus?

SVMMARIVM.

1 *Diſcedentes manè è loco, vbi Ieiunium non ſeruatur poſſunt ibi comedere, quin & veſci carnibus, etiamſi eadem die peruenturi ſint in Territorium vel oppidum ſuum, vbi Ieiunium ſeruatur; non tamen poterunt ibi veſci carnibus.*

2 *Item poteſt quis noctu etiam ex induſtria perueniens ad locum, vbi non ieiunatur, veſci carnibus, licet in proprio loco, vnde eodem die exierat, ieiunetur.*

3 *Id intellige licet ſit reuerſurus nocte ad proprium locum, vnde manè exiuit.*

4 *Obligatio abſtinendi a carnibus diuidua eſt, ſc. obligans pro ſingulis momentis. Sic de obſeruatione Feſtorum.*

5 *Obligatio Ieiunandi è contra indiuidua eſt ita vt, qui bis in die (ſine iuſta; ſine iniuſta, de cauſa) comedit, lege ieiunij ſoluatur.*

6 *Soluit obiecta Aduerſariorum.*

Ad excuſandum ſufficit moralis certitudo. Hinc laborantes ſumentes cibũ ante laborem in die Ieiunij excuſantur a peccato.

Nemo

7 *Nemo potest in sententia Pontij ab obseruatione præcepti excusari ob moralem certitudinem superuenientis in futurum dispensationis,si quidem non spes dispensationis,sed dispensatio ipsa liberat ab obseruantia præcepti.*

8 *Laborantes non excusantur à Ieiunio ob laborem existentem,sed ob necessitatem laboris.*

9 *Laborantes non tenentur diebus festiuis ieiunare non tam ob defatigationem precedentis diei, quam ob necessitatem ad laborandum die sequenti.*

10 *Ciues,& Diœcesani discedentes mane à loco, vbi ieiunatur in sententia Pontij,licet vespere peruenturi sint ad locum vbi Ieiunium non seruatur,non possunt ibi manefrangere Ieiunium.quod quidem Auctori non probatur.*

11 *Opinio Pontij refellitur asserentis quod qui mane non obligatus Ieiunare,teneatur si Ieiunus perueniat ad locum, in quo Ieiunium absolutè seruatur.*

1 SEquitur secundò, quod manè quis discessurus è loco, vbi ieiunium non seruatur, possit ibi comedere,quin & vesci carnibus, etiamsi eodem die peruenturus sit in territorium, vel oppidum suum,vbi ieiunium seruatur; in quo loco tamen non potest vesci carnibus; quia in loco domicilij
2 statim eius legibus obligatur;poterit tamen, remoto scandalo, cœnare; quia ieiunio semel non seruato, non tenetur per abstinentiam à multiplici comestione amplius ieiunare, vt mox infra dicetur. Item potest quis noctu, etiam ex industria,perueniens ad locum, vbi non ieiunatur, in loco,ad quem peruenit,vesci carnibus, etiamsi in loco proprio, vnde eodem die exierat, ieiunetur: quapropter antequam manè exeat è proprio loco, vbi ieiunatur,si peruenturus sit vesperi ad locum, vbi ieiunium non obligat, potest ibi comedere, remoto scandalo, etsi non carnes;idque etiam (vt
3 rectè dixit Io.Sanchez *in select. disp.* 54. *num.* 28.) quamuis nocte reuersurus sit ad proprium locum, ex quo manè exiuit, & in quo ieiunium seruabatur.Ratio discriminis est; quia obligatio abstinendi à carnibus diuidua est, scilicet obligans
4 pro singulis momentis, & quæ singulis momentis integrè adimpleri possit;ita vt tametsi vna diei parte (iusta,vel iniusta de causa)non abstineas, adhuc alia diei parte (vbi præceptum obligat)abstinere debeas; sicuti patet à par,in obseruatione festi de abstinentia ab operibus seruilibus: si enim in loco tuo festum seruatur, laborare non potes dum ibi moraris; cùm tamen primum inde egressus fueris ad locum, vbi eius diei festum nõ
5 celebratur,laborare poteris. Obligatio autem ieiunij individua est,ita vt qui bis in die(siue iusta, siue iniusta de causa) comedit,lege ieiunij soluatur; quia amplius tunc formam ieiunij Ecclesiastici seruare non potest. Cùm igitur incola ex suo loco discessurus præuideat noctu licitum sibi fore vesci etiam carnibus,& quidem non semel,sed pluries, non tenebitur, vti dicebatur, etiamsi vesperi reuersurus sit ad locum, vnde discedit, manè ieiunium seruare, cùm tali modo non possit illud seruare. Sic Sanchez, & Lessius *locis supra cit.* Salas *de legib. disp.* 14. *sect.* 5. *num.* 68. Suarez *de relig. lib.* 2. *cap.* 13. *in fin. & de legib. lib.* 3. *cap.* 32. *num.* 3. Molfes. *in sum. tom.* 1. *tr.* 10. *cap.* 4. *n.* 21. Naldus *ver. ieiunium, num.* 2. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 27. *p.* 2. *cap.* 6. *num.* 109. Sanchez *in select. disp.* 54. *num.* 18. Pottell. *in addit. ad dub. Regul. ver. ieiunium, num.* 2. Pasqualigus *de ieiunio decis.* 215. & 216. & *decis.* 59. 60. 61 63. & 64. & Villalobos *tom.* 1. *tract.* 2. *diff.* 34. *num.* 3. *contra Coninck. in* 3. *part. de Sacrament. q.* 74. *ar.* 4. *disp.* 3. *num.* 103. Pontium *de matrim. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 3. & alios.

Neque obstat, causam excusationis nondum 6
adesse;quia sufficit ad excusandum moralis illius certitudo; sicut iturus ad laborandum potest cibos sumere,priusquam exeat, etsi causa excusans à ieiunio nondum extet, possitque impediri quominus ponatur. Quamuis Pontius suprà cit. sen- 7
tiat,quod talis ratio non vrgeat,ex eo quia nemo potest ab obseruantia præcepti excusari ob moralem certitudinem superuenientis in futurum dispensationis;siquidem non spes dispensationis, sed dispensatio ipsa liberat ab obseruantia præcepti. At existens in loco, vbi ieiunium seruatur, tenetur ieiunio, ergo ab illo non excusatur ob spem existentiæ futuræ in loco priuilegiato; alioquin non existentia in loco priuilegiato, sed spes, & voluntas illius priuilegium concederet, & ab obseruantia præcepti liberaret: Et ad exemplum de 8
laborante dat disparitatem:quia is,cui labor est necessarius,hoc ipso à ieiunio excusatur, non ob laborem existentem, sed ob necessitatem laboris (quod inde patet;quia laborans non tenetur diebus festiuis ieiunare, non tam ob defatigationem 9
præcedentis diei, quàm ob necessitatem ad laborandum die sequent:)At necessitas, vel voluntas obtinendi dispensationem, vel existendi in loco priuilegiato non eximit à ieiunio, ergo manet illo obligatus. Sic Pontius vbi supra: quapropter 10
quoad hoc tenet contrarium, quod scilicet qui manè exit è proprio loco,vbi ieiunatur, & si peruenturus sit vesperi ad locum, *vbi ieiunium seruatur*, non possit ibi manè neque sumere ientaculum,nedum vesci carnibus.Sed adhuc quod supra dicebam, mihi magis probatur ob rationem nostram dictam; præsertim quia cùm simus in moralibus,non requiritur in agendo, nisi certitudo moralis.

Similiter)quamuis idem Pontius *loco suprà cit.* 11
cum Sanchez *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. & Lessio *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 8. *n.* 57. teneat,quod qui manè non obligatus fuit ieiunare,vel quia nõ impleuerit 21. annos, vel quia fuerit in loco, vbi non seruabatur ieiunium,teneatur,si sine illius violatione peruenit ad locum, vbi ieiunatur, ieiunium seruare;quia cùm illud non violauerit absolutè,inquiunt ipsi, potest ieiunare,& sic tenetur ieiunare,cùm sit in loco,vbi vrget præceptum ieiunandi.) adhuc quod supra dicebam,mihi magis probatur, quia præceptum ieiunij respicit non partem diei, sed totum diem,vt individuum obiectum (non enim præcipitur per partem diei, sed per totum integrum diem ieiunari.)ergo exemptus à ieiunio per partem diei,totaliter per illum diem à ieiunio exemptus erit. Confirmatur ad hominem, quia etiam Aduersarij, vt Sanchez, Lessius, & alij fatentur, quod accessurus ad locum, vbi non seruatur ieiunium,possit in loco domicilij, vbi ieiunatur prandium sumere;quia sufficit, quod nocte possit cœnare;ergo si ex eo,quod nocte possit cœnare, potest manè prandere,vbi ieiunatur,poterit etiam ex eo,quod manè potest prandere,noctu cœnare,vbi etiam ieiunatur. Vide Dianam *part.* 1. *tract.* 9. *resol.* 50. Pasqualigum *de ieiunio decis.* 217. & Io. Sanchez *in select. cit. disp.* 54. *num.* 4. & 28.

SECTIO

SECTIO IV.

An quis excuſetur, etiam à communibus legibus Eccleſiaſticis, vt ieiuniorum, feſtorum, &c. ratione Kalendarij noui non recepti, vbi reperitur?

SVMMARIVM.

1 *Vbi Cendarium nouum iuſſu Gregorij XIII. editum non eſt receptum, fieri poteſt vt ratione itineris etiam à communibus legibus eccleſiaſticis liberetur. Vide ibi excepta allata.*

2 *Argumentum Leſſij, quod lex communis Eccleſiaſtica, quæ in omnibus particularibus Eccleſiis obſeruatur officiat omnes Chriſtianos, ſoluitur, quod licet obligetomnes & vbique; nontamen obligat omnino abſolute, ſed ſub tacita conditione ſi quis ſit in loco, vbi nõ dum eſt expletum.*

3 *Aſſignatur diſparitas inter præceptu ieiunij & feſtorum. & præcepta confeſſionis, & communionis, nam ea obligant dependẽter à loco, hæc autem non ita; & ideo qui non communicat in Paſchate, debet communicare data commoditate.*

1 SEquitur tertiò, quod, cùm kalendarium nouum iuſſu Gregorij XIII. editum, etiam in quibuſdã Catholicorum locis receptum non ſit, fieri poſſit, vt quis, etiam à communibus lẽgibus Eccleſiaſticis, vt feſtorum, ieiuniorum, &c. liberetur, vbi reperitur. Atque ita docet Paſqualigus *locitdecis.* 218 & 219. Sanchez *lib.* 1. *moral. cap.* 12. *num.* 30. & inclinat Leſſius *lib.* 4 *cap.* 1. *dub.* 8 *num* 59. Exempli gratia, ſi quis ex loco, vbi antiquum Kalendarium ſeruatur, circa Bachanalia veniat ad locum, vbi ſeruatur Kalendariũ nouum, fieri poteſt, vt ieiunio quadrageſimali maiori ex parte tranſacto, non niſi duabus vel. ſeptimanis ieiunare teneatur. Itemque fieri poteſt, vt quis ex loco, vbi verus kalendarium retinetur, perueniat, etiam ex induſtria (antequam incidat ieiunium, aut feſtum aliquod iuxta kalendarium verus) ad locum, vbi kalendarium nouum ſeruatur. tempore, poſtquam ieiunium, vel feſtum illud tranſactũ eſt, & ſic tale ieiunium, vel feſtum ſeruare non obligetur, vt patet ex dictis ſupra, & ex ratione illa generali, quod poſſit quilibet ſe m oribus eorum, quibuſcum viuit, accommodare: quapropter qui primis quatuor diebus quadrageſimæ veniunt Mediolanum, non tenentur ibi ieiunare; vt ſupra dicebam; eo quod ieiunium illud ibi nondum ſit inchoatum; ergo etiam qui veniunt aliquò, vbi iam eſt tranſactum, non tenentur ſimiliter ib i ieiunare, ſed poſſunt ſe incolis accommodare: idemque dicendum de feſtis, & aliis præceptis.

2 Neque obſtat, ſi dicas cum Leſſio vbi ſupra, quod lex communis Eccleſiaſtica, quæ in omnibus particularibus Eccleſiis obſeruatur (cuiuſmodi in primis eſt ieiunium quadrageſimale) perſonas hoc ipſo, quod ſunt membra Eccleſiæ vniuerſalis, afficit; ergo quadrageſimale ieiu nium in primis in loco, vbi propter diuerſitatem kalendarij iam eſt expletum, explendum erit; quia cùm ſit generale, obligat vbique, & ſic vbique imperi debet.

Reſpondetur enim, etſi ieiunium quadrageſimale in primis obliget omnes, & vbique, non tamen obligat omnino abſolutè, ſed ſub tacita conditione, *ſi quis ſit in loco, vbi nondum eſt expletum* (ſicut & feſta communia) & ſic mentem Eccleſiæ non eſſe, aliquem obligare ad ieiunandum, nec etiam ieiunio quadrageſimali, in loco, vbi alij fideles non ieiunant; quia id commodè plerumque fieri non poteſt; & præterea valde expedit, Eccleſiæ cuiusque morem vniformiter à fidelibus obſeruari. Quod multò magis dico de obſeruantia feſtorum, & ſimilium, quæ ſunt addicta loco ſeu obligant dependenter à loco, ad differentiam forſan annuæ Confeſſionis & Communionis, de quibus ſecundùm probabiliorem opinionem videtur eſſe diſpar ratio; ita vt qui in paſchate non impleuit, teneatur poſtea ad primam commoditatem, ſeu opportunitatem dicta præcepta implere; cùm talia præcepta videantur afficere abſolutè perſonam independenter à loco, ſeu abſque vllo reſpectu ad locum. 3

SECTIO V.

An, ſi quis in ſuo loco expleuit præceptum diei feſti, & ieiunij, etiam Quadrageſimalis: item Confeſſionis, & Communionis, &c. & poſtea peruenit ad alium locum, vbi propter non receptum dictum nouum Kalendarium Gregorianum, huiuſmodi præcepta obligant, teneatur illa ſeruare, præſertim ſi ibi Domicilium figat?

SVMMARIVM.

1 *Qui in ſuo Territorio expleuit præceptum tam confeſſionis quam communionis, nec non feſti & ieiunij, ſi perueniat ad alienum Territorium vbi Ieiunium non eſt expletũ & præceptum de communione non eſt adimpletum, non tenetur ad vtrumque contra ſententiam Baſilij Pontij.*

REſpondetur, quod (quamuis Baſil. Pontius *cit. lib.* 5. *de matrim. cap.* 8. doceat hunc talem ſolum non teneri ad obſeruantiam præcepti Confeſſionis, & Communionis, non item nõ teneri ad obſeruantiam præcepti diei feſti, & ieiunij; motus ex eo, quia præceptum Cõfeſſionis, & Communionis obligat perſonas independenter à loco; & ſic qui ſemel tali præcepto ſatisfecit, nõ amplius tenetur ad obſeruantiã illius, alioquin ad bis confitẽdum, & communicandum in anno obligaretur: at præceptum diei feſti, & ieiunij obligat perſonas in ordine ad locum; & ſic ſi in loco, ad quem de nouo peruenit, obligat, tenebitur de nouo illud ſeruare, præſertim ſi ibi domicilium figat) tamen ſatis probabiliter non teneatur in vtroque caſu; ita vt, ſicut, ſecluſo ſcandalo, non tenetur confiteri neque communicare, ita etiam ſimiliter, ſecluſo ſcandalo, non teneatur diem feſtum, & ieiunium, etiam quadrageſimale, ſeruare. Ratio, quia tale præceptum etiam non obligat fideles bis, ſed ſolum ſemel in anno: quapropter qui ſemel ei ſatisfecit non amplius tenetur in anno. Atque ita docent Salas *de legib. diſputat.* 14. 1

ſect. 4.

sect 4. in princip. Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 25. q. 2.* Less. *de iust. & iur. lib. 4. c. 2. dub. 7. num. 52.* Sanchez *lib. 1. mor. c. 12. num. 21.* Pasqualigus *de ieiunio, decis. 218. & 19.* & Bonacina *de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. n. 57.*

DVBITATIO III.

An ciues, & diœcesani subdantur legibus, & præceptis respicientibus delictum in territorio commissum, etiamsi existant extra territorium, in quo delictum commissum est?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ciues & Diœcesani iuxta aliàs dicta extra Territorium existentes tenentur Legibus, & præceptis Territorij si in eo deliquerint. alias nequaquam, contra Gabrielem & alios.*

2 *Existens in alieno Territorio potest delinquere in Territorio, puta per sclopum, seu aliud instrumentum.*

3 *Existens in alieno Territorio si occidat hominem existentem in proprio Territorio incurrit censuram, si qua ibi sit lata contra Occisores.*

4 *Sacrilegium committitur quando delictum inchoatum extra Ecclesiam, in ipsa consummatur.*

5 *Beneficiarius extra Diœcesim si contra non residentes sit lata excommunicatio eam incurrit, quia ratione omissionis dicitur in Diœcesi delinquere.*

6 *Fures extra Territorium incurrunt censuram, si qua lata sit in Territorio contra furantes ibi, & cur.*

7 *Ciues, & Diœcesani absentes obligantur ratione rei sitæ, quando statutum eos obligat etiam extra Territorium.*

8 *Statutum prohibens, ne res aliqua vendatur nisi tali forma, vel solemnitate seruata ligat vendentes etiam extra Territorium.*

9 *Statutum si respiciat specialiter commodum Territorij obligat similiter subditos absentes. id etiam dic de censuris & vide ibi alios casus, & rationes adductas.*

10 *Conciliantur Doctores contrarij circa intellectum Legis Lusitaniæ, quæ prohibet ne mancipia se vendant.*

11 *Mancipium si amittit domicilium, vt cum se vendit alteri, quam Lusitano, lege Lusitanorum non tenetur, quia tunc non est subditus; tenetur autem si se vendat Lusitano, quia tunc restat subditus.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Gabriel *in 4. dist. 28. q. 2. concl. 6.* & Basilius Pontius *lib. 5. cap. 7. num. 10.* negent etiam & simpliciter ex eo quia *in cap. vt animarum de constitut. in 6.* dicitur. *Extra territorium ius dicenti non paretur impunè.* id est, sine punitione; quapropter subdunt ipsi, non posse simpliciter Episcopum ferre censuræ sententiam contra subditum existentem in alieno territorio, etiam pro delicto commisso in suo territorio) tamen affirmandum sit, subdi scilicet, saltem modo, quo dicebatur *dub. 2. sect. 4. num. 9.* ciues, & diœcesanos extra territorium existentes legibus, & præceptis territorij, si deliquerint in territorio; quia, vt ciues, & diœcesani extra territorium existentes non subdantur legibus, & præceptis territorij, iuxta ea, quæ *supra eit. dub. 1. & seqq.* dicebantur, requiritur quod & ipsi, & res, circa quam operantur, & operatio ipsa sit extra territorium, ita vt si quid ex his sit intra territorium, subdantur, saltem modo supra dicto *eit. sect. 4. in fine*, legibus, & præceptis territorij. Sic. Silu. *ver. excommunicatio, 2. num. 8.* Angel. *eod. ver. num. 10.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 9. §. 3. in fin.* Suar. *tom. 5. in 3. part. disp. 5. sect. 4. & 5. & de legib. lib. 3. cap. 32. numer. 8.* Couar. *in cap. alma, 1. part. §. 20. num. 3.* Salas *de legib. disp. 14. sect. §. num. 71. & seqq.* & Bonacina *disp. 1. quæst. 1. punct. 6. num. 67.* & probatur; quia existens in alieno territorio potest delinquere in territorium (vt si extra territorium existens per sclopum, vel Sagittam occidat hominem existentem in territorio) ergo puniri aliquo modo potest à Iudice territorij, alioquin Iudex territorij non esset sibi sufficiens seruare se indemnem, & præcauere sibi noxia in territorio. Quapropter dicendum, quod talis, si sit in territorio excommunicatio lata contra occisores, ligetur illa, saltem modo supra dicto *in eit. sect. 2. in fine*: sicuti, si sit excommunicatio lata contra occidentes in Ecclesia, & quis existens extra Ecclesiam per sclopum, vel sagittam occidat hominem existentem in Ecclesia, ligatur illa; quia delictum, licet sit inchoatum extra Ecclesiam, est factum in Ecclesia; vnde verè Sacrilegium dicitur. 1 2 3 4

Ex dictis sequitur, quod si in aliqua diœcesi sit excommunicatio, etiam per statutum, ipso facto contra beneficiarios sine legitima causa absentes lata afficiat, saltem modo supra dicto, beneficiarium extra diœcesim existentem, si sine legitima causa ab illa absit; quia tunc talis moraliter, si non physicè, delinquit in diœcesi, quandoquidem, cùm debeat esse præsens in diœcesi, *cap. ex tua, de clericis non residentib.* & omittat esse præsens, censetur moraliter ibi omittere, iuxta *l. qui non facit, ff. de regul. iur. & cap. 1. de vsuris in 6. iuncta gloss. & cap. 1. vt lite non contestata*, & tradunt ex communi Silu. Angel. Suar. & Salas *in locis supracit.* 5

Sequitur secundò, quod si similiter sit excommunicatio, etiam per statutum, ipso facto lata contra furantes, nisi se sistant Iudici domicilij, vel delicti, aut nisi intra tot dies satisfecerint, afficiat etiam, saltem modo supra dicto *eit. sect. 4.* furem extra diœcesim existentem, non se sistendo tali Iudici, aut intra signatum tempus non satisfaciendo; quia sic etiam talis moraliter, si non physicè, delinquit in territorio, non autem extra territorium. Ita Silu. Angelus, Salas *vbi suprà*, & Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 25. quæst. 2.* 6

Sequitur tertiò, quod si statutum respiciat rem sitam in territorio, obliget similiter ciues, & diœcesanos absentes, seu extra territorium existentes; quia sortitur homo forum ratione rei sitæ, *cap. fin. de foro compet. & cap. Romana, §. contrahentes, eod. tit.* Quapropter si statutum sit, ne res aliqua vendatur, nisi tali forma, vel solemnitate, ligat vendentes, etiam sint extra territorium, iuxta *l. 2. ff. de fundo dotali.* Accedit, quod huiusmodi statuti obseruatio cedit in vtilitatem Reipub. sicut & eius violatio cedit in detrimentum eiusdem. Quapropter delictum censetur 7 8

fetur moraliter in territorio committi, non autem extra, etsi physicè committatur extra, vt *supra* dicebamus.

9 Sequitur quartò, quod, si etiam statutum respiciat specialiter commodum territorij, obliget similiter subditos absentes, seu extra territorium existentes, & sic censura etiam talis statuti, si censuram annexam habet, afficiat etiam similiter, eosdem, *citat. cap. ex ma de clericis non resid.* & docent præter Siluestrum, Angelum, Suarez, & Salas *supra*, Abbas *in cap. postulastis numero 9. de foro compet.* Couarr. *cap. alma, 1. par. §. 10. num. 3.* Nauarr. *cap. 17. num. 6* Sayr. *lib. 10. hes. cap. 6. numero 41.* & Auila *de censur. par. 3. cap. 3. disp. 2. Dub. 2.* & probatur; quia tunc subditi extra territorium existentes non puniuntur propter delictum commissum extra territorium, sed commissum intra; cùm iniuria, & offensa, & damnum inde proueniens, moraliter, si non physicè intra fiat: vt si v.g. statutum sit, vt omnes clerici certo anni tempore ad synodum (vel Canonici ad Capitulum, veniant; vel secundò, si statutum sit, ne extrahantur victualia, ne vendãtur arma barbaris, & similia; quia licet actiones istæ materiales, & physicæ extra diœcesim fiãt, moraliter tamen intra fiunt, cùm iniuria, & damnũ diœcesi irrogetur, & in ipsam redundet, *argum. l. nemo, 2. Cod. quæ res exportari non debeant*, vbi prohibetur, arma & ferrum vendi barbaris; & *argum. l. fin. de pœnis*, vbi prohibetur, scientiam subiiciendarum nauium communicari inimicis. Vel tertiò, si statutum sit, ne ciues, & diœcesani adeant prouinciam peste infectam, aut nè exerceant mercaturam extra territorium; quia id cedere videtur in damnum, & iniuriam Reipubl vt tradit Romanus *singul. 516. & facit l. 2. Codic. de Eunuchis*, vbi cauetur, ne Eunuchi Romani ad dominium cuiusque transferantur. Quod intellige de Eunuchis subditis Romano Imperio; & sic conciliantur Doctores
11 contrarij circa intellectum legis Lusitaniæ, quæ prohibet, ne mancipia se vendant; cùm horum Doctorum aliqui, vt Salas, *num. 77. affirment* nequaquã mancipia se vendere posse, etiamsi existant in loco, vbi est consuetudo, vt se vendere possint: alii autẽ, vt Molin. *de iust. to. 1. disp. 33. vers. sciendum est, in fin.* sentiant contrarium Conciliantur, inquam, quia si mancipium amittit domicilium, vt cùm se vendit alteri, quam Lusitano, lege dicta non tenetur, quia
12 tunc non est subditus: tenetur autem, si se vendit Lusitano, quia tunc restat subditus.

SECTIO II.

Difficultas earumque solutiones.

SVMMARIVM

1 *Extra Territorium possunt prohiberi ea, quæ cedunt in damnum, & iniuriam Reipublicæ, à qua prohibentur specialiter, secus si prohibeantur generaliter.*

2 *Vide Auctoris sententiã, & responsiones ad opposita Textui in cap. vt animarum de constitut. in 6. explicatur.*

3 *Lex absolutè lata absque explicatione legislatores an velit illam habere locum extra Territorium, ad Territorium tantum restringitur, secus facta dicta expressione in sententia Bartoli.*

4 *Contraria sententia est communis.*

5 *Nonnulli docent simpliciter posse lege, vel statuto qualicumque ligari subditos delinquentes in alieno Territorio puta de homicidio, furto, & similibus.*

6 *Predicti Doctores eiusdem sententiæ arguunt à sententia generali, seu præcepto ad legem, & statutum, cum non sit maior ratio de vno quam de alio.*

7 *Non est inconueniens quod qui ligantur extra Territorium sententia generali, vel præcepto ligentur etiam lege, & statuto.*

8 *Punientes ex dicto statuto, seu lege, Reos extra Territorium existentes in sententia dictorum non exercent Iurisdictionem contentiosam.*

9 *Iurisdictio contentiosa iuxta Doctrinam Accursij est illa, qua in inuitum exercetur.*

10 *Iurisdictio contentiosa non exercetur præcisè in inuitum, sed Iurisdictio contentiosa est illa, quæ præterquam quod exercetur in inuitum, indiget testibus, citatione, vel alia iuris solemnitate.*

11 *Iurisdictio quando pendet solum à voluntate obligantis non contentiosa, sed potius voluntaria dicetur.*

12 *Quæ ad legum impositionem sunt necessaria, non possunt exerceri extra Territorium, at secus dicendum est de legis obligatione.*

13 *Lex vel statutum afficit immediatè Territorium, eique cohæret, & idcirco neminem ligat existentem extra Territorium; sententia vero vel præceptum immediatè afficit personas subiectas, eisque cohæret, & idcirco eas ligat quocumque iuerint.*

14 *Ciues, & Diœcesani non possunt ligari extra Territorium sententiis, vel præceptis, nisi duobus copulatiuè concurrentibus hoc est delictum commissum in Territorio, & notitia præcepti ante egressum à Territorio.*

OBiicies, si hoc esset, sequeretur, posse legislatorem non supremũ ferre etiã legem, ne quis è suis subditis aliquid extra territoriũ suum exerceat, v.g. posse Episcopum ferre etiam legem, vel statutum ne vllus è suis clericis sine speciali ipsius licentia monasteria accedat, vel cum Monialibus loquatur, etiamsi monasteria extra diœcesim sua sint; quia dici potest, quod tale delictũ sit aduersùs dignitatem, & decentiã status clericalis huius Episcopatus; quã dignitatem, & decentiam per dictã legem, vel statutum intendit Episcopus præcauere. Et fauet *l. Mercatores, C. de commerciis, & mercatoribus*, quatenus ibi prohibentur ciues Romani habere commercium cum Persis: fauet etiam *l. fin. ff. de decret. ab ordine faciend.* quatenus ibi cauetur, ne extra municipium eat quis ad commercia; ex quibus iuribus videtur, quod possint lege municipali subditis prohiberi quædam actiones, quæ cedere videantur in damnum municipii; & ita expressè docent Bartol. *in l. cunctos populos, C. de Summa Trinit.* Azor. *to. 1. lib. 5. c. 25. q. 4.* & Salas *de legib. disp. 4. sect. 6. n. 86.*

Respondetur, distinguo sequelam antecedentis; si actio per legem, vel statutum prohibita, & extra territorium exercita, cedat in damnum, & iniuriam Reipubl. à qua prohibetur specialiter (vti cõtingit in lege, vel statuto prohibente extractionem victualium, venditionem armorum exteris, & similia) concedo, lege, vel statuto tali ligari posse subditos, etiam extra territorium existentes si tamen in ea explicentur (quod dixi; quia sufficiẽter 1

debet explicari actio extra territorium facta,vt lege,vel statuto comprehendi censeatur)si actio per legem,vel statutum prohibita & extra territorium exercita,cedat in damnum , & iniuriam Reipubl. à qua prohibetur generaliter;quia scilicet non magis cedit in iniuriam illius , ac alterius Reipubl. (vt contingit in lege, vel statuto prohibente furtum,homicidium,stuprum, &c & vt contingit in lege,vel statuto prohibente clericis accessum ad monasteria,vel locutionem cum Monialibus;cùm hæc æquè sint contra dignitatem , & decentiam
2 status clericalis illius Reipubl. quæ tulit legem, ac alterius cuiuscúque Reipubl)nego, huiusmodi lege,vel statuto ligari posse subditos absentes, seu extra territorii existentes;alioquin omnis lex,omneq;statutum subditos extra territorii existentes posset ligare,cùm omnis lex,omneq; statutũ bonũ Cómunitatis respiciat;& de violante dici posset,
3 quod iniuriã,& damnum Reipubl.inferat in bonis fortunæ,vel in bonis famæ,quod videtur esse cõtra textum *in c.vt animarum de constitut.in 6.*vbi dicitur: *Ius dicenti extra territorium non paretur impunè*: quem textum,licet Bartol.*in l.1.Cod.de Summa Trin.n.45.& seq* explicet,in casu,quo legislator absolutè ferat legem,& non explicet,an extra territorium velit illã extendere;quod tunc scilicet illa ad territorium restringatur;secùs si legislator expresserit,vt lex extra territorii procedat,quia tunc (inquit idem Bartolus)subditos,etiam extra territorium existentes,ligat:contrarium tamen docent
4 communiter alij apud Nauarrum *c.17.n.272.* Couar.*cap.alma,1 part.§.10. nu.3.*& Suar.*tom.5.in 3. part.disp 5.sect.5.num.17.& lib 3. de legib. cap. 32. num.4.*scilicet quod nullus Iudex extra suum territorium possit ius dicere,& si attentet dicere,impunè,id est,sine delicto,& punitionis merito possint ei subditi non parere. Quod saltem intelligi debet,si lex, vel statutum non cedat specialiter in damnum Reipubl.legem,vel statutum ferentis,vel si simus in casu præter casus supra exceptos. Itaque si lex , vel statutum non cedit specialiter in damnum Reipubl.statuentis , vel si sumus in casu præter casus supra exceptos,extra territorium subditos non ligat ob rationem dictam. Sic communiter Doctores ex cit. cap. *vt animarum* , vbi non attenditur factum,sed potentia:redditur enim ibi ratio, quare existentes extra territorium statutis suorum Episcoporum nõ ligentur & dicitur;quia ius dicenti extra territorium non paretur impunè,quod saltem,vti dicebam,intelligi debet,vt su-
5 pra.Quamuis non desint,qui simpliciter doceant oppositum,posse scilicet etiã lege,vel statuto qualicumque ligari subditos delinquentes in alieno territorio,& sic posse etiam per legem , vel statutum sub excommunicatione ipso facto incurrenda prohiberi subditis, vbicunque sint ne furtum,
6 homicidium,vel aliud delictum committant.Mouentur ex eo;quia possunt hæc prohiberi per sententiam,& generale præceptum, vt ex non improbabili sententia docent Suar.*3.part.tom.5.disp 5. sect.5* & nos admittebamus *suprà dubit.1.sect.4.*Ergo & prohiberi etiam poterunt per legem , & statutum. Consequentia probatur quia qui imponit per sententiam,& generale præceptum , ius dicit, sicut & qui imponit per legem , & statutum ; ergo si per sententiam , & generale præceptum potest dicere ius in existentes in alieno territorio, poterit etiam & per legem & statutum dicere ius in eosdem:non enim est maior ratio de vno,quàm de altero ; cùm vtrumque tam scilicet sententia, & generale præceptum,quàm lex, & statutum ob bonum territorij feratur.

Accedit , quod nullum inconueniens sequitur 7
ex eo,quod existentes extra territorium ligentur lege,vel statuto potius , quàm quod ligentur sententia,vel præcepto generali,cùm ex hoc non infringatur specialiter iurisdictio Iudicis , in cuius 8
territorio delictum committitur.siquidem in eius territorio nullum actum iurisdictionis contentiosæ legislator exercet:nam ibi reum non citat,neq; comprehendit,neque punit punitione,quæ secum delictum non trahat , quæque præcepto imponi non possit Et si obiicias cõtra istos Doctores,quod exerceret iurisdictionem contentiosam extra territorium legislator imponendo legem extra territorium;cùm iurisdictio contentiosa (vt dixit Accurs.communiter receptus *in l.2.ff.de officio Proconsulis*) non sit,nisi illa, quæ in inuitum exercetur; 9
& cùm ex alio capite semper censeatur quis inuitus sustinere obligationem legis sibi impositam. Respondent negando iurisdictionem contentio- 10
sam esse illam,quæ exercetur præcisè in inuitum; alioquin in nullo casu,neque sententia , vel præcepto generali existentes extra territorium ligari possent;cùm in omni casu , etiam obligatio sententiæ,& præcepti generalis,sicut & legis vel statuti censeatur adstringere inuitum:sed iurisdictionem contentiosam esse illam , quæ præterquam quod exercetur in inuitum,indiget testibus, citatione,vel alia iuris solemnitate;& sic, quando so- 12
lum à voluntate obligantis pendet, non contentiosam,sed potius voluntariam iurisdictionem dicendam esse;præsertim cùm aliud sit,legem,vel statutum imponere,& aliud,lege, vel statuto obligare,siquidem omnia,quæ ad legis,vel statuti impo- 13
sitionem necessaria sunt,extra territorium exerceri non possunt,cùm extra territorium promulgari non possint:at obligatio,quæ est effectus ipsius legis,vel statuti,extra territorium esse potest, cùm insensibiliter sine strepitu iudicij personas afficiat. Itaque in istorum Doctorum sententia in omni casu , quo potest subditis extra territorium existentibus imponi sententia,& præceptum generale, poterit etiam imponi lex , & statutum ; & in omni casu , quo non potest imponi lex, & statutum,neque imponi poterit sententia , & præceptũ generale.Sic Salas *de legib.disp.14. sect. 7. num. 90.* & Basilius Pontius *de matrim.lib.5.cap.7.§.2. num.* 19.vbi propterea ait,& forsan verè , nullam differentiam esse in excommunicatione lata per sententiam,vel per modum statuti.

Sed ad istorum Doctorum rationem facilè 15
respondetur , si dicatur : transeat antecedens : ac nego consequentiam ; & disparitas est ; quia lex,vel statutum afficit immediatè territorium, eique cohæret; & idcircò neminem ligat existentem extra territorium : sententia verò , vel præceptum immediatè afficit personas subiectas, eisque cohæret,& idcircò eas ligat , quocumque iuerint , vt patet ex iis , quæ dicebantur *suprà cit. dubit. 1. sect. 1.& sect. 4.* Quod , si dispari- 14
tas hæc non subsistit (quod & ego puto probabilius) dicendum est , ciues , & diœcesanos existentes extra territorium non posse ligari neque legibus,vel præceptis,neque etiam sententiis, vel præceptis sui superioris,nisi hæc respiciant delictum in territorio commissum,iuxta ea, quæ dicebam supra ; & nisi lex , vel statutum , sententia, vel præceptum eis notificetur ante egressum à territorio,vel post egressum cum consensu Epi-

scopi

scopi territorii illius, in quo ipsi existunt, iuxta ea, quæ dicebam *sect. 1. in fine*, præsertim cùm iurisdictio contentiosa ex probabiliori opinione Doctorum sit illa, quæ præcisè exercetur in inuitum, vt dixit Accursius communiter receptus *in dict. l. 2. ff. de off. Proconsulis.*

DVBITATIO IV.

An ciues & diœcesani subdantur pœnis si similiter existant extra territorium in quo delictum commissum est?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ciues, & Diœcesani extra Territorium existentes si legibus, vel statutis, & sententiis, vel præceptis subdi possint, subdi possunt etiam pœnis, & censuris. Valet etiam argumentum a contrario.*

2 & 3. *Censura si lata sit contra vulnerantes, occidentes, deflorantes non incurritur si actus consumetur in in alieno Territorio, vbi non est censura, licet ibi fuerit inchoatus.*

4 *Censura lata contra occidentes in Ecclesia ligat occisorem, qui cum sit in Ecclesia occidit existentem extra ipsum.*

5 *Censura incurritur ab eo, qui letaliter vulnerat in diœcesi vbi homicidium est prohibitum sub censura, etiam si sic vulneratus extra propriam diœcesim moriatur, & quare id procedat.*

6 *Homicida non potest conueniri pro homicidio in alieno Territorio vbi mors fuit secuta, cum in eo nullum delictum commiserit, quia in homicidio attenditur actio exterior, à quo prouenit, non autem mors ipsa.*

7 *Censura, si qua lata sit ab Episcopo contra deferentes frumentum extra diœcesim, incurritur ab eo statim ac defert, quia actio, qua defertur consummatur intra, licet terminus actionis sit extra.*

8 *Ciues, & Diœcesani extra Territorium existentes pœna non subduntur, si ipsa requirat Iudicis executionem.*

9 *Nullus Iudex extra Territorium potest pœnã imponere, cum sit actus Iurisdictionis contentiosa.*

10 *Iudex loci commissi delicti, & Iudex loci in quo delictum est inchoatum, si Reus ibi habeat domicilium potest pœnam imponere, & Reum punire.*

1 RESPONDETVR, & dico primò, si pœna non requirat Iudicis executionem, sed ipso facto contrahatur, vel contingit in censuris ipso iure latis, dicendum est de pœna idem, quod de legibus, vel statutis, & de sententiis, vel præceptis dictum est, scilicet eos, qui extra territorium existentes legibus, vel statutis, & sententiis, vel præceptis subdi possunt, etiam subdi posse cẽsuris; & è contra eos qui extra territorium existẽ-
2 tes non subduntur legibus vel statutis, & sententiis, vel præceptis, neque subdi posse censuris per legem, vel præceptum impositis Ratio; quia cùm censura sit pœna transgressionis legis, vel præcepti, vbi non est transgressio legis vel præcepti, non potest esse impositio pœnæ.

3 An autem, si quis existens in territorio proprio delictum inchoet, & in alieno consummet, verbi gratia in illo incipiat vulnerare, & in isto insequendo occidat, vel ex illo per sclopum, vel sagittam in isto interficiat, vel in illo seducat puellam per tactus, oscula, & raptum, & extrahendo in isto violet, incurrat censuram in territorio proprio interfectioni, vel puellæ violationi ipso facto impositam?

Respondetur negatiuè; quia censura non est 4
impositа ob delicti inchoationem, sed consummationem; quæ est extra territorium, & sic extra iurisdictionem Iudicis legem imponentis ergo, &c. Confirmatur, quia si feratur censura contra occidentes in Ecclesia, is qui intra Ecclesiam existens proiiceret sclopum, vel sagittam, qua hominem extra Ecclesiam existentem occideret, reuera censuram illam non incurreret, etiamsi homicidium fuerit intra Ecclesiam inchoatum, ergo sic, &c. Ita dicebam *supra subi. 1. sect. 2. & lib de Parlamentis Dub. 4. sect. 19. subsect. 31. per totam*; & docent Sãu. *ver. excommunicatio, 2. num. 8.* Angel. *vbi. num. 10.* Salas *de legib. & fo. 15. sect. 5. numer. 71.* Diana *par. 5. tract. 9. resol. 31.* Gordonus *in sum. tom. 1. lib. 7. cap. 2. §. 3. num. 54* Cornejus *in 3. par. tract. 5. de censuris in genere, disp. 6. dub. 2.* & Suar. *de censur. tom. 5. disp. 5. sect. 4. num. 8. & 9. & de legib. lib. 3. c. 32. nu. 5. & 6.* quidquid in contrarium dixerit Vgolinus *lib. de censur. tab. 1. c. 9. §. 3. n fin.*

Obiicies, si hoc esset, sequeretur, quod qui alte- 5
rum vulnerauit lethaliter in propria diœcesi, vbi homicidium est prohibitũ sub censura, nõ incurreret censuram, si sic vulneratus extra propriam diœcesim moriatur, quod videtur falsum, ergo.

Respondetur, nego sequelam antecedentis, quia probabilius est, sic vulnerantem incurrere censuram; quia quamuis homicidium sit consummatum extra territorium, quantum ad vltimum eius effectum, qui est mors, tamen tota actio exterior, à qua mors prouenit, scilicet vulnus lethale, causata fuit intra territorium, ratione cuius dici potest, homicidium fuisse consummatum intra territorium, quantum ad totam actionem, ex qua mors secuta fuit. Quod inde confirmatur; quia iste vulnerans, 6
seu homicida non potest conueniri pro homicidio in alieno territorio, vbi mors fuit secuta, cùm in eo nullum delictum cõmiserit, ex quo sequitur, quod accusari debeat in proprio territorio, non solum ratione vulneris illati, sed etiam ratione homicidii secuti. Vide Sayrum *de censuris lib. 1. cap. 6. n. 41.* & Villalob. *in sum. to. 1. tract. 15. diffic. 16. n. 4.*

Obiicies secundò, sequeretur, quod non posset 7
Episcopus prohibere sub censura, ne triticum v.g. extra diœcesim deferatur, aut ne sacerdos subditus in aliena diœcesi celebret; cùm huiusmodi delicta consummari non possint, nisi extra diœcesim, vbi talem censuram incurrere non possunt, ergo.

Respondetur, nego etiam sequelam antecedentis; quia delictum deferendi triticum extra diœcesim quoad actionem, qua defertur, consummatur etiã intra diœcesim, quamuis quantum ad terminũ extraordinariũ consummatur in aliena. Et idẽ dicunt Suarez *de censur. disp. 5. sect. 4.* & Cornelio *in 3. par. tr. 5. de cens. in genere disp 6. dub. 2.* ad illud de sacerdote, cui Episcopus sub censura prohibuit celebrare extra diœcesim, quia cum hæc prohibitio sit expensio quædam personalis imposita sacer-

loci intra propriam diœcesim pro diœcesi aliena, non incurritur de novo à Sacerdote, quando existit in aliena diœcesi, sed eam secum defert, vel deferre censetur, quando à propria diœcesi exiuit; quamuis quoad hoc sit oppositum probabilius iuxta ea, quæ dicebantur *supra dubit. 1. sect. 4.*

8 Dico secundò, si pœna requirat Iudicis executionem ciues,& Diœcesani extra territorium existentes pœnæ non subduntur,seu pœnam non in-
9 curruntur,quia nullus Iudex extra territorium potest pœnam imponere,cùm sit actus iurisdictionis contentiosæ,siue imponatur ob delictum inchoatum,siue ob consummatum.

10 Quisnam autem Iudex eam imponere, & sic Reum punire,possit,Iudex scilicet loci,in quo delictum est inchoatum,vel loci,in quo est consummatum?

Respondetur ex communi sententia Doctorum, quod eam imponere,& sic Reum punire,possit Iudex loci,in quo delictum est consummatum,etiàsi ibi Reus domicilium non habeat. Ratio;quia verè ibi delictum est commissum, & sic verè læsum illud territorium, ergo Iudex illius potest iniuriam sibi factam vindicare, atque adeo Reum punire.Ex communi sententia Doctorum etiam eam imponere,& sic Reum punire potest etiam Iudex loci, in quo delictum est inchoatum, si Reus ibi domicilium habeat,punire,inquam,pœna non solum debita delicto attentato, sed etiam debita delicto consummato,quia ratione domicilij Reus est subditus Iudici domiciliario.

SECTIO II.

An,si Reus non subdatur Iudici loci,in quo delictum est attentatum, nisi solum ob attentationem delicti,quod tamen alibi est consummatum, possit talis Iudex Reum punire ob delictum alibi consummatum?

SVMMARIVM

1 *Iudex loci in quo delictum est attentatum, sed alibi consumatum potest Reum sibi non subditum punire etiam pro dicta consummatione.* contra Alexandrum post alios.

2 *Delictum vbi est inchoatum, ibi reputatur etiam consummatum.*

3 *Delicti inchoatio,& consumatio, vt potè tanquam via, & finis inter se connexè vnum delictum censeri debent in vtroque loco factum, & sic in vtroque loco æque punibile.*

4 *Delicto inchoato non imponitur ea pœna,quæ debetur delicto consummato.*

5 *Iudex potest punire Reũ solum ob iniuriã sibi illatã.*

6 *Mandans aliquem occidi in vno Territorio,si in alio occidatur à Mandatario,non potest in loco mandati puniri pœna debita occisioni, si mandato, talis pœna ibi non est imposita.*

7 *Contrarium videtur probabilius, quia obligatio in mandante non oritur ex mandato, sed ex delicto secuto ex mandato.*

8 *Delictum inchoatum in vno Territorio licet physice non censeatur ibi consummatum,secus tamen est moraliter.*

9 *Mandans,& Mandatarius de delicto alibi consummato non improbabiliter in sententia Farinacii puniri possunt in loco mandati.*

4 *Iudex mandati non tenetur remittere Reum ad Iudicem delicti consummati, licet etiam petatur, sed debet tantum consulere Principem.*

Respondetur etiam ex communi sententia Doctorum,posse Iudicem loci, in quo delictum est inchoatum,punire consummationem illius.Ita Bart.*in l. dominium,ff. de furtis*,Bald.*in l. si quis, Cod. de Episc.& cleric.num.* 3.Marsilius *in l. vnic. Cod. de raptu virgin.*Felin.*in cap. fin. de foro compet.num.* 13. Abb. *in cap. postulasti, eodem tit. num.* 25. Suar. *de censur.disp.* 5. *sect.* 4.*num.* 8. & 9. Salas *de leg.b. disp.* 14.*sect.* 5.*num.* 72.Gordonus *in sum.tom.* 2.*lib.* 7. *cap.* 2.§. 3.*num.* 34.Diana *part.* 5.*tract.* 9.*resol.* 33.& Farinac *lib.* 1.*praxis,tit.* 1.*q.* 7.*num.* 45. contra complures tamen Doctores, quos citat, & sequitur Alex. *conf.* 75.*n.* 6.*volum.* 3.Probatur; quia iure introductum est,vt vtrique Iudici delictum integrè subderetur,ne delicta restarent impunita,sed exactius punirentur,*argum.l.* 1.*Cod. vbi de crimine agi oportet,* ibi:*Commissa, vel inchoata sint.* Accedit, quòd cùm delicti inchoatio coniuncta sit consummationi, vbi delictum est inchoatum, ibi reputatur etiam consummatum; & non immeritò;quia delicti inchoatio,& consummatio,vtpotè tanquam via, & finis inter se connexæ,vnum delictum censeri debent in vtroque loco factum,& sic in vtroque loco æquè punibile.

Obiicies,aliud est inchoare,seu attentare delictum, & aliud est delictum consummare; quapropter sæpe delicto inchoato,seu attentato non imponitur ea pœna,quæ imponitur delicto consummato(sicuti *supra* dicebam *de censura*, quin & lib. de Parlament.*Dubit.*4.*sect.* 19.*subsect.* 31.*per totam.* probabam cẽsuram impositam censeri iure nõ debere in dubio,nisi ad delictum consummatũ(ergo si delictũ est extra territoriũ,seu iurisdictionẽ Iudicis A.nõ poterit Iudex A.ob illius cõsummationem Reum punire;quia solum potest illum punire ob iniuriam sibi illatam,sed non accepit iniuriã per delictum in suo territorio prout consummatum,sed tantum prout inchoatum,seu attentatũ, ergo solum poterit punire inchoationem, seu attentationem delicti non autem consummationem illius.Accedit,quod si tu mandares alicui Petrum occidere,& Petrus à mandatario in alio territorio ab illo,in quo tu mandasti,occidatur ,non potes, secundùm communiorem opinionem Doctorum in loco mandati puniri pœna debita occisioni,si mandato talis pœna ibi non est imposita, sed es remittendus ad Iudicem loci,in quo occisio facta est,vti docent Abb.*in cit. cap. fin. de foro compet.* Clarus *in pract. q.* 38.*vers. item quæro*,& alij multi,quos citat Farinac. *loc. supra. cit. numer.* 47. (etsi ipse rotaliter non assentiatur) quia obligatio in mandante non oritur ex mandato, sed ex delicto secuto ex mandato. At etiam obligatio delicti vt homicidij,stupri,&c.non oritur ex inchoatione seu attentatione delicti,sed oritur ex huiusmodi delictis in re executis;ergo non poterit Reus puniri in loco inchoationis,seu attentationis delicti ob delictum alibi consummatum.

Respondetur,quod cùm ex dictis delicti inchoatione,seu attentatione paretur via ad consummationem , consummatio , licet physicè sit in alio territorio , moraliter tamen iure censetur esse in eodem territorio , & sic æquè ibi punibilis ; cùm esto,territorium non lædatur consummatione,ius tamen potuerit ratione inchoationis delicti Iudici talis territorij subdere Reũ puniendũ quoad totum

torum delictum; quo modo fortè similiter non
9 subdidit mandantem: etsi non improbabiliter putet Farinacius, mandantem, & mandatarium de delicto alibi consummato puniri posse in loco
10 mandati, neque Iudicem mandati, etiamsi petatur, obligatum esse remittere Reum ad Iudicem delicti consummati, sed debere tantum consulere Principem.

DVBITATIO V.

An ciues, & diœcesani citari possint, si existant extra territorium?

SVMMARIVM.

1 *Ciues, & Diœcesani non possunt citari extra Territorium.*
2 *Superior quoad Iurisdictionem contentiosam extra suum Territorium habetur tanquam priuata Persona.*
3 *Iurisdictio coheret Territorio.*
4 *Citatio quomodocumque consideretur, semper est actus iudicialis.*
5 *Citatio est fundamentum Iudicij actus, & actus Iurisdictionis.*
6 *Episcopus potest excommunicare sibi subditum extra Territorium pro crimine commisso in Territorio, quia excommunicatio exercetur sine strepitu iudiciali. Secus die de citatione.*
7 *Censura non tenet, nisi praecedat aliqua specialis iuris monitio, & citatio, qua, absente Reo per fraudē, satis est fieri Domi, seu in publico loco.*
8 *Citatio sine causa cognitione censeri potest actus voluntaria Iurisdictionis.*
9 *Episcopus potest exercere etiam Iurisdictionem contentiosam extra suam Diœcesim, quando causa cognitio non vertitur, & effectus intra suam Diœcesim confertur.*
10 *Episcopus extra suum Territorium non potest exercere Iurisdictionem voluntariam, quando requiritur alterius citatio.*
11 *Citatio dari non potest in aliena Diœcesi sine illius Episcopi licentia.*
12 *Episcopi omnes subsunt eidem superiori, hoc est Romano Pontifici.*
13 *Si duo Territoria subsint vni superiori, tunc potest vnus Iudex citare Reum in Territorio alterius, ex permissione Principis superioris.*
14 *Iudices loci delicti mittere debent litteras ad Magistratus locorum in quibus Rei consistunt ad eos citandos, & ita seruatur in praxi.*
15 *Episcopus in doctrina Bartoli tunc solum potest citare sibi subditum existentem in altero Territorio, quando dicta Territoria sunt eidem subiecta, secus si Diœceses sint distinctæ.*
16 *Iudex potest citare sibi subditum ratione contractus existentem in alieno Territorio, secus est ratione delicti.*
17 *Citatio, quæ fit ratione contractus non afficit immediate Personam, sed bona, at ratione delicti immediate afficit Personam.*
18 *Auctoritate Iudicis contractus videtur facta citatio, quando mediantibus literis deprecatoriis ea fit per Iudicem, in cuius Territorio citandus degit.*
19 *Sententia quod non possit Iudex citare subditum suum existentem in Territorio alterius in-*
consulto Iudice talis Territorij limitatur primo nisi sit priuilegium in contrarium.
20 *Limitatur secundo nisi sit consuetudo in contrarium.*
21 *Limitatur tertio quoad Prælatos Religionum, siue supremos vt Generales, & Prouinciales, siue Infimos, vt Abbates, Præpositos, Priores, vel Guardianos.*
22 *Prælati Religionum respectu suorum subditorum Regularium censentur habere totum orbem pro territorio & vbique possunt capere suos subditos etiam nō implorato auxilio brachij secularis siue Episcopi, secus est vbi Prælati Religionum iurisdictionem cum Territorio habent.*

RESPONDETVR negatiuè, & probatur, 1
quia citare aliquem, est exercere iurisdictionem, ergo ciues, & diœcesani non possunt citari extra territorium. Consequentia probatur; quia non potest exerceri iurisdictio extra territorium, seu in alieno territorio, vt constat ex dictis; ex *cap. fin. de constitut. cap. Episcopum, 2. quæst. 2. l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudic. & ex Clement. 1. de foro compet. iuncta gloss.* Et ratio est; quia habetur pro priuata persona quoad 2
iurisdictionem contentiosam superior extra suum territorium, *l. 2. de offic. Pro cons.* & *l. fin de offic. Prætor.* & meritò, quia iurisdictio cohæret territorio, *l. fin, Cod. vbi*, & apud quos. & ibi cōmuniter Doctores, & præcipuè Bartolus. Antecedens probatur; 4
quia citatio, siue cōsideretur, quatenus pronūciatur à Iudice in proprio territorio, siue quatenus intimatur à nūcio in alieno territorio, semper est actus iudicialis, siquidē tam pronūciatio mandati, quàm eius promulgatio, & intimatio pertinet ad actū iudicialē: quapropter Doctores tradūt, quod citatio sit fundamentum iudicij, & quod si actus, 5
& vsus iurisdictionis, vt videre est apud Giurbam *consil. 89. n. 12.* Correā de immunitate Ecclesiastica *par. 2. nu. 17.* & habetur *in l. cùm clericus, & l. omnes, Cod. de Episc. & cleric.* Vnde in Clement. pastoralis, *de sent. & re iudic.* expressè determinatur, quod Iudex nō possit citare quempiā in alieno territorio, & docēt Doctores, quos citat, & sequitur Couar. *pract. qq. c. 10. n. 7.* Clar. *lib. 5. q. 31. num. 9.* Follerius *in prax. crim. par. 1. secunda pars rubr.* vel cos verbaliter citari, Scaccia *de indic. libr. 1. cap. 40. numer. 6.* Rebuff. *in rubr. de literis requisit. numer. 4. & seqq.* Petr. Barbosa *in l. hæres absens, §. 1. ff. de indic. numer. 84.* Carneualius *tom. 1. de iudiciis, lib. 1. tit. 1. disp. 2. n. 11.* Riccius *par. 2. decis. 28. nu. 11.* Correa loco supra cit. Nouarius *de grauaminib. Vasallorum to. 1. grauam. 285. n. 3.* Cornejo *in 3 par. S. Th. tract. 5. de censuris in genere, disp. 6. sub. 2.* Auila *de censur. par. 2. cap. 3. disp. 2. dub. 2. concl. 3. & 4.* Megalius *in 3 par. lib. 1. cap. 3 num. 94.* & Hurtadus *de censuris in communi diff. 8.* qui subdunt esse hanc sententiam communem, & in praxi, vsuque receptam.

Obicies, potest subditus excommunicari à proprio Episcopo extra territorium pro crimine commisso intra territorium; ergo similiter poterit à proprio Episcopo citari, & moneri iudicialiter pro eodem delicto Consequentia probatur, quia vtrobique est par ratio, quin plus est excommunicari, quàm citari.

Respondetur (vt omittam Gabrielem *in 4. dist.* 6
28 quæst. 2. concl. 6. & Pontium *de matrimon. lib. 5. c. 7. n. 10.* non omninò improbabiliter tenere, quod Episcopus non possit excommunicare subditū suū existentem in alieno territorio, etiam pro delicto

commisso in proprio territorio, sicuti notabam *suprà dubit.* 3.) disparitas est; quia excommunicatio exercetur sine strepitu iudiciali, & sine actu corporali exercito intra alienum territorium; siquidem illa secum trahit effectum suum: at secus citatio iudicialis.

7 Instabis, censura non tenet, nisi præcedat aliqua specialis iuris monitio, & citatio, ergo vel non potest Episcopus subditum existentem extra territorium pro delicto in proprio territorio commisso excommunicare, si non potest eum ibi citare, & monere; vel si potest excommunicare, necessariò poterit citare.

Respondetur, disparitas est; quia subditus, qui post delictum commissum malitiosè fugit extra territorium suum, dolosè impedit, ne à proprio superiore in sua propria persona citetur, & moneatur: quapropter, cùm dolus, & fraus nemini patrocinari debeat, satis est, quod in propria domo (quam intra territorium subditus habet) aut in loco publico eiusdem territorij citetur. & in eo censura proferatur, & promulgetur.

Obiicies secundò, citatio non est actus iudicialis, ergo exerceri poterit à superiore in territorio alieno. consequentia patet: antecedens probatur: quia sic esse non omninò improbabile, annuebam suprà *dubit.* 1. *sect.* 4. *n.* 6. *&* tenent Abb. *in c. licet, de foro compet. num.* 41. Ancharanus *in cap. cùm contingat, de foro compet. n.* 41. Bossius *tit. de citatione, num.* 20. & Cochier *de iurisdict. part.* 4. *quæst.* 109. *num.* 10. Vnde Tuschus *lit. T. concl.* 546. *num.* 5. & Giurba *consil.* 32. *num.* 7. dixerunt, quod citatio sine causæ cognitione, vt est in casu nostro, censeri possit

8 actus voluntariæ iurisdictionis, quam Episcopus exercere potest in aliena diœcesi, vt tradit *glossa* 1. *in l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic.* Accedit, quod, vt notauit Gonzales *in regul.* 8. *Cancellar. glossa* 62. *num.* 11. Gratianus *in discept. forens. tom.* 2. *cap.* 127.

9 *num.* 8. & Barbosa *de potest. Episc. part.* 2. *allegat.* 6. *n.* 11. potest Episcopus exercere etiam iurisdictionē contentiosam extra suam diœcesim, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus intra suam diœcesim confertur. Vnde Vgolinus *de censuris c.* 27. *tab.* 1. §. 1. *num.* 4. vniuersim dixit, quod vbi causæ cognitio non adhibetur, nec pro tribunali sedetur, ac propterea alienum territorium non lædit, extra diœcesim possit iurisdictio exerceri; quod vtique est in casu nostro, cùm nulla adsit cognitio causæ in alieno territorio, & effectus dictæ citationis conferatur in diœcesim Episcopi citantis; ergo, &c.

10 Respondetur, nego antecedens; quia contrarium est multò probabilius, vt patet ex dictis. Vnde, licet Episcopus possit extra suum territorium exercere illa, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ, sicuti docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Gratianus *in discept. forens. tom.* 2. *c.* 127. *num.* 1, fallit tamen in casibus, in quibus ad exercendam iurisdictionem voluntariam requiritur alterius citatio, sicuti docent Alex. *consil.* 67. *numer.* 8. *volum.* 1. Petra *de potest. Principis,*

11 *cap.* 32. *numer.* 39. *&* 40. & idem Gratianus *ibid. numer.* 10. *&* 12. quatenus ait, citationem dari non posse in aliena diœcesi sine illius Episcopi licentia.

12 Obiicies tertiò, omnes Episcopi subsunt eidem superiori, scilicet Summo Pontifici, ergo videtur, quod vnus Episcopus possit citare subditum existentem in diœcesi alterius Episcopi, vt in terminis obseruat Scaccia *de iudic. lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 4. & probatur ex doctrina Bartoli *in l.* 1. §. 1. *numer.* 3. *ff. de requirendis Reis*, Cyni, Castrensis, Angeli, Alexandri, & aliorum apud Carneualium *de iudiciis, tom.* 1. *lib.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *q.* 2. *n.* 20. asserentium, quod quando duo territoria subsunt vni superiori, tunc possit vnus Iudex citare Reum 13 in territorio alterius: quia in tali casu Princeps superior videtur permittere, & auctoritatem præbere, quod vnus Iudex citet Reum in territorio alieno.

Respondetur, nego consequentiam; quin retorquetur argumentum; quia *in cit. l.* 1. §. *Præsides, ff. de requirendis Reis*, decernitur, quod Iudices loci delicti mittant litteras ad magistratus locorum, vbi Rei consistunt, ad eos citandos, & *in* §. *Si quis verò* Auth. *vt nulli Iudicum, collat.* 9. ex quo desumpta est Auth. *si verò criminis, Cod. ad leg. Iuliam de adult. requiritur* epistola publica, scilicet deprecatoria, missa ad Iudicem loci, vbi Reus degit, quod Reus citari possit, & tamen tunc temporis erant subiectæ Imperio Romano omnes Orbis prouinciæ, in quibus ius ciuile seruabatur. Accedit, quod ita hodie etiam in praxi seruetur, sicuti testatur Scaccia, Clarus, & Carneualius *in locis suprà cit.* Accedit secundò, quod qui sequun- 15 tur Doctrinam Bartoli supra adductam nonnulli ex iis docent, illam procedere solum, quando territoria sunt subiecta eidem Episcopo, secùs, si diœceses sint distinctæ; quia in tali casu tenent, quod Episcopus nō possit citare suum subditum existētem in diœcesi aliena sine licentia Episcopi talis diœcesis. Sic Auila *de censur. par.* 2. *cap.* 3. *disp.* 2. *dub.* 2. *concl.* 4. & alij.

Obiicies quartò, *in cap. Romana*, §. *contrahentes*, 16 *de foro compet. in* 6. significatur, quod Iudex possit sibi subditum ratione contractus citare in alieno territorio auctoritate propria, & sine interuentu Iudicis territorij, ibi: *Si eorum auctoritate citati*, ergo.

Respondetur, transeat citare posse ratione con- 17 tractus: at nego citare posse ratione delicti; & disparitas est; quia citatio, quæ fit ratione contractus, non afficit immediatè personam, sed rem, scilicet eius bona; & sic transeat, quod tunc citatio fieri possit de vno Episcopatu ad alterum: at verò citatio ratione delicti immediatè afficit personam: quapropter dispar est ratio inter vnum & alterum casum. Sic Auila *loc. cit.* At quoniam probabilius est, in vniuersum extra territorium citare non posse; propterea Respondetur secundò 18 melius, quod auctoritate Iudicis contractus videtur facta citatio, quando mediantibus literis deprecatoriis ea fit per illum Iudicem, in cuius territorio citandus degit; quia tunc videtur iussu requirentis facta dicta citatio, *ex l. à diuo Pio,* §. 1. *ff. de re iudicata*, & sic textus in *dicto c. Romana non pugnat cum nostra doctrina.* Vide Barbosam *in l. hæres absens,* §. 1. *ff. de iudic. n.* 91. & Carneualium *de iudiciis lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 2. *q.* 1. *n.* 30.

Ex dictis itaque habetur, quod non possit Iu- 19 dex citare subditum suum existentem in territorio alterius sine licentia Iudicis talis territorij, seu inconsulto Iudice talis territorij.

Limitatur tamen primò, nisi sit priuilegium in contrarium, Abb. *in cap. cùm contingat, de foro compet. num.* 3. Tassonus *in pragmat. de Aurifato ver.* 3. *obseruat.* 4. *n.* 209. Cochier, *de iurisdict. part.* 4. *q.* 109. *n.* 12. & Nouarius *de grauaminib. Vassallorum to.* 1. *grauam.* 285. *num.* 14.

Limitatur secundò, nisi similiter sit consue- 20

tudo

tudo in contrarium ; quia ſi poteſt quis per conſuetudinem præſcribere iuriſdictionem alterius, multo magis poterit per conſuetudinem præſcribere, quod poſſit propriam iuriſdictionem exercere in territorio alterius, & ſic quod poſſit ſubditos ſuos citare, & in eos iuriſdictionem exercere in territorio alieno. Surdus *conſil.* 465. *num.* 6. Gratian. *in diſcept. forenſ. to.* 2. *cap.* 227. *numer.* 12. & Vgolinus *de cenſur. c.* 17. *tab.* 1. §. 1. *n.* 5.

21 Limitatur tertiò, quoad Prælatos Religionum, ſiue ſupremos, vt Generales, & Prouinciales, ſiue infimos, vt Abbates, Præpoſitos, Priores, vel Guardianos, &c. quia poſſunt hi iuriſdictionem exercere circa ſubditos ſuos, citando, capiendo, excommunicando eos, in quocumque territorio fuerint; ſiquidem habent independenter à territorio immediatè iuriſdictionem in perſonas Religioſorum quapropter eorum iuriſdictio non finitur certis locis, ſed certis perſonis, quæ vbicumque ſint, eodē modo indepēdenter à territorio iis ſubiectę sūt, & eodē modo ab iis coērceri poſſunt. Cùm igitur Prælati Religionum non habeant territorium, vſus iuriſdictionis ipſorum non eſt alligatus territorio, & ſic illam exercere poſſunt in quocumque territorio, ex *l. cui iuriſdictio, ff. de iuriſdict. omn. Iudic.* vt etiam de Iudice arbitro habetur *in l. ſi cum*
22 *dies, ff. de arbitris.* Quapropter Prælati Religionum reſpectu ſuorum ſubditorum Regularium cenſentur habere totum orbem pro territorio, ita vt poſſint vbique illos citare, excommunicare, quin & capere, etiam non implorato brachio ſeculari, nec Epiſcopi implorato brachio. Sic Sayrus *de cenſur. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. Coninch *de ſacram. diſp.* 13. *dub.* 7. *num.* 64. Gordonus *in ſum. tomo* 1. *l. b.* 7. *cap.* 3. *q.* 2. §. 3. *num.* 32. & 38. Præpoſitus *in* 3. *par. S. Thom. q.* 1. *de cenſur. in communi Dub.* 5. *numero* 28. Villalob *in ſum. tomo* 1. *tractat.* 16. *diffic.* 16. *numero* 6. Cornejo *in* 3. *par. S. Thom. tractat.* 5. *de cenſuris in genere diſp.* 6. *Dubitat.* 2. §. *dico quintò*, & Vgolinus *de cenſur. cap.* 17. *tab.* 1. §. 1 *numero* 6. qui propterea ſubdit, hæc locum non habere, vbi Prælati Religionum iuriſdictionem cum territorio habent.

DVBITATIO VI.

An ciues, & diœceſani excommunicari poſſint ab Epiſcopo extra diœceſim, ſi res ſit adeò clara, vt non requirat cognitionem cauſæ?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus excommunicare poteſt ſibi ſubditum extra Diœceſim non improbabiliter quando res eſt adeo clara, vt non requirat cognitionem cauſæ, ſi tamen monitiones præmittat.*

2 *Contrarium eſt etiam probabile, quia ferre cenſuram eſt actus Iuriſdictionis contentioſæ.*

3 *In cap. nouit de officio legati non aliter ſaluatur cenſura interdicti à Legato contra Regem Francia lata, quam ex eo, quod nondum fuerat à terminis ſuæ legationis egreſſus.*

4 & 5. *Excommunicatus per ſtatutum, vel ſententiam generalem poteſt abſolui ab alio Epiſcopo, in cuius diœceſim contulit Domicilium, quod procedit etiam ſi, vbi cenſura lata eſt, ſit reſeruata, dummodo non ſit reſeruata in loco, in quo degit.*

6 *Excommunicatus per ſententiam particularem debet abſolui ab Epiſcopo, qui eam tulit, licet dem. Vaſquez poſſit abſolui ab alio Epiſcopo quando iam eſt ſub illius Iuriſdictione.*

7 *Philippus Faber hallucinatur aſſerens abſolutè Epiſcopum qui excommunicauit, ſolum poſſe in vniuerſum excommunicationis abſolutionem impertiri.*

RESPONDETVR, quod (licet Epiſcopus non poſſit extra diœceſim ſubditos ſuos excommunicare, ex dictis *ſupra dub.* 1. *ſect.* 1. & *ſeqq. ex c. Epiſcopum,* 9. *q.* 2. *iuncta gloſſ. quia*, ſicuti dicebam, iuriſdictio contentioſa, qualis eſt iuriſdictio ad excommunicandum, non poteſt exerceri in alieno territorio, *cap. nouit de off. delegati, & l.* 2. *de offic. Proconſ.*) tamen non improbabiliter poſſit, quando crimen eſt adeò clarum, vt non requirat cognitionem cauſæ, quia cum non requiritur cognitio cauſæ; ceſſat ratio prohibitionis; quod intellige, dummodo Epiſcopus monitiones præmittat. Sic Silu. & Nauar. quos citat, & ſequitur Auila *de cenſur. par.* 2. *cap.* 3. *Diſputat.* 2. *Dubitat.* 1. & Cornejo *in* 3. *par. S. Thom. tract.* 5. *de cenſuris in genere diſp.* 6. *Dubitat.* 2. *qu.* 1. 1

Quamuis contrarium ſit etiam probabile, & forſan probabilius ex eo, quia etiā in caſu tali verum 2
eſt, quod Epiſcopus in alieno territorio non habeat tribunal; & quia, quantumcumque cauſa ſit clara, ferre cenſuram eſt actus iuriſdictionis contentioſæ, quæ in alieno territorio non poteſt exerceri, *Clement. vnic. de foro compet. in princip.* quapropter Epiſcopus quoad talis iuriſdictionis exercitium eſt veluti quidam priuatus, poſtquam à diœceſi ſua egreſſus eſt, ita vt cenſura ab ipſo ibi lata ſit non ſolum illicita, ſed etiam nulla, & inualida, vt oſtendit gloſſa in *cap. nouit, de offic. legati, ver. terminos*, & colligitur ex ipſo textu, cùm ibi Pontifex non aliter ſaluet cenſuram interdicti à Legato contra Regem Franciæ latam, quàm ex eo, quod nondum fuerat à terminis ſuæ 3
legationis egreſſus. Vnde ſequitur, quod ſi iam eſſet ab illis egreſſus, cenſura illa nulla fuiſſet.

An autem excommunicatus ab vno Epiſcopo poſſit ab illo abſolui, etiamſi excommunicatus mutauerit domicilium, vel debeat abſolui ab Epiſcopo, cui tunc ſubditus eſt.

Reſponderur diſtinguendo: ſi ſit excommuni- 4
catus per ſtatutum, vel ſententiam generalē, poteſt abſolui ab alio Epiſcopo, in cuius diœceſim domicilium mutauit; quia cùm huiuſmodi excommunicatio non ſit particulatim reſeruata ei, à quo lata fuit, nihil refert, à quonam lata, vel vbi nam contracta fuerit; & ſic non eſt minus, vel magis reſeruata; quinimmò etiamſi talis excommunicatio ſit ibi reſeruata, ſed non ſit re- 5
ſeruata in diœceſi, in quam mutauit domicilium, poſſet talis, qui ſic mutauit domicilium, à quocumque abſolui; quia Epiſcopus vnius diœceſis per hoc quod aliquas cenſuras ſibi reſeruat in ſua diœceſi, non poteſt impedire, quin ſubditi alterius diœceſis poſſint in alia diœceſi à quocunque abſolui. Si verò ſit excommunicatus per ſententiam particularem, debet 6
abſolui ab Epiſcopo, qui eam tulit; quia talis excommunicatio huic eſt ſingulariter reſeruata;

siquidem est causa incœpta ab illo, & sic ad illum pertinet causæ, & litis consummatio. Sic Suarez *de censuris Disput.7.sect.2.num.* 19. & 20. Coninch *de Sacram. Disp.*14 *Dub.*16.*num.*258. Layman. *par.* 1.*tract.*5.*cap.*7.*numero* 4 & Præpositus *in* 3.*par.q.*1. *de censuris in communi, Dub.*14. *num.* 92. Quamuis Vasquez *Dub.*20.*num.*5 & Turrianus *de censur.lib.*2 *disp.*15 *Dub.*5. sentire videantur, quod & in hoc casu etiã absolui possit ab altero Episcopo quando iam est sub iurisdictione ipsius, & non aliter. At quidquid sit de hoc, illud tamen in vtraque 7 sententia sequitur, quod minus rectè doceat Philippus Faber *de censur.in* 4.*sent.dist.*25.*q.*1.*disp.*4.*cap.* 8.*num.*24. Episcopum, qui excommunicauit, solum posse in vniuersum excommunicationis absolutionem impertiri.

DVBITATIO VII.

An Episcopus in suos extra proprium territorium existentes possit saltem aliquid quoad ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio diuiditur in voluntariam, & contentiosam.*

2 *Ad contentiosam Iurisdictionem pertinet leges condere, præcipere, excommunicare, punire causas seu controuersias tam ciuiles, quam criminales definire.*

3 *Contentiosum à Partium contentione dicitur.*

4 *Voluntaria Iurisdictio versatur circa publica Potestatis exercitia, qualia sunt legitimare, dispensare, beneficia conferre, Sacramenta administrare, matrimoniis assistere & his similia.*

5 *Iudex potest in suos extra proprium Territorium existentes exercere omnia recensita spectantia ad voluntariam Iurisdictionem, sed ad vitandum scandalum non debet id publicè facere, sed tantum priuate.*

1 2 VPPONO, iurisdictionem diuidi in contentiosam, & voluntariam. Ad cõtentiosam pertinet leges condere præcipere, excommunicare, punire causas, seu controuersias, tam ciuiles, quàm criminales definire; quapropter postulat proprium tribunal, quod contentiosum à partium contentione dicitur, & exerceri potest etiam in inuitos. 3 Voluntaria verò iurisdictio versatur circa alia publicæ potestatis exercitia, qualia sunt legitimare, dispensare, beneficia conferre, Sacramenta ministrare, matrimoniis assistere (quamuis hic actus nõ nisi latè loquendo à iurisdictione proueniat, vt rectè dixit Sanch. *de matrimon.lib.*8.*disp.* 21.) & non exercetur nisi in volentes, vnde etiam nomen voluntariæ iurisdictionis accepit. His suppositis

Respondetur, quod (licet Iudex in suos extra proprium territorium existentes non possit exercere iurisdictionem contentiosam sine expresso, vel tacito consensu Iudicis proprij, ipsarum partium litigantium, cùm extra territorium ius dicẽti impunè non pareatur, *c.*2.*de Const.in* 6. & diffusè dicebam *supra*) possit tamen validè, & plerunque etiam licitè, exercere iurisdictionem voluntariam, dispensando v.g. cum subditis in eorum votis, & iuramentis, assistendo eorum matrimoniis, absoluendo à censuris, & peccatis; quia, cùm voluntaria iurisdictio nullum ordinarium iuris processum, neque Iudicem pro tribunali sedentem petat, nulla iniuria infertur Iudici, in cuius diœcesi sine ipsius licentia tales actus exercentur. Doctores communiter *in l.*2.*ff.de offic. Proconf.& in c. nouit, de offic. legati*, Silu.vet. *Confessor*, 1.*q.*14. Couar. 3.*resol.cap.*20. *num.*8. Suar. 3.*par.to.*4.*disp.*25.*sect.* 1. & Sanchez *de matrim.lib.*3.*disp.*19.*num.* 7. Quamuis ad vitandum scandalum, & confusionem non debeat quis voluntariæ iurisdictionis actus exercere publicè, quasi alienã iurisdictionem exercendo, sed fermè tantum priuatim, sicuti notauit Sanchez *loco sup.cit.* 5

SECTIO II.

An debeat Parochus in alterius Parochia subditorum suorum nuptias benedicere?

SVMMARIVM.

1 *Parochus non debet in alterius Parochia sine Parochi illius licentia subditorum suorum nuptias benedicere.*

EX dictis sequitur, quod non debeat Parochus 1 in alterius parochia sine Parochi illius licentia subditorum suorum nuptias benedicere. 2

SECTIO III.

An possit Episcopus in alterius diœcesi in proprios subditos actus Episcopales exercere?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest in alterius Diœcesi sine Ordinarij licentia in proprios subditos Episcopales actus exercere, cuiusmodi sunt Ordines, vel Confirmationis Sacramenta conferre.*

2 *Episcopus an possit in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij suis subditis primam tonsuram conferre, extant duæ opiniones pro affirmatiua, & negatiua, vtraque probabiles.*

SEquitur secundò, quod non sit permissum Epi- 1 scopo in alterius diœcesi sine Ordinarij licentia in proprios subditos Episcopales actus exercere, cuiusmodi sunt Ordines, vel Confirmationis sacramentum conferre. Couar. *sit.cap.*20.*n.*9. Henriq. *lib.*3.*cap.*6.*num.*6.*in Comment.lit. A. B.* & colligitur ex Tridentino *sess.*6.*cap.* 5.*de reformation.* adiuncta Cardinalium declaratione.

An autem neque permissum sit in aliena diœcesi sine licentia Ordinarij suis subditis primam tonsuram conferre?

Affirmant probababiliter Campanil. *in diuers.* 2 *iur.Canon.rubr.*6.*cap.*1. *numero* 2. Barbosa *de potest. Episcop.p.*1. 2. *allegat.* 6. *numero* 15. & Sanchez *in opusc.*

puſc.11.2.lib.7.cap.1.dub.50.num. 2. & cit.cap. 5. de reformat. vbi prohibetur Epiſcopo in aliena diœceſi Pontificalia exercere ſine Epiſcopi diœceſani licentia.

At negant etiam probabiliter Azor. *par.2.lib.3. cap.48.quæſt.10.5.* Molfeſius *in ſum tom.1.tract.2. cap. 2.numer.15.* Fornarius *de ſacram. Ordinu, cap.5.§.4. notab.4.* & Alzedus *in prax.Epiſc.par.1.cap. 5.nu.18.* quia *cit.cap.5.de reformat.* loquitur de Epiſcopo cõferente Ordines; & prima tonſura non eſt Ordo, ſed via, ſeu diſpoſitio ad ordines; & ſolet ſine Pontificalium exercitio conferri; cum ex alio capite odia ſint reſtringenda.

SECTIO IV.

An poſſit Epiſcopus in alterius Diœceſi in Pontificalibus ſacrificare?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus poteſt in aliena Diœceſi (ſi cluſa conſuetudine) ſine proprij Ordinarij licentia cum baculo, & mitra ſacrificare.*

2 *Archiepiſcopus in aliena Diœceſi pallio vti non poteſt, quia ſtrictior eſt vſus palij, quam Pontificalium.*

3 *Epiſcopus in aliena Diœceſi non poteſt exercere pontificalia quatenus verbum exercere denotat tantum exercitium, non ſimplicem vſum.*

4 *Epiſcopus, qui per vſum pontificalium cum aliquali exercitio puta conſecrandi calicem, & benedicendi corporalia, incidit in capitulum 5. de refor. ſeſſ.6. Concilij Tridentini.*

5 *Pontificalia vt mitra, & baculus non ſolum ſunt ornamenta, ſed etiam ſignum ſuperioritatis, & iuriſdictionis non quidem ſemper actualis, ſed vel actualis, vel potentialis.*

6 *Epiſcopus in Pontificalibus celebrans extra propriam Diœceſim non exercet actu officium Pontificale; ſed actu ſolum conficit ſacrificium cum ornamentis Pontificalibus.*

7 *Epiſcopus in aliena Diœceſi ex quadam conuenientia, non ex neceſſitate & obligatione non celebrat in Pontificalibus ſecus ſi conſuetudo ius fecerit, nam ſic obligaretur.*

1 SEquitur tertiò, quod è contra ſit permiſſum Epiſcopo (niſi forſan repugnet conſuetudo) in aliena diœceſi ſine proprij Ordinarij licentia in Pontificalibus, id eſt, cum Baculo, & mitra, ſacrificare, argum. *Clement. vlt. de priuileg.* vbi id obſeruat. gloſ. ſubdens, non obſtare, quod Archiepiſcopus in aliena diœceſi pallio vti non poſſit; quia ſtrictior eſt vſus palij, quàm pontificalium: & conſentiũt Abb. *in c.vlt.num.4. de tranſact.* Epiſc. Couar. 3. *reſol. cap.20.num.* 8. Hoſtienſis penes gloſſam in Clement. *Archiepiſcopo de pœnis, vbi.* etiam celebrare, Silu. *ver. Patriarcha, §. tertium* Tabien. *eodem ver. num.4.* Sanchez *de matrim. lib.3. diſp.19. num.* 18. Io. Vanshel *in Clement. de priuileg. fol.355. col.2.* Alzedus *in prax. Epiſc. par.1. cap.* 13. *numer.* 88 & Barboſa *in Collectan. tomo 3. lib.5. tit.7. Clement.2. numero 6. contra Riccium par.4. deciſ.* 27. *numero* 7. Gauantum 2 *in Enchirid. Epiſc. ver. uocationes Epiſcopales, num.* 11. & Dianam *par.3. tractat.6. reſol.16.* Probatur; quia ſi non eſſet id permiſſum Epiſcopo, eſſet, quia prohiberi videtur *in cit.cap.5. de reformat.* ibi: *Nulli Epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tantum: ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio pontificalium, & ſic ordinati ab executione Ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Sed hæc ratio potius fauet ſententiæ notæ quia *cit.cap.5.* loquitur de vſu Pontificalium cum aliquo exercitio, ſcilicet conſecrandi, chriſmandi, ordinandi, degradãdi, &c. quod patet ex ly *exercere*: nam verbum hoc non videtur complecti tantum vſum Pontificalium, ſed etiam exercitium ſuper alios; idque magis patet ex verbis ſubſequentibus, *in perſonas eidem Ordinario ſubiectas*, & ex illis aliis, *& ſic ordinati*, &c. vnde rectè adnotauit Nauar. *conſil.12. de cler. excomm. Miniſtr.* quod quidam Epiſcopus, qui in aliena diœceſi Pontificalia exercuerat, pœnam in dicto decreto Concilij Tridentini impoſitam contraxerit, 4 non ob ſolum Mitræ, & Pontificalium vſum, ſed quia calicem etiam conſecrauerat, & corporalia benedixerat. Atque ſic etiam *cit.cap. 5. de reformat.* exponunt Campanil. *in diuerſ. iur. Can. Rubr. 9. cap. 5.n. 1. & 3.* Quaranta *ver. Archiepiſcopi auctoritas, numer.23.* Coninch. *de ſacram. diſp.16. Dub.5. numer. 35.* Villalob. *in ſum. to.1. tract. 18. diffic. 9. num. 5.* & Tamburinus de iure Abb. *to.1. diſp. 15. q.15. num.3.*

Obicies, Pontificalia, vt Mitra, Baculum, &c. nõ 5 ſolum ſunt ornamenta, ſed etiam ſignum ſuperioritatis, & iuriſdictionis, ergo.

Reſpondetur, ſunt ſignum ſuperioritatis, & iuriſdictionis, neceſſariò ſemper actualis, nego: ſunt ſignum iuriſdictionis vel actualis, vel potentialis, concedo; ita vt Epiſcopus in Pontificalibus celebrans extra propriam diœceſim non exerceat actu officium Pontificale, ſed actu ſolum conficiat Sacrificium cum ornamentis Pontificalibus.

Obicies ſecundò, conſuetudo eſt in contrarium, ergo. 6

Reſpondetur, ex quadam conuenientia, & decentia debita Epiſcopo diœceſano, & ad vitandum lites, & ſcandala, concedo; ex neceſſitate & obligatione, nego: niſi forſan conſuetudo ius fecerit, & ſic obligationem introduxerit. 7

SECTIO V.

An poſſit Epiſcopus inuitatus ad ordinandum in aliena diœceſi, ibi ordinare ſubditos, etiam aliarum diœceſum, literas dimiſſorias ſuorum Epiſcoporum habentes.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus inuitatus ad ordinandum in aliena diœceſi, an poſſit ordinare ſubditos etiã aliarũ diœceſiũ, vtr dua ſententia & pro affimatiua, & negatiua*

2 *Epiſcopus, qui habet faculatem à Papa conferendi ordines in aliena diœceſi non poteſt ordinare niſi Clericos illi Ordinario ſubiectos.*

3 *Epiſcopus inuitatus generaliter ab Ordinario vel à Capitulo ad conferendos Ordines poteſt ibi ordinare quoſcumque Clericos habentes dimiſſorias proprij Ordinarij.*

1 NEgant, ſine noua, & expreſſa licentia Ordinarii, vel Capituli, à quo inuitatus eſt ordinandum. Miranda *tomo 1.q.58. art.3. concl. vnic.* & Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.2. allegat.4. numero 64.* &

pro

probant ex *cit. cap. 5 de refor.* ibi: *Et in personas eidem ord. nario subiectas tantum.*

Affirmant autem probabilius alij, quos citat, & sequitur Alzedus *in prax. Epi. c. par. 2. cap. 5. numer.* 30 & Venerus *in Exam. Episc. lib. 1. cap. 11 num. 51.* quia *cit. cap. 5.* loquitur de Episcopo ordinante in
2 aliena diœcesi ratione priuilegij sibi concessi à Papa ad conferendos ordines in aliena diœcesi, in quo casu quidem sine licētia Ordinarij, & nisi clericos illi Ordinario subiectos ordinare nō potest. At secus in casu nostro, quando scilicet Episcopus est iniustatus ab alio Episcopo, vel à capitulo ad
3 conferendos ordines generaliter; quia in tali casu poterit ibi ordinare clericos talis diœcesis, & alterius cuiuscumque, si literas dimissorias à suis Episcopis habeant; ad quod non requiritur alia noua, & expressa licentia Episcopi diœcesis, in qua ordinat, sed sufficit generalis, quam habet.

SECTIO VI.

An possit Episcopus extra propriam diœcesim vti altari portatili, vel coram se facere in illo celebrari?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus extra propriam Diœcesim vti potest altari portatili, vel corā se facere in ipso celebrari sine licentia Ordinarij illius loci, dummodo non fiat Roma contra Nauarrum, & alios.*

2 *Concilium Tridentinum indecens existimat celebrare extra loca deputata, & delegat Episcopos ad corrigenda ea, quæ sunt contra decentiam celebrationis.*

3 *Concilium Tridentinum non prohibet Episcopo celebrare in Altari portatili; sed quod non permittat in illo celebrari sine à secularibus, sine à Regularibus.*

4 *Episcopi non veniunt nomine secularis, vel Regularis, ideo debent specialiter exprimi.*

5 *Priuilegium Episcoporum celebrandi in altari portatili est absolute, & sic vbicumque concessum, & insertum in corpore Iuris.*

6 *Priuilegia inserta in corpore Iuris, non derogantur, nisi de ipsis fiat expressa mentio.*

7 *Sac. Congregatio Concilij Tridentini declaranit non esse per Tridentinum Episcopis sublatum priuilegium celebrandi in Altari portatili.*

8 *Concilium Tridentinum tantum voluit tollere abusum celebrandi in priuatis Domibus, qui non sequitur si Episcopus in aliena Diœcesi celebret in altari portatili.*

1 SEquitur quartò, quod sit permissum Episcopo extra propriā diœcesim vti altari portatili, vel coram se facere in illo celebrari sine licentia Ordinarij talis loci, dummodo nō fiat in Vrbe Roma. Sic contra Nauarrum *lib. 5. cons. 26. de priuileg. n. 1.* Sà *ver. Episc. n. 124.* & Beiā *par. 4. cas. 53.* (qui cōtrariū sentiunt ex eo, quod in Tridentino *sess. 22. in* decreto *de ob'eruād. & vitand. in celebrat. Missæ*, quilibet Episc. in propria diœcesi cōstituitur delegatus Sedis Apostolicæ quoad corrigēda ea, quæ sūt contra decentiā celebrationis, quorū vnum cēsetur
2 ab ipso Cōcilio, celebrare extra loca deputata: vnde si hoc est prohibitū ab Episcopo, vt semper cēsetur prohibitū in executionē Tridentini, nō potest alius Episc. sine licētia illius vti altari portatili in aliena diœcesi, si ibi Tridentinū sit receptū) tenēt Azor. *to. 1. lib. 10. c. 26. q. 4.* Vgolin. *lib. 1. de offic. & potest. Episc. par. 1. c. 2. n. 4* Rodrig *to. 1. qq. Regul. q. 28. ar. 3.* Portell. *par. 5. cas. 20. nu. 7.* Mandos *de sign. gratie tit de Altari portatili*, Barbosa *de offic. & potest. Episc. par. 2. allegat. 23.* Diana *par. 4 tract. 4. resol. 15.* Leyna *lib. 4. exam. Episcop. c. 17. n. 14.* & Alzedus *de præexcel em. Episcop. dignit. par. 1. c. 13. n. 6.* & meritò; quia Concilium Trident. non prohibet Episcopo quod celebret in altari portatili, sed quod nō permittat in illo celebrari, siue à secularibus, siue à 3
Regularibus. Nec Tridentinum prohibet, quod vnus Episcopus non permittat in altari portatili celebrari ab alio Episcopo, quando est in sua diœ- 4
cesi, siquidem Episcopi non veniunt nomine secularium, vel Regularium, ob dignitatē, qua cæteris præcellunt: quapropter vt comprehendantur, debuissent specialiter nominari.

Confirmatur; quia, vt comprehendantur Regulares, qui sunt exempti, specialiter sunt nominati; ergo vt & comprehendantur Episcopi debuissent etiam specialiter nominari; cùm & hi sint etiam exempti & non subiiciantur alteri Episcopo.

Confirmatur secundò; quia priuilegium Episcoporū celebrandi in altari portatili, est absolutè, & 5
sic tam in propria, quàm in aliena diœcesi, concessum, & insertum in corpore iuris, *c. fin. de priuileg. in 6.* ergo cùm de ipso non fiat in Trident. specialis mētio, nō cēsetur derogatū iuxta Regul. quod priuilegia inserta in corpore iuris non derogentur, nisi de ipsis fiat expressa mentio; *argum. l. eius militis, §. militia, de testam. milit.* & docent communiter 6
Doctores *in Auth. qui ver. omni priuilegio, Cod. vbi de crimine agi oportet*, Felin. *in c. 1. n. 12. & in c. nonnulli, n. 9. & 26 de rescriptis in 6.* Ias. *l. 1. n. 16. de Constitut.* Loter. *to. 1. de re benefic. q. 7. n. 26.* Suar. *de legib. lib. 8. c. 18. n. 12.* Miranda *to. 1. Manual. q. 45. n. 6.* Palaus *par. 1. tr. 3. disp. 4. de priuileg. punct. 2. §. 4. n. 5* Ruinus *cons. 228. n. 13. vol. 1.* & Azor. *cit. lib. 10. c. 26. q. 4.* vbi 7
refert S. Congregationem anno 1586. declarasse, non esse per Tridentinum Episcopis sublatum priuilegium celebrandi in altari portatili.

Confirmatur tertiò; quia Tridentinum tantum 8
voluit tollere abusum celebrandi in priuatis domibus, qui non sequitur, si Episcopus in aliena diœcesi celebret, vel coram se celebrari faciat in altari portatili sine licentia Episcopi talis loci; ergo quod Episcopo id sit à Tridentino sublatum, nō est iuxta mentem, & finē Concilij Tridentini,

SECTIO VII.

An, & quando possit Episcopus validè, & etiam licitè ordines conferre?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus quilibet vere consecratus, valide potest omnes ordines conferre.*

2 *Episcopus Is est vere ordinatus, qui Episcopalem characterem habet.*

3 *Episcopus potest habere characterem episcopalem independenter ab alijs characteribus.*

4 *Episcopus non potest licite ordinare sibi non subditum nisi de licentia sui Ordinarij.*

5 *Episcopus; ropriu, qui licite potest conferre ordines tripliciter dicitur.*

6 *Primus eſt Epiſcopus originis, id eſt cuius Diœceſis ratione originis dicitur Ciuis.*

7 *Epiſcopus originis dicitur etiam is, in cuius Diœceſi natus eſt Pater Ordinandi iuxta declarationes S. Congr. Concilij, licet Pater tempore natiuitatis illius Filij Domicilium aliò tranſtulerit.*

8 *Secundus eſt Epiſcopus Domicilij, id eſt in cuius Diœceſi quis Domicilium fixit animo ibi perpetuo habitandi.*

9 *Conſtituto domicilio habitationis non amittitur domicilium originis, cum hoc immutabile ſit.*

10 *Epiſcopus non poteſt ordinare ſcholares licet diuturnæ habitationis ſupra decennium*

11 *Ad contrahendum Domicilium non requiritur vt quis diu alicubi inhabitet, ſed hæc duo copulatiuè requiruntur habitare, & animus permanendi perpetuo.*

12 *Domicilium ſemel acquiſitum ſolo animo migrandi non amittitur, ſed requiritur realis migratio.*

13 *Domicilium re, & facto transfertur, non nuda conteſtatione.*

14 Habitans in altera Diœceſi, in altera natus, abſens ſtudiorum cauſa in ſententia Nauari poteſt petere dimiſſorias à quolibet maluerit.

15 *Filius manens cum Patre ſortitur Patris Domicilium, neque illud ſuo diſceſſu deperdit, ſi animum ad Patrem redeundi habeat, & alibi Domicilium non fixit.*

16 *Filius familias factus Pubes poteſt etiam alibi figere Domicilium, ſecus impubes.*

17 *Filij ex conſuetudine in aliquibus locis non ordinantur in loco Domicilij paterni ſine dimiſſoriis Epiſcopi Originis.*

18 *Tertius Epiſcopus Beneficij, is eſt in cuius Diœceſi quis Beneficium Eccleſiaſticum poſſidet, licet reſidentiam non requirat, & Beneficiatus in illo, vel in illius Diœceſi non reſideat, contra plures Doctores, quorum rationes confutantur.*

19 *Textus in cap. cum Nullus de tempore Ordinandorum non requirit Beneficij valorem, & quantitatem.*

20 *Clericus quidam promotus ad ordines cum collatione vnius Beneficij, reddituus duorum ſcutorum annuorum captus cum armis in habitu laicali, & Homicida ex S. Congregationis Cardinalium decreto gaudet Priuilegio fori.*

21 Habitans in altera Diœceſi in altera natus in altera Beneficiũ habens licet tenue, poteſt à quolibet horum Epiſcoporum ordinari.

22 *Epiſcopus poteſt ordinare Clericum ſuum Beneficiariũ, licet Beneficium ſit tenue, dummodo adiungat patrimoniũ ad vitam ſufficiens.*

23 *Epiſcopus poteſt ordinare Clericũ Beneficiarium; licet non teneatur reſidere, neque ibi reſideat.*

24 *Domicilium originis ex ſpeciali determinatione ſufficit vt quis poſſit ab illo Epiſcopo ordinari; ſecus eſt in acquirenda Iuriſdictionis ſubiectione.*

25 *In Clericis Beneficiatis idem eſſe ſolet Domicilium habitationis, & Beneficij; ſecus ſi ibidem non reſideant, nam non poterunt in loco Beneficij conueniri, præterquam in cauſis pertinentibus ad Beneficium.*

25 *Epiſcopus poteſt ordinare familiarem ſuum non ſubditum, ſi per triennium ſecum fuerit commoratus; & beneficium ceſſante fraude ſtatim fuerit adeptus.*

26 *Idem dic ſi familiarem pro Eccleſia ſua vtilitate, à ſe vel ab alio datis literis dimiſſoriis cum ſufficienti patrimonio ordinandum duxerit.*

27 *Famuli familiarium Epiſcopi ſi eiuſdem expenſis alantur, poſſunt eodem modo ordinari ab Epiſcopo, & gaudent priuilegio Tridentini.*

28 *Famuli familiarium Cardinalis gaudent iiſdem priuilegiis, quibus gaudent familiares Cardinalis.*

29 *Epiſcopus, ſi conferat familiari ſuo, vel famulo ſui familiaris Beneficium, poteſt ipſum non expectato triennio ordinare, non ratione familiaritatis, ſed Beneficij.*

30 *Idem dic de quocumque extraneo.*

REſpondetur, quod, quamuis quilibet verè 1
conſecratus Epiſcopus, etiam abſque diaconatu, vel ſubdiaconatu, &c poſſit omnes ordines conferre validè (ſicuti rectè docent Doctores, quos citat, & ſequitur Vaſq. *diſp.* 143. *cap.* 2. *num.* 23. contra Silueſtrum *ver. Ordo*, 2. *q.* 1 & Henriquez *lib.* 10. *cap.* 20 *num.* 3. quia quicunque Epiſcopalẽ 2
characterem habet, eſt verè ordinatus Epiſcopus, & characterem hunc habere poteſt independenter 3
ab alijs characteribus; cùm vnus character non pendeat ab alijs eſſentialiter, vti docent ſcholaſtici communiter *in* 4. *diſt.* 24. cum S. Th. ibi, *q.* 1. *ar.* 2. *q.* 5. non tamen poteſt licite, niſi ſit etiam proprius 4
Epiſcopus ordinandorum, vel ab ipſorum Ordinario licentiam, vel literas dimiſſorias habuerit. ſic cõmuniter Doctores ex Tridentino Concilio *ſeſſ.* 23. *cap.* 9. *de reformat.*

Eſt autem Epiſcopus proprius, & ſic qui licitè 5
poſſit ordines conferre, triplex *cap. cum nullus de tempor. ordin. in* 6. & docent communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.* 10. *cap.* 22. & Leſſ. *de iuſt & iur lib* 2. *cap.* 34. *dub.* 19.

Primus eſt Epiſcopus originis, id eſt, è cuius 6
Diœceſi quis oriundus eſt, ſeu cuius diœceſis ratione originis dicitur ciuis dicitur autem ratione originis ciuis, non vbi fortuitò natus eſt, ſi parentes alibi domicilium habebãt, ſed vbi erat illorum domicilium, ſicuti colligitur ex *l. cives, de incolis lib.* 10. *& ex l. filios, Cod. de municipibus*, & docet Bart *ibi*, & Abb. *in cap Bertoldus. num.* 9. *de reſcriptis.* Et ratio eſt; quia iure fingitur natus, vbi parentes habebant domicilium tempore natiuitatis; nam & ſi ad tempus alicuius negotij cauſa aliò receſſerint, cenſentur tamen ibi ſemper manſiſſe ſicuti patet ex l. retrò, de captiuis, ibi; *Retrò creditur in ciuitate fuiſſe, qui ab hoſtibus aduenit.* Vide Panormitanum *loc. ſupra cit.* Fornarium *de ſacram. Ordinis, cap.* 5. *num.* 10 & Silueſtrum *ver. Ciuitas. q.* 4.

An autem dicatur etiam Epiſcopus originis, 7
in cuius diœceſi ſolum natus eſt pater clerici ordinandi?

Negant Doctores, quos citat, & ſequitur Alzedus *in prax Epiſc. par.* 2. *cap.* 5 *num.* 44.

Affirmant autem probabilius gloſſ. & Doctores, quos citat, & ſequitur Molfeſius *in ſum. to.* 1. *tract.* 2 *cap.* 2. *n.* 7. & Barboſa *de poteſt. Epiſc. par.* 2. *allegat.* 4. *n.* 7. Vide etiam Sacram Congregationem Concilij die 16 Decembr. 1599. & 12. Auguſti 1618. & 7. Aprilis 1619. quæ propterea declarauit, quod poſſit quis ordinari ab Epiſcopo originis paternæ, quamuis pater tempore natiuitatis illius filij domicilium ad aliam diœceſim tranſmutarit.

Secundus

Secundus est Episcopus domicilij id est,in cuius diœcesi quis domicilium fixit animo ibi perpetuò habitandi,*l. ciues,ff. ad municipalem*, & Doctores
9 quos citat, & sequitur Navarrus *cons. 3. de tempor. ordin.* & Fornarius *de sacram. Ordinis cap. 5. num. 10.* quo tamen domicilio habitationis constituto,non propterea domicilium originis amittitur ; cùm hoc immutabile sit,*l. 1. Immunes 1,& vlt. ff. ad municipalem.* Porrò sicuti non sufficit ad acquirendum domicilium habitationis,longo,& continuo tempore alicubi inhabitare,si interim animus redeundi ad patriam duraverit,*l. 2. Cod. de incol.* (quapropter
10 scholastici ordines ab Episcopo habitationis, quamuis diuturnæ supra decennium, licitè accipere non possunt,sicut ex communi notauit Abb. *cap. 3. num. 4. de paroch.*) ita etiam non requiritur,vt
11 quis diu alicubi inhabitet, sed sufficit,si incipiat inhabitare ,dummodo animum continuò inhabitandi habeat,donec aliud eum auocet,cit. *l. ciues.* & nos dicebamus *supra cit. sect. 1.* Quamuis in foro
12 externo id ratiò præsumatur,nisi in eo loco homo manserit per decennium etsi cum animo dubio,id est recessurus, si quid melius occurrisset, Navar. *consil. 5. de fil. presbyt.* & Henriquez *lib. 10. cap. 22. num. 1.* Acquisitum tamen semel domicilium solo animo migrandi non amittitur,sed requiritur realis migratio,sicuti patet ex *l. domicilium,ff. ad municipalem*, ibi : *Domicilium re & facto transfertur, non nuda contestatione* : sicut enim solo animo non acquiritur,ita etiam solo animo non deperditur Vide Panormitanum *in cap. vlt. de Parochis.* Silvestrin *ver. domicilium*,& Fornarium *loc. supra cit.* vbi ex *c. dilectus,2. de rescript.*,& ex Felino & Io. Andrea *ibi* notat, quod possit quis habere plura domicilia; Vide etiam quę dicebantur *supra c. 11. dub. 1 sect. 1.*
14 Hinc rectè dixit Navar. *lib. 1. consil. 3. de. tempor. ordin. edit. 2.* quod ,si quis in vna diœcesi natus sit,& postea in aliam diœcesim cum patre migrarit,à quo deinde studiorum causa ad Academiam missus sit, in arbitrio ipsius stet, ordines,vel di-
15 missorias petere ab Episcopo originis,vel ab Episcopo domicilij paterni:nam filius manens cum patre sortitur domicilium patris, neque illud suo discessu perdit,si animũ ad partem redeũdi habet, & alibi domicilium non fixit:potest enim etiam
16 filiusfamilias domicilium figere,si sit pubes ,non
17 item si sit impubes *l. placet ff. ad municipalem* : consuetudo tamen in quibusdam locis est,quod tales non ordinentur in loco domicilij paterni sine dimissoriis datis ab Episcopo originis.
18 Tertius est Episcopus beneficij ,id est, in cuius diœcesi quis beneficium Ecclesiasticum possidet, quamuis residentiam non requirat,& beneficiatus in illo,vel in illius diœcesi non resideat , & sic à iurisdictione primi Episcopi non eximatur. Garsias *de benefic. to. 1 par. 2. c. 4. numer. 8.* Ioan. Præpositus *in 3. par. S. Th. q. vnic. de sacram. Ordinis, dub. 14. num. 136.* Bonacina *de sacram. ordin. disput. 8. quæst. vnic. punct. 4. num. 14.* Barbosa *de iure Pontif. lib. 1. cap. 33. num. 38.* & Diana *par. 4. tract. 4. resol. 51.* contra Lessium *de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub 19 num. 92.* & Stephanum Bauny *to. 1. tract. 11. q. 3* ob rationes mox *infra*, *& num. sequenti* afferendas ; Quin quamuis beneficium sit tenue. Garsias, Io. Præpositus, Barbosa,& Diana in locis cit. Henriquez *lib. 10. cap. 17. in glos. lit. Q. & cap. 22. §. 1. iuncta glossa lit. C.* Sylu. *ver. Ciuitas q. 5.* cum Felino Io. Andrea, & aliis,quos citat.& sequitur Fornarius *de sacramento ordinis,cap. 5. num. 10.* & Sanch. *in opusc. to. 2. lib. 7. c. 1. dubit. 22. num. 7.* contra Vgolinum. Prosperum de Augustino, Pialecium, Paulum Squillante *de obligat. iter. c. 4. dub. 18. num. 238.* Riccium *in decis. par. 3. decis. 77.* Lessium, Stephanum Bauny,& Bonacinam *supra*; quia hic non agitur de titulo sufficiẽti,sed de causa propter quã quis sufficiẽter cẽseatur subiici alicui,vt ab illo possit ordines recipere,quæ inter cęteras est beneficium vt sic situm in alicuius diœcesi,sicuti patet *ex cap. cum nullus, de tempor. ordin.* 19
cùm cit. cap. loquatur absolutè,neq; requirat residentiam,vel beneficij valorem,& quantitatem,sicuti norant Franc. Io. Andreas,& Dominius apud Fornariũ *in loc. supra cit.* Accedit,quod Pontifex nõ solũ vult aliquẽ Episcopũ vt ab illo possit ordinari,subiici ratione domicilij,sed etiã aliis de causis ergo illę sufficiũt;quamuis propter eas quis domicilium non sortiatur. Accedit secundò,quod cõtra Sotũ *de iust. lib. 10. q. 5. ar. 3.* Cãpanili,& alios Cardinalũ Congregatio , teste Barbosa *loc. cit. c. 39. n.* 17. & Diana *cit. 7 fol. 51.* in vna Ianuensi die 18. Martij 1628. censuit,promotum ad ordines cum 20
collatione vnius beneficij reditus duorum scutorum annuorũ;qui in habitu laicali cum armis incedens, dum caperetur à birruariis,vnum ex illis occidit,& ad carceres laicales adductus fuit,gaudere priuilegio fori, ergo si beneficiũ duorũ scutorum annuorum est sufficiens ad gaudendum priuilegio fori,erit etiam sufficiens ad sumendos Ordines,ex quibus oritur priuilegium fori.

Ex quibus sequitur , quod si quis sit oriundus 21
ex vna diœcesi,& habeat domicilium in alia,& in alia beneficium , licet tenue ; possit pro arbitrio ordines suscipere à quolibet Episcoporum dictorum locorum;quod idem proportionaliter de habente plura domicilia vel beneficia,licet tenuia,in variis diœcesibus sita dicendum erit.

Obijcies,Tridentinum Concilium *sess. 21. de re-* 22
format. c. 2. postulat,beneficiũ esse sufficiens,ad hoc vt possit quis sacros ordines suscipere,ergo,&c.

Respondetur,nego consequentiam;quia Concilium ibi solum determinat quod nõ possit quis ordines suscipere ad titulũ beneficij ,nisi sit illud sufficiens; non autem asserit,quod si ordinandus beneficio non sufficienti patrimonium ad victum sufficiens adiungat,neque possit ordines suscipere ab Episcopo beneficij,sicuti patet ex contextu; præsertim quia loquitur de ordinibus sacris.

Obiicies secundò , si beneficium non requirat 23
residentiam,vel cùm beneficiato dispensatum sit, vt non teneatur residere , ratione beneficij, non constituitur domicilium; ergo non est,cur beneficiatus in tali casu possit ab Episcopo beneficij ordinari. Sic Lessius *loco cit.*

Respondetur,nego etiam consequentiam,quia Pontifex nõ solum vult,aliquem Episcopum ab illo possit ordinari , subiici ratione domicilij, sed etiam aliis de causis,vti supra dicebam.

Aduerte tamen hic,quod,licet domicilium origi- 24
nis inseruiat ad quosdam effectus particulares, inter quos est ista ordinis suscipiendi , in aliquibus tamen aliis effectibus,vt in acquirenda iurisdictionis subiectione nõ habeatur ratio domicilii originis,sed potius domicilii habitationis. Abb. *in cap. proposuisti de foro compet. num. 20.* & Navar. *cons. 4. de Constit. edit 2.* In clericis autem beneficiatis idem esse solet domicilium habitationis & beneficii,si id residentiam postulet:sin verò ibi non resideant,non possunt conueniri in loco beneficii præterquam in causis pertinentibus ad beneficiũ, Abb *in c. qui tantum,in fin. de cleric. non resid.*

Aduerte

25 Aduerte secundò, quod Episcopus possit ordinare familiarē suum non subditum, si per triennium secum fuerit commoratus (secus, si absens alibi Episcopi sumptibus vixerit, vt satis probabiliter dixit Additionator Diaz, & videri potest Auila de censuris, *par. 3. disp. 5. dub. 7.* & beneficio, cessante fraude, statim honorabitur, secundùm Tridentinum *sess. 23. c. 9 de reformat.* & docent Nauar. *cons. 11. de tempor. ordinat.* Suar. *to. 5. disp. 31. sect. 1. num. 15.* & Henriquez *lib. 10. cap. 21. nu. 2.* Quod tamen locum habet in Episcopo Ordinario, non autem in Titulari, quia huic prohibuerat idem Concilium *sess. 14. cap. 2. de reformat.* vt notat Suar. *loc. supra cit.* Secundò locum habet in prima tonsura, in Minoribus, & Maioribus Ordinibus; Et sufficit, vt dictum triennium inceperit, antequam esset Episcopus, vti declarauit sacra Congregatio, quam refert Fornarius *de sacram. ordin. cap. 5. nu. 11.*

26 Idemque dicendum, si Episcopus familiarem pro Ecclesiæ suæ vtilitate à se, vel ab alio datis literis dimissoriis ad titulum pensionis, vel cum sufficienti patrimonio ordinandum duxerit, vti Congregatio Cardinalium declarauit *supra cit. cap. 9. de reformat.* Vide etiam Sanch. *in opusc. to. 2. lib. 7. c.*

27 *1. dub. 10. n. 24* vbi rectè ait, quod Episcopi familiarium famuli, si expensis Episcopi alantur, possint similiter ordinari ab Episcopo, & gaudeant similiter priuilegio Tridentini *cit. sess. 23. c. 9. de reform.* ex eo, quia tales Episcopi familiarium famuli sunt

28 etiā familiares Episcopi; & quia Cardinalis familiarium famuli gaudent iisdem priuilegiis, quibus gaudent familiares Cardinalis; vti dixit Mādosius *reg. 3. Cancellar. q. 16.* citans Salicetum, Oldradū, &

29 Henriq. Quin si Episc. conferat beneficium in ea diœcesi, potest statim suū familiarē, & sui familiaris famulū, non expectato triennio ordinare; quia tūc eū non ordinat prætextu familiaritatis; sed quia is

30 tatione beneficij sortitur domicilium in ea diœcesi; sicut si cōferret beneficiū cuicūq; extraneo, posset illum statim ordinare; quia is acquirit ibi beneficium, iuxta *c. 3. de tempor. ordin. in 6.* Sic idem Sāch. *loc. supra cit. num. 25.* contra Petrum de Ledesma *in sum. to. 2 de sacram. Ordin. c. 5 post 9. Concluſ.*

SECTIO VIII.

An possint Prælati Religionum exempti dare suis literas dimissorias, vt à quocumque Episcopo ordinentur?

SMMARIVM.

1 *Prælati Religionum exempti possunt dare suis Regularibus literas dimissorias vt à quocunque Episcopo ordinari queant; quia priuilegia Religionum quoad hoc reuocata non sunt per Tridentinum.*

2 *Regulares quoad ordines subiacent Episcopis Diœcesanis suorum Monasteriorum quod si absint, vel non teneant ordinationes, ad alium ire potuerunt.*

3 *Regulares quoad ordines subiacent examini Episcoporum.*

4 *Prælati Religionum mittentes suos Regulares ad ordinandum ad Episcopum non Diœcesanum Monasterij Professi debent in literis allegare absentiā, seu impedimētum Ordinarij Diœcesani.*

5 *Regulares degentes in Monasteriis inulliat Diœcesis debent ordinari à viciniore.*

6 *Nouitij si ordinandi sint, indigent literis dimissoriis proprij Episcopi; & non sufficiunt literæ Prælati Regularium.*

7 *Episcopus proprius Nouitiorum in tali casu dicitur Episcopus Diœcesanus Monasterij, in quo reperiuntur in probatione.*

8 *Nouitius dicitur acquisiuisse Domicilium in loco, vbi inhabitat addictus Religioni.*

9 *Decretum concilij Tridentini de non promouendis Clericis secularibus sine titulo, vel beneficio Pius V. extendit etiā ad Regulares ante professionem.*

10 *Regulares ordinati in sacris sine titulo ante professionem sunt in habiles ad ordines exercendum est Exercentes fiunt irregulares. quod etiam dic de nulliter professis.*

11 *Episcopus conferens ordines sacros Religioso ante professionem sine titulo patrimonij, vel ben. ij est suspensus per annum a collatione illorumdem ordinum collatorum.*

12 *Prælatus Religionis concedens literas dimissorias Nouitio ad recipiendam primam tonsuram incurrit suspensionem ab officio, & beneficio latam in Concilio Tridentino.*

13 *Appellatione ordinum venit hic prima tonsura.*

REspondetur affirmatiuè, quia priuilegia quoad hoc Religionum reuocata non sunt per Tridentinum *cit. sess. 23. c. 8. de reform.* sicuti colligitur ex *cit. cap. 8. & c. 10.* eiusdem sessionis 23. & docent Auila *de censur. par. 3. disp. 5. dub. 7. concl. 1.* Rodrig. *to. 1. qq. regul. q. 18. ar. 6. & to. 3. q. 24. ar. 1. &* 2. Toled. *lib. 1. c. 49. nu. 6.* & Miranda *in Man. Pralat. to. 1. q. 39. ar. 3.* Vide de hac re decretum Clemētis VIII die 15. Martij 1595. sic disponēs: De mādato S. D. N. Clemētis diuina prouidētia Papæ VIII. tenore præsentiū mādatur omnibus, & singulis quoruncunque Regularium superiorib. vt de cætero obseruēt, & obseruari faciāt ea, quæ in decreto Sacræ Cōgregationis Cōcilij Trident. cōtinentur, cuius tenor talis est: Cōgregatio Cōcilij cēsuit, superiores Regulares posse suo subdito itidē regulari, quā præditus qualitatib. requisitis Ordines suscipere voluerit, literas dimissorias cōcedere, ad Episcopū 2
tamē diœcesanū, nempe illius Monasterii, in cuius familia ab iis, ad quos pertinet, is regularis positus fuerit: & si diœcesanus abfuerit, vel nō esset habiturus ordinationes, ad quemcunq; aliū Episcopum dū tamen ab eo Episcopo, qui ordines contulerit, examinetur quoad doctrinā, & Dū ipsi Regulares 3
nō distulerint de industria cōcessionem dimissoriarū in id tempus, quo Episc. diœcesanus vel abfuturus, vel nullas habiturus esset Ordinationes. Verūm cū à Superiorib. Regularib. Episcopo diœcesano abstēte, vel ordinationes nō habēte, literæ dimissoriæ dabūtur, in eis vtriq; huiusmodi causā absentię diœcesani Episcopi, vel ordinationū ab eo nō habendarum exprimendam esse, quod qui non fecerint, officii, & dignitatis, seu administrationis vocis activæ, & passiuæ priuationis, ac aliā [illegible] arbitrio eiusdē D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrent.

Ad quod decretum Clementis VIII. accessit postea mense Decembri 1619. Cardinalium Congregationis Concilii Tridentini talis declaratio: Si Regulares ordinandi mittentur in Monasterio nullius diœcesis, huiusmodi dimissorię concedendę sunt ad Episcopum viciniorem; in eoque procedendum omnia, quæ de Episcopo diœcesano in dicto decreto dicta sunt. 4 5

Ex quibus sequitur, quòd, si ordinandi sint Nouitij, indigeant ad id iuxta formam Concilii Tri- 6

dentini

dentini *sess* 23.*cap*.10.*de reform*.litteris dimissoriis proprij Episcopi,& non sufficiant literæ dimissoriæ Prælati Regularis.An autem in tali casu proprius Episcopus dici possit, etiam, Episcopus loci,vbi Nouitius est in probatione?Respondetur
7 ex probabiliori,& communiori sententia Doctorũ(vt videre est apud Sanch.*lib*.4.*mor*.*c*.39.*n*.19.& 20.& *lib*.6.*c* 10.*n*.20.& 21.)affirmatiuè,quia Nouitius dicitur acquisiuisse domicilium in loco,
8 vbi inhabitat addictus Religioni:quapropter meritò ad ipsum quoque spectat ordinare dictũ Nouitium,vel ei,cùm in alia diœcesi de licentia Prælati Religionis est ordinandus,dimissorias concedere,etiam ad ordines sacros,vt ex probabiliori,& communiori sententia Doctorum quoque docent
9 Doctores,quos citat,& sequitur Sãch.*cit*.*lib*.6.*cap*. 10.*n*.18.& 19 cùm nullus sit textus id prohibens; quamuis extet Bulla Pij V.*Romanus Pontifex*,in qua Pius V.decretum Concilij Tridentini *sess*. 21. *c*.2. *de reform*.de nõ promouendis clericis secularibus sine titulo, vel beneficio,extendit ad Regulares
10 ante professionẽ:vnde,si hi ordinarentur ordinibus sacris ante professionem sinè titulo,vel beneficio,essent inhabiles ad dictos ordines exercẽdos & exercẽtes essent irregulares,quod etiam militat in nulliter professis ex declaratione Cardinalium teste Garsia *de benefic*.*par*.2.*cap*.5.*num*. 10.& 11.& Nauarro *de Regular Comment*.4.*n*. 72. *vers*.*non obstat*,quia ordinandus ordinibus sactis debet habere patrimoniũ,vel beneficiũ,quo ali possit,quibus carere solet Religiosus nõ professus, vel nulliter
11 professus.Et Episcopus conferens ordines sacros Religioso ante professionẽ sine titulo patrimonij, vel sine beneficio esset suspensus per annũ à collatione illorũ ordinũ,quos dicto Religioso cõtulisset,vti cõstat ex dicta Bulla Pij V Romanus Pont.

Aduerte,quod quæ dixi de ordinibus vel literis dimissoriis ad ordinandũ,eadẽ intelligere debeas de prima tõsura;quia hæc fere eodẽ loquẽdi modo cõprehendi solet;cùm media cõformari soleãt fini cuius sunt media.Nauar.*cons*. 11.*de tempor*.*ordinat*.
12 *edit*.2.Quapropter si Prælatus Religionis cõcederet literas dimissorias Nouitio ad recipiendã primã tonsuram,incurreret suspensionem ab officio, & beneficio latam in Concilio Trident. *sess*. 23.*c*. 10. quia appellatione ordinum venit hic prima
13 tonsura,sicuti dicebam, & diffusè probat Garsias *de benefic*.*par*.1.*c*.5.*n*.142.& *p*.7.*c*.1.*n*.7.

SECTIO IX.

An,si quis tonsuram non ab Episcopo originis, domicilij, vel beneficij, sed ab Episcopo alieno sine literis dimissoriis, vel dispensatione Pontificis acceperit, capax sit beneficij?

SVMMARIVM.

1 *Qui accepit primam tonsuram ab alio, quam ab Episcopo originis, Domicilij seu Beneficij, fit inhabilis ex beneficij Ecclesiastici.*

2 *Fit tamen capax per ratificationem proprij Episcopi cui ea Re[illegible]*

3 *Quod ab initio est vitiosum non potest tractu temporis conalescere.*

4 *Nemo ratũ habere potest quod suo nomine non est gestũ.*

5 *Suspensio quoad vsum ordinis, intelligitur prima tonsura in Clerico inde promoto, potest dispensari ab Episcopo.*

RESpondetur negatiuè,& docet Rebuff. §. *formula dimissoriarum*,& colligitur *ex can*.*sicut*,& *can*.*si quis alienus diss*.71. ibi: *Si quis alienus sine consensu proprij episcopi ordinauerit,irrita sit ordinatio*. Quod tamen intelligo quoad vsum, & priuilegium ordinis,seu gradus accepti,cùm careat vsu,& priuilegio illius. 1

Quid autem tali sit faciendum,vt capax fiat? Respondetur cum glos. *in cit*. *can*. *illud*, & cum Decio,& aliis *in cap*.1.*de tempor*.*ordin*.*in* 6.sufficere quod proprius Episcopus ratum habeat:& probatur ex *can*.*Salonitana diss*. 63. vbi cum Episcopus Salonitanus esset ordinatus Pontifice nesciente, ait Pontifex, *se id ei ita ex animo relaxare,acsi ipso auctore ordinatus fuisset*:vbi notat glos. Episcopum posse remittere,quæ ad ipsum spectant. Quamuis Rebuff.§.*formula dimissoriarum num*.12.& 19. contrarium sentiat, velitque necessariò requiri dispensationem Pontificis,& literas,quæ vocantur, *perinde valere*.sed quod dixi videtur probabilius. 2

Neque obstat,quod ordinatio talis dicatur irrita,& quod ab initio est vitiosum,non possit tractu temporis conualescere; & quod nemo possit ratum habere,quod suo nomine non est gestum. 3 4

Respondetur enim,dici irritam,non quasi nihil sit actum, sed quia suspenditur quoad vsum,& priuilegium; quam suspensionem Episcopus potest tollere,cum nusquam summo Pontifici reseruetur. Et dicitur habere ratam talem collationem, quia scilicet consentit in illam,volendo illam valere,ac si à se ipso facta fuisset. 5

Quin fortè quis putauerit, talem non esse beneficij incapacem; quia Tridentinum Concilium *sess*.7.*c*. 10.*de reform*. cum ademisset capitulis potestatem concedendi dimissorias intra primum annum sedis vacantis, subdit:*Capitulum contrauenient Ecclesiastico subiaceat interdicto,& sic ordinati,si in minoribus ordinibus constituti fuerint,nullo priuilegio clericali, præsertim in criminalibus, gaudeant*. vbi nihil illis adimit,nisi priuilegium fori præsertim,in criminalibus sed probabilius videtur,quod iste casus sit specialis, nec sit extendendus ad eum,qui ordinatus est ab alieno,sede non vacante,vel absque vllis dimissorijs,

CAPVT XIII.

De facultate Potestatis Ecclesiasticæ in Infideles,ebrios,amentes, & pueros.

DVBITATIO I.

An, & quid possit Potestas Ecclesiastica in infideles,ebrios,amentes,& pueros?

SVMMARIVM.

1 *Potestas Ecclesiastica nihil potest in ordine ad infideles,quia hi sunt extra Ecclesiam,& in ipsos nullam habet Iurisdictionem.*

2 *Infideles tenentur Legibus naturalibus,& diuinis, quia Deo,& rationi subduntur.*

3 *Infideles morientes peccant non solum in non suscipiendo Baptismum,sed etiam in non suscipiendo Eucharistiam.*

4 *Potestas*

4 *Potestas Ecclesiastica potest aliquid in ordine ad Ebrios, & amentes ad tempus, quia hi per se afficiuntur legibus, sicut Dormientes.*

5 *Ebrij & Amentes per accidens excusantur à legis transgressione, sicut ratione dormitionis excusantur Dormientes, & ratione ignorantiæ inuincibilis excusantur, qui sic ignorant legem.*

6 *Potestas Ecclesiastica nihil potest in ordine ad Pueros ante vsum rationis, qui communiter intelligitur aduenire completo septennio.*

7 *Fundamentum obligationis est vsus rationis.*

8 *Pueri ante septennium possunt vesci lacticiniis, & carnibus, interesse Diuinis tempore Interdicti, ingredi claustra Monialiũ, & similia.*

9 *Pueri tenentur legibus naturalibus, quia harum obligatio oritur cum ipsa Natura, licet excusentur à transgressione illarum donec vsum rationis fuerint assecuti.*

10 *Pueri, & Amentes propter excessus puniri propriè non possunt; cum pœna supponat culpã quod intellige de pœna proprie dicta.*

11 *Amentes alios ladentes, verberantes, vel turpiter loquentes, castigari possunt vt deterreantur Bestiarum more.*

12 *Amentes facti post commissum delictum non possunt puniri nisi pœna pecuniaria, non item pœna mortis aut mutilationis, dum in statu amentiæ perseuerant, licet sententia condemnatoria lata sit ante amentiam.*

13 *Pueris, & perpetuo Amentibus diebus prohibitis carnes dare ad vescendum non est illicitum. Idẽ dic de operibus seruilibus in diebus festis.*

14 *Imponentes amentibus opera seruilia diebus festis si ipsis operam ferant vltra duas horas peccant contra præceptum.*

15 *Pueros, & amentes ad iram concitare, vt blasphement vel alios verberent est illicitum.*

16 *Quæ dicta sunt de Infantibus, & perpetuo amentibus non sunt extendenda ad Ebrios, amentes ad tempus, & ignorantes.*

17 *Facientes vt Ebrij, Ignorantes, amentes ad tempus aliquid vetitum faciant in tempore, quo possunt excusari, peccant, possunt tamen excusari præbentes ad vescendum carnes amentibus, quia eorum infirmitati est cibus vtilis, & necessarius.*

18 *Pueri completo septennio in dubio præsumuntur habere rationis vsum, & è contra.*

19 *Præsumptio desumitur ex communiter contingentibus.*

20 *Puer qui ante septennium habet vsum rationis, non ligatur legibus Iuris positiui.*

21 *Leges accommodantur ad ea, quæ frequentius accidunt.*

1 RESPONDETVR, & Dico primò, Potestas Ecclesiastica nihil potest in infideles; quia hi sunt extra Ecclesiam; & sic in hos Ecclesia, atque adeo Potestas Ecclesiastica nullam habet iurisdictionem, *cap. gaudeamus, de diuort.* tenentur tamen 2 infideles legibus naturalibus, & diuinis; quia 3 Deo, & rationi subduntur: quapropter ex probabili sententia Doctorum peccant morientes non solũ in non suscipiendo Baptismum, sed etiam in non suscipiendo Eucharistiam. At de infidelibus, & Iudæis vide, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis Dub. 4. sectione 21. subsect. 3. 4. 5. & 6.*

Dico secundò, Potestas Ecclesiastica potest aliquid in ebrios, & amentes ad tempus; quia hi per se afficiuntur legibus, sicut dormientes: siquidem per se possunt intelligere legẽ, sicut dormientes; & sic per se dirigitur in ipsos lex, sicut in dormientes, licet per accidens ratione amentiæ, & ebrietatis excusentur à legis transgressione, sicut ratione dormitionis excusantur dormientes, & ratione ignorantiæ inuincibilis excusantur, qui sic ignorant legem, cùm tunc careant perfecta libertate requisita ad transgressionem legis. Sic communiter Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *lib. 1. mor. c. 12. n. 3.* 5

Dico tertiò, Potestas Ecclesiastica nihil potest in 6 ordine ad pueros ante vsũ rationis, qui cõmuniter intelligitur aduenire complero septennio. Sic etiã 7 communiter Doctores, quia fundamentum obligationis est vsus rationis, quo carent per se pueri, 8 ante completũ septenniũ: quapropter ante tale tẽpus, quia carent vsu rationis, possunt pueri vesci lacticinis, & carnibus, interesse diuinis tempore interdicti, ingredi claustra Monialiũ, & similia. Sic Doctores, quos refert, & sequitur Salas *de legib. disp. 14. sect. 15.* Suar. *to. 3. in 3. par. disp. 40. sect. 2.* Sanchez *lib. 1. mor. c. 12. n. 2.* Sayr. *Claui Reg. lib. 6. c. 8. num. 21.* Azor. *to. 1. q. 1. lib. 7. c. 40. q. 6.* & Bonac. *de legib. disp. 1.* 9 *q. 1. punct. 6. n. 6.* tenẽtur tamẽ legibus naturalibus; quia harũ obligatio oritur cũ ipsa natura, quæ de se capax rationis est; quamuis excusentur à transgressione illarum, donec vsum rationis fuerint assecuti.

Hinc pueri (idemque dico propter eandẽ rationẽ 10 de amentibus) propter excessus puniri propriè nõ possunt, cùm pœna supponat culpã, quod intelligo de pœna propriè dicta: nã si præcipuè amẽtes, alios 11 v.g verberent, aut turpia loquãtur, aut alterius generis excessus cõmittant, castigari poterunt, quin & debent, vt sic puniti perinde ac bestiæ, à talibus excessibus in posterum deterreantur. Molina *tract. 12* 3. *de iust. disp. 38. n. 3.* qui *n. seq.* subdit, & rectè, quod si crimen commissum fuerat, dum delinquens sanę mentis erat, sed postea in amentiam incidit, procedi possit contra ipsum ad pœnam pecuniariam, non item ad pœnam mortis, vel mutilationis, dum in statu amentiæ perseuerat, tametsi prius sententia condemnatoria contra ipsum lata fuerit.

Hinc secundò, pueris (idemque propter eandem 13 rationem dico de perpetuò amentibus) diebus prohibitis carnes ad vescendum præberi illicitum nõ est; sicuti contra Paludanum *in 4. dist. 21. q. 2.* docent Caiet. *2. 2. q. 147. ar. 8. dub. 1.* Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 28. q. 3.* Sà, *ver. Ieiunium in fin.* Angles *in floribus, par. 2. q. 6. de ieiunio, diffic. 6.* Bonacina *de legib. disp. 1. q. 1. punct. 6. num. 2. & seqq.* & Sanchez *lib. 1. mor. cap. 12. num. 9. & 16.* quia cum legibus Ecclesiasticis pueri, & perpetuò amentes non subdantur, causa esse quæ potest, vt faciant id, quod nulli legi aduersetur: idemque propter eandem rationem dicendũ puto quoad opera seruilia, quæ nõ pueris, & perpetuò amẽtibus, sed iis, qui vsum rationis habent, festis diebus ab Ecclesia interdicuntur: ideoque nihil ob- 14 stabit, quod ipsis (sicut & infidelibus, & bestiis) seruilia opera die festo imponantur, modò id fiat sine ope, & labore excedente spatium duarum horarum ex parte illorum, qui legi Ecclesiasticæ subduntur. Doctores, quos citat, & sequitur Pasqualigus *tom. 1. dec. 309. & 310.*

Non tamen hinc inferas, illicitũ etiam non esse 15 pueros, & amentes ad iram concitare, vt blasphement, vel vt alios verberent, &c. quia cùm hæc ex se deformitatem habeant; moraliter tribuentur principali libero agenti, qui pueri, & amentis

opera, veluti instrumento vtitur ad illa perpetranda.

16 Neque inferas secundò, quod de infantibus, & perpetuò amentibus dictum est, idem quoque de ebriis, ignorantibus, & amentibus ad tempus dicendum esse; quia hi subduntur Ecclesiasticis legibus per se, licet per accidens pro eo tempore, ab obseruantia illarum excusentur: quapropter licet non peccent ipsi in ebrietate, vel in ignorantia carnes comedendo, diem festũ non seruãdo, &c.

17 peccant tamen, qui eos comedere, vel diem festum non seruare faciunt. Sanchez, & Bonacina in locis supra cit. Contra Pasqualigũ *cit. decis.* 309. *n.* 4. Idemque dicendum esset de amẽtibus ad tempus, etiam quoad carnes edendas, nisi quia cum amentia grauissimus morbus sit, oportet carnes tanquam cibos magis vtiles, quin & necessarios, vt à tali morbo curentur, iis præberi.

18 Cæterum in dubio, an pueri habeant vsum rationis? Respondetur, quod si compleuerint septennium, præsumũtur habere; si non cõpleuerint,

19 præsumuntur non habere, quia præsumptio desumitur ex cõmuniter contingentibus: quapropter non omninò improbabiliter dixit Sanch. *in select.*

20 *disp.* 51. *n.* 31. *in fin.* quod etsi constaret, puerum aliquem ante septẽnium vsum rationis assecutũ esse, non ob id legibus iuris positiui is obstringatur;

21 quia cùm leges accõmodentur ad ea, quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.* & ex alio capite communiter vsus rationis non adueniat ante septennium; consequens est, quod ante talem ætatem, cui ex accidenti vsus rationis aduenit, puer talis legibus iuris positiui non obstringatur.

DVBITATIO II.

An pueri post vsum rationis, completo septennio, statim legibus obstringantur?

SVMMARIVM.

1. *Pueri post septennium non statim obligantur ad leges Iuris positiui; secus est de iure Diuino, & naturali.*
2. *Pueri post vsum rationis in sententia Henriq. possunt vesci lacticiniis, & carnibus aliquo tempore?*
3. *In sententia Caietani non subsunt præcepto confessionis vsque ad decimum, & communionis vsque ad decimum quartum, & decimum quintum. Vide tam de masculis quam feminis circa dicta præcepta quid sentiant cæteri Doctores.*
4. *Pueri post vsum rationis ex probabiliori sententia Doctorum tenentur præcepto abstinendi diebus prohibitis à lacticiniis, & Carnibus.*
5. *Opiniones Doctorum relatorum circa Puerorum obligationẽ ad confessionem, & cõmunionem sunt contra dispositionem sacrorum Canonum.*
6. *Vsus rationis nec æqualiter de omni materia, nec æqualiter aduenit omnibus Pueris.*
7. *Pueri septennio completo peccare possunt periurando, blasphemando, non tamen carnem die Veneris comedendo, vel annuam confessionem omittendo, & Cur.*
8. *Pueri Completo septennio peccare possunt prius tempore si sint de educatis inter Vrbanos, quam si sint de Agrestibus.*
9. *Pueri in dubio completo septennio præsumuntur habere sufficientem discretionem, & sic esse obligati leges positiuas obseruare.*
10. *Limitatur quoad sumptionem eucharisticam, nam tenentur expectare vsque ad decimum, vel duodecimum.*
11. *Prorogatio temporis circa Communionem remittitur Iudicio Confessarij.*
12. *Confessarius si non prorogauit tempus communionis tenetur Puer statim ac ad annos discretionis peruenerit, cõmunicare, sicut & cõfiteri.*
13. *Non minor discretio requiritur ad recipiendam sacramentalem absolutionem, quam ad recipiendam reuerenter Eucharistiam.*
14. *Puer aptus confiteri in articulo mortis potest sumere viaticum, immo quod teneatur multi asserunt.*
15. *Pueri habentes discretionem sufficientem ad Sacramentum Confessionis, habent etiam discretionem sufficientem ad Sacramentum Eucharistiæ, & consequentur ligantur vtroque præcepto.*

NEGANT quoad leges iuris positiui 1
(cum de legibus iuris naturalis, & diuini dubium non sit) nonnulli Doctores, quos citabam *lib. de Parlamentis Dub. 4. sect. 19. subsect. 31. Corollar. 4.* nã Hẽriquez *lib. 8. de Euchariſt. c. 42. n. 4.* ait pueros 2
non obligari præceptis Ecclesiæ, statim ac vsum rationis habent: & *lib. 13. de excomm. c. 49. n. 2. in Comment. lit. N.* censet, posse vesci lacticiniis, & carnibus in diebus ieiunij aliquo tempore post vsum rationis, quamuis iste Doctor non determinet tale tempus. Caiet. *ver. Communio*, docet non subiici præ- 3
cepto Confessionis vsque ad decimum annum; & præcepto Communionis vsque ad decimum quartum, & decimum quintum. S. Antonin. *2. par. tit. 9. c. 8. §. 2.* tradit, non teneri præcepto Confessionis vsque ad decimũ & dimidium annum, & aliquantulum vltra; similiter fœmellas non teneri vsque ad nonum, & dimidium annum, & aliquantulum vltra. Sotus *in 4. dist. 12. q. 1. ar. 11. ad fin. corpor.* docet, non teneri Ecclesiæ præceptis, etiam Confessionis, vsque ad duodecimum; & Sà, *ver.* Confessio, *n. 3.* dicit, non teneri præcepto Cõfessionis vsque ad pubertatẽ, quamuis in Summis reformatis addatur, quoad pœnas statutas non confitentibus.

At affirmant probabilius alij, quos citat, & se- 4
quitur Sanchez *lib. 1. moral. cap. 12. num. 6.* Salas *cit. disp. 14. sect. 13.* loquens de præcepto Confessionis, & Missæ, Suarez 4 *tom. in 3. par. disp. 36. sect. 2. n. 3.* & Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 2. q. 1. & c. 40. q. 6.* loquens de præcepto abstinentiæ à carnibus, & lacticiniis; & probatur; quia eo ipso, quod quis vsum rationis habet, capax est obligationis legis positiuæ (cùm de facto capax sit obligationis legis naturalis & diuinæ) ergo si expressè non excipiatur, non est cur lege positiua non obligetur. Vide etiam, quæ dicentur *infrà dub. seq.* Et quoad præceptum Con- 5
fessionis, videtur constare ex cap. omnis vtriusque sexus; cùm ibi expressè fidelibus omnibus quando, ad annos discretionis peruenerint, confiteri debere præcipiatur; quapropter pueri, si peccati mortalis conscij fuerint, à tali præcepto excusari non poterũt, nisi affirmãdo, ad discretionem ob dictum præceptũ obseruandum sufficientẽ non peruenisse; siquidẽ non æqualiter aduenit vsus rationis de omni materia; cùm aliqua sint clariora, aliqua minus 6
clara, nec æqualiter vsus rationis aduenit omnibus pueris, cùm prius aduenire soleat pueris inter

vrbanos,

vrbanos,& politicos educaris,quam educatis inter
7 rusticos, & agrestes:quocirca dici poterit,puerum, septénio cópleto,peccare posse,peruadendo,blasphemando,nō tamen carnes die Veneris comedendo, vel annuā confessionē omittendo;quia in his obligationib.quę sunt de iure positiuo,nō habet sufficientem discretionē quàm habet in iis, quæ sunt de iure naturali,& diuino. Item dici poterit,puerū,cōpleto septennio,peccare posse prius tempore,si
8 sit de educatis inter vrbanos, quàm si sit de educatis inter agrestes:quia is prius tempore sufficiētem discretionem consequi consuevit , quàm iste.
9 At in dubio sicuti dicebam , præsumitur quilibet puer sufficientem discretionem consecutus , & sic leges positiuas ob.cruare esse obligatus,si compleuerit septennium; quia regulariter completo septennio,in omni materia vsus rationis aduenit omni puero:quapropter alleganti contrarium, cùm procedat contra præsumptionem ortam ex cōmuniter contingentibus,incumbit onus probandi.

10 Limitatur tamen communiter posterior ista sēntentia,quoad præceptum Communionis, ad quod pueri non tenētur statim,ac vsum rationis habuerint,sed expectare possunt,& debent vsque ad decimum,vel duodecimum annum;quia vsque ad illud tempus regulariter non videntur habere discretionem sufficientem , vt reuerenter corpus Christi sumant;quapropter *in cit. c. omnis utriusque sexus*,vbi hoc præceptum imponitur,dicitur, quod
11 Confessoris iudicio remittatur temporis prorogatio;& ex alio capite quilibet confessor ex iudicio prudentum,& consuetudine Ecclesiæ satis recepta hanc prorogationem facit ; ergo illa facta pueri non tenentur tali præcepto.

12 Dixi, *prorogatione facta,pueros ad tale præceptum non teneri*,quia ex non improbabili sententia Doctorum, si Confessor Communionem prorogandam expresè non consulit, tenetur puer statim ac ad annos discretionis peruenit,communicare , sicut & confiteri.Sic sentire videtur S. Antonin.2. *par.tit.9.cap.8.& 3.par. tit.14.ca . 12. §. 5. in princip.*& expresè sentit Paludanus *in 4 dist.12. q. 1.n.* 25.& Sanch.*in sclect.q.26.num.5.* fauent etiam Tabien.*ver. Excommunicare,num.*3.Valent.*tom. 4. disp. 6.q.8.punct.* 2.Tridentinum Concilium *lib.13.can.* 9.Pius V.in Catechismo de Eucharistia,*n. 64.& cit. c.omnis utriusq; sexus*,quatenus ibi fidelibus ōmnib. æqualiter imponitur præceptum Confessionis , & Communionis,in Paschate,si vti notat gloss. licet ibidem subdatur, differri posse Communionē ex consilio Confessoris ; non quia obligatus non sit communicare , qui obligatus est confiteri , sed quia esse potest causa aliqua prorogandi Communionem fit probatur ; quia puer habens discretionem ad confitendum,& sic obligatus confiteri,vel indiget prorogatione Confessoris ; vt excusetur à præcepto Communionis,vel non indiget ; si primum,ergo signum est,quod remota prorogatione obligatus sit communicare;si secundum, ergo *cap. omnis utriusque sexus* non æqualiter de præcepto Confessionis,& Communionis loquitur,quod videtur falsum,cùm verba vniformia sint; & ex parte fidelium ad obligationem non requiratur aliud, quàm discretio.

13 Confirmatur ; quia non minor discretio requiri videtur ad recipiendam sacramentalem absolutionem,quàm ad recipiendam reuerenter Eucharistiam.cùm ad recipiendam sacramentalem absolutionem non solum requiratur.quod scias distinguere inter bonum,& malum,sed etiam quod scias te debere peccata omnia Confessori manifestare cum dolore ex aliquo motiuo honesto,& supernaturali;quod non minus difficile est,quàm scire te debere communicare peccatis solutum, & ieiunio naturali ieiunum.

Confirmatur secundò , quia in articulo mortis 14
puerum aptum confiteri , posse sumere viaticum, docent Caiet.*ver. Minister communionis, in fin.* Armilla *ver.Communio,numero* 10 Salas *de legib.lib.*14. *sect.*13.*num.*127.Suarez *tomo* 3. *in* 3.*par. disp.* 70. *sect.*1. *in fin.* Henriquez *lib.*8.*cap.*12.*num.*4. *in fin.* Zambran. *de Euch.tract.*3. *Dub.* 2.*numero* 14. Nauarr.*cap.*21.*numero* 57.Nugnus *de Euchar.q.* 80. *ar.*9. *dub.*2.*ad* 3.*argum.* & Vivald. *de Euch.tract.* 5.*dub.*1.*ad finem num.*160 ex quibus etiam sentiunt multi, puerum aptum confiteri,in dicto articulo mortis, non solum posse,sed etiam teneri viaticum sumere;quod signum est,quod censeant,puerum habentem discretionem sufficientem ad Sacramentum Confessionis habere etiam discretionem sufficien- 15
tem ad Sacramentum Eucharistiæ , & consequenter ligari præcepto Eucharistiæ , etiam extra mortis articulum,simul tempore,ac obligatur ad præceptum Confessionis.

DVBITATIO III.

An, & quid possit Potestas Ecclesiastica in Infideles,ebrios , amentes , & pueros per censuras,& pœnas?

SVMMARIVM.

1 *Pueri possunt obstringi censuris , & pœnis à Potestate Ecclesiastica.*

2 *Pueri ante pubertatem ob Clerici percussionem possunt incurrere excommunicationem Canonis.*

3 *Pueri in sententia Sotı non incurrunt excommunicationem canonis ob percussionem Clerici ante decimum ætatis annum vel aliquid amplius.*

4 *Pueri in ciuili foro non puniuntur ob delicta,quæ in ætate infantiæ proxima commiserunt.*

5 *Pueri puberiati proximo(excepto adulterio)tenentur ex furto,homicidio,vel alio delicto.*

6 *Pueri puberiati proximi ob dicta delicta plectuntur non pœna ordinaria,sed mitiori.*

7 *In omnibus pœnalibus Iudiciis ætas , & imprudentia succurritur.*

8 *Pueri tenentur ad damni compensationem integre ex delicto per dolum commisso , si appareat ipsos esse doli capaces.*

9 *Episcopus potest absoluere impuberes post ipsam pubertatem si inciderint in canonem ante ob Clerici percussionem.*

10 *Pueri non censentur comprehensi in aliis pœnis sacrorum canonum de prohibitionis sepultura,ingressu Ecclesiæ,& huiusmodi exceptis dictis excommunicatione ob Clerici percussionem.possunt tamen comprehendi.*

11 *Pueri impuberes censuris & pœnis latis ab homine non adstringuntur,nisi postquam ad pubertatem deuenerint,eo quod eorum ætas non sit capax ordinis Iudiciary.*

12 *Limita in irregularitate , quam licet Impuberes , si doli capaces sint , contrahunt ex homicidio voluntario expleto tamen septennio,*

contra Abbatem opinantem etiam ante septennium contrahi irregularitatem, si malitia supleat ætatem.

24 *Fauores Legum sunt ampliandi si fini sint aliorius præiudicio.*

25 *Pueri etiam Doli capaces quod incurrunt irregularitatem non inuenitur expressum in Iure.*

26 *Infantes, & Amentes possunt ligari censura culpam propriam non prærequirente, verbi gratia interdicto personali quatenus dicit sepultura priuationem quia prohibitio non tam ipsos infantes, & amentes quam sepelientes respicit.*

27 *Pueri vtentes ratione, quia mortaliter peccare valent, possunt valide ligari censura lata à iure.*

28 *Pueri vtentes ratione, quod non possint à suo superiore excommunicari nullo Iure inuenitur expressum.*

29 *Pueri vtentes ratione in sententia Auctoris non ligantur de facto censura tam à Iure quam ab homine excepta illa ob Clerici percussionem.*

30 *Pueri ante pubertatem licet possint peccare mortaliter, tamen ex benignitate Ecclesia de facto non ligantur censura ab homine.*

31 *Pueri de mente Auctoris non incurrunt aliam excommunicationem à Iure præter annexam Clerici percussioni.*

32 *Impubes de Iure non potest citari, neque ad agendum, vel defendendum se in iudicio admitti.*

33 *Impuberes si omittant reuelare non incurrunt excommunicationem ex vi monitorij latam contra non reuelantes contra Hurtadum.*

34 *Impuberes omittentes confessionem in anno, & communionem in Pascha non incurrunt excommunicationem ab Episcopo latam contra non confitentes & non communicantes.*

35 *Pueri ante pubertatem completam succubi, vel mulieribria patientes non comprehenduntur sub casu reseruato sodomia vel alterius peccati quod in aliquibus locis reseruari solet.*

36 *Pueri incidentes in Canonem si quit suadente, & sic in excommunicationem Papa reseruatam, possunt absolui ab Episcopo, quin etiam ab alio priuilegiato Confessario.*

37 *Pueri impuberes si occidant non contrahunt irregularitatem.*

38 *Pueri doli capaces comprehenduntur etiam ratione præcepti in interdicto lati; etsi non comprehendantur in pœna imposita ob transgressionem præcepti.*

DE hac re vide, quæ dicentur *infrà cap.* 15. *dub.* 6. Cæterùm quoad pueros specialiter.

1 Respondetur, quod censuris, & pœnis à potestate Ecclesiastica obstringi possint, & probatur ex
2 *c.1.& vlt.de sentent.excommun.* vbi supponitur, pueros ante pubertatem, ob clerici percussionem posse incurrere Canonis excommunicationem, quod etiam de omnibus pueris completi septennij ætatem, & rationis vsum consecutis intelligendum esse colligitur ex dictis supra dub. præcedenti, & docent ex communi Nauar. *c.*27.*n.* 76. Henriq. *lib.*8.*c.*41.*in fin. comment.* Sanchez *lib.* 1. *moral. cap.* 12.*n.*8. Videri etiam poterit Suarez *in* 3. *part. tom.* 3.*disp.*5.*sect.*1.*n.*19. Vgolin. *de cens.cap.*17.*§.*3. *n.* 5. Azorius *tom.*1.*lib.*7.*c.*41.*q.*10. & Sancius *in select. disp.*26.*n.*18.

Quamuis Sot. *in* 4.*dist.*18.*q.*1. *ar.* 3 & Sà, ver 3
Censura num. 2. non improbabiliter sentiant, censuram, etiam dictam Canonis ob clerici percussionem, non incurri ante annum ætatis decimum, & etiam paulo plus, cùm impubes pubertati proxi- 4
mus esse incipit: sicut & in ciuili foro pueri non puniuntur ob delicta, quæ in ætate infantiæ proxima commiserunt, *§. pupillus, Instit. de inutil. stipulat. & §. penult. Instit. de obligat. ex delicto, & l. pupillum, ff.* 5
de reg. iuris: siquidem ex his iuribus habetur, puerum pubertati proximum (excepto adulterio, quod in impuberem non cadit, vti rectè notauit *gl. in cit. l. pupillum*) ex furto, homicidio, vel alio delicto teneri.

Quod dixi, *teneri*, intellige ad pœnam luendam 6
(licet mitiorem, iuxta *reg.* 108. *ff. per quam discitur:* ferè in omnibus pœnalibus iudiciis, & ætati, & 7
imprudentiæ succurritur) nam quoad damni compensationem pueri ex delicto per dolum com- 8
misso integrè tenentur, si appareat, ipsos eam rationis discretionem, vt doli capaces sint, assecutos fuisse, *l. impuberem, ff. de furtis.* Quare quod *in §. in summa, Instit. de obligat. qua ex delicto* dicitur, tunc ex furto obligari impuberem, quando pubertati proximus est, id intelligè secùdùm præsumptionẽ, quasi ante non plenè intelligat, se deliquisse: nam si constet, quod doli capacitas ætatem supplear, absq; dubio obligabitur, & sic ad restitutionẽ tenebitur.

Simili ratione Pontifex *in cit. c. vlt. de sent. excom-* 9
mun. concedit ordinario, vt talibus, qui ante pubertatem Canonis sententiam contraxerunt, absolutionis beneficium, etiam pubertatẽ adeptis, impertiatur; quia propter defectũ ætatis, in qua fuit cõmissus excessus, rigor est, mãsuetudine tẽperandus. Quod etiam in ciuili foro obseruari consueuit, vt scilicet impubes ob delictum puniatur, si doli capax, & pubertati proximus sit, sed mitius, teste Claro *in pract. crim. q.*60.*num.*2, & Mol. *tr.*3. *de iust. disp.* 36. Quapropter quod contra nonnullos Doctores docet Sot. *in* 4.*dist.*18.*q.*1.*ar.*3.*prope fin.* Gregorius Carafa *de duello tract.*5.*sect.*1. *q.* 10. & Vasq. *de* 10
*sacram. pœnit. q.*90.*ar.*2.*dub.*4. mihi probatur, quod scilicet, cum in sacris Canonibus pœnæ grauissimæ vt excommunicationis (excepta prædicta Canonis ob clerici percussionem, vt mox infra dicetur) prohibitionis sepulturæ, ingressus in Ecclesiã, & similes aliæ decernuntur, de facto non censeãtur cõprehendi (quãuis possint cõprehendi) pueri, *argum. c.*1. de delictis puerorũ, vbi põtifex ait, quod peccata in pueris, non ita vt in maioribus natu, punienda videntur. Vnde Vgolin. *t.*1.*de cens. c.*17.*§.* 11
3.*n.*5. docet, impuberem neque ab homine excommunicari solere eo quod eiusmodi ætas ad ordinem iudiciarium intelligendum nõ censeatur sufficiens, *arg. c. vlt. de indic. in* 6. Idem sentiunt Suarez *de cens. to.*5.*disp.*5.*sect.*1.*n.*19. Vasq. *in* 3.*par. tom.*4.*q.* 90.*ar.*2.*dub.*4.*n.*3. Corduba *q.*60.*dist.*4. Sanch. *lib.* 1.*mor. c.*12.*n.*7. & Sancius *in select. disp.* 26.*n.*18. *vbi ex c.*1.*& c. referente de delictis puerorũ*, docent, quod pueri censuris, & pœnis latis ab homine nõ astringantur, nisi postquam ad pubertatem deuenerint.

Excipe irregularitatem: hanc enim ex communiori sententia Doctorum contrahit impubes, si septennium compleuit, & doli capax voluntarium homicidium committit: sicuti colligitur ex Clement. *si furiosus, de homic.* & docet Silu. ver. *Homicidium*, 3. *quæst.* 2, *dist.* 3. Sanchez *cit. cap.*12.*num.*8. & Auila *par.*7.*de cens. disp.* 6. *sect.* 1. *dub.* 3. 12

Dixi, *si septennium compleuit*; quia contra Abb. 12
in

in cap. 1. de delictis puerorum, Conar. *par.* 3. Clement. *num.* 5. §. *de infante*, Eman. Rodrig. *par.* 1. *Summæ de irregularit cap.* 176 *concl.* 1. (qui putant, etiam ante ſeptennium, irregularitatem puerum contrahere, ſi malitia, ita vt mortaliter peccare poſſit, ætatem ſuppleat) probabilius mihi videtur contrarium, quod docent Henriq. *lib.* 14 *c.* 1. *n.* 4. *lit. Z.* Grego ius Carafa *de duello tract.* 5. *ſect.* 1. *q.* 10. & Auila *vbi ſupra concl.* 1. Et probatur; quia in Clementina expreſsè excipitur infans: 14 quod, cùm ſit ſine tertij præiudicio fauor, ſeu beneficium legis, latè interpretandum eſt, vt ſcilicet comprehendat infantem, qui, licet vſum rationis conſecutus ſit, nondum tamen ætatem ſeptennij cõpleuerit; propterea quod nõ ſolũ rationis defectus, ſed etiam ætatis imperfectio ipſa ad eiuſmodi exceptionis beneficiũ infantibus tribuendũ, legiſ- 15 latoré impulerit. Confirmatur; quia irregularitas non cõtrahitur niſi iure exprimatur, at quod infãs, ſi doli capax homicidium cõmittit, irregularitatem cõtrahat, nullo iure expreſſum repetitur, ergo, &c.

16 Cæterum infantes, & amentes, licet legibus, & cenſuris Eccleſiaſticis non ſubdãtur, poſſunt tamẽ ligari cenſura, culpam propriam non prærequirẽte, v. g. interdicto perſonali; non quidẽ quoad effectus in prohibitione cõſiſtentes; quia talis prohibitionis ſunt incapaces, ſed quoad effectus illos, quorũ ſunt capaces, v. g. quoad ſepulturæ priuationẽ; ex qua priuatione in alios fideles redũdat prohibitio ſepeliendi eos in loco ſacro, quemadmodum nec ſepeliri poſſunt in loco interdicto; quia hæc prohibitio non tam ipſos infantes, & amentes, quàm ſepelientes reſpicit. Atque ita docent Silu. *ver. interdictũ*, 1. *n.* 18. Corduba *in ſum. q.* 10. *dict.* 3. Azor. *to.* 1. *lib.* 7. *c.* 41. *q.* 10. Henriq *lib.* 13. *de irregularit. c.* 3. *n.* 4. in gloſſ. *lit. Z.* Salas *de legibus diſp.* 14. *ſect.* 13. *n* 126. Suarez *to.* 5. *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 1. *n* 19. Gregorius Carafa *de duello tract.* 5. *ſect.* 1 *q* 10. *n.* 3. Scahez *lib.* 1. *moral. ca.* 12. *n.* 8. Hurtad. *de cenſur. diſſic.* 7. & alij paſſim.

17 Pueri verò vtentes ratione, quia mortaliter peccare valent, poſſunt validè ligari cenſura lata à iure, vti *ſupra ex cap.* 1. *& vlt de ſent excomm.* dicebamus; quin & validè poſſunt ligari cenſura lata ab homine, vti ſupra etiam dicebamus & contra Abbatem, & Vgolinum *cap.* 17 §. 1. *n.* 5. docent Suar. *de cenſ. diſp.* 5 *ſect.* 2. Coninch. *diſp.* 14. *dub* 6. & Hurtad. *de cenſ. diſſic.* 7. quapropter cùm validè cenſura ligari poſſint; & ex alio capite cenſura 18 contra illos lata nullo iure innitatur; nec ferri prohibeatur, conſequens eſt, quod etiam poſſint licitè à ſuo ſuperiore ligari, ſicuti docent Suarez, Coninch, & Hurtad. *in locis ſupra cit.*

19 Non tamen hinc inferas, quod de facto (etiamſi non clarè id ex verbis colligatur) cenſura ligentur: nam mihi non probatur, idque non ſolum quoad cenſuram latam ab homine contra Alterium *lib.* 3. *diſp.* 10. *cap.* 4. Coninch, & Hurtadum *vbi ſupra*, quod eſt certius, vt pater ex dictis; ſed nec etiam quoad cenſuram latam à iure contra Suarez *in* 3. *par. to.* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *num.* 19. Vgolin. *de cenſ. cap.* 17. §. 3. *num.* 5. Azor. *to.* 1. *lib.* 7. *cap.* 41. *quæſt.* 10. Henriq. *lib.* 8. *cap.* 42. *numer.* 8. Sanchez *lib.* 1. *mor. capit.* 12. *numer.* 8. & Sancium *in ſelect. diſp.* 26. *num.* 18. excepta illa; quæ eſt ob percuſſionem clerici: hæc enim propter eius grauitatem contrahitur de facto à pueris doli capacibus ante pubertatem (modo ſcilicet, & tempore, quo ſupra dicebamus) ex eo, quia ſic habetur *in cap. ſuper eo*, 1. *cap. pueris*, *& cap. quamuis de ſentent. excomm* aliis autem cenſuris, etiam generaliter latis (niſi clarè oppoſitum ex verbis colligatur) non comprehenduntur pueri ante pubertatem; ſed ſequenda eſt communis deciſio in *cap.* 1. *de delictis puerorum*, *odia. ſunt reſtringenda.*

Itaque breuiter dico, quod, ſi cenſuræ latæ ſint 20 ab homine, pueri de facto non obſtringantur illis, quouſque ad pubertatem deuenerint, id eſt, quatuordecim annos compleuerint; quia, licet poſſint ante pubertatem peccare, & ſic de facto ab homine cenſuris, ac aliis pœnis obſtringi, tamen ex benignitate Eccleſiæ à pœnis peccato ſic impoſitis, de facto ante pubertatem excuſantur, *argum. cit. cap.* 1. *de delictis puerorum, & cap. referente, eodem tit.* & docent Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *ar.* 3. Vgolin. *tab.* 1. *de cenſur. c.* 17. §. 3. *n.* 5. Suar. *de cenſur. to.* 5. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 19. Henriq *de Euchariſt.* 42. *Comment.* 8. Vaſq. *to. de pœnitentia q.* 90. *ar.* 1. *dub* 4 *n.* 3. Corduba *in ſum. q.* 60. *dict.* 4. Azor. *to.* 1. *lib.* 7. *cap.* 40. *q* 6. Sanchez *lib.* 1. *Moral cap.* 12. *n* 7. & alter Sanchez *in ſelect. diſp.* 16 *n.* 18. contra Hurtadum de cenſuris in communi. *diſſic.* 7 *n.* 36. qui tamen pro ſe citat Suarez & Coninch.

At ſi latæ ſint à iure (quamuis probabile ſit 21 quod obſtringantur illis, etiam ante pubertatem, ſi doli capaces ſint, ſicuti docent Doctores mox *ſupra* citati moti ex *cit. cap ſuper eo*, *cap. pueris*, & *cap. quamuis de ſent. excomm.* qui diſparitatem aſſignant, quare pueri doli capaces obſtringantur cenſuris latis à iure, non autem cenſuris latis ab homine, quia impuberis ætas, inquiunt ipſi, non cenſetur apta ad ordinem iudiciarium intelligendum: vnde de iure non poteſt impubes citari, neque ad agendum, vel defendendum ſe in iudicio admitti, iuxta *cap. vlt. de iudic. in* 6. quod ad incurrendam cenſuram ab homine latam neceſſarium eſt.) tamen quia hæc ratio ſolùm probat, non incurri cenſuram ab homine latam, quæ ſpeciali citatione indigeat, non autem non incurri cenſuram ab homine, generaliter latam, quæ cenſuræ à iure latæ conformis ſit propterea probabilius mihi videtur, ſolum excommunicationem ipſo iure latam ob percuſſionem clerici, propter eius grauitatem, incurri à pueris doli capacibus ante pubertatem; quia ſic *in cit. textibus* habetur; & alias cenſuras, & excõmunicationes ab homine etiam generaliter latas non incurri à pueris ante pubertatem, ſed ſequendam eſſe deciſionem *in cap.* 1. *de delictis puerorum, odia reſtringi debere.* Quapropter contra Hurtadum *de Sacram. pœnitentiæ diſſic.* 9. ſi tales omittant denuntiare, ſeu reuelare, non incurrant excommunicationem ex vi monitorij 24 latam contra non reuelantes. Item ſi omittant confeſſionem in anno, & Communionem in Paſchate, non incurrent excommunicationem ab Epiſcopo latam contra non confitentes in anno, & contra non communicantes in Paſchate. Sic Filliucius *to.* 1. *tract.* 11. *cap.* 5. *num.* 130. Sancius *in ſelect. diſp.* 26. *num.* 18. Cæleſtinus *in Compend. Theol. mor. tract.* 3. *cap.* 6. *num.* 9. Corduba *in ſum. queſt.* 6. Ochagauia *de Sacram. tract.* 2. *de Euchariſtia queſt.* 7. Mercerus *de Sacram. in* 3. *par. S. Th. queſt* 6, *ar.* 5. *num.* 7. Homobonus *de bonis conſult. caſuum conſcient volum.* 2. *par.* 5. *reſponſ.* 126. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 207. & Doctores, quos citabam, & ſequebar *ſupra*, & libro de Parlamentis *dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubiect.* 31. *corollar.* 4.

Vide Paludanum *in* 4. *diſt.* 34. *qu.* 2. *ar.* 1. Graſſium *tom.* 1. *conſil. lib.* 5. *de adult. conſil.* 3. *numer.* 13. *& ſeqq.* & Bellochium *de caſib. reſeruat. par.* 2.

q.1.num.103 & q 17.num.66.qui contra Lazarium tract.de blasphemia quæst.9 num. 42. Homobonum
25 de casib reseru par.1.cap.3.& Floronum de casib. etiam reseru cap. 3.num.3.subdunt ,quod pueri ante pubertatem completam siccubi,vel mulierbria patientes non cõprehendantur sub casu reseruato sodomię,vel alte ius peccati,quod in aliquibus locis reseruari soler;quia,sicut minor ætas in foro exteriori excusat à pœna ordinaria , sic etiam excusat in animæ iudicio;quapropter etiã,si ante pubertatem completam incidat puer in excommunicationem
26 Papæ reseruatam,v g.Canonis.si quis suadente diabolo,propter percussionem clerici grauem poterit is ob defectũ ætatis absolui ab Episcopo quin etiam ab alio,saltem priuilegiato,Cõfessario vt supra ex c.puer ,de sent.excomm.dicebã.Vide etiã Sancium in d.sp.26.nu. 8.Auilam de censur.par.7. diff.6.sect.1.dub.12.& Henriquez de irregular. c.3. qui contra Siluestrũ,Layman lib.1 tr.4.c.10.n.6.Sãchez lib.1.moral c.12.n.8.in fin.subdũt,quod si puer
27 impuber occidat,neque contrahat irregularitatẽ.

Non tamen hinc inferas,quod posito interdicto
28 in aliquo loco ,non comprehendantur pueri impuberes doli capaces:cõprehenduntur enim,ratione præcepti in interdicto lati , etsi non comprehendantur in pœna imposita ob transgressionem p ęcepti ; sicuti paret ex iis quę dicebam sect.precedenti,& ex cõmuni tradũt Sanchez cit.n.8.Silu. ver.interdictum 2.n.18.Corduba in sum.q.60 dub.3. Azor.to.1 lib.7.c.41.q.10.Suar to.5 de censur.disp.5. sect.1 nu.1. Salas de legib.disp.14 sect.13.n.126.& Henriq.lib.13.de irregular.c.3.n.4.in gloss.lit.Z.

DVBITATIO IV.

An , & quid dicendum,si excusatis à præcepto coopereris in actione prohibita per præceptum:Sensus est , quid dicendum , si infidelibus , ebriis ,amentibus, pueris , vel ignorantibus subministres, v.g.in die ieiunij,carnes,vel lacticinia?

SVMMARIVM.

1 *Quisque à potest peccato excusari duobus modis. primo tanquam non comprehensus in præcepto: secundo tanquam comprehensus.*

2 *Infideles à legibus Ecclesiasticis,Infirmi à præcepto Ieiunij , perpetuo amentes,& Pueri ante vsum rationis ab omnibus legibus saltem positiuis primo modo excusantur à peccato.*

3 *Ebrij,Ignorantes,Dormientes , & Amentes ad tempus dicuntur transgredi præceptum,sed non culpabiliter;& ideo posteriori modo excusantur.*

4 *Subministrantes excusatis à præcepto primo modo in actione eis prohibita per præceptum,sed honesta,& de se bona,non peccant.*

5 *Subministrantes Excusatis secundo modo,peccant; quia subministrant in actione materialiter mala.*

6 *Subministrantes cibos vetitos in die Ieiunij carentibus vsu rationis,Infidelibus,Infirmis,& perpetuo amentibus non peccant.*

7 *Introducentes infideles ad Monasteria Monialium, licet introducti non teneantur legibus ecclesiasticis,tamen cooperantes ad eorum ingressum peccant.*

8 *Subministrantes pueris ante septẽnium completum cibos vetitos,etiam vbi est consuetudo in contrarium , non peccant.*

9 *Pueri ante septennium licet sint doli capaces non tenentur abstinere à carnibus contra nonnullos.*

10 *Subministrantes perpetuo amentibus an peccent est opinio pro vtraque parte.*

11 *Subministrantes cibos vetitos ignorantibus esse diem Ieiunij,Ebrijs & dormientibus,peccant.*

12 *Introducentes in Monasteria Monialium puberes non septennes,& feminas non septennes in Virorum Monasteria non peccant.*

13 *Cooperantes vt Ebrij, Amentes,& Pueri etiam non septennes vsu rationis carentes ad copulam moueantur,peccant.*

14 *Pueri non septennes vsu rationis carentes licet à transgressione & culpa excusentur , non tamen excusãtur à naturalibus legibus,quibus subsunt.*

SVppono,dupliciter quempiam excusatum esse à præcepto.Primo,tanquam non comprehensũ in præcepto:secundò,tanquam comprehensum: priori modo excusantur infideles à legibus Ecclesiasticis,infirmi à præcepto ieiunij,perpetuò amẽtes,&pueri ante vsum rationis ab omnibus legibus saltem positiuis:posteriori modo excusãtur ebrij ignorantes,dormientes,& amentes ad tempus:hi enim cõprehenduntur in præcepto,etsi ratione ebrietatis,ignorantię,dormitionis,& amentię temporaneæ trãsgressio præcepti moraliter ipsis non imputetur;qui modus excusationis non est propria excusatio à præcepto,sed excusatio à trangressione culpabili præcepti;quapropter dicũtur trãsgredi præceptum , sed non culpabiliter ,vt imputetur ipsis ad culpam transgressio præcepti. Hoc supposito. 1 2

Respõdetur distinguẽdo:si quis excusatur à præcepto priori modo,quia scilicet non comprehenditur sub præcepto , potes ei in actione per præceptum prohibita subministrare;quia non subministras in actione , quæ sit ei aliquo modo prohibita,sed in actione honesta , & de se bona;& sic neq;formaliter,neq;materialiter ei mala;quapropter non est,vnde sumat malitiam,neque etiam in ordine ad te,qui volũtariè ei in illa subministras. 4 5

At si excusatur à præcepto posteriori modo , quia scilicet à trangressione solum,& non item à præcepto excusatur,nõ potes ei in dicta actione subministrare ; quia subministrares in actione ei materialiter saltem mala,vtpotè de se ei prohibita;& sic tibi ratione voluntarij,formaliter mala , atque adeò ad culpam imputabili.

Ex dictis sequitur primò,posse te subministrare cibos vetitos in die ieiunij carentibus vsu rationis,infidelibus , infirmis ,& perpetuò amentibus; quia cum hi non comprehendantur in præcepto , non peccant neque etiam materialiter,dictos cibos vetitos comedendo ; & ex alio capite tibi specialiter non est interdicta talis subministratio. Quod dixi,quia contingere potest , actionem,aliquam,prout ab aliis fit , interdictam non esse,tibi verò esse interdictam,sic enim infidelibus iure Ecclesiastico,cum legibus Ecclesiasticis non subdãdantur,interdictum non est,Monialiũ monasteria ingredi;& tamẽ si tu illos eò introducas,peccares; quia tibi non solum ingredi Monialiũ monasteriũ sed etiam ad talem ingressum cooperari est interdictum.Sic ex communi Sanchez lib. 6. moral.cap. 16.similiter pueri ante vsum rationis legibus Ecclesiasticis nõ subdũtur,& tamen si in ea ætate decedãt,sepeliri non poterũt in loco interdicto;quia 6 7

hæc

hæc prohibitio non tam ipſos pueros, quam ſepelientes reſpicit. Sic Doctores, quos citabam, & ſequebar *ſuprà dubit. præcedenti, in fine, & cit. lib. de Parlamentis Dubit. 4. ſect. 19. ſubſect. 31. Coroll. 4.*

Ex dictis, inquam, ſequitur primò, poſſe te ſubminiſtrare cibos vetitos in die ieiunij carentibus vſu rationis; ſeu paruulis ante ſeptennium completum, infidelibus, infirmis, & perpetuò amentibus.

De paruulis ante ſeptennium completum docent Sanchez *lib. 1. mor. cap. 12. num. 9.* Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 17. q. 3.* Tannerus *in 2. 2. diſp. 3. q. 3. dub. 5. num. 99.* Villalob. *tom. 1. tract. 23. dub. 4. num. 4.* Gomez *in Bull. Cruciat. clauſ. 7. num. 16. & 17.* & Sà *ver. ieiunium n. 17.* contra Paludanum, & Tolerum, quos citat, & ſequitur Siluius *in 2. 2. S. Th. q. 147. art. 4.* quamuis ipſe admittat, quod vbi adeſt talis conſuetudo, poſſis iis dictos cibos ſubminiſtrare: idem-
8 que ſentire videntur Corduba *in ſum. q. 60.* & Lopez *p. 2. Inſtruct. cap. 212.* At rectius dicitur, poſſe te cibos vetitos eis ſubminiſtrare, etiam in locis, vbi adeſt conſuetudo in contrarium; quia cum paruuli ante ſeptennium completũ non ligentur lege ſcripta, multò minus ligabuntur conſuetudine, quæ eſt lex non ſcripta. Sic Sanchez *loc. ſuprà cit.* & alter Sanchez *in ſelect. diſp. 41. num. 31.* vbi ſubdit, & ſatis probabiliter, quod paruulus ante ſeptennium completũ, etiamſi doli capax ſit, ſeu vſum rationis aſſecutus fuerit, adhuc nulla lege poſitiua ligetur; cùm nulla lex poſitiua ante illam ætatem, in qua communiter aduenire ſolet vſus rationis, intendat obligare; ſiquidem per accidens in vno vel altero paruulo rationis vſus acceleratur: & lex ex alio capite accommodatur ad ea, quæ frequentius accidunt. *l. nam ad ea, ff. de legib.* conſequenter etiam in tali caſu paruulus nõ tenẽbitur abſtinere à car-
9 nibus, atque adeo, & tu poteris ei licitè carnes ſubminiſtrare, licet contrarium ſentiant alij, inter quos Villalob. *in ſum. tom. 1. tract. 23. dub. 8. num. 7.*

10 De infidelibus verò, infirmis, & perpetuò amentibus docent Doctores *ſuprà cit.* quamuis Io. Sanchez *loc. cit. num. 29.* ſecus ſentiat de perpetuò amẽtibus, ex eo quod hi (vt inquit ipſe) ſub Eccleſiaſticis legibus comprehendantur, ſed oppoſitum eſt etiam ſatis probabile, vt patet ex dictis, & tradunt Doctores cit. præcipuè Sanchez *lib. 1. mor. c. 12. n. 16.* Angles *in Floribus part. 2. q. 8. de ieiunio, diffic. 6. in fin.* & Fagundez *de præceptis Eccleſ. præcept. 3. lib. 1. c. 8. num 8.*

11 Sequitur ſecundò, non poſſe te ignorantibus eſſe diem ieiunij, neque ebriis, neq; dormientibus, &c. cibos prohibitos miniſtrare, vel ad cibos prohibitos comedendos quomodocunque cooperari; quia hi ſimpliciter ſubduntur legi ieiunij; quãuis per accidens ab illius tranſgreſſione excuſentur; quapropter tu cooperareris ad actũ de ſe malũ, ſeu prohibitũ; poteris tamen cibos prohibitos ſubminiſtrare amentibus, etiã ad tempus, non quia carẽt ratione; ſed quia amentia etiam ad tempus, eſt infirmitas ſimpliciter excuſans à ieiunio. Sic Doctores, quos citabam, & ſequebar *ſuprà dubit. 1. n. 17.* Sanchez *lib. 1. moral. cap. 12. num. 16.* & Fagundez *de præcept. Eccleſ. præcept. 4. lib. 1. c. 8. n. 8.*

12 Sequitur tertiò, poſſe te pueros non habentes vſum rationis, quales regulariter ſunt non ſeptennes, in Monialium monaſteria, & ſimiliter fœmellas non ſeptennes in virorum monaſteria, introducere; quia neque ipſis ingredientibus ingreſſus eſt prohibitus, neque introducentibus introductio eſt interdicta; cùm ex ea non ſequantur inconuenientia, quæ ſequerentur, ſi introducerentur amẽtes, infideles, vel pueri puberes. Sic Doctores, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib. 6. moral. c. 16. n. 5.* Salas *de legibus diſp. 14. ſect. 13. n. 116.* Bonacina *de legibus diſp. 1. q. 1. punct. 6. n. 6.* & Barboſa *remiſſ. Concil. ſeſſ. 25. cap. 1. de reformat.*

Sequitur quartò, non poſſe te ebrios, neq; amẽ- 13
tes, etiam perpetuò, neque pueros, etiam non ſeptennes, vſu rationis carentes, &c. ad copulam mouere; quia talis actio eſt omnibus iſtis interdicta, licet ob defectum rationis ad culpam eiſdem moraliter non imputetur. Cæterum qui ſentit, pueros dictos legibus neque naturalibus teneri, conſequenter dicere deberet, mouere eos ad copulam, non eſſe de ſe malum; ſicuti de ſe malum non eſt, beſtias ad copulam excitare; quod tamen dicendũ mihi non videtur; & propterea dixi ex induſtria, pueros non ſeptennes vſu rationis carentes, licet à tranſgreſſione & culpa, dum vſum rationis non habent, excuſentur; tamen non excuſari à naturalibus legibus, ſed ſubdi illis, vtpotè capaces rationis, ad differentiam brutorum.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

De facultate Poteſtatis Eccleſiaſticæ in Regulares Exemptos.

DVBITATIO I.

An, & quid poſſit Poteſtas Eccleſiaſtica, verbi gratia Epiſcopus, in Regulares exemptos?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in Regulares exemptos præſertim per cenſuram nihil poteſt.*

2 *Regulares non ſunt ſubditi, neque ſubiecti Epiſcopis. item dic de iis, qui ſunt in actuali ſeruitio ipſorum Regularium.*

3 *Regulares explicite ex priuilegio non poſſunt ab aliquo excommunicari, ſuſpendi, & interdici.*

4 *Regulares ex priuilegio exempti ſunt à Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, ſynodis, Capitulis, & Legatis à Latere & denique ab omni ſuperiore præter Papam.*

5 *Epiſcopus tamen ex cauſa rationabili poteſt prohibere ſub cenſura ſuis ſubditis ne cum Regularibus, vel Exemptis commercium habeant.*

6 *Epiſcopus poteſt excommunicare Religioſos ſibi ſubiectos ne cum Religioſis exemptis loquantur.*

7 *Epiſcopus excommunicare poteſt ſeculares ſibi ſubiectos, ne cum Religioſis exemptis communicent ob delictum ab ipſis commiſſum, cui ſit annexa excommunicatio.*

8 *Epiſcopus poteſt declarare Regulares incurſos in Excommunicationem ob delictum, cui ex diſpoſitione Apoſtolica ſit annexa, ad effectum, vt euitentur à Populo ſuæ Diœceſis.*

9 *Epiſcopus poteſt huiuſmodi Regulares excommunicatos citare ad videndum declarari, & publicari.*

10 *Conceſſo principali videtur conceſſum etiam acceſſorium.*

11 *Limita Epiſcopum id poſſe facere, in caſibus tantum à iure expreſſis nempe contra Regulares, qui ſine licentia Parochi adminiſtrant Sacramenta extrema*

extremæ vnctionis, Eucharistiæ, vel matrimonia solemnizant.

12 *Regulares si antequam denuncientur, & publicentur, probent se non contraxisse excommunicationem, causa cognitio ad proprium Iudicem spectat, & sic non ad Episcopum.*

13 *Limita etiam quando delictum est notorium, & etiam quando est notorium quod Regulares nullo modo possint se excusare.*

14 *Regulares an teneantur seruare ordinationes ac leges Episcoporum synodales, vel prouinciales, etiam si illæ non derogent statuti Religioso, & spectent ad communem Populi deuotionem, est dissentio inter Doctores.*

15 *Regulares tenentur ad obseruationem festorum, ad Interdicta, & quasdam censuras pro quibus ferendis Episcopi licentiam à iure Tridentini Concilij habent.*

16 *Regulares non tenentur Missas, & diuina officia sui ritus siue priuatim, siue publicè mutare, nec circa hæc Episcopis obedire.*

17 *Regulares debent se conformare Euangeliis, & Epistolis, quibus Clerus secularis vtitur, in suis sacris concionibus, non tamen possunt ab Episcopis ad id compelli.*

18 *Regulares non incidunt in excommunicationem ab Episcopo latam contra lacerantes vedulones ab ipso affixos, non solum si non nominentur, sed etiam si nominentur.*

19 *Ferre excommunicationem est actus iurisdictionis, ideo siue feratur per modum legis, siue quocumque alio modo, non potest extendi ad non subditos.*

20 *Turbans Episcopi iurisdictionem potest ab Episcopo puniri, quia tunc punitio reducitur ad ius naturale, sed non potest puniri censura ipso facto incurrenda Regularis qui non est eius subditus.*

21 *Ius puniendi turbantem iurisdictionem incipit solum cum incipit turbatio, excommunicationis autem impositio est iurisdictio exercita ante turbationis iurisdictionem.*

22 *Excommunicatio parata contra Turbantes iurisdictionem, non dicitur defensio parata, sed se habet per modum pœnæ modo iurisdictionali impositæ, & ideo non se extendit ad non subditos.*

23 *Defensio non potest incipere, nisi iniuria incipiente.*

24 *Opinio Vasquez, Sanchez & aliquorum de obligatione Regularium circa leges synodales Episcoporum, quænam sit.*

25 *Regulares non tenentur obedire decretis synodalibus Episcoporum ex vi Tridentini Concilij, nisi in ipso fiat specialis mentio.*

26 *Concilium Tridentinum vbi dat facultatem Episcopis procedendi per censuras contra Regulares exemptos, solet id explicare, vt in locis citatis.*

27 *Priuilegia Regularium, & eorum vis quid importet.*

28 *Episcopus non potest declarare excommunicatum Regularem transgressorem legis, cui sit annexa excommunicatio, siue à iure siue ab homine, nisi hoc sit ei specialiter concessum.*

29 *Amplia etiam si Regularis publice commiserit crimen, cui sit annexa excommunicatio, vel si Clericum publice percusserit.*

30 *Citatio facta Regulari ab Episcopo quando id facere non est illi specialiter concessum, est ipso iure nulla.*

31 *Regularis exemptus etiam nulliter citatus ab Episcopo debet comparere ad allegandum priuilegium exemptionis.*

RESPONDETVR, quod nihil possit Episcopus in Regulares exemptos, præsertim per censuras: patet, cùm tales Episcopo non sint subditi, seu subiecti. Atque ita docent ex communi Henriquez *lib. 7 cap. 25. num. 7. in fi. lit. I.* Portell. *in dub. Regul. ver. Episcopus, num. 5.* Aloys. Bariola *in Aphor. lit. E. verb. Episcopus, §. 3.* & Villalob. *in summ. tom. 1. tract. 16. diffic. 5. numero 13.* qui id extendunt ex priuilegio quodam Nicolai V. ad eos, qui sunt in actuali seruitio ipsorum Regularium. Vide etiam Peregrinum *in Compend. priuilegior.* qui ver. *Excommunicatio* refert, quod explicitè ex priuilegio Regulares non possint ab aliquo excommunicari, nec suspendi, nec interdici; & *ver. exemptio* refert, quod ex priuilegio Regulares sint exempti à Cardinalibus, Patriarchis, Episcopis, Synodis, Capitulis, & Legatis à latere, ac denique ab omni superiore præter Papam; ita vt si quis eos molestet, sit excommunicatus post monitionem, & non possit absolui, nisi à Papa, vel in articulo mortis. Vide etiam *in fine dubitationis præsentis.* 1 2 3 4

Potest tamen, Episcopus ex causa rationabili suis subditis, seu sibi subiectis sub censura prohibere, & suos subditos, seu sibi subiectos excommunicare, nè cum Regularibus, vel exemptis commercium habeant, verbi gratia ne monasteria Religiosarum exemptarũ ingrediantur. Sic Moscosus *in sum. tr. 16. c. 5. n. 6.* & alij. Itẽ excõmunicare Religiosas sibi subiectas, ne cũ Religiosis exẽptis loquatur. Itẽ excõmunicare seculares, sibi subiectos, ne cum Religiosis exemptis cõmunicent, si hi v. g. commiserint delictum, propter quod ex iuris communis dispositione, vel ex consuetudinibus Apostolicis ipso facto excommunicationem contraxerint. 5 6 7

Quinimmò potest etiam Episcopus in tali casu Regulares ipsos excommunicatos declarare, & publicare, ad effectum, vt euitentur à populo suæ diœcesis. Sic Henriquez *citat. num. 7.* Rodriguez *in qq. Regular. tomo 2. quæstio. 63. art. 11.* Cened. *in qq. Can. quæstio. 26. numero 30.* Alter. *de censur. to. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5. in fin.* Riccius *in addit. Instit. Canon. lib. 2. tit. 22. §. nec id mirum, vt in praxico. 2. resol. 2102. numero 4.* Triuisanus *lib. 1. decis. 36. numero 2.* Bagnus *de S. R. F. dignitatibus, tract. 12. fol. 202.* Piscecius *in prax. Episc. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 59.* & Felin. *in cap. non potest, de rei vindicata, numer. 3.* vbi subdit, quod Episcopus possit etiam tales Regulares excommunicatos citare ad videndum, declarari, & publicari; & rationem reddit; quia concesso principali videtur concessum etiam accessorium, præsertim cùm sit summenda informatio super excommunicatione contracta. 8 9 10

Quamuis limitent, & rectè, Nauarr. *Consil. 2. ver. 2. de sent. excommun.* Zerola *in prax. Episc. par. 1. verb. excommunicatio*, de excommunicationis causa materiali *in fin.* & Laurent. Peirin. *super priuilegia Minimorum tom. 1. Constit. 2.* Sixti IV. §. 10. n. 13. hoc, quod dictum est *numero 8.* locum tantum habere in iis casibus, in quibus id facere specialiter ei iure permittitur; verbi gratia si Regulares Extremæ vnctionis, vel Eucharistiæ Sacramentum Clericis, vel Laicis ministrare, vel matrimonia solemnizare sine Parochi proprij licentia præsumpserint *cap. Clement. 1. de priuilegiis*, 11 12

ita

Sanct Episcopus non possit idem facere in aliis casibus iure non expressis; ex eo, quia prius quàm Regulares excommunicatos denunciet, & publicet, deberet id facere cognita causa, & cuncta parte (fieri enim potest, quod Regulares probent excommunicationem non contraxisse) ac causæ cognitio ad proprium Iudicem spectat; & sic Episcopus incompetens Iudex Regularium, non potest illos excommunicatos declarare, neque denunciare, nisi ad summum in casibus iure expressis, ergo, &c.

13 Quinimmò propter dictam hanc rationem limitauerim ego in casu solum, quo delictum quodcunque, ob quod contracta fuerit excommunicatio, sit notorium; & etiam notorium, quod Regulares nullam causam habeant, qua se possint excusare; quia tunc, cùm declaratio non sit necessaria, poterit Episcopus illos excommunicatos denunciare, ne scilicet, sicuti dicebatur, ipsius subditi cum talibus communicantes excommunicationem etiam contrahant. Atque sic docent Doctores, quos citat, & sequitur Vgolinus *de potest. Episc. c.* 29. §. 10. *n.* 2. & Barbosa *ac potest. etiam Epis. part.* 3. *alleg.* 205. *num.* 7 *c.*

Vide etiam Malderum *in* 1. 2. *q.* 96. *art.* 5. Granadum *in* 1. 2. *e tam cont. c.* 7. *tract.* 3 *q.* 1. *disp.* 6. *sect.* 3. *num.* 18. Suar. *de legib. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 9 Lorcam *in* 1. 2. *tom.* 2. *disp.* 25. *membr. vlt* Zanardum *in direct. Theol. par.* 2 *præcept.* 4. *c.* 21. *in fine*, Llamas *in Summa part.* 3. *c.* 5 §. 28. *in fin.* Salas *de legib. tract.* 14 *sect.* 4. *n.* 43 Portellum *ver festi dies, n.* 3 Merollam *to.* 2. *disp.* 4. *c.* 4. *d.* 22. *n.* 306. Bariolã *cõs.* 2. *per totã*, Dianã *par.* 5 *tract.* 12. *resol.* 36. *in fin.* & Pontium *de matrim. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 31. qui propter eandem rationem supra

14 dictam (exemptionis scilicet Regularium ab Episcopi iurisdictione) docent contra Vasquez *in* 1. 2. *to.* 2. *d sp.* 167. *c.* 4. *n.* 31. Sanchez *lib.* 1 *Moral. c.* 15. *n.* 21. Villalob. *in Summ. l. b.* 1. *tract.* 2. *dub.* 31. *n.* 4. & Becanum *in sum Theol. par.* 2. *tract.* 3. *c.* 6. *q.* 11. *n.* 3. quod Regulares nõ teneantur seruare ordinationes, nec leges Episcoporum Synodales, vel prouinciales (etiamsi illæ non derogent statui Religioso, & spectent ad communem obseruantiam, & denotionẽ totius populi, & cleri, vt de ieiunio, vel voto à Cõmunitate facto seruando, de non commutando vota, vel de non absoluendo à censuris extra Sacramentalem confessionem, &c.) nisi solũ ex decentia, vel ratione scandali vitandi; ita vt, si scandalum ab-

15 sit non peccent si illas non obseruando. Excipe quoad festorum obseruationes, interdicta, & quasdam censuras, pro quibus ferendis Episcopi licentiam à iure Tridentini Concilij habent: qua de re Portell. Malderus, Cenedus, & Barbosa *in locis suprà cit.* Vide tandem Peirinum *in priuileg. Minimorum tom.* 1. *Const.* 27. *Leonis X. n.* 2. vbi refert, quod quoad Missas festorũ, quæ Episcopus in sua diœ-

16 cesi seruari præcepit, S. Congregatio instando decreto *c.* 11. *ver. dies etiã festi sess.* 23. *de regular.* declarauerit, non teneri Regulares Missas, & diuina officia sui ritus siuè priuatim, siuè publicè mutare; nec circa hæc Episcopos posse quidquam in contrariũ præcipere; quod si de facto præceperint, Regulares neutiquam ipsis Episcopis obedire teneri, quoad

17 conciones tamen & lectiones, quas iidem Regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euãgeliis, & Epistolis, quibus clerus secularis vtitur diebus illis festiuis. Vbi nota dici, *debere*, nõ autẽ ab Episcopo compelli; vnde sequitur, quod multò minus censuris compelli poterunt, idque etiam iuxta ea, quæ dicentur *infrà dub.* 3. 4. & 5.

Ex dictis sequitur, quod Regulares non incidãt 18
in excommunicationem ab Episcopo latam cõtra lacerantem cedulones ab ipso affixos, non solum, si non nominentur, vt docet Alphonsus de Leone *de* 19
censur. recollect. 2. *n.* 473. sed etiam, si nominentur; quia ferre excõmunicationẽ est actus iurisdictionis, & ideo hæc ferenda per modũ legis, siue quocunque alio modo, nõ potest extendi ad non subditos; cùm iurisdictio exercere nõ possit in non subditũ, iuxta illud *Extrauag. Ioan. 22. de his, quæ fiunt, nihil ad nos*; & *cap. Vbi corpus. in 6. Extra territorium ius dicenti impune non paretur. in fin.* 2; Regulares autem non sunt subiecti iurisdictioni Episcopi, cùm sint ab illa exempti, ergo, &c.

Obiicies, qui tollit iurisdictionẽ alterius, potest 20
ab illo punitus, *l.* 1. *c. ejus, delegat. in 6. de sent. excommunic. l.* 1. *eod. in princip. si quis vns. dicen.* nõ obstante, quod communiter docent Doctores, quos citat, & sequitur Farinac. *in praxi tit. de crimine læsæ Maiest. q.* 114. *num.* 67. quia tunc punitio reducitur ad executionem iurisdictionis, atque adeo ad ius naturale, vt *ex l. vlt. de iust. & iure* colligitur; Regularis autem, *ut dictum est*, cedulones Episcopi, tollens illius iuri dicendum, ergo, &c.

Respondetur, hoc tantum tenui, quod, sine 21
perturbatione iurisdictionis, possit Episcopus contra Regularem procedere rem ediu congruo, & adhibere etiam censuras, si opus sit, non autem quod incidat in excommunicationem iam latã contra lacerantem cedulones; quia hæc non sunt directa ad ipsum, cum non sit subditus, & consequenter non comprehendatur sub actu iurisdictionis Episcopi, qualis est impositio excommunicationis; & quia ius puniendi turbantes iurisdictionem incipit solum, cùm incipit turbatio, excommunicationis autem impositio est iurisdictio exercita ante turbationis iurisdictionem, ideo non se extendit excommunicatio ad Regularem.

Instabis; excommunicatio est defensio parata contra perturbantes iurisdictionem, atque adeò respicit actum perturbationis, ergo Regularis, dum perturbat incidit in excommunicationem, vt porè iam habilis puniri per ipsam.

Respondetur, quod non sit defensio parata, sed 22
se habeat per modum pœnæ modo iurisdictionali impositæ, & ideò, non se extendit ad non subditos; aliàs omnis excommunicatio, & pœna imposita à lege afficeret non subditos, quia dici posset, quod sit parata defensio pro defensione legis, & iurisdictionis exercitæ in imponenda ipsa lege quod nemo dixerit: quapropter dicendum, quod non se habeat per modum defensionis; quia defensio non potest incipere, nisi iniuria incipiente: vnde cùm impositio excommunicationis sit 23
non existente iniuria illata non erit actus defensionis, sed iurisdictionis, qui non se extendit ad non subditos.

An autem in opinione Vasquez, Sanchez, Vil- 24
lalobos, & Becani *in locis suprà cit.* tenentium, quod Regulares per se sub mortali teneantur obedire ordinationibus, seu legibus Episcoporum Synodalibus, vel prouincialibus, concernentibus actiones communes totius populi, & non derogãtibus obseruantiæ regulari (vt de ieiuniis, promissionibus à Communitate Deo factis, vel aliquibus festis seruandis, &c.) non quidem debito obedientiæ (cum vtpote exempti, Episcopis subditi non sint) sed debito, & iure naturali (cum quæ partes, & membra Communitatis illius, in qua morantur, tali Communitati, tanquam

toti

toti corpori, se conformare tenentur) possint in prædictis casibus (in quibus Regulares, licet exẽpti, subduntur Episcopis ex vi Tridentini Concilij) compelli ad obediendum in illis per censuras excõmunicationis, suspensionis, vel interdicti.

25 Respondetur satis probabiliter negativè, nisi quando id expressè ipsis conceditur à Concilio; quia quotiescumque Concilium voluit dare
26 Episcopis auctoritatem procedendi per censuras contra Regulares exemptos, id explicuit, vt in *sess. 25. cap. 16* contra dantes, vel recipientes aliquid pro ingressu Nouitiorum, ibi: *Quin potius præcepit S. Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus, ne hoc vllo modo fiat; & vt abeuntibus ante professionem omnia restituantur, quæ sua erant: quod vt rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat*: & *cap. 5.* eiusdem sessionis pro restituenda, & conseruanda clausura Sanctimonialium, & *sess. 22. in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione Missæ*, &c. ergo signum est, quod in aliis casibus, in quibus non explicuit talem auctoritatem concedi Episcopis supra Regulares exemptos, noluerit illã
27 Episcopis concedere, Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrimon. lib. 7. cap. 3. numer. 22 & lib. 6. moral. cap. 1. numero* 14. Confirmatur; quia sic suadent multa priuilegia, quæ Regulares habent, vt non possint ab Episcopis per censuras compelli: de quibus vide *supra numero. 3. & 4. Compend. priuil. Societatis Iesu n. 23. & 24.* Corduba *lib. 5. 3. q. 43.* & Rodriguez *to. 2. q. 99. Regul. q. 59. ar. 5.*

28 Hinc neque potest Episcopus declarare excommunicatum Regularem transgressorem legis, propter quam imposita est (siue à iure, siue ab homine) excommunicatio, nisi hoc sit ei specialiter
29 concessum. Ratio sumitur ex Regularium exemptione, & priuilegiis supra dictis. Quod extenditur ad casum, quo Regularis exemptus publicè commiserit crimen, ob quod imposita sit talis excommunicatio, verbi gratia si clericum percusserit, Nauar. *lib. 5. consil. de sentent. excommunicat. conf. 2. numero 2.* Quapropter citatio etiam ab Episcopo Regulari facta, vt compareat, quando id facere non est illi specialiter concessum, est ipso iu-
31 re nulla; cum ea sit à Iudice non competente; debet tamen Regularis ex decentia comparere, & allegare priuilegium exemptionis, & sic eius forum declinare, Henriq. *lib. 7. c. 25.* & Peirin. *to. 1. priuil. Minim. in Const. 2. Sixti IV. §. 10.*

DVBITATIO II.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad exorcismα?

SVMMARIVM

1 *Episcopus non potest præcipere, ne Regulares exorcizent sine sua licentia, & sine quibusdam aliis conditionibus.*

2 *Regulares possunt exercere exorcismum ex officio, & ordine Ecclesiastico.*

3 *Episcopus potest præcipere ne Clerici seculares exorcizent, quia sunt ei subiecti.*

RESPONDETUR, quod neque possit Episcopus præcipere, & multò minus excommunicare, nè Regulares exorcizent sine sua licentia, & sine quibusdam aliis conditionibus. Patet etiam ex dictis *dubitat. 1.* præsertim cùm Regulares id possint exercere ex officio, & ordine Ecclesiastico; & docet præter alios Portellus in addit. ad dubia Regularia, ver exorcismus; potest tamen id præcipere Episcopus in ordine ad clericos; quia sunt sibi subiecti. Sic Nauar. *to. 1. lib. 1. consil. 6. de officio Iudic. ordinar. n. 5.* Vgol. *de officio, & potestate Episcop. cap. 47. n. 6* Naldus *verb. demoni n. 9.* & Homobonus *part. 1. tract. 3. c. 8. q. 73.*

DVBITATIO III.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad processiones?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus neque potest præcipere & multò minus excommunicare, quod Regulares ad processiones accedant contra Genuensem & alios.*

2 *Episcopus potest præcipere Regularibus vt eant ad processiones publicas, puta in festo corporis Christi, in litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria.*

3 *Collegia excipiuntur à publicis processionibus.*

4 *Episcopus licet possit compellere Regulares ad interessendum processionibus, non potest eos censuris afficere.*

5 *Publicæ processiones intelliguntur etiam illæ, quæ pro Bono publico, de nouo inditæ sunt.*

6 *Theatini ex vi suorum priuilegiorum ad nullas processiones adstringi possunt quacumque ex causa fiant.*

7 & 8. *Theatini, & ceteri Regulares exempti non possunt sine licentia Episcopi facere processiones extra Conuentum, secus est in sententia nonnullorum si processiones fiant per triginta passus intra ambitum conuentus, vel ita sit in vsu.*

9 *Processio Rosarij fieri potest per totam ciuitatem sine licentia Episcopi, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. M.*

RESPONDETUR, quod neque possit Episcopus præcipere, & multò minus excommunicare, quod Regulares ad processiones accedant. Patet etiam ex dictis *dub. 1.* & sic docent Sanch. Henriq & Rodrig. quos citat Barbosa *de potest. Episcop. par. 3. alleg. 78. n. 25.* Tamburin. *de iure Abbat. to. 1. disp. 19. q. 7. nu. 7.* Scortia *theor. 393.* Peirinus *to. 1. Const. 11. Sixti IV. n. 60.* Portell. *in addit. ad dub. Regul. ver. Episcopus, n. 5.* & ver. *processiones, n. 1.* Villalob. *in summa tomo 2. tractat. 35. diffic. 5. numero 17.* Hieronymus Rodriguez *in compend. qq. Regul. resolut. 118.* qui subdunt, sic pluries sacram Cardinalium Congregationem determinasse: quamuis contrarium sentiãt Riccius, Genuensis, & alij, quos citat, & sequitur Barbosa in *loco sup. cit.* vbi etiam refert pro se aliam Sacræ Cardinalium Congregationis determinationem. Sed hæc (præterquam quod dici potest, ipsã non esse authenticam) apud Peirinum *to. 2. Const. 7. Pij V. §. 29. n. 25.* in hac forma loquitur: *Ordinarius potest præcipere Regularibus, vt eant ad Processiones*

Digitized by Google

nes publicas, puta in festo Corporis Christi, in Litaniis & Iubilæo publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habent monasteria, dummodo processiones sint eius generis, quæ in Bullæ Pij V. Mendicantibus concessa comprehendantur; & dummodò Regulares non sint ex illis Conventibus Collegia nuncupatis, quæ in eadem Bulla excipiuntur.

4 Vnde non sequitur, quod in ordine ad processiones, in quibus dato, quod Regulares interesse tenentur, & Ordinarius possit illis præcipere, possit etiam eosdē per censuras cōpellere; quia Regulares habent priuilegium, vt non possint ab Episc. censuris affici, nisi in casibus à iure expressis, quorum aliquos numerat Trident. & casus processionū ex alio capite nullibi exprimitur; tū quia expressè alibi S. Cōgregatio Cardinaliū pluries declarauit, nō posse Episcopū per censuras Regulares cōpellere, vt iā *supra* dicebatur, & dicetur etiam *infrà in fine*.

5 Per publicas autem processiones intelliguntur etiam illæ, quæ pro bono publico de nouo indictæ sunt; sicuti notauit ibidem Peirinus ex eadem sacra Congregatione cit. & citat Quarantā ad quas tamen omnes processiones, siuè publicas, siuè priuatas; item siuè de statuto, siue de iure, vel consuetudine introductas, Clerici Regulares Theatini ex vi suorum priuilegiorum ab Episcopo astringi non possunt, vti videre est apud Peregrinum in Compendio priuilegiorum verb. processiones.

7 An autem è contra possint Theatini, & cæteri Regulares exempti sine licentia Episcopi facere processiones extra conuentum?

Respondetur negatiuè; quia non habent territorium. Atque ita docent Rodriguez *in addit. ad Summam to. 4. cap. 105. num. 5.* Villalob. *to. 2. tract. 35. diffic. 5. num. 9.* Barbosa *de potest. Episc. par. 2. allegat. 78. num. 7.* & Peirinus *in priuileg. Minimor. to. 2. Constit. 7. Pij V. §. 10. num. 11. ad 8.* Ita etiam teste Barbosa, & Peirino *locis supra cit.* determinauit S. Cardinaliū Cōgregatio die 2. Iulij 1610. Quamuis contrariū sentiāt Portellus *in dub. Regul. ver. processiones, n. 8.* Hieron. Rodrig. *in Cōpend. qq. Regul. resol. 118. n. 10.* Iacob. de Graffis *consil. 20. de Regular.* & 8 Tambur. *de iure Abbat. to. 1. disp. 15. q. 7. n. 39.* præsertim, si processiones fiant per triginta passus intra ambitum Cōuentus, & ita habeat cōsuetudo loci. Vide etiam Peirinum *loco supra cit.* vbi ex declaratione Cardinaliū iam adducta obseruat, quod processio Rosarij tamen fieri possit per totā Ciuitatē sine licentia Episcopi; si ita habeat consuetudo à decem retro annis ibi seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, scilicet Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis.

Cæterum declarauit S. Congregatio, Episcopū auctoritatē habere in Regulares quoad cōponendas, amota omni appellatione, controuersias ortas circa præcedentiā in processionib. iuxta Trid. Concilium *sess. 25. c. 13.* & hoc breui manu, sūmariè, de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij fieri debere Vide Campanile *Rubr. 12. c. 13. n. 120.* & Lezanam *to. 2. summ. c. 1. n. 27.* & *to. 4. ver. processio.*

DVBITATIO IV.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad conciones.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest prohibere, & multo minus ex-*
communicare ne Regulares concionentur in Ecclesiis suis, seu suorum Ordinum secus si velint concionari in illa hora, quà Epis. copus vult habere concionem.

3 *Regulares non possunt prædicare in alienis Ecclesiis sine Episcopi licentia.*

4 *Episcopus non potest prædicare in Ecclesiis Regularium illis inuitis, potest tamen in illis audire officia, & in Pontificialibus celebrare.*

5 *Episcopus in Ecclesiis Regularium non potest exercere ea quæ sunt Iurisdictionis, v. g. confirmare, ordinare, degradare.*

6 *Episcopus in Ecclesiis Regularium vti potest Baldachino, & ipsos contradicentes pœnis, & censuris cogere, & punire.*

7 *Prædicatores Regulares, qui prædicant extra suas Ecclesias non debent ex probabili ab Episcopo examinari cum solum requiratur eius licentia.*

8 *Episcopus ex decreto S. Congregationis potest examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum ordinum.*

9 *Parochus potest dare licentiam Viro docto, & noto, etiam Regulari, vt in sua Parochia concionetur sine Episcopi approbatione, etiamsi talis sit solum initiatus prima tonsura.*

10 *Regulares approbati in vno Episcopatu, possunt prædicare vbicunque voluerint Parocho non contradicente.*

11 *Vide quas indulgentias possint concedere concionatores Regulares suis auditoribus.*

RESPONDETVR, quod neque possit Episcopus prohibere, & multo minus excommunicare, ne Regulares concionentur in Ecclesiis suis, seu suorum ordinum. Patet etiam ex dictis *dubitat. 1.* Quapropter poterunt Regulares, etiam contradicente Episcopo, concionari in Ecclesiis suis, dummodò non concionentur in illa hora, qua Episcopus concionari voluerit. Atque ita tradunt Cenedus *in qq. Canon. quæst. 26. numer. 13.* Vega *in sum. to. 2. cap. 86. ca. 40.* Miranda *in Man. Prælat. 1. q. 50. art. 3. concl. 1.* Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat. 76. nu. 10.* Villalob. *to. 2. tract. 35. diffic. 4. n. 4.* & Peirinus *in priuileg. Minimor. to. 1. Constit. 2. Gregorij XIII. §. 2. n 21. ex Bulla Pij V.* quæ incipit: *Etsi mēdicantium*, data Romæ 1567 Quamuis contrarium sentiant Portell. *in dub. Regul. ver. Prædicatores n. 7.* Franciscus Leo *in Thes. Fori Eccles. par. 1. c. 8. n. 9.* & Piasecius *in prax. par. 2. c. 3. art. 6. n. 7.* ex eo, quod putent Gregorium XIII. reuocasse dictam Bullam Pij V. sed minus rectè, & gratis id putant. Vide etiam Peregrinum *in Compend. Priuileg. ver. prædicare*, vbi refert, quod nouissimè Vrbanus VIII. tamen decreuerit, Regulares non posse prædicare in alienis Ecclesiis sine licentia Episcopi, nec in propriis sine benedictione illius, vel illo contradicente; & si fecerint, puniri posse ab Episcopo; de quo tamē decreto Vrbani VIII. non constat authēticè, & dicā inf. in fine præsentis dubitationis.

Cæterùm, An è contra possit Episc. in Ecclesiis Regularium, inuitis ipsis Regularib. concionari?

Respondetur, quod (quamuis aliqui Doctores affirmare videantur, moti ex eo, quod talis actus sit actus honoris) tamen negandum sit quia exemptis & priuilegiatis non præiudicatur in suis priuilegiis nisi quatenus exprimitur, *Clement. Archiepiscopo. §. si tamen, num. 2. & 3.* quod non est in casu nostro; Atque ita docet præter alios

Peirinus *in priuil eg. Minimor. tom. 1. constitut. 26. Leonis X. §. 24. n. 47.* Quapropter dicendum potius est, quod inuitis Regularibus, non possit Episcopus concionari in Ecclesiis eorum; in quibus tamen potest priuatim, & publicè audire officia, & ea, etiam in Pontificalibus, celebrare, & solemniter populo benedicere, & etiam facere coram se, sed sine Pontificalibus celebrari; & quamuis in eisdem Ecclesiis non possit exercere ea, quæ dicunt iurisdictionem, v. g. confirmare, ordinare degradare, &c. possit ibi tamen vti baldachino; & contradicētes Regulares pœnis, & censuris Ecclesiasticis cogere, & punire, per decretum S. Congregationis darū Romæ die 10. Iunij 1603. apud Peirinum *loco supra cit. num.* 45. qui *Constit.* 2. Sixti IV. §. 11. *n.* 21. cum Barbosa *de potest. Episcopi parr.* 3 *allegat.* 76. *num.* 24. & Peregrino *loco supra cit. ex Bulla Gregorij XV.* data Nonis Febr. 1622, quæ incipit: *inscrutabile*, aduertit, quod Episcopus possit etiam punire eos (non tamen censuris, vt supra pluries dicebā) si sine licentia ipsius prædicarint in Ecclesiis alienis; quamuis id negent Campanili *in diuer. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *n.* 10. Tamburinus *de iure Abbat. to.* 2. *disp* 11. *q* 4. *num.* 3. & Hieron. Rodiguez *in Compend. qq. Regular. ver. Pradicatores num.* 1. moti ex eo, quod S. Cardinalium Congregatio ita declarauerit sub istis verbis: *Congregatio Concilij censuit, Regulares, qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesiis, quæ suorum Ordinum non sunt tametsi decreto eiusdem Concilij cap. 2. sess. 5. contradixerint, non posse puniri ab Episcopo, sed tantum à suis Superioribus.*

An autem prædicatores debeant ab Episcopo examinari?

Respondetur ex probabili, negatiuè, etiam attento decreto Concilij Tridentini *cit. cap. 2. sess. 5.* quia ibi requiritur tantū licentia Episcopi ad prædicādū extra suas Ecclesias, & de examine nullū fit verbū, nisi solū ad ordines, & Cōfessiones, vti constat ex eiusdē Cōcilij *sess. 23 c. 15.* ibi: *Nullus etiam Regularis ad id idoneus reputetur, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut licentiā ab Episcopis obtineat per examen, si illis videbitur necessariū, aut aut aliàs idoneus iudicetur*: quod nullatenus dicit, quādo agit de Prædicatoribus Regulatiū. Cùm igitur Concilium in vno loco agendo de Confessoribus, mentionem faciat de examine faciendo, si Episcopis videbitur necessariū, non verò in alio, agendo de Prædicatoribus, sequitur, quod sententia negatiua sit asserenda; quia vbi Cōciliū voluit hanc auctoritatem Episcopis supra Regulares concedere, id expressit; ergo quando non expressit, non concessit. Atque ita contra Henriquez *lib. 10. cap. 13. in glos. lit. Z.* (cui tamen fauere videtur quædā Cardinaliū Cōgregatio in vna Vgētin die 22. Ianuarij 1622. declarans, posse Episcopos examinare Regulares prædicare volētes in Ecclesiis, quæ non sunt suorū Ordinū) docent Alzedus *in prax. Episc. par. 2. c. 13. n.* 104. Miranda *in Man. Prelat. to.* 1. *q.* 50. *ar.* 2. Rodriguez *loco supra cit. nu.* 2. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 76. *n.* 23. Galletus ver. *legere*, & ver. *licentia*, 3. & Lezana *t.* 2. *sum. c.* 9. *n.* 48. qui subdūt neque subiici ex declaratione S. Cōgregationis Regulares ad licētiā, & examē, in ordine ad habēdam lectionē S. Scripturæ in suis Monasteriis: subdunt secundò posse in opinione cōmuni Parochum, seu Curatū dare licentiā viro docto, & noto, etiā Regulari (qui ex priuilegio, vt videre est apud Peregrinū ver. prædicare, seruatis seruandis, concionari potest, etiā prima tōsura solum initiatus, & in quocūque loco, etiam extra Ecclesiā, & etiā in aliena) vt bis, vel ter cōcionetur in sua Ecclesia sine Episcopi approbatione, quin & posse prædicatores Regulares semel approbatos in vno Episcopatu, itinerantes prædicare, vbicūque voluerint, non contradicēte Parocho, & Episcopo loci, ex priuilegio Gregorij XIII. concesso PP. Societatis Iesu, vti videre est apud Mirandam *art. 4. concl.* 1. Portell *n.* 16. Io de la Cruz *de statu Relig. lib.* 1. *c.* 6. *dub.* 2. *concl.* 3. & Barbosam, *n.* 26. Hieron. Rodriquez *in compend. qq. Regul. resol.* 112. Emanuel. Rodriguez *in qq. Regular. t.* 3. *q.* 32. *ar.* 2. & Villalob. *in sum. to.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 5. *n.* 2. vbi subdunt, quod Prædicatores Regulares ex variis Pontificū priuilegiis possint in suis domibus quocunque anni tēpore prædicātes, cōcedere suis auditoribus 18. annos, ac 320 dies indulgentiarū; prædicantes verò extra suas Ecclesias possint vltra dictos 18. annos, concedere 222. dies tārū: & tēpore quadragesimæ prædicātes apud suas domus feria 2. 4. & 6. possint cōcedere 156. annos, & 24. dies: quas tamē indulgētias dicti Prædicatores Regulares debent expressè cōcedere nomine Sāctitatis, aliàs suæ auditores illas non lucrantur.

DVBITATIO V.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad locutiones cum Monialibus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest prohibere, & multo minus excōmunicare Regulares accedentes ad Monasteria ad loquendum cum monialibus.*

2 *Episcopus ex Constitutione Gregorij XV. potest punire Regulares, sicut seculares vt sedis Apostolica Delegatus, accedētes ad Monasteria Monialiū ipsis Regularibus etiam subiecta.*

3 *Episcopus ex dicta constitutione licet possit punire Regulares exemptos, vt sedis Apostolica Delegatus non tamen potest eos excommunicare contra Duardum.*

4 *Regulares multo minus afficiuntur censuris ab Episcopo impositis in genere contra accedentes ad Monasteria ad loquendum cum Monialibus contra Graffium.*

5 *Censura lata facultate ordinaria non afficiunt nisi subditos, & sic non regulares exemptos. Item dic de facultate delegata.*

6 *Facultas delegata in ordine ad Regulares non se extendit ad ferendas censuras per modum legis, & statuti, sed solum ad puniendos Transgressores.*

7 *Facultas delegata Episcopo contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium restringitur ad causas speciales in facti contingentia, non autem ad auctoritatiuè prouidendum per censuras.*

RESPONDETVR, quod neque possit Episcopus prohibere, & multò minus excommunicare, ne Regulares accedant ad monasteria ad loquēdū cum Monialibus. Patet etiam ex dictis *dub.* 1. & ita docent Rodriguez *qq. Regular. t.* 1. *q.* 45. *ar.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 33. *num.* 23. Quaranta ver. Monasteria Monialium

Monialiũ, verſ. dubitari, Bonacina *to. 1. q. 3. de clauſ. punct. 4. n. 8.* Paſqualigus *to. 2. deciſ. 157.* & alij, quos citat Barboſa *de poteſt. Epiſcop. par. 3. allegat. 102. nu. 73.* & Suar. *de Relig. to. 4. tract. 1. lib. 1. cap. 10. nu. 27.* vbi ait, ita etiam declaraſſe S. Cardinalium Congregationem die 9 Aprilis 1587. in his verbis: *Regulares accedentes ad monaſteria Monialium ſine licẽtia Epiſcopi incidunt in pœnã excommunicationis, quã Epiſc. ſuo edicto propoſuit, niſi Regulares illi habeant ex priuilegio, quod non poſſint excommunicari; & tũc deberẽt puniri a ſuis ſuperioribus alia pœna;* Quãuis hodie
2 ex Conſtitutione Gregorij XV. de Exemptorum priuilegiis, quæ incipit, *Inſcrutabili*, ſub die 9. Febr. 1621. & ex declaratione Cardinalium anno 1624 poſſint Regulares, ſicut & ſæculares ab Epiſcopo, vt ſedis Apoſtolicę delegato, corrigi, & puniri, ſi accedant ad loquendum cum Monialibus etiã in monaſterio exempto, & Regularib. ſubdito, ſine licentia Epiſcopi; ſicuti notarunt Bonac. de clauſura, *tit. q. 3. punct. 4. n. 8.* Bellochius *de caſib. reſerv. par. 2. q. 9.* & alij; ex qua tamen Gregorij XV. Cõſtitutione, & Cardinaliũ declaratione (vti *ſupra* pluries dicebam) non colligitur, quod poſſint ab
3 Epiſcopo, neque etiam vt Sedis Apoſtolicæ delegato, ſtatuto ſpeciali prohiberi, & excommunicari, ne accedant ad Monaſteria ad loquendũ cum
4 Monialibus etiam exemptis contra Duardum *in Bull. Cœnæ lib. 1. c. 1. q. 3. n. 119* & multò minus colligitur, affici cẽſuris ab Epiſcopo impoſitis in genere contra accedentes ad monaſteria ad loquendũ cum Monialib. cõtra Graſſiũ *in deciſ. par. 1. lib. 2. c. 49. n. 68.* Atque ita docent Sanch. Rodrig. Barboſa, Quaranta, Bonacina, Paſqualigus *in locis ſupra cit.* & alij paſſim, & ratio eſt, quia, vel iſtæ cenſuræ ſunt latæ authoritate, & facultate ordinaria,
5 & tunc certum eſt, quod non afficiant Regulares exemptos; quia cenſuræ latæ facultatę ordinaria non afficiunt niſi ſubditos, per textum expreſſum *in cap. a Nobis 1. de ſent excommun.* vel ſunt latæ facultate delegata à ſede Apoſtolica, & neque afficiunt Regulares exemptos; quia facultas delegata
6 in ordine ad ipſos non ſe extendit ad ferendas cẽſuras per modum legis, vel ſtatuti, ſed ſolũ ad puniendos Regulares trangreſſores; vnde ſolum poſita tranſgreſſione, ſubintrat delegatio, vt conſtat ex verbis cit. Bullæ Gregorij XV. vbi: *Ab Epiſcopo loci ſimiliter tanquam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant:* vbi ponderandum eſt, quod facultas delegata eſt tantum ad puniendum, & corrigendum: vnde cùm punitio, & correctio ſupponat tranſgreſſionem, nõ poteſt exerceri facultas delegata niſi circa delicta, & tranſgreſſiones. Rurſus ibidem dicitur, quod Epiſcopus procedere valeat auctoritate delegata, quoties, & quãdo opus fuerit; quapropter delegatio eſt ſolum ad caſus ſpeciales in facti cõtingentia, non autem ad auctoritatiuè prouidendum per cenſuras, ne contingant tranſgreſſiones. Vide, quæ dicentur *cap. 19. dubit. 70. & 71.*

SECTIO II.

An Regulares loquendo cum Monialibus peccent mortaliter? Vbi etiam an declarationes Cardinalium, deciſiones Rotæ, ſententiæ Cancellariæ, Regiſque ſenatus, & ſtylus Curiæ Romanæ obligent, & vim legis habeant?

SVMMARIVM.

1. *Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium ex probabili ſententia non peccant mortaliter ſecluſo ſcandalo. contra plures Doctores.*
2. *Regulares loquendo cum Monialibus, quia cooperantur peccato mortali ipſarum peccant mortaliter.*
3. *Decretum S. Congregationis Cardinalium latum contra Regulares accedentes ad loquendum cum Monialibus non obligat ſub peccato mortali.*
4. *Declarationes S. Congregationis Cardinalium vtrum habeant vim legis, an ſolum ſententia doctrinalis pendet ex mente Pontificis poteſtatem ipſis tribuentis.*
5. *Declarationes S. Cong. Cardinalium in dubio præſumuntur non habere vim legis, præſertim quando non ſunt promulgatæ.*
6. *Lex condenſiua nouum requirit promulgationem.*
7. *Declaratio legis in dubiis eſt veluti noua lex, & ſic vt obliget, noua promulgatione indiget.*
8. *Declarationes S. Cong. Cardinalium licet magni ponderis ſint, & ab eis non facile recedendum, niſi aliter per ſedem Apoſtolicam declaretur, vim legis non habent.*
9. *Sixtus V. cum ſua Bulla dedit facultatem S. Congregationi Concilij Tridentini interpretandi leges dubias Pontifice conſulto.*
10. *Declarationes S. Congr. Cardinalium videntur eſſe ſolum doctrinales, quia raro, & ſolum in granioribus, & difficilioribus dubijs, Congregatio Pontificem conſulit.*
11. *Declarationes S. Congreg. Cardinalium ſæpe inter ſe pugnant ex quo infertur nullam eſſe authenticam; cum Cardinales non poſſint derogare, ſed ſolum interpretari leges.*
12. *Declarationes S. Congregationis Cadinalium neque typis mandantur, neque à Pontifice publicari iubentur.*
13. *Legum multitudo, & obligationum vitanda eſt, & ſi dictæ Declarationes vim legis haberent, eſſent innumeræ leges Eccleſiaſticæ.*
14. *Declarationes S. Congregationis Cardinalium, ſi ſolemniter ſint promulgatæ; quia cum promulgatione concurrit Poteſtas, habens vim legis.*
15. *Confutantur nonnulli apud Rodriguez aſſerentes poteſtatem Congregationis Cardinalium collatam eſſe ad declarationem doctrinalem, non legiſlatiuam.*
16. *Congregatio Cardinalium cenſuit has ſuas Declarationes vim habere, ac ſi à ſummo Pontifice emanarent.*
17. *Declarationibus, quæ promulgantur præſumitur adeſſe conſenſus ſummi Pontificis neceſſarius.*
18. *Declarationes S. Congregationis Cardinalium, ſi non ſint ſolemniter promulgatæ, licet de ipſis conſtet authenticè, ex probabili ſententia Doctorum, vim legis non habent.*
19. *Promulgatio requiritur ad legis conſtitutionem, non autem ad legis declarationem, ſecus eſt quando lex eſt dubia.*
20. *S. Rota Romana ſequitur Declarationes S. Congregationis Cardinalium, licet ſolemniter non ſint promulgatæ, quia ſunt magni ponderis.*
21. *Declarationes Cardinalium licet non ſint ſolemniter*

solemniter promulgata ex probabiliori sententia vim legis habent, & obligant tam in Iudicio quam extra, si tamen de ipsis authentice constet per Breue Summi Pontificis, vel per Monitorium Auditoris Cameræ, vel aliquo alio modo authentico.

22 *Iudices Inferiores non possunt authentice declarare leges superioris, ita vt declaratio liget Principe inconsulto.*

23 *Iudices inferiores in rebus minutioribus possunt passim legem superioris non solum doctrinaliter; sed etiam authentice declarare.*

24 *Decisiones sac. Rotæ, & sententiæ Cancellariæ, Regiique Senatus vim legis non habent, vt necessario liget, quia non procedũt à Iudicibus habentibus facultatem legis condendæ.*

25 *Stylus Curiæ Romanæ, si tamen Bullis, & decretis Pontificum declaratus sit, vim legis habet, & ius in se continet.*

1 REspondetur ex probabili negatiuè, si absit scandalum, in ordine ad Moniales præcipuè; quia lex humana pœnalis ex probabili non obligat sub mortali, iuxtà sententiam Nauarri in loco infrà citando,& aliorum; sic Doctores, quos sequitur Merolla *to. 1.disp.1 cap.1.diffic.7.nu.614. contra Salas in 1.2.disp.15.sect.1.concl.2.nu.16.* Duardum *in Bull. Cœnæ lib.3.§.8.q.2.n.45.* Bonacinam *tract.de clausura qu.3.punct.4.num 4.* Peirinum *in primileg.Minimor.to.2.Constit.6. Pij V. §.10.n.36.* Dianam *par.1.tract.10.resol.22.* Sayrum in Claui Regia *lib.3.cap.7.nu.34.ad fin.* Barchium *in Specul. Monial. cap. 9.* & Homobonum *2.p.casu.3.vers.4.*

2 Dixi, *in ordine ad Moniales præcipuè*; quia si hæ loquendo peccent mortaliter, vtpotè loqui prohibitæ sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ,certum est,quod Regulares loquendo cum eis peccent etiam mortaliter; quia peccato Monialium mortali cooperantur.

3 Neque contra Responsionem nostram positam obstat decretum Cardinalium de hac re in specie contra Regulares editum; quia cum tale decretum sit pœnale,inferens scilicet in ipsos, si accedant ad Monasteria ad loquendũ cum Monialibus,pœnam priuationis officij,vocisque activæ,& passiuæ,probabile est,vti dicebam,quod non obliget ad peccatum mortale, Nauar.*cap.25.nu.57.& seq.* & dicam etiam *cit. cap.19.dubitat.71. in fine.*

Neque obstat secundò,quod Cardinales declarauerint,obligare ad peccatũ mortale,sicuti legere est apud Duardum *loco supra cit nu.47.* quia de tali declaratione non constat authenticè:neque declarationi Cardinalium,quamuis magnam habeat auctoritatem,necessariò standum est;quandoquidem, vtrũ habeat vim legis, an solum sententiæ doctri-

4 nalis,pendet ex mente Pontificis potestatem ipsis tribuentis;& consequenter interim dum sumus in

5 dubio,præsumẽdũ est,quod vim legis non habeat, præsertim cùm authenticè non promulgetur, & vna declaratio soleat cum alia pugnare.

6 Neque obstat tertiò, si dicas, vt lex obliget, requiri,quod promulgetur casu, quo lex condat ius nouum;at talis non est declaratio;cùm illa à principio legi insit.Ergo.Quia Respõdetur,quod licet

7 in manifestis declaratio legi insit; & sic ex se sine alia promulgatione obliget,tamen secus sit in dubiis; quia in his declaratio est veluti noua lex, & sic vt obliget,noua promulgatione indiget; quapropter nulli aliter per Sedem Apostolicã declare-

8 tur,dicendũ interim est,quod declaratio Cardinalium, licet magni ponderis sit, & ab ea non facilè recedẽdũ,tamẽ vim legis non habeat. & sic necessariò ipsi standũ non sit;sicuti supra dicebam,& videri poterit Sanchez *de matrim.lib.8.disp.2.n.10.* Valquez *1.2.disp 177.cap.vlt.* Nauarrus relatus à Salas *de legibus disp.2.sect.9.n.4.* Rordiguez *to.1.q. regular.q.11.art.2.* Ledesma *in sum.to 1.de Sacram. Pœnit.c.13 diff.7.* Valerus,*ver.absolutio, diff.1.n.10. & ver.nullitas, differ.5.n.2.* Pontius *de matrim.lib. 5.c.13.§.2.n.7.* Vega *in sum.to.1.c.62.cas.41.* Villalob.*to.1.tract.2.dub.7.n.5.* Portell.*ver.Cardinalium declarationes,* Bonacina *de legibus disp.1.q.1.punct. 8.n.4.* & alij, quos citat Diana *par.1.tract.10.resol. 29.* quamuis multi alij,quos etiam ipse Diana ibidem refert,contrarium sentiant. Videri etiam poterit Pasqualigus *tom.2. decis.61.*

Sed vt hæc res,quæ sæpe contingit, melius in- 9
telligatur,sciendũ est,quod deCõgregatione Cardinalium extet Bulla 7.Sixti V. edita anno 1588. quæ incipit, *in Mensa,* in qua postquam Pontifex sibi reseruauit potestatem congregandi Concilium, & res fidei definiendas,subdit: *Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni Concilij Tridentini, si quãdo in his,quæ de morum reformatione, disciplina,& moderatione,& Ecclesiasticis iudiciis, & aliis, qua humana statuta sunt,dubietas,aut difficultas emerserit, interpretãdi facultatẽ (nobis tamen consultis) impertimur.* Ex quibus verbis constat, Congregationi Cardinalium concessam esse facultatem interpretandi leges Tridẽtini,illa tamen conditione,quod summus Põtifex cõsulatur. Vnde oritur prædicta difficultas,an declarationes Congregationis Cardinalium habeant vim legis, vel solum sint doctrinales?

Et quidẽ videntur esse solũ doctrinales;quamuis 10
magni ponderis, & auctoritatis, sicuti supra dicebam.Ratio, quia tarò,& solum in grauioribus dubiis,teste Salas,*disp.21.sect.11.* Cardinalium Congregatio Pontificem consulit; & sic cùm non seruet conditionem, sub qua potestas declarandi ipsi cõcessa est,declarationes ipsius vim legis non habẽt;tum quia huiusmodi declarationes(vti notauit Suarez *to.4.in 3.par.disp.28.n.6.*) inter se pu- 11
gnant,ergo nulla est authentica: non enim prior, quia non succederet posterior ipsi contraria; neque secunda,quia Cardinalium Congregatio non habet potestatẽ derogandi leges, sed solum interpretandi factas; & sic nulli talium declarationum necessariò standũ est:tum quia, si vim legis haberent,deberent solemniter publicari, sicut & communiter dicitur de declaratione authentica legislatoris ipsius: at hæ declarationes nec typis man- 12
dantur, nec à Pontifice publicari iubentur; ergo signum est, quod vim legis non habeant: tum quia vtanda est, quoad fieri potest, multitudo legum, & obligationum; at si declarationes 13
Cardinalium vim legis haberent, innumeræ essent leges Ecclesiasticæ. Ergo dicendum, quod sint tantum doctrinales, magni tamen ponderis, & auctoritatis. Atque ita docent Sanchez, Vasquez, Salas, Rodriguez, & alij complures, quos supra citabam. His tamen non obstantibus,

Dico primò,Declarationes Cardinalium, si solemniter sint promulgatæ,vim legis habent; quia 14
tunc concurrunt omnes conditiones pro legis constitutione requisitæ,scilicet potestas, & promulgatio.

Neque obstat, si dicas, potestatem Congrega- 16
tioni Cardinalium collatam esse ad declaratio-

nem

nem doctrinalem, non legislatiuam; vti sentiũt quidam apud Rodriguez *to* 1. *qq. Regular. q.* 11. *art.* 2. Respõdetur enim, quod ad declarationem doctrinalem habendam non indigebat Cardinaliũ Congregatio, quod potestas sibi conferretur. Accedit, quod eadem Cardinalium Congregatiõ censuit,
16 has suas declarationes vim habere, ac si à summo Pontifice emanarent, teste Garsia *de benefic. in Præfat. ad lectorem*, Salas *disp.* 21. *sect.* 12. & Bonacina *disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 8. *nu.* 4. Sed si à summo Pontifice declarationes legum suarum promulgarentur, absque dubio vim legis haberent, Ergo hic &c.

17 Neque obstat secundò, si dicas obstare superiores rationes. Respondetur enim, quod in iis Cardinalium declarationibus, quæ promulgantur, præsumitur adfuisse consilium summi Pontificis necessarium. Item si fortè pugnantia inter ipsas intercedat, prior tollitur per posteriorem declarationem contrariam; sicuti lex prior abrogatur per posteriorem legem contrariam.

18 Dico secundò, si non sint solemniter promulgatæ, licet de ipsis constet authenticè, ex probabili sententia Doctorũ, vim legis non habent. Sic Salas *disp.* 2. *sect.* 9. *in fin.* & *disp.* 10. *sect.* 9. *num.* 68. & *disp* 12. *sect.* 1. *nu.* 8. Lorca 1. 2. *disp.* 18. *ad fin.* Suarez *lib.* 6. *cap.* 1. *n.* 3. loquens generaliter de omni declaratione facta à Principe Bonac. *disp.* 1. *q.* 1 *punct.* 8. *num.* 4. & alij: & probatur; quia promulgatio, seu publicatio est de essentia legis, ita vt & declaratio ipsius Principis, & vim legis habeat, promulgatione etiam indigeat, Ergo, &c.

19 Neque obstat, si dicas, promulgationem esse requisitam ad legis constitutionem, non autem ad legis declarationem; quia declaratio cum ipsa lege à principio inest, *l. ita fidei, ff. de iure fisci*, Respondetur enim declarationem claram, & euidentem cum ipsa lege à principio inesse; non autem declarationem in re dubia, & pro qua variæ sunt opiniones: hæc enim declaratio, vt omninò sequenda sit, & vim legis habeat, publicatione indiget; siquidem ex publicatione legis à principio facta non infertur, cùm lex rectè stare possit cum declaratione contraria.

20 Neque obstat secundò, si dicas, Rotam Romanam sequi declarationes Congregationis Cardinalium, etiamsi promulgatę solemniter non sint vti constat ex pluribus decisionibus Rotæ, quas refert Salas *disp.* 21. *sect.* 12. Rodriguez, & Bonacina *in locis supra cit.* Respondetur enim, id Rotam Romanam facere, ex eo quod magni ponderis, magnæque auctoritatis sint; non autem ex eo, quod vim legis habeant.

Dixi Cardinalium declarationes, si non sint solemniter publicatæ, licet de ipsis constet authẽticè, vim legis non habere *ex probabili sententia*
21 *Doctorum*; quia forsã probabilius, vel saltem tutius est oppositum, dictas scilicet Cardinalium declarationes, licet non sint solemniter promulgatæ, vim legis habere, & obstringere, tã in iudicio, quã extra, si tamen de ipsis authẽticè constet per Breue summi Pontificis, vel per Monitorium Auditoris Camerę, vel per epistolam alicuius Cardinalis suo sigillo munitam, vel per transumptum authenticum ex registro Congregationis, parte citata: moueor; quia in harum legum declaratione huiusmodi promulgatio, seu publicatio sufficiens videtur ex vsu, & consuetudine antiqua; præsertim, quia licet ex tali promulgatione non statim multis innotescat, paulatim tamẽ in multorũ notitiam deuenit, & de se apta est deuenire, quod in casu nostro videtur sufficiens ad obligationem inducendam, & sic quod vim legis habeant. Ita Doctores, quos citat; & sequitur Rodriguez *quæstio* 11. *art.* 2. Salas *disputat.* 21. *sect.* 12. *in fin* & Garsias *de benefic. in Præfat. ad lectorem.*

Ex dictis sequitur, quod non possint Iudices 22
inferiores authenticè declarare leges superioris; ita vt ipsorum declaratio liget, sicut lex, seu vim legis habeat; quia nullibi ipsis collata est talis facultas; quamuis possint, secundùm probabiliorem Doctorum sensum, legem interpretari; & secundùm talem interpretationem iudicium ferre; maximè, si Princeps consuli non possit. Silu *ver. Interpretatio, q.* 1. Salas *disp.* 21. *sect.* 2. & Rodriguez *qq. Regular. q.* 11. *art.* 1. Et in rebus minutioribus
possint passim legem superioris nõ solum doctri- 23
naliter sed etiam authenticè declarare; quia aliàs nulla legis obseruantia perfectè introduceretur, si passim ad Principem recurrendum esset. Vnde Constantinus Imperator Plotiano rescripsit *in l.* 1. *Cod. de relationib. in Cod. Theodosiano: super paucis, quæ iuridica sententia decidi non possunt, nostram debes cõsulere Maiestatem, nè occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum maneat arbitrium à sententia prouocandi*; Ex quibus, quod dixi, præcipuè locum habet, quando agitur de interesse partium: & necessaria est interpretatio ad decidendam litẽ; quia tunc absque dubio possunt Iudices inferiores legem superioris, prout sibi probabilius videbitur, declarare, & partes, vt hanc declarationem sequantur, necessitare. Vide Salas & Rodrig. *in locis supra cit* & quæ dicebantur *lib. de Parlamentis Dubit.* 4. *sect.* 25. *per suas subsectiones.*

Sequitur secundò, quod decisiones Rotæ, & 24
sententiæ Cãcellariæ, Regijq; senatus neq; vim legis habeant, vt necessariò liget, quia non procedũt à Iudicib. habentib. auctoritatẽ legis cõstituendæ sibi collatã. Ita Doctores quos citat, & sequitur Suarez *lib.* 7. *c.* 11. *ad fin.* Salas *disp.* 19 *sect.* 19. *n.* 109. Vasquez 1. 2. *disp.* 177. *cap. vlt. nn* 75. & Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 10. Quamuis dictæ decisiones Rotæ, & sententię Cãcellarię, Regijq; Senatus habeant quàm maximã auctoritatẽ, ita vt ab ipsis recedendũ non sit, nisi obstet vrgentissima ratio.

Sequitur tertiò, quod è contra stylus Curiæ Ro- 25
manæ, si tamen Bullis, & decretis Pontificum declaratus sit, vim legis habeat, & sic ius in se contineat, ita vt ad sui vigorem diuturnitate temporis non indigeat; habetur in cap. quàm graui, de crimine falsi, & docent cõplures Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *lo. supra cit. disp.* 21. *n.* 6. Quapropter si ex stylo Curiæ sic declarato aliqua necessariò in dispensatione, vel in simili actu manifestanda sint, & contrarium fiat, dispensatio, vel quicumque alius similis actus subreptitius erit. Sanchez *ibidem*, Salas *cit. sect* 19. Mascardus *de probat. conclus.* 1317. *num.* 51 & Bonacina *de legibus disp.* 1. *q* 1. *punct.* 4. *num.* 14.

SECTIO III.

Aũ, & in quibus casibus loquentes cum Monialibus, non peccent mortaliter? Vbi etiam quid dicendum de socio.

SVMMARIVM.

1 *Regularis, quin & quicumque alij non exempti*

Digitized by Google

exempti non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt, ſi loquantur cum Monialibus Vrbanitatis cauſa per horæ quadrantem circiter. ſecus dic ſi locutio ſit de rebus obſcœnis; quia decem verba, quin & duo, vel tria ſuffi ciunt.

2 *Quæ nam ſit paruitas materiæ in tali caſu, relinquitur arbitrio prudentis viri.*

3 *Regulares loquentes cum Monialibus ad pacandas earum conſcientias non peccant mortaliter.*

4 *Regulares loquentes cum Monialibus per ſigna, & nutus, vel per interpoſitam Perſonam, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt.*

5 *Item dic ſi loquantur per interpretem contra Graffium, & multo minus per Nuncium, vel Epiſtolam.*

6 *Item non peccant mortaliter, nec pœnas incurrunt ſi loquantur cum Monialibus, nihil ei, reſpondentibus, & multo minus ſi audiunt & non reſpondeant.*

7 *Loquentes cum Abbatiſſa non peccant mortaliter neque pœnas incurrunt.*

8 *Abbas in odioſis non venit Monachorum nomine, nec Abbatiſſa Monialium.*

9 *Loquentes cum Nouitia, quia non venit in odioſis nomine Monialis, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt.*

10 *Loquentes cum Monialibus de rebus obſcœnis licet peccent mortaliter, tamen ſi ſint Pueri, vel Puellæ antequam peruenerint ad Pubertatem non incurrunt pœnas.*

11 *Aduene & Peregrini loquentes cum Monialibus vbi non habent Domicilium pœnas non incurrunt.*

12 *Epiſcopi loquentes cum Monialibus non incurrunt pœnas ob eorum reuerentiam, & Dignitatem ſpiritualem.*

13 *Loquentes de Domo propinqua Monaſterio, qua licitè accedit ad Monaſterium, non incurrunt pœnas.*

14 *Loquentes metu graui ducti, & ſerui iuſſu Domini non peccant, neque incurrunt pœnas.*

15 *Licentia in ſcriptis ad accedendum ad Monaſteria loquendi cauſa cum Monialibus, vt quis vitet peccatum, & pœnas non eſt neceſſaria, ſed ſufficit oretenus data à Vicario Epiſcopi.*

16 *Licentia data indefinite, abſque temporis præfixione extinguitur per primam collocutionẽ.*

17 *Frequentare Monaſteria remoto virio, & ſcandalo non eſt peccatum mortale, ſi tamen qui frequenter monitus ab Epiſcopo non deſiſtit peccat; & poteſt excommunicari.*

18 *Loquentes cum Monialibus exemptis contra Epiſcopi prohibitionem, cui ſit annexa cenſura, non peccant, neque incurrunt Epiſcopi cenſuram contra Doctores quam plures.*

19 *Clauſura non laditur per locutionem cum Monialibus.*

20 *Delegatus cum non poſſit excedere terminos delegationis, non poteſt Epiſcopus ex vi delegationis in ordine ad clauſuram Monialium exemptarum ſe immiſcere circa locutionem cum illis.*

21 *Feſta indicta ab Epiſcopo, & interdicta impoſita ab illo in Eccleſiis exemptis Regularium non ſeruantur ſecluſo præcepto Concilij Trid.*

22 *Delictum accęſſus ad Monialium Monaſteria exempta dicitur commiſſum extra Iuriſdictionem Ordinarij, & per ipſum impunibile contra Bonacinam, cuius fundamentum ſoluitur.*

23 *Locus exemptus quamuis ſit in Territorio, non eſt tamen de Territorio, & quoad hoc comparatur loco exiſtenti extra territorium, nec Epiſcopus poteſt ibi niſi in caſibus à iure expreſſis.*

24 *Statutum, quod dirigitur ad Perſonas, vel loca exempta, eſt nullum defectu Iuriſdictionis.*

25 *Statutum laicorum in quo ſit mentio Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum licet fauorabile, eſt nullum.*

26 *Regulares non obſtante Conſtitutione Gregorij XV. Decreto S. Cong. & approbatione Vrbani VIII. non ſubſunt cenſuræ Epiſcopi antecedenter, cum ex dictis conſtitutionibus ſolum conſequenter intret delegatio.*

27 *Licentia data regulari loquendi cum Monialibus ſe extendit ad ſocium, ex eo quod in connexis ſit idem iudicium.*

28 *Regulares ex Regula præſcripto incedere debent cum ſocio, cum id ſpectet ad decentiam ſtatus religioſi.*

29 *Licentia loquendi cum Monialibus non conceditur Regularibus niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa.*

30 *Aſſocians Regularem, qui habet licentiam loquendi cum Monialibus non dicitur habere, iuſtam, & rationabilem cauſam.*

31 *In connexis eſt idem iudicium, quando connexa ſe habent inſeparabiliter.*

32 *Quando vnum poteſt ſtare ſine altero non ſumus amplius in connexis, ſed in ſeparatis.*

33 *Regularis & ſocius non ſunt connexi in ordine ad locutionem cum Monialibus, ſi quidem optimè loqui poteſt cum eis vnus abſque eo quod loquatur & alter.*

34 *Aſſignatur ratio diuerſa in licentia conceſſa Regulari ad viſendum Sepulchrum Domini, & licentia conceſſa ad loquendum cum Monialibus quoad extenſionem ad ſocium.*

35 *Regularis poteſt accedere cum ſocio ad Monaſteria prædicta: ea ſolum, qui habet licentiam, loqui debet.*

REſpondetur, Regulares, quin & quicumque alij non exempti, non peccant mortaliter; neque pœnas incurrunt, ſi loquantur cum Monialibus Vrbanitatis cauſa per horæ quadrantem circiter; quia paruitas materiæ excuſat in quacumque materia; quamuis alij putent, excedere paruitatem materiæ decem verba, quin & duo, vel tria, ſi ſint de rebus obſcœnis. Quapropter melius, quænam ſit paruitas materiæ, rectè relinquitur, attentis omnibus circumſtantiis, iudicio prudentis viri. Vide Graffium *in deciſ. par. 1. liber. 4. cap. 8. num. 5.* Finellium *de caſib. reſerv. cap. 5. numer. 10.* Dian. *par. 3. tract. 5. reſol. 69.* Peirinum *to. 2. Conſtit. 6. Pij V. §. 10.* Bonacinam *de clauſura q. 3. punct. 5. n. 1.* & Homobonum *par. 2. caſu 5. verſ. 3.* 1 2

Item ſecundò, non peccant mortaliter, nec pœnas 3

pœnas incurrunt,si loquantur cum Monialibus ad pacandas earum conscientias,v.g.casum aliquem conscientiæ eis declarando, vel de spiritu sermonem cum eis habendo, quia finis prohibitionis non fuit iste, sed potius oppositus. Peirinus ibidem.

4 Item tertiò,non peccant mortaliter,nec pœnas incurrunt,si loquãtur cum Monialibus per signa, & nutus, vel per interpositam personam; quia sic non est propriè loqui cum illis; & ex alio capite odia sunt restringenda, non amplianda. Peirinus *loco c t.contra Graffium de casibus reserv.lib.2. cap. 5. n.33.* Vnde neque etiam peccant mortaliter,neque pœnas incurrunt, si loquantur cum Monialibus per interpretem; quia id neque est propriè loqui cum Monialibus,sed cum interprete, contra eun-
5 dem Graffium *cit c.5.num. 34.* Et multò minus obrationem dictam,si mittant nuncium, vel epistolam ad Moniales.

6 Item quartò non peccant,nec pœnas incurrunt, si loquantur cum Monialibus, nihil eis respondentibus; quia neque hoc est propriè loqui, seu colloqui cum Monialibus; & ex alio capite verba legis pœnalis non sunt extendenda,sed potius restringenda,sicuti dicebam.Sic quidam recentiores contra Graffium *tom.1.conf.22.de sentent.excommun. num.30* & multò minus,si audiant Monialem sibi loquentem,& ipsi nihil respondeant;quia nec audire est loqui, etiam in lata significatione. Sic iidem recentiores contra eundem Graffium *loco cit. num. 31.*

7 His adde primò, quod neque peccent mortaliter,neque pœnas incurrant, qui loquuntur cum Abbatissa; quia, sicuti nomine monachorum in odiosis non venit Abbas,vt notat *gl.in c.fin.de simo-*
8 *nia,*& ibi Abbas *num. 2.* & Cardinalis *in Clement. num.7.in 6. oppos. de Regular.* ità nomine monialium non venit Abbatissa. Sic ex probabili multi contra Graffium *de casib.reserv.cit.lib.2.c.5 num.31.* & colligitur ex iis,quæ dicentur *cap.19. dubit.65.*

9 Item nec qui loquuntur cum Nouitia;quia similiter in odiosis nomine monialium non veniunt Nouitiæ,Graffius *to.1.conf.22.de sent.excomm.n.26.*

10 Adde secundò,quod quamuis peccent mortaliter,loquendo v.g de rebus obscœnis,tamen neque pœnas incurrant,qui loquuntur cum monialibus; si sint pueri, vel puellæ ante decimumquartum ætatis annum completum,ob vsus rationis non satis completam perfectionem; cùm ius positiuum non obligat cum magno rigore, sicut obligat ius naturale.Bonacina *de censur.disp.1.q.1.punct.4.n.7.* & alij passim.

11 Item similiter,si sint aduenæ, & peregrini domicilium ibi non habentes; quia tales non subduntur statutis loci,ex textu *in cap. à nobis, 1. de sent. excommun.*Et probatur, quia potestas iurisdictionis extendit se tantum ad subditos; & statutum ex alio capite, sicut & sententia non valet, nisi emanet à potestate iurisdictionis;Quapropter statutum(sicut & sententia)licet adhæreat territorio,non ligat, nisi subditos, non autem aduenas, & peregrinos. Vnde nec excommunicatio lata, siue per statutum, siue per sententiam,contra eos, qui sciunt verbi gratia aliquod furtum, vel delictum esse commissum, ligat transeuntes.Coninch de Sacramentis *disp.13. dub. 7. concl. 5. num. 60.* & Layman *lib.1.tract.5. part.1.cap.4.num.5.*Quamuis contrarium sentiant *glos. in cap. à nobis de sent. excommunic.* & ibi Abb. *num. 7.* Vgolinus *de sanct.tab.1.cap.9.§.2.num.4.* Suarez *de censuris disp. 5.sect.5.num.12.*Pontius *de matrim.lib.5.cap 7.§.2 num. 19.*& alij, quos citat & sequitur Barbosa *in Collect. tom.2. lib.5.cap.21.num. 4.* præsertim,si excommunicatio lata sit per statutum, moti ex eo, quia statutum saltem cum adhæreat territorio, afficere debet etiam aduenas, & peregrinos. Sed ad hoc istorum Doctorum fundamentum Responsio patet ex dictis.

Item similiter,si sint Episcopi, ob eorum reue- 12
rentiam,& dignitatem spiritualem.Graffius *de casibus reserv.lib 2.c.5.n.27. & 54.* contra Gratianum *tom.2.c. 193.n.10.*

Item similiter, si loquantur de domo propin- 13
qua monasterio,ad quam licitè acceditur, cùm licitè habitetur à secularibus; quia cùm pœnæ latæ sint contra illicitè accedentes ad monasteria ad loquendum cum monialibus, non sunt extendendæ ad eum, qui non illicitè accedit ad monasterium,sed loquitur cum monialibus de domo propinqua monasterio, ad quam licitè acceditur; Et multò magis non sunt extendendæ ad eum qui licitè accedit,verbi gratia si habens licentiam audiendi Confessionem vnius ex Monialibus, loquatur cum aliis,Graffius *tom.1.c.5 22.de sent.excommun. numer.* 23. quamuis contrarium satis probabiliter sentiat Henriquez *lib 13. capit. 26. numer.* 2. ex eo, quod in tali casu principaliter, & per se prohiberi videtur collocutio, non autem accessus, nisi solum secundariò, & per accidens.

Item similiter, si loquantur metu graui ducti, 14
vt cùm loquuntur serui iussu domini, Gregorius Carafa *de duello tract.5.sect.1.quæs.9.*& Bonacina *de clausura q.3.punct.1.n.2.*& ratio est,quia, licet ius naturale obliget cum magno rigore, cum eodem rigore tamen non obligat ius positiuum,vti suprà dicebam. Quaproptrer regula generalis est (etiam in ordine ad peccatum)quod in iis,quæ iuris positiui sunt, si absque contemptu, ac refutatione finis ex metu graui vrgente, vel ex apparente ibi excusatione transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo pacto consentiendi contra præceptum obligans ad mortale,non incurratur mortale peccatum;quia non est intentio piæ, ac iustæ matris Ecclesiæ bonas huiusmodi animas tam hostili vinculo illaqueare,& propterea talis apud Deum neque censuras incurret, quamuis fortasse absoluendus sit ad cautelam. Vide, quæ dicebantur *lib.de Parlamentis, Dubit. 4. sect. 25* per suas subsectiones.

Adde tertiò,quod ad euitandum peccatum, & 15
pœnas in foro conscientiæ, non requiratur accedendi ad loquendum cum Monialibus (sicut nec monasterium ingrediendi)licentia in scriptis, sed sufficiat,si fuerit data oretenus;Doctores, quos citat,& sequitur Diana *part. 3.tract.3.resol.129. contra Sanchez lib.6.moral.c.16.num.10.*& Suar. *de relig. tom.4.lib.1.cap.10.n. 15.* Item sufficiat,si fuerit data à vicario Episcopi; quæ licentia tamen, licet 16
fuerit data indefinitè, & absque temporis præfinitione, vtpotè odiosa, extinguitur per primam collocutionem.Graff.*loco sup.à cit.num. 40. & 41.* Riccius *part.3. collect.587.* Mastrillus *decis 97.* & Sbrozzius *de vicar. Episc.lib.2.q.109.& q.210.*Quãuis contrariũ non omnino improbabiliter doceat Bonacina *de clausura,q.3.punct.5.n.8.*Vide quæ dicebantur *lib.de Parlamentis cit.Dubit.4.sect.19. subsect.30.*& quæ dicentur *c.19.dubit.36.& 37.*

Adde quartò, quòd licet *in cap. Monasteria,* 17
de vita & honest. cleric. & in caput. periculoso de

*statu Regular.in 6.*prohibeatur, frequentari monasteria Monialium; tamen illa, etiam sine legitima causa, & sine licentia frequentare (cùm non sit prohibitio in re graui) non videatur esse peccatum mortale,si remotis extrinsecis scandali, vel mali finis,circumstantiis, frequententur. Sanchez *lib.6. moral. cap.16.numero 120.contra Rodriguez in qq.Regul.tomo 1.qu.45.art.4* & Llamas *in Methodo curationis in Appendice*,quam ponit *in fine*,§.4.Excipe, nisi qui frequentat ab Episcopo monitus non desistat,quia tunc poterit ob inobedientiam, & contumaciam ab illo excommunicari. Vide quæ dicentur *c.19.dub.70.*

18 Adde quintò, quod licet Roland.à Valle *cons.* 33.*vol. m.3.*Genuensis *in prax. Neapol. cap.33.* & Bellochius *de casib.reservat.par.2. quæstio. 9. numero* 167. teneant, quod loquentes cum Monialibus exemptis, seu cum Monialibus in loco exempto, incidant in excommunicationem ab Ordinario loci latam contra loquentes cum Monialibus,si in edicto quo imponitur excommunicatio, fiat mentio etiam de accedentibus ad Monasteria exempta, sumpto argumento ex Tridentino Concilio *sess.25.cap. 5. de Regularib.* vbi Moniales exemptæ quoad clausuram subsunt Episcopis, tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, & idcò possint ab Ordinario loci per censuras impediri quicumque,cũ Monialibus loqui:qua ratione motus Aloysius Bariola *in Aphor.Lit.E.ver. Episcopi, §. vlt.* probabile sentit, quod Episcopi statutum afficiés excõmunicationẽ afficiens accedentes ad Monasteria afficiat & accedentes ad Monasteria exempta,& Regularibus subiecta,etsi de istis specialem mẽtionem non faciat(tamen contrarium dicendum sit; quia aliud est clausura,& aliud loqui cum Monialibus; & per
19 locutionem cum Monialibus nullo pacto læditur clausura.Quapropter,cùm non possit delegatus excedere terminos delegationis, non potest Episcopus ex vi delegationis in ordine ad clausu-
20 ram Monialium exemptarum, immiscere se circa locutionem cum illis.Et consequenter loquentes cum Monialibus exemptis non incidunt in excommunicationem ab Episcopo latam contra loquentes cum illis,etiamsi in edicto mentio fiat de Monasteriis exemptis.Quòd dico iuxta doctrinam quam tradebam *supra cap. 12. Dubitat. 1. sect. 4.* quod scilicet subditi Episcoporum, dum sunt in Monasteriis exemptis,non subdantur eorum legibus,& iuxtà illud, quod colligitur ex Tridentino Concilio *sess.25.cap.12.de reformat.* vbi decernitur, quod in Ecclesiis Regularium seruentur festa indicta ab Episcopo, & interdicta imposita ab illo:
21 quapropter fit, quod, secluso tali præcepto, non sint necessariò illa ibi seruanda;atque adeò, quod præcepta, & statuta Episcoparia non habeant locum in Monasteriis Regularium, quæ sunt exempta.Vide, præter Rolandum à Valle Genuensem, & Bellochium *supra citatos*,Angelum,Auilá (quos citat, & sequitur Bonac.*de censur. disput. 1. punct.* 11.)Stephan Gratianum *discept.forens.393.num.23.* & 24.Campanil. *in Diuers.rubr.12.cap. 16. numero* 45.Salas *de legib.disputat.17.sect.13.numero 62.*Azorium *lib.5.cap.23.quæst.3.*Homobonum *par.2.cas. 5.* Barbos.*de offic.& potest.Episcop. 3.par.alleg.102.n.59.* & Vgolinum *de offic. Episc. part. 1.cap.21. §.3. nu-*
22 *mer.3.*

Et sic, cùm accessus ad Monasterium Monialium exemptarum, & locutio cum illis consummetur in loco exempto, sequitur quod delictum non subsit censuris Episcopalibus, quia hæ non ligant in loco exempto; siquidem delictum consumatum in loco exempto est extra iurisdictionem Ordinarij,*cap.1 §.nunquid ergo, de priuilegiis in 6.* Quamuis contrarium ex contra nos senserit Bonac.*loc.sup.cit.* quatenus ait, quod etsi loquens cum Moniali in Monasterio exempto nõ incurrat censuram latam ab Episcopo per modum statuti cõtra loquentes cum Monialibus,quia locutio fit in loco exempto, tamen qui accedit ad Monasterium exemptum incurrat censuram latam ab Episcopo per modũ statuti contra accedentes ad tale Monasterium; quia accessus fit in territorio Episcopi; ad quam rationem facilè dicitur ex dictis quod accessus licet fiat in territorio Episcopi,consummatur tamẽ in loco exempto;& pœnæ,vtpotè odiosæ, & sic strictæ interpretationis,sequi solent ad actum non inchoatum, sed ex omni parte consummatum,sicuti diffusè dicebam *lib. de parlamentis.dubit. 4.sect.19.f.bsect.31.pag.96.& seqq.*

Confirmatur, quia cùm nemo possit in alieno territorio, vel extra proprium territorium iurisdictionem exercere, *Clement.1. de foro compet. Clement. Pastoralis de re iudic. leg.fin.ff. de re iurisdict. omn. Iudic. & leg.fin.ff. de offic. Præfecti*, sequitur, quod censura non ligent extra proprium territorium eas imponentis, *cap. vt animarum, de constitut.in 6.* Sed locus exemptus, quamuis sit in ter- 23
ritorio,non est tamen de territorio,sed quoad hoc comparatur loco existenti extra territorium; quia neque in ipso, neque in alieno territorio potest Ordinarius iurisdictionem exercere, nisi in casibus à iure concessis, *cap.cum Episcopus,de offic.Ordinar. in 6.* ergo censuræ impositæ ab Episcopo contra loquentes cum Monialibus non habent vim contra loquentes cum Monialibus exemptis, seu contra loquentes cum Monialibus in loco exempto.

Confirmatur secundò; quia quando statutum 24
dirigitur quocumque modo ad personas, vel loca exempta, est nullum defectu iurisdictionis, cùm iurisdictio non se extendat ad ipsa, ratione exemptionis; quapropter statutum laicorum, in quo fit mentio Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, 25
etiamsi sit fauorabile, est nullum; sicuti dicebam *supra cap. 8. dubitat. 2. ex cap. Eccles. Ecclesia S. Mariæ de Constitut. & cap. fin. de rebus non alien.* & tradunt ex communi Abbas *in cap. clericis de foro compet.* Imola *ibid.* Cardinal. *in cap.perpendimus,numero 13.de sent. excommunicat.* Felin. *in citat.cap.Ecclesia S.Mariæ numero 15.* Alber. *tractat.de stat.par. 2. quæstio. 2. numero 20.* Burrius *cons.* 40.Socinus *consil.71.numero 10. lib. 4.* Baldus 132.*lib.3.*Io.Nevizanus *consil.39.numero 5.* Surdus *consil.301.numero 13.volum.2.*Caualcan.*Decisio. 33. numero 16.*Plotus *cons.93.numero 2.* Cioffus *consil. 81.numero 84.lib.1.*Suarez *contra Reg.Angl.cap. 16. numero 7.& lib.3.de legib.cap.34.numero 13.*Maynar. *de priuileg. Eccles. par. 2. art. 22. numero 46.* & Beltran de Gucuar. *in propugnac. libert. Eccles. assert. 1.§.6. numero 55.& 58.* quia tale statutum præiudicat exemptioni, qua personæ, & loca Ecclesiastica subtrahuntur iurisdictioni laicali; ergo cũ Monasteria exempta sint subtracta iurisdictioni Episcopali, statuta Episcoporum, in quibus fit mentio de ipsis,erunt etiam nulla, quia militat eadem ratio.

Obiicies: saltem loquentes cum Monialibus exemptis, seu cum Monialibus in loco exempto, poterunt puniri per censuras ab Episcopo, vt Sedis Apostolicæ delegato, ex vi citat. Constitutionis

tutionis Gregorij XV. ibi: *Ad hæc tam ſeculares, quàm Regulares huiuſmodi nullis privilegiis, & exemptionibus iuuari ſe poſſint, quo minus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & coerceri valeant.* Circa quam Conſtitutionem, quia dubitabatur, an ſub illis verbis; *ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes*, comprehenderetur locutio cum Monialibus, Sacra Congregatio Concilij reſpondit, comprehendi, in his verbis: Quæritur, an poſita dicta Conſtitutione, Regularis abſq; legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibiq; in loco colloquiis deſtinato cum Moniali colloquens, à diœceſano Epiſcopo, tanquam ſedis Apoſtolicę delegato, coërceri, & puniri poſſit, Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretũ cenſuit, poſſe. Quam Congregationis ſententiã Vrbanus VIII. ad ſe relatam approbauit, an. 1624. ergo &c.

26 Reſpondetur, nego antecedens, quia in his omnibus non tribuitur Epiſcopo loci facultas procedendi per cenſuras contra tranſgreſſores in loco exempto antecedenter, ſed ſolum puniendi tranſgreſſores conſequenter, ita vt poſita tranſgreſſione ſolum ſubintret delegatio, vt *ſupra ſect. 1. in fine* dicebam.

27 Adde Sextò, quod (licet Riccius *par. 1. prax. reſol. 745.* Tambur. in *de iure Abbat. diſp. 26. q. 3. n. 2.* & Peirinus *tom. 3. priuileg. in Addit. ad Conſtitut. Pij V. §. 6. n. 1.* teneant, quod licentia data Regulari loquendi cum Monialibus ſe extendat ad ſociũ, ex eo quod in connexis ſit idem iudicium, *cap. tranſlatio*; & ſic quod conceditur Regulari, conceſſum cenſeatur etiam ſocio; præſertim quia gratia conceſſa principali ſe extendit ad familiares: vnde licentia inuiſendi ſepulchrum Domini à Pontifice conceſſa alicui, ſe extendit ad Socium à ſuperiore aſſignandum) tamen contrarium etiam dicendum ſit; 28 quia licet Doctrina ab Aduerſariis tradita locum habeat quoad acceſſum ad Monaſterium (ſiquidem ex Regulæ præſcripto Regulares incedere debent cum ſocio; cùm id ſpectet ad decentiam ſtatus Religioſi: quapropter licentia accedendi ad Monaſterium cenſetur conceſſa etiam pro ſocio; & valet, quod in connexis ſit idem iudicium; quia talis acceſſus ex vi decentiæ ſtatus Religioſi dicit connexionem cum ſocio. Quod propterea fortè ſolum valet quoad eos Religioſos, qui hanc decentiam ſeruant, incedendi ſcilicet cum ſocio) tamen locum non habet quoad locu- 29 tionem cum Monialibus; quia, vt concedi poſſit licentia loquendi cum Monialibus, interuenire debet iuſta, & rationabilis cauſa, *cap. periculoſo de ſtatu Monachorum*, innouato etiam quoad hoc à 30 Pio V. in Bulla, quæ incipit: *Circa Paſtoralis*, ſub die 1. Iunij 1566. ſed ex eo quod quis aſſocietur Regularem, qui habet licentiam loquendi cum 31 Monialibus, non propterea habetur iuſta, & rationabilis cauſa, quod & ipſe, qui aſſociatur Regularem, loquatur cum Monialibus, ergo, &c. tum quia licet in connexis ſit idem iudicium, *cit. cap. tranſlatio*, id tamen eſt in eo, in quo ſunt connexa, & ſe habent inſeparabiliter, non autem in eo, in quo non ſunt connexa, *l. cum actum, ff. de negot. geſt.* vbi communiter Doctores, & Aretin. *in capit. tranſlatio, numer. 3.* Alex. de Næuo *in capit. ſi duobus, numer. 13. de appellat.* Imola *conſil. 139.* Menochius *conſil. 421. numer. 64. & de arbitr. conſil. 91. numer. 9.* Surdus *de aliment. tit. 9. quæſt. 31. numer. 15.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 641. numer. 15.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 26. numero 40. & 94.* & Scaccia *de appellat. quæſt. 17. limit. 21. numer. 30.* quia quando 32 non ſunt inſeparabilia, ſed vnum poteſt ſtare ſine altero, non ſumus amplius in connexis, ſed in ſeparatis, Iaſon *in l. ſed ciſi plures, §. 1. not. 2. ff. de vulg. & pup. &c.* Crauetta *conſil. 232. numer. 1.* Couar. *quæſt. pract. cap. 34.* Menochius *de recup. poſſeſſ. remed. 1. numer. 377. & ſeqq.* Boër. *conſil. 7. numer. 1. & 2.* Regularis autem, & ſocius non 33 ſunt connexi in ordine ad locutionem cum Monialibus; ſiquidem optimè loqui poteſt cum illis vnus, abſque eo quod loquatur & alter; quapropter quoad hoc ſunt potius ſeparati, & conſequenter quoad hoc quod conceditur vni, non cenſetur conceſſum & alteri. Vnde patet ad fundamentum oppoſitum, & quod ſit diuerſa ratio de licentia inuiſendi Sepulchrum Domini: nam hæc conceſſa vni, cen- 34 ſetur conceſſa etiam alteri, ratione decentiæ ſtatus Religioſi, & ratione neceſſitatis; quia valde durum eſt, ſine ſocio peregrinationem tam longam, & periculoſam inire: quapropter eſt eadem ratio de hac re, ac de acceſſu ad Monaſterium Monialium, proportionaliter lo- 35 quendo, & conſequenter rectè hoc infertur ex illo; non autem eſt eadem ratio, ac de locutione cum Monialibus, vt patet ex dictis.

DVBITATIO VI.

An, & quia poſſit Epiſcopus in ordine ad delicta extra clauſtrum commiſſa?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt carcerare Regularem etiam extra Clauſtrum notoria delinquentem, neque poteſt facere proceſſum contra illum, vt poſtea remittat ſuo ſuperiori, vt puniatur; ſi tamen Regularis degat in Monaſterio.*

2 *Epiſcopus poteſt ſolum inſtare certiorando Prælatum Regularem de notorietate delicti commiſſi extra Clauſtra, & præfigere tempus vt Delinquens puniatur.*

3 *Epiſcopus poteſt Regularem delinquentem extra Clauſtra ſuſpectum de fuga carcerare, & ſuo ſuperiori remittere.*

4 *Epiſcopus elapſo termino ab ipſo præfixo ad puniendum Regularem, poteſt ipſe punire, dummodo id factum non fuerit à ſuperiori.*

5 *Poteſtas corrigendi deuoluitur ad Ordinarium propter negligentiam Prælati Religionis, ſi extra clauſtra notoris delinquat.*

6 *Ordinarius non poteſt contra Religioſum componere proceſſum, ac ſi teſtium depoſitionem ſuſceperit ſuper notorietate delicti, debet eum tradere ſuperiori Religionis*

7 *Ordinarius, ſi per ipſum captus fuerit Regularis, debet eum recta via ad ſuperiorem Religionis tranſmittere.*

8 *Epiſcopus poteſt præfigere terminum ſuperiori Religionis*

DVBITATIO VIII.

An,& quid possit Episcopus in ordine ad mutationem Conuentuum?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest prohibere,neque impedire,nè Regulares mutent Conuentum de loco ad locum v.g.de loco non sano,vel incommodo ad locum sanum,& commodum,contra nonnullos tenentes oppositum.*

2 *Fratres Minores ex priuilegio Sixti IV.& Benedictini ex priuilegio Sixti V. possunt de consensu Capituli generalis mutare Conuentus de locis incommodis ad locos commodiores,non petita licentia Episcopi.*

3 *Priuilegia predicta non derogantur per Tridentinum;quia loquitur solum de noua ædificatione, non autem de mutatione.*

4 *Regulares possunt in mutatione Conuentus secum transferre omnia mobilia,& vendere immobilia,excepta Ecclesia,quam deponere debent in manu Episcopi.*

5 *Ad fundandum nouum Conuentum, seu nouam Domum preter consentum Episcopi,requiritur quod Regulares ibi habitantes sint ad minus duodecim,alioquin subdentur Episcopo.*

6 *Item requiritur debita,& Iuridica distantia à Conuentibus aliorum Regularium.*

7 *Conditionibus prædictis non existentibus Episcopus non dat consensum;& stante appellatione Regulares non possunt ædificare; alias excommunicantur ipso facto,& priuantur officio,voce activa,& passiua.*

1 REspõdetur,quod neque possit Episcopus prohibere,& impedire,ne Regulares mutent conuentus de loco ad locum, v. g. de loco non sano, vel incommodo ad locum sanum & commodum; quamuis Eman.Rodriguez *in qq. Regular. to.* 1. *q.* 23. *art.*7.&Portell.*in dub.Regular.ver.Monasterium num.*5.teneant oppositum;quatenus docent, ad id
2 faciendum,licentiam Episcopi requiri. Patet etiam ex dictis *dubit.* 1. & probatur ex priuilegio Sixti IV.concesso Minoribus,& priuilegio Sixti V. cõcesso Benedictinis,vt scilicet in Capitulo generali de consensu Capituli possint ipsi mutare Conuentus de locis incõmodis ad locos cõmodiores, non
3 petita licentia Episc.cũ cæteris ibi cõtentis. Quæ priuilegia non derogantur per Trident. Concilio, quia dictum Concilium loquitur tantum de noua erectione,& ædificatione domorum,non autem de mutatione. Atque, ita docent Miranda *in Man. Prælat.to.*1.*q.*33. *art.* 2.Portell. *in addit.ait ver.monasterium*, *n.*3. Hieronym.Rodriguez *in Compend. qq.Regular.resol.*55. *n.*4.& Peregrinus *in Compend.*
4 *Priuileg.ver.Ecclesia*, vbi subdit, quod Regulares possint in mutatione secũ transferre omnia mobi-
5 lia,& vendere immobilia,excepta Ecclesia, quã deponere debent in manu Episcopi.Subdit secundò, quod,vt nouus Conuentus,seu noua domus fũdeiur,præter consensum Episcopi,requiratur ex Bul-
6 la Vrbani VIII. quod Regulares ibi habitãtes sint ad minus duodecim;alioquin subdentur Episcopo.
7 Item, quod ab aliis aliorum Regularium Conuẽtibus,seu domibus sit debita, & iuridica distantia: quæ conditiones si non adsint,Episcopus non det consensum (præsertim, si interim interueniat ad summum Pontificem appellatio; quia tunc multò magis fiet causa Summi Pontificis) & Regulares non ædificent;quia ædificando excommunicantur ipso facto,& priuantur officio;voceque activa, & passiua.Vide,quæ dicentur *infrà dubit.*22.

DVBITATIO IX.

An,& quid possit Episcopus, & Capitulum Sede vacante in ordine ad crimen hæresis?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non habens potestatem ad id à summo Pontifice delegatam non potest cognoscere in crimine hæresis contra Regulares.*

2 *Legatus à Latere de iure potest cognoscere de hæresi contra omnes, quia vices summi Pontificis plenissime gerit;de consuetudine,tamen sine speciali commissione id facere non potest neque quoad alios.*

3 *Episcopus ratione sui muneris ést competens Iudex omnium Hæreticorum in sua Diœcesi.*

4 *Episcopus respectu suorum subditorum in crimine hæresis est Iudex Ordinarius; quia ex proprio munere id ipsi competit.*

5 *Episcopus respectu Exemptorum in crimine hæresis est Iudex Delegatus contra Hostiensem, & Sanchez.*

6 *Delegatio absolute facta non Personæ sed Dignitati tribuit omnimodam Iurisdictionem & præsentem,& futuram.*

7 *Appellare non potest ab Episcopo delegato ad Archiepiscopum sed ad summum Pontificem delegantem.*

8 *Episcopus procedens in crimine hæresis vel vt ordinarius,vel vt delegatus seruare debet modum,quem seruare possunt & debent Inquisitores per iura communia & speciales concessiones,seu ordinationes Sedis Apostolicæ.*

9 *Episcopus attento iuris rigore non potest procedere sine consilio Capituli.*

10 *Habens iurisdictionem quasi Episcopalem est Index Ordinarius in rebus fidei, vt sunt Priores, & Abbates exempti & Capitulum sede vacante.*

11 *Vide quid intelligatur nomine sedis vacantis.*

12 *Capitulum an sit Iudex delegatus respectu Exemptorum,resolvitur negatiue contra plures Doctores.*

13 *Capitulum non succedit Episcopo nisi in his, quæ Episcopo competunt iure ordinario, non autem ex delegatione.*

14 *Capitulum in exercenda Iurisdictione in causis fidei non per se, sed per Vicarium ad id specialiter deputatum procedere debet.*

15 *Vicarius constitutus à Capitulo non tenetur requirere consilium viciniorum Episcoporum.*

16 *Iurisdictio Episcoporum & Inquisitorum stat vtroque modo sc. & copulatiue, & disiunctiue.*

17 Sex

17. & 18 *Sententia proferenda eſt coniunctiuè, non diſiunctiuè & ad hoc tenentur ad inuicem communicare proceſſum, ſi diſſentiant negotium per vtroſque inſtructum remitti debet ad ſedem Apoſtolicam.*

19 *Epiſcopus ſine Inquiſitore, & è contra, non poteſt procedere ad pœnas, ſiue ad tormenta diſiunctiue ſub pœna nullitatis Iudicij.*

20 *Epiſcopus, ſeu Vicarius, & Inquiſitor de conſenſu poteſt etiam diſiunctiue procedere.*

1 RESPONDETVR, quod neque poſſit Epiſcopus cognoſcere Regulares de crimine hæreſis; niſi ad id Epiſcopus haberet poteſtatem à Summo Pontifice delega-
2 tam. Quod adeò verum eſt vt, etſi Legatus à latere de iure omnes de hæreſi cognoſcere poteſt; quia vices Summi Pontificis pleniſſimè gerit, tamen de conſuetudine ſine ſpeciali commiſſione Summi Pontificis, vel ſupremi Tribunalis S. Inquiſitionis, id facere non poſſit; neque etiam in ordine ad alios. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186 *n.* 4. & videri poterunt, quæ dicebantur *cap.* 7 *dubit.* 26 *c.* 10 *dubit.* 2 *ſect.* 2.

3 Epiſcopus autem ratione ſui muneris eſt competens iudex omnium hæreticorũ in ſua Diœceſi, *Clement.* 1 *§. propter quod de hæreticis*, & tradunt ex communi Farinacius *loco ſuprà cit. n.* 5. Azor. 1 *part. lib.* 8 *c.* 18 *q.* 2. Cardinalis de Lugo *tract. de fide diſp.*
4 24. & Gundiſalu. *de hæreticis, q.* 7 *n.* 8. Ita tamen, vt reſpectu ſubditorum ſit Iudex ordinarius; quia ex proprio officio, & munere id ipſi cõpetit, Pegna 3 *part. direct. q.* 1 *Commẽt.* 50. Farinac. *n.* 6. Simanca *in Enchirid. tit. de Epiſcopis, n.* 2. & 3. & Decian. *tract.*
5 *crim. lib.* 5 *c.* 21 *n.* 4. At reſpectu exemptorum, contra Hoſtienſem *in cap. ad abolendam de hæreticis, n.* 1. & Sanchez *de matrim. lib.* 2 *diſp.* 40 *n.* 14. (qui tenent eſſe Iudicem ordinarium, ex eo, quod à iure ipſo generaliter eſt ei conceſſa delegatio, & ex alio capite quando aliqui delegatur iuriſdictio, non ratione perſonæ, ſed dignitatis, non delegata, ſed ordinaria iuriſdictio dicitur) ſit Iudex delegatus, vt patet, ex *cit. c. ad abolendam, §. ſi verò*, ibi: *Si qui verò fuerint, qui à lege diœceſana iuriſdictionis exempti ſubiaceant, ſolis Sedis Apoſtolicæ poteſtati; nihilominus in iis, quæ ſunt contra hæreticos ſtatuta, Epiſcoporum ſubeant iudicium, & eis in hac parte, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, non obſtantibus ſuæ libertatis priuilegiis, obſequantur.* & docent ibi Gloſ. Io. Andreas Abbas, Felinus, & alij, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186 *n.* 7. Simanca *tit.* 25 *rubr. de Epiſcopis, n.* 6. Zanchin. *de hæreticis, c.* 8 *n.* 3. Decian *cit. num.* 4.
6 Gundiſalu. *cit. q.* 7 *n.* 14. & Garrer. *tract. de hæreticis, n.* 65. Verùm, etſi hæc iuriſdictio abſolutè delegata ſit, quia tamen non eſt delegata perſonæ, ſed dignitati, tam præſentibus, quàm futuris iuriſdictionis ordinariæ priuilegiis gaudet quoad delegationem: At quoad appellationem ſortitur naturam iuriſdi-
7 ctionis delegatæ. Vnde non appellatur à ſententia interlocutoria Epiſcopi ad Archiepiſcopum, ſed ad Pontificem delegantem, Simanca *tit.* 6. *rubr. de appellat n.* 3. Zanchin. *cap.* 28 *n.* 3. & 4. Locar. *in iudicial. inquiſit. ver. appellare, n.* 1. & Farinac. *q.* 185.
1 *n.* 240. & *q.* 186 *n.* 9.

8 Cæterùm, ſiue Epiſcopus procedat in crimine hæreſis poteſtate ordinaria, ſiue delegata, ſeruare debet modum, quem ſeruare poſſunt, & debent Inquiſitores, per iura communia, & ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ, *cap. per hæc, §. fin. de hæreticis in* 6. & docent ibi gl.

Geminianus, Francus, & alij, quos citat, & ſequitur Farinac. *cit. q.* 186 *n.* 16. Simanca *tit.* 25. *rubr. de Epiſcopis num.* 4. & Io. Calderinus *tract. de hæreticis, rubr. de proceſſ. inquiſit. num.* 1. An autem Epi- 9
ſcopus procedere poſſit ſine conſilio ſui Capituli? Reſpondetur, attento iuris rigore, negatiuè; quia *in cit. cap. ad abolendam* dicitur, vt id fiat cum conſilio clericorum: at, attenta conſuetudine, Reſpondetur affirmatiuè. Sic. Farinac. *cit. q.* 186. *num.* 14. *& ſeqq.*

Quod dixi de Epiſcopo, eſſe ſcilicet eum Iudicẽ 10
ordinarium in cauſis fidei, idem dicas de habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt de aliquibus Prioribus, & Abbatibus exemptis. Molina *de iuſt. tract.* 5 *diſp.* 28 *n.* 11. Idem etiam dicas de Capitulo Sede vacante, *cit. c. ad abolendam*; & docent ibi gl. Hoſtienſis, Butrius, & alij, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186 *n.* 177. Simanca *tit. de Epiſcopis n.* 6. Decian. *n.* 13. & Carter. *n.* 66. *& ſeq.*

Nomine Sedis vacantis intelligitur, non, ſolũ, 11
quando ſedes vacat abſolutè, ſed etiã quando Diœceſis ab Epiſcopo gubernari non poteſt, vt ſi Epiſcopus captiuus eſſet, vel de Epiſcopatu prouiſus non adminiſtraret ob non expeditas literas; quia tunc quoad adminiſtrationem dicitur Sedes verè vacare *gl. in Clement.* 1 *de hæreticis, ver. vacante*, Decian. *n.* 13. Carrer. *n.* 66. & Farinac. *n.* 179.

An autem Capitulum etiam ſit Iudex delegatus reſpectu exemptorum, ſicut eſt Epiſcopus?

Reſpondetur, quod quamuis affirment Socinus *in cit. cap. ad abolendam, n.* 44. & Zabarella *in Clement.* 1 *de hæreticis, §. duro, n.* 60. ex eo, quòd cùm eodem modo *in dict. cap. ad abolendam*, dicatur, clericos Sede vacante eſſe Iudices in cauſis fidei, ac eſt Epiſcopus, conſequens eſſe videtur, quod ſicut cõpetit Epiſcopo iuriſdictio delegata reſpectu exemptorum, ſic competat etiam Capitulo.) tamen negandum ſit, quia Capitulum non ſuccedit Epiſco- 12
po, niſi in his, quæ Epiſcopo competunt iure ordi- 13
nario, non autem ex delegatione. Atque ita docẽt Abbas *in cap. ad abolendam, n.* 17. Ancharan. *ibid. n.* 10. Io. Andr. *n.* 15. Zabarella, *§ ſi qui*, Anania *n.* 19. Decian *c.* 21 *n.* 14. Carter. *n.* 66. & Farinac *q.* 186. *num.* 182.

Cæterùm modus, quem ſeruare debet Capitulũ 14
in exercenda iuriſdictione in cauſis fidei, non eſt per ſe, ſed per vicarium ad id ſpecialiter deputatũ. *Clement.* 1 *§. præter, de hæreticis*, vbi dicitur, non poſſe Inquiſitores procedere ad deciſionem cauſarum ſine Epiſcopo, vel eius Officiali, vel Capituli vicario ſede vacante. Vbi nota, non dici ſine Capitulo & eius vicario, ſed ſolũ ſine vicario, ſeu delegato Capituli Sede vacante; vt inſinuet, Capitulũ per ſe iuriſdictionem hanc exercere non poſſe, & meritò; quia aliàs ſecretum ſeruari non poſſet, ac breui cauſæ non expedirentur. Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius *cit. q.* 186. *num.* 180.

An autem talis vicarius debeat conſilium vicinorum Epiſcoporum requirere?

Reſpondetur negatiuè (præterquam quod ita 15
eſt in vſu) quia *in cit. cap. ad abolendam*, ſolum dicitur, hoc conſilium requiri debere, ſi oportuerit, cuius rei iudicium capitulo relinquitur.

Sed, vt quod modò dixi, diſtinctius intelligatur, vide per extenſũ *c. per hoc*, de hæreticis *in* 6. vbi Bonifacius VIII. decernit, ex delegatione Inquiſitoris ab Apoſt. ſede generaliter facta in aliqua prouincia, ciuitate, vel diœceſi, nihil diœceſanis Epiſcopis derogari, quin & ipſos diœceſanos Epiſc. auctoritate ordinaria, vel delegata procedere poſſe.

solemniter promulgata ex probabiliori sententia vim legis habent, & obligant tam in Iudicio quam extra, si tamen de ipsis authentice constet per Breue summi Pontificis, vel per Moniterium Auditoris Cameræ, vel aliquo alio modo authentico.

22 *Iudices Inferiores non possunt authentice declarare leges superioris, ita vt declaratio liget Principe inconsulto.*

23 *Iudices inferiores in rebus minutioribus possunt passim legem superioris non solum doctrinaliter; sed etiam authentice declarare.*

24 *Decisiones sac. Rotæ, & sententia Cancellariæ, Regiique Senatus vim legis non habent, vt necessario ligēt, quia non procedūt à Iudicibus habentibus facultatem legis condendæ.*

25 *Stylus Curiæ Romanæ, si tamen Bullis, & decretis Pontificum declaratus sit, vim legis habet, & ius in se continet.*

1 REsponderur ex probabili negatiuè, si absit scandalum, in ordine ad Moniales præcipuè; quia lex humana pœnalis ex probabili non obligat sub mortali, iuxtà sententiam Nauarri in loco infrà citando,& aliorum; sic Doctores, quos sequitur Merolla *to. 1.disp.1 cap.1.diffic.7.nn.614. contra Salas in 1.2.disp.15.sect.1.concl.2.nn.16.* Duardum *in Bull. Cœna lib.3.§.8.q.2.n.45.* Bonacinam *tract.de clausura qu.3.punct.4.num 4.* Peirinum *in priuileg.Minimor.to.2.Constit.6. Pij V. §.10.n.36.* Dianam *par.1.tract.10.resol.22.* Sayrum in Claui Regia *lib.3.cap.7.nn.34.ad fin.* Barchium *in specul. Monial. cap. 9.* & Homobonum *2.p.casu.3.vers.4.*

2 Dixi, *in ordine ad Moniales præcipuè*; quia si hæ loquendo peccent mortaliter, vtpotè loqui prohibitæ sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, certum est, quod Regulares loquendo cum eis peccent etiam mortaliter; quia peccato Monialium mortali cooperantur.

3 Neque contra Responsionem nostram positam obstat decretum Cardinalium de hac re in specie contra Regulares edictum; quia cum tale decretum sit pœnale, inferens scilicet in ipsos, si accedant ad Monasteria ad loquendū cum Monialibus, pœnam priuationis officij, vocisque activæ, & passivæ, probabile est, vti dicebam, quod non obliget ad peccatum mortale, Nauar. *cap.25.nn.57.& seq.* & dicam etiam *cit. cap.19.dubitat.71. in fine.*

Neque obstat secundò, quod Cardinales declarauerint, obligare ad peccatū mortale; sicuti legere est apud Duardum *loco supra cit nu.47.* quia de tali declaratione non constat authenticè: neque declarationi Cardinalium, quamuis magnam habeat auctoritatem, necessariò standum est; quandoquidem, vtrū habeat vim legis, an solum sententiæ doctri-

4 nalis, pendet ex mente Pontificis potestatem ipsis tribuentis; & consequenter interim dum sumus in

5 dubio, præsumēdū est, quod vim legis non habeat, præsertim cùm authenticè non promulgetur, & vna declaratio soleat cum alia pugnare.

6 Neque obstat tertiò, si dicas, vt lex obliget, requiri, quod promulgetur casu, quo lex condat ius nouum; at talis non est declaratio; cùm illa à principio legi insit. Ergo. Quia Respōderur, quod licet

7 in manifestis declaratio legi insit; & sic ex se sine alia promulgatione obliget, tamen secus sit in dubiis; quia in his declaratio est veluti noua lex, & sic vt obliget, noua promulgatione indiget; quapropter nisi aliter per Sedem Apostolicā declaretur, dicendū interim est, quod declaratio Cardinalium, licet magni ponderis sit, & ab ea non facilè recedēdū, tamē vim legis non habeat. & sic necessariò ipsi standū non sit; sicuti supra dicebam, & videri poterit Sanchez *de matrim.lib.8.disp.2.n.10.* Valquez *1.2.disp 177.cap.vlt.* Nauarrus relatus à Salas *de legibus disp.2.sect.9.n.4* Rordiguez *to.1.3. regular.q.12.art.2.* Ledesma *in sum.to 1.de Sacram. Pœnit.c.13 diff.7.* Valerus, *ver.absolutio, diff.1.n.20. & ver.nullitas, differ.5.n.2.* Pontius *de matrimdib. 5.c.13.§.2.n.7.* Vega *in sum.to.1.c.61.cas.41.* Villalob.*to.1.tract.2.dub.7.n.5.* Portell.*ver.Cardinalium declarationes,* Bonacina *de legibus disp.1.q.1.punct. 8.n.4.* & alij, quos citat Diana *par.1.tract.10.resol. 29.* quamuis multi alij, quos etiam ipse Diana ibidem refert, contrarium sentiant. Videri etiam poterit Pasqualigus *tom.2. decis.61.*

Sed vt hæc res, quæ sæpe contingit, melius in- 9
telligatur, sciendū est, quod de Cōgregatione Cardinalium extet Bulla 7. Sixti V. edita anno 1588. quæ incipit, *in Mensa*, in qua postquam Pontifex sibi reseruauit potestatem congregandi Concilium, & res fidei definiendas, subdit: *Cardinalibus verò præfectis interpretationi, & executioni Concilij Tridentini, si quādo in his, quæ de morum reformatione, disciplina, & moderatione, & Ecclesiasticis iudiciis, & aliis, quæ humana statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretāndi facultatē (nobis tamen consultis) impertimur.* Ex quibus verbis constat, Congregationi Cardinaliū concessam esse facultatem interpretandi leges Tridētini, illa tamen conditione, quod summus Pōtifex cōsulatur. Vnde oritur prædicta difficultas, an declarationes Congregationis Cardinalium habeant vim legis, vel solum sint doctrinales?

Et quidē videntur esse solū doctrinales; quamuis 10
magni ponderis, & auctoritatis, sicuti supra dicebam. Ratio, quia rarò, & solum in grauioribus dubiis, teste Salas, *disp.21.sect.11.* Cardinalium Congregatio Pontificem consulit; & sic cùm non seruet conditionem, sub qua potestas declarandi ipsi cōcessa est, declarationes ipsius vim legis non habēt; tum quia huiusmodi declarationes (vti notauit Suarez *to.4.in 3.par.disp.28.n.6.*) inter se pu- 11
gnant, ergo nulla est authentica: non enim prior, quia non succederet posterior ipsi contrariæ; neque secunda, quia Cardinalium Congregatio non habet potestatē derogandi leges, sed solum interpretandi factas; & sic nulli talium declarationum necessariò standū est: tum quia, si vim legis haberent, deberent solemniter publicari, sicut & communiter dicitur de declaratione authentica legislatoris ipsius: at hæ declarationes nec typis man- 12
dantur, nec à Pontifice publicari iubentur; ergo signum est, quod vim legis non habeant: tum quia vitanda est, quoad fieri potest, multitudo legum, & obligationum; at si declarationes 13
Cardinalium vim legis haberent, innumeræ essent leges Ecclesiasticæ. Ergo dicendum, quod sint tantum doctrinales, magni tamen ponderis, & auctoritatis. Atque ita docent Sanchez, Vasquez, Salas, Rodriguez, & alij complures, quos supra citabam. His tamen non obstantibus.

Dico primò, Declarationes Cardinalium, si so- 14
lemniter fint promulgatæ, vim legis habent; quia tunc concurrunt omnes conditiones pro legis constitutione requisitæ, scilicet potestas, & promulgatio.

Neque obstat, si dicas, potestatem Congrega- 16
tioni Cardinalium collatam esse ad declaratio-

nem

nem doctrinalem, non legislatiuam; vti sentiũt quidam apud Rodriguez *to 1. qq. Regular. q. 11. art. 2.* Respõdetur enim, quod ad declarationem doctrinalem habendam non indigebat Cardinaliũ Congregatio, quod potestas sibi conferretur. Accedit, quod eadem Cardinalium Congregatio censuit,
16 has suas declarationes vim habere, ac si à summo Pontifice emanarent, teste Garsia *de benefic. in Præfat. ad lectorem*, Salas *disp. 21. sect. 12.* & Bonacina *disp. 1. q. 1. punct. 8. nu. 4.* Sed si à summo Pontifice declarationes legum suarum promulgarentur, absque dubio vim legis haberent, Ergo sic &c.

17 Neque obstat secundò, si dicas obstare superiores rationes. Respondetur enim, quod in iis Cardinalium declarationibus, quæ promulgantur, præsumitur adfuisse consilium summi Pontificis necessarium. Item si fortè pugnantia inter ipsas intercedat, prior tollitur per posteriorem declarationem contrariam; sicuti lex prior abrogatur per posteriorem legem contrariam.

18 Dico secundò, si non sint solemniter promulgatæ, licet de ipsis constet authenticè, ex probabili sententia Doctorũ, vim legis non habent. Sic Salas *disp. 2. sect. 9. in fin. & disp. 10. sect. 9. num. 68. & disp 12. sect. 1. nu. 8.* Lorca *1. 2. disp. 18. ad fin.* Suarez *lib. 6. cap. 1. n. 3.* loquens generaliter de omni declaratione facta à Principe Bonac. *disp. 1. q. 1 punct. 8. num. 4.* & alij: & probatur; quia promulgatio, seu publicatio est de essentia legis, ita vt & declaratio ipsius Principis, & vim legis habeat, promulgatio. ne etiam indigeat, Ergo, &c.

19 Neque obstat, si dicas, promulgationem esse requisitam ad legis constitutionem, non autem ad legis declarationem; quia declaratio cum ipsa lege à principio inest, *l. ista fidei, ff. de iure fisci.* Respondetur enim declarationem claram, & euidentem cum ipsa lege à principio inesse; non autem declarationem in re dubia, & pro qua variæ sunt opiniones: hæc enim declaratio, vt omninò sequenda sit, & vim legis habeat, publicatione indiget; siquidem ex publicatione legis à principio facta non infertur, cùm lex rectè stare possit cum declaratione contraria.

20 Neque obstat secundò, si dicas, Rotam Romanam sequi declarationes Congregationis Cardinalium, etiamsi promulgatę solemniter non sint vti constat ex pluribus decisionibus Rotæ, quas refert Salas *disp. 21. sect. 12.* Rodriguez, & Bonacina *in locis supra cit.* Respondetur enim, id Rotam Romanam facere, ex eo quod magni ponderis, magnæque auctoritatis sint; non autem ex eo, quod vim legis habeant.

Dixi Cardinalium declarationes, si non sint solemniter publicatæ, licet de ipsis constet authẽticè, vim legis non habere *ex probabili sententia*
21 *Doctorum*; quia forsã probabilius, vel saltem tutius est oppositum, dictas scilicet Cardinalium declarationes, licet non sint solemniter promulgatæ, vim legis habere, & obstringere, tã in iudicio, quã extra, si tamen de ipsis authẽticè constet per Breue summi Pontificis, vel per Monitorium Auditoris Camerę, vel per epistolam alicuius Cardinalis suo sigillo munitam, vel per transumptum authenticum ex registro Congregationis, parte citata: moueor; quia in harum legum declaratione huiusmodi promulgatio, seu publicatio sufficiens videtur ex vsu, & consuetudine antiqua; præsertim, quia licet ex tali promulgatione non statim multis innotescat, paulatim tamẽ in multorũ notitiam deuenit, & de se apta est deuenire,

quod in casu nostro videtur sufficiens ad obligationem inducendam, & sic quod vim legis habeant. Ita Doctores, quos citat, & sequitur Rodriguez *quæstio 11. art. 2.* Salas *disputat. 21. sect. 12. in fin* & Garsias *de benefic. in Præfat. ad lectorem.*

Ex dictis sequitur, quod non possint Iudices 22
inferiores authenticè declarare leges superioris; ita vt ipsorum declaratio liget, sicut lex, seu vim legis habeat; quia nullibi ipsis collata est talis facultas; quamuis possint, secundùm probabiliorem Doctorum sensum, legem interpretari; & secundùm talem interpretationem iudicium ferre, maximè, si Princeps consuli non possit. Silu *ver. Interpretatio, q. 1.* Salas *disp. 21. sect. 2.* & Rodriguez *qq. Regular. q. 11. art. 1.* Et in rebus minutioribus possint passim legem superioris nõ solum doctri- 23
naliter sed etiam authenticè declarare; quia alias nulla legis obseruantia perfectè introduceretur, si passim ad Principem recurrendum esset. Vnde Constantinus Imperator Plotiano rescripsit *in l. 1. Cod. de relationib. in Cod. Theodosiano: super causis, quæ iuridica sententia decidi non possunt, nostram debes cõsulere Maiestatem, nè occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum maneat arbitrium à sententia prouocandi.* Ex quibus, quod dixi, præcipuè locum habet, quando agitur de interesse partium: & necessaria est interpretatio ad decidendam litẽ; quia tunc absque dubio possunt Iudices inferiores legem superioris, prout sibi probabilius videbitur, declarare, & partes, vt hanc declarationem sequantur, necessitare. Vide Salas & Rodrig. *in locis supra cit* & quæ dicebantur *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 25. per suas subsectiones.*

Sequitur secundò, quod decisiones Rotæ, & 24
sententiæ Cãcellariæ, Regijq; senatus neq; vim legis habeant, vt necessariò liget, quia non procedũt à Iudicib. habentib. auctoritatẽ legis cõstituendæ sibi collatã. Ita Doctores quos citat, & sequitur Suarez *lib. 7. c. 11. ad fin.* Salas *disp. 19 sect. 19. n. 109.* Vasquez *1. 2. disp. 177. cap. vlt. nn 73* & Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 2. n. 10.* Quamuis dictæ decisiones Rotæ, & sententię Cãcellarię, Regijq; Senatus habeant quàm maximã auctoritatẽ, ita vt ab ipsis recedendũ non sit, nisi obstet vrgentissima ratio.

Sequitur tertiò, quod è contra stylus Curiæ Ro- 25
manæ, si tamen Bullis, & decretis Pontificum declaratus sit, vim legis habeat, & sic ius in se contineat, ita vt ad sui vigorem diuturnitate temporis non indigeat; habetur in cap. quàm graui, de crimine falsi, & docent cõplures Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *lo. supra cit. disp. 21. n. 6.* Quapropter si ex stylo Curiæ sic declarato aliqua necessariò in dispensatione, vel in simili actu manifestanda sint, & contrarium fiat dispensatio, vel quicumque alius similis actus subreptitius erit. Sanchez *ibidem*, Salas *cit. sect 19.* Mascardus *de probat. conclus. 1317. num. 51* & Bonacina *de legibus disp. 1. q 1. punct. 4. num. 14.*

SECTIO III.

An, & in quibus casibus loquentes cum Monialibus, non peccent mortaliter? Vbi etiam quid dicendum de socio.

SVMMARIVM.

1 *Regularis, quin & quicumque alij non*

exempti non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt, ſi loquantur cum Monialibus Vrbanitatis cauſa per horæ quadrantem circiter. ſecus dic ſi locutio ſit de rebus obſcœnis; quia decem verba, quin & duo, vel tria ſufficiunt.

2 *Quæ nam ſit paruitas materiæ in tali caſu, relinquitur arbitrio prudentis viri.*

3 *Regulares loquentes cum Monialibus ad pacandas earum conſcientias non peccant mortaliter.*

4 *Regulares loquentes cum Monialibus per ſigna, & nutus, vel per interpoſitam Perſonam, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunem.*

5 *Item dic ſi loquantur per interpretem contra Graſſium, & multo minus per Nuncium, vel Epiſtolam.*

6 *Item non peccant mortaliter, nec pœnas incurrunt ſi loquantur cum Monialibus, nihil ei, reſpondentibus, & multo minus ſi audiunt & non reſpondeant.*

7 *Loquentes cum Abbatiſſa non peccant mortaliter neque pœnas incurrunt.*

8 *Abbas in odioſis non venit Monachorum nomine, nec Abbatiſſa Monialium.*

9 *Loquentes cum Nouitia, quia non venit in odioſis nomine Monialis, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt.*

10 *Loquentes cum Monialibus de rebus obſcœnis licet peccent mortaliter, tamen ſi ſint Pueri, vel Puellæ antequam peruenerint ad Pubertatem non incurrunt pœnas.*

11 *Aduenæ & Peregrini loquentes cum Monialibus vbi non habent Domicilium pœnas non incurrunt.*

12 *Epiſcopi loquentes cum Monialibus non incurrunt pœnas ob eorum reuerentiam, & Dignitatem ſpiritualem.*

13 *Loquentes de Domo propinqua Monaſterio, qua licitè accedit ad Monaſterium, non incurrunt pœnas.*

14 *Loquentes metu grauis dulli, & ſerui iuſſu Domini non peccant, neque incurrunt pœnas.*

15 *Licentia in ſcriptis ad accedendum ad Monaſteria loquendi cauſa cum Monialibus, vt quis vitet peccatum, & pœnas non eſt neceſſaria, ſed ſufficit oretenus data à Vicario Epiſcopi.*

16 *Licentia data indefinite, abſque temporis præfixione extinguitur per primam collocutionẽ.*

17 *Frequentare Monaſteria remoto vitio, & ſcandalo non eſt peccatum mortale, ſi tamen qui frequẽter monitus ab Epiſcopo non deſiſtit peccat; & poteſt excommunicari.*

18 *Loquentes cum Monialibus exemptis contra Epiſcopi prohibitionem, cui ſit annexa cenſura, non peccant, neque incurrunt Epiſcopi cenſuram contra Doctores quam plures.*

19 *Clauſura non laditur per locutionem cum Monialibus.*

20 *Delegatus cum non poſſit excedere terminos delegationis, non poteſt Epiſcopus ex vi delegationis in ordine ad clauſuram Monialium exemptarum ſe immiſcere circa locutionem cum illis.*

21 *Feſta indicta ab Epiſcopo, & interdicta impoſita ab illo in Eccleſiis exemptis Regularium non ſeruantur ſecluſo præcepto Concilij Trid.*

22 *Delictum accęſſus ad Monialium Monaſteria exempta dicitur commiſſum extra Iuriſdictionem Ordinarij, & per ipſum impunibile contra Bonacinam, cuius fundamentum ſoluitur.*

23 *Locus exemptus quamuis ſit in Territorio, non eſt tamen de Territorio, & quoad hoc comparatur loco exiſtenti extra territorium, nec Epiſcopus poteſt ibi niſi in caſibus à iure expreſſis.*

24 *Statutum, quod dirigitur ad Perſonas, vel loca exempta, eſt nullum defectu Iuriſdictionis.*

25 *Statutum laicorum in quo ſit mentio Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum licet fauorabile, eſt nullum.*

26 *Regulares non obſtante Conſtitutione Gregorij XV. Decreto S. Cong. & approbatione Vrbani VIII. non ſubſunt Cenſuræ Epiſcopi antecedenter, cum ex dictis conſtitutionibus ſolum conſequenter intret delegatio.*

27 *Licentia data regulari loquendi cum Monialibus ſe extendit ad ſocium, ex eo quod in connexis ſit idem iudicium.*

28 *Regulares ex Regula præſcripto incedere debent cum ſocio, cum id ſpectet ad decentiam ſtatus religioſi.*

29 *Licentia loquendi cum Monialibus non conceditur Regularibus niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa.*

30 *Aſſocians Regularem, qui habet licentiam loquendi cum Monialibus non dicitur habere, iuſtam, & rationabilem cauſam.*

31 *In connexis eſt idem iudicium, quando connexa ſe habent inſeparabiliter.*

32 *Quando vnum poteſt ſtare ſine altero non ſumus amplius in connexis, ſed in ſeparatis.*

33 *Regularis & ſocius non ſunt connexi in ordine ad locutionem cum Monialibus, ſi quidem optimè loqui poteſt cum eis vnus abſque eo quod loquatur & alter.*

34 *Aſſignatur ratio diuerſa in licentia conceſſa Regulari ad viſendum Sepulchrum Domini, & licentia conceſſa ad loquendum cum Monialibus quoad extenſionem ad ſocium.*

35 *Regularis poteſt accedere cum ſocio ad Monaſteria prædicta: at ſolum, qui habet licentiam, loqui debet.*

REſpondetur, Regulares, quin & quicumque alij non exempti, non peccant mortaliter; neque pœnas incurrunt, ſi loquantur cum Monialibus Vrbanitatis cauſa per horæ quadrantem circiter; quia paruitas materiæ excuſat in quacumque materia; quamuis alij putent, excedere paruitatem materiæ decem verba, quin & duo, vel tria, ſi ſint de rebus obſcœnis. Quapropter melius, quæ- 1
nam ſit paruitas materiæ, rectè relinquitur, attentis omnibus circumſtantiis, iudicio prudentis viri. Vide Graſſium *in deciſ. par. 1. liber. 4. cap. 8. num. 5.* Finellium *de caſib. reſerv. cap. 5. numer. 10.* Dian. *par. 3. tract. 5. reſol. 69.* Peirinum *to. 2. Conſtit. 6. Pij V. §. 10.* Bonacinam *de clauſura q. 3. punct. 5. n. 1.* & Homobonum *par. 2. caſu 5. verſ. 3.* 2

Item ſecundò, non peccant mortaliter, nec 3

pœnas

pœnas incurrunt, si loquantur cum Monialibus ad pacandas earum conscientias, v.g. casum aliquem conscientiæ eis declarando, vel de spiritu sermonem cum eis habendo, quia finis prohibitionis non fuit iste, sed potius oppositus. Peirinus ibidem.

4 Item tertiò, non peccant mortaliter, nec pœnas incurrunt, si loquãtur cum Monialibus per signa, & nutus, vel per interpositam personam; quia sic non est propriè loqui cum illis; & ex alio capite odia sunt restringenda, non amplianda. Peirinus *loco cit. contra Graffium de casibus reserv. l. 2. cap. 5. n. 33.* Vnde neque etiam peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt, si loquantur cum Monialibus per interpretem; quia id neque est propriè loqui cum Monialibus, sed cum interprete, contra eun-
5 dem Graffium *cit. c. 5. num. 34.* Et multò minus ob rationem dictam, si mittant nuncium, vel epistolam ad Moniales.

6 Item quartò non peccant, nec pœnas incurrunt, si loquantur cum Monialibus, nihil eis respondentibus; quia neque hoc est propriè loqui, seu colloqui cum Monialibus; & ex alio capite verba legis pœnalis non sunt extendenda, sed potius restringenda, sicuti dicebam. Sic quidam recentiores contra Graffium *tom. 1. conf. 22. de sentent. excommun. num. 30* & multò minus, si audiant Monialem sibi loquentem, & ipsi nihil respondeant; quia nec audire est loqui, etiam in lata significatione. Sic iidem recentiores contra eundem Graffium *loco cit. num. 31.*

7 His adde primò, quod neque peccent mortaliter, neque pœnas incurrant, qui loquuntur cum Abbatissa; quia, sicuti nomine monachorum in odiosis non venit Abbas, vt notat *gl. in c. fin. de simo-*
8 *nia*, & ibi Abbas *num. 2.* & Cardinalis *in Clement. num. 7. in 6. opposi. de Regular.* ità nomine monialium non venit Abbatissa. Sic ex probabili multi contra Graffium *de casib. reserv. cit. lib. 2. c. 5 num. 31.* & colligitur ex iis, quæ dicentur *cap. 19. dubit. 65.*

9 Item nec qui loquuntur cum Nouitia; quia similiter in odiosis nomine monialium non veniunt Nouitiæ, Graffius *to. 1. conf. 22. de sent. excomm. n. 26.*

10 Adde secundò, quod quamuis peccent mortaliter, loquendo v.g. de rebus obscœnis, tamen neque pœnas incurrant, qui loquuntur cum monialibus; si sint pueri, vel puellæ ante decimumquartum ætatis annum completum, ob vsus rationis non satis completam perfectionem; cùm ius positiuum non obligat cum magno rigore, sicut obligat ius naturale. Bonacina *de censur. disp. 1. q. 1. punct. 4. n. 7.* & alij passim.

11 Item similiter, si sint aduenæ, & peregrini domicilium ibi non habentes; quia tales non subduntur statutis loci, ex textu *in cap. à nobis 1, 1. de sent. excommun.* Et probatur, quia potestas iurisdictionis extendit se tantum ad subditos; & statutum ex alio capite, sicut & sententia non valet, nisi emanet à potestate iurisdictionis; Quapropter statutum (sicut & sententia) licet adhæreat territorio, non ligat, nisi subditos, non autem aduenas, & peregrinos. Vnde nec excommunicatio lata, siue per statutum, siue per sententiam, contra eos, qui sciunt verbi gratia aliquod furtum, vel delictum esse commissum, ligat transeuntes. Coninch de Sacramentis *disp. 13. dub. 7. concl. 5. num. 60.* & Layman *lib. 1. tract. 5. part. 1. cap. 4. num. 5.* Quamuis contrarium sentiant *glos. in cap. à nobis de sentent. excommunic.* & ibi Abb. *num. 7.* Vgolinus *de cens. tab. 1. cap. 9. §. 2. num. 4.* Suarez *de censuris disp. 5. sect. 5. num. 12.* Pontius *de matrim. lib. 5. cap. 7. §. 2 num. 19.* & alij, quos citat & sequitur Barbosa *in Collect. tom. 2. lib. 5. cap. 21. num. 4.* præsertim, si excommunicatio lata sit per statutum, moti ex eo, quia statutum saltem, cùm adhæreat territorio, afficere debet etiam aduenas, & peregrinos. Sed ad hoc istorum Doctorum fundamentum Responsio patet ex dictis.

Item similiter, si sint Episcopi, ob eorum reue- 12
rentiam, & dignitatem spiritualem. Graffius *de casibus reserv. lib 2. c. 5. n. 27. & 54.* contra Gratianum *tom. 2. c. 193. n. 10.*

Item similiter, si loquantur de domo propin- 13
qua monasterio, ad quam licitè acceditur, cùm licitè habitetur à secularibus; quia cùm pœnæ latæ sint contra illicitè accedentes ad monasteria ad loquendum cum monialibus, non sunt extendendæ ad eum, qui non illicitè accedit ad monasterium, sed loquitur cum monialibus de domo propinqua monasterio, ad quam licitè acceditur; Et multò magis non sunt extendendæ ad eum qui licitè accedit, verbi gratia si habens licentiam audiendi Confessionem vnius ex Monialibus, loquatur cum aliis, Graffius *tom. 1. conf. 22. de sent. excommun. numer. 23.* quamuis contrarium satis probabiliter sentiat Henriquez *lib 13. c. 26. numer. 2.* ex eo, quod in tali casu principaliter, & per se prohiberi videtur collocutio, non autem accessus, nisi solum secundariò, & per accidens.

Item similiter, si loquantur metu graui ducti, 14
vt cùm loquuntur serui iussu domini, Gregorius Carafa *de duello tract. 5. sect. 1. quæst. 9.* & Bonacina *de clausura q. 3. punct. 1. n. 2.* & ratio est, quia, licet ius naturale obliget cum magno rigore, cum eodem rigore tamen non obligat ius positiuum, vti suprà dicebam. Quapropter regula generalis est (etiam in ordine ad peccatum) quod in iis, quæ iuris positiui sunt, si absque contemptu, ac refutatione finis ex metu graui vrgente, vel ex apparente ibi excusatione transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo pacto consentiendi contra præceptum obligans ad mortale, non incurratur mortale peccatum; quia non est intentio piæ, ac iustæ matris Ecclesiæ bonas huiusmodi animas tam hostili vinculo illaqueare; & propterea talis apud Deum neque censuras incurret, quamuis fortasse absoluendus sit ad cautelam. Vide, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis, Dubit. 4. sect. 25* per suas subsectiones.

Adde tertiò, quod ad euitandum peccatum, & 15
pœnas in foro conscientiæ, non requiratur accedendi ad loquendum cum Monialibus (sicut nec monasterium ingrediendi) licentia in scriptis, sed sufficiat, si fuerit data oretenus; Doctores, quos citat, & sequitur Diana *part. 3. tract. 3. resol. 129. contra Sanchez lib. 6. moral. c. 16. num. 10.* & Suar. *de relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. n. 15.* Item sufficiat, si fuerit data à vicario Episcopi; quæ licentia tamen, licet 16
fuerit data indefinitè, & absque temporis præfinitione, vtpotè odiosa, extinguitur per primam collocutionem. Graff. *loco supra cit. num. 40. & 41.* Riccius *part. 3. collect. 587.* Mastrillus *decis 97.* & Sbrozzius *de vicar. Episc. lib. 2. q. 109. & q. 210.* Quãuis contrarij non omnino improbabiliter doceat Bonacina *de clausura, q. 3. punct. 3. n. 8.* Vide quæ dicebantur *lib. de Parlamentis cit. Dubit. 4. sect. 19. subsect. 30.* & quæ dicentur *c. 19. dubit. 36. & 37.*

Adde quartò, quòd licet *in cap. Monasteria,* 17
de vita & honest. clericor. & in capit. periculoso de

statu Regular.in 6.prohibeatur, frequentari monasteria Monialium; tamen illa, etiam sine legitima causa, & sine licentia frequentare (cùm non sit prohibitio in re graui) non videatur esse peccatum mortale,si remotis extrinsecis scandali, vel mali finis,circumstantiis, frequententur. Sanchez *lib.6. moral. cap.*16.*numero* 120.*contra Rodriguez in qq.Regul.tomo* 1.*qu.* 45.*art.*4 & Llamas *in Methodo curationis in Appendice*,quam ponit *in fine*,§.4.Excipe, nisi qui frequentat ab Episcopo monitus non desistat,quia tunc poterit ob inobedientiam, & contumaciam ab illo excommunicari. Vide quæ dicentur c.19.*dub.*70.

18 Adde quintò, quod licet Roland.à Valle *cons.* 33.*vol. m.*3.Genuensis *in prax. Neapol. cap.*33. & Bellochius *de casib.reseruat.par.*2. *quæstio.* 9. *numero* 167. teneant, quod loquentes cum Monialibus exemptis, seu cum Monialibus in loco exempto, incidant in excommunicationem ab Ordinario loci latam contra loquentes cum Monialibus,si in edicto quo imponitur excommunicatio, fiat mentio etiam de accedentibus ad Monasteria exempta, sumpto argumento ex Tridentino Concilio *sess.*25.*cap.* 5. *de Regularib.* vbi Moniales exemptæ quoad clausuram subsunt Episcopis, tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, & ideò possint ab Ordinario loci per censuras impediri quicumque,cũ Monialibus loqui:qua ratione motus Aloysius Bariola *in Aphor.Lit.E.ver. Episcopi*, §. *vlt.* probabile sentit, quod Episcopi statutum afficiẽs excõmunicationẽ afficiens accedentes ad Monasteria afficiat & accedentes ad Monasteria exempta,& Regularibus subiecta,etsi de istis specialem mẽtionem non faciat(tamen contrarium dicendum sit; quia aliud est clausura,& aliud loqui cum Monialibus; & per
19 locutionem cum Monialibus nullo pacto læditur clausura.Quapropter,cùm non possit delegatus excedere terminos delegationis, non potest Episcopus ex vi delegationis in ordine ad clausu-
20 ram Monialium exemptarum, immiscere se circa locutionem cum illis.Et consequenter loquentes cum Monialibus exemptis non incidunt in excommunicationem ab Episcopo latam contra loquentes cum illis,etiamsi in edicto mentio fiat de Monasteriis exemptis.Quòd dico iuxta doctrinam quam tradebam *supra cap.* 12. *Dubitat.* 1. *sect.* 4. quod scilicet subditi Episcoporum, dum sunt in Monasteriis exemptis,non subdantur eorum legibus,& iuxtà illud, quod colligitur ex Tridentino Concilio *sess.*25.*cap.*12.*de reformat.* vbi decernitur, quod in Ecclesiis Regularium seruentur festa indicta ab Episcopo, & interdicta imposita ab illo:
21 quapropter fit, quod, secluso tali præcepto, non sint necessariò illa ibi seruanda;atque adeò, quod præcepta, & statuta Episcoparia non habeant locum in Monasteriis Regularium, quæ sunt exempta.Vide, præter Rolandum à Valle Genuensem, & Bellochium *supra citatos*,Angelum,Auilá (quos citat, & sequitur Bonac.*de censur. disput.* 1. *punct.* 11.)Stephan Gratianum *discept.forens.*393.*num.*23. & 24.Campanil. *in Diuers.rubr.*12.*cap.* 16. *numero* 45.Salas *de legib.disputat.*17.*sect.*13.*numero* 62.Azorium *lib.*5.*cap.*23.*quæst.*3.Homobonum *par.*2.*cas.* 5. Barbos.*de offic.& potest.Episcop.* 3.*par.alleg.*102.*n.*59. & Vgolinum *de offic. Episc. part.* 1.*cap.*21. §.3. *numer.*3.

22 Et sic, cùm accessus ad Monasterium Monialium exemptarum, & locutio cum illis consummetur in loco exempto, sequitur quod delictum non subsit censuris Episcopalibus, quia hæ non ligant in loco exempto; siquidem delictum consumatum in loco exempto est extra iurisdictionem Ordinarij,*cap.*1 §.*nunquid ergo, de priuilegiis in* 6. Quamuis contrarium ex contra nos senserit Bonac.*loc.sup.cit.* quatenus ait, quod etsi loquens cum Moniali in Monasterio exempto nõ incurrat censuram latam ab Episcopo per modum statuti cõtra loquentes cum Monialibus,quia locutio fit in loco exempto, tamen qui accedit ad Monasterium exemptum incurrat censuram latam ab Episcopo per modũ statuti contra accedentes ad tale Monasterium; quia accessus fit in territorio Episcopi; ad quam rationem facilè dicitur ex dictis quod accessus licet fiat in territorio Episcopi,consummatur tamẽ in loco exempto;& pœnæ,vtpotè odiosæ, & sic strictæ interpretationis,sequi solent ad actum non inchoatum, sed ex omni parte consummatum,sicuti diffusè dicebam *lib. de parlamentis.dubit.* 4.*sect.*19.*f.bis.*31.*pag.*96.*& seqq.*

Confirmatur, quia cùm nemo possit in alieno territorio, vel extra proprium territorium iurisdictionem exercere, *Clement.*1. *de foro compet. Clement. Pastoralis de re iudic. leg.fin.ff. de re iurisdict. omn. Iudic. & leg.fin.ff. de offic. Præfecti*, sequitur, quod censura non ligent extra proprium territorium eas imponentis, *cap. vt animarum*, *de constitut.in* 6. Sed locus exemptus, quamuis sit in ter- 23
ritorio,non est tamen de territorio,sed quoad hoc comparatur loco existenti extra territorium; quia neque in ipso, neque in alieno territorio potest Ordinarius iurisdictionem exercere, nisi in casibus à iure concessis, *cap.cum Episcopus,de offic.Ordinar.in* 6. ergo censuræ impositæ ab Episcopo contra loquentes cum Monialibus non habent vim contra loquentes cum Monialibus exemptis, seu contra loquentes cum Monialibus in loco exempto.

Confirmatur secundò; quia quando statutum 24
dirigitur quocumque modo ad personas, vel loca exempta, est nullum defectu iurisdictionis, cùm iurisdictio non se extendat ad ipsa, ratione exemptionis; quapropter statutum laicorum, in quo
25 fit mentio Ecclesiasticorum, vel Ecclesiarum, etiamsi sit fauorabile, est nullum; sicuti dicebam *supra cap.* 8. *dubitat.* 2. *ex cap. Eccles. Ecclesia S. Mariæ de Constitut. & cap. fin. de rebus non alien.* & tradunt ex communi Abbas *in cap. clericis de foro compet.* Imola *ibid.* Cardinal. *in cap.perpendimus,numero* 13.*de sent. excommunicat.* Felin. *in citat.cap.Ecclesia S.Mariæ numero* 15. Alber. *tractat.de stat.par.* 2. *quæstio.* 2. *numero* 20. Butrius *cons.* 40.Socinus *consil.*71.*numero* 10. *lib.* 4. Baldus 132.*lib.*3.Io.Neuizanus *consil.*39.*numero* 5. Surdus *consil.*301.*numero* 13.*volum.*2.Caualcan.*Decisio.* 33. *numero* 16.Plotus *cons.*93.*numero* 2. Cioffus *consil.* 81.*numero* 84.*lib.*1.Suarez *contra Reg.Angl.cap.* 16. *numero* 7.*& lib.*3.*de legib.cap.*34.*numero* 13.Maynar. *de priuileg. Eccles. par.* 2. *art.* 22. *numero* 46. & Beltran de Gueuar. *in propugnac. libert. Eccles. assert.* 1.§.6. *numero* 55.*&* 58. quia tale statutum præiudicat exemptioni, qua personæ, & loca Ecclesiastica subtrahuntur iurisdictioni laicali; ergo cũ Monasteria exempta sint subtracta iurisdictioni Episcopali, statuta Episcoporum, in quibus fit mentio de ipsis,erunt etiam nulla, quia militat eadem ratio.

Obiicies: saltem loquentes cum Monialibus exemptis, seu cum Monialibus in loco exempto, poterunt puniri per censuras ab Episcopo, vt Sedis Apostolicæ delegato, ex vi citat. Constitutionis.

Digitized by Google

tutionis Gregorij XV. ibi: *Ad hæc tam ſeculares, quàm Regulares huiuſmodi nullis priuilegiis, & exemptionibus tueri ſe poſſint, quo minus, ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes, aut circa clauſuram, vel bonorum adminiſtrationem Monaſteriorum Monialium, etiam Regularibus ſubiectarum, ab Epiſcopo loci ſimiliter, tanquam ad hoc ſedis Apoſtolicæ delegato, queriri, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant.* Circa quam Conſtitutionem, quæ dubitabatur, an ſub illis verbis; *ſi deliquerint circa perſonas intra ſepta degentes*, comprehenderetur locutio cum Monialibus, Sacra Congregatio Concilij reſpondit, comprehendi, in his verbis: Quæritur, an poſita dicta Conſtitutione, Regularis ubiq; legitima licentia accedens ad Monaſterium Monialium Regularibus ſubiectarum, ibiq; in loco colloquiis deſtinato cum Moniali colloquens, à diœceſano Epiſcopo, tanquam ſedis Apoſtolicæ delegato, coërceri, & puniri poſſit, Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretũ cenſuit, poſſe. Quam Congregationis ſententiã Vrbanus VIII. ad ſe relatam approbauit, an. 1624. ergo &c.

16 Reſpondetur, nego antecedens quia in his omnibus non tribuitur Epiſcopo loci facultas procedendi per cenſuras contra tranſgreſſores in loco exempto antecedenter, ſed ſolum puniendi tranſgreſſores conſequenter, ita vt poſita tranſgreſſione ſolum ſubintret delegatio, vt *ſupra ſect. 1. in fine* dicebam.

17 Adde Sextò, quod (licet Riccius *par. 1. prax. reſol. 745.* Tamburi in *de iure Abbat. diſp. 26. q. 3. n. 2.* & Petrinus *tom. 3. priuileg. in Addit. ad Conſtitut. Pij V. c. 6. n. 1.* teneant, quod licentia data Regulari loquendi cum Monialibus ſe extendat ad ſociũ ex eo quod in connexis ſit idem iudicium, *cap. tranſlatio*; & ſic quod conceditur Regulari, conceſſum cenſeatur etiam ſocio; præſertim quia gratia conceſſa principali ſe extendit ad familares: vnde licentia inuitendi ſepulchrum Domini à Pontifice conceſſa alicui, ſe extendit ad Socium à ſuperiore aſſignandum) tamen contrarium etiam dicendum ſit;

18 quia licet Doctrina ab Aduerſarijs tradita locum habeat quoad acceſſum ad Monaſterium (ſiquidem ex Regulæ præſcripto Regulares incedere debent cum ſocio; cùm id ſpectet ad decentiam ſtatus Religioſi: quapropter licentia accedendi ad Monaſterium cenſetur conceſſa etiam pro ſocio; & valet, quod in connexis ſit idem iudicium; quia talis acceſſus ex vi decentiæ ſtatus Religioſi dicit connexionem cum ſocio. Quod propterea fortè ſolum valet quoad eos Religioſos, qui hanc decentiam ſeruant, incedendi ſcilicet cum ſocio) tamen locum non habet quoad locu-

19 tionem cum Monialibus; quia, vt concedi poſſit licentia loquendi cum Monialibus, interuenire debet iuſta, & rationabilis cauſa, *cap. periculoſo de ſtatu Monachorum*, innouato etiam quoad hoc à

30 Pio V. in Bulla, quæ incipit: *Circa Paſtoralis*, ſub die 1. Iunij 1566. ſed ex eo quod quis aſſocietur Regularem, qui habet licentiam loquendi cum

31 Monialibus, non propterea habetur iuſta, & rationabilis cauſa, quod & ipſe, qui aſſociatur Regularem, loquatur cum Monialibus, ergo, &c. tum quia licet in connexis ſit idem iudicium, *cit. cap. tranſlatio*, id tamen eſt in eo, in quo ſunt connexa, & ſe habent inſeparabiliter, non autem in eo, in quo non ſunt connexa, *l. cum altum, ff. de negot. geſt.* vbi communiter Doctores, & Aretin. *in capit. tranſlatio, numer. 3.* Alex. de Næuo *in capit. ſi duobus, numer. 13. de appellat.* Imola *conſil. 139.* Menochius *conſil. 421. numer. 64. & de arbitr. conſil. 91. numer. 9.* Surdus *de alimen. tit. 9. quæſt. 31. numer. 15.* Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 641. numer. 15.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 26. numero 40. & 94.* & Scaccia *de appellat. queſt. 17. limit. 21 numer. 30.* quia quando 32 non ſunt inſeparabilia, ſed vnum poteſt ſtare ſine altero, non ſumus amplius in connexis, ſed in ſeparatis, Iaſon *in l. ſed etſi plures, §. 1. nn. 2. ff. de vulg. & pu ill. &c.* Crauera *conſil. 232. numer. 1.* Couar. *quæſt. pract. cap. 34.* Menochius *de recup. poſſeſſ. remed. 1. numer. 477. & ſeq.* Boër. *conſil. 7. numer. 1. & 2.* Regularis autem, & ſocius non 33 ſunt connexi in ordine ad locutionem cum Monialibus; ſiquidem optimè loqui poteſt cum illis vnus, abſque eo quod loquatur & alter; quapropter quoad hoc ſunt potius ſeparati, & conſequenter quoad hoc quod conceditur vni, non cenſetur conceſſum & alteri. Vnde patet ad fundamentum oppoſitum, & quod ſit diuerſa ratio de licentia inuiſendi Sepulchrum Domini: nam hæc conceſſa vni, cenſetur conceſſa etiam alteri, ratione decentiæ 34 ſtatus Religioſi, & ratione neceſſitatis; quia valde durum eſt, ſine ſocio peregrinationem tam longam, & periculoſam inire: quapropter eſt eadem ratio de hac re, ac de acceſſu ad Monaſterium Monialium, proportionaliter lo- 35 quendo, & conſequenter rectè hoc infertur ex illo; non autem eſt eadem ratio, ac de locutione cum Monialibus, vt patet ex dictis.

DVBITATIO VI.

An, & quia poſſit Epiſcopus in ordine ad delicta extra clauſtrum commiſſa?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt carcerare Regularem etiam extra Clauſtrum notorie delinquentem, neque poteſt facere proceſſum contra illum, vt poſtea remittat ſuo ſuperiori, vt puniatur; ſi tamen Regularis degat in Monaſterio.*

2 *Epiſcopus poteſt ſolum inſtare certiorando Prælatum Regularem de notorietate delicti commiſſi extra Clauſtra, & præfigere tempus vt Delinquens puniatur.*

3 *Epiſcopus poteſt Regularem delinquentem extra Clauſtra ſuſpectum de fuga carcerare, & ſuo ſuperiori remittere.*

4 *Epiſcopus elapſo termino ab ipſo præfixo ad puniendum Regularem, poteſt ipſe punire, dummodo id factum non fuerit à ſuperiori.*

5 *Poteſtas corrigendi deuoluitur ad Ordinarium propter negligentiam Prælati Religionis, ſi extra clauſtra notorie delinquat.*

6 *Ordinarius non poteſt contra Religioſum componere proceſſum, ac ſi teſtium depoſitionem ſuſceperit ſuper notorietate delicti, debet eam tradere ſuperiori Religionis*

7 *Ordinarius, ſi per ipſum captus fuerit Regularis, debet eum recta via ad ſuperiorem Religionis tranſmittere.*

8 *Epiſcopus poteſt præfigere terminum ſuperiori*

Religionis

Religionis, intrà quem puniri debeat Regularis notoriè Reus,& cur.

9 *Superior Religionis debet certiorare Episcopum de punitione habita erga Regularem, qui instante Episcopo venit puniendus.*

10 *Episcopus quid agere debeat Superiore Religionis negligente punire delinquentem Regularem, & quid si non redierit ad locum delicti.*

11 *Episcopus non potest vi Concilij Tridentini, vel decreto Clementis VIII. per se, vel per alios procedere ad capturam Religiosi etiam notoriè delinquentis, sed tantum debet instare.*

12 *Episcopus non debet instare pro punitione Religiosi, si delictum non sit notorium, & Populo scandalosum.*

13 *Decretum Clementis VIII. citatum procedit in casu quo Regularis alio mittatur vt impunitus euadat, secus si alio transmittatur in pœnam delicti.*

14 *Episcopus non potest declarare excommunicatum Religiosum à iure excommunicatum, etiam si deliquerit extra claustra Monasterij.*

15 *Episcopus potest visitare, punire, & corrigere Regulares extra Monasterium degentes, & delinquentes; secus si degant de licentia suorum superiorum.*

16 & 17. *Regularis degens extra Monasterium de licentia sui superioris censetur intra illud habitare, & ideo non potest puniri ab Ordinario si de licentia superioris, & ad breue tempus degat; secus si non ad breue tempus & ibi non viuat sub superiore conuentualiter.*

18 *Verbum (degere) significat existentiam permanentem, & diuturnam, non breuem, & transeuntem.*

19 *Religiosus delinquens in Membro, seu Grangia sui Conuentus non ab Episcopo, sed à suo superiore puniri debet, & cur.*

20 *Episcopus potest visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam, secus si habeant in illis locis superiores.*

21 *Regulares, qui sine mandato suorum superiorum in scriptis in Conuentibus non inhabitant, qualiter Episcopo subijciantur.*

RESPONDETVR, quod neque possit Episcopus carcerare Regularem, etiam extra claustrum, notoriè delinquentem, & nequè possit facere processum contra illum, vt posteà remittat suo superiori, vt puniatur, si Regularis degat in Monasterio. Patet etiam ex dictis *dubit.* 1. & ex Tridentino *sess.* 25. *cap.* 14. ibi: *Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterij degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum faciè puniatur, & de punitione Episcopum certiorem faciat, sin minus à suo superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniatur.* Vnde sequitur, quod, stante notorietate delicti commissi extra claustra, Episcopus possit solum instare, certiorem faciendo per suas literas Prælatum Regularis, vt hic intra tempus ab ipso Episcopo præfigendum, puniat Regularem sic delinquentem sibi subditum & subiectum; non autem possit se intromittere circa eum carcerando in suo carcere, donec Prælatus Religionis requisuerit, & formare processum contra illum, & sic cum copia processus remittere ad suum superiorem, vt, cum præfinitione termini ad puniendum, puniatur. Atque ita ex probabiliori Doctorum sententia docent Villalobos *in summa to. 2. tr. 35. diffic. 5. n. 5.* & Hieron. Rodrig. *in Compend. qq. Regular. resol. 62. num. 8 contra Portellum in addit. ad dub. Regular. ver. punitio Religiosi extra Conuentum, num. 17.* Piatecium *in prax. Episc. par. 2. cap. 3. num. 43.* Naldum *ver. Episcopus, num. 28.* & Barbosam *de potest. Episcop. par. 3. allegat. 105. nu. 19.* Quorum opinio tamen vera est quoad hoc; quod scilicet, si talis suspectus sit de fuga, possit illum Episcopus apprehendere, & statim Prælato Religionis remittere, vt ab illo puniatur intra terminum ab ipso Episcopo præfixum, intra quem si ab illo punitus non fuerit, possit ab Episcopo puniri; vti colligitur ex Tridentino supra, & fatentur etiam Villalob. & Hieronym. Rodrig *in locis citatis.* & ratio est, quia corrigendi potestas deuoluitur ad Ordinarium propter negligentiam Prælati Religionis, præsertim in delictis notoriis Tusch. *ver. negligentia, concl. 35.* facit Martha *de iurisd. par. 2. c. 32. n. 36.* facit etiam Tridentinum *loco sup. cit.* ac Bulla Clementis VIII. apud Quarant. *in sum. ver. Exemptio fol. 245.* vbi expressè disponitur negligéte Religionis Superiore deuolui iurisdictionem ad Ordinarium contra Religiosum extra claustra notoriè delinquentem, & de iure antiquo est textus in *c. nullus de iure patron. quem allegat.* Alexander. *cons. 8. n. 2. vers. quinimmò, lib. 1.* & Farin. *q. 8. numer. 46. ampliat. 23.*

Ex dictis itaque, & docet Alder. *lib. 1. de Relig. disciplc. 3. n. 35. & seqq.* non potest Ordinarius contra Religiosum cõponere processum, sed si quos testes examinauerit, vt de scãdalo, & delicti notorietate constet, debet eorum depositionem tradere Superiori Religionis; nec potest Ordinarius Religiosum capere; sed si in ipso delicto eũ capi fecerit debet ad ipsum Superiorem Religionis recta via eũ transmittere: quia tamen aliqui Superiores Religionum admoniti de delictis Religiosorũ, eos extra Episcoporum diœcesim ex industria impunitos transmittebant, vel ipsi Religiosi delinquentes ad alias prouincias confugiebant, & ita nec Religiosus delinquens ab Episcopo puniri poterat, nec superior Religionis officio priuari, propterea Clemens VIII. in motu, qui incipit: *Suscepti muneris,* apud Quarant. *loc. sup. cit.* præcepit omnibus, & singulis cuiuscumq; ordinis Superioribus in virtute S. obedientiæ, & sub indignationis Apostolicæ, ac priuationis dignitatũ, & officiorum per eos obtẽtorum, eo ipso incurrendis pœnis, vt iuxta dictum decretum Tridentini quilibet ipsorum Regularem non subditum Episcopo intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo scãdalo sit, Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum seuerè puniat, ac de punitione Episcopum certiorem faciat, & aliàs decretum ipsum in omnibus & per omnia exequatur. Cæterũ, si Religionis superior Religiosum delinquentem non puniat, quin si illum impunitum ad alia sui Ordinis loca extra Episcopi diœcesim transmiserit, voluit Pontifex ibidem, vt Superior Religionis instante Episcopo, intra terminum ab Episcopo præfigendũ, & sub eisdẽ indignationis, ac priuationis dignitatũ, ac officiorũ, necnõ & sub inhabilitatis ad illa, & alia in posterũ obtinendi, ac vlterius priuationis actiuã, & passiuæ vocis (ad quas à nemine, præterquã à Rom. Põtifice pro tẽpore existẽte restitui possit) ipso facto similiter incurrendis

pœnis

pœnis, ipſum Religioſum delinquentem à loco, ad quem tranſmiſſus fuit, reuocare, & in quo deliquit, conſtituere teneatur. Quod ſi hoc etiam facere prætermiſerit, in dicto Motu etiam ſtatuit, vt Ordinarius loci ad quem Religioſus delinquens tranſmiſſus fuit, ſuper præmiſſis ab ipſo Ordinario loci, in quo deliquit, ſimiliter requiſitus, vel aliàs de illius delicto informatus, vt præfertur, tanquam Sedis Apoſtolicæ delegatus, p ædictum Tridentini Concilij Decretum omninò, exequi, & Religioſum delinquentem ſeuerè punire, poſſit, & debeat.

11 Ex quibus patet, neque decreto Concilij, neque Clementis VIII. cõcedi Epiſcopo, quod poſſit per ſe, vel per alios ad capturã Religioſi, etiã notoriè delinquentis procedere, ſed ſolùm quod debeat inſtare Prælato pro punitione ipſius, ſicuti ſupra cõtra
12 nõnullos Doctores ex probabiliori ſententia dicebã. Secundò patet ad hoc quod Epiſc. teneatur inſtare Prælato pro punitione Religioſi, debere delictum eſſe notoriũ, & ſcãdaloſũ populo: ſic enim expreſsè dicitur in Decreto Cõcilij, quapropter nõ ſufficit, quod tale delictum ſit notum aliquibus paucis.
13 Tertiò patet, dictum Decretum Clementis VIII. ſolũ procedere, quãdo Superior Religioſi notoriè delinquentis trãſmittit illũ in aliũ locũ, eo fine, vt impunitus remaneat; ſecus ſi tranſmittit illum in pœnam delicti commiſſi, vel vt ibi decentius puniatur, Rodrig. *to. 2. qq. Regul. q. 2. ar. 6.* & Peirinus *to 1. priuil. Minim. in Conſt. 2. Sixti IV. §. 11. n 69.*

14 An autem, ſi Religioſus notoriè legem, ſub pœna excõmunicationis ipſo facto incurrendæ quid fieri prohibentem, vel iubentem extra clauſtra violet, vt ſi percutiat clericum ſecularem extra, poſſit Epiſcopus illum denunciare excommunicatum? Patet ex dictis ſupra, negatiuè reſpondendum eſſe, & videri poterit Nauar. *lib. 5. conſ. de ſent. excommun. conſ. 2. n. 2.* & Sorbus *in Compend. priuil. Mendicant. ver. Exemptio.*

15 Cæterum poteſt Epiſcopus Regulares extra Monaſteriũ degentes, & delinquentes viſitare, punire, & corrigere, ex decreto Concilij Trident. *ſeſſ. 6. c. 3.* quod quamuis intelligendũ ſolum videatur de Regularibus degentibus extra Monaſterium ſine licentia ſui ſuperioris, non item de iis, qui degunt
16 cũ tali licentia; quia qui de licentia ſui Prælati degit extra Monaſterium, cenſetur intra illud habitare (ſicuti tenent Abb Angelus, Silu. Nauar. & Henriquez, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 6. conſil. moral. c. 9. dub. 3. n. 4.*) tamen quia Piaſegus *in prax. Epiſc. par. 2. c. 3. n. 42.* Barboſa *allegat. 105. n. 26.* & Nouarius *in Lucer. Regular. ver. delinquent, n. 20.*
17 referunt, S. Congregationem declaraſſe oppoſitum (nempe quod Regularis manens extra clauſtrum de licentia ſui ſuperioris, etiam in domo deputata ad erectionem monaſterij, niſi in dicta domo ſit regularis obſeruantia, vt ſaltem ibi viuat ſub ſuperiore conuentualiter; ſi deliquerit, poſſit puniri ab ordinario; quod & deciſum eſſe à Rota *deciſ. 223. n. 5.* refert Tãburin. *de iure Abbat. q. 5. n. 5.*) ideo oppoſitum potius tenendum videtur, cũ limitatione tamen quod intelligatur ſolum de Regulari extra Monaſteriũ per notabile tẽpus exiſtente, non autẽ de illo, qui ad breue tempus extra Monaſterium, in quo habet domicilium, de licentia ſui ſuperioris exiſtit: hæc enim videtur mens eſſe Cõcilij, cũ dicatur
18 ibi, Regularis extra Monaſterium degens, degere verò ſignificet exiſtentiam permanentem, & diuturnam, non breuem, vel tranſeuntem. Vide Peirinum, *to. 1. priuileg. Minim. in Conſtit. 2. Sixti IV. n. 22.*

His addo, ſi Regularis maneat per multũ tẽporis 19
de licentia ſui ſuperioris ſub regulari obſeruantia in aliquo membro, ſeu grangia ſui Conuentus pro ſeruitio ſuæ Religionis, & ibi delinquat, non ab Epiſcopo, ſed à ſuo ſuperiore etiam puniri debet; quia talia loca gaudent priuilegiis Monaſteriorum, quorum membra ſunt, *Recolentes, §. cæterum, de ſtatu Monach.* & videri poterit Ricc. *deciſ. 81. n. 4. p. 4.* Barboſa *n. 17.* & Nauar. *n. 11. & 12.*

Item poteſt Epiſcopus viſitare, & corrigere Re- 20
gulares degentes extra clauſtra occaſione docendi doctrinam Chriſtianam, vti declarauit S. Congregatio in vna Melitenſi apud Nouarium *ſuprà n. 34.* qui ibidem *ver. Ieſuitæ, n. 32.* refert, declaratum ab eadem S. Congregatione in vna Liman. 10. Iunij 1591. fuiſſe, Ieſuitas doctrinam Chriſtianã extra clauſtra docentes; ſi habeant in illis locis ſuperiores, qui curam ipſorum habeant, & apud quos ſe recipiant, iuxta Regulæ inſtitutum viuentes; nõ poſſe corrigi, nec viſitari ab Ordinariis locorum, quod & de aliis Regularibus intelligendum eſt, ſi eædem circumſtantiæ concurrant, propter eandem rationem.

De iis vero Regularibus, qui ſine mãdato ſuo- 21
rum ſuperiorum in ſcriptis extra Conuentus reperti fuerint, vel ſi miſſi ad vniuerſitates, in Conuentibus non inhabitent, qualiter Epiſcopo ſubiiciantur, vide Lezanam *tom. 1. c. 11. n. 11.*

DVBITATIO VII.

An, & quid poſſit Epiſcopus, ſaltem in caſu, quo ſit in poſſeſſione cognoſcendi Regulares.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus: licet ſit in poſſeſſione cognoſcendi cauſas Regularium, non poteſt eas cognoſcere, contra non nullos Doctores.*

2 *Exempti per priuilegium Pontificis non poſſunt priuilegio, neque implicitè, neque explicitè renunciare.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Triuiſanus *lib. 1. deciſ. 36. n. 2.* Cucchus *Inſtit. Canon. lib. 1. tit. 6. n. 6. & 7.* & Capia *reg. 84. n. 21.* doceant, in tali caſu poſſe Epiſcopum cognoſcere, & iudicare Regulares ex eo, quod iſti in dicto caſu euidenter priuilegio exemptionis renunciarint.) tamen dicendum ſit, non poſſe; quia cùm ſint exempti ex priuilegio Pontificis, non poſſunt tali priuilegio, etiam explicitè, nedum implicitè, renunciare; ſiquidem eſſet in præiudicium ſtatus, & iuriſdictionis ſupremæ pontificiæ renunciare. Atque ita fuiſſe in vna Vlyſſipponenſis Monaſterij die 19. Nouembris 1625. deciſum, teſtatur Barboſa *de poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 105. n. 76.* & docent Doctores, quos citat, & ſequitur Hieronym. Rodriguez *in Compend. qq. Regular. reſol. 63. n. 23.* Megalius *in 1. part. lib. 1. cap. 13. num. 10.* & nos dicebamus *lib. de Parlamentis cit. dubit. 4. ſect. 19. ſubſect. 23. & 29. & Dubit. 27. ſectione 8. ſubſect. 3. & cap. 1. dubit. 15. cap. 4. dubit. 31. & 5. dubit. 12. & 13.*

DVBI

DVBITATIO VIII.

An,& quid possit Episcopus in ordine ad mutationem Conuentuum?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest prohibere,neque impedire,nè Regulares mutent Conuentum de loco ad locum v.g.de loco non sano,vel incommodo ad locum sanum,& commodum,contra nonnullos tenentes oppositum.*

2 *Fratres Minores ex priuilegio Sixti IV. & Benedictini ex priuilegio Sixti V. possunt de consensu Capituli generalis mutare Conuentus de locis incommodis ad locos commodiores,non petita licentia Episcopi.*

3 *Priuilegia predicta non derogantur per Tridentinum;quia loquitur solum de noua edificatione, non autem de mutatione.*

4 *Regulares possunt in mutatione Conuentus secum transferre omnia mobilia,& vendere immobilia,excepta Ecclesia,quam deponere debent in manu Episcopi.*

5 *Ad fundandum nouum Conuentum, seu nouam Domum preter consentum Episcopi,requiritur quod Regulares ibi habitantes sint ad minus duodecim,alioquin subdentur Episcopo.*

6 *Item requiritur debita, & iuridica distantia à Conuentibus aliorum Regularium.*

7 *Conditionibus predictis non existentibus Episcopus non dat consensum& stante appellatione Regulares non possunt edificare; alias excommunicantur ipso facto,& priuantur officio,voce actiua,& passiua.*

RESpondetur,quod neque possit Episcopus prohibere,& impedire,ne Regulares mutent conuentus de loco ad locum, v. g. de loco non sano, vel incommodo ad locum sanum & commodum; quamuis Eman.Rodriguez *in qq. Regular. to.* 1. *q.* 23.*art.*7.&Portell.*in dub.Regular.ver.Monasterium num.*5.teneant oppositum;quatenus docent, ad id faciendum,licentiam Episcopi requiri. Patet etiam ex dictis *dubit.* 1. & probatur ex priuilegio Sixti IV.concesso Minoribus,& priuilegio Sixti V. cõcesso Benedictinis,vt scilicet in Capitulo generali de consensu Capituli possint ipsi mutare Conuentus de locis incõmodis ad locos cõmodiores, non petita licentia Episc.cũ cæteris ibi cõtentis. Quæ priuilegia non derogantur per Trident. Conciliũ, quia dictum Concilium loquitur tantum de noua erectione,& ædificatione domorum,non autem de mutatione. Atque, ita docent Miranda *in Man. Pralat.to.*1.*q.*33. *art.* 2.Portell. *in addit.cit ver.monasterium*, *n.*3. Hieronym.Rodriguez *in Compend. qq.Regular.resol.*55. *n.*4.& Peregrinus *in Compend. Priuileg.ver.Ecclesia*, vbi subdit, quod Regulares possint in mutatione secũ transferre omnia mobilia,& vendere immobilia,excepta Ecclesia, quã deponere debent in manu Episcopi.Subdit secundò, quod,vt nouus Conuentus,seu noua domus fũdetur,præter consensum Episcopi,requiratur ex Bulla Vrbani VIII. quod Regulares ibi habitãtes sint ad minus duodecim;alioquin subdentur Episcopo. Item, quod ab aliis aliorum Regularium Conuentibus,seu domibus sit debita, & iuridica distantia: quæ conditiones si non adsint,Episcopus non det consensum (præsertim, si interim interueniat ad summum Pontificem appellatio; quia tunc multò magis fiet causa Summi Pontificis) & Regulares non ædificent;quia ædificando excommunicantur ipso facto,& priuantur officio;voceque actiua, & passiua.Vide,quæ dicentur *infrà dubit.*22.

DVBITATIO IX.

An,& quid possit Episcopus, & Capitulum Sede vacante in ordine ad crimen hæresis?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non habens potestatem ad id à Summo Pontifice delegatam non potest cognoscere in crimine hæresis contra Regulares.*

2 *Legatus à Latere de iure potest cognoscere de hæresi contra omnes, quia vices Summi Pontificis plenissime gerit;de consuetudine,tamen sine speciali commissione id facere non potest neque quoad alios.*

3 *Episcopus ratione sui muneris ést competens Iudex omnium Hæreticorum in sua Diœcesi.*

4 *Episcopus respectu suorum subditorum in crimine hæresis est Iudex Ordinarius; quia ex proprio munere id ipsi competit.*

5 *Episcopus respectu Exemptorum in crimine hæresis est Iudex Delegatus contra Hostiensem, & Sanchez.*

6 *Delegatio absolute facta non Personæ sed Dignitati tribuit omnimodam Iurisdictionem & præsentem,& futuram.*

7 *Appellare non potest ab Episcopo delegato ad Archiepiscopum sed ad Summum Pontificem delegantem.*

8 *Episcopus procedens in crimine hæresis vel vt ordinarius,vel vt delegatus seruare debet modum,quem seruare possunt & debent Inquisitores per iura communia & speciales concessiones,seu ordinationes Sedis Apostolicæ.*

9 *Episcopus attento iuris rigore non potest procedere sine consilio Capituli.*

10 *Habens iurisdictionem quasi Episcopalem est Iudex Ordinarius in rebus fidei, vt sunt Priores, & Abbates exempti & Capitulum sede vacante.*

11 *Vide quid intelligatur nomine sedis vacantis.*

11 *Capitulum an sit Iudex delegatus respectu Exemptorum,resolutur negatiue contra plures Doctores.*

13 *Capitulum non succedit Episcopo nisi in his, quæ Episcopo competunt iure ordinario, non autem ex delegatione.*

14 *Capitulum in exercenda Iurisdictione in causis fidei non per se, sed per Vicarium ad id specialiter deputatum procedere debet.*

15 *Vicarius constitutus à Capitulo non tenetur requirere consilium vicinorum Episcoporum.*

16 *Iurisdictio Episcoporum & Inquisitorum stat vtroque modo sc. & copulatiue, & disiunctiue.*

17 Sed

Digitized by Google

17. & 18 *Sententia proferenda eſt coniunctiuè, non diſiunctiuè & ad hoc tenentur ad inuicem communicare proceſſum, ſi diſſentiant negotium per vtroſque inſtructum remitti debet ad ſedem Apoſtolicam.*

19 *Epiſcopus ſine Inquiſitore, & è contra, non poteſt procedere ad pœnas, ſiue ad tormenta diſiunctiue ſub pœna nullitatis Iudicij.*

20 *Epiſcopus, ſeu Vicarius, & Inquiſitor de conſenſu poteſt etiam diſiunctiue procedere.*

1 RESPONDETVR, quod neque poſſit Epiſcopus cognoſcere Regulares de crimine hæreſis; niſi ad id Epiſcopus haberet poteſtatem à Summo Pontifice delega-
2 tam. Quod adeò verum eſt vt, etſi Legatus à latere de iure omnes de hæreſi cognoſcere poteſt; quia vices Summi Pontificis pleniſſimè gerit, tamen de conſuetudine ſine ſpeciali commiſſione Summi Pontificis, vel ſupremi Tribunalis S. Inquiſitionis, id facere non poſſit; neque etiam in ordine ad alios. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186. *n.* 4. & videri poterunt, quæ dicebantur *cap.* 7. *dubit.* 26. *c.* 10. *dubit.* 2. *ſect.* 2.

3 Epiſcopus autem ratione ſui muneris eſt competens iudex omnium hæreticorũ in ſua Diœceſi, *Clemant.* 1. §. *propter quod de hæreticis*, & tradunt ex communi Farinacius *loco ſuprà cit. n.* 5. Azor. 1. *part. lib.* 8. *c.* 18. *q.* 2. Cardinalis de Lugo *tract. de fide diſp.*
4 24. & Gundiſalu. *de hæreticis, q.* 7. *n.* 8. Ita tamen, vt reſpectu ſubditorum ſit Iudex ordinarius; quia ex proprio officio, & munere id ipſi cõperit, Pegna 3 *part. direct. q.* 1. *Commẽt.* 50. Farinac. *n.* 6. Simanca in *Enchirid. tit. de Epiſcopis, n* 2. & 3. & Decian. *tract.*
5 *crim. lib.* 5. *c.* 21. *n.* 4. At reſpectu exemptorum, contra Hoſtienſem *in cap. ad abolendam de hæreticis*, *n.* 1. & Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 40. *n.* 14. (qui tenent eſſe Iudicem ordinarium, ex eo, quod à iure ipſo generaliter eſt ei conceſſa delegatio, & ex alio capite quando aliqui delegatur iuriſdictio, non ratione perſonæ, ſed dignitatis, non delegata, ſed ordinaria iuriſdictio dicitur) ſit Iudex delegatus, vt patet, ex *cit. c. ad abolendam*, §. *ſi verò*, ibi: *Si qui verò fuerint, qui à lege diœceſana iuriſdictionis exempti fuerint, qui à lege diœceſana iuriſdictionis exempti ſubiaceant, ſolæ Sedis Apoſtolicæ poteſtati; nihilominus in iis, quæ ſunt contra hæreticos ſtatuta, Epiſcoporum ſubeant iudicium & eis in hac parte, tanquam à Sede Apoſtolica delegatis, non obſtantibus ſua libertatis privilegiis, abſequantur.* & docent ibi Gloſ. Io. Andreas Abbas. Felinus, & alij, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186. *n.* 7. Simanca *tit.* 25 *rubr. de Epiſcopis, n.* 6. Zanchin *de hæreticis, c.* 8. *n.* 3. Decian *cit. num.* 4.
6 Gundiſalu. *cit. q.* 7. *n.* 14. & Carrer. *tract. de hæreticis, n.* 65. Verùm, etſi hæc iuriſdictio abſolutè delegata ſit, quia tamen non eſt delegata perſonæ, ſed dignitati tam præſentibus, quàm futuris iuriſdictionis ordinariæ priuilegiis gaudet quoad delegationem; At quoad appellationem ſortitur naturam iuriſdi-
7 ctionis delegatæ. Vnde non appellatur à ſententia interlocutoria Epiſcopi ad Archiepiſcopum, ſed ad Pontificem delegantem, Simanca *tit.* 6. *rubr. de appellat. n.* 3. Zanchin. *cap.* 28. *n.* 3. & 4. Locat. *in iudicial. inquiſit. ver. appellare, n.* 1. & Farinac. *q.* 185. *n.* 240. & *q.* 186. *n.* 9.

8 Cæterùm, ſiue Epiſcopus procedat in crimine hæreſis poteſtate ordinaria, ſiue delegata, ſeruare debet modum, quem ſeruare poſſunt, & debent Inquiſitores, per iura communia, & ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ, *cap. per hoc.* §. *fin. de hæreticis in* 6. & docent ibi gl.

Geminianus, Francus, & alij, quos citat, & ſequitur Farinac. *cit. q.* 186. *n.* 16. Simanca *tit.* 25. *rubr. de Epiſcopis. num.* 4. & Io. Calderinus *tract. de hæreticis, rubr. de proceſſ. inquiſit. num.* 1. An autem Epi- 9
ſcopus procedere poſſit ſine conſilio ſui Capituli? Reſponderur, attento iuris rigore, negatiuè; quia *in cit. cap. ad abolendam* dicitur, vt id fiat cum conſilio clericorum: at, attenta conſuetudine, Reſpondetur affirmatiuè. Sic. Farinac. *cit. q.* 186. *num.* 14. & *ſeqq.*

Quod dixi de Epiſcopo, eſſe ſcilicet eum Iudicẽ 10
ordinarium in cauſis fidei, idem dicas de habente iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, vt de aliquibus Prioribus, & Abbatibus exemptis. Molina *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 28. *n.* 11. Idem etiam dicas de Capitulo Sede vacante, *cit. c. ad abolendam*; & docent ibi gl. Hoſtienſis, Butrius, & alij, quos citat, & ſequitur Farinacius *q.* 186. *n.* 177. Simanca *tit. de Epiſcopis n.* 6. Decian. *n.* 13. & Carrer. *n.* 66. & *ſeq.*

Nomine Sedis vacantis intelligitur, non, ſolũ, 11
quando ſedes vacat abſolutè, ſed etiã quando Diœceſis ab Epiſcopo gubernari non poteſt, vt ſi Epiſcopus captiuus eſſet, vel de Epiſcopatu p ouiſus non adminiſtraret ob non expe ditas literas; quia tunc quoad adminiſtrationem dicitur Sedes verè vacare *gl. in Clement.* 1. *de hæreticis, ver. vacante*, Decian. *n.* 13. Carrer. *n.* 66. & Farinac. *n.* 179.

An autem Capitulum etiam ſit Iudex delega-
tus reſpectu exemptorum, ſicut eſt Epiſcopus?

Reſponderur, quod quamuis affirment Socinus *in cit. cap. ad abolendam*, *n.* 44. & Zabarella *in Clement.* 1. *de hæreticis*, §. *duro, n.* 60. ex eo, quòd cùm eodem modo *in dict. cap. ad abolendam*, dicatur, clericos Sede vacante eſſe Iudices in cauſis fidei, ac eſt Epiſcopus, conſequens eſſe videtur, quod ſicut cõperit Epiſcopo iuriſdictio delegata reſpectu exemprorum, ſic comperat etiam Capitulo.) tamen negandum ſit, quia Capitulum non ſuccedit Epiſco- 12
po, niſi in his, quæ Epiſcopo competunt iure ordi- 13
nario, non autem ex delegatione. Atque ita docẽt Abbas *in cap. ad abolendam, n.* 17. Ancharan. *ibid. n.* 10. Io. Andr. *n.* 15. Zabarella, §. *ſi qui*, Anania *n.* 19. Decian. *c.* 21. *n.* 14. Carrer. *n.* 66. & Farinac *q.* 186. *num.* 182.

Cæterùm modus, quem ſeruare debet Capitulũ 14
in exercenda iuriſdictione in cauſis fidei, non eſt per ſe, ſed per vicarium ad id ſpecialiter deputatũ. *Clement.* 1. §. *præter, de hæreticis*, vbi dicitur, non poſſe Inquiſitores procedere ad deciſionem cauſarum ſine Epiſcopo, vel eius Officiali, vel Capituli vicario ſede vacante. Vbi nora, non dici ſine Capitulo & eius, vicario, ſed ſolũ ſine vicario, ſeu delegato Capituli Sede vacante; vt inſinuet, Capitulũ per ſe iuriſdictionem hanc exercere non poſſe, & meritò; quia aliàs ſecrerum ſeruari non poſſet, ac breus cauſæ non expederentur. Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius *cit. q.* 186. *num.* 180.

An autem talis vicarius debeat conſilium vici-
norum Epiſcoporum requirere?

Reſponderur negatiuè (præterquam quod ita 15
eſt in vſu) quia *in cit. cap. ad abolendam*, ſolum dicitur, hoc conſilium requiri debere, ſi oportuerit, cuius rei iudicium capitulo relinquitur.

Sed, vt quod modò dixi, diſtinctius intelligatur, vide per extenſũ *c. per hoc*, de hæreticis *in* 6. vbi Bonifacius VIII. decernit, ex delegatione Inquiſitoris ab Apoſt. ſede generaliter facta in aliqua prouincia, ciuitate, vel diœceſi, nihil diœceſanis Epiſcopis derogari, quin & ipſos diœcetanos Epiſc. auctoritate ordinaria, vel delegata procedere poſſe.

Deinde subdit, vt S.Inquisitionis officium melius peragatur, posse Episcopũ, & Inquisitorem communiter,vel diuisum inquirere,citare,capere,carceri recludere hæreticos,examinare testes,& alia, quæ ad sententiam requiruntur; sententiam autẽ per vtrosque simul proferendam esse ; ad cuius
17 prolationem , si diuisim processerint , teneri sibi inuicem communicare processus , vt per hoc possit melius veritas indagari ; sin autem in sententia ferenda non conuenerint , per vtrosque
18 negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remitti debere. Vide etiam per extensum *Clement.*1 ,multorum,de hæreticis , vbi Clemens V. vt dictum S. Inquisitionis officium melius procedat , decernit tam per diœcesanos Episcopos,quam per Inquisitores à sede Apostolica deputatos (omni carnali amore, odio , vel timore , ac cuiuslibet commodi temporalis affectione semotis) exerceri , ita vt quilibet de prædictis sine altero citare reos possit,&arrestare, siue capere,ac tutæ custodiæ mancipare, ponendo etiam in compedibus , vel manicis ferreis , si ei visum fuerit expediens , super quo ipsius conscientiam onerat; nec non inquirere contra illos, de quibus pro huiusmodi negotio secundùm
19 Deum,& iustitiam viderit expedire : duro tamen carceri tradere, qui magis ad pœnam,quàm ad custodiam videatur , vel tormentis exponere illos, vel ad sententiã procedere contra illos,Episcopus sine Inquisitore, vel Inquisitor sine Episcopo Diœcesano , aut eius officiali , aut Episcopali, sede vacante , Capituli super hoc delegato , si sui ad inuicem copiam habere possint , intra octo dierum spatium, postquam inuicẽ se requisierint, non possit;& si secus præsumptum fuerit nullum
20 sit,& irritum ipso iure. Verùm si Episcopus , vel eius Capituli,sede vacante,delegatus cum Inquisitore,vel Inquisitor cum altero eorundẽ propter præmissa nequeat,aut nolit personaliter cõuenire, possit Episcopus , vel eius , seu Capituli sede vacãte,delegatus Inquisitori,& Inquisitor Episcopo, vel eius delegato,seu illi , qui ad hoc per Capitulum sede vacante fuerit deputatus , super illis committere vices suas , vel suum significare per literas consilium , & consensum.

SECTIO II.

An Vicarius generalis Episcopi,vel capituli sede vacante sit competens Iudex hæreticorum?

SVMMARIVM

1 *Vicarius Generalis Episcopi , vel Capituli sede vacante non est competens Iudex Hæreticorum;nisi ad id specialiter deputetur.*

EX dictis sequitur primò, quod Vicarius Generalis Episcopi,vel Capituli sede vacante,nõ sit competens Iudex hæreticorum, nisi ad id specialiter deputetur, & meritò , quia ob grauitatẽ criminis requiritur specialis commissio,vt colligitur ex *Tridetino Sess.24.c.6.de reformat.* ibi:*Ipsis Episcopis,& non eorum Vicarijs sit permissum.*& docent ex communi Locatus *ver. Episcopus, n.6.* Repert. *Inquisit ver.cognoscere*,Decianus,*num.7.* Farinac.*de hæresi q.186. num.13.*& 181. & Barbos. *de potest. Episc.3.par.allegat.54.num.85.*

SECTIO XI.

An iurisdictio delegata generaliter Inquisitori deroget iurisdictioni Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio generaliter delegata Inquisitori pro aliqua Diœcesi non derogat Iurisdictioni Episcopi , quia vtrique in solidum concessa est.*

2 *Limita si per specialem commissionem ordinariorum, vel Inquisitorum, potestas restricta censeatur ad certas personas.*

3 *Exemptus citatus eodem tempore ab Episcopo, & Inquisitore potest comparere coram eo , quem maluerit;sed debet protestare de impotentia comparendi coram alio.*

4 *Citatus ab Episcopo tanquam habẽte iurisdictionem ordinariam , & ab Inquisitore, qui eam habet delegatam tenetur comparere coram Inquisitore,quia gerit vices summi Pontificis.*

5 *Iurisdictio delegata ex causa delegationis est maior qualibet alia Iurisdictione contra nonnullos non improbabiliter contrarium sentientes.*

6 *Textus in cap.finale de officio delegati, & in l.1. de officio eius , cui mandata est Iurisdictio, videntur loqui de delegato,cui demandata est iurisdictio priuatiuè, non autem cumulatiuè cum Ordinario.*

7 *Commissarius electus ab Inquisitore non præfertur Episcopo,secus est si sit electus à Pontifice,licet sit subdelegatus.*

8 *Inquisitor Superior est Ordinario,& prænalet quoad citationem.ita dic de Commissario electo à Papa.*

9 *Commissarius siue electus sit à Pontifice,siue ab Inquisitore,est superior Ordinario , & eius citatio est preferenda citationi Episcopi.*

10 *Subdelegatus delegati summi Pontificis gaudet iisdem primilegijs, quibus ipse delegatus,* vbi nota quod delegatus à Pontifice potest subdelegare,aliàs secus.

11 *Subdelegatus delegati Pontificis , cui concessa est iurisdictio,* priuatiue quoad alios,habet *eamdem Iurisdictionem.*

12 *Bartolus in cit.l. filius,& l. Vicarius non loquitur in casu,de quo agitur.*

13 *Substitutus Iudicis Ordinarij deputatus sine expressa Principis facultate , non gaudet priuilegijs , & immunitatibus substituentis ; secus si ex Principis priuilegio.*

14 *Ordinarij locorum in Regnis Hispaniarum,non possunt cognoscere causas S.Officij Inquisitionis ; quia integra Iurisdictio est penes Inquisitores , quibus transmittere debent processus ab ipsis fabricatos.*

SEquitur secundò , quod iurisdictio delegata 1
generaliter Inquisitori pro aliqua Diœcesi nõ deroget iurisdictioni Episcopi,quia vtrique in solidum concessa est.Excipe,si commissio restricta sit 2
ad certas personas, vel certas hæresis causas ; quia per talem specialem commissionem Ordinariorum , & Inquisitorum potestas restricta censetur,

gl.in

gl. in cap. per hoc, ver. generaliter de hæreticis in.6. & alij communiter Canoniſtæ ibidem, quos citat,& ſequitur Farinacius *cit.q.* 186.*n.*59.

An autẽ citatus ab Epiſcopo,& Inquiſitore,eodẽ tempore,poſſit comparere coram eo,quem potius voluerit,omiſſa citatione alterius? Reſpondetur: ſi Epiſcopus procedit ex delegatione (vt quia citatus eſt exemptus) tunc certum eſt, quod citatus comparere poſſit coram illo Iudice,quem maluerit;cùm comparere non poſſit ſimul coram vtroque,Azor.1.*part.lib.*8.*cap.*18.*q.*8.Zech.1.*par. ſum. rit.de fide rubr.de hæreſi,cap.*11.*num.*13. & Farinac. 3 *num.*95.Quamuis,ne videatur mandatum alterius contemnere, expedit(& ſi non teneatur)vt comparendo coram vno, coram altero proteſtetur impotentiam comparendi. Eymer. 3.*par. director. q.* 3 *num.*3.

4 At ſi Epiſcopus, vel qui Epiſcopalem iuriſdictionem habet, procedit ex iuriſdictione propria, ſcilicet in ſubditos, & ſibi iure ordinario ſubiectos, tunc citatus comparere debet coram Inquiſitore; quia Inquiſitor, vtpotè delegatus Summi Pontificis,vices Summi Pontificis gerit, & illum repræſentat:quapropter ei obediendũ eſt,tanquam Summo Pontifici præcipienti, poſthabito omni alio Iudice citante;ob quam rationem *in cap.fin.de* 5 *offic. delegat.* dicitur, iuriſdictionem delegati in cauſa delegationis maiorem eſſe qualibet alia iuriſdictione,& *in l.*1.*ff.de offic.eius,* cui mandata eſt iuriſdictio, dicitur, eum, qui mandatam iuriſdictionem ſuſcepit, proprium nihil habere;ſed eius, qui mandauit, iuriſdictione vti. Atque ita docent cum Eymer.*Pegna* 3.*part. direct. q.* 5.*num.* 4. & 5. *comment.* 54.Simanca *tit.*43.*rubr.de modo procedendi,*Param.*de origine S.Inquiſit.lib.*3.*q.*4.*rubr. de forma,& ordine iudicij,*Azor.*tom.*1.*lib.*8.*cap.*18.*q.*8. & Farinac.*q.*186.*num.*87.*& ſeqq.*

Quãuis contrarium non improbabiliter ſentiant alij,vt Molin.*de iuſt.tract.*5.*diſp.*28.*num.* 17. quod ſcilicet citatus poſſit adhuc comparere coram Iudice ex duobus prædictis, quem maluerit; ex eo quia Epiſcopus, & Inquiſitor quoad hoc pares ſũt in iuriſdictione;cùm quilibet ex ipſis in ſolidum, & independenter ab altero reum poſſit citare, & examinare;& cùm,quando in proferenda ſententia iunguntur,& diſcordant, neuter præualeat alteri, quæ ſigna ſunt æqualis iuriſdictionis. Neque ob- 6 ſtat textus *in cit.c.ſanè,& cit.l.*1 quia videntur loqui de delegato,cui demandata eſt iuriſdictio priuatiuè reſpectu aliorum, non autem de delegato, cui cumulatiuè cum ordinario,& in ſubſidium illius conceditur iuriſdictio.

7 Sed,an Supposito,quod Inquiſitor ſit ordinario ſuperior,& ſic citatio eius ſit præferenda citationi iſtius,idem de Commiſſario dicendum ſit.

Reſpondetur ex communi ſententia Doctorũ, quos citat,& ſequitur Pegna 3.*par.direct.q.*5.*Comment.*54.Azor.1.*part.lib.*8.*cap.*18.*q.*8.& Farinacius *q.*186.*n.*91. diſtinguendo: vel loquimur de commiſſario electo ab Inquiſitore, vel de commiſſario electo à Pontifice. Prior Commiſſarius non præfertur,ex doctrina Bart.*in l. vicarius & l.filius ff. de legation.* vbi vicerector conſtitutus à Rectore nõ gaudet priuilegiis,& immunitatibus Rectoris.Poſterior autem præfertur,etiamſi tunc ſubdelegatus ſit;quia à Principe eſt ſubdelegatus, & ſic eandem cum delegato prærogatiuam habet,*ex l.vlt.Cod.vt* 8 *dignitatum ordo ſeruetur, lib.*12. & *l.ſuggerente, Cod.de offic.eius, qui vicem alicuius Iudicis obtinet,* & tradit Abbas,& Decius *in cit. cap. ſanè. Quapro-*

*pter,*ſicut ipſe Inquiſitor ſuperior eſt Ordinario,& præualet eius citatio;ſic Commiſſarius à Pontifice electus ſuperior etiam eſſe debet,& eius citatio præualere. 9

His tamen non obſtantibus, probabile etiam mihi videtur, quod in vniuerſum Commiſſarius, ſiue electus ſit à Pontifice,ſiue ab Inquiſitore,ſuperior ſit Ordinario,& eius citatio præferenda citationi Epiſcopi:moueor;quia ſubdelegatus dele- 10 gati Pontificis Pontificem repræſentat, & vices eius gerit, ſicut,& ipſe delegatus;& ſic eiſdem priuilegiis gaudet,quibus delegatus;quod inde probatur; quia ſi priuatiuè in aliquo caſu delegato 11 conceſſa ſit iuriſdictio, & is alterum ſubſtituat, ſubſtitutus procedere poterit cum iuriſdictione priuatiua aliorum, ac poterat ipſe ſubſtituens & ſic,ſicut ipſe ſubſtituens eſt ſuperior, ſic eſt etiam ſubſtitutus. 12

Ad illud ex doctrina Bart.*in cit.l.filius,& l.vicarius,* Reſpondeo,non obſtare;quia loquitur in caſu 13 longe diuerſo. Interim fateor, quod ſi Iudex ordinarius eligat ſubſtitutum extra caſum neceſſitatis, ratione morbi; vel abſentiæ, &c. & ſine expreſſa Principis facultate,ſubſtitutus non gaudeat priuilegiis,& immunitatibus ſubſtituentis. At ſi ex priuilegio Principis,vt eſt in caſu noſtro, eligat ſubſtitutũ,vt loco ipſius cauſas cognoſcat,& decidat, ſentio probabile, quod iiſdem priuilegiis, & immunitatibus gaudeat ſubſtitutus. Atque ita docet Mol.*de iuſt.tra.*5.*diſp.* 28.*n.* 17. & complures alij, quos citat,& ſequitur Maranta *de ordine iudic. par.* 4.*diſtinct.*5.*n.*17.*& ſeqq.* & ipſemet Bart. *in l. nec quidquam, §. vbi decretum, numer.* 6. *& l.obſer-* 14 *uare,n.*3. *& 5.ff.de officio proconſulis.*

Quãuis hodie in Regnis & ſtatibus Inquiſitionis Hiſpanicæ hæc quæſtio locũ nõ habeat;quia ex recepta conſuetudine,quin(vt alij ſentiunt) ex priuilegio Summi Pontificis non poſſunt Ordinarij citare,capere,vel in carcerẽ detrudere reos,ſed depoſitiones teſtiũ,ſeu denunciationes, ſi quæ apud ipſos fiãt,debent tranſmittere Inquiſitoribus,quibus in hac parte conceſſa eſt integra iuriſdictio,& Ordinarijs ſublatã.Mol.*n.*13.& 14.& ex parte cõſentiunt Simanca,& Azor.*lib.*8.*cap.*18.*q.*8. quatenus, licet negent priuilegium Summi Pontificis, concedunt tamen ſic ibi obſeruari ex præſcripto Regis,& conſuetudine:

SECTIO IV.

An Inquiſitor, & Epiſcopus procedentes diuiſim,teneantur ad inuicem ſibi communicare proceſſus?

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor,& Epiſcopus procedentes diuiſim, formando diuerſum & diſtinctum proceſſum, tenentur ad inuicem ſibi ipſos communicare.*

2 *Communicatio proceſſus fieri debet non ſolùm in fine litis, ſed etiam quando vnus non poteſt commodè procedere niſi viſo proceſſu,& viſis actis alterius, & poſtulat ſibi præberi.*

3 *Epiſcopus non poteſt procedere ad torturam Rei ſine Inquiſitore,ſecus fortaſſe ad torturam Teſtis,& è contra.*

4 *Communicatio proceſſuum faciẽda eſt,ne imprudenter procedant non viſis indiciis, & probationibus*

tionibus ad torturam.

4 *Communicatio processuum in casibus predictis cessat hodie in Regnis Hispaniarum.*

1 SEquitur tertiò, quod inquisitor, & Episcopus procedêtes diuisim, diuersum scilicet,& distinctũ formando processum, teneantur ad inuicem sibi cõmunicare processus, vt sic veritas clariùs elucescat,& sententia sine errore proferatur; iuxta *cit.* 2 *textum in c. per hoc*: quæ tamen communicatio facienda est non solum in fine litis, quando nihil superest faciendum, nisi sententiam definitiuam proferre; sed etiam quando vnus non potest commodè procedere, nisi viso processu,& visis actis alterius, & postulat sibi præberi, in quo casu tamen semel tantum, ne fraudi locus detur, in toto negotio co-
3 pia dari debet iuxta textum *in Extrauag. 1. de hereticis* inter communes. Vnde cum ad torturam Rei (quamuis non sic fortassè ad torturam testis;
4 & docent Pegna, Farinacius, Molina, & Decianus in locis mox infra citandis) Inquisitor sine Episcopo,& è contra, procedere nõ possit, cõmunicatio processuũ facienda est, ne imprudenter procedant, non visis iudiciis,& probationibus ad torturam. Pegna *3. par. direct. q.* 53. *Comment.* 102. Farinac. *de hæresi, q.* 186. *n.* 86. Mol. *de iust. tract.* 5. *disp.* 28. *n.* 11. Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 21. *n.* 23. Locat. *ver. tortura, n.* 9. Campeg. *in addit. ad Zanch. tract. de hæret. cap.* 8. *lit. F. ver. processum*, Repert. Inquisit. *ver. communicare, §. sed quomodo.*

Quamuis hodie in Regnis, & Statibus Inquisitionis Hispanicæ etiam hæc communicatio processuum cesset; cùm ibi solùm Inquisitores processus faciant, & illis factis ordinarios vocent, quibus eos ostendunt, & ex iis sententiam simul cum Inquisitoribus Ordinarij proferunt. Pegna *q.* 52. *Comment.* 101. & Molin. *disp.* 28. *n.* 14. *in fin.*

SECTIO V.

An possit Inquisitor sine Ordinario, vel è contra, tradere Reum carceri?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor sine Ordinario, & Ordinarius sine Inquisitore etiam si separatim procedant, non possunt tradere Reum Carceri duro; qui magis ad pœnam, quam ad custodiam reputetur.*

2 *Reus S. Officij, qui existens in vno carcere potest communicare cum aliis, potest custodiri duriori carcere.*

1 SEquitur quartò, quod non possit Inquisitor sine Ordinario, neque Ordinarius sine Inquisitore, etiamsi separatim procedant, tradere reum carceri duro, qui magis ad pœnam, quam ad custodiam
3 videatur, *cit. Clement.* 1. Hinc tamen non inferas, quod reus inclusus in carcere securo à fuga, expositus tamen aliorum communicationi, non possit in alium durum, & strictum carcerem mutari; quia tunc non ad pœnam, sed ad rationabilem, & debitam custodiam mutatur. Mol. *cit. disp.* 28. *n.* 13. *vers. mihi verò*, & alij, quos citat, & sequitur Farinac. *q.* 186. *num.* 75.

SECTIO VI.

An possit Inquisitor sine Ordinario, vel è contra, Reum tormentis subiicere, vel condemnare?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor non potest sine Ordinario, vel eius officiali, vel Delegato Capituli sede vacante, & è contra Reum tormentis subiicere, vel condemnare.*

2 *Confessio Rei facta in tormentis ei inflictis ab Inquisitore sine licentia Ordinarij, & è contra, licet ratificata non nocet confitenti.*

1 SEquitur quintò, quod neque possit Inquisitor sine Ordinario, vel eius officiali, vel Episcopali Sede vacante Capituli super hoc delegato, aut è contra, reum tormentis subiicere, vel condemnare; ita vt si secus fiat, sit irritum ipso iure, *cit. Clement.* 1. Vnde fit, quod si reus in huiusmodi tormentis confiteatur, confessio sic facta, etiamsi fuerit ratificata, illi non noceat, vtpotè contra iuris ordinem extorta. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Farin. *num.* 71. *& seq.* 2

SECTIO VII.

An possit Inquisitor sine Episcopi consensu? vel eo absente, sine consensu Vicarij Reum hæreticum beneficiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim obtentis priuare?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor sine Episcopi consensu, vel eo absente sine consensu Vicarij & è contra, non potest priuare Reum hæreticum beneficiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim obtentis.*

2 *Limitatur à nonnullis non procedere si Dignitates sint seculares.*

3 *Ampliatur etiam vt requiratur consensus Episcopi, & è contra, licet Dignitates sint seculares.*

1 SEquitur sextò, quod neque possit Inquisitor sine Episcopi consensu, vel eo absente, sine consensu vicarij, &c. reum hæreticum beneficiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim obtentis priuare; quia id facere, esset quædam hæretici condemnatio,& pœnæ impositio, quæ ab Inquisitore solo fieri non potest; *cit. Clement. 1. & c. vt commissi, de hæreticis in 6.* ibi: *Priuandi præterea, vel priuatos nuntiandi dignitatibus, aut aliis beneficiis Ecclesiasticis, de diœcesanorum, vel eis absentibus, vicariorum suorum consilio.* Et docent ibi glossa, & Doctores communiter, quos citat, & sequitur Farinacius *n.* 77. Simanca *tit. 46. rubr. de pœnis, n.* 71. & Sanch. *c.* 18. *n.* 6. Hinc referunt *gl. in cit. c. vt commissi*, Archidiac. *n.* 4. Decian. *c.* 21. *n.* 15. & Farin. *n.* 78. si dignitates seculares sint, nullũ esse necessarium, Episc. vel eius vicarij consiliũ. At Id verum esse arbitror ex vi, & dispositione *cit. cap. commissi*, vbi solum 2

consi

consilium,non item consensus videtur requisitus non item ex vi,& dispositione *cit.Clement.* 1 & *cit. cap.per hoc,de hæreticis in 6.* vbi ad quamlibet hæretici priuationem ab Inquisitore faciendã,non solũ
3 consilium,sed consensus Episcopi requiritur; cùm ibi expresse caueatur, nè contra hæreticum, nisi Episcopo requisito,sententia proferatur.

SECTIO VIII.

An possit Inquisitor sine Episcopo, vel è contra,suspectum vehementer de hæresi cogere abiurare?

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor attento Iure communi non potest sine Episcopo & è contra suspectum vehementer de hæresi cogere abiurare.*
2 *Abiuratio est ignominiosa Reo, & eius Consanguineis illumque reddit obnoxium morti,si in crimen abiuratum incidat.*
3 *Abiuratio censetur grauissima pœna.*
4 *Abiuratio non est contra Reum,quatenus purgat suspicionem;est tamen contra Reum quatenus reddit illum infamem,& relapsi pœna subiectum.*
5 *Tortura non est contra Reum quatenus purgat indicia,est tamẽ contra ipsum,quatenus infert dolorẽ.*
6 *In Regnis Hispaniarum Ius commune non habet locum & est correctum quoad hoc per contrariam consuetudinem.*

SEquitur septimo,quod attento iure communi,
1 neq;possit Inquisitor sine Episcopo,vel è cõtra Episcop.sine Inquisitore suspectũvehemẽter de hęresi cogere abiurare quia cùm hæc abiuratio sit ig-
2 nominiosa Reo,&eius consanguineis,illũq;reddat obnoxiũ morti,si in crimẽ abiuratũ incidat,cẽsetur
3 grauissima pœna(quã propterea Reus conatur euitare magis quàm torturã)at ad pœnam condẽnare Reum non potest Inquisitor sine Episcopo, nec è contra,vt patet ex dictis supra. Ergo,&c. Tũ quia;
4 esto,abiuratio nõ sit contra Reũ qua parte per illã purgat suspicionem,est tamen contra Reũ,qua parte reddit illum infamem,& relapsi pœnę subiectũ; sicut tortura,licet non sit contra Reum ,qua parte
5 per illam purgat indicia,est tamẽ contra Reũ, qua illi parte infert dolorem; & tamen ad torturam Reum condemnare non potest Inquisitor sine Episcopo,nec è contra Episc.sine Inquisitore.Ergo sic &c. Atque ita ex probabiliori & magis in vsu recepta sententia docet Mol.*de iust.tr.5.disp.* 28.*num.* 16.Azor.1.*part.lib.*8.*c.*18.*q.*6 Paramus *lib.*3.*q.*4.*rubr. de expedit. processus in causis fidei*, *n.* 2.& multi alij, quos citat,& sequitur Farinac. 186. *n.*79.& Pegna *in* 3.*par.direct.*de secundo modo terminandi processum fidei,*n.*144.& *q.*48.*Comment.*97.*vers.an* autem contra Campegium in Addit.ad Zanch.*tract.de hæret.cap* 8.*let.E.ver.definitiuam* cuius tamen opinionem in puncto iuris probabiliorem vocat ipse Pegna *in locu supra cit.*

Dixi,*attento iure communi*,quia in Regnis,& statibus Inquisitionis Hispanicæ certum est, id non posse fieri, sed ordinarium ab Inquisitore vocandum esse,vt patet ex dictis supra.

SECTIO IX.

An possit Inquisitor sine Episcopo, vel è contra, indicere hæretico pœnitenti abiurationem.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor sine Episcopo, & è contra non potest hæretico pœnitenti indicere abiurationem; quia si reincidat est grauissima pœna.*
2 *Captus à Mauris professus Mahometanam sectam postea aufugiens, si sponte ad Tribunal S.Officij accedat,& manifestando delictum,petat absolutionem,potest ab Inquisitore sine Ordinario reconciliari; quod tamen non probatur rationibus ab Auctore in contrarium allatis.*

SEquitur octauò, quod à fortiori neque possit
1 Inquisitor sine Episcopo,vel eius Delegato,&c. nec è contra,indicere hæretico pœnitenti abiurationem;quia cum hæc abiuratio indicatur per sẽtentiam,qua declaratur reus fuisse hæreticus;& ex vi illius omnia bona cõfiscentur,&morti subiectus reddatur,si reincidat;est grauissima pœna,ad quam ex dictis non potest Inquisitor sine ordinario,nec Ordinarius sine Inquisitore Reum condemnare.

Excipit Mol. cit. *disp.* 28.*num.*16.si quis captus
2 à Mauris Mahometanam sectam professus fuerit, & postea aufugiens sponte ad Tribunal S. Officij accedat,delictum suũ manifestans,& pœnitentiam petens:hunc enim ait,posse ab Inquisitore sine Ordinario reconciliari;quia secretò reconciliatur, & hæreses abiurat:rum quia nulla est dubitatio, quin talis ad reconciliationem sit admittendus; quæ videtur esse causa,ob quam præsentia Ordinarij non expostuletur sed exceptio mihi non probatur,quia talis abiurans, etiamsi non coram populo, sed solum in Tribunali abiuret,subditur pœnę mortis, si reincidat;& declaratur excommunicationem cõtraxisse,eiusq; bona fisco esse addicta, quæ grauissima pœna est;& sic non est cur ab Inquisitore,vel ab Episcopo solum imponi possit;contra textum in *cit.Clement.*1.& *cit.c.per hoc*.Nec;valẽt dici,nullam dubitationem,esse,quin talis ad reconciliationem sit admittendus; quia etiam nulla dubitatio est, quin pœnitens hæreticus publicus ad reconciliationem admittendus sit;& tamen hinc non sequitur, quod is sine Ordinario ab Inquisitore; vel è contra ad reconciliationem admitti possit.

SECTIO. X.

An si de facto Inquisitor sine Episcopo, vel è contra, Reum ad abiurationem coëgerit, sic abiurans maneat subiectus pœnæ relapsi.

SVMMARIVM.

1 *Abiurãs de facto de mãdato Inquisitoris sine Episc. & è contra non manet subiectus pœnæ relapsi.*
2 *Id,quod irritum,& inane est,nullum præstat effectum.*
3 *Abiurationis legitimæ effectus est pœna relapsi.*
4 *Opinio Pegnæ reiicitur.*

1 SEquitur nonò, quod si de facto Inquisitor sine Episcopo, vel è contra Episcopus sine Inquisitore, Reum ad abiurationẽ coegerit, sic abiurans non maneat subiectus pœnæ relapsi, *cit.Clement.1.de hæreticis, §.duro*; vbi, postquam Pontifex dixerat, non posse Inquisitorem sine Episcopo, vel è contra, ad sententiã contra Reos procedere, subdit. *Non valebit, & si secus præsumptum fuerit, irritũ*
2 *sit, & inane*. At quod irritũ, & inane est, nullum præstat effectũ. Ergo talis abiurationis sententia Reum
3 obnoxiũ pœnæ relapsi non subdit; qui est effectus legitimæ abiurationis. Quare non placet, quod in
4 contrariũ docet Pegna *3.par.direct.q.47.comment. 97.ver.rursus dico*, nõ debere scilicet id fieri, vtpote iure prohibitũ; valere tamẽ; si fiat, asserendo esse de genere eorũ, quæ tenent, licet fieri prohibeantur.

SECTIO XI.

An possit Inquisitor sine Ordinario, vel è contra, Reum absoluere?

SVMMARIVM

1 *Inquisitor sine Ordinario, & è contra non potest Reum absoluere, sine per sententiam diffinitiuam, sine interlocutoriam diffinitiuæ sententiæ vim habentem.*

2 *Inquisitor antequam sententiam proferat contra Reum, debet Episcopum requirere, & inter se communicare processus, & examinare vtrum Reus sit condemnandus nec ne?*

3 *Inquisitor si sine Ordinario, & è contra absolueret, sequerentur multa absurda,*

4 *Inquisitor quod nullam possit sine Ordinario proferre sententiam, & è contra, cauetur in cap. per hoc de Hæreticis in sexto, vbi absolute loquitur textus de quacumque sententia, tam contra Reos, quam pro Reis danda.*

5 *Quorum est eadem iuris disciplina, eiusdem sunt potestatis.*

6 *Opinio quod Inquisitor possit in cæteris sententiis præter condemnatoriam procedere sine Ordinario, & è contra, licet ab aliquibus censeatur in puncto iuris probabilior, tamen contrarium seruari debet in praxi.*

7 *Episcopus de iure antiquo poterat absoluere sine Inquisitore.*

8 *A iure antiquo non est recedendum, nisi in quantum iure nouo correctum illud inuenitur.*

9 *Episcopus, licet non explicitè, implicitè tamen de iure nouo, non potest proferre sententiam absolutoriam sine Inquisitore.*

10 & 11 *Communicatio necessaria inter Episcopum & Inquisitorem habuit pro ratione impulsiua querelas de vexationibus factis ab Inquisitoribus per excessus eorum Commissionum; at pro ratione finali habuit cauere ab errore in iudicando.*

12 *Bulla Vrbani IV. incipiens pro cunctis §. si vero, & Clementina septima cum sicut declarantur, quia licet limitatè loquantur, attamen rationibus allatis in quacumque sententia requirunt prædictam Communicationem.*

13 *Argumentum à contrario sensu non est leue in iure, quando contrarium est conforme dispositioni iuris antiqui.*

14 *Vide quid seruetur in Regnis Hispaniarũ circa prædicta.*

SEquitur decimò, quod neque possit Inquisitor 1
sine ordinario, aut eius delegato, &c. vel è contra, Reũ absoluere, siue per sententiam diffinitiuã, qua is absoluitur simpliciter; siue per sententiam interlocutoriam, vim sententiæ diffinitiuæ habentem, qua similiter is absoluitur à tortura, vel alio 2
actu, & pœna; quia antequam Inquisitor proferat contra Reum sententiã, debet Episcopũ requirere, & inter se communicare processus, & examinare vtrũ Reus sit condemnandus, an absoluendus; & sic 3
vtriusq; assistentia est necessaria, non tam pro actu sententiæ, quàm pro antecedentibus ad ipsam, ne scilicet error aliquis in iudicando cõmittatur, tum quia, si valida esset sententia diffinitiua, qua solus 4
Inquisitor, nõ requisito ordinario, vel è contra, absolutè absoluit, vel qua absoluit à tortura, &c. sequeretur, quòd, cùm simul in iudicãdo procedũt, & inter se discordant, deberet præualere sententia absolutoria, vtpotè quæ non est contra Reũ, non autẽ deberet negotiũ remitti Pontifici, cõtra textum *in cit.c.per hoc*, vt mox infra dicetur; tum quia *in cit. c.per hoc.de hæreticis in 6.* absolutè cauetur de qualibet sententia, tam contra Reos, quàm pro Reis danda, per Episcopũ, & Inquisitorem simul eã proferri debere; tum quia licet *cit.Clement.1.* explicitè loquantur solum de sententia condẽnatoria (quod scilicet ab Inquisitore solum, non requisito ordinario, vel è contra, talis sententia proferri non 5
possit) indirectè tamen loquitur etiam de qualibet sententia, ob communicationem, & examinationem processuum requisitam; & quia condemnare, & absoluere, vtpotè contraria (quorum est eadem iuris disciplina) eiusdem sunt potestatis, *l.qui condemnare, ff.de re iudicata.*

Atque ita (licet contraria opinio ab aliquibus 6
concedatur in puncto iuris probabilior,) seruandum esse in praxi, docent Simanca *tit.3.rubr. de absolution. num.9. & in Enchirid. viol. relig. tit. 51.rubr. de absolut. num.1.* Royas *singul.27. num. 7.* Locat. *quæst.29.* Mandos. *in addit. ad Repert. Inquisit. ver. Inquisitor, l. C.* Zechius *sum. 1. part. tit. de fide, cap.11.rubr. de hæresi, num.14.* Carrer. *tract. de hæreticis n.72.* Azor. *1.part.lib.8.c.18.q.16.* & Pegna *3.par.q.48. Comment.97. vers. ex his omnibus*, contra glossam *in cit.Clement.* Eymer. & alios Doctores, quos citat Pegna *loco suprà cit.* Item contra Claruin *in pract.crimin.§.hæresis, n.5. vers. sed si quis in fin.* Farinacium *q.186. n.60.* & Molinam *de iust. tract.5.disp.29.num.15.*

Obiicies; iure antiquo potest Episcopus sine In- 7
quisitore solus absoluere; ergo & potest solus iure nouo. Consequentia probatur; quia iure nouo prohibetur solum, sine Inquisitore sententiam condemnatoriam, non item absolutoriam proferre, vt constat *ex dict.Clement.1.* ibi: *Neque ad sententiam procedere contra Reos.* Et ex alio capite à iure 8
antiquo recedendum non est, nisi in quantum iure nouo correctum illud inuenitur, *l.sancimus, Cod. de testament. l.præcipimus, de appellat. auth. de non alien. aut permut. rebus Ecclesiast. §. fin. c. ad nostram, de regular.* Ergo, &c.

Respondetur, concedo antecedens: at nego 9
consequentiam; & ad probationem Respondeo, iure nouo prohibetur solum, sine Inquisitore sententiam condemnatoriam, non item absolutoriam proferre, explicitè, concedo; implicitè, nego.

Obiicies secundò, tota ratio, ob quã in dict.Clem. prohibitũ fuit Episcopo sine Inquisitore, vel 10
è contra, Reos duro carceri tradere, tormentis subijcere;

subiicere, sententia condemnare, &c. fuit satisfacere querelæ de vexationibus factis ab Inquisitoribus prætextu inquisitionis S. Officij; in cuius exercitio meras iurisdictionis sibi commissas excedebant; at hæc satisfactio cessat, cùm Reus absoluitur; ergo, &c.

11 Respondetur, distinguo antecedens: tota ratio fuit, satisfacere querelæ de vexationibus factis ab Inquisitoribus prætextu inquisitionis S. Officij; impulsiua, concedo: tota ratio finalis, nego: nam ratio finalis, vt dicebamus, fuit, ne error in iudicando committatur.

12 Obiicies tertiò, in Bulla Vrbani IV incipiente, *Præcunctis, §. si verò, & in Clement. 7.* incipiente, *Cùm sicut*, expresè dicitur: *Contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam, ad quam ferendam, si fuerit condemnatoria, cum consensu Ordinarii* 13 *procedatis.* Ergo tacitè insinuatur, si absolutoria sit, consensum Ordinarij non requiri. Et confirmatur; quia argumentum à contrario sensu non est leue in iure, quando contrarium dispositioni iuris antiqui conforme est.

14 Respondetur, nego consequentiam, ob rationes dictas; ex quibus etiam patet ad confirmationem.

Cæterùm, in Regnis, & statibus Inquisitionis Hispanicæ, tam sententia diffinitiua, qua Reus absoluitur absolutè, quàm interlocutoria, vim sententiæ diffinitiuæ habens, qua similiter Reus absoluitur à tortura, vel alio actu, & pœna; *non potest ab Inquisitore sine Episcopo, vel eius delegato, &c. vel è contra, proferri; quia sic expresè* cauetur in Instructionibus datis particularibus Inquisitoribus, quas ipsi obseruare tenentur; cùm iuxta illas ab Inquisitore generali iurisdictionem acceperint. Vide Doctores, & præcipuè Simanc. in *loc. sup. cit.*

SECTIO XII.

An possit Inquisitor sine Episcopo, vel è cõtra, pœnitentiam ab Inquisitore, & Episcopo simul impositam relaxare, vel mutare?

SMMARIVM.

1 *Inquisitor sine Ordinario non potest, vel è contra mutare pœnas, seu relaxare Reis condemnatis, quia ad eas imponendas vterque simul debuit concurrere.*

2 *Inquisitor generalis in Hispaniarum Regnis ex speciali summi Pontificis priuilegio potest delinquentibus pœnitentias impositas mutare, & relaxare.*

1 SEquitur vndecimò, quod neque possit Inquisitor sine diœcesano, vel è contra, pœnitentiam carceris, tritemis, portationis vestis cruce signatæ ab Inquisitore, & diœcesano simul impositam relaxare, vel mutare; quia ad eam imponendam vterque simul debuit concurrere, *cap. vt commissi de hæreticis in 6.* ergo alter sine altero non potest eam relaxare, vel mutare. Consequentia probatur; quia frustra vtriusque auctoritas ad illam imponendam expostularetur, si quilibet postea disiunctiuè posset eandem relaxare, vel mutare; quin & fraudi occasio daretur in agendo; siquidem quilibet posset consentire condemnationi, quam iniustam reputat, sub prætextu, quod statim eam reuocaret. Doctores, quos refert, & sequitur Farinac. *q. 186. n. 76.*

In Regnis tamen, & statibus Inquisitionis Hispanicæ ex speciali Summi Pontificis priuilegio (vt quidam referunt) potest Inquisitor generalis pœnitentias delinquentibus impositas mutare, & relaxare. Farinac. *loc. sup. cit.* & Simanc. *tit. 16 rubr. de cust. Reor. n. 20.*

SECTIO XIII.

An, & quantum se extendat potestas Inquisitoris, & Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *In iisdem Regnis nullus Hæreticus etiam consentientibus Inquisitoribus, & Episcopis potest brachio seculari relaxari, nisi consulto supremo Inquisitore, eiusque senatu.*

2 & 3. *Inquisitor discordans ab Episcopo, & è contra, in quocumque actu Iudicij spectato iure communi debet transmitti negotium instructum ad Summum Pontificem, secus est in Regnis Hispaniarum, nam negotium remittitur ad Generales Inquisitores.*

4 *Inquisitor, & Ordinarius non solum de hæresi, sed etiam de omnibus connexis, dependentibus, & incidentibus illius cognoscere possunt.*

5 *Concessa Iurisdictione, & cognitione causæ principalis, conceduntur etiam accessoria, iuxtà illud: Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

6 *Prælati in causa hæresis contra subditos suos nullo modo cognoscere possunt, sed id totum Inquisitoribus, & Episcopis est remissum.*

7 & 8. *Inquisitor subordinatus in Regnis Hispaniarum nullum Religiosum, nullumque Nobilem, vel aliqua ratione insignem comprehendere potest, quin prius Inquisitorem generalem eiusque supremum senatum de iudiciis certiorem reddat, secus si adsit periculum fugæ, vel alterius grauis mali.*

9 *Inquisitor Generalis non potest procedere contra Episcopum nisi de expressa sedis Apostolicæ concessione, debet tamen certiorare Pontificem de eo, quod ei innotuit.*

10 *Episcoporum nomine veniunt etiam Episcopi titulares, veniunt etiam Electi, & à sede Apostolica confirmati, etiam si consecrati non sint, secus Electi, & nondum à Sede Apostolica confirmati.*

11 *Inquisitor potest recipere dicta Testium contra Episcopos, vt ea ad Pontificem transmittat.*

12 *Inquisitor potest carcerare Episcopum suspectum de fuga, si clare cognitus sit hæreticus, & multò magis si clare dilatione carcerationis periculum sit in mora, & ipsum ad Pontificem mittere.*

13 *In dubio standum est pro lege prohibente.*

14 *Episcopus potest procedere contra alium Episcopum, si in illius diœcesi hæresim committat, vel de hæresi suspectus reddatur.*

15 *Inquisitor, & Episcopus non possunt procedere contra Nuncios, & alios Sedis Apostolicæ officiales, nisi de facultate expressa Summi Pontificis, potest tamen vterque contra eos dummodo Episcopi non sint, inquirere, & Informationem transmittere ad summum Pontificem.*

16 *Nunciorum nomine veniunt Legati sedis Apostolicæ.*

17 *Officialium Sedis Apostolicæ nomine veniunt signati à sede Apostolica ad aliquas causas sedem ipsam Apostolicam,eiusque Dignitatem spectantes,non item signati ad causas particulares inter partes decidendas.*

18 *Inquisitores, & Episcopi non possunt procedere contra alios Inquisitores, & Episcopos quia par in parem non habet Imperium, secus est si remoueantur ab officio Inquisitoris.*

19 *Item si Inquisitores particulares non sint delegati à sede Apostolica.*

20 *Commissio facta ab Inquisitore Generali Inquisitori particulari est modificata,& reuocabilis ad libitum.*

21 *Episcopi quod possint procedere contra Inquisitores est opinio multorum Doctorum maximè quando hæresis est manifesta sed reprobatur.*

22 *Episcopi contra Inquisitores possunt tantum informationes capere, & ad sedem Apostolicam transmittere.*

23 *Inquisitores,si Clerici seculares sint, electi à Cardinalibus sanctæ Romanæ Inquisitionis, etiam extra crimen hæresis, siue delinquant in officio,siue extra,puniri debent ab ipsis.*

24 *Inquisitores electi à Generali Inquisitore Hispaniarum,ab eo, & etiam à supremo senatu etiam extra crimen hæresis, siue similiter delinquant in officio, siue extra puniri possunt.*

25 *Inquisitores Regulares non possunt puniri à suis Prælatis,idèque die de Consulteribus,si delinquant in proprio officio,ne dum in crimine hæresis.*

26 *Inquisitores Regulares si delinquant extra proprium officium & contra Regularem obseruantiam à suis Prælatis coerceri, & puniri possunt.*

27 *Limita dummodo pœna,qua puniuntur,eos non remoretur à proprii officii exercitio directè aut indirectè.*

28 *Prælati Religionum ne Inquisitores indirectè retrahantur ab exercitio sui officii possunt assumere informationes, & eas transmittere ad supremum S.Officii tribunal.*

REspondetur,& dico primò,quod in Regnis,& 1
statibus Inquisitionis Hispanicæ nullus hæreticus,etiam consentientibus Inquisitoribus, & Episcopis,brachio seculari relaxari, nisi consulto supremo Inquisitore,eiusq; senatu,possit,vt habetur in quadam Madriliana Instructione *c.66. apud Pegnam 3.par.direct.q.50. Comment. 96.* Molinam *tract.5.disp.28.n.14.prope fin.* in his verbis:*Verumtamen in causis grauissimis* (qualis vtique est causa vitæ) *non debent vota Inquisitorum, Ordinarii & Consultorum executioni mandari,etiamsi fuerint conformia,inconsulto senatu,atq; sic solitum est,& iussum fieri.*

Dico secundò,quod,cùm Inquisitor.& Ordina- 2
rius discordant in his,ad quæ ambo simul concurrere debent,spectato iure cõmuni,Pontifex sit cõsulendus, eiq; causa cum summaria informatione sit remittenda,*c.per hoc de hæret.in 6.* ibi:*In qua* (scilicet sententia)*ferenda,si non conuenerint,per vtrosque negotium sufficienter instructum ad sedem Apostolicam remittatur.* Neque obstat, quod textus loquatur solum de sententia diffinitiua, quia id est ex eo,quod illo tempore ad solã sententiam diffinitiuã Inquisitor, & Episcopus concurrere tenebantur.Vnde,cùm ex Clement.1.non solum ad sẽtentiam diffinitiuam,sed etiam ad interlocutoriam torturæ,carceris durioris in pœnam, cõdemnationis,&c.ambo cõcurrere teneantur,consequens est, quod si in aliquo ex his discordent Episc.& Inquisitor, causa etiã talis ad summũ Pontificem remittenda sit.Eymeric.*q.*50.Pegna *ibid. Comment.* 99. *vers.iam illud,*Mol.*de iust.tract.*5.*disp.* 28. *num.*14. & Farinac *q.*188.*n.*... 3

Quamuis in locis Inquisitionis Hispanicæ ex speciali Pontificis priuilegio(vt arbitror, cùm id sit in præiudicium Ordinariorum)Inquisitori generali,eiusque senatui remittatur, & prout eis videbitur,executioni mandetur. Vide Molinam *loco supra supra cit.in fine.*

Dico certiò,quod Inquisitor,& Ordinarius cognoscere possint de hæresi modo, quo supra dicebatur;ita vt etiam cognoscere possint de omnibus connexis,dependentibus, & incidentibus illius. Eymeric.3.*par.n.*37.*in fin.*Pegna *ibid.Comment.*10 *vers.in præditis omnibus,*& Farinac.*de hæresi,q.*186. *n.*26.Et probatur,quia concessa iurisdictione, & cognitione causæ principalis, conceduntur emergentia,incidentia,connexa, accessoria, & dependentia ab illa,*l.nulli, C. de iud. & Clem. dispendiosam,eod.tit.*& docent communiter Doctores *ibi,* & Decius *in c.pastoralis,de appellat.n.*4.& Menoch.*de arbitr. lib.* 1.*q.*45.*n.*9. 4 5

Dico quartò,quod,cùm dixi,Inquisitorem posse cognoscere in causa hæresis omnes existentes in sua prouincia,& Episcopũ posse cognoscere omnes existẽtes in sua diœcesi,siue seculares illi sint, siue Religiosi,seu aliàs exẽpti,iuxta textũ *in cap.vt officium,*§.*deniq; de hæreticis in* 6 *c. accusatores, & c. ad abolendam de hær.*hoc ita intelligendum sit, vt hodie non possint Prælati in causa hæresis contra subditos suos vllo modo procedere; sed id totum Inquisitoribus,& Episcopis remissum sit,ex Cõstitutione Pauli V.prout videre est apud Farinac.*cit. q.*186.*n.* 128. In locis tamen Hispanicæ Inquisitionis sancitum est, quod Inquisitores particulares nullum Religiosum,nullumque nobilem, vel aliqua ratione insignem comprehendant, quin prius Inquisitorem generalem, eiusque supremum senatum,missis ad ad eos iudiciis, certiores faciãt, & quod probationibus habitis contra talem Reũ, & ex eorum præscripto procedatur, & non aliter. Simanca *tit.*34.*n.*33.Pegna 3.*par. Comment.* 77.& Mol.*disp.*28.*n.*18.qui tamen excipiunt, & rectè, nisi sit periculum fugæ,vel alterius grauis mali. 6 7

Dico quintò,quod ab hac vniuersalitate perso- 8
narum,quas cognoscere possunt modo, quo supra dicebatur,Inquisitor,& Episcopus,

Primò excipiuntur Episcopi,contra quos neque 9
potest procedere Inquisitor,etiam generalis, nisi de expressa sedis Apostolicæ cõcessione,sed quid si sciuerit,debet Põtificem certiorem facere, vt quid faciendum sit,prouideat,*c. Inquisitores de hæret. in* 6.Nomine verò Episcoporum veniunt Episcopi 10
etiã titulares,quia hi verè sũt Episcopi,veniũt etiam electi,&à sede Apostolica cõfirmati etiamsi cõsecrati nõ sint;quia & hi verè iurisdictionem Episcopalẽ habent,nõ sic electi, sed nondũ à sede Apostolica confirmati.Simanca *tit.*25.*n.*11. *& seqq.* & Mol *n.*19.Potest tamen Inquisitor dicta testiũ cõtra Episcopos recipere,vt ea ad Põtificem transmittat,quia non alia via potest scire, vel inuenire Episcopos esse hæreticos, aut de hæresi suspectos, 11
vt teneatur eos Summo Pontifici denunciare

Sim.anca

Simanca *n.*8. Mol *n.*19. Pegna 3. *par. q.*27. *n.*76. Farinac *n.*116. Decian. *lib.*5. *c.*23. *n.*1. Item poteſt Inquiſitor Epiſcopum ſuſpectum de fuga (ſi clarè cognitus ſit hæreticus, & multò magis, ſi clarè delatione carcerationis periculũ ſit in mora, vt quia interim alios ſeducit) carcerare, & ad Pontificem mittere; quia tunc ex Epiicheia caſus cenſetur exceptus Simanca, Mol. Pegna, Farinac. & Decian. *in locis ſupra cit.* 12

Dixi, ſi *clarè cognitus ſit hæreticus, vel clarè periculũ ſit in mora*; quia in dubio ſtãdũ eſt pro lege prohibente. Dixi ſecundò, quod Inquiſitor non poſſit cõtra Epiſcopũ procedere; quia poteſt cõtra eũ procederẽ alius Epiſc. ſi in ipſius diœceſi ille hæreſim cõmittat, vel de hæreſi ſuſpectus reddatur; ſiquidẽ tunc ex delegatione iuriſdictionẽ habere videtur, iuxta textũ *in cit. c. ad abolendã*, & docent Farinac. *n.*122. Decian. *c.*21. *n.*5. Repert. Inquiſit. *ver. Epiſc. ver. ad ſecundo* Gundiſalu. *tract. de hæreticis, q.*7. *n.*16. 13 14

Secundò excipiuntur Nuncij, & alij eiuſdẽ ſedis Apoſtolicæ Officiales, contra quos non poteſt neque Inquiſitor, neque Ordinarius procedere, niſi de facultate expreſſa ſummi Põtificis; poteſt tamẽ vterque cõtra eos (modò Epiſcopi non ſint) inquirere, & ſe informare, vt informationes ad ſummum Põtificẽ tranſmittat, iuxta textũ in extrauag. Ioannis XXII. cum Matthæus de hæret. Nomine autẽ Nunciorũ veniũt Legati ſedis Apoſtolicæ, *c. nobiliſſimus, 97. diſt.* Et nomine Officialiũ ſedis Apoſtolicæ veniunt ſignati à ſede Apoſtolica ad aliquas cauſas ſedẽ ipſam Apoſtolicã, eiuſque dignitatem ſpectantes, non item ſignati ad cauſas particulares inter partes decidendas; quia hi non negotiũ ſedis Apoſtolicæ, ſed priuatarũ perſonarum agunt; & ſic meritò priuilegiis officialiũ Sedis Apoſt. non gaudent. Pegna *q.*25. *Comment.*75. & Mol. *diſp.*28. *n.*20. 15 16 17

Tertiò excipiuntur Inquiſitores, contra quos nec alij Inquiſitores, nec Epiſcopi poſſunt procedere, quia ſunt à Sede Apoſtolica delegati, & par in parem non habet imperium. Eymer. & Pegna *q.*30. *Comment.*79. Mol. *n.*21. & Farin. *q.*186. *n.*126. 18

Quod tamen intelligo, donec officium Inquiſitoris durat; quia ſi à tali officio remoueantur (vt in locis Inquiſitionis Hiſpanicæ ab Inquiſitore generali remouentur) poterit tunc Inquiſitor, & Ordinarius contra illos procedere: quinimò, ſi Inquiſitores particulares non ſint delegati à Sede Apoſtolica, ſed ſubdelegati ab Inquiſitore generali (vt non improbabiliter contra Eymericum, & Pegnam *q.*3. *Comment.*57. *in princ.* Locarum *ver. Inquiſitor, n.*5. Repert. *eodem verb. verſ. an Inquiſitores*, Royam *ſingul.*114. *n.*4. & *tract. de hæret.* 1. *p. n.*438. Molin. *diſp.*28. *n.*7. & Farinac. *q.*186. *n.*41. ſentit Simanc. *tit.*34. *n.*15. motus ex eo, quia Inquiſitor generalis in aſſignandis particularibus Inquiſitoribus modum ſeruat, dicendo: Committimus vobis vices noſtras, donec ad nos duxerimus eas reuocandas.) poterit Inquiſitor generalis eos in carcerem mittere, & punire. Mol. & alij *in loc. ſupr. cit.* 19 20 21

Dixi, *contra Inquiſitores, nec Epiſcopi poſſunt procedere*; quia (licet contrarium affirment Zanch *de hæret. c.*8. *n.*9. Repert. Inquiſit. *ver. Epiſcopus, verſ.*1. Mandoſ. *ibid. in Addit.* Decianus *tract. crim. lib.*5. *c.*21. *n.*6. Locat. *ver. Inquiſitor, n.*15. & alij; quorum tamen aliqui limitant, ſi hæreſis ſit manifeſta, ſecus ſi ſit occulta) tamen ita dicendum eſt, ſcilicet nullo modo contra Inquiſitores Epiſcopos poſſe, niſi, vt ſupra dicebam, in caſu per Epiikeiam excepto, procedere, ſed ſolum poſſe informationes capere, & eas ad Sedem Apoſtolicam tranſmittere. 22 23

Ratio, quia durãte Inquiſitionis officio, ſunt Apoſtolicæ Sedis officiales; & ſic comprehenduntur ſub Extrauag. Ioannis XXII. in qua cauetur, aduerſus Nuncios, officialeſque Sedis Apoſtol. non poſſe ordinarios procedere in crimine hæreſis, niſi tantum recipiendo informationes, & eas ad Sedem Apoſtolicam tranſmittendo. Vide Azor. 1. *p. lib.*8. *c.*18. *q.*14. Mol. *diſp.*28. *n.*21. & Farin. *q.*186. *n.*124. & 131.

A quonam autem Inquiſitores, ſi delinquant, etiam extra crimen hæreſis, puniendi ſint?

Reſpondetur diſtinguendo: ſi Inquiſitores ſint clerici ſeculares à Cardinalibus S.R. Inquiſitionis electi ab his, etiam extra crimen hæreſis, ſiue delinquant in officio, ſiue extra puniri debent; quia his ſunt ſubiecti. Si ſint electi à generali Hiſpaniarum Inquiſitore, ab hoc, huiuſque ſupremo Senatu, etiam extra crimen hæreſis, ſiue ſimiliter delinquãt in officio, ſiue extra, puniri poſſunt, ob eandẽ rationem, & ob commiſſionem à Sede Apoſt. ipſi factam, vt teſtatur Pegna 3. *p. direct. q.*12. *Comment.* 61. *verſ. in Hiſpania.* At ſi Inquiſitores ſint Religioſi, idémque dico de Conſultoribus (licet, ſi delinquant in proprio officio, nedũ in crimine hæreſis, à proprijs Prælatis non poſſint puniri, quia quoad hoc etiã sũt ab illis exẽpti, ex cõſtitutione Alexandri IV. & Clementis IV. apud Eymericũ 3. *par. direct. q.*11. & ibi Pegnam *Comment.*60. tamen ſi delinquant extra officium, & contra regularem obſeruantiã, cùm ratione Religionis ſuis Prælatis ſubdãtur, à ſuis Prælatis coërceri, & puniri poterũt Eymeric. *q.*12. *num.*1. Locat. *ver. inquiſitor, n.*40. & videri etiam poterit Pegna *loc. ſupra cit.* Decianus *cap.*22. *num.*33. & Farinac. *q.*186. *num.*128. Quod tamen intelligo, dũmodo nõ puniantur pœna, quæ aliquo modo retardari poſſit proprij officij exercitium; quia in ſupradictis conſtitutionibus eximũtur à Prælatorum obedientia Inquiſitores in ſuo officio exercendo; ita vt ipſis Prælatis grauiter iniungatur, ne dictos Inquiſitores ab exercitio ſui officij directè, vel indirectè impediant. At ſi poſſẽt eos extra officium delinquentes, quomodocumque punire, poſſent conſequenter indirectè eorundem officium impedire contra intentionem Summi Pontificis in dictis Conſtitutionibus. Vide Farinac. *loco ſupra cit. num.*132. vbi ait, quod, licet Inquiſitores teneantur ſuis ſuperioribus Regularibus obedire in his, quæ regulæ obſeruantiam, & alia, per quæ directè, vel indirectè S. Officium non impeditur, reſpiciunt; & propterea in delictis extra officium commiſſis per eoſdem ſuperiores poſſint moneri, & reprehendi, non tamen poſſint dicti ſuperiores eos punire, & ab eorum officio per indirectum retrahere: quamuis poſſint contra eoſdem informationes aſſumere, illaſque ad ſupremum Tribunal tranſmittere, expectando, quid ſibi ab eodem Tribunali ſupremo mandetur; aliàs eſſet inuenta aperta via impediendi officium S. Inquiſitionis per indirectum, contra id, quod in cit. Conſtitutionibus Summi Pontifices cauere curarunt. Vide etiam, quæ dicebantur *ſupra cap.*4. *dub.*14. & 15. vbi dicebam, à quonam Iudice puniendi ſint cæteri Inquiſitorum, ac Epiſcoporum familiares, & Officiales, tam ſimiliter in cauſis criminalibus extra crimẽ hæreſis, quàm etiam in cauſis ciuilibus. 24 25 26 27 28 29

SECTIO

SECTIO XIV.

An Inquisitor teneatur requirere Episcopum,& è contra, quotiescumque vnus sine altero non potest procedere.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor tenetur requirere Episcopum,& è contra quoties vnus sine alio non potest procedere.*
2 *Requisitio Inquisitoris Episcopo, & è contra semel tantum fieri debet.*
3 *In requisitione non requiritur expressio temporis octo dierum,quia hoc tempus ab ipso iure prascribitur & currit à puncto Requisitionis.*
4 *Requisitio fieri potest per Nuncium, vel per Epistolam,vel ad domum,quia in iure non prascribitur forma,& ita qualibet sufficit.*
5 *Requisitus debet accedere ad locum vbi est requirens,& processus formatus,secus si vterque diuisim processerit, quia tunc communis locus est eligendus,nisi obstet consuetudo in contrarium.*
6 *Episcopus in Regnis Hispaniarum requisitus ad locum Inquisitoris accedit.*
7 *Alter nolens,aut impeditus accedere potest alteri committere vices suas vel per literas significare suum consilium,& consensum.*
8 *Requisitus si non potuerit vel noluerit conuenire, neque vices suas intra octo dies à puncto requisitionis commiserit,vel suum consilium,& consensum significauerit, requirens poterit statim ad sententiam procedere.*
9 *Exceptio Impotentia conueniendi,seu significandi &c.ob infirmitatem,reprobatur.*
10 *Requisitus admitti debet etiam octo diebus transactis, dummodo re integra accedat, secus re non integra.*
11 *Causa iam iudicata non debet iterum iudicari.*
12 *Inquisitor, Episcopum, & è contra tenentur solum requirere quando requisitus haberi potest, alias secus,*
13 *Copia Requisiti tunc dicitur haberi non posse,si sit absens extra Prouinciam vel spectetur nullo relicto delegato.*
14 *Capitulum non est requirendum nisi sede vacante,non autem per Episcopi absentiam, nam sedes tunc non dicitur vacare.*
15 *Sedes Episcopalis tunc dicitur quasi vacans quando Episcopus captus est, seu litera non sunt expedita.*

1 SEquitur duodecimò quod Inquisitor teneatur requitere Episcopum,& è contra,quoties vnus sine altero non potest procedere,*cit.Clem.* 1. quæ tamen requisitio semel facienda est; quia ibi non cauetur pluries facienda. Item non requiritur exprimi,vt intra octo dies requisitus compareat;quia 3 hoc tempus ab ipso iure præscribitur, & currit à pũcto requisitionis,*gl.in cit.Clem.ver.requisierint*, & communiter Canonistæ, quos citat,& sequitur Dec.*c.*29.*n.*6.Farinac.*q.*486.*n.*98.*& seq.*Locat.*ver. expectare,vers.& sufficit*, & Campeg.*in addit. ad Zanch.tr.de haret.c.*8.*lit. D. ver.terquere.* Item re- 4 quisitio fieri potest per nuncium, vel per epistolã, & ad domum;quia in iure non præscribitur forma, & sic quælibet sufficit.Doctores *sup.cit.*qui subdũt, 5 requisitum debere accedere ad locum, vbi est requirens,& processus formatus;secus,si vterque diuisim processerint;quia tunc communis locus eligendus est,nisi obstet consuetudo in contrarium.

Quamuis in Regnis, & statibus Inquisitionis Hispanicę semper Episcopus,vel eius Officialis requisitus ad locum Inquisitoris accedit; quia in dictis Regnis,& statibus, sicuti dicebam, solum Inquisitores processus fabricant. 6

Quod si Episcopus requisitus ab Inquisitore, vel è contra,Inquisitor requisitus ab Episcopo(vbi Episcopi independenter ab Inquisitoribus procedunt)noluerit,vel non potuerit conuenire,poterit vnus alteri cõmittere vices suas, vel per literas significare suum consilium,& consensum, *cit. Clem.* 1. Vnde infertur, alterutrum ex his duabus rebus sufficere; cùm apponatur particula ly *vel*,& meritò;quia vices committere nõ deseruit, si consilium,& consensus significetur. Accedit, quod alioquin requisitus procederet in causa, tum per se,ratione consilij,& consensus;tum per alium ex delegatione facta; & sic procederet quasi duplici voto,quod nemini concessum videtur, *gl.in vitat. Clem.ver.consensum*;quidquid in contrarium dixerit Bonifac.de Vital. *n.*70.& Farinac.*n.*107. 7

At,si requisitus non potuerit, vel non voluerit conuenire,neque vices suas intra octo dies à puncto requisitionis commiserit, vel suum consilium, & consensum significauerit,requirens poterit statim ad sententiam procedere,*cit.Clem.*1.& tradunt gl.*ver. consensum in fin.* & communiter Doctores, quos refert,& sequitur Farinac.*n.*108.qui limitat, nisi impotentia conueniendi,vel significandi consilium & consensum ex infirmitate proueniat,sed minus rectè,quia textus in dict. Clem. indefinitè dicit,si requisitus intra octo dies non potuerit,aut noluerit; & sic non est cur restringatur ad impotentiam,v.g.ex absentia,& excludatur impotentia ex infirmitate præsertim quia facultas procedendi 9 in tali casu,quo requisitus non potuerit conuenire,est in fauorem fidei, vt scilicet causæ Reorum citius expediantur; & sic ex quacũq; causa impotentia proueniat,censenda est facultas esse cõcessa. 8

Quod si transactis illis octo diebus, requisitus conueniat,vel consensum significet, vel vices cõmittat,admitti debet,si res sit integra; quia terminus ille non ad excludendum, & priuandum iurisdictione requisitum concessus est, sed ne impediatur negotium fidei, quod non impeditur, si requisitus admittatur, cùm sententia lata non est; quamuis,si sententia lata,adueniat,non poterit significare suum consensum, vel committere vices; quia non debet causa iterum iudicari,cùm iam verè iudicata sit.Doctores,quos citat,& sequitur Farinac.*n.*110.*& seq.*Repert.*Inquisit.ver.Inquisitor*,& Squallicens.*tr.de fide Cath.c.*40.*n.*1. 10 11

Cæterum obligatio Inquisitoris requirendi Episcopum,& è contra,procedit solum, quando requisitus haberi potest;secus, si haberi non possit, iuxta textum *in cit.Clem.*1. ibi:*Si sui adinuicem copiam habere valeant.* Dicitur autem copia requisiti non haberi,si fuerit absens extra prouinciam, vel 13 diœcesim,nullo relicto delegato.Bonifac. de Vitalinis *in dict.Clem.* 1.*n.* 65. Quin etiam, etsi fuerit intra prouinciam, vel diœcesim, sed adhuc nimis absens ab Inquisitore, arbitrio prudentis viri.Locat.*ver.expectare,vers.idem fiat*,& alij,quos citat,& sequitur Farinac.*q.*186.*n.*96.in quo vtroque casu requirendum non est loco Episcopi Capitulum; quia Capitulum,seu potius dicam, delegatus Capituli loco Episcopi requirendus non est, nisi solũ sede vacante,vel quasi vacante. At ex sola prædicta absentia non est sedes vacans,vt de se constat, neque quasi vacans; cùm quasi vacans solum sit ex 14

captiui

captiuitate Episcopi, vel quando non sunt pro Episcopatu expeditæ literæ. Imola *in cit. Clem.* 1. *de hæreticis n.* 14. Vitalin. *n.* 65. *&* 75. Zabarella *n.* 11. *in* 14. *q.* Locat. *ver. expellare, vers. si autem,* & Farin. *n.* 96. sed in ordine ad omnia, quæ dixi *in præsenti dubitatione per totam*, vide quæ dicebantur *cap.* 8. *dub.* 26. *&* *c.* 10. *dub* 2. *sect.* 2.

DVBITATIO X.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad crimen solicitationis pœnitentis in Confessione, & quoad quædam alia?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest cognoscere sacerdotes Regulares de crimine solicitationis pœnitentis in confessione, nisi habeat facultatem ad id à summo Pontifice delegatam.*

2 & 3. *Inquisitores solum ante Bullam Gregorii XV. poterant cognoscere de crimine solicitationis etiam contra sacerdotem secularem: sed post dictam Bullam indistincte tam Inquisitores, quam Episcopi simul, vel separatim contra quoscumque procedere possunt.*

4 *Episcopi omnium Regionum etiam Hispaniarum possunt diuisim cognoscere de crimine solicitationis.*

5 *Episcopi de iure communi possunt procedere separatim ab Inquisitoribus in causis fidei contra suspectos de fide, & contra hæreticos.*

6 *Inquisitores in causis fidei dati sunt Episcopis tanquam coadiutores, & eorum iurisdictio censetur data cumulatiuè, non autem priuatiuè.*

7 *In Regnis Hispaniarum Episcopi non possunt ex priuilegio Apostolico cognoscere de causis fidei sed tenentur denunciationes sibi factas ad ipsos Inquisitores remittere.*

8 *Confessarius solicitans, & pœnitens solicitatus in Regnis Hispaniarum si citentur tam ab Episcopo, quam ab Inquisitore, comparere debent coram Inquisitore, cum ibi ex priuilegio Apostolico tractentur tantum causa fidei.*

9 *Iurisdictio Inquisitoris cum sit delegata à summo Pontifice est maior Iurisdictione Ordinaria; & sic vbique locorum coram Inquisitore comparere debent.*

10 *Inquisitores sine Episcopis, & è contra, licet ex Bulla Gregoriana possint diuisim procedere contra solicitantes, attamen non possunt diuisim ferre sententiam, sed fieri debet communicatio processuum, iuxta alias dicta.*

11 *Inquisitores, & Episcopi non possunt separatim proferre sententiam abiurationis, quia est proprie condemnatio.*

12 *Episcopi sententia abiurationis lata contra confessarium solicitantem sine Inquisitore non tenet contra nonnullos Doctores.*

13 *Inquisitores, & Episcopi non possunt separatim absoluere Confessarium solicitantem rationibus aliàs recensitis.*

14 *Inquisitores non possunt cognoscere de solicitatione præterita, si illa iam iudicata fuerit ab Episcopis.*

15 *Crimina iam iudicata à Iudice Ordinario, manent extincta in foro Ecclesiæ.*

16 *Crimen, quando inducit suspicionem de hæresi potest recognosci vt Reus saltem cogatur ad abiurandum.*

17 *Confessarius solicitans, qui non iudicatur de fide suspectus, non est ad suum Ordinarium remittendus, sed adhuc ab Inquisitoribus ratione culpæ puniendus est.*

18 *Iurisdictio Inquisitorum censetur suspensa cessante suspicione contra fidem. Sed contra, ratione absolutæ commissionis.*

19 *Confessarius solicitans, licet non sit suspectus de fide, tamen punitur sine abiuratione pœnitentia salutari secundum qualitatem excessus.*

RESPONDETVR. quod neque possit Episcopus cognoscere sacerdotes Regulares de crimine solicitationis pœnitentis in Confessione, nisi ad id similiter hodie Episcopus haberet potestatem à Summo Pontifice delegatam; siquidem licet ante Bullam Gregorij XV. de tali crimine non possent, etiam sacerdotem secularem cognoscere, nisi solum Inquisitores, tamen post dictam Bullam de dicto crimine possunt sacerdotem, etiam Regularem, cognoscere, non solum Inquisitores, sed etiam Episcopi, scilicet Ordinarij locorum, vt patet *in cit. Bulla*, ibi: *Et præterea omnes Inquisitores, & locorum Ordinarii super his contra præfatos simul, vel separatim in omnibus,* &c. docent Acugna *de Confess. solicit. q.* 2. Peirinus *super priuileg. Minim. to.* 2. *Constit.* 4. Gregor. XV. §. 6. *num.* 20. Fagundez *de præcept. Eccles. par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 1. Bonacina *disp.* 6. *punct.* 3. *n.* 23. & Sanctarellus *tract. de hæresi c.* 44. *n.* 11. 1

Et quidem non solum coniunctim, sed etiam separatim, vt patet ex cit. verbis Bullæ Gregorij XV. idque non solum in Regnis, & statibus, in quibus adest Inquisitio Romana, in quo conueniunt Doctores, sed etiam in Regnis, & statibus, in quibus adest Inquisitio Hispanica; quia dicta verba citatæ Bullæ sunt generalia, & absolutè loquuntur de Episcopis omnium Regnorum, quod scilicet possint hi simul, vel separatim ab Inquisitorib. de dicto crimine cognoscere. Accedit; quod Episcopi possunt de iure communi procedere separatim ab Inquisitoribus in causis fidei contra suspectos de fide, & contra hæreticos; vt in præcedenti sect. dicebam ex *cap. per hoc; cap. præsidentes, cap. statutum, cap. vt Inquisitionis, de hæreticis in* 6. *& cap. ad abolendum, cap. excommunicamus, Clement.* 1. *& Extrauag.* 1. *de hæreticis*, ergo similiter separatim poterunt procedere contra sacerdotes solicitantes in Confessione; cùm hi per solicitationem reddantur suspecti de fide, ex vi cit. Bullæ Gregorij XV. Accedit secundò, quod Episcopis Inquisitores ad causas fidei dati sunt, tanquam adiutores, vnde iurisdictionem Inquisitorum non præiudicare iurisdictioni Episcoporum; cùm censeatur illa concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè. Docent glos. & Abb. *in cit. c. ad abolendam de hæreticis*, Silu. *ver. hæreticus*, §. 1. *nu.* 10. Roias *singular.* 28. *num.* 2. Simanca *de Cathol. Instit. tit.* 25. *num.* 4. Scaccia *de indiciis tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 67. *num.* 9. Carrera *de hæret. num.* 67. & Decian. *to.* 2. *lib.* 5. *c.* 21. *n.* 10. 2 3 4 5 6

Quamuis in Regnis, & statibus, vbi adest In- 7

quæ

quisitio Hispanica,ex quadam cõsuetudine,& priuilegio Apostolico concedente,quod ibi non possint Episcopi separatim ab Inquisitorib. causas de rebus fidei cognoscere,sed teneantur denunciationes sibi factas ad ipsos Inquisitores remittere,& nõ possint Reũ,nisi sit suspectus de fuga,carcerare,sed teneãtur Inquisitores,vt illũ capiat.certiores facere (de quo priuilegio testãtur Pegna in Director. *par.* 3.*q.* 5. *Comment.* 101.Molina *de iust.to.*5.*tract.*5.*disp.* 28.*n.*12.& 13.Acugna *de Confess.solicit.q.*2.*n.*1.Barbosa *in Collectan.to.*3.*lib.*5.*tit.*2.*c.*17.*n.*3.& Sanctarellus *de hæresi*, *c.* 40. *dub.*2.*n.*15.)contrarium docent alij, ex eo,quod cit. Bulla Gregorij XV. dictæ consuetudini, & dicto priuilegio Apostolico Hispanicæ Inquisitionis non deroget; vel saltem quoad hoc in dictis regnis, & statibus recepta non sit.

8 Vnde,si Confessarius solicitans,& pœnitens solicitatus in dictis Regnis,& statibus Hispanicę Inquisitionis eodem tempore ab Episcopo,& Inquisitore citentur, coram Inquisitore, & non coram Episcopo comparere debent;cùm ibi ex dicta consuetudine,& dicto priuilegio Apostolico causæ fidei tractentur ab Inquisitoribus tantum,cum quibus assistunt Episcopi per procuratores.

9 Accedit,quod Iurisdictio Inquisitoris, cùm sit delegata à summo Pontifice, est superior, & maior Iurisdictione ordinaria : & sic etiam in Regnis,& statibus, vbi non adest Inquisitio Hispanica,coram Inquisitore similiter, & non coram Episcopo comparere debent.Sousa *opusc. de Confess.solicit.tract.*2.*cap.*2.*num.*7.Quamuis contrarium sentiat Roias *singul.*44 *num* 3.& 4.præsertim,si Confessarius solicitans sit Regularis, cum præsertim contra istum Episcopus procedat,etiam ex facultate à summo Pontifice delegata.Vide,quæ dicebantur *supra dubitat.precedenti.*

Aduerte tamen hic,quod licet ex vi dictæ Bullæ
10 Gregorij XV.possint tam Inquisitores,quam Episcopi,saltem in locis, vbi non est Inquisitio Hispanica,separatim procedere,tamen non possint etiam separatim sententiam condemnatoriam contra Confessarium solicitantem proferre;sed quoad hoc seruanda sint iura,& Cõstitutiones Pontificiæ & facienda sit secundùm ius Canonicum communicatio processuum, *cap. per hoc. de hæreticis in* 6.& docent Pegna *in direct. par.* 3. *Comment.* 97. Sousa *tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. Fagundez *cit. par.* 2.*lib.*4. *cap.*1.*num.*96.Azor.*par.*1.*lib.*8. *cap.*18. *qu.*16.Mol. *de iust.tract.*5.*disp.* 28.*num.*16.Lucerna *Inquisit. ver. absolnere.nu.*2.& Paramus *lib.*3.*q.*4.*n.*2. Quod adeò
11 verum est,vt neq; possint sententiam abiurationis separatim proferre;quia per abiurationem abiurans pronunciatur hæreticus,vel de hæresi suspectus,&
12 sic verè ; & propriè condemnatur. Quapropter si Episcopi sine Inquisitorib.vel è contra,sententiam abiurationis aduersus Cõfessarios solicitãtes proferant,factum non tenet.*Clement.*1.*de hæreticis* ; vbi postquam Pont.dixerat,nõ posse Inquisitores absq; Ordinario,vel è contra,ad sententiam contra Reos procedere;concludit,quod si secus fieri præsumptũ fuerit,irritum sit,& inane. Sic dicebam *supra cit. dub. precedenti*,contra præcitatos Doctores,qui cõtrarium sentiunt, docendo, quod id sit de genere eorum,quæ facta tenent,licet fieri prohibeantur; sed minus rectè,vt patet ex dictis.

Aduerte secundò,quod neque possint separatim
13 absoluere. Pegna *cit. Comment.* 97. Roias *singul.* 27. *numer.* 7. Simanca *in Instit. Cathol. tit.* 3. *num.*
18. Palaus *numer.* 20. & alij, quos citat Barbosa *in cit.Clement.nu.*18.contra Molinam *num.*15.Fagundez *n.*93 & Sousam *n.*12.quia licet Clementina de sola sententia condemnatoria loquatur (quod est fundamentum Aduersariorum)indirectè tamen loquitur etiam de qualibet sententia ; tum ob commũicationem,& examinationem processuum sententiæ prærequisitam;tum quia condemnare,& absoluere,vtpote contraria(quorum est eadem disciplina)sunt eiusdem potestatis,*l.qui condemnare,ff.de re iudicata.*Vide *cit.dubit.præcedentem.*

Aduerte tertiò,quod neque possint Inquisitores in solicitationem præteritam,si illa præiudicata fuerit ab Episcopis,vlterius procedere; quia crimina præiudicata ab ordinario Iudice,manent extincta in foro Ecclesiæ, quandoquidem, vel Reus est iudicialiter absolutus,& sic sistit accusatio,nec vltrà progreditur,*c.de his,de accusat.*vel est damnatus per diffinitiuà sententiam; quamuis non sufficienter;& similiter sistit accusatio,nec etiam vltra progreditur Acugna *q.*3.*num.*11. & Freitas *in Addit.ad dictam q.*3.*num.*37.*& seqq.*& contra Mouram *opusc.* 1. *de cns. & incant. sect.* 3. *cap.* 3.*numer.* 16. qui sentit,quod,cùm hoc crimen inducat suspicionem de hæresi.& Constitutio Pontificis sit solum excitatiua iurisdictionis Inquisitorum, possint ipsi illud reassumere saltem vt Reum cogant ad abiurandum.Sed de hac re vide, quæ dicebantur *supra cit. dub.precedenti.*

Aduerte quartò,quod Confessarius solicitãs,qui
17 non iudicatur de fide suspectus,non sit propterea
18 ad suum Ordinarium remittendus, sed adhuc ab Inquisitoribus ratione culpæ puniendus. Neque obstat dici,quod cessante suspicione contra fidem, videatur suspendi Inquisitorum iurisdictio.Respõdetur enim,quod licet ratio commissionis sit suspicio,cõmissio tamen Pontificis est absoluta,& Pont. ex illo facto præsumit, & super præsũpto statuit, Sousa *tr.*2.*c.*1.*n.*7.Quapropter rectè dixit Molfesius *in summa to.*1.*tr.*7.*c.*24.*n.*43.quod Confessarius so-
19 licitans, licet non sit suspectus de fide,tamen puniatur sine abiuratione , pœnitentia salutari secundùm qualitatem excessus.

Cæterum qualiter Regulares in quibusdam aliis casib.vt Astrologię iudiciarię;obloquentiũ contra purissimam Virginis Mariæ conceptionẽ ; Missam celebrantium qui nõ sunt sacerdotes;vel indebitè sub prętextu sanctitatis colentiũ defunctos nõ canonizatos,nec beatificatos,iudicari possint ab Ordinario,vide Lezanam *ver. causa iudicialis Regularium,num.*14.

DVBITATIO XI.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad crimen,quod Regularis exemptus committit in officio,quod habet ab ipso Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Regularis exemptus si delinquat in officio, quod habet ab Episcopo non potest per ipsum puniri,si casus non sit Episcopo delegatus ad Apostolicã sedem vel aliàs ex Pontificia constitutione ad Episcopi Iudicium pertinens.*

2 *Officium non ponit subiectionem in Exempto,neque dat Iurisdictionem Ordinario contra exemptum.*

3 *Regularis*

3 *Regularis aſſumptus ad aliquod officium, cenſetur aſſumi citra præiudicium exemptionis.*

4 *Exemptio non eſt priuilegium ſecularis perſonæ, ſed ſtatus totius, & ideo non poteſt præiudicari.*

5 *Eccleſiaſtici ratione criminis, quod committunt in officio, quod habent à Principe laico, non poſſunt trahi ad forum ſeculare.*

6 *Officium ſeculare collatum Clerico non extrahit ipſum à gradu, ſeu a ſtatu clericali atque adeo non extrahit ipſum ab exemptione.*

7 *Officium exercitij eſt perſonale, & inſeparabiliter adhæret Perſonæ, cum conſiſtat ſolum in actionibus ipſius.*

8 *Clericus non poteſt iudicari à Iudice Laico ratione officij ſecularis, ex eo, quia Iudex Laicus non habet iuriſdictionem in illum, & Clericus eſt exemptus.*

9 *Laicus exemptus à Iuriſdictione alterius Iudicis Laici, non poteſt ab illo Iudicari, etiamſi alias ſit capax Iuriſdictionis laicalis.*

10 *Aſſignat paritatem rationis cur regularis delinquens in officio Epiſcopi, non poſſit per ipſum puniri.*

11 *Regularis acceptando Epiſcopi officium non cenſetur conſentire ipſius Iuriſdictioni.*

12 *Clericus non poteſt conſentire in Iudicem ſecularem cum hoc ſit in præiudicium ſtatus Clericalis.*

13 *Exemptus non poteſt in aliqua renunciare priuilegio exemptionis, cum hoc ſit in præiudicium ſuperioris.*

14 *Refellitur Aldanus docens contrarium deciſum per Congregationem die 14. Feb. 1585. ex eo, quod non referat cuius Congregationis ſit deciſio, neque de ipſa authenticè conſtet.*

15 *Reſolutiones S. Congregationis Cardinalium non continentes puram declarationem, ſed conſtituentes aliquid de nouo ad obligandum indigent publicatione.*

REſpondetur, quod nihil etiã poſſit; ita vt Regularis exemptus non poſſit in tali caſu conueniri coram Epiſcopo, nec vllo modo ab illo puniri, ſi aliundè coram ipſo conueniri non poteſt (ſicuti poteſt in caſibus, in quibus iuxta Cõcilij Tridentini diſpoſitionem, vel alia ſummorum Pontificũ decreta Regulares exẽpti ſubijciũtur Epiſcopis, tanquã Apoſtolicæ ſedis delegatis; vel in quibus ex alio ſpeciali capite iuxta eorumdem ſummorum Pontificum conſtitutiones iudicium pertinet ad Epiſcopos) atque ita contra Aldanum *in Compend. Canonicarum reſol. lib. 1. tit. 6. num. 3.* & Barboſam *in Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 3. de reform. num. 3.* ex probabiliori ſententia docent alij, & clarè colligitur ex ijs, quæ dicebam *cap. 9 dubit. 35.* & probatur, quia officium non ponit ſubiectionem in exempto, atque adeò non dat iuriſdictionem Ordinario in illum; ſiquidem cùm aſſumitur Regularis ad tale officium, cenſetur aſſumi citra præiudicium exemptionis; quia cùm exemptio non ſit priuilegium ſingularis perſonæ, ſed ſtatus, ſequitur, quod, quandiu perſona permanet in ſtatu, & eſt de genere exemptorum, tandiu permaneat etiam exemptio, cui per officium, vt quid ſingularis perſonæ, non poteſt præiudicari.

Confirmatur; quia Eccleſiaſtici ratione criminis in officio, quod habent à Principe laico, ex probabiliori etiam ſententia non poſſunt trahi ad forum ſeculare, ſicuti docent Alex. *conſ. 98. vol. 2.* Zanard. *par. 5. direct. cap. 50.* Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exempt. to. 2. par. 3. q. vlt. num. 1.* & 2. Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. Can. 15. q. 11. num. 25.* Megalius *par. 3. inſtit. lib. 3. ca. 11. num. 26.* & 32. Ambroſin *de immunit Eccleſ. cap. 20. num. 54.* Bonac. *de legib. diſp. 10. queſt. 2. punct. 1. §. 1. num. 24.* Squillante *de priuileg. cleric. cap. 7. dub. 3. num. 87.* Carolus de Graſſis *de effectib. cleric. eff. 1. num. 82.* Riccius *in prax. par. 3. reſol. 105. num. 1.* Diana *par. 1. tract. 2. reſol. 19.* & nos dicebamus *ſupra cit. c. 9. dubit. 35.* & *lib. de Parlament. dubit. 4. ſect. 20. ſubſect. 2. num. 5.* & facit *l. ſi quis ad declinandum, Cod. de Epiſc. & cleric.* & ſuadet ratio, quia officium ſeculare collatũ clerico non extrahit ipſum à gradu, ſeu ſtatu clericali, atque adeò nec extrahit ipſum ab exemptione, ſed ſequitur conditionem, & immunitatem perſonæ, ſicuti ſequuntur eiuſdem bona, quin multò magis, quia exercitij officium eſt quid perſonale, & inſeparabiliter adhæret perſonæ, cùm conſiſtat ſolum in actionibus ipſius, vnde iudicare de exercitio officij, eſſet exercere iuriſdictionem in propriam perſonam clerici, qui exercet officium.

Obijcies, eſſe diuerſam rationem de clerico exercente officium ſeculare reſpectu Iudicis laici, ac de Regulari reſpectu Epiſcopi; quia Iudex laicus non eſt capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cuius eſt capax Epiſcopus; & quam de facto exercet in ſuo tribunali.

Reſpondetur, nego antecedens; & ad probationem Reſpondeo, id in præſenti nihil obſtare; quia clericus non poteſt iudicari à Iudice laico ratione officij ſecularis, ex eo, quia Iudex laicus non habet iuriſdictionem in illum, & clericus eſt exemptus: vnde nec laicus exemptus à iuriſdictione alterius Iudicis laici poteſt ab illo iudicari, etiamſi aliàs ſit capax iuriſdictionis laicalis: cum ergo Regularis ſit exemptus à iuriſdictione Epiſcopi, neque poterit ratione officij, quod ab Epiſcopo accepit, ab illo iudicari.

Obijcies ſecundò, Regularem acceptando officium cenſeri conſentire in iuriſdictionem Epiſcopi.

Reſpondetur, nego antecedens, alioquin dici poſſet, quod etiam clericus reſpectu Iudicis ſecularis conſentiat in iuriſdictionem illius, cùm ab illo ſeculare officium acceptat, quod dici non poteſt, quia non poteſt clericus conſentire in Iudicem ſecularem, cùm hoc ſit in præiudicium ſtatus, *cap. inſolita 11. q. 1. & cap. placuit, de foro compet.* cum quia exemptus non poteſt in aliquo renunciare priuilegio exemptionis, cum hoc ſit in præiudicium Superioris, vti notant ex communi Abb. *in cap. cum tempore de arbitr. in fin.* Silu. *ver. Exemptio, num. 10.* Archidiac. *in cap. conqueſtus num. 49. queſt. 3. de foro compet.* Bald. *in l. ſi quis ex conſenſu, numer. 8. de Epiſc. audient.* Surdus *conſil. 47. numer. 24.* & Rota in Gandauenſi Monaſter. 29. April. 1644. per *text. in cit. cap. cum tempore.*

Obijcies tertio, eſſe contrarium deciſum die 14. Februar. 1585. refert Aldan. *loco ſupra cit. ergo.*

Reſpondetur, tranſeat antecedens: at nego conſequentiam, quia cum Aldanus non referat, cuius ſit talis deciſio, nec de ipſa, cuiuſcumque ſit authẽticè conſtet, non inducit obligationem, iuxta decretũ Vrbani VIII. quoad declarationes S. Congregationis. Addo, quod cùm dicta deciſio nõ cõtineret puram

porum declarationem, sed constitueret aliquid de nouo, indigeret, vt obligaret, publicatione, non secùs ac indigeat ipsæ leges.

DVBITATIO XII.

An, & quid possit Episcopus, si Regularis sibi vsurpet iura Episcopalia?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest punire Regularem sibi vsurpantẽ iura Episcopalia cõtra plures Doctores.*

2 *Regulares vsurpantes iura Episcopalia subiiciuntur Interdicto sua Ecclesiæ, & irritum redditur quod ab ipsis est factum.*

3 *Summus Pontifex in suis constitutionibus imponens pœnas censetur excludere ab Episcopis facultatem eas imponendi.*

4 *Episcopus non potest exercere Iurisdictionem in Regulares nisi in casibus in iure expressis.*

5 *Capitulum cum & plantare in §. quod autem de priuilegiis declaratur, soluiturque argumentum ab eo desumptum.*

6 *Oblati non sunt vere Religiosi, & ideo si plenè non se tradiderint suis fratribus, non eximuntur à sententia Episcopi, id est, non gaudent priuilegio exemptionis.*

7 *Fratres Templi, & Hospitalis non possunt recipere Ecclesias, & Decimas de manu laicorum sine consensu Episcopi.*

8 *Item debent euitare Excommunicatos nominatim & interdictos per sententiam Episcoporum.*

9 *Item in Ecclesiis suis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, instituendos Presbyteros præsentare debent Episcopo, quo inconsulto non possunt institutos remouere.*

10 *Item pro rebus temporalibus instituti exhibere debent rationem competentem ipsi Episcopo.*

11 *Item in Ecclesia posita in loco interdicto celebrare possunt semel in anno.*

12 *Episcopus potest punire Regulares exemptos perturbantes ipsius Iurisdictionem.*

13 *Iurisdictione concessa conceduntur omnia, sine quibus Iurisdictio exerceri non potest.*

14 *Assignatur disparitas inter vsurpare Iura Episcopalia, & perturbare Iurisdictionem, tunc enim perturbatur quando impeditur ne illa exerceatur, at vsurpans non impedit quin Episcopus etiam exerceat.*

15 *Episcopus in aliena Diœcesi solemniter benedicens, non perturbat illius Iurisdictionem.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Cochier *de iurisd. in exemptos par. 2. lib. 1. q. 45. nu.* 100. Barbosa *de potest. Episc. par. 3. allegat.* 105. *num. 65.* & Merolla *to. 3. disp. 7. cap. 4. dub. 9. num. 166.* teneant *ex capucum & plantare, de priuileg.* posse Episcopum in tali casu punire Regularem) negandum tamen sit; quia *ex cit. cap. cum & plantare*, id minimè colligitur; siquidem ibi tantum Ecclesiæ Regularium sic attentantium interdicto subiiciuntur, & irritum decernitur, quidquid fecerint in his verbis: *Quod autem de prædictis Fratribus dictum est, ab aliis quoque Religiosis, qui præsumptione sua Episcoporum percipiunt iura, & contra Canonicas eorum sententias, & tenorem priuilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus obseruari. Si enim contra institutum hoc venerint, & Ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur:* ex quibus verbis manifestè apparet, quod Pontifex in *cit. cap. cum & plantare*, nullam tribuat Episcopis facultatem puniendi Regulares, si sibi iura Episcopalia vsurparint: quinimmò cùm ipse pœnas imponat, potiùs excludit ab Episcopis talem facultatem. Et probatur; quia quando ius vult, quod Ordinarius possit exercere iurisdictionem in Regulares, id exprimit, vt passim in Trident. Concil. videre est; & quod censuras notant Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *de matr. lib. 8. disp. 23. n. 23.* & Lezana *to. 1. qq. Reg. c. 11. n. 14.* Et suadet ratio; quia stante exẽptione requiritur specialis dispositio, vt possint Episcopi exercere iurisdictionẽ in exẽptos, cũ hi, vt potè exẽpti, ab ipsorum iurisdictione subtrahãtur.

1

2

3

4

Obicies; in *cit. c. cum & plantare, §. quod autem de priuileg.* iubetur obseruari ab aliis Religiosis quod ibi statutum est quoad prædictos Fratres; sed de his statutum erat *in præced. §. de confratrib.* quod in ipsos Episcopi possint exercere suam potestatẽ, ergo & poterunt illam exercere in omnes alios Religiosos.

5

Respondetur, id non obstare; quia *in cit. § de confratribus*, sermo est de Oblatis, qui non sunt verè Religiosi, vt clarè constat ex verbis *ipsius text.* ibi: *De confratribus hoc constituimus, vt si non se prædictis Fratribus omninò reddiderint, sed in proprietatibus suis omninò duxerint remanendum*; & de his statuitur, quod si non se tradiderint planè suis fratribus non eximantur à sententia Episcopi, id est, non gaudeant priuilegio exemptionis. In sequenti autem *§. quod autem, quod supra §. Ecclesias igitur, & sequentibus*, statutum fuerat de Fratribus Templi, & Hospitalis, extenditur ad omnes Regulares; statuitur autem pro dictis Fratribus Templi, & Hospitalis, quod non possint recipere Ecclesias, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcopi; quod euitent excommunicatos nominatim, & interdictos per sententiam Episcoporum; quod in Ecclesiis suis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, instituendos Presbyteros præsentent Episcopo, quo inconsulto non possint institutos remouere; & pro rebus tẽporalibus instituti exhibeãt rationem cõpetentẽ ipsi Episcopi; quod in Ecclesia posita in loco interdicto celebrare possint semel tantũ in anno; hæc, inquã, extenduntur ad omnes alios Religiosos, nõ autẽ aliquid decernitur quoad Episcopos circa punitionem Religiosorum.

6

7

8

9

10

11

Obicies secundò, Episcopus potest punire Regulares exemptos, qui perturbant ipsius iurisdictionem, vti notant Innoc. *in c. dilectus in fin. de pœnis*, Aufrer. *de potest. secular. super Eccles. person. n. 23.* Roias *de haret. par. 2. n. 15.* Sanch. *de matr. lib. 7. disp. 35. n. 21.* Salzed. *in addit. ad Pratt.* Diaz *c. 3. lit. A. §. punire*, & Eman. Themudus *par. 1. dec. 62. n. 32.* & meritò; quia concessa iurisdictione conceduntur omnia, sine quibus iurisdictio exerceri non potest, *l. 2. ff. de iurisd. omn. Iud.* sed qui sibi vsurpat iura Episcopalia, perturbat iurisdictionem Episcopi, ergo, &c.

12

13

Respondetur, nego minorem; quia vsurpatio iurium Episcopalium non est perturbatio iurisdictionis Episcopi; siquidem tunc solum perturbatur iurisdictio alicuius, cũ impeditur, ne illa exerceatur. At quando quis exercet iura Episcopalia, & ei sibi vsurpat, non impedit, quin Episcopus etiam exerceat. Vnde si alius Episcopus in aliena diœcesi solẽniter benediceret, nõ perturbaret iurisdictionẽ

14

15

diœce

diœceſani, quia, ſicuti dicebam, vſurpatio iurium Epiſcopalium tunc ſolum perturbat iuriſdictionẽ quando ex hoc fit, quod Epiſcopus ipſe non poſſit illa exercere, quod eſt per accidens.

DVBITATIO XIII.

An, & quid poſſit Epiſcopus, ſi Regularis abutatur ſuis priuilegijs?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt punire Regulares abutentes ſuis priuilegijs contra Zabarellam, & alios.*

2. & 3 *Epiſcopus non poteſt punire Regulares propter abuſum priuilegiorum, quæ non concernant exemptionem, neque propter abuſum priuilegiorum concernentium exemptionem.*

4 *Abutens priuilegio non ipſo facto amittit priuilegium, ſed eſt eo priuandus.*

5 *Qui pœnam aliquam meretur, non illi ſubiacet, niſi ex ſententia Iudicis infligentis.*

6 *Ordinarius non poteſt punire Regulares abutentes priuilegijs etiam ſi in ipſo priuilegio ponatur pro abuſu pœna amiſſionis ipſo facto.*

7 *Pœna amiſſionis ipſo facto non incurritur, niſi præcedat ſententia declaratoria culpæ.*

8 *Hæreſis ſententiæ declaratoriæ requiritur, vt locum habeat confiſcatio bonorum ipſo facto pro crimine hæreſis impoſita.*

9 *Lex pœnalis non ſortitur ſuum effectum quoad pœnam; niſi præcedat ſententia declaratoria criminis.*

10 *Impoſitio pœnæ ipſo facto incurrendæ habet vim ſententiæ condemnatoriæ, & ſententia condemnatoria non poteſt habere locum; niſi in Iudicio conſtet de crimine.*

11 *Ordinarius iudicare non poteſt Regulares exemptos de abuſu priuilegiorum per ſolam declarationem abuſus.*

12 *Iudicare de Summi Pontificis priuilegio non ad inferiores, ſed ſolum ad Sedem Apoſtolicam ſpectat.*

13 *Religio non amittit priuilegia, ſi aliqui ex ipſa illis abutantur.*

14 *Praiuditans iuri proprio, quod eſt implicatum cum iure alieno non nocet alteri.*

15 *Priuilegium non minus deperditur per abuſum, ac deperditur per renunciationem.*

16 *Nemo eſt puniendus ex alieno delicto.*

17 *Religioſus abutens priuilegio illo non priuatur, quia cum priuilegij abuſus non valeat contra Religionem, neque valet contra ipſum.*

18 *Religioſi ius eſt ius Religionis.*

19 *Religionis conſenſus etiam tacitus facit amittere priuilegia.*

20 *Religionis conſenſus tacitus tunc cenſetur intervenire, quando videns, & poſſet impedire abuſum, frequenter taceret.*

21 *Monaſterium vnum, vel plura priuilegio abutentes non amittunt illud alia Monaſteria, ſi priuilegium eſt locale.*

22 *Monaſterij vnius ius eſt ſeparabile à iure alterius, & quando eſt tale, poteſt vni praiudicari, & non alteri.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Zabarella *in Clement. abuſiombus, n.1. & vlt. de pœnit. & in Clem. vnic. num. 16. de offic. Ordinar.* & Tambur. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 7. num. 53.* teneant, poſſe Epiſcopum in tali caſu punire Regularem, forſan quia abutens priuilegio exemptionis, illud amittit, ac proinde deſinit eſſe exemptus atque adeò fit ſubiectus iuriſdictioni Epiſcopali) tamen negandum ſit; quia vel poteſt Episcopus Regularem punire propter abuſum priuilegiorum, quæ non concernunt exemptionem, & non; quia non obſtante tali abuſu Regularis remanet exemptus ob priuilegium exemptionis, quod habet vim legis: vel poteſt punire propter abuſum priuilegij concernentis exemptionem, & neque; quia non obſtante tali abuſu, priuilegium non amittitur ipſo facto, ſed tantum eſt auferendum, ſiquidem iura, quæ ponunt amiſſionem priuilegij propter abuſum, vt *cap. vbi, diſt. 74. cap. priuilegium, 11. q. 3. cap. licet, de Regularib. cap. priuilegia, de priuilegijs, & cap. contingit, 2. de ſentent. excommun.* ſolum ſignificãt, abutentem priuilegio, eſſe illo priuandum: dicunt enim, quod meretur, at qui pœnam aliquam meretur, non illi ſubiacet, niſi ex ſententia Iudicis infligentis; ergo &c quapropter abutens priuilegio exemptionis, non hoc ipſo priuatur exemptione, ita vt ſubiaceat Epiſcopi iuriſdictioni. 1 2 3 4 5

Quin ſi in aliquo priuilegio exemptionẽ concernente ponatur pro abuſu talis priuilegij pœna amiſſionis ipſo facto, neque adhuc Ordinarius poterit Regularem dicto priuilegio abutentem punire; quia pœna amiſſionis ipſo facto, non incurritur, niſi præcedat ſententia declaratoria abuſus, vti deſumitur *ex l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci, & cap. cum ſecundum, de hæreticis in 6.* (vbi requiritur ſententia declaratoria hæreſis, vt locum habeat confiſcatio bonorum ipſo facto pro crimine hæreſis impoſita) & tradunt Bart. *in cit. l. eius, qui delatorem*, Felin. *in cap. Rodulphus, num. 35. de reſcript.* Tiraquell. *in l. ſi vnquam, num. 400. C. de reuoc. donat.* & Iſernia *in cap. 1. num. 10. de feud. ſine cul. non amit.* & de lege pœnali, quod non ſortiatur ſuum effectum quoad pœnam, niſi præcedat ſententia declaratoria criminis docent Bald *in cit. cap. 1. de feud. ſine cul. non amit.* Io. Andr. *in c. pro humani de homicid. in 6.* Dec. *in cap. 1. num. 73. in 1. lect. de conſtitut.* Sylu. *ver. Aſſaſſinus, num. vlt.* Tabien. *num. 2. & 3.* Caiet. *in 2. 2. q. 62. art. 3. in fin.* Binnez, & Aragon. *ibid.* Couar. *4. decret. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 4.* Grammat. *deciſ. 15. num. 8.* Mynſinger. *centur. 2. obſeruat. 43.* Achill. de Graſſis *deciſ. 1. de præmis*, Nauar. *cap. 23. num. 66.* Medina *Cod. de reſtit. q. 1. §. poſt verum dominum, ver. ad propoſitum.* Mol. *de iuſt. & iur. tom. 1. diſp. 95. ver. contrariam ſententiam*, Sot. *lib. 9. 6. art. 6. concl. 1.* Valentia *1. 2. diſp. 7. q. 5. punct. 6. ver. ex quo deinde*, Vaſq. *1. 2. diſp. 170. cap 3.* Suarez *de legib. lib. 5. cap. 8. num. 5.* Riccius *collect. 303.* & Sanch *lib. 2. moral. cap. 22. num. 7.* Quod etiam conſtat ex praxi, & ratione; quia Impoſitio pœnæ ipſo facto incurrendæ habet vim ſententiæ condemnatoriæ, & ſententia condemnatoria non poteſt habere locum, niſi in iudicio conſtet de crimine: quapropter vt ſententia condemnatoria legis locum habeat, & ſubintret, debet crimen ad iudicium deduci, & declarari. 6 7 8 9 10

Obiicies; ſaltem poteſt Ordinarius iudicare Regulares exemptos de abuſu priuilegiorum, per ſolam declarationem abuſus.

11 Respondetur ; nego antecedens ; quia quando agitur de priuilegio Pontificis , soli Sedi Apostolicæ competit indicium , *c. cùm venissent , de iudic.* & notat ibi gl. *ver. iudicari* , Innocent. *in cap. venerabili , de censibus* , Abb. *ibidem numer 3. & 4. & in cap. ex parte de verbor. signific.* Gutier. *ex pract. qq. lib. 3. quæst. 28. numer. 2.* Gail. *lib. 1. observat. 1. num. 7.* Armila *ver. interpretatio, num. 4.* Ioan. Garsia *de nobilit. glos. 1. §. 1. num. 1. & 2.* Gironda *de priuileg. & exemption. numer. 83.* Cochier *de iurisd. Ordinar. in exempt. tbr. 2. quæstio. 13.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disputat. 15. quæstio 10. num. 3.* Barbosa *ad cit. cap. cum venissent, numer. 2.* & ratio est; quia inferior non potest iudicare de superiore, & de iis, quæ ad ipsum concernunt; sed priuilegia concessa à Pontifice , præsertim si concernant exemptionem, pertinent ad Sedem Apostolicam, vt quid ipsius, ergo, &c.

An autem Religio amittat priuilegia , si aliqui ex ipsa illis abutantur?

13 Respondetur negatiuè , etiamsi plures abu-
14 tantur ; quia præiudicans iuri proprio , quod est implicatum cum iure alieno , non nocet alteri. *cap. cum tempore , de arbitris , & cap. cum olim, §. nos igitur , de præscription.* Sed priuilegium concessum Religioni , & singulis ipsius ita pertinet ad singulos , vt etiam pertineat ad totum corpus Religionis , ergo, &c. quapropter qui quoad illud illud sibi præiudicat per abusum , non præiudicat Religioni, Felin. *in cap. cum dilecta, de rescript.* Abb. *in c. significasti , num. 11. de foro compet.* Seraph. *decis. 324. num. 5. & decis. 341. num. 7.* Silu. *ver. priuilegium, q. 10.* Armilla *num. 9.* Suar. *de legib. lib. 8. cap. 6. num. 2.* Sanch. *lib. 4. mor. cap. 39. numer. 29.* Tusch. *lit. P. concl. 759. numer. 3.* Saraiua *de iurisd. adiunctor. quæstio. 7. numer. 7. in fin.* Mandel. *consil. 74. numer. 3.* Nouarius *in prax. elect. for. sect. 3. quæstio. 7. numer. 15. & seq.* Sigismundus *de elect. par. 1. cap. 2. dub. 25. num. 7.* & Rota *decis. 32. num. 8. p. 2. diuers.* & apud Farin. *in post. tom. 2. decis. 173. n. 3.*

Confirmatur ; quia in dicto casu priuilegium non deperditur vni per renunciationem alterius,
15 ergo neque per abusum alterius: consequentia patet ; quia priuilegium non minus deperditur per abusum, ac deperditur per renunciationem : antecedens etiam patet, & tradunt Cãcer. *lib. 2. var. resol. cap. 2. de iurisd. num. 194.* & Giurba *consil. 95. num. 13.* præsertim si lædatur ius superioris non consentientis, vti notãt Castrens. *cons. 431. n. 3.* Roman. *consil. 369. num. 18.* Cardinal. *cons. 38. in fin.* Afflict. *decis. 173.* Gratian. *decis. 78. num. 50.* Cened. *q. 12. num. 8. & 9.* Tusch. *lit. C. concl. 1027. num. 3.* Gail. *lib. 1. observat. 40. num. 3.* Rouitus *pract. 2 de iurisd. inuit. non turb. num. 25.* & Costa *de scient. & ignorant. Centur. 1. disi. 66. num. 5.*

16 Neque obstat, quod in abusu intercueniat culpa , non sic in renunciatione ; quia cùm nemo sit puniendus ex alieno delicto, *cap. iam iraque, 1. q. 4. cap. si habes, 24. q. 3. & cap. quæris. de consecrat. dist. 4.* & tradunt Tusch. *lit. P. concl. 1212. n. 4. & 5.* & Farinac. *par 1. praxis criminalis, q. 24. num. 1. & 2.* Sequitur, quod non magis abusus vnius debeat alteri nocere , quam renunciatio , aliàs quis ex delicto alterius puniretur contra id , quod iam supra dicebatur.

17 Quinimò neque Religiosus abutens priuilegio , illo priuatur , quia cùm priuilegij abusus non valeat contra Religionem , neque valet contra ipsum , sicuti nec priuaretur priuilegio, si priuilegio renunciaret, quod sequitur ex dictis, & ex ijs, quæ tradit Abb. *in cap. ad audient. num. 12. de præscript.* Felin *ibid.* Scaccia *de sent. & re iudic gl. 7. q. 3. limit. 4. num. 229.* Cened. *ib. 1. pract. q. 26. num. 9.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 12. num. 3.* & Cochier *de iurisd. Ordinar. in exempt. par. 3. q. 12. n. 4.* præsertim quia ius Religiosi est ius Religio- 18
nis ; & ideo quamuis ex propria actione Religiosus deberet amitterere priuilegium , tamen quia manet membrum Religionis, ab ipsa manutenetur in illo, à quo ratione sui deberet cadere.

Limita , nisi interueniat consensus Religionis, 19
etiam tacitus , quia tunc censeretur abusus totius Religionis, ac proinde tota Religio deberet priuilegio priuari ; siquidem consentiendo abusui , ratum illum haberet, ac proinde suum proprium faceret. Cæterùm tunc censetur intercuenire consen- 20
sus Religionis tacitus, quando videns abusum frequenté taceret, & posset impedire; quia cùm possit impedire, & non impediat, tacendo censetur consentire, *l. fideiussor , C. mandati,* & tradunt Bart. *in l. qua dotis, n. 22. ff. solut. matrim.* Barbosa *ibid. n. 160.* Couar. *cap. 15. pract. n. 5.* Surd *cons. 290. num. 22.* Tiraquell. *de retract. §. 1. glos. 9. num. 149.* Mascard. *de probat. concl. 1158. num. 47.* Menoch. *lib. 6. præsumpt. 99. num. 15.*

Aduerte tamen, quod si vnum , vel plura Mo- 21
nasteria priuilegio abuterentur , non per hoc alia Monasteria illud amitterent , si priuilegium esset locale , quia ius vnius Monasterij est separabile à 22
iure alterius, vti notant Milis. *in repertor. ver. possessio,* & Coccinus *decis. 52. num. 8.* cum autem ius est separabile , potest vni præiudicari , & non alteri; sicuti tradunt Bart. *in l. penult. num. 3. Cod. de pactis,* Bald. *ibid. num. 4.* Salicet. *num. 4.* Abb. *in c. si diligenti, num. 7. de foro compet.* Seraphin. *decis. 970. num. 3.* Gonzalez *de alternat. gl. 45. §. 2. num. 32.* Gratian. *to. 3. discept. forens. c. 426. n. 8. & 9* Rota apud Farinac. *decis. 132. num. 4. tom. 2. Posth.* & in vna Cenen. Iurispatron. 1. Decembr. 1606. coram Lugdunensi. ergo, &c.

DVBITATIO XIV.

An, & quid possit Episcopus in Regulares præter casus exceptos, in alijs casibus propter extensionem rationis?

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio Episcopi non potest extendi ad Regulares extra casus expressos.*

2 *Casus non expressus habetur pro omisso in omnibus dispositionibus.*

3 *Casus exceptus firmat regulã in casibus nõ exceptis.*

4 *Regula generalis requirit specialem expressionem, vt habeatur exceptio ; ita vt admittenda illa non sit, nisi de ipsa constet.*

5 *Regulares sunt generaliter exempti , & ideo non debet admitti extensiua Iurisdictionis Ordinarij in Regulares extra casus exceptos.*

6 *Expressum vbi requiritur, non sufficit tacitum , & præsumptum.*

7 *Concessio facta Episcopis , vt in aliquibus casibus possint contra Regulares fiat tamatiuè , quia inclusio vnius est exclusio alterius.*

¶ *Iurisdi-*

Digitized by Google

8 *Iuriſdictio Ordinarij in Regulares non eſt capax extenſionis de caſu ad caſum ex paritate rationis.*

9 *Summo Pontifici intereſt ſuos ſubditos ab alio non iudicari.*

10 *Iuriſdictionis extenſio Ordinarij in exemptos eſt contra Pontificem,& ſic odioſa,non autem fauorabilis.*

11 *Extenſio datur à iure ob extenſionem rationis etiam in exorbitantibus; ſecus eſt in correctoriis,inquibus tanquam in odioſis non ſit extenſio,ſed reſtrictio.*

12 *Rationis extenſio fieri debet quando correctio reducit ad ius antiquum, dummodo ius antiquum non ſit in totum abrogatum tanquam odioſum.*

13 *Ius ſubyciens Regulares Ordinario eſt abrogatum,vt odioſum,& præiudicans communi vtilitati,& Iuriſdictioni ſummi Pontificis.*

14 *Ordinarius habet Iuriſdictionem per totam ſuã Diœceſim, & ei cenſetur conceſſum quidquid expreſsè non exprimitur, in ordine tamen ad perſonas ſubditas, non autem ad exemptas.*

15 *Prohibitum cenſetur quidquid in exemptos non eſt expreſsè conceſſum.*

16 *Ordinarij Iuriſdictio in exemptos non eſt fauorabilis,ſicuti eſt in perſonas ſubditas,ſed potius odioſa.*

17 *Innocentius in cap.dudum de priuilegijs,& alij poſt ipſum reprehenduntur.*

18 *Lex habens admixtum odium, & fauorem, eſt cenſenda fauorabilis,ſi fauor ſit ex intentione legiſlatoris.*

19 *Intentio eſt forma legis,& finis dat ſpeciem actibus humanis.*

20 *Intentio,& finis concedendi Regularibus exemptionem, fuit fauor ipſorum Regularium; quia nimis grauabantur ab Ordinarijs.*

RESPONDETVR, contra Peirinum *to.3. priuileg.in addit.ad Conſtitut. VrbaniVIII. cap.12.ad Conſtitut.1. nu.25.* & Cochier *de iuriſdict.Ordinar.in exempt.to.2 part.2.q.102.* (qui cum Gutierez decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.7.cap 14.de reformat.* decernens quod Regulares extra clauſtra degentes coram Ordinario conueniantur,extendunt etiam ad Regulares intra clauſtra degentes ob identitatem rationis)nihil poſſe, & probatur quia cùm Regulares generaliter ſint exempti à iuriſdictione Ordinarij,& ſolum in quibuſdam caſibus ſubiecti, ſequitur, quod iuriſdictio ipſius non poſſit extendi ad Regulares extra caſus expreſſos; quia caſus non expreſſus habetur pro omiſſo, *l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſth. cap. inter temporalia,de tranſlat.Epiſc.cap.cum dilectus de off.c. Ordinar.& cap.ſi qui, de ſentent. excommun.* idque in omnibus diſpoſitionibus,Ancharan.*conſil.120.init. & conſil.245. num.5.*(vbi docet,id valere, etiamſi maior ratio militet)Socin.*conſil.32.num.18.lib.1.* Alex.*conſil.113.num.5.lib 2.& conſil.123.num.21. lib.4.* Oldrad.*conſil.224.num.4.*& Tiraquell. *de iure primogenit.q.40 num.194.*tum quia caſus exceptus firmat regulam in contrarium,*l.nam quod liquidè,§. fin.ff.de penu legata, l. quæſitum, § idem reſpondit, ff. de fun. inſtr. & cap. 2. de coniug. leprof.* Accedit; quia ſtante regula generali, requiritur ſpecialis expreſſio,vt habeatur exceptio, ita vt admittenda illa non ſit,niſi de ipſa conſtet, *l. ab ea parte ff.de probat.l.illud,Cod.de ſacroſ.Eccleſ.l.fin. Cod. de hæred.inſtit.l.apud antiquos, Cod.de furtis,& cit.c.2. de coniug. leproſ.* Ergo cùm Regulares ſint generaliter exempti, non debet admitti extenſio iuriſdictionis Ordinarij in Regulares extra caſus exceptos; quia extra ipſos non conſtat de exceptione à regula generali exemptionis; & quia vbi expreſſum requiritur, non ſufficit tacitum, & præſumptum, *cap. 2. de prabend. & cap. fin. de procurator.in 6.*

1 2 3 4 5 6

Accedit ſecundo,quod,cùm cõceſſa ſit Regularibus abſolutè exemptio à iuriſdictione Ordinarij & exprimãtur in ſpecie caſus,in quibus Pontifices volunt, illos ſubeſſe Ordinario,ita vt ad conſeruãdam generalem exemptionem, vt plurimum in ordine ad dictos Regulares conſtituant Epiſcopos pro illis caſibus Sedis Apoſtolicæ delegatos, vt paſſim in Concilio Tridentino videre eſt, ſequitur, quod conceſſio pro illis caſibus ſtet taxatiuè; quia cùm incluſio vnius ſit excluſio alterius,*l.cum Prator,ff.de minorib. & cap.nonne de præſumpt.* expreſſio caſuũ,in quibus Regulares ſubijciũtur Ordinario, non includit alios,ſed excludit,Abb.*conſil. 57.n.2. lib.1.*Calderin.*conſ.543.de ſent.excommun.*Angelus *conſ.375.n.3.*Ruin.*conſil.112.num.3.lib.5.* Caſtrenſ. *conſil.468.num.4.lib.1.* Ancharan. *conſil.70. n.8.*& Geminian.*conſ.15.num.18.*& conſequenter iuriſdictio Ordinarij in Regulares non eſt capax extenſionis de caſu ad caſum, ex paritate rationis.

7 8

Accedit tertio, quod cùm interſit ſummo Pontifici, ſuos ſubditos ab alio non iudicari, Abb.*in cap.1.num.19. de re iudic. cap.ſi de terra,num.5. de priuileg.cap.ſignificaſti, num.8. in fin.de foro compet.* Io.Andr. *in c.ſcienti, in fin.de regul.iur.in 6.* Franch. *ibid.num.4.*Felin.*in cap.cum olim,num.3. de præſcription.*Caſtrenſ.*conſil.432.num.3.lib.1.* Armilla *ver. exemptio,num.8.*Gail.*lib.1.obſeruat.40.num.2.*Rota in Vlyxbonen.Monaſterij,19.Nouembr.1625,cõram Coccino, & in Gandauen. Monaſterij 29. April. 1641.coram Panzirolo, ſequitur, quod extenſio iuriſdictionis Ordinarij in exemptos ſit contra Pontificem, & ſic odioſa, non autem fauorabilis, atque adeò reſtringenda, non autem amplianda.

9 10

Obiicies;ob extenſionem rationis etiam in exorbitantibus à iure datur extenſio, vt latè Nauar.*in cap.pœna,de pœnit.diſt.1.ergo.*

11

Reſpondetur, concedo antecedens: at nego conſequentiam;quia nunc nõ ſumus in exorbitãtibus à iure, ſed in correctoriis, quando quidem conceſſio iuriſdictionis Ordinarijs in Regulares corrigit in parte legẽ vniuerſalẽ de exemptione,in correctoriis autem,tanquã in odioſis,nõ fit extenſio,ſed reſtrictio,*arg.l.præcipimus,C.de appell.in fin. l.ſancimus, Cod. de teſtam. & cap.cum expediat, de elect.in 6.* Neque dicas, quod debeat fieri extenſio ex eo,quia correctio hic reducit ad ius antiquum, ſicuti docet gl.*in cap.ſtatutum de præben. in 6.* Nam reſpondetur cum Tiraquello *in præfat.ad Retract. num.59.* id locum habere, quando ius antiquum non eſt id totum abrogatum, tamquam odioſum, vt eſt in caſu noſtro, cum de facto ius ſubijciens Regulares Ordinario ſit abrogatum, vt odioſum, & præiudicans communi vtilitati, & iuriſdictioni Summi Pontificis, ſicuti conſtat ex ipſius abrogationibus.

12 13 14

Obijcies ſecundò;Ordinarius habet iuriſdictionem

nem per totam suam diœcesim, *cap. cùm omnes Basilica, 16. quæst. 6. & cap. cum Episcopus, de offic. Ordinarij in 6.* Quapropter cùm habeat intentionem fundatam per totam suam diœcesim; quidquid non excipitur expressè, censetur ipsi concessum; atque adeò iurisdictio ipsius est extendenda ad omnia non excepta; præsertim quia talis iurisdictio fauorabilis est.

Respondetur, concedo totum, in ordine ad personas subditas, non tamen in ordine ad exemptos; quia hi per exemptionem generaliter subtrahuntur à iurisdictione Ordinarij: quapropter
15 quidquid ipsi in exemptos non est expressè con-
16 cessum, censetur prohibitum; & consequenter, iurisdictio Ordinarij in exemptos non est fauorabilis sicuti est in personas subditas, sed potius odiosa, vt patet ex dictis.

17 Ex his sequitur, quod Innocent. *in cap. dudum de priuileg.* Bellamera *cons.* 20. Boër. *cons.* 24. *num.* 8. *lib.* 1. Abb. *in cap. cum capella, numer.* 5. *de priuileg.* Flamin. *de resignat. libro* 3. *quæst.* 16. *num.* 6. Craueta *consil.* 152. *num.* 2. Fuscus *libr.* 2. *de visit. cap.* 10. *num.* 29. & Ceuallos *par.* 2. *de cognit per viam violent. quæst.* 71. *num.* 29. minus rectè doceant, Regularium exemptionem à iurisdictione Ordinarij esse odiosam, & stricti iuris, ex eo, quod detrahat ipsi Ordinario, minus rectè, inquam, ita docent, quia licet illa sit odiosa Ordinario, est tamen fauorabilis Summo Pontifici, & ipsis Regularibus;
18 ac proinde non est restringenda, sed amplianda; quia prævalet fauor; siquidem quando lex habet admixtum odium, & fauorem, est censenda fauorabilis, si fauor sit ex intentione legislatoris *gl. in cap. si propter; de rescript. in 6. Dominic. ibid. numer.* 9. Franch. *numer.* 6. Item gl. *in cap. sciant. de elect. in 6.* Ioan. Andr. & Gominian. *ibid.* Bart. *in l. qui exemptionem numer.* 2. *de condit. indeb.* Iaf. & Salic. *ibid.* Castrensis *in l. si quis ne causam, num.* 4. *ff. si certum pet.* Felin. *in cap.* 1. *numer.* 14. *de Sponsal.* Silu. *ver. interpretatio in fin.* Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *n.* 5. Mandos. *Reg.* 10. *de an. quæst.* 3. *num.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 12. *quæst.* 2. *numer.* 33. Tiraquel. *de retract. in præfat. numer.* 56. & §. 30. *gl.* 1. *num.* 5. Menoch. *de recuper. possess. Remed.* 1. *num.* 28. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 1. *num.* 4. & desumitur ex *cap.* 2. §. *statuimus de decimis in 6.* ibi: *Cùm non sit dicendum asperum, sed pium potius, & benignum.* & probatur ratione; quia intentio est forma legis, & finis dat speciem actibus humanis; in-
19 tentio autem, & finis concedendi Regularibus
20 exemptionem fuit fauor ipsorum Regularium, quia nimis grauabantur ab Ordinariis, desumitur ex *cap. nimis iniqua, & cap. nimis prava de excessibus Prælat.* & notant Tusch. *ver. Exemptio, concl.* 66. *num.* 6. Rebuff. *Resp.* 142. Vbald. *de Canon. Episcop. cap.* 3. 4. 6. *num.* 9. Cenedus 4. 26. *num.* 3. & Cochier. *de iurisdict. Ordinar. in exempt. to.* 1. *par.* 1. *q.* 1. *num.* 15. Quapropter in dubio priuilegia latè sunt interpretanda in fauorem Religiosorum, Henriquez *libr.* 7. *cap.* 22. *numer.* 3. Rodriguez *to.* 1. *qq. Regular. q.* 11. *art.* 6. *Reg.* 10. Hieron. Rodrig. *resol.* 90. *num.* 49. & habetur ex priuilegio Leonis X. vt in compendio priuileg. Societ. Iesu, *ver. priuileg.* §. 4. & in compendio priuileg. Benedict. *ibid. num.* 49

DVBITATIO XV.

An, & quid possit Episcopus in Regularem in ordine ad examen, & alia, quæ exerceri solent in iudicio exteriori?

SVMMARIVM.

1 *Testimonium Regularis in Iudicio coram Iudice non sine non petita licentia superioris, valet de mente Abbatis, Siluestri, Sanchez.*

2 *Regularis depositio facta coram Episcopo sine licentia sui Prælati est valida, licet illicita in sententia Farinacij.*

3 *Regularis depositio si spontaneè accedat ad examen valet, secus si coactè iuxta opinionem Cochier.*

4 *Multa subsistunt Parte non opponente, quæ tamen in Iudicio reuocata impedirentur.*

5 *Regularis depositio, seu examinatio facta coram Episcopo sine sui Prælati licentia est non solum illicita; sed etiam inualida, non solum si deponat coactè; sed etiam spontanee.*

6 *Examinatio Testium est pars processus, atque adeo actus Iurisdictionis saltem ex delegatione, vel mandato, & non potest valere, nisi habeat fundamentum ex Iurisdictione.*

7 *Testis depositio rogata à Notario extra Iudicium, & sine mandato, vel decreto Iudicis est nulla.*

8 *Iurisdictionis defectus dicitur omnium maximus quoad annullationem actuum.*

9 *Regularis Testis consensus in alterius Iudicis iurisdictionem non sanat nullitatem examinis.*

10 *Nemo potest in Iudicem non suum consentire sine licentia sui superioris.*

11 *Religiosi non habent proprium velle, neque nolle.*

12 *Concesso vno censentur concessa etiam omnia, sine quibus non peruenitur ad ipsum, secus quando sunt concessa sine præiudicio alterius.*

13 *Regularis stare non potest in Iudicio siue vt actor, siue vt Reus sine licentia sui Prælati.*

14 *Regularis, cum omne ius in Monasterium transtulerit, ac veluti mortuus sit, comparatur seruo.*

15 *Seruus in Iudicio neque agere, neque conueniri potest.*

16 *Limita si Regularis Beneficiatus sit cum libera administratione.*

17 *Limita si de licentia sui Prælati versetur in studio literarum vel alia occasione distans sit à Prælato.*

18 *Limita si contraxit obligationem ante Religionis ingressum, tunc in libellus formandus esset contra Regularem, licet executio consummanda esset contra bona Monasterij, quatenus ex rebus dictis Regularis aduenerunt.*

19 *Limita si Regularis Prælatum suum ob rationabilem causam accusare velit, quo casu*

caſu ei expenſa neceſſaria ad litigandum à Monaſterio præberi debent.

20 *Limita ob delictum à Regulari commiſſum, propter quod ipſe conueniendus eſt, neque Monaſterium obligatur.*

21 *Dominus ob ſerui delictum conueniri non poteſt.*

22 *Regularis in iudicio eſſe non poteſt Aduocatus, aut Procurator ſine licentia ſui Prælati, & cum vtilitate ſaltem indirecta Monaſterij.*

23 *Regularis in cauſa criminali non poteſt agere coram Iudice ſeculari.*

24 *Regularis etiam extra Iudicium procuratorem agere poteſt, modo Prælati interſit licentia, ſine qua illicite quidem negotium ex mandato alterius geret, quamuis valide.*

25 *Regularis tam ſuo quam alterius nomine in Iudicio ſtare non poteſt ſub pœna nullitatis actorum.*

26 *Regularis non prohibetur dare conſilium ſiue voce, ſiue ſcripto quid in cauſa qualibet ſecundum iura agendum, vel reſpondendum ſit, cum id non ſit Aduocatum, & Procuratorem agere.*

27 *Regularis poteſt eſſe Teſtis in teſtamento, ſicut & in Iudicio ſi conſenſu ſuperioris adſit, quando coram Iudice, cui ſubiectus non eſt, teſtificaturus, ac iuraturus ſit.*

28 *Teſtamentum validum eſt etiam ſi Regularis teſtimonium ſuum interponendi à Prælato non habuerit licentiam, quam tamen ſaltem præſumptam, vt licitè interponat, habere debet.*

29 *Regularis tractare non debet ea, quæ ſunt ab Inſtituto ſuo aliena, & ad cauſas pias non inſeruiunt.*

30 *Regularis licitè poteſt eſſe Teſtis in teſtamento, ſine licentia ſui Prælati, ſi Monaſterium, vel cauſa pia inſtituatur.*

31 *Regularis obire non poteſt munus Tabellionis, item dic de Clericis.*

32 *Regularis, vel Clericus, qui ante profeſſionem, vel Clericatum erat Tabellio, debet quidem ſignare, & perficere Inſtrumenta, quæ prius cœperat, poſtea tamen munus deponere tenetur.*

33 *Regularis Tabellio conficit valida Inſtrumenta ante interdictum ſui Prælati.*

34 *Religioſi, qui antè ingreſſum Religionis erant Tabelliones; & Clerici, qui ante Clericatum, ex ſpeciali priuilegio poſſunt licitè gerere idem officium in cauſa fidei contra Hæreticos.*

35 *Regularis neque poteſt obire munus vllum Iudiciale, ſiue vt ſit propriè Iudex, ſiue Aſſeſſor Iudicis, niſi cum licentia ſui Prælati, & in cauſa concernente ſaltem indirectè Monaſterij vtilitatem.*

36 *Neque poteſt eſſe Arbiter, niſi duabus dictis conditionibus concurrentibus. poteſt tamen eſſe Arbitrator de Prælati ſui licentia, quamuis de Monaſterij vtilitate non agatur.*

37 *Arbiter, & Arbitrator differunt. nam Arbiter conſtituit ur à Partibus, & ſecundum Iuris terminos iudicat, at Arbitrator à Partibus eligitur tanquam amicabilis Compoſitor.*

38 *Arbitratoris munus, ſeu arbitramentum cum ad partium concordiam, atque pietatem principaliter ſpectet, non eſt alienum à Regularibus.*

39 *Regularis, qui Prælatus non eſt non poteſt conſtitui Delegatus ad exequendas literas Summi Pontificis, aut eius legati, niſi ex certa licentia ſummi Pontificis.*

40 *Delegatus ſummi Pontificis debet eſſe in Dignitate conſtitutus, vel Cathedralis Eccleſiæ Canonicus.*

41 *Priores Ordinum Mendicantium, & Guardiani Minorum, & ſimiles, cum in Dignitate conſtituti ſint, Iudices Conſeruatores conſtitui poſſunt.*

42 *Iudex Conſeruator eſt qui ex ſummi Pontificis voluntate, miſerabilium Perſonarum cauſas contra iniuſte vexantes ſuſcipit, ac defendit.*

43 *Canonici Eccleſiæ Cathedralis nomine venit etiam Canonicus Eccleſiæ Regularis ſi Cathedralis ſit.*

44 *Iudices Conſeruatores tenentur recipere literas ipſis à Regularibus oblatas, & eos defendere in ſuis Iuribus.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Abb. *in cap. cum nuncius, num. 4. de teſtibus*, Silu. *ver. teſtis*, 1. *quæſtio.* 1. *dict.* 1. & Sanchez *lib. 6. mor. cap.* 13. *num.* 108. ſentiant, quod aliquid poſſit, quatenus aiunt, quod ſi Regularis in iudicio coram Iudice non ſuo, non petita licentia Superioris, teſtimonium deponat, teſtimonium ipſius valeat: & Farinac. *in prax. quæſtio. 61. de teſtib. num.* 134. quatenus dicit, quod depoſitio Regularis facta coram Epiſcopo ſine licentia ſui Prælati ſit valida, quamuis illicita; motus ex eo, quod licentia Prælati requiratur ſolum ex quadam conuenientia: & Cochier *de iuriſdict. Ordinar. in exempt.* quatenus tradit, quod ſit valida, ſi Regularis ad examen accedat ſpontanèe, ſecus, ſi accedat coactè; motus ex eo, quod multa ſubſiſtant parte non apponente, quæ tamen in iudicio reuocata impedirentur) tamen ex probabiliori dicendum ſit, quod nihil poſſit, ita vt depoſitio, ſeu examinatio Regularis facta coram Epiſcopo ſine ſui Prælati licentia, ſit non ſolum illicita, ſed etiam iuualida; & non ſolum, ſi Regularis coram Epiſcopo deponat coactè, ſed etiam ſi deponat ſpontanèe; atque ita præter alios docet Angel *ver. teſtis, numer.* 4. & probatur; quia cùm examinatio teſtium ſit pars proceſſus, atque adeò actus iuriſdictionis, ſaltem ex delegatione, vel mandato, non poteſt valere, niſi habeat fundamentum ex iuriſdictione, *cap.* 1. *§. neque de foro compet.* & notat ibi Geminian. *num.* 3. Et hoc adeò verum eſt, vt, ſi Notarius extra iudicium examinet teſtes ſine mandato, vel decreto Iudicis, eorum depoſitio ſit etiam nulla; Maſcard. *de probat. in præfat. lib.* 1. *quæſtio.* 5. *nu.* 23. & 89. Maranta *de ordine indic. tit. de teſtib. produc. numero* 6. & Cartat. *deciſ. crimin.* 86. *numero* 9. 1 2 3 4 5 6 7

Cùm ergo Epiſcopus nullam habeat iuriſdictionem in exemptos Regulares præter caſus in iure, & Conſtitutionibus Pontificiis expreſſos, & per conſequens Regulares nullam habeant ſubiectionem ad Epiſcopos, ſequitur, quod Epiſcopi non poſſint circa ipſos Regulares exemptos exercere actus iuriſdictionis, & ſi exerceant, ſint nulli defectu iuriſdictionis, qui defectus eſt omnium maximus quoad annullationem actuum, Curtius 8

*consil.69.in fin.*Dec.38.*n.7.& consil.*360.*num.*1.Paris.*consil.*204.*num.*102.*lib.*2. Menoch. *cons.* 1080. *n.*2.& Vantius *de nullit.tit.de nullit. defectu iurisdict.num.*2.*& seqq.*

9 Neque obstat, quod Regularis non coactè, sed spontaneè coram Episcopo deponat,quasi per hoc consentiat in iurisdictionem Episcopi.Respondetur enim,quod cùm Regularis non habeat facul-
10 tatem consentiendi,nulliter consentiat,etiamsi expressè consentiat;quia agitur de interesse sui superioris,cui non potest præiudicare;qua ratione etiã nemo potest in Iudicem non suum consentire sine licentia sui superioris, *cap. cum tempore de arbitr.& cap.significasti,de foro compet. & tradunt ex communi* Butrius *in cit. cap. cum tempore*, Io. Andr. *ibid. num.*12.Abb.*num.*11. & Socin. *num.* 42. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 36. *art.* 1. *& tom.* 2. *q.* 63. *art.*10. & Tamburin.*de iure Abbat.tom.*1.*disp.*
11 15.*q.*12. *num.* 3. Quod multò magis locum habet in Religiosis,qui non habent proprium velle,neque nolle.

12 Neque obstat secundò, si dicas, quod concesso vno censeantur concessa omnia, sine quibus non pertenitur ad ipsum, *l.*1.*ff. de iurisdict. omn. Iudic. & l. ad rem mobilem*, *§.qui procuratorem*, *ff. de procuratoribus.* Quapropter cùm Episcopus habeat facultatem procedendi iudicialiter,habebit etiam facultatem examinandi quoscumque, quorum examen sit necessarium pro terminanda illa causa. Respondetur enim quod censeantur concessa sine præiudicio alterius;& sic censetur concessum Iudici examinare exemptos cum licentia suorum superiorum; at non aliter : alioquin posset etiam in alieno territorio iurisdictionem exercere (verbi gratia citare, condemnare, &c)quando id esset ad complementum iudicij necessarium, quod nemo dixerit.

13 His adde, quod Regularis neque stare possit in iudicio, seu vt actor, seu vt Reus, sine licen-
14 tia sui Prælati; sic ex communi Nauar. *comment. 2. de Regular. num.* 64. & ratio est; quia Regu-
15 laris, cùm omne ius in Monasterium transtulerit, ac veluti mortuus sit, comparatur seruo; seruus
16 autem in iudicio neque agere, neque conueniri potest, *l. lis nulla*, *l. vix*, *ff. de iudic. & l. ser-*
17 *uus Cod. eodem.* Excipe primò, si Regularis beneficiatus cum libera administratione sit, teste Nauarro *loco suprà cit.* Excipe secundò, si Regularis cum licentia Prælati versetur in studio literarum, vel si alia occasione distans sit à Prælato, facilè licentiam petere non possit, & de ea obtinenda rationabilem præsumptionem habeat,
18 Nauar. *loco cit.* Azor.*tom.* 1. *lib.* 12.*cap.*11 *quæst.* 9. & Sanchez *lib.* 6. *moral. cap.* 12. *num.* 14. Excipe tertiò, si Regularis obligationem contraxit, priusquam Religionem ingrederetur; quia tunc per ingressum ea eximi non potuit;quare hoc casu libellus contra Regularem formandus est; quamuis executio sententiæ fieri debeat in bonis Monasterij quatenus ex rebus dicti Regularis aduenerunt, Nauar.*num.*67.Azor.*q.*12.& Sanchez,*n.*
19 2.Excipe quartò, si Regularis Prælatum suum ob rationabilem causam accusare velit,*cap.ex parte de accusat.*quo casu ei expensæ necessariæ ad litigan-
20 dum à Monasterio præberi debent,t;l.& Abb.*n.* 9. *eodem c.* Excipe quintò, quod ob delictum à Re-
21 gulari commissum ipsemet conueniendus est;neque Monasterium obligatur;sicuti neque dominus ob serui delictum conueniri potest,*l.penult.§.sanè, Cod.de noxalib.actionib.*

Adde secundo,quod Regularis neque esse possit 22
in iudicio aduocatus, vel procurator, nisi cum licentia sui Prælati, & cum vtilitate, saltem indicta,Monasterij,*cap.Monachi*, 2. *causa* 16. *q.* 1. *& c.* 2.*de postul.ando*;quibus duabus conditionibus interuenientibus aduocatum,& procuratorem agere poterit,tam in ciuili foro, quàm in Ecclesiastico; 23
dummodò in causa criminali non agat coram Iudice seculari, *argum. cap.* 1. *& cap. vlt. de postulan.* Et extra iudicium procuratorem agere etiam poterit,modò Prælati interfit licentia, sine qua illicitè quidem negotium ex mandato alterius geret,quamuis validè(cùm adsit voluntas mandantis, & suscipientis mandatum) saltem spectato natu- 24
rali iure, quod sacri Canones infirmasse nusquam 25
leguntur.At verò in iudicio,suo, vel alterius nomine, sine Prælati sui licentia stare non poterit; quapropter ipsius acta irrita erunt, Clement. *Religiosus*, *de procuratorib.* & docent San- 26
chez *lib.* 6. *moral. cap.* 13. *num.* 41.Consilium verò siuè voce, siuè scripto, quid in causa qualibet secundùm iura agendum, vel respondendum sit, dare non prohibetur; cùm id non sit aduocatum, vel procuratorem agere, Silu. Angel. Rosell. Armilla, ver. *Aduocatus in principio*, & alij passim.

Adde tertiò,quod è contra Regularis testis in 27
testamento esse possit,sicut & in iudicio,si consensus Superioris adsit, quando coram Iudice, cui subiectus non est, testificaturus, ac iuraturus sit, Silu *ver.testes*,Farinac.*in prax.crimin.p.*2.*q.* 61. *opposit.*14.Clar.*lib.*3.*recept.*3. *testamentum*, *quæst.* 55. Sanchez *cit.lib.* 6. *cap.* 13. & Mol. *tom.* 1. *tract.* 2. 28
disp. 127. vbi ait, validum esse testamentum, tametsi Regularis testimonium suum interponendi à Prælato non habuerit licentiam, quam 29
tamen,saltem præsumptam, vt licitè interponat habere debet;quandoquidem Regularis ea, quæ ab instituto suo aliena, & ad causas pias inseruientia non sunt, tractare non debet : quamuis,si Mo- 30
nasterium, vel causa pia instituatur, tunc Regularis testis testamentarius, etiam non petita licentia Superioris licitè esse poterit, Silu. *ver. testamentum*, 1.*q.*5.*dict.*1.Rosella,*ver.eod.n.*13.& Armilla *num.*8.

Adde quartò,quod Regularis neque possit obi- 31
re munus Tabellionis,*cap.ne clerici*, vel Monachi, vbi idem decernitur etiam de clericis. Quod si Ta- 32
bellio quis erat, priusquam Religionem professus est, vel ordinem sacrum assumpsit, debet quidem signare, ac perficere instrumenta,quæ prius cœperat, tamen postea munus deponere tenetur: quod si tamen in muneris executione perseue- 33
rat, valida erunt, quæ ab ipso geruntur, præterquam si à Prælato suo ipsi interdicatur id facere, ita vt interdictio in publicam notitiam deueniat,Silu. *ver.Tabellio*, *q.*3.*dist.*4. Abb. *cit. cap. sicut*, *num.* 11. Rosella *cit. ver. Tabellio*, *num.* 7. & Sanchez *cit. lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 48. Cæterum *in cap. vt officium*, *§. verum quia*, *ver. ad conscribendas*, *de hereticis in* 6. specialiter conceditur clericis, & Religiosis, qui ante clericatum, 34
vel professionem suam Tabellionis officium gesserant, vt etiam posteà in causa fidei contra hæreticos liberè gerere idem officium possint.

Adde quintò, quod Regularis neque possit 35
obire munus vllum iudiciale, seu vt sit propriè Iudex, seu vt Assessor Iudicis,nisi cum licentia Prælati sui, & in causa concernente, saltem

indi-

indirectè, Monasterij vtilitatem; sic colligitur ex *cap. Monachi*, 2. 16. *q.* 2. *& ca.* 2. *de postulando*, vbi Hostiensis, & Abb. *n.* 3. & Sanchez *cit. lib.* 6. *mor. c.* 13. *n.* 35. *& 85.*

36 Ex quibus sequitur, quod neque possit esse arbiter, nisi concurrentibus iisdem duabus conditionibus Angel. *verb. arbiter*, §. 5. Tabiena *numer.* 10. Armilla *num.* 12. Silu. *q.* 16. vbi tamen rectè subdunt, quod possit esse arbitrator cum Prælati sui
37 licentia, quamuis de Monasterii vtilitate non agatur; quia differunt arbiter, & arbitrator; siquidem arbiter constituitur à partibus, vt secundùm iuris terminos sententiam ferat, ideoque veluti Iudex quidam sit, iuxta *l.* 1. *ff. de arbitris*: at arbitrator à partibus eligitur, tanquam amicabilis compositor, vt pro bono pacis seruandæ, vnius iuri diminuere, & alteri tribuere, visitata tamen læsione magna, licitè, & validè possit, Silvest. *ver. arbiter*, 1. *quæstio.* 2. *differem.* 20 *& q.* 3. Tabien. *num.* 13. Armilla, *numero* 18. & Sanchez, *num.* 52. Vide paulum Staibanum *ref.* 37. Quapropter cùm arbitratoris munus, seu arbitramentum ad partium concordiam, adeoque ad pietatem principaliter spectet, non est alienum à Regularibus, vt præstare illud possint, modò Prælati habeant licentiam, sine qua illicitè præstarent, quamuis validè: sed arbitrium, quod instar Iudicij est, si sine licentia Superioris præstarent, irritum erit; sicut & serui arbitrium irritum est, *leg. Pedius*, §. *in seruum*, *ff. de receptis*, *qui arbitrium*, *&c. & ibi gloss. ver. nullum sit.*

39 Adde sextò, quod Regularis, qui Prælatus non est, non possit constitui delegatus ad exequendas literas Summi Pontificis, aut Legati eius, nisi ex certa scientia ipsius Summi Pontificis; *cap. statutum, de rescript. in* 6. vbi dicitur, huiusmodi delegatos debere esse constitutos in dignitate, vel esse Cathedralis Ecclesiæ Canonicos: inter Regulares autem soli Prælati, id est, qui saltem in eodem
40 Monasterio superiorem alium non habent, in dignitate constituti censentur, Sanchez *cit. cap.* 11. *num.* 75. & colligitur ex *cap. nisi essent de præbend.* & Clement 2. *de rescript.* Ex quo infertur, quod
41 Priores Ordinum Mendicantium, & Guardiani Minorum, & similes, cùm in dignitate constituti sint, iuxtà ea, quæ dicebantur, Iudices Conseruatores constitui possint, Rodriguez *to.* 1. *regul. q.* 65. *art.* 3. & sumitur ex *cap. vlt. de offic. delegati n.* 6.

42 Est autem Iudex Conseruator, qui ex Summi Principis voluntate, qualis in Ecclesiasticis est Summus Pontifex, miserabilium personarum, & viduarum, pupillorum, senum decrepitorum, ac Regularium causas, contra iniustè vexantes suscipit, ac defendit. Vbi nota, quod à Gregorio XIII. in Bulla edita anno 1573. concessum sit, quod in Conseruatorem Iudicem eligi possit quicumque in dignitate constitutus sit, & Vicarius generalis
43 Episcopi, & Canonicus Ecclesiæ Cathedralis; quo nomine venit etiam Canonicus Ecclesiæ Regularis, si Cathedralis sit, Abb. *in cap. causam quæ*, *num.* 9. *de iudic.* Nota secundò, quod Iulius II. Innocent.
44 VIII. & Leo X. Ecclesiastica districtione præcepérint personis in dignitate constitutis, quod literas conseruatorias à Regularibus oblatas recipere, eosque in iuribus, ac priuilegiis suis conseruare, ac defendere teneantur, vt apud Rodriguez *cit. q.* 65. videre est.

DVBITATIO XVI.

An, si Regularis aliquis declaretur incorrigibilis, possit Episcopus loci inquirere, an iustè, vel iniustè electus sit?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in sententia Cardinalis in Clement.* 1. §. *quia vero*, *ver. addo quarto potest cognoscere an Electus à Religione sit iustè vel iniustè electus.*

2 *Sac. Congregatio statuit solummodo quod sententia electionis notificetur Ordinario.*

3 *Recognoscere alterius sententiam est actus superioritatis, & Iurisdictionis.*

4 *Sententia Pontificis, & Principis non potest per alium retractari, quia superiorem non habent.*

5 *Regulares sunt omnino exempti à Iurisdictione Ordinarij iuxta alias dicta, & solum subiiciuntur in casibus expressis.*

6 *Ordinarius loci non potest se ingerere, an Regularis electionis sententia à Prælato Religionis data, sit iusta, vel iniusta.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Cardinal. *in Clement.* 1. §. *quia verò*, *ver. Addo quartò*, & Lauretus de Franchis *par.* 1. *Controuers. inter Episc. & Regular. Ad Decreta S. Congregationis de Apostatis, & electis ad tertium quæsitum pag.* 219. affirment, quia multi sunt electi culpa propria; & latè vtuntur, vnde dolus ipsis patrocinaretur) negandum tamen sit; quia in decreto S. Congregationis de Electis disponitur, quid seruandum sit ante electionem, in ipsa electione, & post electionem, & solum statuitur, quod sententia electionis notificetur Ordinario; ergo signum est, quod omne aliud non concedatur, præsertim facultas inquirendi, an sententia electionis sit iusta, vel iniusta; & meritò; quia recognoscere alterius sententiam, est actus superioritatis, & iurisdictionis: cùm facultas recognoscendi sit facultas corrigendi sententiam, & sit subiicere propriæ potestati, quod ab alio gestum est, quod non fit sine exercitio superioritatis *arg. cap. sententia*, 35. *q.* 9. *cap. nemini*, 17. *q.* 4. *l.* 1. *in fin. ff. de quæst. & l.* 1. §. *de qua*, *ff. de postulan.* & tradunt gl. *in cit. cap. nemini*, & Bald. *in l.* 2. *Cod. de sen. exper. recit.* vbi dicitur, quod sententia Pontificis, & Principis non possit per alium retractari, quia superiorem non habent. Cùm ergo Regulares sint omninò exempti à iurisdictione Ordinarij, *vt supra* dicebam ex *cap. nimis prava de excessibus Prælat. cap.* 1. §. *fin. & cap. neque aliquis de priuilegiis in* 6. & ex Tridentino *sess.* 14. *cap.* 5. *& sess.* 21. *cap.* 2. *& cap.* 11. *de reformat.* & solum subiiciantur in casibus expressis, de quibus non est præsens casus, sequitur, quod non possit Ordinarius loci se ingerere, an Regularis electionis sententia à Prælato Religionis data sit iusta vel iniusta.

1 2 3 4 5 6

DVBITATIO XVII.

An, si quis alleget exemptionem, possit Episcopus cognoscere an sua sit iurisdictio?

SVMMARIVM.

1 *Iudex stante allegatione exemptionis non potest cognoscere de sua Iurisdictione, atque adeo nec iudicare de exemptione.*

2 *Iudex inferior allegato per aliquem priuilegio exemptionis, non potest procedere, nec iudicare, an sua, vel non sua sit Iudisdictio: sed stante dubio recurrere debet ad superiorem, à quo concessum est priuilegium exemptionis.*

3 *Illius est declarare cuius est condere.*

4 *Declaratio debet præbere auctoritatem priuilegio, & eius terminos præscribere, quapropter fieri debet à concedente, vel ei aquale.*

5 *Inferior non potest iudicare causam superioris.*

6 *Iudicans de gratia exemptionis non solum cognoscere debet de concessione; sed etiam de iure concedentis.*

7 *Romano Pontifici interest subditos suos exemptos, & sibi immediate subiectos ab alio non iudicari; ac proinde eorum exemptionem non cognosci.*

8 *Textus in cap. cum Persona de priuileg. in 6. ostenditur potius prodesse, quam obesse sententiæ Auctoris in medium affertur, perpenditur, & examinatur.*

9 *Habentes priuilegium exemptionis tenentur in loco tuto illud exhibere Ordinariis non autem ab Ordinariis iudicari poterit.*

10 *Nemo potest esse Iudex in causa propria.*

11 *Iudicans an sibi non obstante exemptione allegata Iurisdictio competat, non iudicat in propria causa; sed in causa magistratus.*

12 *Causa magistratus non est causa propria priuata ipsius Iudicis, sed publica: nam non sibi ius dicit; sed tuetur auctoritatem, & maiestatem publicam.*

13 *Causa Iurisdictionis non est priuata; sed publica; nam damnum, & emolumentum non pertinet ad Iudicem; sed ad Rempublicam.*

14 *Causa omnis est illius, ad quem pertinet damnum, vel emolumentum.*

15 *Iudex Inferior non quia in causa propria, sed quia in causa sui superioris cognosceret, non potest Iudicare de exemptione à sua Iurisdictione.*

16 *Causa exemptionis est causa superioris.*

17 *Textus in l. si quis ex aliena ff. de Iudic. & in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. exponuntur, & declarantur non obstare Auctoris sententiæ.*

18 *Vocatus in Iudicium ex aliena Iurisdictione debet accedere, quando sumus in concursu Iurisdictionis, puta Prætoris, & alterius Iudicis Inferioris; secus in concursu Inferioris, & superioris ratione exemptionis.*

19 *Vocatus in Iudicium debet solum allegare suam exemptionem, & priuilegium, non autem Iudex debet iudicare an sua sit Iurisdictio.*

20 *Citatus debet comparere ad hoc vt Iudex sciat an causa sit de sua Iurisdictione; non quod stante dubio debeat cognoscere, an sua sit Iurisdictio.*

RESPONDETVR in genere, quod stante allegatione exemptionis, non possit Iudex cognoscere de sua iurisdictione, atque adeò nec iudicare de exemptione; sic ex communi gl *in c. cùm venissent, ver. iudicari, de iudic.* Abb. *in cap. super literis, num. 10. de rescript.* Innocent. *in cap. venerabili de cens.* Gutier. *lib. 3 pract. qu. 28. num. 2.* Garsias *de nobilit. gl. 1. §. 1 num. 1.* Gail. *lib. 1. obseruat. 1. num. 7.* Armilla *ver. Interpretatio, num. 4.* Gironda *de priuileg. & exempt. num. 83.* Gregor. Lopez *in l. 1. tit. 1. part. 2. & in l. 27. gl. 1. num. 18. part. 3.* Barbosa *ad cap. cùm venissent, numer. 2. de iudic.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. disp. 15. qu. 10. num. 3.* & Cochier *de iurisdict. Ordinar. in Exempt. lib. 2. q. 13.* contra Mancinum *in disquisit. Genial. centur. 3. cap. 271.* Quapropter allegato priuilegio exemptionis non potest amplius Iudex inferior procedere, nec iudicare, an sua, vel non sua, sit iurisdictio, sed stante dubio recurrere debet ad superiorem, à quo concessum est priuilegium exemptionis. Probatur ex *cit. cap. cùm venissent, de iudic.* ibi: *Cùm super priuilegiis Sedis Apostolicæ causa versatur, nolimus de ipsis per alios iudicari.* & meritò; quia illius est declarare, cuius est concedere, *l. fin. Cod. de legib. cap. inter alia de sent. excommun. & cap. sicut, §. ex his, 11. quæst. 1.* Siquidem declaratio debet præbere auctoritatem, priuilegia, & eius terminos præscribere: quapropter id fieri debet ab habente æqualem auctoritatem cum eo, à quo priuilegium fuit concessum: Consequenter, cùm agitur, an stante priuilegio exemptionis, competat iurisdictio Iudici inferiori, non potest ipse de hoc iudicare; quia iudicando præscriberet terminos exemptionis, quod ab ipso fieri non potest: nam inferior non potest iudicare causam superioris; siquidem ad iudicandum requiritur iurisdictio supra personam, cuius causa iudicatur; cùm iudicare sit actus iurisdictionis: cùm autem iudicatur circa alicuius exemptionem, iudicandum est, non solum de gratia concessa à superiore, sed etiam de iure superioris; quia qui est exemptus, exemptus est immediatè de iure, & proprietate Superioris; *cap. cum tempore, de arbitr. & cap. cùm olim, §. nos igitur, de priuileg.* Vnde communiter Doctores docent, quod interest Romano Pontifici, subditos suos, scilicet exemptos, & sibi immediatè subiectos, ab alio non iudicari, ac proinde eorum exemptionem non cognosci. Sic Abb. *in cap. 1. num. 19. de re iudic. & in cap. si de terra, num. 5. de priuileg.* Io. Andr. *in cap. scienti in fin. de regul. iuris in 6.* Franch. *ibid. numer. 4.* Felin. *in cap. cùm olim, numer. 3. lib. 1.* & Rota in Vlyxbonen. Monasterij 19. Nouembr. 1615. coram Coccino, & in Gandauensi Monaster. 29. April. 1641. coram Cardin. Panzirolo. Vide *supra sect. 14.* 1

Obijcies, obstare text. *in cap. cùm persona de priuileg. in 6.* 2

Respondetur, textum hunc non obstare; quia solum ibi statuitur, quod ad tollenda subterfugia, quibus aliqui prætextu exemptionis declinabant forum, & correctiones Ordinariorum, 3

teneau

teneantur, qui tale priuilegium exemptionis præ-
9 tendunt, illud in loco tuto monstrare Ordinario, vel eius deputatis, & exhibere integraliter legendum, & tradere transcriptum de articulis, de quibus controuersia erit: non autem tribuitur Ordinario aliqua facultas iudicandi circa priuilegium exemptionis, vel, an illo non obstante, iurisdictio sibi competat, vti constat ex ipso textu, ibi: *Nos volentes super hoc de salubri remedio prouidere, statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia, seu indulgentias Sedis Apostolicæ exemptos à locorum Ordinariis, requisiti huiusmodi priuilegia, seu indulgentias, quibus se dicunt fore munitos, ipsis Ordinariis in loco congruo, & securo, vel aliquibus prudentibus viris omni suspicione carentibus, ad hoc per dictos Ordinarios deputatis, infra terminum competentem pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum iusto impedimento cessante ostendere, ac ad legendum integraliter exhibere; nec non de articulis, de quibus controuersia fuerit, transcriptum tradere teneantur.* Ex quibus clarè constat, quod solum ostendendum sit priuilegium exemptionis ad excludendas exemptiones fictitias, & sine fundamento, non autem quod stante vera exemptione. Iudex inferior iudicet, an sua sit iurisdictio.

10 Obiicies secundò cum Mancino *loco suprà cit.* si Iudex inferior non posset in tali casu iudicare, an sua sit iurisdictio, in tantum esset, in quantum nemo potest esse Iudex in causa propria, iuxta
11 *torum Tit. Cod. vt nemo in sua causa*: at si iudicat, an sibi, non obstante exemptione allegata, iurisdictio competat, non iudicat in propria causa; si-
12 quidem iudicat in causa Magistratus, quæ non est causa propria priuata ipsius, sed publica: nam non sibi ius dicit, sed tuetur auctoritatem, & maiestatem publicam, quam tenetur tueri; quapropter vindicat etiam iniuriam sibi illatam, quasi factam dignitati, quam gerit; præsertim quia causa priuata distinguitur ab ea, quæ est
13 causa Reipublicæ, *l. Reipubl. & l. non verè, ff. ex quibus causis &c.* Et in hoc casu cùm agatur de iurisdictione, quæ non est quid priuatum, sed quid Reipublicæ, causa non est priuata, sed Reipublicæ: quandoquidem damnum, vel emo-
14 lumentum non pertinet ad Iudicem, sed ad Rempublicam: omnis autem causa est illius, ad quem pertinet damnum, vel emolumentum, *l. 1. §. in propria, ff. quando appell.* ergo, &c.

15 Respondetur, nego sequelam maioris, quia ratio, cur non possit in hoc casu Iudex inferior iudicare, an sua sit iurisdictio, non est, quia iudicaret in propria causa, sed quia iudicaret in causa sui superioris, quod non potest facere; quia cùm causa sit illius, ad quem spectat damnum, vel emolumentum, *vt suprà dicebatur ex cit. l. 1. § in propria, ff. quando appelland. sit*; & damnum, vel emolumentum circa exemptionem pertinet ad
16 Superiorem, vt constat ex dictis, causa exemptionis est causa superioris.

17 Obiicies tertiò, obstare textum *in l. si quis ex aliena, ff. de iudic. & textum in l. 2. ff. si quis in ius vocat. non ierit*; in quibus dicitur, quod in ius vocatus venire debeat; quia pertinet ad Iudicem iudicare, an sua sit iurisdictio: sic enim habetur *in cit. l. si quis*: *Si quis ex aliena iurisdictione ad Prætorem vocetur, debet venire, vt & Pomponius. & Vindius scripserunt. Prætoris est enim æstimare, an sua sit iurisdictio; vocati autem non contemnere auctoritatem Prætoris: nam & Legati, cæterique, qui reuocandi domum ius habent, in ea sunt causa, vt in ius vocati veniant, priuilegia sua allegaturi*; & in *cit. l.* 2. habetur ex quacumque causa ad Prætorem, vel alios, qui iurisdictioni præsunt, in ius vocatus venire debet, vt hoc ipsum sciatur, an iurisdictio eius sit.

Respondetur, textus hos non obstare: non enim 18
obstat textus *in l. si quis*; quia, vt ex citatis verbis ipsius patet, in prima parte solum habetur, quod cùm quis non exemptus vocatur in iudicium ex aliena iurisdictione, debeat accedere; quia pertinet ad Prætorem iurisdictio; quando scilicet
sumus in concursu iurisdictionis ipsius Prætoris, & alterius Iudicis inferioris; non autem quando sumus in concursu Iudicis inferioris, & superioris ratione exemptionis; quia tunc, vt habetur in secunda parte textus, vocatus in iudicium, debet solum allegare suam exemptionem, ac priuilegium; non autem Iudex debet iudicare, an sua sit iurisdictio. Et *in l. 2.* so-
lum habetur, quod citatus debeat comparere, ad hoc, vt Iudex sciat, an causa sit de sua iurisdictione; quia nimirum exemptus debet coram ipso allegare suam exemptionem, vt hoc pacto Iudex sciat, quod non sit de sua iurisdictione; non autem quod, stante dubio de exemptione, debeat cognoscere, an sua sit iurisdictio.

DVBITATIO XVIII.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad Confessiones?

VT Responsio, quæ sect. 17. ponetur, clarius patebit, sit.

SECTIO I.

Quisnam possit esse Minister Sacramenti Confessionis?

SVMMARIVM.

1 *Solus Sacerdos potest esse Minister Confessionis Sacramenti.*

2 *Confessio in articulo mortis absente Sacerdote, potest fieri etiam laico non in ordine ad Sacramentalem absolutionem; sed solum ad excitandam contritionem, & exercendum actum humiliationis, & pudoris.*

3 *Confessio, quod in mortis articulo absente sacerdote fieri debeat laico, non est de præcepto; sed tantum de consilio, si spectatis circumstantiis salubriter fieri possit.*

4 *Minister absolutionis à censuris valide in articulo mortis potest etiam esse laicus, sive Vir, sive fœmina.*

RESPONDETVR, quod solus Sacerdos possit esse 1
minister Sacramenti Confessionis. Sic definitur in *Flor. in decreto Eugenij IV. & Trid. sess. 14. c. 6. & Can. 10.* & sumitur *ex cap. 20. S. Ioan.* Vnde, 2
quod Doctores aliqui monent ex *c. 2. dist. 6. de pœnit.* si desit Sacerdos, præsertim in articulo mortis, cuiuis alteri, etiã laico, cõfitendũ esse; id nõ intelligitur in ordine ad Sacram. absolutionẽ, sed solũ ad

exci-

excitandam contritionem, & exercendum actum humiliationis,& pudoris:quare neque in præcepto est talis peccatorum confessio, sed solum in consilio,si spectatis circumstantiis, salubriter fieri possit.Alensis *p.4.q.78.membr.1.art.1.*S Bonauent. *in 4.d.17.p.3.art.1.q.1.*Durand.*ibid.q.11.* Abb.*in c.quanto,de consuetud.n.* 12. Cardinalis de Lugo *de sacram.pœnit.disp.18.sect.1.*& Nauar.*c.1.numer.* 78.

3

4 Quamuis minister absolutionis à censuris, vtpotè non sacramentalis,validè,quin in articulo mortis, etiam licitè,ex probabili sententia Doctorum possit esse etiam laicus, & etiam fœmina, sicuti dicebam *lib.de Parlamentis Dubitat. 4. sect. 19. subsect. 32.Corol.2.*

SECTIO II.

An, vt sacerdos possit absoluere,præter potestatem Ordinis,requiratur potestas iurisdictionis?

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos vt à peccatis absoluat præter potestatem Ordinis, debet habere potestatem Iurisdictionis.*

2 *Absoluere est actus Iudicialis, & sic Iurisdictionem in subditos requirit.*

3 *Distinguitur inter potestatem Ordinis, & Iurisdictionis, si quidem potestas Ordinis in omni sacerdote æqualis est,sed est tantum remota, & indeterminata,determinatur autem per potestatem Iurisdictionis à Christo, vel Ecclesia in omnes vel in certos tantum fideles collata.*

4 *Is,qui Doctor, Iuris creatur, potestatem is accipit iudicandi de rebus in iure controuersis, vel ex cathedra publice docendi,sed tantũ, remotã & incompletam, donec fiat Iudex vel Lector publicus.*

5 *Confessarius non venit in Bullis Pij V. de clausura, & Clementis VIII. de Largitione munerum, sed solum priuantur gradus honorificis, quibus annexum est ius superioritatis, contra Lezanam.*

1 REspondetur,quod vt sacerdos à peccatis possit absoluere,præter potestatem Ordinis, requiratur potestas iurisdictionis. Sic etiam definitur in Florent. *loco cit.*& Trident.*sess.14. cap.7.* & colligitur ex *cit.cap.20.Ioan.*& probatur, quia ab-
2 soluere est actus iudicialis;& sic iurisdictionem in subditos requirit.

Quare distinctio est inter potestatem Ordinis,
3 & potestatem Iurisdictionis,siquidem potestas Ordinis in omni sacerdote æqualis est, extendens se ex Christi institutione ad omnia omnium fideliũ peccata remittenda,iuxta illud, *Quorum remiseritis peccata,&c.*sed est tantum remota, & indeterminata,quæ per se in actum exire non potest, perficitur autem,& determinatur, vt in actum exire possit, per potestatem iurisdictionis à Christo, vel Eccle-
1 sia in omnes,vel in certos tantum fideles collatæ; sicuti cùm quis Doctor iuris creatur, potestatem
4 is accipit iudicandi de rebus in iure controuersis, vel ex cathedra publicè docendi,sed tantum remotam,& incompletam,quæ in actum exire non potest,donec accepta iurisdictione alicubi Iudex, vel accepta cathedra alicubi Professor constituatur. Sot.*in 4.dist.18.q.4.art.1.*Nauar.*in c.placuit.n.* 18. Med.*C.de Confess.q.34.*& 35.Henriquez *lib.6. cap.* 1.§.2.& Suar.*de sacram.pœnit.disp.16.sect.3.*

Cæterùm cùm in Bullis Pontificiis(vt Pij V.de clausura,& Clementis VIII. de largitione mune-
5 rum)& in decretis S. Congregationis prohibetur aliquid fieri sub pœna priuationis officiorũ, graduum,dignitatum,administrationum, honorum, &c.non venit Confessarius,sicut nec venit Magister Nouitiorum,nec veniunt Ministri, Consultores,Admonitores,Prædicatores, Theologiæ lectores,Sacristiæ Præfecti definitores, discreti, &c.sed solum veniunt gradus honorifici cum superioritate,seu officia,quibus annexum est ius superioritatis,vt Generalatus,Prouincialatus, Guardianatus, officium Commissarij generalis,visitatoris, Vicarij monachorum,vel monialium,officium Abbatissæ,vel Prioritiæ, & similia. Sic contra Lezanam *in sum.qq. Regular.cap.10.n.* 32. docent ex communi Rodriguez in Exposit. Mor. Pij V.*nu.*21. Sanchez *lib.6.moral.c.*15.*n.*66.Fillinctus *to.* 2. *tract.* 32.*cap.* 3.*num.*77.Bonacina *de clausura punct.* 4. *num.* 6. & de largitione munerum *disp.*3.*punct.*5.*numer.* 2.& videri etiam poterit Soula in Bulla Clementis VIII.*de largit.muner.n.*102.& Faustus *in Resol.Relig.lib.*8.*q.*130.qui subdunt, & rectè, quod dicta pœna officiorum,graduum,&c.non incurratur,nisi post sententiam criminis declaratoriam.

SECTIO III.

An sacerdos ex se potestatem iurisdictionis habeat ad absoluendum?

SVMMARIVM.

1 *Quilibet sacerdos in tribus casibus ex perpetua Ecclesiæ consuetudine potestatem Iurisdictionis habet ad absoluendum.*

2 *Quilibet sacerdos potest absoluere à peccatis venialibus,si pœnitens velit illa claubus subiicere,& consequenter ab excommunicatione minori contra Caietanum.*

3 *Quilibet sacerdos potest absoluere à peccatis mortalibus,à quibus pœnitens ante legitimè absolutus fuit.*

4 *Peccata oblita indirecte in Confessione propter bonam fidem remissa sunt, tamen si in memoriam veniant, necessariò Clauibus subiicienda sunt.*

5 *Quilibet sacerdos in mortis articulo potest absoluere ab omnibus peccatis,& censuris etiam summo Pontifici,vel Episcopo specialiter reseruatis.*

6 *Sacerdos excommunicatus denunciatus,vel publicus Percussor Clerici non potest absoluere nisi in articulo mortis.*

7 *Facultas seu Iurisdictio absoluendi non de iure diuino,sed ex Ecclesiæ concessione competit sacerdoti cõtra Caietanum satis probabiliter asserentem esse de iure diuino.*

8 *Simplex sacerdos licet in sententia Caietani possit absoluere à venialibus,& mortalibus rite semel confessis,& absolutis, non tamen potest ab excommunicatione minori, quia requiritur Ecclesiæ Iurisdictio.*

9 *Iurisdictio non requiritur ad absoluenda peccata venialia cum sint materia sacramenti Pœnitentiæ non necessaria,sed solum sufficiens.*

10 *Per mortis articulum non intelligitur tantum quasi vltimus vitæ spiritus, sed quodnis etiam probabilis*

probabile mortis periculum vide ibi, quod habet locum etiamsi quis sponte, & non ex causa vrgente motus tale periculum adeat contra Sanchez.

12 *Peccator in articulo mortis & iure diuino positiuo, & iure diuino naturali, & ex charitate erga se ipsum tenetur confiteri.*

13 *Peccator absolutus in articulo mortis à peccatis superiori reseruatis per simplicem Sacerdotem, cessante periculo non tenetur comparere coram illo superiore.*

14 *Sacerdotes omnes in mortis periculo non indirectè, & per concomitantiam; sed directè, & per se ab omnibus peccatis, & censuris absoluere possunt.*

15 & 16 *Absolutus in articulo mortis à simplici sacerdote à censura aliqua superiori reseruata, cessante mortis periculo superiori sistere se debet, non vt iterum absoluatur; sed vt mandatum eius accipiat, si partis satisfactio requiratur, aliàs secus.*

17 *Absolutus à priuilegiato à censura predicta in articulo mortis non tenetur se sistere superiori.*

18 *Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. intelligendum est solum de iis censuris, quæ Sacramentorum susceptionem, & Ecclesiasticam sepulturam impediunt, non de suspensione ab ordine, officio, vel Beneficio; & multo minus irregularitate.*

19 *Quilibet sacerdos in mortis articulo etiam non approbatus, etiam suspensus, quin etiam excommunicatus non toleratus potest absoluere; item hereticus denunciatus.*

20 *Peccator in articulo mortis non peccat si Hæretico sacerdoti; quamuis ab illo peruersionis periculum non timeat, in odium, & detestationem hæresis confiteri recusat, modo speret de peccatis suis se esse contritum.*

21 *Quæ dicta sunt de Sacramentali confessione extendi possunt etiam ad sacramentum Baptismi, non autem ad alia sacramenta, cum non sint tanta necessitatis.*

22 *Viaticum in mortis articulo in casu necessitatis non est illicitum sumere ab excommunicato non tolerato, & etiam ab Hæretico denunciato, si peruersionis periculum non timeatur.*

23 *Viaticum sumere in articulo mortis ad mentem nonnullorum est necessarium necessitate medij ad salutem, & sic de iure diuino.*

24 *Viaticum producit per accidens primam gratiam, si suscipiens sit in bona fide.*

25 *Quilibet sacerdos in periculo mortis modo quo supra dicebatur potest absoluere; etiamsi adsit Confessarius approbatus, & multo magis etiam si adsit proprius Parochus.*

26 *Opposita sententia est communior, & fortasse probabilior.*

1 REspondetur. quod Sacerdos ex se, & sic quilibet Sacerdos in tribus casibus ex perpetua Ecclesiæ consuetudine, potestatem iurisdictionis habeat ad absoluendum. Primò, super peccata venialia (vt potè Sacramenti Confessionis materiam non necessariam, sed solum sufficientem, si pœnitens velit illa clauibus subiicere) & consequenter etiam super excommunicationem minorem, vt potè quid accessorium ad illa: quamuis contrarium quoad hanc sentiat Caietanus ver. *absolutio*, 5. *in fin.* vt mox infra dicetur. Secundò, propter eandem rationem, super mortalia, à quibus pœnitens ante legitimè absolutus fuit. Quapropter minus 4
recte addunt aliqui peccata etiam oblita; quia li-
cet hæc indirectè propter bonam fidem remissa sint,
tamen cùm in memoriam veniunt, necessariò clauibus subiicienda sunt, vt scilicet directè, quomodo numquam remissa sunt, remittantur. Tertiò, 5
in mortis articulo super omnia peccata, & censuras, etiam summo Pontifici, vel Episcopo specialiter reseruata.

Discrimen autem est, quod in primo, & secundo 6
casu potestatem iurisdictionis, seu potestatem absoluendi Ecclesia aufert sacerdoti excommunicato denunciato, vel notorio percussori clerici; non sic in tertio casu; quia licet in tertio casu auferre etiam posset, non expedit propter huius Sacramenti necessitatem ad salutem, vt etiam in tertio casu illam auferat. Quæ omnia aiunt, quod huiusmodi facultas, seu iurisdictio absoluendi non de 7
iure diuino, sed ex Ecclesiæ concessione competat Sacerdoti; sicuti docent Med. *q.* 36. Suar. *loco cit. disp.* 26. *sect.* 5. Cardinalis de Lugo *de sacram. pœnit. disp.* 18. *sect.* 2. & Valent. *de sacram. pœnit. disp.* 7. *q.* 10. *punct.* 2. Quamuis contrarium satis probabi- 8
liter sentiat Cajet. *loco supra cit.* vbi propterea ait, quod à peccatis venialibus (idem dic ad mentem ipsius de mortalibus ritè semel confessis, & absolutis propter eandem rationem) possit absoluere simplex sacerdos, non tamen possit ab excommu- 9
nicatione minori; quia ad hanc, cùm sit vinculum Ecclesiasticum, requiritur Ecclesiæ iurisdictio, quam non habet simplex sacerdos; non tamen requiritur ad peccata venialia, cum sint materia Sacramenti pœnitentiæ non necessaria, sed solum sufficiens; & sic sufficiat solum, si ipsemet pœnitens liberè se submittendo tribuat ei iurisdictionem.

Dixi, *in mortis articulo, seu periculo*; quia per 10
mortis articulum, quo omnis sacerdos, ex Ecclesiæ concessione, potest absoluere, non intelligitur tantum, quasi vltimus vitæ spiritus, sed quoduis etiam probabile mortis periculum, siue ex infirmitate, vel superuentura perpetua, vel diuturna amentia, siue ex iudicis decreto, siue ex alia causa vt ex imminenti belli conflictu, peste, partu periculoso (puta, si primus sit, vel si mulier ante difficiles partus experta fuerit, iuxta Abb. *in cap. quod in re, de pœnit. remiss.*) vel nauigatione periculosa, aut valde longa, in qua sacerdotis copia probabiliter futura non speretur. Doctores, quos citat, & sequitur Nauar. *cap.* 26. *num.* 31. Silu. *ver. Confessor*, 1. *q.* 6. *dict.* 7. Couar. *cap. alma par.* 1. §. 11. *num.* 8. Henriq. *lib.* 6. *cap.* 9. & 11 Aulla *de censur. part.* 5. *disp.* 4. *sect.* 1. *dub.* 5. Mol. *de iust. tract.* 3. *disp.* 63. *num.* 6. Suarez *disp.* 26. *sect.* 4. Cardinalis de Lugo *cit. disp.* 18. *num.* 21. & Sanchez *lib.* 2. *mor. cap.* 13. *num.* 7. *argum. cap. si quis suadente*, 17. *q.* 4. & *cap. eos qui de sententia excomm. in* 6. contra Sotum *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 4. §. *quæris autem.*

Et etiam, si quis sponte, & non ex causa vrgente 11
motus tale periculum adeat, contra Sanchez *supra*. Mouetur; quia ratio, cur Ecclesia in mortis periculo omnibus sacerdotibus absoluendi potestatem tribuat: est; quia peccator in tali casu, & iure diuino positiuo, & iure diuino naturali ex 12
charitate scilicet erga seipsum, ad sua peccata confitendum obligatur: quæ ratio obligationis locum habet, etiamsi quis sponte, & sine necessitate periculum mortis adeat.

Dixi secundò, *super omnia peccata, & censuras, etiam Summo Pontifici, vel Episcopo specialiter reseruata*: quia in Trid. *Concil.sess.*14.*cap.*7.dicitur: *In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis: atque ita omnes sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis,& censuris absoluere possunt.* Vbi

13 Aduerte primò, quod si sacerdos quicunque ob necessitatem in mortis periculo à peccatis superiori reseruatis absoluit, cessante tali periculo opus non sit, vt absolutus coram superiore illo compareat. Palud. *in* 4. *dist.*20. *q.*1.*art.*2. *concl.*3. Silu. *ver. Confessor.* 1. *q.* 20. Cardinalis de Lugo *de sacram.Pœnit.disp.*20.*sect.*19.§.1.Nauar.*cap.*26. *num.*26. & alij passim;quia in mortis periculo omnes

14 sacerdotes, non indirectè, & per concomitantiam, sed directè, & per se, ab omnibus peccatis,

15 & censuris possunt absoluere. Quamuis si peccato alicui annexa sit excommunicatio superiori reseruata, tunc absolutus, cessante mortis periculo (aliàs reincidet in excommunicationem eiusdem naturæ, licet non similiter vitandam, si prior erat vitanda) superiori sistere se debeat;non quidem vt ab eo iterum absoluatur, sed vt mandatum eius accipiat, iuxta *cit. cap. eos*, & Extrauag. *inter cunctas.* §. *incendiarios*, *de priuileg.* Quod tamen aliqui limitant, si annexa sit excommunicatio partis

17 satisfactionem requirens; secus, si alia. At quidquid sit de hoc, saltem limitatio vera est, si absolutus fuerit à priuilegiato; quia hic potestatem absoluendi habet à censuris reseruatis,tanquam Pontificis delegatus, sine onere, quod absolutus habeat se superiori postea sistendi, seu comparendi.

18 Aduerte secundò, quod Tridentinum intelligendum sit solum de iis censuris, quæ Sacramentorum susceptionem, & Ecclesiasticam sepulturam impediunt; cuiusmodi sunt excommunicatio,personale interdictum (à quibus moribundus,etiamsi Sacramentalem absolutionem non recipiat, interdum absolui potest, vt quia v.g. amens est.) non item suspensio ab ordine, officio, vel beneficio, & multò minus irregularitas. Zambran. *cap.*4.*dub.*4. *num.*17. & Sanchez *lib.*2. *mor. cap.*13. *n.*12.

19 Aduerte tertiò, quod, cum Tridentinum verbis generalibus vtatur, *omnes sacerdotes absoluere posse*, comprehendatur ibi (sicuti *supra* dicebam) quilibet sacerdos, etiam non approbatus,etiam suspensus, quin etiam excommunicatus non toleratus, Doctores,quos citat, & sequitur Henriquez *lib.*6. *cap.*11. *num.*18. Zambran. *loco cit. num.*20. Suar. *part.*3.*tom.*3.*disp.*72.*sect.*4.*in fin.& tom.*4.*disp.*26. *sect.*4. *num.*5. Coninch. *disp.*14.*dub.*16. *num.*234. Cardinalis de Lugo *loc cit.num.*18.& alij communiter contra Medinam *Cod. de Confess. q.* 28. quem sequitur Couar *cap.alma*, *p.*1.§.6. *concl.*8.quamuis dubius,sicut & Sot. *in* 4. *dist.*18.*q.*4. *art.*4.Nauar. *cap.*26. *num.*26. qui saltem hæreticum denunciatum etiam in periculo mortis, absoluendi potestate priuatum esse arbitratur; sed minus rectè,cùm Tridentinum *loco cit.* apertè dicat, in mortis periculo nullam esse reseruationem peccatorum, sed eorum absolutionem omnibus sacerdotibus ex perpetua Ecclesiæ consuetudine esse concessam.

20 Illud tamen cum Paludano *in* 4.*dist.*17.*q.*3.*art.*3. admiserim, quod non peccet in articulo mortis quis, si hæretico sacerdoti,quamuis ab illo peruersionis periculum non timeat, in odium, & detestationem hæresis, confiteri recuset, modò speret se de peccatis suis esse contritum.

Cæterum quod dixi de absolutione Sacramentali,posse scilicet eam à Sacerdote non tolerato,& 21
etiam hæretico denunciato,ob necessitatem suscipi, idem ob eandem rationem, & multò magis,de susceptione Baptismi dicendum est; non item de aliis Sacramentis;quia tantæ necessitatis non sunt Azorius *tom.*1. *lib.*8.*cap.*11.*q.*12. Quamuis si Sa- 22
cramentum pœnitentiæ in mortis periculo suscipi non possit, viaticum ab excommunicato non tolerato, & etiam hæretico denunciato (si peruersionis periculum non timeatur, & moriturus speret se esse contritum,& alius nemo adsit,qui possit administrare.) accipere non sit illicitum; quia lex Ecclesiastica in tali necessitate non obligat; cùm illa obligare non soleat cum magno rigore; præsertim,quia multi putant,quod illud suscipere, 23
sit necessarium necessitate medij ad salutem;& sic de iure diuino; vel saltem quod producat per ac- 24
cidens primam gratiam, si suscipiens sit in bona fide.

An autem in periculo mortis possit absoluere 25
quilibet sacerdos, modo, quo *supra* dicebatur, etiamsi adsit Confessor approbatus,& multo magis, etiamsi adsit proprius Parochus? Affirmant Nauar. *lib.*5.*consil.*23.*de pœnit. & remiss.edit.*2.Sà *ver. absolutio*, *num.* 3. & Rodriguez *tom.*1. *Sum. cap.*59. *concl.* 3. & videri poterunt, quæ dicebam *lib. de Parlamentis dubit.* 14. *sect.* 19. *subsect.* 35. *pag.*157. *& seq.* & suaderi potest; quia ex Tridentino,loco cit.in articulo mortis nulla est reseruatio; & præterea, quia sic exigebat solatium morituri; quamuis, vt fatear, opposita sententia sit 26
communior, & fortasse probabilior; de qua vide *cit.subsect.*35.*de parlamentis*,Couar.*cap.alma,par.* 1.§.11.*concl.*8.Gutierez *lib.*2. *Canon. qq. cap.*19. Valent. *tom.*4. *disp.*7. *q.*10. *punct.*2. Mol.*de iust. tract.*3.*disp.*63.Suarez *disp.*26.*sect.*4. *n.*4. Cardinalem de Hugo *num.*23. & Sanchez *lib.*2.*Moral. cap.* 13. *num.* 7.

SECTIO IV.

A quonam iurisdictio detur?

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio alia immediatè datur à Christo, alia à Prælatis.*
2. *Iurisdictio immediate data est à Christo Apostolis super omnes fideles, quamuis specialiter Petro.*
3. *Petrus reliquorum Apostolorum caput, & Pastor constitutus est.*
4. *Petrus iurisdictionem accepit perpetuo in successoribus suis duraturam, ad hoc vt nunquam visibili in terris Pastore, & summo Capite destitueretur Ecclesia.*
5. *Omnes post Apostolos iurisdictionem à summo Pontifice mediatè, vel immediatè recipiunt.*

REspondetur, quod iurisdictio alia immediatè 1
detur à Christo, alia à Prælatis. A Christo 2
immediatè data est Apostolis super omnes fideles, *Ioann.*20. quamuis specialiter Petro; quippe qui 3
reliquorum etiam Apostolorum caput, & pastor constitutus est: quapropter insuper iurisdictio- 4
nem accepit perpetuò in successoribus suis duraturam, ad hoc vt nunquam visibili in terris Pastore,

ſtore, & ſummo capite deſtitueretur Eccleſia; & ad hoc vt ab ipſo, conueniente ordine, in reliquos Chriſti ſacerdotes, & miniſtros deſcenderet poteſtas ſpiritualis iuriſdictionis; adeò vt omnes poſt Apoſtolos iuriſdictionem à ſummo Pontifice mediatè, vel immediatè recipiant.

SECTIO V.

Quotuplex ſit iuriſdictio in Pœnitentiæ foro?

SVMMARIVM.

1. *Iuriſdictio in foro Pœnitentiæ alia eſt ordinaria, alia delegata.*
2. *Iuriſdictio ordinaria primo competit ſummo Pontifici, eiuſque ſummo Pœnitentiario in omnes Chriſti fideles.*
3. *Iuriſdictio ordinaria ſecundo competit Epiſcopo, eiuſque Vicario in omnes tam Clericos, quam laicos ſuæ diœceſis; quod etiam dic de Prælatis exemptis in ordine ad ſuos ſubditos.*
4. *Iuriſdictio ordinaria tertio competit Parocho, eiuſque perpetuo Parochiæ Vicario, in omnes ſuæ Parochiæ fideles.*
5. *Reges, & Principes ſupremi ſine aliquo ſcripto non eximuntur à iuriſdictione ſuorum ordinariorum, licet poſſint ex priuilegio ſummi Pontificis ſibi deligere Confeſſarium.*
6. *Reges, & Principes ſupremi priuilegium etiam habent quominus ab aliis quam à ſummo Pontifice excommunicatione aliiſque cenſuris affici poſſint.*
7. *Priuilegium alicui conceſſum, quominus excommunicari, ſuſpendi, vel interdici poſſit non extenditur ad ſententias Ordinariorum excepto ſi ſit conceſſum Regibus, Reginis, vel ipſorum filiis, & Religioſo ordini, vel Conuentui.*
8. *Priuilegium deligendi ſibi quemuis prouidum, & diſcretum Confeſſarium competit ipſo iure Epiſcopis, aliiſque exemptis Prælatis.*
9. *Item priuilegium deligendi ſibi idoneum, & approbatum Confeſſarium competit Parochis, & ex conſuetudine competit etiam omnibus ſacerdotibus.*

1 REſpondetur, quod iuriſdictio in Pœnitentiæ foro alia ſit ordinaria, quæ alicui competit ratione officij, quo fungitur, alia ſit delegata, quæ aliis competit ex conceſſione illius, vt mox 2 infra dicetur. Ordinaria primò competit ſummo Pontifici, eiuſque ſummo Pœnitentiario in om- 3 nes Chriſti fideles. Secundò competit Epiſcopo, eiuſque vicario, in omnes tam clericos, quàm laicos ſuæ diœceſis; quod etiam dico de Prælatis 4 exemptis in ordine ad ſuos ſubditos. Tertiò competit Parocho, eiuſque perpetuo Parochiæ vicario, in omnes ſuæ Parochiæ fideles. Alenſis *p.4. quæſt.8. membr.3. art.2.* Nauar. *in cap. placuit, num.128. diſt.6. de pœnit* Palud. *in 4. d.17. q.3. art.2.* Sot *diſt.18. quæſt.4. art.2.* Suar. *diſp.25. in fin.* Cardinal de Lugo *diſp.19. ſect.1.* & alij paſſim; quod adeò verum eſt, vt neque Reges, & 5 Principes ſupremi à iuriſdictione ordinariorum, vbi ſcilicet ſedem fixam habent, iure ſcripto aliquo eximantur; quamuis quoad Sacramentum pœnitentiæ ex priuilegio ſummi Pontificis, vel præſcripta conſuetudine poſſint quemuis approbatum confeſſarium ſibi deligere. Vide Alenſem, Nauarrum, Paludanum, Sotum, Suar. *in locis ſupra cit.* & Silueſtrum *ver. excommunicatio*, 1. §. 10. Armillam *eod. verb.* §. 28. Sà, *num.*15 & Henriquez *lib.*13. *cap.* 25. *num.*5. qui ſul dunt, quod 6 dicti Reges, & ſupremi Principes priuilegium etiam habeant, quo minus ab aliis, quàm à Summo Pontifice excommunicatione, aliiſue cenſuris affici poſſint. Quapropter *in cap. ne aliqua, de priuileg. in* 6. dicitur, quod priuilegium alicui 7 conceſſum, quo minus excommunicari, ſuſpendi, vel interdici poſſit, non extendatur ad ſententias ordinariorum; excepto, ſi ſit conceſſum Regibus, Reginis, vel ipſorum filiis, vel Religioſo ordini, vel conuentui.

Cæterum priuilegium deligendi ſibi quemuis 8 prouidum, & diſcretum confeſſarium, competit ipſo iure Epiſcopis, aliiſque exemptis Prælatis, *cap. vlt. de pœnit. & remiſſion.* Item priuilegium 9 deligendi ſibi idoneum, & approbatum Confeſſarium, competit Parochis, Cominch *diſp.*8 *dub.*8. *concl.*3. Sà. *ver. Confeſſor. num.* 1. & videri etiam poterit Silu. *eod. verb.*1. *quæſt.*8. & Suar. *diſp.*27. *ſect.* 2. & ex conſuetudine competit etiam omnibus ſacerdotibus, ex eo quod ipſi variis in locis ſacrificantes, eiuſmodi facultate cuilibet approbato & expoſito confeſſario confitendi, opus habere videantur; & propterea Prælati, & Parochi omnes in eam facultatem conſentiant, Doctores, quos citat, & ſequitur Nauar. *in cap. placuit, n.*28. *& ſeqq. diſt.*6. *de Pœnit.* Quod & de peregrinis, præſertim ſi non ex induſtria ad hunc finem peregrinentur, dicebam *ſupra cap.*12. *dubit.*2. quamuis propter aliam rationem.

SECTIO VI.

Quantamnam facultatem abſoluendi Regulares habeant, tam à peccatis, quam à cenſuris, & pœnis Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1. *Regulares ex iuriſdictione à ſummo Pontifice delegata habent priuilegium abſoluendi quoſcumque Chriſti fideles, auditis eorum Confeſſionibus, à quibuſcumque peccatis, & quibuſcumque inde ſecundum iuris conſtitutiones reſultantibus cenſuris exceptis caſibus in Bulla Cœnæ, & Epiſcopo reſeruatis.*
2. *Regulares nihil poſſunt ſuper irregularitatibus, quia non per abſolutionem, ſed per diſpenſationem tolluntur.*
3. *Regulares nihil poſſunt abſoluere à cẽſuris, quæ ob contumaciam inferuntur, & etiam a ſuſpenſione, & interdicto ob delictum mere præteritum, ſeu ad tempus v.g. biennium, vel triennium, ſeu in perpetuum, & ſine ſpe remiſſionis imponantur.*
4. *Priuilegium ſic amplum abſoluendi tam à peccatis quam à prædictis cenſuris competit ordini; ita vt Prælati ordinum poſſint illud communicare ſuis ſacerdotibus, quos idoneos iudicauerint.*

5. *Priuilegium sic amplum absoluendi vt Regulares adhibeant, opus est præter approbationem Episcopi vt habeant consensum Prælati, vel Capituli iuxta cuiuscumque Ordinis constitutionem, vel consuetudinem.*
6. *Episcopus dare non potest Regularibus tam amplam absoluendi facultatem; sed ea ipsis datur à Summo Pontifice cum dependentia à consensu, & voluntate suorum Prælatorum.*
7. *Prælati Regularibus suis semel approbatis iurisdictionem semel collatam ob causam etiam non notoriam auferre possunt.*
8. *Prælati si de facto prohibeant suis Regularibus confessiones audire, non censentur, quod iurisdictionem auferre velint; sed solum quod licite illas non audiant.*
9. *Prælati prohibitio quoad priuationem iurisdictionis facta, si notoria non sit, adhuc confessiones valent.*
10. *Error communis, & titulus coloratus tribuit iurisdictionem.*
11. *Regularis electus ab Episcopo inscio suo Prælato, vel inuito ad audiendas confessiones, potest absoluere iuxta iurisdictionem ei ab Episcopo delegatam.*
12. *Regularis est etiam eligibilis ad audiendas confessiones per Parochi delegationem, per electionem ex Iubileo, priuilegio Bullæ cruciatæ remota Iulij III. constitutione*
13. *Regularis ita electus, si audiat confessiones inscio, vel inuito superiore, peccat venialiter.*
14. *Constitutiones Religionum Theatinorum & Iesuitarum non obligant ad peccatum mortale, neque ad veniale.*

1 REspondetur, quod ex iurisdictione à Summo Pontifice delegata Regulares habeant priuilegium absoluendi quoscumque Christi fideles, auditis eorum confessionibus, à quibuscumque peccatis, & à quibuscumque inde secundùm iuris constitutiones resultantibus censuris, sententiis, vel pœnis Ecclesiasticis, exceptis casibus in Bulla Cœnæ Domini, & iis, 2 quos speciali ter sibi reseruant Episcopi. Vnde fit, quod ex vi talis priuilegij Regulares non possint quidquam super irregularitates; quia hæc, cùm non tam pœnæ, quàm Canonica impedimenta sint, non per absolutionem, sed per dispensationem tolluntur: possint autem è contra, propter 3 contrariam rationem, non solum super censuras propriè dictas, quæ ob contumaciam inferuntur, sed etiam super suspensiones, & iuris interdicta, quæ ob delictum merè præteritum, seu ad tempus, v. g. biennium, vel triennium, seu in perpetuum, & sine spe remissionis imponuntur, qualis est perpetua suspensio, seu potius depositio à Pio V. lata in sodomiam exercentes, qui si occulti sint, etiam ab Episcopis absolui possunt, ex commissione ipsis facta in Tridentino *sess.24.c.6. de reformat.*

4 Hoc tamen sic amplum priuilegium absoluendi tam à peccatis quàm à prædictis censuris, sententiis, &c. competit Ordini, ita vt Prælati Ordinum possint illud communicare suis sacerdotibus Regularibus, quos idoneos iudicauerint, sicuti colligitur *ex Clement. dudum, §. statuimus, de sepult.* & docent Paludan. *in 4. d.17. quæst.4. art.3. concl.5.* Henriquez *lib.6. cap.6. num.6. lit.V.* Rodriguez *tom.1. qq. Regul. quæst.6. art.3.* Miranda *tom.1. quæst.45. art.12.* Gregorius Catafa *de duello tract.5. quæst.5. & 6.* & Llamas *part.1 cap.7. §.4.* qui propterea rectè admonet, quod vt dictum 5 priuilegium illi consequantur, præter approbationem Episcopi, opus etiam habeant consensu Prælati, vel Capituli, iuxta cuiuscumque Ordinis constitutionem, vel consuetudinem; siquidem 6 tam amplam absoluendi facultatem ipsi non habent ab Episcopo, qui dare eam ipsis non potest, sed à Summo Pontifice, cum dependentia à consensu, & voluntate suorum Prælatorum, vti dicebam. Vnde fit, quod Prælati Regularibus suis se- 7 mel approbatis, & expositis iurisdictionem semel collatam, ob causam etiam non notoriam, auferre possint, si velint; quamuis, si de facto iis con- 8 fessiones audire prohibeant, non censeantur, quod iurisdictionem auferre velint (idque ex eo, ne incommoda inualidarum confessionum in detrimentum animarum sequantur; nisi contrarium constet, vel colligatur ex circumstantiis, vt si propter inscitiam fiat prohibitio) sed solum quod licitè illas non audiant. Rodriguez *art.2.* & Miranda *art.13.* qui tamen rectè monet, quod 9 si prohibitio, etiam quoad priuationem iurisdictionis facta, notoria non sit, adhuc confessiones 10 valeant, ex eo, quod error communis, & titulus coloratus tribuat iurisdictionem, iuxta *textum in l. Barbarius, ff. de officio Prætoris.*

An autem quis Regularis ab Ordinario, inscio, vel inuito Prælato Ordinis, approbatus possit saltem absoluere iuxta iurisdictionem, quam ipsi Episcopus, aliúsve Ordinarius delegat?

Respondetur affirmatiuè; quia quoad hoc om- 11 nia requisita (ita vt sit etiam eligibilis per Paro- 12 chi delegationem, electionem ex Iubileo, priuilegio Bullæ Cruciatæ, &c. vbi docent Ledesma *in sum. tom.1. tract. de pœnit. cap. 13. dub. 12.* & (Acosta *in Exposit. Bullæ, quæst.41.*) ad Ministrum huius Sacramenti adsunt, scilicet Ordo Sacerdotalis, approbatio Episcopi, & iurisdictio delegata. Salas *de legib. disp.16. sect.10. num.43.* Miranda *tom.2. quæst.45. art. 11. & 12.* Angles *in 4. q. de Confess. art. 6. diff. 8.* Pitigianus *in 4. sent. tom.2. dist.17. q. vnic. art.4. dub.1.* Nugnus *in Addit. ad 3. par. tom.2. quæst.8. art.5. dub.8.* Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib.2 cap.6. dub.2. concl.2.* Villalob. *tom.1. tract.9. dub.50. n.4.* & Homobon *de exam. Eccles. part.1. tract.5. c.2. quæst.13.* contra Adrianum *q.1. de Confess. dub.1.* Rodriguez *tom.1. q.60. art.3.* Angelum, & alios.

Excipe, nisi in Religione talis Regularis recepta sit (quod non credo) Constitutio Iulij III. facta ad instantiam Generalis Ordinis Prædicatorum, quæ huiusmodi absolutiones irritas declarat, apud Mirandam *loco supra cit.* Peccat tamen, saltem venialiter, dictus Regularis; cùm in om- 13 nibus à sui Prælati voluntate, & imperio dependere debeat. Doctores, quos citat, & sequitur Peregrinus *in Comment. ad nostras Constitut. part.1. cap.5. §.5.* quamuis in Religione, vbi Constitutiones non obligant, neque ad mortale, neque ad veniale (sicuti est in nostra, & Societatis 14 IESV) excusari possit, etiam à veniali, si hic, & nunc adsit causa rationabilis audiendi Confessiones; præsertim si illas audire, positiuè, & expressè non sit prohibitus. Molfesius *in sum. tom.1. tract.7. cap.14. num.87.* & Megalius *in 1. part. lib.1. cap.15. n.8.*

SECTIO

SECTIO VII.

An Regulares poſſint abſoluere quoſcumque, etiam peregrinos, & etiam à peccatis reſeruatis cum cenſura, & illos in Paſchate communicare?

SVMMARIVM.

1 *Regulares poſſunt abſoluere quoſcumque etiam peregrinos vndequaque aduenientes.*

2 *Peregrini poſſunt à quocumque expoſito ſacerdote Pœnitentiæ & S. Euchariſtiæ, etiam tempore Paſchali, Sacramenta ſuſcipere, ſi ad propriam Parochiam non poſſint facile accedere.*

3 *Peregrini reuerſi in Patriam ſi in Paſchate alibi ſumpſerint Euchariſtiam, teſtimonium Parochis id poſtulantibus exhibere debent.*

4 *Peregrini extra ſuam Diœceſim poſſunt abſolui etiam à reſeruatis cum cenſura (non tamen nominatim inflicta) in propria Diœceſi ſui Ordinarij, etiam ſi debita opera illuc accedant; ſi vbi confitentur non ſint reſeruata.*

5 *Confeſſarij debent iudicare, & abſoluere ſecundum leges ſuæ, & non alterius Diœceſis.*

6 *Epiſcopus poteſt abſoluere Peregrinos a caſibus reſeruatis in alterius Diœceſi.*

7 *Peregrini poſſunt abſolui à Confeſſariis à caſibus reſeruatis vbi confitentur ſi non ſint reſeruata in loco Domicilij.*

1 REſpondetur quòd Regulares ex vi ſuprà dicti priuilegij poſſint abſoluere quoſcunque, etiam peregrinos vndecunque aduenientes; quinimmò ex tacita voluntate Ordinariorum per conſuetudinem confirmata, & ex declara-
2 tione Eugenij IV. poſſunt ſimiliter peregrini vndecumque aduenientes, etiam à quocunque expoſito ſacerdote, pœnitentiæ, & S. Euchariſtiæ, etiam tempore Paſchali, Sacramenta ſuſcipere, ſi ad propriam parochiam non poſſint facilè accedere; dummodo reuerſi poſteà
3 teſtimonium annuæ Confeſſionis, & Communionis Parochis id poſtulantibus exhibeant. Paludan. *in* 4. *d.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 3. Caiet. *ver. abſolutio, cap.* 2. Silu. *ver. Confeſſor.* 1. *q.* 11. Sot *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 2. Nauar. *in cap. placuit, n.* 66. *diſt.* 6. *de pœnit.* Suarez *diſp.* 25. *ſect.* 2. & Sa, *ver.*
4 *Confeſſor. num.* 1.

Quod adeò verum eſt, vt ibi poſſint à quocunque expoſito ſacerdote abſolui, etiam à reſeruatis cum cenſura (non tamen particulatim, ſeu nominatim inflicta) in propria Diœceſi ſui Ordinarij, non ſolum ſi bona fide, ſed etiam, ex probabili (cùm iure ſuo vtatur) ſi debita opera illuc accedant; quamuis cum diſcrimine; quia ſi in diœceſi, vbi confitentur, reſeruata non ſint, tunc omnes Confeſſarij expoſiti poſſunt eos abſoluere; quia iudicare, & abſoluere Confeſſarij
5 ſolent, & debent ſecundùm leges, & conſuetudines ſuæ, & non alterius diœceſis; alioquin hi leges, & conſuetudines omnium diœcetum, ne in ſtatu peccati ſint, noſſe deberent, quod valde durum, & laborioſum eſſet Caiet. *loco cit.* Henriquez *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 8. Suar. *diſp.* 30. *ſect.* 1. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 4. *q.* 93. *art.* 2. *dub.* 4. & Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 9. *contra Sotum cit. art.* 2. *& alios.* Sin autem etiam in illa diœceſi reſeruata ſint, tunc ſolus Epiſcopus, & qui ab ipſo
6 ſuper reſeruata peccata poteſtatem habet, pere-
7 grinos à reſeruatis abſoluere poteſt: idemque ex probabiliori ſententia Doctorum dicendum, tametſi peccatum reſeruatum non ſit in diœceſi, vbi peregrinus domicilium habet, ſed ſolum in diœceſi; vbi confitetur, quia peregrinus iudicatur, & abſoluitur ſecundùm conſuetudines eius loci, ſeu diœceſis, in qua iudicio ſe ſubmittit. cum tacito conſenſu Epiſcopi proprij, ſicuti *ſupra* contra Sotum dicebatur. Vide *cap.* 12. *dubitat.* 2. *n.* 5. & quæ dicebantur *lib. de Parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. *pag.* 111.

SECTIO VIII.

An Regulares poſſint abſoluere Regulares alterius Ordinis.

SVMMARIVM.

1 *Regulares non poſſunt abſoluere Regulares alterius Religionis, quibus ſecundum propria ſtatuta id non eſt permiſſum.*

2 *Priuilegium generale non derogat conſuetudini, vel ſtatuto particulari, niſi exprimatur.*

3 *Regularis iter faciens, cui nam confiteri debeat indicari debet ex conſuetudine cuiuſcumque Religionis, & ex voluntate ſui Prælati.*

4 *Regulares plures ſimul iter facientes poſſunt ſibi inuicem confiteri.*

5 *Regulares iter facientes de præſumpta licentia ſui Prælati confiteri poſſunt cuique ſacerdoti Confeſſario, ſaltem peccata, quæ non ſunt in Religione reſeruata.*

REſpondetur quòd Regulares ex vi dicti priuilegij non poſſunt abſoluere Regulares alterius Religionis, quibus ſecundùm propria ſtatuta extra ſuum Ordinem, vel alteri Confeſſario, quàm ei, quem Prælatus illorum ad hoc munus deſtinauit, confiteri permiſſum non eſt. Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 62. *art.* 4. & alij communiter. Ratio; quia alioquin priuilegium in beneficium Religionis conceſſum, in detrimentum, & perturbationem Religionis redundaret: tum quia per priuilegium generale non 2
cenſetur derogari conſuetudini, vel ſtatuto particulari, niſi exprimatur.

Cæterùm, de Regularibus iter facientibus, 3
vtrum poſſint confiteri alicui ſacerdoti & vtrum cuicumque expoſito Regulari, vel ſeculari; an verò debeant confiteri alicui ſuæ Religionis ſacerdoti, vel ei, qui in monaſterio, vel conuentu, vbi hoſpitantur, pro Cõfeſſionibus Regularũ audiendis expoſitus eſt; id ex cuiuſcumque Religionis conſuetudine, vel Prælatorum voluntate iudicandum eſt. Rodriguez, *quæſt.* 62. *art.* & Lamas *part.* 1. *cap.* 5. *§.* 4. Hoc verò in omni Religione receptum eſſe videtur, quod ſi plures Sacerdotes Regulares iter facere permittantur, 4
vnus alteri confiteri poſſit. Item ſi Regulares, præſertim ſacerdotes, iter faciant, vel extra

monasterium, seu conuentum morentur, in loco, vbi copiam Confessarij suæ Religionis non habent, ex præsumpta licentia Prælati confiteri possint alteri sacerdoti Regulari, vel etiam seculari. saltem peccata, quæ non sunt in Religione sua reseruata. Rodriguez *cit. art. 5.*

SECTIO IX.

An Prælati Ordinum, & ipsorum Vicarij, quin & alij Religionis sacerdotes possint absoluere subditos eiusdem Religionis? Vbi etiam, An possint absoluere à censuris extra sacramentum Pœnitentiæ.

SVMMARIVM.

1 *Prælati Ordinum, & ipsorum Vicarij, & de eorum consensu, cæteri subditi Regulares possunt absoluere non solum subditos suos Regulares; sed etiam suæ Religionis Aduenas, & Nouitios, & etiam seculares Religionem mox ingressuros ab omni excommunicatione, aliaque censura particulatim non inflicta.*

2 *Proxime accingendus habetur pro accincto.*

3 *Priuilegium absoluendi ab omni censura, etiam sedi Apostolicæ reseruata, extenditur ad censuras, quæ futuro tempore reseruabuntur.*

4 *Priuilegium indefinitè concessum si non sit onerosum, amplè interpretandum est, & ad futura etiam extendendum.*

5 *Prælati ordinum, quin & Regulares quicumque an absoluere possint à censuris etiam secularem extra sacramentum pœnitentiæ est dissensio inter Doctores.*

6 *Opinio Nauarri affirmatiua dicitur probabilior.*

7 *Censura in foro conscientiæ, iniuncta pœnitentia salutari, sine absolutione Sacramentali tolli potest.*

8 *Priuilegium Principis interpretandum est secundum naturam rei quæ conceditur.*

9 *Parochus potest absoluere ab excommunicatione non reseruata, & non absoluere à peccatis.*

10 *Prælatus potest mittere absolutum à censura pro confessione facienda ad alterum suæ Religionis Confessarium.*

11 *Confessarius quilibet hodie potest quempiam à censura absoluere, & post aliquot dies, postea eiusdem Pœnitentis magis dispositi, confessionem audire.*

12 *Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

13 *Regulares possunt similiter extra Sacramentum pœnitentiæ etiam cum seculari commutare, vel dispensare votum, iuramentum, &c.*

1 REspondetur quod Prælati Ordinum, & ipsorum Vicarij in ipsorum absentia, morte, vel suspensione, &c. quin de ipsorum consensu cæteri subditi Regulares ex vi dicti priuilegij possint absoluere subditos suos Regulares, quin suæ Religionis aduenas, & Nouitios (quia gaudent priuilegiis professorum) & etiam seculares Religionem mox ingressuros (quia proximè accingendus habetur pro accincto, *l. miles, ff. de testam. militari*) ab omni excommunicatione aliaque cēsura particulatim non inflicta, quamuis sedi Apostolicæ reseruata, Rodriguez *tom. 1. regul. qq. q. 20. art. 4.* ex Bulla Martini V. vbi etiam subdit *art. 8.* priuilegium hoc absoluendi ab omni censura, etiam Sedi Apostolicæ reseruata, extendi ad censuras, quæ futuro tempore reseruabuntur; quia priuilegium indefinitè concessum, si alteri non onerosum, sed merum Principis beneficium sit, amplè accipiendum, & ad futura etiam extendendum est, glossa communiter recepta *in cap. quia circa, de priuileg.*

2 3 4

An autem ex vi dicti priuilegij possint Prælati Ordinum, quin & Regulares quicumque, absoluere à censuris, etiam secularem, extra Sacramentum pœnitentiæ?

5

Respondetur, quod (quamuis neget Nauar. *cap. 26. num. 31.* & inclinare videatur Suar. *tom. 1. disp. 7. sect. 5. n. 36.* ex eo, quod in dicto priuilegio detur Regularibus facultas absoluendi quoscunque Christi fideles à quibuscunque peccatis, & quibuscumque censuris, sententiis, pœnis, &c. inde resultantibus, diligenter auditis eorum Confessionibus) probabilius tamen cum Nauarro *lib. 5. conf. 11. num. 2. de priuileg. edit. 2.* Henriq. *lib. 7. cap. 13. n. 2.* Suarez *de legibus lib. 8. cap. 6. num. 15. & seqq.* Rodriguez *q. 61. art. 7.* Auila *de censur. part. 2. cap. 7. dub. 13.* & Coninch. *disp. 14. dub. 16. num. 253.* affirmetur; quia licet priuilegium loquatur solum de foro pœnitentiali non tamen propterea illud necessario ad forum Sacramentale restringendum est; cùm censura in foro conscientiæ, iniuncta pœnitentia salutari, sine absolutione Sacramentali tolli possit: & ex alio capite priuilegium Principis interpretandum sit secundum naturam rei, quæ conceditur; absolutio autem à censura non dependet ab absolutione à peccatis (potest enim Parochus absoluere ab excommunicatione non reseruata, & non absoluere à peccatis. Item potest Prælatus à censura absolutum mittere pro. Confessione facienda ad alterum suæ Religionis Confessarium. Ac tandem potest quilibet Confessarius hodie quempiam à censura absoluere, & post aliquot dies posteà eius magis ad pœnitentiam dispositi Confessionem audire,) Ergo, &c. Accedit, quod in huiusmodi priuilegio limitatio non apparet. & verba intelligenda sunt accommodatè, ita vt singula singulis respondere debeant secundùm naturam rei subiectæ, scilicet vt absolutio à peccatis prærequirat antecedentem peccatorum Confessionem, sine qua illa dari non potest; non item absolutio à censuris.

6 7 8 9 10 11 12 13

Cæterum, quod dixi, Regulares ex vi dicti priuilegij posse etiam secularem absoluere à censuris extra Sacramentum pœnitentiæ, idem multo magis dico, Regulares posse similiter extra Sacramentum pœnitentiæ, etiam cum seculari, commutare vel dispensare, v. g. votum, iuramentum, petitionem debiti matrimonialis, &c. Ratio; quia à Sacramentali peccatorum absolutione multò minus pendet dispensatio voti, iuramenti, &c. ac pendet absolutio censurarum.

SECTIO

SECTIO X.

An Regulares poſſint abſoluere ſic amplè, etiam poſt mortem Papæ priuilegium concedentis ? Vbi etiam quid dicendum de quolibet alio delegato ad Confeſſiones audiendas.

SVMMARIVM.

1 *Regulares poſſunt abſoluere ab omnibus peccatis, cenſuris, pœnis, & c. inde reſultantibus, etiam poſt mortem Papæ tale priuilegium concedentis.*

2 *Facultas prouidendi beneficia Perſonis idoneis in certa Eccleſia non expirat per mortem concedentis.*

3 *Facultas audiendi confeſſiones remotè tendit in vtilitatem confitentium, ſicut & facultas prouidendi beneficia tendit in vtilitatem prouidendorum.*

4 *Gratia, ſeu Priuilegium, aut beneficium Principis decet eſſe manſurum.*

5 *Facultas audiendi Confeſſiones alicui conceſſa ab Epiſcopo non expirat per mortem Epiſcopi.*

6 *Textus in cap. ſi cui de Prebendis, & in cap. ſi ſuper de Officio Delegati in 6. declarantur.*

7 *Capellani, ſeu cooperatores aſſumpti à Parocho ad audiendas Confeſſiones mortuo Parocho exercent facultatem, donec à ſucceſſore remoueantur.*

8 *Iuriſdictio delegata in foro contentioſo mortuo delegante expirat.*

9 *Officium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis per mortem Pontificis committentis, etiam quoad negotia nondum cœpta, non expirat.*

10 *Iuriſdictio alicui ad Iuſtitiam delegata, habet rationem mandati, non gratiæ.*

11 *Mandatum expirat morte mandantis.*

12 *Delegatus ad Iuſtitiam, gerit vices Delegantis, & repræſentat eius Perſonam.*

13 *Extincto iure Auctoris, extinguitur ius Acceptoris.*

14 *Delegatus ad confeſſiones audiendas exercet iudicium in foro Pœnitentiæ non tam in Perſona Delegantis, quam in Perſona Chriſti, & in auctoritate per poteſtatem ordinis collata.*

15 *Quod dictum eſt de facultate audiendi confeſſiones, extendi poteſt ad omnem aliam gratiam, priuilegium, & beneficium.*

16 *Facultas abſoluendi vnam vel plures Perſonas determinatas non expirat morte concedentis; ſecus ſi ſuper prouiſione certæ Perſonæ facienda.*

17 *Gratia quando eſt eius, cui ſcribitur, non expirat morte concedentis; ſecus quando eſt alterius pro quo ſcribitur.*

18. & 19. *Facultas neceſſaria habens ſe per modum præcepti non expirat morte concedentis; ſecus eſt in facultate voluntaria.*

20 *In commiſſione neceſſaria ius acquiritur ei, cum quo diſpenſandum eſt; at in commiſſione voluntaria nulli ius acquiſitum eſt; & ideo perit, niſi fiat à ſede, quæ nunquam moritur.*

21 *Licentia audiendi confeſſiones Reſeruatorum etiam ad beneplacitum, non expirat morte concedentis.*

22 *Particula (ad beneplacitum) ſonat (donec fuerit poſitiue reuocatum.)*

23 *Idoneitas pendet non ſolum ex doctrina; ſed etiam ex moribus, qui proceſſu temporis poſſunt immutari; & ideo Epiſcopus ſuſpendere poteſt etiam aliàs idoneum.*

REſpondetur, quod Regulares ex vi dicti priuilegij poſſint abſoluere ſic amplè (ſcilicet ab omnibus peccatis, cenſuris, pœnis, &c. inde reſultantibus, vti ſupra dicebam) etiam poſt mortem Papæ tale priuilegium concedentis. Moueor; quia *in cap. ſi ſuper, de offic. delegati in 6. & in cap. ſi cui, de prabend. in 6.* Dicitur, quod ſi cui, nulla perſonarum facta expreſſione, gratioſè conceſſa ſit facultas in certa Eccleſia perſonis idoneis prouidendi beneficia, talis facultas, etiam re integra, non expiret per mortem concedentis; cùm ſit gratia, ſeu priuilegium principaliter conceſſum in fauorem priuilegiati; ergo idem dicendum erit de facultate audiendi Confeſſiones alicui ſacerdoti generatim gratioſè ſimiliter conceſſa; cùm, licet remotè talis facultas audiendi Confeſſiones tendat in vtilitatem confitentium, ſicuti & facultas prouidendi beneficia tendit in vtilitatem prouidendorum, proximè tamen, ac directè vtraque ſit gratia, ſeu priuilegium conceſſum in fauorem eius, cui talis facultas conceditur; gratiam autem, ſeu priuilegium, aut beneficium Principis decet eſſe manſurum. *reg. 16. in 6.* Quapropter idem etiam dicendum eſt de facultate ab Epiſcopo, vel Parocho alicui ad audiendas confeſſiones delegata; quod ſcilicet & hæc non expiret per mortem, vel depoſitionem Epiſcopi, vel Parochi delegantis; cùm etiam ſit gratia, ſeu priuilegium conceſſum in fauorem eius, cui talis facultas delegatur. 1 2 3 4 5

Neque obſtat, quod in *dicto cap. ſi ſuper, & dicto cap. ſi cui*, ſermo ſit de facultate à ſede Apoſtolica alicui delegata; quia deciſio horum, & ſimilium textuum, non nititur in plenitudine poteſtatis Papalis, ſed quod ſit gratia facta [illegible], cui committitur: quapropter id locum habere del etiam in Epiſcopo, vel Parocho, ſi cui audiendi confeſſiones ſuorum ſubditorum facultatem concedat; præſertim, quia per huiuſmodi gratiam nullum ſucceſſori præiudicium infertur; cùm is, ſi voluerit, poſſit poſteà gratiam hanc reuocare; & fauet praxis; cùm, mortuo Epiſcopo, Pœnitentiarius, aliique Confeſſarij ab ipſo expoſiti pergant ſua facultate vti, donec à Capitulo, vel ſucceſſore reuocetur. Simiſiter & mortuo Parocho, pergant ſacellani, ſeu cooperatores ab ipſo ad audiendas Confeſſiones aſſumpti, donec à ſucceſſore remoueantur. 6 7

Atque nobiſcum ita docent etiam Nauar. *in cap. placuit, num. 162. & ſeq. diſt. 6. de pœnit.* Henriq. *lib. 6. cap. 6. num. 7. & lib. 7. cap. 21. num. 6.* Sà, *ver. gratia, num. 4.* Sanchez *de matrimon. diſp. 28. num. 72.* Coninch *diſp. 8. dub. 10. num. 72.* & Sayr. *tom. 1. theſ. lib. 7. cap. 14. num. 7.* contra Paludanum *in 4. diſt. 17. q. 4. art. vlt. concl. 7.* S. Antoninum *p. 3. tit. 17. cap. 9. in fin.* Silueſtrum, *ver. Confeſſor, 1. q. 7.* Cordubam *lib. 5. q. 36.* & Philiarchum *tom. 1. de offic. Sacerd. part. 2. lib. 2. cap. 24. in fine.*

8 Obiicies, *in cap. sanè, cap. relatum, cap. gratum, & cap. licet vndique de offic. indic. delegat.* iurisdictio in foro externo contentiosa, quamuis generatim, seu ad vniuersitatem causarum alicui delegata, mortuo delegante, expirat: quod etiam docet ex communi Abb. *in cit. cap. relatum, n.7. ducto argum. ex cap. ne aliqui, de hæret. in 6.* Vbi 9 fauore fidei specialiter decernitur, quod officium inquisitorum hæreticæ prauitatis per mortem Pontificis committentis, etiam quoad negotia nondum cœpta, non expiret. Ergo sic, &c.

Respondetur, in delegato ad iustitiam, seu iurisdictionem contentiosam esse quid speciale, quod mortuo delegante illius potestas expiret, si res sit integra, id est, delegatus nondum cœpe- 10 rit iurisdictione vti. Ratio; quia iurisdictio ad 11 iustitiam alicui delegata habet rationem mandati, non gratiæ; mandatum autem expirat morte 12 mandantis; tum quia delegatus ad iustitiam gerit vices delegantis, & repræsentat eius personam, *cit. cap. sanè, & l. vlt. ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.* Cùm igitur mortuo delegante expiret iurisdictio delegantis, consequenter etiam 13 expirat iurisdictio delegati; quia extincto iure auctoris, extinguitur ius acceptoris, *l. lex vectigal. ff. de pignorib.* & docet Abb. *in cit. cap. relatum, num.6.* & Sanchez *de matrim. disp.* 18. *num.* 30. *ex cap. quamuis, de offic. delegat. in 6.*

14 At delegatus ad Confessiones audiendas exercet iudicium in foro Pœnitentiæ, non tam in persona delegantis, quàm in persona Christi, & in auctoritate per potestatem Ordinis collata; quapropter iurisdictio absolutè ad Confessiones audiendas delegata non habet rationem mandati, sed potius gratiæ, priuilegij, & beneficij, cuius ius efficaciter acquiritur ipsi delegato, & in eo 15 perpetuò manet, donec fuerit reuocatum. Idem propter eandem rationem dicas de omni alia gratia, priuilegio, & beneficio, siue à Pontifice, siuè ab Episcopo, vel alio Prælato alicui concesso, v.g. de facultate sibi deligendi Confessarium, suscipiendi ordines ab altero Episcopo, celebrandi in priuato Oratorio, assistendi matrimoniis, vescendi ouis, & lacticiniis in quadragesima, &c. quod scilicet huiusmodi facultas neque expiret morte concedentis; cùm sit etiam gratia, priuilegium, & beneficium, non autem mera delegatio, seu mandatum.

16 An autem idem dicendum sit de speciali commissione absoluendi vnam, vel plures personas determinatas?

Respondetur ex dictis, quod si talis commissio, seu facultas concessa sit in fauorem absoluentis, neque expiret morte committentis; quia est etiam gratia ipsi facta seu priuilegium, & beneficium ipsi concessum, sicuti rectè notauit Sanchez *n.* 73. & 81. *ducto argum. à sensu contrario ex cit. cap. si cui, in fin.* ibi: *Secùs, si super prouisione certæ personæ faciendæ, non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam, vel fauorem, illa quidem expiret omninò, si concedens re integra, moriatur.* Vbi glossa communiter recepta ver. *suam*, tradit regulam generalem, quod quandò est gratia eius, 17 cui scribitur, non expiret morte concedentis; secus, quando est alterius, pro quo scribitur.

At si dicta facultas concessa sit in fauorem pœnitentis (quomodo plerumque accidit, & in dubio præsumendum est; scilicet quod rescriptum, vel commissio de danda absolutione, dispensatione, &c. determinatis personis in earum fauorem principaliter facta sit) iterum distinguendum est, 18 vtrum commissio sit necessaria habens se per modum præcepti; vt si v.g. Pontifex, vel Episcopus alicuius supplicatione motus mandet inferiori, quod supplicantem absoluat ab excommunicatione, aliaue censura, vel à casibus reseruatis, vel dispenset cum eo in impedimento matrimonij, in petitione debiti matrimonialis, in voto, vel iuramento, &c. vel assistat matrimonio, conferat Ordines, & similia; quia tunc, cùm sit etiam gratia facta supplicanti, neque expirat morte mandantis, etiam re integra: atque adeò, etiamsi ante cœptam executionem moriatur mandans, locus erit executioni. Tabiena. *ver. gratia, §. 6.* Suar. *de censur. disp. 41. sect. 2.* Rodriguez *tom. 1. q. 46. art. 7.* Henriquez *lib. 7. cap. 21. num. 7.* & Sanchez *loco supra cit. num.* 87. An verò sit delegatio voluntaria, quæ se habet instar facultatis; quia tunc expirat morte committentis, si res sit integra, seu executio nondum sit cœpta. *cit. cap. si cui.* Ratio 20 discriminis est; quia in commissione necessaria ius acquisitum est ei, qui absoluendus, vel cum quo dispensandum est; & sic, vt *supra* dicebam est gratia facta per absolutam concessionem committentis, solumque exigitur commissarij executio, quam is necessariò facere compellitur. At verò in commissione voluntaria nulli ius acquisitum est (non enim Commissario, cùm non in fauorem eius delegatio facta sit, vti suppono: neque alteri, qui v.g. absoluendus est, vel cum quo dispensandum est; cùm voluntati, & arbitrio delegati relinquatur, vtrum velit absoluere, vel dispensare, &c. nec nè.) & sic est gratia facienda, non facta: quare illa perit per mortem delegantis (nisi delegatio facta sit auctoritate sedis, seu dignitatis, quæ numquam moritur.) hæc verò non perit, re integra; sicuti rectè adnotauit *gl. in cit. cap. si cui, ver. moriatur*; & Sanchez *loco supra cit. n.* 71.

Ex dictis sequitur, quod neque expiret morte 21 concedentis licentia audiendi, etiam reseruatorum, confessiones ad beneplacitum concessa sicut contra Paludanum *in 4. dist. 17. q. 4. art. vlt. concl. 7. num.* 25. S. Antoninum 3. *part. tit. 17. cap. 9. in fin.* Nauarrum *cap. 27. num.* 264. Philiarchum *de offic. Sacerd. part. 2. lib. 2. cap. 14. in fin.* & Torreblancam *lib. 14. iuris spirit. pract. cap. 3, num.* 10. docent Cardinalis in Clement. *dudum, ver. ac deinde num. 2. notab. 5. de sepult.* Bonifac. *ibid. ver. etsi num. 6. gloss. ibid. ver. concesserint*, Henriq. *lib. 6. de pœnit. cap. 6. num. 7.* & *lib. 7. de indulgent. cap. 21. n. 6.* Sayr. *tom. 1. Thes. cas. lib. 7. cap. 14. num. 7.* Graf. *1. part. decis. lib. 1. cap. 13. num.* 40. Vasq. *3. part. q. 93. de pœnit. 3. dub. 5.* Ioan. à Cruce *de statu Relig. lib. 2. c. 3. dub. 1. concl. 3.* Ochagauia *tract. 3. de confess. q. 36. n. 13.* Garsias *de benef. tom. 1. part. 6. cap. 2. num.* 316. Salas *de legib. disp. 20. sect. 17. in fin.* Raguccius *in Lucern. Paroch. q.* 130. Sanc. *in select. disp. 48. n. 19.* Sà *ver. gratia, num. 4.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disp. 28. n. 72.* Palaus *part. 1. tract. 3. disp. 4. punct. 16. §. 5. num. 5.* Caranza *in allegat. pro Ordinib. Mendicant. ad Regem, part. 2.* Suar. *disp. 26. de pœnit. sect. 3. n. 9.* Cardinalis de Lugo *de sacram. Pœnit. disp. 19. sect. 2. §. 2.* & Hurtad. *de sacram. disp. 10. de Pœnit. disput. 4. ver. Addimus tamen.*

Neque obstat ly *ad beneplacitum*; quia talis par- 22 ticula, vt sit conformis iuri communi, resoluitur (vt notat gloss. *in cap. si delegatus, ver. morte, de*

offic.

offic. delegat. in 6. Bald. *in cap. ſi gratiosè de reſcript. in* 6. Ant. Gabr. *tom.* 3. *comm. opin. lib.* 6. *tit. de prabend. concl.* 1. *num.* 33. & Paulus *loco ſupra cit.*) in clauſulam *donec poſitiuè reuocauero*, ſcilicet (vt in approbationibus ſecularium) iuriſdictionem, vel (vt in approbationibus Regularium) iudicium de idoneitate, quod etiam poteſt eſſe ad beneplacitum; quia, cùm idoneitas pendeat non
23 ſolum ex doctrina, ſed etiam ex moribus, qui proceſſu temporis poſſunt immutari, poteſt ſibi Epiſcopus relinquere locum, vt eos ſuſpendat, ſi forte contingat in moribus mutatio, ratione cuius poſſit aliquem illorum cenſere ad confeſſiones audiendas non amplius idoneum: mors autem non eſt poſitiua reuocatio; & ſic non mirum, ſi prædicta licentia non expiret morte concedentis.

SECTIO XI.

An, & quando, vt ſacerdos poſſit abſoluere, requiratur Epiſcopi per examen approbatio? Vbi etiam quandonam approbatio poſſit ab Epiſcopo denegari, vel limitatè concedi, vel ſemel conceſſa reuocari?

SVMMARIVM.

1. *Regularis non habens beneficium, vel non examinatus & approbatus ab Epiſcopo de iure nouo poſt Concilium Tridentinum non poteſt audire Confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum.*
2. *Regulares, Nouitij, & etiam ſeculares mox Religionem ingreſſuri, poſſunt confiteri cuique ſacerdoti idoneo, id eſt non ſuſpenſo, neque excommunicato, licet ab Epiſcopo approbatus non ſit.*
3. *A iure antiquo non eſt recedendum, niſi quatenus inuenitur illud expreſſe correctum.*
4. *Regularis, vel Nouitius cuiuſcumque Religionis ſi à ſuo Prælato habeat facultatem confitendi ſacerdoti cuicumque voluerit, poterit confiteri ſacerdoti non ſuſpenſo, &c. ab Epiſcopo non approbato.*
5. *Dioceſanus habens facultatem confitendi ſacerdoti cuilibet, non poteſt confiteri niſi approbato ab Epiſcopo.*
6. *Sacerdos, qui obtinuit beneficium cui annexa eſt cura animarum habens in foro pœnitentiali iuriſdictionem, cenſetur ſtatim approbatus ad Confeſſiones audiendas, & non indiget alia approbatione.*
7. *Doctor vel licentiatus in ſac. Theologia, vel in iure Canonico non cenſetur ipſo iure approbatus ad audiendas Confeſſiones, niſi ipſi faueat loci conſuetudo.*
8. *Vbi lex non diſtinguit neque nos diſtinguere debemus.*
9. *Quibus non deeſt ſcientia, deeſt aliquando probitas, vel diſcretio, cuius cognitio ad Epiſcopum ſpectat in approbatione Confeſſarij.*
10. *Habentes publicam approbationem de æquitate examini nouo non ſubiiciuntur, cum adſit magna præſumptio de ipſorum ſufficientia.*
11. *Epiſcopus denegans approbationem ſacerdotibus dignis, & idoneis ſine rationabili cauſa, vel ſemel datam reuocans, peccat.*
12. *Approbatio Confeſſarij non eſt gratia, ſeu priuilegium, quod ex libera voluntate concedentis dependet; ſed eſt teſtificatio habilitatis, & idoneitatis ſacerdotis.*
13. *Teſtificatio prædicta iure debetur ſacerdotibus præditis ſcientia, & prudentia; & præſertim Regularibus à ſuis ſuperioribus Epiſcopis præſentatis, qui ex priuilegio omnium confluentium Confeſſiones audire poſſunt.*
14. *Reuocatio licentiæ ſeu facultatis audiendi Confeſſiones conceſſæ Regulari habili, & idoneo facta ab Epiſcopo, non ſolum eſt iniuſta; ſed etiam nulla, ſine cauſa legitima de conſenſu fere omnium Doctorum.*
15. *Opinio Turriani, Sancij, Hurtadi eſt in contrarium, & quia approbationis reuocatio nullo iure limitatur; & quia nullo iure prohibetur non poſitiuo, nec naturali.*
16. *Opinio Turriani, Sancij & Hurtadi refellitur maximè auctoritate Sac. Congr. quæ contrarium omnino ſtatuit.*
17. *Secus ſi adſit noua cauſa, quæ concernat Confeſſiones, & non ſeruent Interdictum ab ipſis Ordinarijs impoſitum.*
18. *Regulares ſemel approbati inuitis Epiſcopis, à quibus licet ſint manifeſtè idonei, non admittuntur, poſſunt valide audire Confeſſiones, dummodo ſint ipſis præſentati à ſuis Prælatis.*
19. *Epiſcopus negans licentiam audiendi Confeſſiones Regularibus idoneis, vel alias approbatis, ſeu eam reuocans, excedit limites ſuæ facultatis.*
20. *A ſententia euidenter iniqua non eſt neceſſe appellare; ſed ſufficit allegare ſuam iniquitatem.*
21. *Doctores qui ſe fundant ad docendum, quod ita recuſati ab Epiſcopis non poſſint audire Confeſſiones, in clauſula appoſita in Decreto Concil. Trid. (Priuilegijs quibuſcumque non obſtantibus) hallucinantur, quia per clauſulam generalem non tollitur priuilegium ſpeciale clauſum in corpore Iuris, ſi per rationem ſpecialem videatur exceptum.*
22. *Correctio iurium vitari debet, & iura iuribus ſi fieri poteſt conciliare debemus.*
23. *Epiſcopus ob iuſtam, & rationabilem cauſam poteſt approbationem denegare, & ſemel datam reuocare.*
24. *Succeſſor Epiſcopi approbantis pro maiori conſcientia ſua quiete contra nonnullorum ſententiam nouo inſtituto Confeſſariorum examine poterit eoſdem approbare, vel reprobare.*
25. *Praxis Nouorum Epiſcoporum contra Regulares, eſt inſtituere nouum examen.*
26. *Capitulum ſede vacante non poteſt facere hoc, quod poteſt ſucceſſor Epiſcopi contra Regulares.*
27. *Reuocatio facta à ſucceſſore Epiſcopi omnium licentiarum audiendi Confeſſiones non comprehendit licentias conceſſas Regularibus, niſi exprimantur.*
28. *Regulares in odioſis non comprehenduntur, niſi explicentur.*
29. *Reuocatio generalis, & etiam ſpecialis non comprehendit omnes Regulares talis Conuentus, ne naſcantur ſcandala.*

30. *Epiſco*

Digitized by Google

30. *Episcopus ob iustam causam potest limitatè approbare Regulares, hoc est ad certum tempus, locum, ad Viros, & non ad fœminas, vel è contra.*

31. *Sacerdos qui non est simpliciter aptus pro omnibus locis, & Personis potest absolute reprobari, vt excitetur periculum perniciei animarum.*

32. *Concessio limitata audiendi confessiones facta ei, qui non est simpliciter aptus, est censenda simpliciter gratia, & non expediens vbi est copia idoneorũ Confessariorum.*

33. *Episcopus potest reuocare licentiam audiendi confessionem Regularibus ad beneplacitum datam dummodo adsit iusta causa reuocandi contra Barbosam.*

34. *Licentia concessa ad beneplacitum est limitata ad tempus vagum pro arbitrio Approbantis determinandum.*

35. *Secus de mente Auctoris ita concessa Regularibus.*

36. *Opinio Auctoris videtur amplectenda à Docentibus, quod approbatio facta simpliciter non possit reuocari,*

37. *Item & qui docent, quod clausula (ad beneplacitum) non possit apponi; & si apponatur absque iusta causa non valeat, & habeatur pro non apposita.*

38. *Licentia quæ datur ab Episcopo Regularibus ad cõfessiones secularium audiendas, non est propriè licentia; sed approbatio Personæ, & quasi iusta sententia, seu declaratio, quod talis Persona sit idonea ad confessiones audiendas.*

39. *Sententia prolata secundum iuris regulas non potest neque valide, neque licite reuocari.*

40. *Clausula (ad beneplacitum) stante absoluta habilitate Regularium in ordine ad approbationem perdit vim suam.*

41. *Cessante alterius voluntate cessat etiam id, quod est ad illius beneplacitum.*

42. *Clausula (ad beneplacitum) habet locum solum in gratuitis & in iis, quæ dependent ex liberali voluntate, non ex iis, quæ debita sunt ex iustitia.*

43. *Regulares ad audiendas confessiones secularium habent ius à summo Pontifice tanquam ipsius Delegati.*

44. *Regulares idonei debent ex iustitia absolute approbari.*

45. *Ordinarii in ordine ad admittendos Regulares ad confessiones audiendas à Concilio Tridentino deputantur tanquam indices ipsorum idoneitatis, & ideo non pro libito, sed pro veritate iudicare debent.*

46. *Approbatio de natura sua, est actus intellectus, non autem voluntatis, cum sit de idoneitate iudicium.*

47. *Iudicium non pendet ex beneplacito iudicantis; sed ex rei veritate; quapropter debet esse secundum habilitatis mensuram, non secundum beneplacitum.*

48. *Paria sunt aliquid nulliter fieri, & factum non fuisse, & ideo clausula (ad beneplacitum) in iis, quæ sunt iustitiæ, euanescit.*

49. *Officialis creatus ad beneplacitum est etiam perpetuus neque potest remoueri sine legitima causa.*

50. *Gratia concessa ad beneplacitum est etiam gratia perpetua.*

51. *S. Congregatio declarauit quod Regulares absolute idonei, absolutè debeant approbari.*

52. *Regulares audientes ex causa confessiones in Domibus laicorum statim Parochum admonere tenentur, & fiatim confessionis pro medico adueniente relinquere.*

53. *Omnis interpretatio facienda est pro sustinendo valore actus.*

54. *Clausula ad beneplacitum locum habet, quando beneplacitum Approbantis locum habere potest, id est donec aliquid emergat, ob quod reddatur inhabilis ad confessiones.*

REsponderur, quod iure nouo Tridentini Concilij *sess. 23. cap. 15. de reformat.* decretum sit, *nullum Regularem posse Confessiones secularium, etiam sacerdotum audire; nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.* Vbi 1

Aduerte primò, quod Regulares, quin (vt supra dicebam) Nouitij, & etiam seculares Religionem mox ingressuri possint confiteri cuicumque sacerdoti idoneo, id est, non suspenso, nec excommunicato, quem Prælatus, vel eo mortuo, absente, &c. vicarius, ipsis secundùm Religionis statuta constituerit, quamuis ab Episcopo approbatus non sit; quia tales ante Tridentinum Concilium poterant confiteri sacerdoti non approbato ab Episcopo; ergo & possunt hodie; cum à iure antiquo recedendum non sit, nisi quatenus inuenitur illud expressè correctum, *l. præcipimus, Cod. de appellat. & cap. 2. de tran. stat. Episcop.* & docent Nauar. *cap. 4. num. 7. & in cap. placuit, n. 49. dist. 6 de pœnit.* Suarez *tom. 4. disp. 28. sect. 4. n. 5.* Rodrig. *tom. 1. regul. qq. q. 62. art. 4.* Sà, *ver. Confessor, n. 6.* Fagundez *de præcept. Eccles. præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 34. & 35.* Villalob. *tom. 1. tract. 9. diff. 47. num. 4.* Reginald. *tom. 1. lib. 1. cap. 5. n. 41. cap. 15. num. 175. & lib. 8. cap. 3. sect. 4. num. 36.* Diana *part. 3. tract. 2. resol. 1. 2. & 3.* Alphonsus de Leone *de offic. & potest. Confess. tom. 2. ecclesiast. 6. num. 92.* Portell. *in dub. Regular. verb. Confessor erga Regulares, num. 14.* Zerola *in prax. cap. 15. q. 2. §. dico quarò*, Coninch. *de Sacram. disp. 8. dub. 7. n. 48.* doctissimus Cardin. de Lugo *de Sacr. pœnit. disp. 21. sect. 1* & alij communiter. 2

Hinc sequitur, quod, si Prælatus Religionis, etiam Militaris, facultatem det Regulari, vel Nouitio, confitendi sacerdoti cuicumque voluerit, poterit is confiteri sacerdoti idoneo, id est, non suspenso, nec excommunicato, etiam ab Episcopis non approbato. At si Parochus eandem facultatem det Diœcesano suo, non poterit is confiteri, nisi sacerdoti ab Episcopis approbato. Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 11. concl. 1. in fin.* Alphonsus de Leone, & Diana *in locis supra cit.* 3 4 5

Aduerte secundò, quod qui beneficium curæ animarum annexum obtinuit, v. g. Parochiam, vel aliud in superiori ordine beneficium vt Abbatiam, vel Presbyteratum, &c. curam animarum, & in foro pœnitentiali iurisdictionem habens, eo ipso ad confessiones audiendas approbatus censeatur; vt proinde alia approbatione ad confessio- 6

neè audiendas non indigeat. Quod an verum ſit in omni loco, etiam extra diœceſim ſui Epiſcopi, dicetur *infra in ſect. ſequenti.*

7 Aduerte tertiò, quod id, quod docent Henriquez *lib. 6. num. 2.* & Llmas *part. 1. cap. 7. §. 7.* nempè Doctorem, vel licentiatum in Theologia, aut iure Canonico, ipſo iure approbatum etiam cenſeri, vt nec etiam alia approbatione ad audiendas Confeſſiones indigeat, id, niſi alicuius diœceſis conſuetudine firmatum ſit, verum non videatur; cùm Tridentinum Concilium generaliter dicat, *vt nullus ſacerdos*, &c. vbi autem ius non 8 diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publican. iunct. gloſſ.* ibi; præſertim 9 quia fieri poteſt, vt aliquibus ſcientia non deſit, deſit autem morum probitas, vel diſcretio; cuius rei etiam iudicium ad Epiſcopum, vt potè ad paſtorem animarum, ex officio ſpectat. Vide Ro- 10 driguez *tom. 1. quæſt. 59. art. 10.* Æquitas tamen poſtulare videtur, quod tales, qui publicam habent approbationem, ob quam de ipſorum ſufficientia magna præſumptio eſt, examini nouo non ſubiiciantur, *argum. decreti Tridentini Concilij ſeſſ. 7. cap. 17. de reformat.* ibi: *Vt præſentati, electi, vel nominati ad beneficia Eccleſiaſtica non confirmentur, niſi prius fuerint à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti, exceptis iis, qui ab vniuerſitatibus ſtudiorum præſentati, vel nominati ſint.* Et docent Gutierez *lib. 1. Can. quæſt. cap. 6. num. 9.* & Miranda *tom. 1. quæſt. 45. art. 9.*

11 Aduerte quartò, quod Epiſcopus, ſi ſacerdotibus dignis, & idoneis approbationem ſine rationabili cauſa deneget, & multò magis, ſi ſemel datam ſine rationabili cauſa reuocet, peccatum 12 committat; quia approbatio non eſt gratia, ſeu priuilegium, quod ex libera voluntate concedentis dependet, ſed eſt authentica teſtificatio, qua quis declaratur, eſſe perſonam habilem, & dignam, cui iuriſdictio ad Confeſſiones audiendas 13 conferatur: quæ teſtificatio ſacerdotibus ad id ordinatis, ſi ſcientiam, & prudentiam habent, iure debetur, præſertim Regularibus à ſuperioribus ſuis Epiſcopo præſentatis; cùm tales ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ habeant, vt fidelium quorumcumque Confeſſiones audire poſſint; quapropter 14 his ex ſummi Pontificis voluntate, ac tacito mandato, ſi idonei ſint, approbatio debetur; & reuocatio approbationis ſemel datæ ſine cauſa facta, erit quaſi ablatio iuris iam acquiſiti, vel quaſi reuocatio ſententiæ iuſtæ ſine cauſa, cum notabili detrimento bonæ famæ; & conſequenter non tantùm iniuſta, ſed etiam nulla erit. Atque ita ex communi docet Fumus, verb. abſolutio, Syl. *verb. Confeſſor. 2. num. 5.* Baptiſta Salis *in ſumm. tit. 4. de Confeſſ. num. 5.* Vega *part. 1. ſum. cap. de Confeſſario, caſ. 7.* Miranda *tom. 1. Man. quæſt. 14. art. 10. concl. 2.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 6. num. 6.* Fagundez *precept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 26.* Lezana *tom. 1. qq. Regul. cap. 19. num. 9.* Filliucius *tom. 1. tract. 7. cap. 9. num. 167.* Paſqualigus *tom. 2. deciſ. 142.* Coninch. *de Sacram. diſp. 8. dub. 7 num. 38.* Suar. *in 3. part. tom. 4. diſp. 28. ſect. 8. dub. 7.* Cardinalis de Lugo *diſp. 21. ſect. 3. num. 53.* Mercetus *in 3. part. S. Thom. quæſt. 8. art. 4. num. 8.* Gammachæus *in Comment. S. Thom. de Sacram. Pœnit. cap. 18.* Nauar. *cap. 27. num. 264.* Rodriguez *in Addit. ad Bull. Cruciat. §. 9. num. 30. & in qq. Regular. tom. 1. quæſt. 59. art. 3.* Cæleſtinus *in Compend. Theol. Mor. tract. 1. cap. 14. quæſt. 2. num. 4. & cap. 16. num. 1.* & Portell. *in dubiis Regular. verb. Confeſſoris præſentatio*, contra Turria- 15 num *de Pœnit. q. 8. art. 1. diſp. 26. dub. 3.* Sancium *in ſelect. diſp. 48. num. 23.* & Hurtadum *de Sacram. Pœnit. diſp. 10. diff. 19.* qui tenent, quod non ſolum approbatio non debeatur, ſed etiam, quod reuocatio approbationis, etiam Regularium, quantumuis ſine iuſta, vel rationabili cauſa pro ſolo nutu Epiſcopi facta ſit valida, & licita; Et quidem quod ſit valida, probant; quia approbatio (inquiunt ipſi) ſua natura eſt reuocabilis, & nullo iure eius reuocatio limitatur: ergo ſi de facto fiat quamuis ſine rationabili cauſa, erit valida. Quod autem ſit etiam licita, probant; quia nullo iure (ſubdunt ipſi) prohibetur: non poſitiuo; quia nullibi extat: nec naturali; quia ſicut in principio potuit ab Epiſcopo pro ſolo ſuo nutu ſine cauſa licitè negari; quia nullo iure ſacerdotis, nec alio titulo cogitur Epiſcopus ad id faciendum: ita etiam poſt eam factam poterit pro libito ſine cauſa licitè reuocari; quia poſt approbationem factam nullum apparet ius acquiſitum in approbato, vt approbatio ipſius non poſſit reuocari; quia quamuis approbatio ſit inſtar ſententiæ, eſt tamen ſolum declaratiua ſufficientiæ (quam priùs approbatus habebat) non autem collatiua alicuius, in quo, vel ad quod ius aliquod acquirat; ac proinde ſicut potuit à principio licitè pro ſolo nutu Epiſcopi non declarari ſufficientia ſacerdotis; ita etiam declaratio ſemel facta poterit licitè pro libito Epiſcopi reuocari: ſic illi. At minus rectè, tum ob rationes adductas, tum ob declara- 16 tionem S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium in vna Giennenſi, & Criolenſi 30. Auguſti 1630. quam affert Barboſa in Collectan. declarationum, ver. Regularis Confeſſor, & ver. approbare: tum etiam ob alteram declarationem S. Congregationis 20. Nouembris 1615. quam affert Gauantus *in Man. Epiſcop. verb. Confeſſor, num. 23. & 24.* & Peirinus *in priuileg. Minimor. tom. 1. Conſtitut. 2. Sixti IV. §. 11. num. 45.* vbi 17 ſtatuitur, quod Ordinarij non poſſint ſuſpendere Regulares ab audiendis Confeſſionibus, ſi ſimpliciter ſint admiſſi, niſi ex noua cauſa, quæ concernat Confeſſiones, vel quia non obſeruent interdictum ab ipſis Ordinariis impoſitum. Vide etiam, quæ dicentur *infra ſect. 14.*

Hinc ſatis probabiliter docent Nauar. Rodri- 18 guez, Gammachæus, Portellus, Cæleſtinus, Paſqualigus *in locis ſupra cit.* Miranda *tom. 1. q. 45. art. 6. & 8.* Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 4.* Cochier *de iuriſdict. Ordin. in exempt. part. 4. q. 77.* Villalob. *tom. 1. tract. 2. diffic. 53. num. 3.* Peirinus *de Religioſo ſubdito tom. 1. q. 1. cap. 21. §. 2.* Io. de la Cruz *de Sacram. Relig. lib. 2. cap. 6. dub. 1.* Sot. *in 4. diſt. 18. quæſt. 4. art. 3.* Lezana *in ſumm. qq. Regular. cap. 19. num. 9.* Angelus, Vega, Graſſius, Cenedus, quos citat, & ſequitur Fagundez *de precept. Eccleſ. lib. 7. cap. 2. num. 15.* Diana *part. 3. tract. 2. reſol. 24.* & Finellius *de caſibus reſeruatis cap. 3. num. 3.* quod ſi Epiſcopus Regulares à ſuis ſuperioribus ipſi præſentatos, & manifeſtò idoneos ſine rationabili cauſa non admittat, vel ſemel admiſſos ſine rationabili cauſa remoueat, poſſint illi nihilominus ex facultate, quam tunc temporis ſummus Pontifex de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis concedit, Confeſſiones, etiam ſecularium, validè, & licitè audire; Clement. *dudum, §. ſtatuimus de ſepult.* Et probatur; quia

in

19 in hoc excedit Epiſcopus limites ſuæ facultatis; & dici poſſet, quod etiam pro foro externo, ſicut dicitur de ſententia euidenter iniqua, non ſit neceſſe appellare, ſed ſufficiat iniquitatem allegare, ſicuti de ſententia tradunt Abb. *in cap. inter ceteras de ſent. & re iudic.* Butrius *ibid.* Zabarella *conſ.* 16. Curtius ſenior *conſ.* 60. *verb. delegata, & 66. ver. immò potius*, Barbat. *conſ.* 44. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 100. *num.* 43. *lib.* 1. Socin. ſen. *conſ.* 101. *num.* 6. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 16. *n.* 6. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 675. *num.* 20. & pro confirmatione refert Peirinus *conſtitut.* 26. *Leonis X.* §. 6. quæ habetur *tom.* 1. *priuileg. Minim.* vbi habetur: *Confitentes Regularibus indebitè ab Epiſcopo recuſatis, Conſtitutioni, quæ incipit, omnis vtriuſque ſexus, quo ad Confeſſionem dumtaxat, ſatisfeciſſe cenſeantur.* Ex quibus apparet, quod ſupponat Pontifex, Regulares in dicto caſu audire poſſe Confeſſiones, ſiquidem illis confitentes ſatisfaciunt præcepto confitendi. Quamuis contrarium præter Cardinalem de Lugo Turrianum, Sancium, & Hurtadum 21 *in locis ſupra cit.* doceant etiam Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 5. *num.* 11. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 9. *num.* 257. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 2. Reginaldus *in prax. tom.* 1. *lib.* 9. *cap.* 16. *queſt.* 5. *num.* 192. Siluius *in addit. ad* 3 *part. quæſt.* 8. *art.* 5. *quæritur* 4. Pitigianus *in* 4. *tom.* 2. *diſt.* 17. *q. vnic. art.* 4 *dub.* 4. Fernandez *in Exam. Theol. part.* 3. *cap.* 9. §. 8. *n.* 2. Barboſa *in Collect. tom.* 3. *part.* 2. *lib.* 5. Clement. *tit.* 7. Clem. *dudum*, *num.* 8. & Coninch *de Sacram. diſp.* 8. *dub.* 7. *num.* 28. ex eo, quod cit. Clement. (vt inquiunt ipſi) derogata ſit à Tridentino Concilio in illis verbis: *Priuilegiis quibuſcumque non obſtantibus.* Sed facilè ad id Reſpondetur, ſi dicatur, eiuſmodi clauſula derogatoria generali non tolli priuilegium ſpeciale clauſum in corpore iuris, *gloſſ. in Auth. qua in prouincia, Cod. Vbi de criminibus*, *verb. omni priuilegio*; & eſt regula Canoniſtarum, quam tradit Decius *conſil.* 165 & ratio eſt; quia correctio iurium vi22 tari debet, & iura iuribus ſi fieri poteſt, conciliare debemus æquapropter, vti dicebam, in generali derogatione non cenſetur comprehenſum priuilegium ſpeciale clauſum in corpore iuris, ſi ob ſpecialem rationem (vt in caſu noſtro contingit) exceptum videri poſſit, *argum. cap.* 1. *de ſupplenda neglig. Prælatorum*; & docent Nauar. Rodriguez Mirandà *in locis ſupra cit.* Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſ.* 3. & Canoniſtæ communiter, vti *ſupra* dicebam.

23 Non nego tamen cum Cardinali de Lugo *diſp.* 21. *ſect.* 3. quod ob iuſtam, ſeu rationabilem cauſam poſſit illis Epiſcopus approbationem denegare, & etiam ob iuſtam ſuperuenientem cauſam ad Confeſſiones ipſas pertinentem vel ob non ſeruatum interdictum ab ipſo Epiſcopo poſitum, ſemel datam, etiam ſimpliciter, reuocare, *argum. cap. ac epimus, de etate, & qualit. ordinand.* ibi: *Niſi forte, poſtquam promoti fuerint, reddiderint ſe indignos*; & patet ex declaratione Sacræ Congregationis 20. Nouembr. 1615. quam af24 fert Gauantus & Peirinus *ſuprà*. Quod præcipuè facere poteſt Epiſcopi approbantis ſucceſſor, qui, ſi ſic res poſtulare videatur, vel pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete, poterit (quidquid diſſentire videatur Syl. *ver confeſſor num* 5 Fumus *ver. abſolutio*, Vega *part.* 1. *ſum. tit.* 4. *de Confeſſario, caſu* 7. Rodriquez *tom.* 3. *qq. Regular. q.* 23. *art.* 6. & in Bullam Cruciatæ §. 9. *num.* 32. Baptiſta Salis *in ſum. tit.* 4. *de Confeſſ. num.* 5. & Villalobos *in Summ. tom.* 2. *tractat.* 9. *diffic.* 53. *num.* 5. nouo inſtituto Confeſſariorum examine, eoſdem, prout prudenter iudicauerit, denuò approbare, vel reprobare, vt conſulat, tum conſcientiæ ſuæ, tum etiam ouibus ſibi commiſſis, ſicuti declarauit Sacra Congregatio in vna Albanenſi 5. Februarij, 1628. & in vna Giennen. 30. Ianuarij, 1629. apud Barboſam *in Collectan. declarat. ver. Regular. Confeſſor. & ver. approbare.* Vide etiam Motum Pij V. qui incipit, *Romani Pontificis*, Suar. *diſput.* 28. *ſect.* 8. *num.* 4. & Mirandam *cit. quæſt.* 45. *artic.* 7. Campanil. *in diuerſ. iur. Can. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 70. Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 30. Zanardum *in direct. theol. part.* 1. *de Sacram. pœnit. cap.* 24. §. 4. Riccium *in praxi tom.* 4. *reſol.* 70. *num.* 5. Henriquez *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. & 6. Vaſquez *in* 3. *part. tom.* 4. *quæſt.* 93. *artic.* 3. *dub.* 5. Ledeſmam *in ſumm. tom.* 1. *de ſacram. pœnit. cap.* 13. Lopez *in Inſtruct. part.* 2. *cap.* 8. Becanum de Sacram. *cap.* 38. *quæſt.* 11. *num.* 4. Sancium *in ſelect. diſput.* 48. *per totam*, Aldanum *in compend. Canon. reſol. lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 8. Lezanam *in ſumma qq. Regular. cap.* 19. *num.* 7. Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.* 2. *cap.* 6. *dub.* 4. *concl.* 4. Dianam *part.* 3. *tractat.* 2. *reſol.* 25. & *ſeq.* Peregrinum *in Compend. priuileg. ver. abſolutio*, & Nouarium *in Concluſion. noui Iuris Pontificij*, *concl.* 69. *num.* 3. qui ſubdunt ita etiam aliàs declaraſſe Congregationem Cardinalium, & ita eſſe praxim Epiſcoporum contra Regula25 res. Vide tandem, quæ dicentur *infra ſect.* 15.

Hoc tamen, quod poteſt facere ſucceſſor 26 Epiſcopi, non poteſt ſimiliter facere Capitulum ſede vacante; ob particulare priuilegium Regularibus à Clemente IV. conceſſum; & docent Miranda, Fagundez, Henriq. Peregrin. & Diana in locis *ſupra cit.* qui ſubdunt, quod, 27 ſi ſucceſſor Epiſcopi reuocet omnes licentias & approbationes audiendi Confeſſiones, non intelligantur, niſi in edicto fiat expreſſa mentio, Regulares; & meritò; quia in odioſis Re28 gulares; non comprehenduntur, niſi explicentur. Item ſubdunt, quod non priuentur 29 facultate Confeſſiones audiendi Regulares omnes, & ſinguli vnius Conuentus; & meritò etiam, quia alioquin ſequerentur ſcandala, & incommoda plurima.

Non nego ſecundò, quòd poſſit Epiſcopus ex 30 iuſta cauſa Regulares ad audiendas confeſſiones approbare limitatè, v.g. ad certum tempus, locum, atque perſonas v.g. ad viros, & non ad fœminas vel è contra, &c. Sic habet praxis, & docent Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.* 7 *cap.* 2. *num.* 1. Miranda *tom.* 1. *q.* 45. *num.* 10. Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 6. *num.* 5. & 6. Lezana *in ſum. qq. Regular. cap.* 19. *num.* 8. & Suarez, Coninch. Filliuc. Barboſa, Siluius, Vaſquez, Pitigianus, Sancius, Reginaldus, & Fernandez, quos citat, & ſequitur Diana, *part.* 3. *tract* 2. *reſol.* 24. & Paſqualigus *tom.* 1. *deciſ.* 500. quamuis diſſentiant Vega *in ſum. tom.* 1. *cap.* 6. *caſ.* 7. Portell. *ver. Confeſſor. num.* 3. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 9. *diffic.* 53. *num.* 2. & videri etiam poterit Zanar-

dus

dus *in direct. theol. part.* 1. *de sacram Pœnit. cap.* 24. Cardinalis de Lugo *disp.* 21. *de pœnit. sect.* 3. §. 1. *num.* 60. & Peirinus *de Religioso subdito tom.* 1. *q.* 1. *cap.* 21. §. 2. quorum sententia est vera, & concordat cum priori, si scilicet limitatio, & restrictio hat sine causa.

31 Cæterum, qui non est simpliciter aptus pro omnibus locis, & personis, potest absolutè reprobari, *argum. decreti Concily Tridentini sess.* 23. *cap.* 15. *de reformat.* cùm loquatur de approbatione absoluta; & meritò, vt sic euitetur periculum perniciei animarum. Vnde quando Episcopus

32 concedit ei, qui non est simpliciter aptus, approbationem limitatam (quam tamen concedit, attendens potius ad mentem, quàm ad verba Concilij) est simpliciter censenda gratia; & forsan ob dictam rationem non est expediens talem gratiam concedere; sic scilicet approbare personas, quæ simpliciter approbari non possunt saltem vbi est copia Confessariorum ad Confessiones audiendas simpliciter idoneorum. Vide Cardinalem de Lugo *disput.* 21. *sect.* 4. *num.* 74.

33 Non nego tertiò, quod possit etiam Episcopus licentiam audiendi Confessiones Regularibus ad beneplacitum datam, reuocare. Sic declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in vna Papien. 12. Martij 1619. apud Barbosam *in Collectan. declaration. ver. Regularis confessor. & ver. approbare.*

Quod tamen ego intelligo, dummodo subsit iusta, & rationabilis causa reuocandi, contra Barbosam *loco supra cit.* Sel. *in select. Canon. cap.* 14. *num.* 17 & Dianam *part.* 6. *tract.* 6. *resol.* 48. (& qui

34 contrarium tenent ex eo, quod licentia concessa ad beneplacitum sit limitata ad tempus vagum pro arbitrio approbantis determinandum. At quãdo reuocatur licentia, tunc determinatur tempus, vt proinde, cùm sit transactum tempus, pro quo est concessa licentia, ipsa licentia cessat, ergo &c.) Quapropter mihi multò magis probatur, quod non possit Episcopus licentiam Regulari-

35 bus, etiam ad beneplacitum, medio debito examine, datam, sine causa iusta, & ad Pœnitentiæ Sacramentum pertinenti, vel ob non seruatum interdictum ab ipso Episcopo impositum, reuocare: atque ita sentit Peirinus *tom.* 3. *priuileg. in Additam. ad Constit. Sixti V. cap.* 2. *num.* 20. citans Cominch, Portell. Filliucium; insuper ita etiam sentit Cælestin. *in compend Theol. moral.*

36 *tract* 8. *cap.* 9. *q.* 3. & ita etiam sentire debent, qui docent, quod approbatio facta simpliciter non possit reuocari, & sentire debent qui

37 docent, quod clausura, *ad beneplacitum* non possit apponi, & si apponatur absque iusta causa, non valeat, & habeatur pro non apposita, vt Henriq. *lib.* 3. *de Pœnit. cap.* 6. *n.* 6. Miranda *tom.* 1. *Manual. q.* 45. *art.* 10. *& tom.* 1. *qq. Regular cap.* 19. *num.* 8. & ratio est; quia, vt supra dicebatur, licentia, quæ datur ab Episcopo Regularibus

38 ad Confessiones secularium audiendas, non est propriè licentia, sed approbatio personæ, & quasi iusta sententia, seu declaratio, quod talis persona sit idonea ad Confessiones audiendas; vt patet ex dictis supra, & ex ipsis verbis Tridentini Concilij *sess.* 15. *de reformat. cap.* 15. Vnde postquam Episcopus iudicauerit, Regularem aliquem esse idoneum ad Confessiones audiendas, Pontifex statim concedit ei facultatem illas audiendi; sicuti patet ex *Clement. dudum, de sepult.* Sed sententia data secundum regulas iustitiæ, non potest, neque licitè, neque validè reuocari; ergo nec dicta approbatio medio debito examine facta, licet sit ad beneplacitum data, poterit ab Episcopo sine iusta causa, & ad Sacramentum Pœnitentiæ pertinenti, vel ob non seruatum interdictum ab ipsemet Episcopo impositum licitè & validè reuocari, *gl. in cit. Clement. dudum. ver concesserint.* 39

Confirmatur; quia quando ly *ad beneplacitum,* 40 stante absoluta habilitate Regularium, apponitur in Ordine ad approbationem, perdit vim suam; quia ex natura sua facit id, supra quod ipsa cadit esse dependens in conseruari ab alterius voluntate, ita vt cessante illius voluntate, cesset etiam id, quod est ad illius beneplacitum, *l. centesimis,* 41 *§. fin. ff. de verbor. obligat. l. vxor, §. Scæuola, ff. de legat.* 3. *& cap. si gratiosè, de rescript. in* 6. Vnde 42 solum habet locum in gratuitis, & in iis, quæ dependent ex liberali voluntate, non autem in iis quæ sunt de iustitia. At approbatio Regularium pro audiendis Confessionibus non est ex gratuitis, & quæ pendent ex hi etali voluntate Ordinariorum, sed ex iis, quæ debita sunt ex iustitia; quia habent ius à summo Pontifice, tanquam 43 ipsius delegati, Confessiones audiendi, si idonei inuenti fuerint, vt *supra* dicebam; ergo, &c. Et 44 sic quando absolutè sunt idonei, debent ex iustitia absolutè approbari; quia in hoc Ordinarij 45 se habent tanquam Iudices à Concilio Tridentino deputati pro iudicando de idoneitate sacerdotum in ordine ad Confessiones audiendas; & ideò debent secundùm veritatem, non autem secundùm voluntarem iudicare.

Confirmatur secundò; quia approbatio ex na- 46 tura sua est actus intellectus, non autem voluntatis, cùm sit de idoneitate iudicium, quod vt rectum sit, debet conformari cum habilitate personæ approbandæ; sed iudicium non pendet ex be- 47 neplacito iudicantis, sed ex rei veritate: quapropter debet esse secundùm habilitatis mensuram, non secundùm beneplacitum. Cùm ergò, stante absoluta idoneitate, approbatio debeat esse absoluta, ly *ad beneplacitum* suam vim perdit; quia excludit limites Ordinariorum facultatis, quæ solum in virtute Concilij Tridentini *sess.* 23. *cap.* 15. *de reformat* extenditur ad iudicandum de idoneitate, non autem ad restringendam, & propriæ voluntati subiiciendam facultatem, quam habent Regulares ad Confessiones audiendas; & sic apponitur nulliter, atque adeo habetur pro non apposita, cùm paria sint nulliter aliquid fieri, ac factum non fuisse, *l. quoties, ff. qui satis dare cog.*

Confirmatur tertiò, quia Officialis creatus ad 49 beneplacitum, est etiam perpetuus, nec potest remoueri sine legitima causa, *l. iuris peritus, ff. de excusat. tut.* & ibi communiter Doctores, & Alex. *in l. principalibus, num.* 6. *ff. si cert. pet. & in l. centesimis §. si ita stipulatus, num.* 11. *ff. de verb oblig.* Ias. *ibid. num.* 14. Anna *consil.* 56. *num.* 22. *vol* 1. asserens id procedere etiam de officiali creato ab Episcopo, Mascard. *de probat. concl.* 188. *num.* 8. *lib.* 1. Gutier. *qq. Canon. lib.* 2. *q.* 11. *num.* 4. Gonzalez *ad Regul.* 8. Cancell. *gl.* 12. *num.* 28. & Menoch. *in addit. ad lib.* 1. *de arbitr. q.* 55. *num* 21. Quod à fortiori locum habet quoad Confessarios; quia agitur de approbatione, quæ est actus

iustitiæ; quin immò quod & gratia concessa ad
50 beneplacitum, sit etiam gratia perpetua,tradunt, Capicius *decis.* 123.*num.*4.*& in addit*, *ad decis.* 116. & Riccius *part.* 1. *praxis resol.* 65. *num.* 4

51 Hinc S. Congregatio die 2.Iulij 1587. declarauit, quod Regulares absolutè idonei, absolutè debeant approbari, in his verbis: *Regulares qui quoad Confessiones audiendas idonei generaliter ab Ordinariis, eorúmve Examinatoribus reperti, & probati fuerint, generaliter quoque, & indistinctè absque limitatione temporis, certorúmve locorum, aut generis personarum admittantur in diœcesi propria De cæteris verò, qui non adeo idonei reperiuntur, si petierint se admitti, arbitrio Ordinariorum relinquitur, ipsos cum limitata facultate, prout eisdem Ordinariis magis expedire videbitur, pro-*
52 *bare, & admittere. Qui autem in domibus laicorum Confessiones ex causa audierint, statim Parochum admonere teneantur, & fidem Confessionis pro medico adueniente relinquere.* Cùm ergo dicta clausula habeatur pro non apposita,eodem modo nulliter reuocabitur talis approbatio, non existente iusta causa,ac si esset absolutè concessa sine tali clausula.

53 At, quoniam facienda est omnis interpretatio pro sustinendo valore actus, vt notant Roland. à Valle *consil.* 61. *num.* 26. *lib.* 3. Tusch. *lit. A. concl.* 136. *num.* 14.& Rota *decis.* 469. *num.* 3. *part.* 2. *Recent.* ideò censendum est, quod ly *ad beneplacitum* apponatur in terminis habilibus,
54 vt scilicet locum habeat, quando beneplacitum approbantis locum habere poterit, nempe pro eo tempore, in quo emergat causa aliqua, ob quam approbatus absolutè ab audiendis Confessionibus suspendi possit: & sic accepta dicta clausula inseruit, vt existente vera causa, ob quam quis debeat suspendi ab audiendis Confessionibus, & de ipsa verè constet Ordinario, possit ipse Ordinarius absque strepitoso iudicio suspendere.

SECTIO XII.

An approbatus ab vno Ordinario possit vbiuis terrarum Confessiones audire sine noua approbatione Ordinarij loci illius, vbi de nouo Confessiones audire vult?

SVMMARIVM.

1 *Regulares approbati ab vno Ordinario non possunt audire Confessiones in alterius Diœcesi.*

2 *Idonei in altera Diœcesi,* possunt in altera non esse tales ob diuersos mores Diœcesanorum.*

3 *Priuilegium illud quod Romæ semel approbatus vbique terrarum pro approbato habeatur, hodie locum non habet ex Vrbani VIII. constitutione.*

1 REspondetur, non posse: colligitur ex Tridentino *loco cit.* illis verbis: *Nullum sacerdotem posse Confessiones audire, nisi ab Episcopis approbationem accipiat.* Quibus verbis satis significatur, sacerdos plurium Episcoporum approbatione indigere, si in pluribus diœcesibus Confessiones audire velit: & suadet ratio; quia ad Episcopi munus spectat, prouidere in sua diœcesi de idoneis Confessariis; in qua re ille non semper fidem habere potest iudicio aliorum Episcoporum, cum aliquando timere possit, ne illi amore ducti, suum munus non rectè gesserint; vel dato, quod rectè gesserint, sacerdotes qui in aliorum diœcesi idonei erant, in sua diœcesi idonei non sint, vel ob varietatem morum, con- 2
suetudinum, & peccatorum reseruationum, &c, vel quia de nouo in illis sacerdotibus insurrexerit ob negligentiam insufficientia, vel ob malitiam morum improbitas: quapropter etiam priuilegium illud, quod Romæ semel approbatus, 3
vbique terrarum pro approbato habeatur, hodie locum non habet, & in fauorem Episcoporum, vt ius suum obrationes dictas illæsuum conseruarent, derogatum est, ex Constitutione Vrbani VIII. de qua dicam mox infra, & videri etiam poterit Alphonsus de Leone in *loco infra citando.*

SECTIO XIII.

An approbatus ab vno ordinario (idemque dico per æquiparantiam de obtinente beneficium curatum, vt Parochiam, Abbatiam, vel Presbyteratum, &c.curam animarum annexam habens, *ex reg. iur.* & quia per gloss. *in l. si quis seruum, Cod. de furtis, & in cap. si postquam, ver. mente, de elect. in* 6. & per Bartolum *in l. in tantum, §. penult. de seru. corrupt.* & docent contra nonnullos Doctores communiter, quos citat, & sequitur Diana *part.*1. *tract.*11. *res.*8.) possit alibi Confessiones audire, saltem per Parochi, vel alterius Curati delegationem, electionem ex Iubileo, priuilegio Bullæ Cruciatæ, &c. vt saltem in his casibus non indigeat noua approbatione Episcopi loci illius, vbi sic Confessiones audit?

SVMMARIVM.

1 *Approbatus seu Parochus vnius Diœcesis ex sola Parochi alterius Diœcesis delegatione potest confessiones audire etiam non approbatus ab Episcopo contra nonnullos, præsertim ex vi Iubilei, & Bullæ Cruciatæ.*

2 * *Idem dic si iam Approbatus ob maleuolentiam fuerit reprobatus, & quocumque modo, nisi tamen defectu scientiæ, approbatus fuerit, licèt hodie non sit approbatus.*

3 *Amplia vt multo magis procedat in Regularibus non repugnantibus Parochis.*

4 *Priuilegia prædicta Regularium non sunt derogata per constitutionem Vrbani VIII.*

5 *Regulares, & etiam seculares existentes in alterius Diœcesi possunt audire confessiones subditi illius Episcopi, à quo fuerunt approbati, licet*

licet in loco, vbi sunt talem approbationem non habeant.

6 *Constitutio Vrbani VIII. locum non habet in casu nostro.*

1 REspondetur, quod (quamuis satis probabiliter obrationes dictas, etiam in his casibus, negent Gutierez *lib.* 1. *Canon. qq. cap.* 27. *num.* 21. Rodriguez *tom.* 1. *q.* 59. *art.* 5. Miranda *cit. q.* 45. *art.* 7. Villalob. *tom.* 1. *tract.* 9. *dub.* 56. *num.* 3. Vasq. *in* 3. *part. tom.* 4. *qu.* 93. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 3. Zerola *in prax. cap.* 16. *q.* 8. Acosta *in Bull. Cruciat. q.* 38. Beia *part.* 4. *cas.* 20. Campanil. *in diuers. iur. Canon. rubr.* 12. *cap.* 13. *num.* 77. Alphonsus de Leone *de Iubileo, part.* 2. *q.* 9. *num.* 19. *&* Sà, *ver. Confessor. num.* 5. qui afferunt pro se Cardinalium declarationes) tamen probabilius affirment alij; quia in dictis casibus, præsertim ex vi Iubilei, & Bullæ Cruciatæ, sufficit, si eligatur Confessarius approbatus ab Ordinario in genere (siue
2 scilicet talis sit Episcopus originis, siue beneficij, siue domicilij, & siue sit pœnitentis, siue Confessarij, quin cuiuscumque diœcesis alterius; & siue Confessarius sit approbatus simpliciter, siuè limitatè, scilicet ad certum tempus, locum, vel personarum genus, &c. non tamen defectu scientiæ, & siuè sit approbatus de præsenti, siue olim tantum, & modò non approbatus, quin & modo de præsenti ab Episcopo reprobatus, sine causa tamen rationabili, sed solum ex maleuolentia reprobatus) vt patet ex contextu verborum, quibus talia priuilegia concedi consueuerunt. Atque ita docent Henriquez *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 4. Medina 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. Suarez *disp.* 28. *sect.* 7. *num.* 4. Coninch *cit. dub.* 7. & complures alij Doctores, quos citat, & sequitur Diana *loco cit. resol.* 7. 8. *& seqq. vsque ad* 13. & afferunt pro se alias in oppositum Cardinalium declarationes.

3 Quod multò magis locum habet in Regularibus, qui ex priuilegio Eugenij IV. & Gregorij XIII. (vt patet apud Mirandam *tom.* 1. *q.* 45. *art.* 8. & apud Peregrinum *in compend. priuileg. part.* 1. *tit. absolutio quoad seculares,* §. 5.) facultatem habent, vt possint fidelium Confessiones, non repugnantibus Parochis, audire, quotiescumque se præsentare Episcopis commodè non possunt; vel quia sunt in itinere, vel quia sunt in loco (etiam recreationis causa) distanti à loco, vbi est Episcopus.

Dices, priuilegia hæc derogata esse per constitutionem Vrbani VIII. editam die 17. Septem-
4 bris 1628. quæ incipit: *Cum sicut accepimus.* Vbi Pontifex annullat, & reuocat omnia priuilegia concessa quibuscumque Religionibus Societatibus, &c. audiendi secularium Confessiones, absque Ordinarij examine, & approbatione.

Respondetur, id certum non esse; quia, licet per dictam Constitutionem, vt ex eius titulo apparet, reuocentur omnia indulta, & priuilegia Confessiones secularium audiendi absque Ordinarij examine, & approbatione, tamen in illa, vt etiam ex corpore ipsius constitutionis apparet, sermo est solum de facultate generali audiendi secularium Confessiones absque examine, & approbatione; non autem de dicto indulto, & priuilegio speciali, quod habent Regulares, quando sunt in itinere, vel quando sunt per accidens in loco distanti, vbi est Episcopus, & commodè non possunt ei se præsentare.

At, quidquid sit de hoc, illud tamen, etiam stante dicta constitutione Vrbani VIII. fatendum est, quod, si Regulares, quin & seculares Confessarij, inueniant in aliena diœcesi subditum diœcesis, in qua approbati sunt, possint eum in Confessione audire, & absoluere; quia hoc non est priuilegium speciale concessum Regularibus, sed dispositio iuris communis generalis quoad omnes Confessarios; cùm sit in aliena diœcesi iurisdictionem exercere non contentiosam, sed voluntariam (quam ibi exercere nulli prohibetur) & sic dicta Constitutio Vrbani VIII. locum non ha- 6
beat in casu nostro; quia loquitur tantum de priuilegiis. Vide Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 34. *num.* 2. Rodriguez *in qq. Regul. tom.* 1. *q.* 60. *art.* 5. Peregrinum *loco cit.* §. 8. *in scholio.* Tamburinum *de iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 14. *num.* 4. & Alphons. de Leone *tract. de offic. & potest. Confess. tom.* 2. *recollect.* 10. *num.* 45. 56. *& seqq.*

SECTIO XIV.

Difficultates, earumque solutiones, contra ea, quæ supra sectionibus tribus præcedentibus, præcipuè sectione II. dicebantur.

SVMMARIVM.

1 *Decretum Vrbani VIII. directum ad Episcopum Gienensem disponit, quod Episcopus suspendens Regulares ab audiendis Confessionibus, non teneatur ipsis edicere causam, ob quam suspendit, sed tantum sedi Apostolicæ, si ab illa requisitus fuerit.*

2 *Decretum prædictum non habet vim vniuersaliter in omnibus locis; sed tantum in Diœcesi Gienensi, pro qua editum fuit; atque ideo concessa Episcopo Gienensi, non censentur concessa aliis Episcopis.*

3 *Decretum prædictum Vrbani VIII. verbaliter affertur in medium.*

4 *Lex non obligat nisi eos, ad quos loquitur.*

5 *Obligatio legis, cum sit secundum mensuram intentionis legislatoris, non extenditur ad eos, ad quos non extenditur intentio.*

6 *Decretum prædictum ex intentione Papæ dirigitur solum ad Episcopum, & Diœcesim Gienensem; & rursus declarat Pontifex se id statuere ad fauorem dicti Episcopi.*

7 *Facultas concessa in dicto decreto Episcopo Gienensi, est gratia priuilegiatiua contra ius commune, & exemptionem Regularium, qui sunt immediate subiecti sedi Apostolicæ.*

8 *Sedis Apostolicæ interest suos subditos ab aliis non indiscari.*

9 *Priuilegium, & gratia conceditur solum Personis expressis in gratia, vel ad summum iis, qui habent connexionem cum ipsis.*

10 *Iurisdictio, qua in dicto Decreto Vrbani tribuitur Episcopo Gienensi est delegata.*

11 *Procedens auctoritate sedis Apostolicæ procedit vt delegatus; quia exercet iurisdictionem Delegantis.*

12. *&* 13 *Iurisdictio delegata coarctatur ad delegatum, & non extenditur ad alios neque vltra personam, quando nomen Personæ exprimitur*

mitur, vt hic aut ad summum est iurisdictio delegata dignitati; atque adeo solis Episcopis diœcesis Gienensis.

14 *Dispositio dicti decreti coarctatur etiam ad solam Diœcesim Gienensem, quia disponit tantum circa Regulares, qui degunt in dicta Diœcesi.*

15 *Commissio predicta determinata ad locum non se extendit extra talem locum.*

16 *Finis mouet Principem ad disponendum, & eius intentio sequitur finem, & cessante causa finali dispositionis cessat etiam dispositio.*

17 *Finis Pontificis fuit prabere remedium inconuenientibus ortis in dicta Diœcesi Gienensi.*

18 *Lex habens rationem generalem, licet sit specialis, efficitur generalis, quia cùm ratio sit anima legis, legem extendit.*

19 *Dispositio dicti decreti non est per modum legis; sed per modum commissionis, seu delegationis.*

20 *Priuilegium est stricte interpretandum maxime contra ius commune.*

21 *Lex licet extendatur ex identitate rationis, non tamen extenditur de Persona ad Personam, & de loco ad locum.*

22 *Lex præcipiens denunciandos Confessarios solicitantes edita à Pio IV. pro Regnis Hispaniarum extra ipsa non obligabat, antequam à Gregorio XV. ad omnia alia Regna per aliam legem extenderetur.*

23 *Ratio licet sit generalis, lex restringi debet ad Personas expressas.*

24 *Rescriptum Principis etiam in causis particularibus habet vim legis.*

25 *Rescriptum Principis, sicut sententia, & Epistola tunc habet vim legis vniuersalis, quando coniungitur cum voluntate condentis ius vniuersale.*

26 *Decretum predictum non est ita propositum, vt pro lege communi seruetur.*

1 OBIICIES. Adest decretum eiusdem Vrbani VIII. directum ad Episcopum Diœcesis Gienensis, quod incipit, *Alias à nobis*, &c. sub die 30. Ianuar. 1629. & continens Regulam, secundùm quam gerere se debet Episcopus cum Regularibus circa Confessiones, & licentias in ordine ad ipsas Confessiones, & examen, vel reuocationem licentiæ, & circa prædicationem verbi diuini. Quod decretum, cùm militet eadem ratio in omnibus locis, in omnibus locis vniuersaliter vim habebit, sicuti tenent Barbosa *in Collectan. ad cap. 15. num. 45 sess. 23.* Conc. Tridentini, & Bordonus *in consil. Regular. resol. 36. num. 83.* quatenus docent, quod Episcopus suspendens Regulares ab audiendis Confessionibus, non teneatur ipsis, edicere causam, ob quam suspendit, sed tantùm Sedi Apostolicæ, si ab illa requisitus fuerit; quia sic disponitur in dicto decreto, ergò, &c.

2 Respondetur, dictum decretum non habere vim vniuersaliter in omnibus locis, sed tantùm in Diœcesi Gienensi, pro qua edictum fuit; atque adeò quæ in dicto decreto conceduntur Episcopo Gienensi, non censeri concessa aliis Episcopis, nisi aliundè concedantur; quod vt manifestum fiat ex inspectione ipsius decreti, tenorem eiusdem decreti subiiciam.

3 Vrbanus PP. VIII. ad futuram rei memoriam. Alias à nobis emanarunt literæ tenoris sequentis; videlicet à tergo: dilecto filio nostro Balthasari S.R.E. Presbytero Cardinali de Sandoual nuncupato, Ecclesiæ Gienens. ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsuli. Intus verò. Vrbanus Papa VIII. Dilecte fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Cùm, sicut nuper nobis exponi fecisti, in tuis ciuitate, & diœcesi Gienensi multi diuersorum Ordinum Religiosi, sub prætextu quod ad sacras confessiones audiendas, & Verbum Dei prædicandum semel approbati fuerint, absque tua licentia Confessiones prædictas audiant, & Verbum prædicent non sine graui Christi fidelium scandalo, & eorum salutis animarum detrimento, & licet per censuras, & pœnas Ecclesiasticas contra eosdem processeris, ij tamen vigore cuiusdam priuilegij à felicis recordat. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro ad fauorem Mendicantium emanati, se ab alio, quàm à Romano Pontifice pro tempore existente excommunicari minimè posse prætendant. Nos inconuenientibus huiusmodi iuxta creditum nobis desuper Apostolicæ seruitutis officium, quantum cum Domino possumus, obuiare, teque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio tibi Religiosis prædictis, ne absque expressa tua licentia sacras confessiones de cætero audire; minusque Verbum Dei prædicare audeant, & præsumant, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas auctoritate nostra inhibere, eosdemque ad exhibendum tibi licentias, quas illi de super à te, siue à Prædecessoribus tuis Ecclesiæ Gienensis Præsulibus, siue administratoribus obtinuerint, ad hoc, vt eas vel confirmes, vel reuoces, prout ad diuini cultus augmentum, & animarum ciuitatis, & diœcesis salutem, & confirmationem in Domino expedire iudicaueris, cogendi, & compellendi facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impartimur; non obstantibus quibuscumque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, nec non prædicti Clementis prædecessoris, & quibusuis aliis priuilegiis in vim Cruciatæ sanctæ eis quomodolibet competentibus indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, & in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorumque tenor pro plenè, & sufficienter expressis haberi, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorē sub annulo Piscatoris die 13. Octob. 1627. Pontificatus nostri anno quinto.

Nunc

Nunc autem litibus, & controuerſiis, quæ inter Ordinarium Gienenſem ex vna, ac Religioſos prædictos ex altera partibus, de, & ſuper præinſertis prædictis, vt accepimus, ad præſens vigeant, & de cætero oriri poſſint, quantum cum Domino poſſumus, obuiam ire, ac deſuper opportuno declarationis noſtræ miniſterio prouidere volentes, de venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, ac conſultationibus Epiſcoporum, ac Regularium præpoſitorum, conſilio, partibus auditis, reque maturè diſcuſſa, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, præinſertas literas huiuſmodi ita eſſe intelligendas, & declarandas vt Regulares quidem in Ciuitate, & diœceſi Gienenſi à prædeceſſoribus Epiſcopis examinati & approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas à præſente Epiſcopo ſucceſſore pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete poſſint iterum examinari, & ſi minus idonei reperti fuerint, reprobari ad præſcriptum Conſtitutionis ſanctæ memoriæ Pij Papæ V. Prædeceſſoris noſtri hac de re editæ. Sed illi, quos idemmet Epiſcopus approbauit, ſiquidem huiuſmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapſo non poſſint confeſſiones audire abſque noua Epiſcopi ipſius licentia, & approbatione, præuio etiam, ſi eidem libuerit, nouo examine. Illi autem, quos ipſemet Epiſcopus ad confeſſiones huiuſmodi audiendas ſemel admiſit ſimpliciter, ac ſine vlla temporis præfinitione, nullatenus poſſint ab eodem reprobari ſine noua cauſa, eaque confeſſiones ipſas concernente. Cæterum an eadem cauſa ſubſit, nec ne, Epiſcopum non teneri ipſis Regularibus edicere, ſed ſedi Apoſtolicæ dumtaxat, vbi eam ſibi aperiri poſtulauerit. Ad hæc quod in eiſdem præinſertis literis dicitur, Regulares non poſſe verbum Dei prædicare ſine Epiſcopi licentia, id locum ſibi vendicare in his tantùm Eccleſiis, quæ ſui Ordinis non ſunt, cùm in aliis Eccleſiis ſui Ordinis ſufficiat Epiſcopi benedictio petita, licet non obtenta; ita tamen, vt ſi Epiſcopus non modò benedictionem ſimpliciter non conceſſerit, verum etiam Regularibus prohibuerit, quominus prædicent, tunc illo contradicente in ſui quidem Ordinis Eccleſiis liceat illis prædicare, quemadmodum ſancti Tridentini Concilij decretis ſalubriter eſt cautum. Quod ſi Regulares ſiue in confeſſionibus audiendis, ſiue in prædicando aduerſus ea, quæ ſuperius declarauimus, quoquo modo deliquerint, in vim earumdem præinſertarum literarum ab Epiſcopo Gienenſi coërceri, & puniri poſſint, etiam cenſuris Eccleſiaſticis. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunque iudices ordinarios, & delegatos, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus omnibus illis, quæ in præinſertis literis huiuſmodi volumus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 30. Ianuarij, 1529. Pontificatus noſtri anno ſexto. *M. A. Maraldus.*

Ex his ergo colligitur, dictum decretum non extendi extra diœceſim Gienenſem, & auctoritatem, quam tribuit Epiſcopo Gienenſi; non extendi vltra Epiſcopum Gienenſem: 4 & probatur ex eo; quia lex non obligat, niſi eos, ad quos loquitur, iuxta illud ad Rom. 3. *Scimus autem, quoniam quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege ſunt, loquitur.* Siquidem cum obligatio legis ſit ſecundùm 5 menſuram intentionis legiſlatoris, non extenditur ad eos, ad quos non extenditur intentio, ſed dictum decretum ex intentione Papæ dirigitur ſolum ad Epiſcopum & diœceſim Gienenſem, ibi: *Dilecto filio noſtro Balthaſſari Cardinali, & Eccleſiæ Gienenſis Præſuli.* Et rurſus declarat Papa, ſe in fauorem dicti Epiſcopi ſtatuere, quod per tale decretum ſtatuit, ibi: *Teque ſpecialibus fauoribus, ac gratiis proſequi volentes, ſupplicationibus tuo nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, &c. cogendi facultatem dicta auctoritate tenore præſentium concedimus, &c.*

Accedit, quod facultas, quæ in dicto de- 7 creto conceditur Epiſcopo Gienenſi eſt gratia vti conſtat ex citatis verbis: *Teque ſpecialibus fauoribus, ac gratiis proſequi volentes*; & eſt gratia priuilegiatiua contra ius commune, & exemptionem Regularium; qui ſunt immediatè ſubiecti ſedi Apoſtolicæ, atque adeò contra intereſſe ſedis Apoſtolicæ; cuius in- 8 tereſt, ſuos ſubditos ab aliis non iudicari, vt alibi dicebam, & ex communi docent Abb. *in cap. ſi de terra, numero 5. de priuileg.* & Rota in Vlixbonen. Monaſterij 19. Nouembr. 1625. coram Coccino: ſed priui- 9 legium, & gratia conceditur ſolum iis, qui exprimuntur in gratia, vel ad ſummum iis, qui habent connexionem cum perſonis expreſſis in gratia, *cap. fin. de præbend.* & tradunt ex communi *gl.* & alij *in capit. priuilegium, de regul. iur. in 6.* Cardinal. *in Clement. 1. 9. 6. de teſtam.* Bartol. *in l. 1. Cod. Conſtit. Princip.* Azor. *part. 1. lib. 5. cap. 23. q. 2.* Salas *de legib. diſput. 17. ſect. 8. n. 48.* Merolla *tom. 3. diſput. 6. cap. 3. dub. 5.* & Suar. *lib. 8. de legib. cap. 10. num. 4.* Ergo præſens gratia non extenditur vltra Epiſcopum Gienenſem; cùm ſolus ipſe in ea exprimatur.

Accedit ſecundò, quòd iuriſdictio, quæ 10 ibi tribuitur dicto Epiſcopo Gienenſi, eſt delegata, vt colligitur ex illis verbis: Tibi Religioſis prædictis, ne abſque expreſſa tua licentia ſacras confeſſiones de cætero audire, minuſque verbum Dei prædicare audeant, & præſumant per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas auctoritate noſtra inhiberi, &c. (cùm enim quis procedit auctoritate Apoſtolica procedit vt delegatus, quia exercet iuriſdictionem delegantis, iuxta *Reg. in cap. cum aliquibus, de reſcript. in 6.* & ex communi notat Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 16. num. 31.*) ſed iuriſdictio delegata coarctatur ad delegatum, & non extenditur ad alios; & quando exprimitur in delegatione (vt in caſu noſtro) nomen perſonæ, non extenditur vltra perſonam; quia delegatio eſt perſonalis, Ioan. Andr. *in cap. ſtatutum, num. 17. de reſcriptis in 6.* Archidiac. *ibid. num. 3.* Alexandr. *conſil. 175. num. 5. vol. 5.* Imola *in cap.*

quoniam Abbas, *num.*8. *in fin. de offic. deleg.* Gutierez *de matrimon. cap.*125. *numer.*9. Flamin. *de reſignat. lib.*1. *quaſt.*11. *num.*12. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 92. *numer.* 2. & Sanchez *de matrim. lib.*8. *diſput.* 27. *num.* 20. Aut ad ſummum eſt iuriſdictio delegata dignitati; atque adeò ſolis Epiſcopis Diœceſis Gienenſis; ergo, &c.

13

14 Accedit tertiò, quod dicta diſpoſitio coarctatur etiam ad ſolam Diœceſim Gienenſem, quia diſponit tantùm circa Regulares, qui degunt in dicta Diœceſi, ibi: *Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium decernimus, & declaramus, præinſertas literas huiuſmodi ita eſſe intelligendas, vt Regulares quidem in ciuitate, & Diœceſi Gienenſi à Prædeceſſoribus Epiſcopis examinati, & approbati ad confeſſiones perſonarum ſecularium audiendas, &c.* Quapropter cùm huiuſmodi iuriſdictio committatur determinatè Epiſcopo Gienenſi, & ſolum in ordine ad Regulares, qui ſunt in ciuitate, & Diœceſi Gienenſi, reſtringitur delegatio, ſeu commiſſio per ſpeciem loci, ita vt non ſe extendat extra talem locum, iuxta *cap.* 2. *de reſcript. & cap. ſtatuto, de decimis in* 6.

15

16 Accedit quartò, quod, cùm finis moueat Principem ad diſponendum, & eius intentio ſequatur finem, ſic, quod ceſſante cauſa diſpoſitionis finali, ceſſet etiam diſpoſitio, *l. adigere, §. quamuis, de iurepatronat. l. cùm te, Cod. de pactis inter empt. cap.ceſſante de appellat. & cap. & ſi Chriſtus de iureiur.* & tradunt Ancharan. *conſil.* 47. *numer.* 4. Angel. *conſil.* 346. & Tiraquel. *tractat.ceſſante cauſa, part.*1. *numer.*11. *& de iure primogen. quaſt.*40 *numer.* 170. *& ſequentib.* ſed in caſu noſtro finis Pontificis fuit præbere remedium inconuenientibus ortis in dicta diœceſi Gienenſi ex diſſenſionibus natis inter Epiſcopum, & Regulares talis diœceſis, ibi: *Nos inconuenientibus huiuſmodi iuxta creditum nobis de ſuper Apoſtolica ſeruitutis officium, quantum cum Domino poſſumus, obuiare, atque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, &c.* Ergo cùm hæc cauſa ſit coarctata ad diœceſim Gienenſem, ibi: *Cum ſicut nuper nobis exponi feciſti in tuis ciuitate, & diœceſi Gienenſi multi diuerſorum Ordinum Religioſi ſub pretextu, &c.* diſpoſitio etiam erit coarctata ad dictam diœceſim.

17

18 Inſtabis; quando lex habet rationem generalem, licet ſit ſpecialis, efficitur generalis, *l. Regular. §. ſi quis ff. de iur. & facti ignor.* & docet Bart. *ibi*, Alexand. *in l. ſi pupillus, ff. de verb. obligat.* Et probatur; quia cùm ratio ſit anima legis, legem extendit, *l. illud, ff. ad leg. Aquil. & l. ſi poſtulauerit, §. 2. ff. ad leg. Iul. de adult.* & docet Surdus *de aliment. titul.* 1. *quaſt.* 44. *numer.* 15. ergo cùm in aliis locis ſit eadem ratio, in aliis locis etiam vigebit eadem diſpoſitio.

19 Reſpondetur, dictam diſpoſitionem non eſſe per modum legis, ſed per modum commiſſionis, ſeu delegationis: quapropter locum non habet doctrina tradita de extenſione. Adde, quod cùm ſit priuilegium, eſt ſtrictè interpretandum, *cap.*1. *& ſequent. de filiis preſbyter. capit. ex tuorum de vſu pallij, & cap. quamuis de reſcriptis in* 6. & docent Pariſ. *conſil.* 9. *numer.*9. *vol.*4. Franciſcus Becc. *conſil.*32. *num.*10. & Turret. *conſ.*99. *num.*10.*vol.*1. Quod præſertim locum habere debet in caſu noſtro; quia eſt contra ius commune, & tribuens exemptionem Regularibus, *cap. priuilegia, diſt.*3. & docent Pariſ. *conſ.*6. *num.*13. *vol.*2. Becc. *loc.ſupra cit.* & communiter Doctores *in cap. cauſam, de reſcriptis.*

20

Et dato ſe habeat per modum legis, non tamen extendi debet extra diœceſim Gienenſem: quia licet extendatur lex ex identitate rationis de caſu ad caſum, non tamen extenditur de perſona ad perſonam, & de loco ad locum, *l. ſi quis ita, ff. de pœnis*, & docent Aretin. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſthum.* Iaſon. *in l. cùm reſ. not.*6. *ff. de legat.* 1. Abb. *conſil.* 57. *vol.*1. Decius *conſil.*85. & Cracta *conſil.* 161. *numer.* 11. *vol.*1. Vnde lex præcipiens denunciandos confeſſarios ſolicitantes edita à Pio IV. pro Regnis Hiſpaniarum extra ipſa, etiamſi ratio legis eſſet eadem, non obligabat, antequam à Gregorio XV. per aliam legem ad omnia alia Regna extenderetur. Itaque etiamſi ratio ſit generalis, lex reſtringi debet ad perſonas expreſſas, *l. de eo, §. ſi quis, immct. gloſſ. ff. ad exhib.* & docent. Brun. *tract. Excluſ. fœmin. art.* 3. *in fin.* Cracta *conſil.* 929. *num.* 17. & Macerat. *var. Reſol. lib.* 3. *reſol.* 59. *caſ.* 13. *verb. quia ratio:* ſed in caſu noſtro ſunt expreſſæ perſonæ, non ſolum quibus conceditur iuriſdictio, ſed etiam circa quas eſt illa exercenda, & coarctatur ad exiſtentes in diœceſi Gienenſi; ergo, &c.

21

22

23

Vrgebis. Reſcriptum Principis, etiam in cauſis particularibus, habet vim legis, *l. de legib. & Conſtitut. Princip. & §. ſed & quod. verb. quodcumque ergo, Inſtitut. de iure natur. cap. licet* 16. *quaſt.* 3. *cap. multi* 2. *quaſt.* 1. *& cap.* 1. *diſtinct.* 19. & docent. Roman. *conſil.*260. *in princip.* Archidiacon. *in cap. ignorantia, diſt.* 38. Dominic. *ibidem* Felinus *in Rubr. de reſcript.* Ioann. Andr. *ibidem* Nauar. *libr.* 3. *conſil.* 3. *numer.* 4. *de prabend.* Rebuff. *ad Conſtitut. Reg. in proœm. gloſſ.* 2. *& tom.* 2. *Conſtit.Regul.tract. de reſcript. quaſt.*11. *§.*14. *numer.* 152. Iaſon. *in l.*1. *numer.* 1. *ff. de Conſtitut. Princip.* Gomez *in proœm. ad Regul. Cancellar. quaſt.*2. Suarez *de legib. libr.* 3. *cap.* 15. Afflict. *deciſ.* 368. *numer.*8. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *diſput.* 31. *nnm.* 6. Vaſquez 1. 2. *diſput.* 159. *numer.*37. Salas *de legib. diſput.*1. *ſect.* 8. Maſtrillus *lib.*3. *de Magiſtrat.cap.*4.*num.*365.& Merolla *tom.*2. *diſp.* 4. *cap.*3. *dub.* 13. *n.*134. *& dub.* 15. *num.* 143.

24

Reſponderur: Reſcriptum, ſicut ſententiam, & Epiſtolam Principis tunc habere vim legis vniuerſalis, quando coniungitur cùm voluntate condendi ius vniuerſale, atque adeò quando proponitur, & publicatur, vt ab omnibus ſeruetur: lex enim vim ſuam obligatiuam non exercet niſi fuerit publicata. Sic Reſponſa Pontificum, licet ſint in caſibus particularibus, faciunt ius; quia inſerta ſunt in corpore iuris, quod ſufficit pro ipſorum publicatione; Salas *de legibus diſput.* 2. *ſect.* 8. *concluſ.* 4. Mancinus *in diſquiſit. Genial.centut.* 1. *capit.* 95. Palaus *part.* 1. *tractat.*3. *diſput.*1. *punct.* 8. *num.* 5. Suarez *de legib. libr.*3. *cap.*15. *num.* 16. Sanchez *libr.* 2. *moral. cap.* 29. *num.* 14. *& de matrimon. libr.* 2. *diſput.* 14. *numer.* 4. & Merolla *tom.* 2. *diſput.* 4.

25

cap.

capit. 3. *dub.* 14. *num.* 139. At dictum Pontificis Decretum, non eſt ita propoſitum, vt ſcilicet pro lege communi ſeruetur; ergo, &c. 26

SECTIO XV.

An, qui eſt approbatus, hoc ipſo iuriſdictionem recipiat?

SVMMARIVM.

1 *Approbatus Ordinarij iudicio, ſeu ſufficiens declaratus non hoc ipſo iuriſdictionem recipit.*

2 *Approbatio diſtinguitur à delegatione iuriſdictionis; cum approbatio ſit actus intellectus, & delegatio ſit actus voluntatis ſuperioris.*

3 *Iuriſdictio in foro Pœnitentiæ interdum confertur cum ipſa approbatione, interdum ante Epiſcopi approbationem; ſed dependenter ab illa.*

4 *Iuriſdictio è contra interdum confertur ſacerdoti poſt eius approbationem.*

1 REſpondetur, quod qui eſt approbatus Ordinarij iudicio, ſeu ſufficiens declaratus, non 2 hoc ipſo iuriſdictionem recipit; ſiquidem diſtinctio eſt inter approbationem, & delegationem iuriſdictionis; cum approbatio ſit actus intellectus, vt potè iudicium, ſeu ſententia: at delegatio, ſeu traditio iuriſdictionis ſit actus voluntatis ſuperioris. Quapropter licet iuriſdictio 3 in foro Pœnitentiæ interdum conferatur ſacerdoti ſimul cum approbatione; vt cùm Epiſcopus aliquem exponit ad audiendas confeſſiones; quia tunc eo ipſo cenſetur illum approbare: tamen interdum confertur ante Epiſcopi approbationem, ſed dependenter ab illa, tanquam à conditione, ſine qua non; vt cùm Parochus cooperatori facultatem dat audiendi confeſſiones, cùm primum ab Ordinario approbatus fuerit: qua etiam ratione Regulares à ſummo Pontifice iuriſdictionem in foro pœnitentiæ accipiunt, cùm primum à ſuis ſuperioribus ad hoc munus deputati, & ab Ordinariis approbati 4 fuerint. Interdum verò è contra iuriſdictio confertur ſacerdoti poſt eius approbationem, vt cùm Parochus ſacerdotem ab Epiſcopo ante approbatum ad audiendas Confeſſiones ſuorum ſubditorum admittit. Vide Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 59. *artic.* 1. *&* 2. & Lamas *part.* 1. *cap.* 7. §. 3. *&* 4. & Coninch. *diſput.* 8. *dub.* 7. *num.* 49.

SECTIO XVI.

Cuiuſnam Epiſcopi, eiuſne, qui eſt Ordinarius Sacerdotis, an Ordinarius pœnitentis, approbatio requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Approbatio fieri debet ab illo Epiſcopo in eius Diœceſi ſacerdos confeſſiones audit.*

2 *Peregrini habent tacitam licentiam confitendi cuique approbato ſacerdoti, vbicumque exiſtat, & vbi vis ſit approbatus.*

3 & 4. *Epiſcopus habens priuilegium ſibi eligendi Confeſſarium, ſi ſit, extra ſuam Diœceſim debet eligere approbatum ab illo Epiſcopo contra nonnullos tenentes poſſe etiam ibi approbare Confeſſarium.*

5 *Approbare Confeſſarium eſt Iuriſdictionis voluntariæ non contentioſæ, & ideo vbique fieri poteſt.*

6 *Concilium Tridentinum circa hoc non derogat priuilegiis Iuris communis.*

REſpondetur, requiri approbationem eius Ordinarij, in cuius diœceſi ſacerdos Confeſſiones audit. Qui Ordinarius interdum non eſt 2 Ordinarius pœnitentium, vt ſi ſint peregrini habentes expreſſam, vel tacitam licentiam cuicumque expoſito ſacerdoti peccata ſua confitendi.

Quinimmò, ſi ipſemet Epiſcopus (qui ex *cap.* 3 *vlt. de pœnit. & remiſſ.* poteſt ſibi deligere Confeſſarium, vt *ſuprà* dicebam) velit ſacerdoti non ſubdito in aliena diœceſi confiteri, debet is vel curatum beneficium habere, vel à proprio Epiſcopo eſſe approbatus. Suarez *in* 3. *part. tom.* 4. *diſp.* 18. *ſect.* 6. Graff. *tom.* 2. *lib.* 5. *conſ.* 4. *de pœnit. & remiſſ. n.* 13. Riccius *in prax. tom.* 1. *reſol.* 470. *n.* 2. Azor. *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *q.* 16. Nauar. *lib.* 1. *tit.* 18. *leg.* 7. *n.* 54. Barboſa *in Collect. tom.* 2. *lib.* 5. *tit.* 38. *c.* 16. *n.* 4. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 7. *cap* 9. *n.* 256. Megalius *in* 3. *part. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Molfeſius *in ſumma tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 15. *n.* 34. Alphonſus de Leone *tract. de Iubileo part.* 1. *q.* 9. *num.* 28. Cardinalis de Lugo *de ſacram. pœnit. diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 18. & alij, quos citat; & ſequitur Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 3. & afferunt pro ſua ſententia Cardinalium declarationem: quamuis Villalob. *tom.* 1. *tract.* 9. *diſp.* 55. *n* 4. Valerus *ver. iuri dictio, diff.* 14. *n.* 2. & 4 Coriolan. *de caſib. reſerv. part.* 1 *ſect.* 2. *art.* 21. *n.* 5. contrarium non improbabiliter docetur ex eo, quia ſi Epiſcopus in aliena diœceſi poteſt approbare ſacerdotem non ſubditum ad Confeſſiones ſuorum ſubditorum audiendas (cùm id in aliena diœceſi 5 ſeu territorio non ſit exercere iuriſdictionem contentioſam, ſed voluntariam, quam in omni diœceſi, & territorio exercere quis non prohibetur) poterit etiam eum approbare ad audiendas Confeſſiones ſuimet ipſius. Accedit quod Tridentinum *in cit. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 15. in illis 6 verbis, *non obſtantibus priuilegiis*, non derogat priuilegiis in corpore inſertis, vt ſuppoſito præcedenti dicebam, conſequenter nec derogat priuilegio, quod Epiſcopus ex *cit. cap. vlt.* habet deligendi ſibi Confeſſarium.

E contrà interdum Epiſcopus, à quo petenda eſt approbatio, eſt potius Ordinarius pœnitentium, quàm ipſius Confeſſarij; vt ſi ſacerdos peregrinus in aliena diœceſi aſſumatur à Parocho, approbandus erit ab Ordinario eiuſdem loci; quod ob rationes dictas in ſect. præcedenti ſentit Gutierez *lib.* 1. *Canon. qq. c.* 27. *n.* 21. etiamſi talis ſacerdos peregrinus alibi curatum beneficium habeat. Quamuis cõtrarium ſentiat Suar. *diſp.* 28. *ſect.* 4. *n.* 15. & ex probabili dicebã *ſupra in præcedenti ſect. in fine*: Quæ ſententia ſaltem vera eſt, ſi talis diœceſis conſuetudo ſit, vt quicumque alibi curatum beneficium habet, ad audiendas Confeſſiones exponi poſſit; quia tunc Epiſcopus talem conſuetudinem ſciens, & tolerans, ei conſentire cenſentur.

SECTIO XVII.

Dubitationis principalis in principio positæ Resolutio.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus non potest prohibere quod sacerdotes Regulares, quin etiam seculares absoluant ipsius subditos à peccatis venialibus, & forsan ab excommunicatione minori.*
2. *Item à peccatis mortalibus vite semel confessis, & absolutis.*
3. *Item in periculo mortis ab omnibus peccatis, & censuris non solum Episcopis, sed etiam summo Pontifici reseruatis, licet ipsi sacerdotes sint publice suspensi, & excommunicati ob quodcumque delictum.*
4. *Quod procedit etiam si adsit Confessarius approbatus, quin & Parochus, & nulla censura, nulloque impedimento detentus.*
5. *Episcopus non potest precipere quod sic absolutus à censuris, cessante mortis periculo, superiori se sistere teneatur, vt mandatum eius accipiat; dummodo fuerit absolutus à priuilegiato; secus aliter si censura exigat partis satisfactionem.*
6. *Episcopus non potest prohibere Regularibus, Nouitiis presente vel absente, aut impedito eorum Prelato, ne confiteantur sacerdoti ipsis beneviso alias idoneo ab Episcopo non approbato.*
7. *Theatini non possunt confiteri alteri, quam eiusdem Congregationis Religioso.*
8. *Decretum dicte Religionis habet locum solummodo in Bulla Cruciate, & etiam in aliis indultis confitendi extero inscio superiore, non autem in priuilegiis insertis in corpore iuris.*
9. *Nouitij Religionum non possunt confiteri nisi magistro Nouitiorum, vel Religionis superiori, vel cui ille commiserit.*
10. *Opinio in contrarium est probabilior.*
11. *Decretum Clementis VIII. non loquitur per modum precepti irritando confessiones aliter factas, sed solum per modum Regule, & Concilij.*
12. *Nouitij, quia sunt in via ad Religionem possunt confiteri Religiosis illius ex priuilegio.*
13. *Nouitij participant Professorum priuilegia vt Canonis, fori, & exemptionis Gabellarum.*
14. *Nouitij possunt cum litteris Prelatis Religionis mitti ad quemcumque Ordinarium ad Ordines suscipiendos sine literis Diœcesani.*
15. *Doctores asserentes literas Nouitio ordinando concedendas esse ab Episcopo Diœcesano loquuntur de iure communi, non autem virtute priuilegiorum.*
16. *Professi, qui viuunt sub cura Magistri an possint de facto valide confiteri alteri extra suum Magistrum est dissensio inter Doctores, probabilius tamen tenendum est pro affirmatiua.*
17. *Theatini manentes sub cura Magistri possunt confiteri eorum Religioso cuilibet ad id destinato.*
18. *Decretum Clementis VIII. loquitur solum de Nouitiis formaliter, & si loquitur de professis, loquitur tantum per modum consilij.*
19. *Episcopus non potest prohibere ne quocumque modo à quibuscumque peccatis & censuris Prælati Religionum, vel ipsorum subditis possint absoluere suos Regulares, Nouitios, & seculares mox Religionem ingressuros etiam reseruatis specialiter Episcopo, vel sanctæ Sedi Apostolicæ.*
20. *Episcopus non potest prohibere quin Regulares ab ipso approbati non audiant omnium confluentium confessiones, & eos absoluere à quibus vis peccatis exceptis casibus ipsi Episcopo, & summo Pontifici reseruatis in Bulla Cœnæ.*
21. *Neque potest prohibere quod extra forum pœnitentiæ, non absoluant à censuris, sententiis, vel pœnis.*
22. *Neque potest prohibere dispensare vota, iuramenta, & petitionem debiti coniugalis.*
23. *Neque potest prohibere quod mortuo Pontifice absoluant.*
24. *Neque potest Doctoribus dignis & idoneis sine causa approbationem denegare; secus si renocet ex causa præsertim nouus Episcopus.*
25. *Neque potest prohibere ex satis probabili sententia quod approbatus in alterius Diœcesi, Delegatus à Parocho Diœcesano tempore Iubilei non audiat confessiones.*

REspondetur ex dictis, & Dico primò non po- 1
test Episcopus prohibere quod sacerdotes Regulares, quin etiam seculares, possint absoluere ipsius Episcopi subditos à peccatis venialibus (& sic forsan etiam ab excommunicatione minori, vt potè peccatis venialibus accessoria.) Item se- 2
cundò, à peccatis mortalibus tìtè semel confessis, & absolutis. Item tertio, in periculo mortis ab 3
omnibus peccatis, & censuris, etiam ipsi Episcopo specialiter, quin & summo Pontifici in Bulla Cœnæ, vel alibi expressè reseruatis; idque etiam, si dicti sacerdotes sint simplices, seu ab Ordinario non approbati, quin sint suspensi, hæretici, & excommunicati non tolerati, & etiam si, ex non improbabili sententia Doctorum, adsit Confessor approbatus, quin & Parochus, & nulla censura, nulloque impedimento detentus. Quin addo, non po- 4
test Episcopus præcipere, quod taliter absolutus à 5
censuris, cessante mortis periculo, superiori se sistere teneatur, vt mandatum eius accipiat, iuxta *cap. eos, & Extrauag. inter cunctos, §. incendiarios, de priuileg.* Quod tamen solum intellige, si fuerit absolutus à priuilegiato: secùs, si fuerit absolutus à non priuilegiato; dummodo non tantum à peccatis reseruatis, pro quibus solis se sistere superiori non tenetur, à quocunque absolutus fuerit, sed etiam à censuris, & illis partis satisfactionem exigentibus. Patet ex dictis *in sect. 2. & 3. per totam.*

Dico secundò, neque potest Episcopus pro- 6
hibere, quod Religionum Prælati, aut ipsorum vicarij in ipsorum absentia, morte, vel suspensione, &c. quin de ipsorum consensu cæteri subditi Regulares, quin etiam Nouitij, & etiam seculares Religionem mox ingressuri, possint confiteri sacerdoti idoneo (Regulari, siue seculari) simplici, seu non approbato ab Episcopo. Patet etiam ex dictis *in sect. 5. & 11.*

Obiicies, saltem id in nostra Religione cleri- 7
corum Regularium Theatinorum locum non habet

habet,quia *in part. 1. cap. 6. num.1.* dicitur: *Nemo noſtrum ſua peccata extero ſacerdoti confiteri queat ſed iis ſolum noſtratibus Confeſſariis, qui à Præpoſito Domus fuerint aſſignati non obſtante quocumque priuilegio, cui ex nunc totius Religionis nomine renunciamus.* Ex quibus verbis deducit Peregrinus *in Comment. ad noſtras Conſtitutiones, part. 1. cap. 9. lit. C §. 1* Generalem, & Præpoſitos noſtræ Religionis neque habere pro ſe, neque poſſe concedere ſuis ſubditis facultatem eligendi in Confeſſarium, quemcumque ſacerdotem, etiam ab Epiſcopo approbatum, intra, vel extra Religionem, ſicuti locum res habet in aliis Religionibus.

Reſpondetur, nego antecedens, & ad probationẽ Reſpondeo, decretum illud in noſtra Religione
8 factum eſſe pro priuilegio Bullæ Cruciatæ, & aliis facultatibus, ſeu indultis confitendi cuicumque, etiam extero ſacerdoti, inſcio ſuperiore, non autẽ pro priuilegiò inſerto in corpore iuris, quod habent Prælati Religionum eligendi ſibi in Confeſſarium quemcumque (ſiue Regularem, ſiue ſecularem) ſimplicem, ſed idoneum, ſacerdotem, *cit. c. vlt. de pœnit. & remiſſ.* & quod habent iidem Prælati Religionum tanquam Ordinarij, concedendi eandem facultatem ſubditis ſuæ Religionis, *c. omnis vtriuſque ſexus, eod. tit.* quia priuilegium inſertum in corpore iuris non cenſetur in generali derogatione comprehenſum; & ſic non cenſetur, licet apponantur quælibet clauſulæ generales, derogatum, niſi de ipſo fiat expreſſa mentio, ſicuti ſupra dicebam *ſect. 11.* & docent cõmuniter Doctores, quos citat, & ſequitur Diana *p. 3. tr. 2. reſ. 1. & 2.*

Obijcies ſecundò, Nouitij cuiuſcumque Religionis (& multò magis ſeculares Religionem mox ingreſſuri) vt pote adhuc ſeculares, & nondũ profeſſi, poſſunt valide: etiam de peccatis reſeruatis ſuorum ſuperiorũ confiteri cum quocumque Cõfeſſario ſeculari, vel Regulari, ab Epiſcopo tamen approbato, ergo non poterunt etiam ex priuilegio confiteri, ſicuti ex priuilegio confiteri poſſunt Regulares profeſſi.

9 Reſpondetur, nego antecedens, quia Nouitij nõ poſſunt confiteri, niſi cum Magiſtro Nouitiorum vel cum Religionis ſuperiore, vel cũ quo ille commiſerit. Sic Peregrin. in Cõment. ad noſtras Conſtitut. *p. 2. c. 5. lit. K.* Megalius *in 1. p. lib. 1. c. 8. n. 20.* Vecchius *in prax. Nouitiorũ, diſſ. 10. dub. 3. &* Tãbur. *de iure Abbat. tom. 2. diſp. 6. q. 6. n. 11.* & probãt ex decreto Clementis VIII. ibi: *Quilibet Nouitius &c.* quorum opinio non omninò improbabilis eſt.
10 At quoniam oppoſita (quam tradunt Ortiz *in ſum. c. 5. n. 11.* Rodrigue2 *tom. 1. q. 27. ar. 11.* Portell. *ver. Nouitij abſolutio, n. 36.* Villalob. *tom. 1. tr. 9. diff. 56. n. 6.* Miranda. *tom. 2. q. 34. ar. 16. in fin.* Riccius *in prax. tom. 4. reſ. 241. n. 3.* Molfeſius *in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 14. n. 81.* Homobonus *p. 1. tr. 5. c. 2. q. 13.* & alij complures Doctores, quos citat, & ſequitur Diana *p. 3. tr. 2. reſ. 4.*) ob rationem in argumento adductam eſt probabilior, præſertim quia decretũ Cle-
11 mentis VIII. non loquitur per modum præcepti irritando Confeſſiones aliter factas, ſed ſolum per modum regulæ, & cõſilij (ſicuti rectè adnotarunt Molfeſius *in ſum. tom. 1. tr. 7. c. 14. n. 83.* Alphonſus de Leone *tract. de offic. & poteſt. Confeſſ. 2. recollect. 11. n. 151. & ſeq.* & Diana *loco cit. reſol. 5.*) ita tamẽ vt Confeſſarij Confeſſionẽ Nouitiorũ excipientes poſſint puniri, & Nouitij confitentes debeant è Religione expelli; propterea melius
12 Reſpondetur ſecundo, concedo antecedens, at nego conſequentiã; quia, licet nouitij poſſint primũ (ſicuti dicitur in argumento) vtpotè nondum profeſſi, ſed adhuc ſeculares, poſſunt tamen ex priuilegio etiã ſecundum; quia nõ ſunt in via ad Religionem; qua ratione participãt etiam cætera profeſſorum priuilegia, vt Canonis, fori, & exem- 13
ptionis gabellarum, ſicuti ſupra in ſuis locis dicebam. Item & quod modo, quo profeſſi poſſint cũ literis dimiſſorialibus Prælati Religionis (abſque eo quod hic incurrat ſuſpẽſionẽ ab officio, vel beneficio latam in Concilio Trid. *ſeſſ. 23. c. 10.*) mitti ad quoſcumque locorum ordinarios cauſa ordines 14
ſuſcipiendi, ſine licentia, ſeu literis commendatitiis Epiſcopi diœcetani. Doctores communiter, quos refert, & ſequitur Diana *loco ſupra cit. reſ. 7.* contra Peregrinum *in Comment. ad noſtras Conſtit. p. 1. c. 4. lit. A. §. 1.* Naldum *ver. Nouitius n. 8.* Vgol. *de poteſt. Epiſc. c. 26. §. 20. n. 7.* & Henriq. *lib. 10. c. 23. n. 3. & lib. 14. c. 9. n. 2.* qui aiunt, quod literæ 15
dimiſſoriæ ad Ordines ſuſcipiendos concedendæ ſint Nouitiis ab Epiſcopo, diœcetano, non autem à Religionis Prælato; ſed loquuntur fortaſsè de iure communi, non attento priuilegio Regularibus conceſſo, quod videri poterit apud Suar. *de relig. tom. 3. lib. 5. c. 16. n. 17.* & apud Dianam *reſol. 7.*

Cæterum an profeſſi, qui viuunt ſub cura Ma- 16
giſtri, poſſint de facto validè confiteri alteri extra ſuum Magiſtrum, vel extra illum à Prælato Religionis ipſis aſſignatum?

Negant Portell. *ver. Nouitij abſolutio, n. 36.* & Peregrin. *cit. p. 1. c. 9. lit. C. §. 6.* quia pro talium profeſſorum Confeſſionibus ſolus Magiſter, vel ille aſſignatus deputatur, vt Parochus: quapropter non poſſunt alteri validè confiteri; quod præcipuè in noſtra Religione clericorum Regularium Theatinorum locum habere videtur ob decretum pro ipſa ſpeciale Clementis VIII. apud Peregrinum, & Dianam *in locis ſupra cit.* vbi Pontifex ait, quod tales noſtri profeſſi permaneant in Nouitiatu, & viuant regulis Nouitiorum, &c.

At affirmant probabilius alij; quia idẽ Clemens VIII. in decreto generali publicato anno 1593. die 26. Maij ordinat, & meritò, in vniuerſum omnibus Regularium ſuperioribus, vt pro ſubditorum numero plures ab ipſis Confeſſarij in Monaſterio, ſeu Cõuentu conſtituãtur, ad hoc, vt dicti ſubditi liberius confiteãtur, & propter verecundiã fortaſsè ſacrilegas confeſſiones efficere non inducantur (quidquid in alio ſenſu dictum decretum Clemẽtis VIII. explicet Suar. *de relig. tom. 4. lib. 2. c. 15. n. 7.*) At hoc etiam & multò magis, in profeſſis degentibus ſub cura Magiſtri locum habet; ergo, &c. Accedit, quòd in noſtra *Religione Clericorum Regularium* Theatinorũ Conſtit. *p. 1. c. 9.* indiſtinctè, 17
& ſine vlla reſtrictione dicitur: *Confitebitur autem quiſq; noſtrũ ſuo Præpoſito, vel cui volet ex Cõfeſſariis, quos Præpoſitus deputauerit.* Et in decretis Capituli generalis *p. 1. c. 6. n. 7.* habetur: *Nemo noſtrũ ſua peccata extero ſacerdoti cõfiteri queat, ſed iis tantũmodo noſtratibus Confeſſariis, qui à Præpoſito domus fuerint deſignati, non obſtante quocũque priuilegio, &c.*

Vnde patet ad oppoſitũ argumentũ; & ad aliud non authenticũ, & ſpeciale pro noſtra Clericorũ Regulariũ Theatinorũ Religione Clemẽtis VIII. decretum. Reſpondetur primò, quod loquatur ſolũ de Nouitiis formaliter: & dato, loquatur de pro- 18
feſſis etiã ſub cura Magiſtri degentibus, loquitur ſolũ per modũ regulæ, & conſilij, nõ autẽ per modũ præcepti Cõfeſſionis irritando, ſicuti ſupra dicebã.

Dico

19 Dico tertiò, Neque potest Episcopus prohibere,quod Religionum Prælati,& ipsorum vicarij in de ipsorũ absentia,morte, vel suspẽsione;&c.quin ipsorum consensu cæteri subditi sacerdotes idonei Regulares possint absoluere suæ Religionis Regulares,quin & Nouitios,& etiam seculares Religionem suam mox ingressuros,ab omni peccato, & ab omni excommunicatione, aliaque censura particulatim non inflicta,quamuis Episcopo specialiter, vel etiam sedi Apostolicæ in præteritum reseruata, vel in futurum reseruanda. Patet etiam ex dictis in suppositio 8. & 9. Et de secularibus mox Religionem ingressuris docet in terminis Vecchius *in prax.Nouit. disp.9.dub.7.n.5.*

20 Dico quartò, Neque potest Episcopus prohibere quod Religionum Prælati, & ipsorum vicarij,quin & cæteri idonei Regulares, obtenta tamen ipsius Episcopi approbatione, & Religionis Prælati licentia possint absoluere quoscunque seculares, etiam peregrinos vndequaque aduenientes, à quibuscumque peccatis,& à quibuscumque inde secundùm iuris Constitutiones resultantibus censuris, sententiis, vel pœnis Ecclesiasticis (exceptis casibus specialiter ipsi Episcopo, &
21 summo Pontifici in Bulla Cœnæ reseruatis)etiam extra sacramentum pœnitentiæ, si de absolutione à censuris, sententiis, vel pœnis loquamur; & multò minus poterit prohibere quod similiter extra Sacramentum pœnitentiæ possint sacerdotes Regulares cum secularibus commutare, vel
22 dispensare vota, iuramenta,vel petitionem debiti matrimonialis ex impedimento voti, vel incestus,&c.Patet etiam ex dictis *in sect. 6. 7. & 9.* & videri poterunt, quæ de hac re diffusè dicebantur *lib.de Parlamentis dub.4.sect.19.subsect.31.& 32.* per totas: & quæ docent Doctores, quos citat, & sequitur Diana *part. 3.tract. 2.res.14.& tract.5. res.25.& part.5.tract.13.resol.46.*

23 Dico quintò,Neque potest Episcopus prohibere,quod Religionum Prælati, & ipsorum Vicarij quin & cæteri sacerdotes idonei Regulares modo quo *supra in 3. & 4.* dicto dicebam possint absoluere, etiam mortuo Pontifice ipsis facultatem absoluendi sic amplam delegante.Patet etiam ex dictis *sect. 10.*

24 Dico sextò, Neque potest Episcopus dignis & idoneis sacerdotibus Regularibus, quin etiam & secularibus (si hi in Theologia, vel iure Canonico sint Doctores, vel licentiati) sine causa approbationem denegare, & multo minus semel datam sine causa reuocare ; adeò quòd si tales sine causa non admissi, vel reiecti,Confessiones secularium audiant, ex satis probabili sententia Doctorum, validè, quin & licitè,illas possint audire: secùs si reuocet ex causa,præsertim Episcopi approbantis successor. Patet etiam ex dictis *in sect.11.*

Dico septimò, Neque potest Episcopus,ex satis probabili etiam sententia Doctorum,prohibere,
25 quod sacerdotes approbati ab vno Ordinario (idemque dico de habentibus beneficium curatũ) in sua diœcesi Confessiones audire possint,si ij per Parochi delegationem, & multo magis per electionem ex Iubileo,vel Bullæ priuilegio ibi confessiones audiant. Patet etiam ex dictis *in cit. sect.11. in fine.*

DVBITATIO XIX.

An, & quid possit Episcopus in ordine ad dispensationem legis,votorum,iuramentorum, pœnarum,& similium ?

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, qui non sunt exempti à Iurisdictione Episcopi ei omnino subiacent etiam quoad dictam dispensationem.*

2 *Prælatus Religionis suis Regularibus exemptis potest concedere dictam dispensationem,quod competit etiam Prælatis Religionis inferioribus.*

3 *Omnis dispensatio in Iurisdictione fundatur;qua cessante non potest dispensari.*

4 *Prælatus Religionis non potest dispensare cum suo Religioso iam Episcopo facto.*

5 *Regularis creatus Episcopus est exemptus à iurisdictione Religiosa.*

6 *Prælatus Religionis non potest dispensare cum electo in perpetuum,quia Religio illius iurisdictionem abdicauit in Episcopum.*

7 *Episcopus absque licentia Prælati Religionis non potest dispensare cum Religioso.*

8 *Religiosus sine voluntate & licentia sui Prælati, non potest renunciare exemptionem, quam habet.*

9 *Clericus non potest etiam cum iuramento renunciare priuilegium Canonis, exemptionis gabellarum & fori.*

10 *Religioso licitum est adire Episcopum pro dispensatione si ei denegetur iniustè à suo Prælato,ex præsumpta licentia summi Pontificis.*

11 *Exemptio pro bono Religionis,& Religiosi concessa non debet in detrimentum eorum conuerti,sicuti est si vagari daretur ansa.*

12 *Regularis ad hoc vt possit adire Episcopum pro dispensatione debet esse certus quod suus Prælatus eam iniustè neget;secus si sit dubius.*

13 *Possessio stat pro superiore,& prò lege exemptionis in fauorem Religionis concessa.*

14 *Religiosus poterit adire Episcopum si Prælatus Religionis non possit absoluere vel dispensare aliquo impedimento detentus, & non sit qui ipsius vices gerat,ex præsumpta licentia summi Pontificis.*

15 *Religiosus si non possit absolui à suo Prælato, potest de licentia sui Prælati Episcopum adire, ex præsumpta licentia Religionis illi communicata.*

16 *Priuilegium exẽptionis Religioni censetur semper concessum cum clausula nisi aliter Prælatis Religionis visum fuerit expedire.*

17 *Religiosus de iure communi non potest neque de licentia sui Prælati adire Episcopum pro absolutione vel dispensatione obtinenda;secus est ex priuilegio.*

18 *Religiosus non potest adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione, si Prælatus Religionis habeat eandem facultatem.*

19 *Prælatus Religionis frustra sibi casus reseruaret, si Religiosus posset adire Episcopum pro eorum absolutione,vel dispensatione. Secus si vrgeat necessitas,& Prælatus absit.*

20. *Religioſus, & ſecularis ſubiectus Priori Ordinis militaris, qui non habet poteſtatem abſoluendi ſubditos ſuos in caſibus commiſſis à Tridentino Epiſcopo, poteſt de licentia ſui Prælati Epiſcopum adire pro abſolutione, vel diſpenſatione obtinenda in ea Diœceſi, vbi ipſe Religioſus mor..tur.*

21. *Nuncius, qui poteſtatem legati à latere habet, poteſt etiam quemlibet Religioſum abſoluere, vel diſpenſare; quia eſt legitimus exemptorum ſuperior.*

22. *Religioſus ſubiectus Priori Ordinis militaris poteſt etiam remitti pro obtinenda abſolutione ad vicinum Epiſcopum, etiam ſi illius Diœceſis non ſit.*

1 SVPPONO, quod ſi Religioſi non ſint à iuriſdictione Epiſcopi exempti, ſed ei ſubiecti, reputentur, ac alij clerici ſeculares, in ordine ad diſpenſationem dictarum obligationum; ita vt nihil in hac parte poſſit Prælatus regularis. Ratio; quia talis non gaudet iuriſdictione quaſi Epiſcopali, quæ ad hanc diſpenſationem concedendam requiritur. Sic ex communi Nauar. *cap.* 12. *num.* 75. Suarez *lib.* 6. *de voto, cap.* 10. *num.* 14. *& ſeqq.* & Sanchez *lib.* 4. *Mor. cap.* 39. *num.* 9.

2 Suppono ſecundò, quod, ſi è contra Religioſi ſint exempti à iuriſdictione Epiſcopi, quales communiter ſunt hodie ex priuilegio, poſſit Prælatus eis dictam diſpenſationem concedere, quatenus eſt ex parte iuriſdictionis; quia eam habet in ſuos Religioſos, ſicut Epiſcopus in ſuos clericos. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Nauar. Suarez, & Sanchez *in locis ſupra cit.* Quod non ſolum intellige de ſuperioribus Prælatis, ſed etiam de inferioribus, quales ſunt Præpoſiti, Guardiani, Rectores, quin & Vicerectores, ſeu Vicarij, dum Rectores abſunt, & ipſi domum gubernant; quia & hi iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habent in ſubditos, ita tamen, vt propter ſubordinationem illa limitari poſſit à ſuperioribus Prælatis. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur idem Sanchez *cit. cap.* 39. *num.* 5.

3 Quapropter, cùm Religioſus Prælato ſubiectus eſſe deſinit, eo ipſo Prælatus non poteſt cum illo

4 quidquam diſpenſare; quia omnis diſpenſatio in iuriſdictione fundatur; vnde non poteſt Religionis Prælatus diſpenſare in votis, iuramentis, pœnis, vel aliis inhabilitatibus cum ſuo Religioſo,

5 iam Epiſcopo facto; quia talis iam Epiſcopus factus exemptus eſt à iuriſdictione Religioſa. Item

6 non poteſt diſpenſare cum electo in perpetuum; quia Religio illius iuriſdictionem abdicauit in Epiſcopum, ita vt Epiſcopo ſubditus ille ſit, ſicut quilibet alius clericus ſecularis. Sic Sanchez *ex communi loco cit. num.* 13. *& 14.*

Difficultas itaque eſt, an poſſit Epiſcopus cum Religioſis exemptis diſpenſare, ſicuti poteſt cum clericis ſeculatibus. His ſuppoſitis.

7 Dico primò, abſque licentia Prælati Religionis nihil poteſt Epiſcopus diſpenſare cum Religioſo, quia exemptio, quam Religioſus habet ab Epiſcopi iuriſdictione, non tam in fauorem Religioſi, quàm in fauorem totius Religionis conceſſa

8 eſt: quapropter non poteſt is pro ſuo arbitratu ſine voluntate Prælati illam renunciare, & iuriſdictioni Epiſcopi ſe ſubmittere; præſertim, quia talis renunciatio cederet in detrimentum Religioſi ſtatus, eſſet enim contraria quieti, & ſubiectioni debitæ Religioſo Prælato. Qua ſimili ratione dicebam *cap.* 1. *dubit.* 14. *cap.* 4. *dubit.* 31. *&* 9 *c.* 5. *dubit.* 12. *&* 13. *& lib. de Parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 28. *& dubit.* 27. *ſect.* 8. *ſubſect.* 3. non poſſe clericum neque etiam cum iuramento renunciare priuilegium Canonis, exemptionis gabellarum, & fori. Vide Sanchez *cit. c.* 39. *n.* 27. & Pontium *de matrimonio lib.* 8. *c.* 5. *n.* 13.

An autem, ſi Religionis Prælatus nolit, vel non 10 poſſit diſpenſare, licitum ſit Religioſo pro diſpenſatione obtinenda Epiſcopum adire?

Reſpondetur, ſi iniuſtè neget, licitum eſſe; quia 11 tunc præſumitur Summus Pontifex licentiam ei concedere, & exemptionem tollere: ſiquidem cum talis exemptio pro bono Religionis, & Religioſi conceſſa ſit, non debet in detrimentum eorũ conuerti; eſſet autem detrimentum, tum Religioni, tum Religioſo, ſi negata iniuſtè licentia, cogeretur Religioſus pro diſpenſatione (idemque dico pro abſolutione ab aliquo caſu Papæ reſeruato in Bulla Cœnæ, vt ab hæreſi intus, & exterius conſummata) obtinenda euagari, & Romam adire. Vide, quæ dicebam *lib. de Parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 29. *&* 35. *Addend.* 8. *&* 9. Vt autem per Epiikeiam licentia à Papa conceſſa præſumatur, 12 debet Regioſus noſſe, iniuſtè ſibi à Prælato regulari licentiam denegari; ſiquidem in dubio, vtrum 13 iuſtè, vel iniuſtè ea ſibi ab illo denegetur, poſſeſſio ſtat pro ſuperiore, & pro lege exemptionis in fauorem Religionis conceſſa: qua propter in dubio non poterit Religioſus Epiſcopũ adire. Sic Mol. *de iuſtitia tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 61. *n.* 5. Sanchez *lib.* 4. *Moral. c.* 39. *n.* 36. & Pont. *de matr. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 14.

Dico ſecundò, ſi Religionis Prælatus non poſſit 14 abſoluere vel diſpenſare, eo quod excõmunicatus non toleratus ſit, vel defunctus, vel longè abſens, & non ſit alius, qui ipſius vices geraț, poterit etiã Religioſus Epiſcopum adire, propter eandem rationem dictam; quod ſcilicet in tali caſu præſumatur etiam ſummus Pontifex in bonum Religionis, & ipſius Rligioſi licentiã ei dare, & exemptionem exc nguere Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Sanch. & Pontius in locis ſupra citatis.

Dico tertiò, ſi nullus Religionis Prælatus poſſit 15 ſubditum Religioſum ab ſoluere, vel diſpenſare, poteſt ſubditus Religioſus pro abſolutione, vel diſpenſatione obtinenda de licentia ſui Prælati Epiſcopum adire; quia tunc præſumitur id fieri ex licentia Religionis, illi prælato communicata; & ſic id fieri non obſtat priuilegio exemptionis, neque bono regimini Religionis, neque debitæ ſuperiori ſubditorum obedientiæ; cùm fiat ex licentia ſuperioris. Accedit, præſumi hoc modo priuilegium exemptionis à ſummo Pontifice concedi, 16 ſcilicet, niſi aliter Prælatis Religionis viſum fuerit expedire; aliàs deterioris conditionis eſſent Religioſi ſeculatibus, cùm nõ poſſint neque à ſuis Prælatis, neque ab Epiſcopis, ſicuti poſſunt ſeculares, abſolutionem, vel diſpenſationem obtinere, ſed cogerentur euagari, & Romam adire. Sic Mol. *cit. diſp* 61. *n.* 4. Henriquez *lib.* 6. *de pœnitentia, c.* 16. *n.* 8. *lib.* 14. *de irregul. c.* 20. *n. vlt. & lib.* 10. *de Sacram. Ordinis, cap.* 20. *n.* 2. Suarez *de pœnit. diſp.* 30. *ſect.* 2. *num.* 3. *& tom.* 5. *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 12. Sanchez *lib.* 4. *mor.* 39. *num.* 32. Auila *de cenſur. part.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 6. & Pontius *de matrim. cit. cap.* 5.

Aduerte

Aduerte tamen, quod, licet non poſſit Religioſus de licentia ſui Prælati pro diſpenſatione, vel abſolutione obtinenda Epiſcopum adire, de iure communi poſſit, ſaltem ex priuilegio à ſede Apoſtolica Religionibus conceſſo, quapropter ita eſſe in praxi receptum, reſtatur Suarez *loco ſupra cit.* Corduba *in compend. priuileg. Mendicant. in Addit. ver. abſolutio ordinaria quoad fratres, §.1.* Sanchez *num.32.* & Pontius *n.18.*

Aduerte ſecundò, quod, ſi Prælatus Religionis habet poteſtatem diſpenſandi, vel abſoluendi, debeat ſubditus Religioſus priùs adire ſuum Prælatum Religionis, quàm Epiſcopum; quia cùm intra Religionem remedium habere poſſit, non præſumitur tunc ſummus Pontifex licentiam ei dare, & exemptionis priuilegium tollere in detrimentum boni regiminis Religionis, & debitæ ſuperiori ſubditorum ſubordinationis. Accedit, quod fruſtra Prælatus Religionis caſus ſibi reſeruaret, ſi Religioſus poſſet adire Epiſcopum pro eorum abſolutione, vel diſpenſatione. Sic Mol. *num.* 3, Sanchez *num.* 38. & Pontius *num.* 15. Excipe, niſi vrgeat neceſſitas impetrandi abſolutionem, vel diſpenſationem, & ſuperior Prælatus longè abſit, & facilè adiri non poſſit, quia tunc ex dicta Epiſchea poterit Religioſus priùs Epiſcopũ adire.

Aduerte tertiò, quod Religioſus, & ſecularis ſubiectus Priori Ordinis Militaris, qui non habet poteſtatem abſoluendi, & diſpenſandi ſubditos ſuos in caſibus commiſſis à Tridentino Epiſcopis, poſſit de licentia ſui Prælati Epiſcopum adire pro abſolutione, vel diſpenſatione obtinenda; quia talis non debet eſſe conditionis deterioris aliis ſecularibus. Epiſcopus autem in tali caſu erit ille, in cuius diœceſi ipſe commoratur, vel ſi nullius diœceſis ſit, erit Metropolitanus, vel Nuncius, qui, ſi poteſtatem legati à latere habet, poteſt etiam quemlibet Religioſum abſoluere, vel diſpenſare; quia eſt legitimus exemptorum ſuperior. Vide Pontium *cit. cap.5. num.* 21. & Sanchez *cit. cap.39. num.25.* qui ſubdit, quod poſſit etiam prædictus Religioſus, & ſecularis ſubiectus Priori Ordinis Militaris, remitti ad vicinum Epiſcopum, etiamſi illius diœceſis non ſit; quia iſta ſubiectio ſit ex voluntate Prælati; & quia niſi fuiſſet exemptionis priuilegium, ad illum de iure communi talis exemptus pertineret.

DVBITATIO XX.

An, & quid poſſit Metropolitanus in ſuffraganeos?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus non habet in ſuffraganeos etiam non exemptos poteſtatem diſpenſandi, niſi in aliquibus caſibus à iure conceſſis.*

2 *Metropolitanus poteſt in Eccleſiis ſuorum ſuffraganeorum concedere indulgentias.*

3 *Metropolitanus diſpenſare poteſt cum ſuffraganeis primo ſi per appellationem ad ipſum cauſa deuoluta eſt, eo quod nolit inferior diſpenſationem concedere.*

4 *Item diſpenſare poteſt, ſi ab inferiore imploretur eius poteſtas, vel quia inferior renuat diſpenſare iuſta diſpenſandi cauſa intercedente; ſed cauſa debet eſſe manifeſta.*

5 *Item tertio diſpenſare poteſt quando viſitat Prouinciam, quod libere facere poteſt communi iure, licet nulla Epiſcopi negligentia intercedat.*

6 *Metropolitanus dum Prouinciam viſitat, poteſt audire confeſſiones Prouincialium.*

7 *Item poteſt iubere, Crucem ante ipſum ferri, & benedicere Populo etiam in Prouincia locis exemptis.*

8 *Metropolitanus poteſt diſpenſare communi iure cum ſuis ſuffraganeis, non ſolum dum viſitat Prouinciam; ſed quandocumque.*

9 *Opinio in contrarium eſt probabilior; quia ex iure non conſtat talis poteſtas.*

10 *Metropolitanus quando poteſt diſpenſare cum ſuis, tunc etiã poteſt Epiſcopus pari auctoritate.*

11 *Metropolitanus dicitur ſimpliciter Ordinarius ſuperior ſuorum ſuffraganeorum, ita vt iis communi iure præcipere, eoſque negligentes ad officium compellere poteſt.*

12 & 13 *Metropolitanus in cauſis criminalibus maioribus priuatione vel depoſitione dignis, re cum Prouincialibus Epiſcopis cognita, ad ſententiam definitiuam aduerſus Epiſcopum ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate, procedere non poteſt. ſecus eſt de iure noue. nam proceſſus, & cæteri actus reſeruantur ſummo Pontifici.*

14 *Epiſcoporum minores tantum criminales cauſæ in Concilio Prouinciali cognoſcuntur, & terminantur.*

15 *Archiepiſcopus in ordine ad Coepiſcoporum ſeu ſuffraganeorum Epiſcoporum ſubditos nullo pacto ſuperior eſt, nec iuriſdictionem vllam habet.*

16 *Epiſcopi ob ſolam negligentiam nulla interpoſita à partibus appellatione ad Archiepiſcopum non deuolui iuriſdictio.*

17 *Epiſcopo recuſante præſtare conſenſum in aliqua re ſine rationabili cauſa, poteſt adiri Archiepiſcopus vt Epiſcopum ad conſentiendum compellat.*

18 *Archiepiſcopus ſi velit Prouincialia ſtatuta condere, debet Epiſcoporum ſynodum eius rei cauſa congregare, & in ea tanquam Decanus in capitulo præſidere.*

19 *Archiepiſcopus eſt inferior Concilio Prouinciali, & ideo non poteſt eius decreta reuocare, vel immutare.*

20 *Archiepiſcopus hoc ipſo quo confirmatus fuerit poteſt expedire ea, quæ ad adminiſtrationem, & ordinariam iuriſdictionem pertinent.*

21 *Archiepiſcopus non debet priùs quam à ſede Apoſtolica pallium accepit, exercere ea, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, neq; cogere Concilium*

22 *Plenitudo officij Archiepiſcop. pallio ſignificatur.*

23 *Archiepiſcopus ante acceptum pallium poteſt alteri concedere facultatem ordinandi, cum talis conceſſio ſit actus iuriſdictionis.*

24 *Pallium habet quaſi ſingulare perſonale priuilegium, quo Archiepiſcopus vti debet determinatis feſtis, vt illud alteri Archiepiſcopo commodare non poſſit, ſed cum eo mortuus ſepeliri debeat.*

RESPON

1 RESPONDETVR, quod Metropolitanus (qui & Archiepiſcopus dicitur, poſtquam à Sede Apoſtolica pallium accepit, *c. niſi de auctorit. & vſu pally*) non habeat in ſuffraganeos, etiam non exemptos, poteſtatem diſpenſandi, niſi in aliquibus caſibus à iure conceſſis, *cap. paſtoralis, de offic. ordinar.* ibi: *Cum tamen, exceptis quibuſdam articulis, nullam habeat poteſtatem. cap. 1. in princ. de foro compet. in 6. cap. de eo, de offic. Ordin. & cap. noſtræ de pœnit. & remiſſ.* Vbi conceditur Metropolitano, tanquam
2 quid ſpeciale, poſſe in ſuffraganeis Eccleſius indulgentias concedere; conſequenter ſignum eſt, eum alia non poſſe. Sic Silu. *ver. votum*, 4. *q.* 3. Suarez *lib.* 6. *cap.* 10. *n.* 8. Sanchez *lib.* 4. *Mor. c.* 38. *n.* 11. Sayr. *lib.* 6. *c.* 11. *n.* 79. Pontius *de matrim. lib.* 8. *c.* 5. *n.* 9. Barboſa 2. *part. de poteſt. Epiſc. allegat.* 36. *num.* 20. & alij paſſim.

Caſus autem, in quibus Metropolitanus, ſeu Archiepiſcopus cum ſuffraganeis diſpenſare poteſt, ſunt.

3 Primus, ſi per appellationem ad ipſum cauſa deuoluta ſit, eo quod nolit inferior diſpenſationem concedere. Sic communiter Doctores *in cap. 1. de offic. deleg. & cap. duo, de offic. Ordinar.*

4 Secundus, ſi inferior remiſſus ſit in concedenda diſpenſatione, & ob eam cauſam imploretur Metropolitani poteſtas, & iuriſdictio, etiamſi legitima appellatio non interueniat: quam cauſam ſufficere, vt Metropolitano iuriſdictio deferatur (ita vt ſolum ex eo, quod inferior renuat, cauſa diſpenſandi interueniente, diſpenſationem concedere; poſſit Metropolitani auxilium implorari, vt diſpenſet, vel faciat, vt inferior diſpenſationem concedat) ſentit *gloſſ. in cap. Romana, de ſupplenda neglig. Prælat.* Abb. *in cap. ex frequentibus de inſtitut.* Henriq. *lib.* 14. *de irregular. cap.* 18. *num.* 3. Sanchez *cit. cap.* 38. *num.* 12. & Auila *de cenſur. part.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 6. *notab.* 2. Quamuis probabilius mihi videatur id non ſufficere, ſed requiri, vt cauſa concedendi diſpenſationem ita neceſſaria ſit, vt teneatur ſuffraganeus Epiſcopus illam concedere; & præterea hoc manifeſtum ſit; quia tunc illa negligentia ſic manifeſta vicem gerit appellationis, vt ad Metropolitanum deferatur iuriſdictio, aliàs non, Moueor; quia alio modo, cùm non malè faciat manifeſtè inferior diſpenſationem denegando, negligens reputari non poteſt, vt loco illius Metropolitanus ſubrogetur.

5 Tertius caſus eſt, dum Metropolitanus, prouinciam viſitat (quod liberè facere poteſt communi iure, quamuis nulla Epiſcopi negligentia intercedat; cùm limitatione tamen Tridentini Concilij *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. *de reform.*) quia tunc videtur in ordine ad ſuffraganeos eſſe ſuperior, quamuis non videatur ſuperior ad diſpenſandum, ſed ſolum ad abſoluendum, *cap. fin. de cenſibus, in.* 6. Et probatur; quia aliàs poſſet dimiſſorias concedere, quod à Doctoribus communiter negatur. Sic Suarez *tom.* 5. *de cenſur. diſput.* 41. *ſect.* 2. *num.* 12. & *tom.* 2. *de relig. lib.* 6. *de voto, cap.* 10. *num.* 9. Sanchez *num.* 14. & Pontius *n.* 11.
6 poteſt tamen, inquam, Metropolitanus dum prouinciam viſitat, prouincialium confeſſiones audire iuxta *cit. cap. fin. de cenſib. in* 6. Item poteſt
7 iubere, crucem ante ſeipſum ferri, & benedicere populo, etiam in prouinciæ locis exemptis, iuxta Clement. Archiepiſcopo de priuileg. Item poteſt concedere indulgentias intra ſuam prouinciam, iuxta cap. noſtræ de pœnit, cum limitatione tamen Concilij Lateranenſis.

Quartus caſus eſt, reſpectu ipſorum Epiſcoporum ſuffraganeorum, reſpectu quorum dicitur ſimpliciter ſuperior: quapropter cum his communi iure poterit diſpenſare, non ſolum dum viſitat, vt tenet Auila *de cenſuris, part.* 2. *cap.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 10. *concluſ.* 3. & *part.* 7. *diſp.* 10. *dub.* 6. *notab.* 2. *circa* 2. *concl.* ſed etiam in omni alio tempore, vt tenent Paludan. *in* 4. *diſtinct.* 38. *quæſt.* 4. *art.* 4. *concl.* 8. S. Antoninus *part.* 2. *tit.* 11. *cap.* 2. §. 9. Angles, *part.* 2. *queſt. de voto, art.* 8. *diffic.* 9. *concl.* 9. & doctores, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.* 14. *de irregular. cap.* 18. *num.* 3. & Sanchez *lib.* 4. *Moral. cap.* 38. *num.* 16. Quamuis probabilius hunc quartum caſum ſimpliciter non admittant Suarez *lib.* 6. *de voto,* 9
capit. 11. *numer.* 3. & Pontius *de matrimon. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 10. & meritò; quia ex iure non conſtat talis poteſtas; & præterea non eſt neceſſaria; non enim eſt neceſſaria in ordine ad diſpenſationem concedendam in legibus Metropolitani; quia his non ligantur Epiſcopi; quin neque cæteri ſubditi ſuffraganei. Nec eſt neceſſaria in ordine ad diſpenſationem concedendam in legibus Pontificis & Concilij generalis; quia in his æquè omnibus Papa inferioribus Prælatis interdicta eſt poteſtas diſpenſandi; & ex alio capite, quando in his Metropolitanus poteſt cum ſuis diſpenſare, poteſt etiam Epiſcopus cum ſuis, & 10
cum ipſomet. Idemque quod dictum eſt de diſpenſatione in ordine ad leges, dicas de diſpenſatione in ordine ad vota, iuramenta, irregularitates, &c.

Cæterum, cùm dixi, quod Metropolitanus 11
ſit reſpectu ipſorum Epiſcoporum ſuffraganeorum, ſeu Coëpiſcoporum prouinciæ ſimpliciter ſuperior, intelligitur, quod ſit illorum Ordinarius ſuperior, ita vt iis communi iure præcipere, eoſdemque negligentes ad officium compellere poſſit, ſicuti colligitur *ex cap. ſolicitudinem, de appellat. cap.* 1. 2. & *ſequentib. cauſ.* 9. *quæſt.* 3. & *cap. cognouimus*, 10. *quæſt.* 3. & docet gloſſ. *in capit. paſtoralis*, & ibid. Abb. *num.* 1. *de offic. Ordinar.* Quamuis in cauſis criminalibus maioribus, priuatione, vel depoſitio- 12
ne dignis, re cum prouincialibus Epiſcopis cognita, ad ſententiam definitiuam aduerſus Epiſcopum ſine Sedis Apoſtolicæ auctoritate procedere non poſſit, *cap.* 2. *de tranſlat. Epiſcop.* & *cap.* 5. & *ſeqq.* 3. *quæſt.* 6. & docent cum Abb. *in cit. cap.* 2. communiter Doctores. Quinimmò 13
Nauarr. *lib.* 2. *conſil.* 2. *de foro compet. edit.* 2. ſubdit, quod iure nouo in dictis cauſis criminalibus maioribus non ſolum condemnatio, ſed etiam cognitio, ac proceſſus aduerſus Epiſcopum ſoli Pontifici reſeruetur, & inferioribus interdicatur, *argument. capit. Inquiſitores, de hæreticis in* 6. *iunct. gloſſ. verb. Apoſtolica*: & videtur ſatis indicare Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *capit.* 5. *de reformat. in fin. ibi*: Minores verò criminales cauſæ Epiſcoporum in Concilio 14
tantum prouinciali cognoſcantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium prouinciale.

At in ordine ad Coëpiſcoporũ, ſeu ſuffraganeo- 15
rum Epiſcoporum ſubditos Archiepiſcopus nullo pacto ſuperior eſt, neque iuriſdictionẽ vllã habet;

secuti constat *ex cap. nullus Primas, cap. conquestus, 9. quæst. 3. cap. 1. de offic. legat. & cap. duo simul, de offic. Ordinar.* Quapropter *supra* dicebam, quod non possit cum subditis Episcoporum suffraganeorum in votis dispensare, nisi per appellationem ad ipsum, eo in casu, quo Episcopus dispensationem denegauerit, & cum eam, iusta causa subsistente, concedere debuisset. Sic in specie Auila *de censur. part. 7. disp. 10. dub. 6. concl. 1. notan. 2.* & Henriquez *lib. 14. de irregular. cap. 18, num. 3.* qui subdunt, etiam posse Archiepiscopum cum dictis subditis Episcoporum suffraganeorum in votis dispensare, cùm illorum diœceses visitat, iuxta *cap. vlt. de censib. in 6.* & Tridentinum Concilium *sess. 24. c. 3. de reformat.* quod tamen alij, sicuti etiam supra dicebam, rectiùs negant; cùm id nullo iure expressum sit, sed solum posse Archiepiscopum, *dum visitat, subditorum suffraganeorum Confessiones audire, & absoluere, cit. cap. vlt. de censib.* & tradunt Suarez, Sanchez, & Pontius *in locis cit. argum. cap. duo simul, de offic. Ordinar.* in quo dicitur; *Primatem nihil iuris præ cæteris Episcopis habere, nisi quantum sacri Canones concedunt, vel prisca consuetudo.* Videatur etiam Abbas *in cap. cum ad quorumdam de excessib. Prælat. num. 4.* vbi ait quod Archiepiscopus nihil possit in diœcesi suffraganeorum, nisi in casibus iure *supra* expressis; vt si v.g. ab Episcopo ad ipsum fuerit appellatum, iuxta *cit. cap.* conquestus, iuncta *gloss. & cap. peruenit, 11. quæst. 1. & cit. cap. duo simul, & cit. cap. 1. de offic. legat.* Quamuis,

16 ob solam negligentiam Episcopi, nulla interposita à partibus appellatione ad Archiepiscopum, non deuolui iurisdictionem docet idem Abbas *in cit. cap. duo simul, & cap. pastoralis de offic. Ordin. & cap. nullus, de iure patronat. num. 2.* vbi etiam subdit, quod, si Episcopus requisitus in aliqua re

17 consensum sine rationabili causa deneget, possit adiri Archiepiscopus, non vt ipse consensum suppleat, sed potius vt Episcopum ad consentiendum compellat.

18 His adde, quod si Metropolitanus, seu Archiepiscopus velit prouincialia statuta condere, debeat Episcoporum synodum, eius rei causa, congregare, & in ea, tanquam Decanus in Capitulo, præsidere, *cit. cap. nullus Primas.* Quod verò in prouinciali synodo decretum fuerit, reuocare, immutare, vel dispensare non potest; quia inferior

19 est synodo, seu Concilio Episcoporum, à quibus propterea iudicari potest. Nauar. *lib. 1. consil. 6. de maior. & obedient. edit. 2.* Suarez *de legibus lib. 6. cap. 15.* & Sanchez *de matrimonio lib. 8. disp. 17. num. 36.*

20 Adde secundò, quod Metropolitanus, hoc ipso, quo confirmatus fuerit, possit expedire ea, quæ ad administrationem, & ordinariam iurisdictionem pertinent, *cap. transmissam, & cap. suffraganeis cum*

21 *gloss.* ibi; *de elect.* At non debeat priùs quàm à Sede Apostolica pallium acceperit, exercere ea, quæ ordinis Episcopalis sunt neque cogere concilium; cùm plenitudo officij Episcopalis pallio

22 significetur, *cap. nisi, de auctor. & vsu pallij*, & *cap. quod sicut, §. præterea, de elect.* Quamuis possit alteri, v.g. Episcopo suffraganeo suo concede-

23 re facultatem ordinandi; cùm talis concessio sit actus iurisdictionis. Quaranta *verb. Archiepiscopus, n. 32. & gloss. in c. 1. de transl. Episcop.* quidquid contra dixerit altera gloss. *in cit. §. præterea.*

24 Adde tertiò, quod pallium habeat, quasi singulare personale priuilegium concessum, vt eo in certis festis (de quibus gloss. *in cap. ad honorem, de auct. & vsu pallij*) in Ecclesiis suæ prouinciæ vtatur, *cit. cap. ad honorem*, & illud alteri Archiepiscopo commodare non possit, sed cum eo mortuus sepeliri debeat, *cap. ad hoc, eodem tit.*

SECTIO II.

An Metropolitanus, seu Archiepiscopus factus Episcopus vti possit pallio?

SVMMARIVM.

1. *Archiepiscopus factus Episcopus non potest vti pallio.*
2. *Archiepiscopus ante pallij susceptionem non potest vocari Archiepiscopus.*
3. *Pallium datur Personæ in ordine ad locum, ita vt sit priuilegium singulare, & indiuiduum respectu singularis, & indiuiduæ potestatis Archiepiscopalis.*
4. *Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus non potest vti pallio priori; sed indiget alio de nouo.*
5. *Archiepiscopus vti non potest pallio extra Prouinciam suam etiam de licentia Episcopi illius Diœcesis, in qua reperitur.*
6. *Translatus de vno Archiepiscopatu ad alium, si tandem redeat ad priorem, indiget nouo pallio, cum primum pallium non sufficiat.*
7. *Archiepiscopus, qui amisit pallium, potest probabiliter sine illo Pontificalia exercere.*

REspondetur negatiuè; sic Venerus *in Exam. Episc. lib 4. cap. 10. n. 12.* & probatur; quia pallium est signum proprium potestatis, & dignitatis solius Archiepiscopalis quapropter *in cap. nisi de auctorit. & vsu pallij* dicitur quod Archiepiscopus ante pallij susceptionem non possit vocari Archiepiscopus: tum quia vt patet ex dictis, & *ex cap. bona memoria, 2. de postulat. & glossa ibi,* pallium datur personæ in ordine ad locum; ita vt sit priuilegium singulare, & indiuiduum respectu singularis, & indiuiduæ potestatis Archiepiscopalis: quapropter *ex cit. cap. nisi de auctorit. & vsu pallij* Cæremoniale Romanum *lib. 1. cap. 16.* Azor. *part. 2. lib. 3. c. 34. q. 8.* Cucchus *Instit. Canon. lib. 4. tit. 6. n. 25.* Lancellotus *in Instit. etiam Canon. lib. 1. tit. 13. in gloss. lit. H,* Genuensis *in prax. Archiep. cap. 70. n. 18.* Zerola *in prax. Episc. part. 1. ver. Archiepiscopus num. 1.* Acugna *in decretum Gratiani part. 1. dist. 100. cap. 7. n. 1.* Zecchius *de Republ. Christ. tit. de Patriarchis, n. 5.* & Quaranta *verb. Archiepiscopus, n. 23. & seqq.* aiunt, quod Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum translatus non possit vti pallio priori, sed indigeat alio de nouo: vnde sequitur, quod multò minus possit vti illo, si ad Episcopatum translatus est; cùm tunc non sit amplius Archiepiscopus, cui, vt dicebam, vsus pallij, non solum ratione personæ, sed ratione loci conceditur.

Quod adeò verum est, vt Barbosa *in collectan. tom. 1. lib. 1. tit. 8. cap. 6. n. 2.* Maiolus *de irregul. lib. 2. cap. 2. n. 7.* Parisius *de resignat. benefic. lib. 1. q. 17. num. 20. & seqq.* Ruzzeus de præeminen-

tia

tia Archiep. *priuileg.* 21. *ver. iſtud tamen*, & Proſper de Auguſtino *in Addition. ad ſummam Quarana, ver. Archiepiſcopus, num.* 23. tenent pallij priuilegium adeò eſſe in ordine ad locum, vt Archiepiſcopus, etiam de licentia Ordinarij illius diœceſis, in qua reperitur, vti non poſſit extra prouinciam ſuam: cui ſententiæ fauet textus *in* 5 *cap. ad poſtulationem de renunciatione*, vbi Archiepiſcopo Raguſienſi propter periculum vitæ Eccleſiam, non autem dignitatem renuncianti, ſummus Pontifex concedit exercere officia Pontificalia, denegat tamen vſum pallij. Fauet etiam gloſſa *in Clement. Archiepiſcopo de priuilegiis lit. M.* quatenus ibi ait, differre Pontificalia à pallio; cùm pallio non vtatur Archiepiſcopus in aliena prouincia, etiam de licentia illius, ad quem ſpectat niſi ſuper hoc ſit priuilegiatus.

6 Quinimò alij aiunt, quod ſi quis ſemel habuerit pallium vnius Archiepiſcopatus, & ab hoc ad alterum transferatur, iterumque redeat ad priorem, indigeat nouo pallio, & prius pallium non ſufficiat. Sic Acugna in Decretum Gratiani *part.* 1. *diſt.* 100. *cap.* 10. *num.* 3. *& ſeqq.* vbi probabiliter ſubdit, quod ſi Archiepiſcopus pallium à Pontifice receptum amiſerit, vel ignis illud combuſſerit, &c. poſſit abſque illo Pontificalia mune- 7 ra exercere; quamuis Venetus *in exam. Epiſcop. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 19. ſentiat oppoſitum, quod ſcilicet teneatur aliud à Pontifice impetrare.

DVBITATIO XXI.

An legatus natus poſſit exercere iuriſdictionem in Regulares exemptos?

SVMMARIVM.

1 *Legatus natus non poteſt exercere iuriſdictionem in Regulares exemptos.*

2 *Legatus à latere ſolum poteſt exercere iuriſdictionem in Regulares exemptos.*

3 *Legatus natus non poteſt exercere dictam iuriſdictionem niſi hoc in eius priuilegiis ſpecialiter ſit expreſſum.*

4 *Soli ſanctæ ſedi conceſſa nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat.*

5 *Cauſa, quæ ad correctionem, & clauſtralem obedientiam pertinent, non ſunt à Legatis tractanda, ſed ſuperioribus Regularibus relinquenda.*

6 *Appellatio ad Legatum non admittitur in cauſis Regularium, niſi in iis magnus, & euidens ſit exceſſus.*

7 *Limita in caſu, quo Prælatus Regularis contra Regulas ordinis procederet, & vti priuatus ſubditum grauaret, & ad ſuperiorem appellationem admittere nollet.*

8 *Affertur Praxis Regni Siciliæ quoad recurſus ad dictum Legatum, qui exemptorum iudex dicitur, ſed non in cauſis correctionis, niſi iniuria ſit manifeſta.*

9 *Dubitatur de vſu licito dicti Tribunalis.*

1 REſpondetur negatiuè; atque ita contra Io. Andream *in cap.* 1. *de verbor. ſignif. in* 6. & quoſdam alios Canoniſtas apud Franc. Marcum *deciſ.* 344. *lib.* 1. Andream Gambar. *de offic. legat. lib.* 2. *num.* 31. *in princip. lib.* 8. *num.* 78. *& in tit. de poteſt. legat. in exempt. n.* 8. & Curtellium *de immun. Eccleſ. lib.* 2. *q.* 17. tenent gloſſ. *in c.* 1. *de offic. legat. ver. vniuerſor.* ibid. Abb. *n.* 8. *docens* id ſolum 2 poſſe legatum a latere, Speculator *in tit. de legat. §. ſupereſt, n.* 13. *verſ. ſed numquid Legatus*, vbi arguens pro, & contra, concludit: *In iis autem* 3 *non videtur, niſi hoc in illis priuilegiis ſpecialiter ſit expreſſum, vt extr. de offic. ordin. grau.* Villadieg. *in tract. de legat. q.* 8. *n.* 20. Cochier. *in tract. de inriſd. in exemptos part.* 2. *quæſt.* 2. *per tot. & q.* 50. *n.* 6. *& part.* 4. *q.* 26. *n.* 2. & Diana *part.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 16. & probatur ex *c.* 4. *huic ſoli ſedi, diſt.* 17. ibi: *Huic ſoli ſedi conceſſa nullus vſurpare ſine eius conſultu præſumat: ex cap. ad petitionem, de accuſat.* 4 *ex cap. ſi Abbatem, de elect. in* 6. *& ex tit. cap.* 1. *de verbor. ſignif.*

At quidquid ſit de hoc, illud ſaltem, in quo 5 conueniunt etiam Aduerſarij, dicendum eſt, cauſas, quæ ad correctionem, & clauſtralem obedientiam pertinent, à Legatis non eſſe tractandas, ſed ſuperioribus Regularibus relinquendas; Sanch. *lib.* 6. *cap.* 3. Nauar. *de Regular. cap.* 2. *n.* 63. Eman. Rodrig. *qq. Reg. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 3. *& tom.* 2. *q.* 3. *art.* 6 1. & Perinus *de ſubdito, lib.* 1. *cap.* 19. *&* 20. Quod adeò verum eſt, vt in iis, niſi magnus, & euidens ſit exceſſus, non poſſit appellari, *cap. ad noſtram, cap. reprehenſibilis, & cap. cum ſpeciali, de appellat.* & ibi Doctores, & Scaccia *de appellat. q.* 17. *limitat.* 26. *n.* 8. Sanch. *cit. cap.* 3. *n.* 111. Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 73. *n.* 36. & alij quos citat, & ſequitur Salzed. *de leg. Polit. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 85.

Excipe, ſi Prælatus Regularis contra Regulas Ordinis procedens, ac vti priuatus ſubditum gra- 7 uet, & ad Superiorem appellationem admittere nolit; quia tunc ſi ad Superiorem Regularem eiuſdem Ordinis aditus non ſit, etiam ad Principem laicum per modum facti, & defenſionis naturalis recurri poterit, iuxta ea, quæ dicebantur *c.* 9. *dubit.* 4. 5. *& 6.* ne dum ad Legatum quemlibet Eccleſiaſticum; vti practicari ſolet in Regno Siciliæ in Tribunali Eccleſiaſtico Regiæ Legationis, quod 8 exemptorũ iudex dicitur, non ſolum quia omnes Eccleſiaſtici fori, & eorum, qui in regno iudicem non habent, cauſas cognoſcit (vt ſunt ciuiles Epiſcoporum poſt Tridentinum Concilium, & omnes Abbatum exemptorum cauſæ) ſed etiam Religioſorũ, exceptis correctionis Regularis cauſis, niſi in præmiſſo caſu, quo vis manifeſta contra Conſtitutiones Religionis ſubdito inferretur, vt dicebatur: cuius tamen Tribunalis vſus an validus 9 & licitus ſit, dixi *cap.* 5. *dubit.* 14. *ſect.* 9.

DVBITATIO XXII.

An, & quid aliud poſſit Epiſcopus in Regulares etiam in Moniales?

SVMMARIVM.

1 *Regulares non poſſunt de nouo conſtruere Monaſteria ſine conſenſu Epiſcopi.*

2 *Epiſcopus poteſt vocare, & audire Priorem, & alios intereſſe habentes aliorum Monaſteriorum in caſu, quo in ipſius Diœceſi nouum Monaſterium præſumatur edificari.*

3 *Appellatio à ſententia Epiſcopi de non edificando nouum Monaſterium non admittitur quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum.*

4 *Noua Monasteria edificari sine Regularium iam ibi existentium consensu, etiam si distent quatuor millia passuum; nisi aliàs Episcopo constiterit commode in numero duodenario posse sustentari.*

5 *Monasterium de nouo adificatum, si in eo duodecim Regulares non viuant subiacet Episcopi iurisdictioni, limita quoad disciplinam Ecclesiasticam tantum. amplia procedere extra Italiam.*

6 *Bulla Clementis VIII, circa erectionem nouorum Monasteriorum locum habet etiam in erigendis Monasteriis monialium.*

7 *Regulares non possunt recipere Ecclesias à saecularibus sine consensu Episcopi; secus est de receptione iurispatronatus.*

8 *Iuspatronatus potest recipi à Regularibus non expectato Episcopi consensu.*

9 *Nouitij non possunt disponere de bonis sine auctoritate Episcopi nisi intra duos menses ante professionem, & cum licentia ipsius Episcopi.*

10 *Episcopus confirmatus à tempore confirmationis acquirit omnia qua sunt iurisdictionis.*

11 *Abbates, & alij Prelati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, nec non Capitulum sede vacante circa fundationem nouorum Monasteriorum possunt omnia, qua potest Episcopus.*

12 *Amplia etiam ad Vicarium Capituli.*

13 *Episcopus potest compellere Regulares etiam per censuras, ad restituenda sua bona Nouitio nolenti professionem emittere.*

14 *Episcopus potest statuere super numerum Monialium sua Diœcesis etiam in exceptis cum interuentu tamen superioris Regularis.*

15 *Conuersa de consuetudine aliquorum locorum non habentur in consideratione ad effectum augendi numerum Monialium.*

16 *Episcopus, seu ab eo Deputatus potest explorare voluntatem Virginis habitum regularem susceptura, & ante professionem eidem assignare terminum ad deliberandum, vt si nolle decreuerit, dimittatur ad Domum consanguineorum vel affinium.*

17 *Episcopus si infra terminum vigintiquinque dierum admonitus examen predictum facere negligat, iis elapsis, amplius ad id se intromittere non debet.*

18 *Episcopus habet facultatem declarandi professionem ante decimum sextum annum factam, nullã esse cumulatiue cum superiore Religionis.*

19 *Amplia de quacumque nullitate, vt ob metum, vim, vel quid simile.*

20 *Episcopus habet facultatem procurandi, vt Monialium clausura restituatur, & conseruetur.*

21 *Particula [in aliis vero] quid significet quoad Episcopi facultates in Monasteria exempta.*

22 *Episcopus potest visitare clausuram Monialium quarumcumque, etiamsi illa nunquam visitata fuerit, & circa clausuram Moniales interrogare absque eo quod à Regularibus impediri possit.*

23 *Episcopus potest visitare clausuram Monialium Regularibus subiectarum sine assistentia superioris Monasterij, sed oppositũ est probabilius.*

24 *Episcopus ad custodiendam clausuram Monialium etiam Regularibus subiectarum potest imponere pœnam excommunicationis lata sententia, & eam sibi reseruare, declarando quod afficiat etiam moniales; nec à dicta censura potest superior Regularis absoluere.*

25 *Episcopus potest procurare predictam clausuram, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis.*

26 *Principes, & seculares Magistratus sub excommunicationis lata sententia pœna tenentur præstare brachium seculari Episcopo conanti clausuram conseruare.*

27 *Episcopus potest dare licentiam ingrediendi, & exeundi à Monasterio monialium.*

28 *Episcopus habet facultatem in Regulares quoad omnia qua sunt ordinis Episcopalis.*

29 *Episcopus habet omnimodam facultatem in Monachos Ecclesiæ Cathedralis Regularis, quoad ea, qua non pertinent ad Regularia instituta.*

30 *Instituta Regularia dicuntur ea, qua sunt priuatiue propria, & peculiaria Regularium.*

31 *Episcopus quoad instituta Regularia debet Monachos remittere Prælato Regulari.*

32 *Episcopus respectu Regularium non exemptorum potest ea, qua possunt Prælati Regulares circa subditos suos.*

33 *Episcopus quid possit circa Regulares non exemptos, qui eidem obedientiam emittunt, & eas, qui non emittunt.*

34 *Episcopus habet facultatem super quoscumque Regulares etiam exemptos quoad editionem librorum cum approbatione ipsius.*

35 *Idem dic de insolitis imaginibus, & nouis miraculis admittendis nouisque reliquiis recipiendis, ac non celebrando in priuatis Domibus.*

36 *Ordinarij in recensitis numero superiori possunt contra Regulares etiam per censuras procedere.*

37 *Facultas Missas celebrandi in priuato Oratorio intelligitur (saluo interim iure Parochialis Ecclesiæ)*

38 *Episcopus potest prohibere Regularibus etiam per censuras vt non admittant ad celebrandum sacerdotes seculares exteros in suis Ecclesiis sine eius litteris commendatitijs.*

39 *Episcopi non possunt prohibere ne Regulares Peregrini celebrent in Ecclesiis suorum ordinum sine ipsorum licentia.*

40 *Episcopus habet auctoritatẽ in eosdem circa obseruationem dierum festorũ, quos ipse præceperit.*

41 *Episcopus habet facultatem faciendi in locis exemptis sua Diœcesis solemnes benedictiones, & celebrandi Diuina officia.*

42 *Abbas in suo monasterio presente Episcopo non potest benedicere palma, si Episcopus ad illud ire teneatur.*

43 *Episcopus potest in Ecclesiis Regularium cantari facere missas Rogationũ per suos Canonicos.*

44 *Episcopus in aliis casibus quid possit contra Regulares.*

RESPONDETVR, & dico primò: habet Episcopus auctoritatem, quod non possint Regulares construere de nouo Monasteria sine ipsius consensu, sicuti dicebam *supra dubit.* 9. & habetur ex Tridentino *sess.* 25. *de Regul. cap.* 3. & ex litteris Vrbani VIII. quod etiam supponitur à Clemente VIII. in Bulla, *Quoniam ad institutum*, & à S. Congregatione sub Gregorio XV. in Bulla, *Cum aliàs.* 1

Et quoad hoc habet etiam auctoritatem vocandi, & audiendi Priores, Procuratores, & alios interesse habentes aliorum Monasteriorum in iis locis, 2

locis, in quibus fundari curantur noua Monaſteria, ad hoc vt ipſi conſtet, an dicta noua Monaſteria commodè ſuſtentari poſſint ſine aliorum
3 detrimento. Quin ſi ab ipſius ſententia ad Sedem Apoſtolicam appellatum fuerit, tamdiu dictorum Monaſteriorum erectionem ſuſpendere poteſt, & debet, quamdiu à dicta ſede in eadem cauſa pronunciatum erit; ſic decreuit Clemens VIII. in Bulla cit. quod & innouauit S. Congregatio ſub Gregorio XV. in Bulla etiam cit. Et addidit S. Congregatio, vt non ſolum ad id
4 vocari, audiri, & conſenſum præſtare deberent Priores & Procuratores aliorum Monaſteriorum in illis locis, in quibus erigi curantur noua Monaſteria, ſed etiam in aliis locis per quatuor millia paſſuum circumuicinis, niſi aliàs ipſi Epiſcopo conſtiterit, Regulares Monaſterij noui ſine detrimento aliorum Regularium commodè in numero duodenario ſuſtentari poſſe, vtque in caſu, quo in illis locis alij Regulares non recipiantur, prædicta inquiſitio cum locorum incolis, & habitatoribus efficiatur.

5 Cæterum, ſi de nouo conſtruitur aliquod Monaſterium, vbi duodecim Regulares ali non poſſint, habet Epiſcopus omnimodam auctoritatem ſuper illud, ita vt ipſius viſitationi, correctioni, & iuriſdictioni omnimodæ ſubiaceat; ſic S. Congregatio Concilij in decretis de celebratione Miſſarum ſub Vrbano VIII. quæ ſubdidit, id locum habere etiam extra Italiam. Hæc verò omnimoda iuriſdictio, viſitatio, & correctio intelligitur quoad diſciplinam Eccleſiaſticam, non autem quoad obſeruantias Regulares, iuxta ea, quæ dicentur *infra dict.* 10.

6 Quæ omnia fuerunt ab Vrbano VIII. in Bulla, *Romanus Pontifex*, approbata, & innouata, cum derogatione quorumcumque priuilegiorum. Vbi nota, quod cit. Bulla Clementis VIII. locum habeat etiam in erigendis Monaſteriis Monialium, vti declarauit S. Congregatio 19. Decembris 1620. teſte Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 22. num. 7.* & Tamburino *de iure Abbat. diſp. 33. q. 1. n. 4.*

7 Dico ſecundò; Item habet Epiſcopus auctoritatem, quod non poſſint Regulares recipere Eccleſias à ſecularibus ſine conſenſu ipſius, *c. decimas, 16. q. 7. cap. quod autem, cap. illud, cap. nullus, de iurepatron. & cap. cum, & plantare de priuileg.* Quod intellige ſolum de receptione Eccleſiarum à laicis, non item de receptione iuriſpatronatus
8 in Eccleſiis: hoc enim ius poſſunt recipere Regulares à laicis, non expectato Epiſcopi conſenſu, Azor. *tom. 2. lib. 6. cap. 20. quæſt. 5.* & Suarez *de relig. lib. 4. cap. 28. num. 16.*

9 Dico tertiò, item habet Epiſcopus auctoritatem, quod non poſſint Nouitij diſponere de bonis, niſi intra duos menſes ante profeſſionem, & cum licentia ipſius Epiſcopi, vel Vicarij; ſic Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 16.*

10 Per Epiſcopum autem hic venit non ſolum Epiſcopus conſecratus, ſed etiam confirmatus; quia à tempore confirmationis acquirit omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, Sanchez *lib. 7. moral. cap. 5. num. 65.* Venit etiam ob eandem rationem Archiepiſcopus in ſua diœceſi ante receptionem pallij Sanchez *ibid. num. 66.* & Fauſtus *in Theſaur. lib. 5. q. 196.* Item veniunt ob eandem
11 rationem Abbates, & alij Prælati iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, in ſuis diœceſibus habentes, Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 99. n. 6.* Item tandem venit Capitulum ſede vacante; quia in tali caſu Capitulum ſuccedit in omnem ordinariam iuriſdictionem Epiſcopo competentem, Sanchez *n. 67.* qui extendit etiam ad Capituli Vica-
12 rium: hic enim etiam Epiſcopi Vicarius vocatur, Fauſtus *q. 198.*

Dico quartò: item habet Epiſcopus auctoritatem ad faciendum, etiam mediis cenſuris Eccleſiaſticis, quod Nouitio profeſſionem facere nolenti reſtituantur omnia, quæ ipſius erant; ſic Concilium Trident. *cit. ſeſſ. 25. cap. 16.* & tradunt Doctores, quos citat, & ſequitur Tamburin. *de iure Abbat. tom. 1. diſp. 15. q. 7. n. 29.*

13

Dico quintò, item habet Epiſcopus auctoritatem ſuper numerum Monialium in Monaſteriis ſtatuendũ, vt ſcilicet tam in Monaſteriis ſibi ſubiectis, quàm in exceptis (cum interuentu tamen ſuperioris Regularis) curare debeat, quod in conformitatem ad iura antiqua, Tridentinum Concilium *ſeſſ. 25. cap. 3.* & Pij V. Bullam, *Circa Paſtoralis*, tantus Monialium numerus ſtatuatur, quantus ex redditibus propriis, vel ex conſuetis eleemoſynis commodè ſuſtentari poſſit: ſic decreuit Gregorius XIII. in Bulla, *Deo ſacris*, & S. Congregatio Epiſcop. & Regul. in vna Sortonenſi 27. Maij 1603. & eadem S. Congregatio pro Monialibus Regni Portugaliæ 6. Iunij 1615. & notant Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 98. n. 3. & in collect. Bullar. ver. numerus*, & Tambur. *de iure Abbatiſſ. diſp. 5. q. 1. n. 4.* qui *n. 3* ait (quod de conſue-
15 tudine multorum locorum conuerſæ non habeantur in conſideratione ad effectum augendi numerum Monialium.

14

Dico ſextò: item habet Epiſcopus, vel ipſo impedito, ipſius Vicarius, vel quis alter ipſorum ſumptibus deputatus, auctoritatem exploràdi voluntatem virginis habitum Regularem ſuſcepturæ, vel profeſſionem emiſſuræ, vtrum coacta, vel ſeducta ſit, iuxta Tridentinum Concilium *ſeſſ. 25. cap. 17.* Hoc autem quod fieri ſolet ante profeſſionem, ſic faciendum eſſe declarat S. Congregatio, quod ſcilicet præfigatur puellæ certus v. g. 15. vel 20. dierum numerus, intra quem declarare debeat, an velit, nec ne, profeſſionem emittere, & ſi nolle decreuerit, dimittatur ad domum conſanguineorũ, vel affinium. Vide Campanile *in diuerſ. Iur. Canon. Rubr. 12. c. 16. n. 16.* vbi cum Armendariz *in addit. ad Recopilat. leg.* Nauarr. *lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religionib. num. 44.* & cum Barboſa *in Collectan. Bullar. ver. Epiſcopus quoad Regulares*, alias S. Congregationis declarationes afferente deciſum refert; quod Epiſcopus intra 25. dies, poſtquam monitus fuerit, hoc examen perficere, itavt, iis elapſis, amplius ad id ſe intromittere non debeat.

16

17

Dico ſeptimò: item habet Epiſcopus facultatem declarandi profeſſionem ante decimum ſextum annum factam, nullam eſſe; ſic deciſum refert Armendariz *in addit. ad Recopilat. leg. Nauarr. cit. libr. 2. titul. 18. libr. 7. de Religionib. numer. 21.* Cùm autem Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 19.* dicat profeſſi reclamationem faciendam eſſe coram ſuperiore, & Ordinario, ſequitur, quod talem declarationem facere non ſpectat ſolum ad Epiſcopum, ſed ad ipſum ſimul cum ſuperiore Religionis. Idemque di-
19 co in aliis caſibus nullitatis profeſſionis, vt ob metum, vim, vel quid ſimile, propter

18

decretum eiusdem Concilij supra ; itavt etiam talis causa decidenda sit coram Episcopo,& superiore Religionis. Vide Azorium *tom.1.lib. 12.cap. 4.quæst.10.*& Mirandam *tom.1.Man. q.30.art. 1. & seqq.*

20 Dico octauò ; item habet Episcopus facultatem procurandi , quod Monialium clausura restituatur, & conseruetur;& quidem in Monasteriis sibi subiectis ordinariam , in aliis autem delegatam sedis Apostolicæ ; sic Tridentinum *sess.25.c.5.* & Pij V. Bulla , *Circa pastoralis officij* , & Gregorij XIII. altera, *Deo sacris*.Et quamuis vim faciendo in verbis Concilij,satis probabile sit,hanc facultatem non competere Episcopo in ordine ad Moniales Regularibus subiectas, ita vt particula illa Concilij,*in aliis vero*,solum sit intelligēda de aliis Monasteriis,exēptis non item de Monasteriis Regulari subiectis provt colligitur *ex c.periculoso, §. vlt.de statu Regul.in 6.* (cui capitulo Conciliū nō derogat,quin immò se illud innouare protestatur) & ex Pij V. dicta Bulla (vbi non solum approbat *d.c.periculoso*,sed & per ly aliis verò intelligit Monasteria,quæ ad Rom. Ecclesiam mediatè,vel immediatè spectant, Nauarr.*comment.4.n.60. de regul.* Sanch.*lib.6.*Moral. *cap.15.n.21.*& Bonac.*de clausura q.1.punct.6.*)Nihilominus,quia S. Congregatio sæpe oppositum declarauit,teste Gallecto *ver.Clausura n.1.*Barbosa *de offic.& potest Episc. allegat.102.n.6.& seqq.&in collectan.ver.clausura.* & Gauanto *ver. Monialiū clausura n.47.58.& seqq.* & consonat Gregorij XV.Bulla,*Inscrutabili*, cum dicta Congregatione ad nouum dubium circa illam(quæ tamen suspensa fuit pro Regnis Hispaniæ) Ideo oppositum forsan potius dicendum videtur.Potest itaque ex his Episcopus visitare clausuram Monialium quarūcumque etiamsi illa numquam visitata fuerit , & toties,quoties expedire iudicauerit, ingredi Monasterium, & interrogare Moniales de pertinentibus ad dictam clausuram absque eo quod à Regularibus impediri possit,sic dicta S. Congregatio,& tradunt Gallettus,Zerola,& Armendarij) , quos citat , & sequitur Gauantus,& Barbosa *locis supra cit.*qui subdunt (& cōsonatalia Congregationis declaratio apud eundem Barbosam *in Collect.supra*)decisum esse à S.Cōgregatione Episcop. & Regular. posse etiā Episcopū visitare clausuram Monialium Regularibus subiectarum sine assistentia superioris Monasterij:quāuis tali declarationi obstet Pij V.Bulla relata;cùm ibi expresè dicatur,id faciendum esse vnà cum superioribus eorundem Monasteriorum quapropter oppositum videtur probabilius.Potest etiam Episcopus , aḍ clausuram in Monasteriis Monialium Regularibus subiectarum custodiendam, excommunicationis latæ sententiæ pœnam imponere, & sibi eam reseruare , circa reserationē ostij clausuræ extra casus indigentiæ , nec non & circa accessum,& colloquia cum Monialibus,& quòd dicta excommunicatio liget non solum Regulares accedentes,sed etiam Moniales facta de eis mentione, adeo vt superior Regularis non possit à tali excommunicatione absoluere ; sic declarauit S. Congregatio in vna Viterbien.26.Iunij 1626.sicuti referunt Barbosa *in Collect.Bullar.ver. Episcopus* 1.& Ioan.Maria Nouarius *in Lucerna Regular. ver.Episcopus quoad.Regulares n.7.* & habetur authenticè in Additamentis ad Peirini *decret.5.*Additur ibi,ex Concilio,quod possit Episcopus prædictam clausuram procurare, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis ; quod auxilium præberi, hortatur Concilium omnes Principes , & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna constringit omnes , & singulos Magistratus seculares. Vide Sanch. *loco supra cit. num.22.* 26

Quoniam autem ad Episcopum spectat prædictam Monialium clausuram conseruare, fit,quod ad ipsum etiam spectet dare licentiam exeundi è Monasterio ; Doctores , quos citat , & sequitur Tamburini *de iure Abbat.disp.20.q.5.* Item dare licentiam ingrediendi : item prohibere,etiam sub pœna excommunicationis sibi reseruatæ, vel aliquando permittere accessum ad loquendum cum illis : Doctores , quos citat , & sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat. 102.num.69. & seqq.*& Nouarr. *supra* ex declaratione dictæ Congregationis. 27

Dico nonò : item habet Episcopus facultatem in Regulares quoad omnia , quæ sunt ordinis Episcopalis, v. g. quoad Chrismatis confectionem, Ordinum collectionem, & similia, ex *cap. veniens*, Cochier.*de iurisdict. Ordinar. in exempt. part.2.q.45.num.16.& part.4.& q.11.*& Nouarius *loco cit.num.4.& 5.* vbi refert de hoc S.Congregationis declarationem quod tamen intellige , seclusis priuilegiis particularibus Regularium. 28

Dico decimò ; Item habet Episcopus omnimodam facultatem in Monachos Ecclesiæ Cathedralis Regularis (quales sunt aliquot in Sicilia) quoad ea , quæ non pertinent ad Regularia instituta (sicuti habetur *in cap.nullus de elect.in 6.* & ibi tradunt communiter Doctores, & Tamburin. *de iur. Abbat. disp.15.q.7.*& habetur in Bulla quadam Pauli III. & decisione Rotæ coram Coccino anno 1604.) sed pertinent ad disciplinam Ecclesiasticam : hæc enim non spectant ad Regularia Instituta : dicuntur autem Regularia Instituta , ea quæ sunt priuatiuè propria, & peculiaria Regularium , vt tales sunt ; qualia sunt ieiunia , silentia,abstinentiæ à carnibus,humilitas in habitu, & lectisterniis,similesque mortificationes , quæ in Regulis , & statutis ipsorum præcipiuntur *cap. quanto , de offic. Iudic. Ordin.* quare quoad ista debet Episcopus dictos Regulares remittere Prælato Regulari , vel saltem tempore visitationis adhibere secum vnum ex Religione , sicuti disponitur *in extrauag. debens superioribus suis de offic. Ordin.* inter communes *lib.1.* & tradunt Doctores, quos , citat , & sequitur Barbosa *de offic. & potest. Episc. alleg. 105.numer. 77.* qui subdunt , quod loquendo de Episcopo respectu Regularium non exemptorum , seu sibi subiectorum , possit in illos , illorumque Monasteria facere , non solum , ea quæ potest circa exemptos, sed etiam ea , quæ possunt alij Prælati Regulares circa subditos suos. 29 30 31 32

Cæterum inter huiusmodi non exemptos alij sunt , qui ipsi Episcopo obedientiam emittunt, provt sunt aliquæ Moniales; alij verò, qui ipsi Episcopo talem obedientiam non emittunt , sed solùm Abbati , vel Generali : circa eos , qui sunt prioris generis , Episcopus , cùm sit verus eorum Prælatus, potest facere , quidquid possunt alij Prælati Regulares circa suos subditos : circa eos verò , qui sunt posterioris generis , cum solum subsint Episcopo quoad disciplinam Ecclesiasticam 33

Digitized by Google

cleſiaſticam, ſicut alij clerici, non verò quoad obſeruantias Regulares; quia quoad eas ſolum ſubſunt ſuis Prælatis Regularibus, ſequitur quod ſolum quoad ea, quæ ſpectant ad diſciplinam Eccleſiaſticam, non item quoad ea, quæ ſpectant ad obſeruantias Regulares, habeat auctoritatem ſuper illos: vnde tales licet quoad diſciplinam Eccleſiaſticam magis teneantur obedire Epiſcopo, quàm ſuo Prælato Regulari, tamen quoad obſeruantias regulares magis tenentur obedire ſuo Prælato Regulari, quàm Epiſcopo; ſic S. Th. *in* 2. *diſt.* 44. *in fin.* Silu. *ver. obedientia quæſt.* 8. *&* 10. *dict.* 2. & Sanch. *lib.* 6. *moral. cap* 1. *num.* 13.

34 Dico vndecimò: item habet Epiſcopus facultatem ſuper quoſcumque Regulares, etiam exemptos, quoad editionem librorum cum approbatione ipſius, iuxta Tridentinum *ſeſſ.* 4. *in edit. li-*
35 *brorum.* Item ſuper imagines inſolitas ponendas, noua miracula admittenda, nouaſque Reliquias recipiendas, iuxta decretum eiuſdem Concilij *ſeſſ.* 25. *de invocat. & venerat.* Sanchez *lib.* 2. *Moral. cap.* 43. & Fagundez *lib.* 1. *cap.* 4. Item quantum ad non celebrandum in priuatis domibus, aut omninò extra Eccleſiam, & Oratoria ab Epiſcopo deſignanda, iuxta *dict.* Concilium *ſeſſ.* 22. *in decret. de obſeruand. & vitand. in celebrat. Miſſa-*
36 *rum.* Quo caſu poſſunt Ordinarij contra Regulares, etiam per cenſuras procedere, non obſtantibus eorum priuilegiis, vt habetur in eodem
37 Concilij decreto ad fin. Vbi nota, quod cùm conceditur facultas Miſſas celebrandi in priuato Oratorio, intelligitur, *ſaluo interim iure Parochialis*
38 *Eccleſiæ*, quod attinet ad Sacramentorum adminiſtrationem. Item quantum ad prohibendum, ne Regulares in ipſorum Eccleſiis ſacerdotes ſeculares exteros ad diuina officia celebranda admittant, niſi prius ab ipſo, viſis litteris commendatitiis, ſacerdotes tales admiſſi fuerint, ſic declarauit S. Congregatio, teſte Armendariz *in Addit. ad Recopilat. leg. Nauarr. lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 1. *Relig. num.* 43. & Barboſa *in Collectan. ver. Epiſcopus quoad Regulares.* Non tamen poſſunt Ordi-
39 narij locorum prohibere Regularibus peregrinis, ne celebrent ſine ipſorum licentia in Eccleſiis ſuorum Ordinum, ſic declarauit eadem S. Congregatio 17. Iulij 1626.

40 Dico duodecimo: item habet Epiſcopus auctoritatem in eoſdem circa obſeruationem dierum feſtorum, quos ipſe præceperit; ſic Tridentinum Concilium *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. Quinam autem dies feſti poſſint ab Epiſcopo præcipi; & an Regulares cogi poſſint ab ipſo, ad annunciandum in ſuis Eccleſiis dies feſtos, & ieiunia Eccleſiæ & per cenſuras cogi ad dictorum dierum feſtorum obſeruatiam, vide Lezanam *ver. feſti dies*; & quæ dicebamus *dubit.* 1.

41 Dico decimo tertiò: item habet Epiſcopus auctoritatem faciendi in locis exemptis ſuæ Diœceſis ſolemnes benedictiones, & celebrandi diuina officia, Cochier *cit. q.* 45. *num.* 34. *& ſeqq.* & Barboſa *cit. allegat.* 105. *num.* 66. Vnde declarauit
42 S. Congregatio in vna Fanen die 11. Aprilis 1601 quod ſi Epiſcopus in die Palmarum vnà cum Capitulo, & Clero perſonaliter ad Monaſterium Regularium accedere tentatur, debeat ipſe benedicere palmas, & non Abbas: vide Nouarium in *Lucer. ver.* Epiſcopus quoad Regulares *num.* 1.
43 Item declarauit eadem ſacra Congregatio in vna Firmana 25. Ianuarij 1603. quod poſſit Epiſcopus in Eccleſiis Regularium cantari facere Miſſas Rogationum per ſuos Canonicos; Vide Nouarium *ibid. n.* 40.

Cæterùm, in quibuſnam aliis caſibus habeat 44
Epiſcopus circa Regulares iuriſdictionem, auctoritatem, ſeu facultatem, vide ſupra in dubitationibus præcedentibus, & Cochier *locis cit.* Barboſam *cit. allegat.* 105. & Tamburinum *q.* 7. *n.* 54. afferentem alios caſus, quos tamen omitto; quia licet ij ſubſiſtant de iure communi, non tamen ſubſiſtunt, attentis Regularium priuilegiis, quæ in hac materia ſunt ampliſſima. Et de Regularium animarum curam habentium ſubiectione ad Epiſcopum, in iis ſcilicet, quæ ad curam ſpectant; & an poſſint eorum Eccleſiæ Parochiales viſitari ab Epiſcopo, vide Lezanam *tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 9. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. *& cap.* 18. *num.* 9. qui etiam *cit. tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 44. *& cit. tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. tangit, an, & quomodo ſubiiciantur Regulares Epiſcopo in ordine ad quærtitandum extra loca, vbi habent Conuentus.

CAPVT XV.

De facultate Eccleſiaſticæ Poteſtatis in ſeipſam.

DVBITATIO I.

An, & quid poſſit Poteſtas Eccleſiaſtica in ſeipſam?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas tam Eccleſiaſtica quam laica poteſt aliquid in ordine ad ſe ipſam ſecundum vim directiuam, & materiam communem.*
2 *Lumen naturale dictat, quod debeat caput ſe partibus conformare, & indecens ſit oppoſitum; alioquin ſubditi facile remouerentur à legum obſeruantia.*
3 *Lex non continens materiam communem non obligat Principem vt v. g. de non deferendo arma &c.*
4 *Pater familias non obſtringitur quibuſvis præceptis, qua familia imponit.*

RESPONDETVR, Poteſtas Eccleſiaſtica (idemque dico de Poteſtate laica) poteſt aliquid in ſeipſam, ſecundùm vim directiuam, id eſt, poteſt per ſuas leges, ſi reſpiciant materiam communem, & accommodatam ſibi, & ſubditis, obligare ſe ad culpam. Patet; quia lumen naturale dictat, quod debeat caput ſe partibus conformare, & indecens ſit oppoſitum; præſertim quia alioquin ſubditi facilè ſcandalizarentur, & remouerentur ab obſeruantia legum. Sic habetur ex *cap. cùm omnes de conſtitut.* & tradit S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *ad* 3. quem ſequuntur communiter Doctores, Couar. *in cap. alma mater*, 1. *part.* §. 1. *num.* 5. Nauar. *in cap. ſi quando*

de reſcript. except. 1. *& conſil.* 18. *de pœnit. & remiſſ.* Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 15. *&* 16. Leſſius *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 5. Suar. *lib.* 3. *de legib. cap.* 35. *num.* 4. Granad. *in* 1. 2. *comm.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *diſp.* 6. *ſect.* 1. *n.* 6. Layman. *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Fernandez *part.* 2. *cap.* 6. §. 2. Vaſquez *in* 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 167. *cap.* 2. *num.* 17. Becanus *part.* 2. *tract.* 3. *cap.* 6. *quæſt.* 12. Ioan. de la Cruz *in proœmio dub.* 3. *num.* 17. Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 10. & Azor. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 1.

Dixi, *per ſuas leges, ſi reſpiciant materiam communem, & accommodatam ſibi, & ſubditis*; quia
3 ſecus eſt, ſi lex talis non ſit, ſed dicteт v. g. de non inducendo veſtes ſericas, de non habendo numerum magnum famulorum, de non ferendo arma per ciuitatem, &c. quia huiuſmodi lex, licet vt obſeruetur, ſit rationabilis, & conuenientiam habeat in ſubditis, non tamen ſic ſimiliter eſt in Principe: quare non mirum, ſi non eodem modo, ac obligat ſubditos, obliget Principem; quia in his, & ſimilibus, vti dicebam, non eſt eadem ratio Principis ac ſubditorum, cùm deceat quandoque Principem, vtpotè Reipublicæ caput, aliquid præcipuum habere, & non eandem cum aliis Reipu-
4 blicæ membris conditionem ſubire. Adeo quod nec paterfamilias quibuſuis præceptis, quæ familiæ imponit, obſtringitur, vti rectè adnotauit Sotus *de iuſt. & iur. lib.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 7. & Diana *eiu. reſol.* 10.

DVBITATIO II.

Vndenam naſcatur obligatio in legiſlatore?

SVMMARIVM.

1 *Rex Aragoniæ, & Rex Poloniæ in lege ferenda tenentur adhibere conſilium Procerum Regni.*

2 *Is qui ſolus non poteſt legem ferre Communitati, ſed cum aliis, inter quos ipſe principem locum tenet, obligatur legibus ab eo, & cæteris latis.*

3 *Dux Venetus ſine Senatoribus, Metropolitanus ſine Epiſcopis, Epiſcopus ſine Capitulo ferre non poſſunt, & ita a latis obligantur.*

4 *Obligatio in legiſlatore non naſcitur ex ipſamet legiſlatoris lege, qua cæteros adſtringit, ſed ex lege naturali.*

5 *Nemo poteſt exercere Iuriſdictionem in ſeipſum.*

6 *Obligatio legis poſitiuæ pendet à voluntate legiſlatoris.*

7 *Legiſlator non obligatur ſuis legibus directè; ſed ſolum indirectè.*

8 *Legiſlator tranſgrediens ſuam legem poſitiuam, non peccat aduerſus eam; Sed ſolum aduerſus legem naturalem dictantem legiſlatorem debere ſuis ſubditis conformari.*

9 *Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem ex Principis priuilegio eſt ſoluta.*

10 *Decet Imperatoriam Majeſtatem ſeruare eas leges, quibus ſolutus eſſe videtur.*

11 *Antoninus, & Seuerus ſapiſſimè reſcripſerunt, Licet legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus.*

12 *Theodoſius, & Valentinianus hæc protulere: Digna vox eſt Majeſtate Regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri: & paulo poſt: Reuera maius Imperio eſt ſubmittere legibus Principatum.*

13 *Iſidorus etiam dixit, Iuſtum eſt, Principem legibus obtemperare ſuis: tunc n. Iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet.*

14 *S. Ambroſius etiam in his verbis, &c. quod cum præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam tibi: leges n. Imperator fert, quas primus ipſe cuſtodiat.*

15 *Nemo imperare ſibi, neque ſe prohibere quiſquam poteſt; ideo verbum in Imperatiuo non habet primam perſonam.*

16 *Lex, & Præceptum ſuperioris eſt erga inferiorem; nemo autem ſe ipſo inferior, ſibique ſubditus eſſe poteſt.*

17 *Lex hominis non ſe extendit, niſi ad creaturas rationales, quæ homini ſubiiciuntur.*

18 *Lex eſt deiectiua actuum, qui conueniunt ſubiectis gubernationi alicuius; vnde nullus proprie loquendo ſuis actibus legem imponit.*

19 *Princeps fert leges tanquam Miniſter Dei per poteſtatem à Deo derivatam.*

20 *Leges Principis etiam ſecularis in Conſcientia obligant; ſed aliter Principem legiſlatorem, & aliter ſubditos.*

21 *Subditi non obſeruantes præceptum ieiunij peccant contra virtutem temperantiæ.*

22 *Legiſlator facilius quam ſubditus à mortali peccato excuſari poteſt, ſi legem propriam ceſſante ſcandalo violet.*

23 *S. Paulus ad Romanos cap.* 2. *loquitur tantum de peccato contra legem naturæ.*

24 *Quiſque Magiſtratus vti debet illo iure, quòd in alium ſtatuit.*

25 *Quod quiſque Iuris in alterum ſtatuit, eodem ipſe vti debet.*

VPPONO difficultatem intelligi debere de legiſlatore ſingulari, & abſoluto, id eſt, de eo, qui ſolus poteſt legem ferre communitati, qualis eſt Summus Pontifex, Imperator, Rex, Epiſcopus, duces Imperij, &c. (quamuis iſtorum aliqui, vt Rex Aragoniæ, & Rex Poloniæ, certarum perſonarum, vt procerum Regni 1
in comitiis in lege ferenda conſilium adhibere teneantur) Nam de eo legiſlatore, qui ſolus non poteſt legem ferre Communitati, ſed cum aliis, 2
inter quos ipſe primum locum tenet, vt de Duce Veneto inter Senatores, Metropolitano inter Epiſcopos, Prælato inter capitulares, ſeu capitu- 3
lum, &c. certum eſt, quod communibus legibus ſic latis aſtringatur: & multo magis, ſi tota Communitas legem ferat, certum eſt, quod ſinguli eorum tali lege obligentur, *argum. cap. omnes, de Conſtitut.* Hoc ſuppoſito.

Reſpondetur, obligatio in legiſlatore non naſcitur ex ipſamet legiſlatoris lege, quæ cæteros ad- 4
ſtringit, ſed ex lege naturali, quæ dictat, quod legiſlator, vtpotè caput Reipublicæ, conformare ſe debeat cum ſubditis, vtpotè cum cæteris Reipublicæ membris; præſertim quia alioquin ſubditi facilè dimouerentur ab obſeruantia legum. Sic Abbas *in cap. magna de voto*, Azor.

tom. 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *q.* 1. Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 12. *num.* 18. & alij. Probatur; quia nemo poteſt exercere iuriſdictionem in ſeipſum; ergo, &c. Confirmatur primò; quia obligatio legis politiuæ pender à voluntate legiſlatoris, ergo, cùm legiſlator poſſit velle obligare ſuis legibus alios, & non ſeipſum; de facto ſic videtur velle, quotieſcumque legem latam tranſgreditur: naſcitur ergo in legiſlatore obligatio ex lege ipſa naturali, ſicuti ſupra dicebam, ita vt ipſe non obligetur ſuis legibus directè, ſed ſolum indirectè; & ſic quotieſcumque ſine cauſa legem ſuam aliis impoſitam tranſgreditur, non peccet aduerſus ſuam legem poſitiuam (ſicuti non peccat quilibet alius ab obſeruantia talis legis ſine cauſa à legiſlatore diſpenſatus) ſed ſolum aduerſus legem naturalem dictantem, legiſlatorem debere ſuis ſubditis conformari; præſertim vt excitet ſuo exemplo ſubditos ad virtutem.

Confirmatur ſecundò; quia *in l.* 31. *ff. de legibus* dicitur: *Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem licet legibus ſoluta non ſit, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipſi habent.* Item *in l.* 23. *ff. de legatis* 3. *& l.* 3. *Cod. de teſtamentis* habetur: *Ex imperfecto teſtamento legata, vel fideicommiſſa Imperatorem vindicare, inuerecundum eſt: decet enim tantæ Maieſtati eas ſeruare leges, quibus ipſe ſolutus eſſe videtur.* Item in Inſtitut. quibus modis teſtamenta infirmentur, dicitur: *Antoninus, & Seuerus ſæpiſſimè reſcripſerunt, licet legibus ſoluti ſimus, attamen legibus viuimus. Eo quod rationi valde conſentaneum, & bono Principi in primis decens ſit, vt vltrò, & ſponte ſe legibus ſubiiciat, perindeque eas obſeruet, ac ſi neceſſitate aſtringatur.* Quo ſenſu dictum videtur à Theodoſio, & Valentiniano Impp. *in l.* 4. *Codic. de legib. interprete gloſſ. ibidem*: *Digna vox eſt Maieſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri.* Et paulò poſt: *Reuera maius Imperio eſt, ſubmittere legibus Principatum.* Et quo ſenſu dictum videtur ab Iſidoro *in capit. iuſtum, diſtinct. 9. iuſtum eſt, Principem legibus obtemperare ſuis: tunc enim iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet.*

Confirmatur tertiò; quia S. Ambroſius *lib.* 5. *Epiſtol.* 32. *ad Valentinianum Imperatorem* ait: *Quod cùm præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam tibi: leges enim Imperator ſert, quas primus ipſe cuſtodiat.* Ne obiiciatur illud apud S. Matth. capit. 23. reprehendentis Phariſæos: *Dicunt enim, & non faciunt: alligant enim onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum, digito autem ſuo nolunt ea mouere.*

Confirmatur quartò; quia ſi Pontifex verbi gratia ante legem Eccleſiaſticam à ſe latam aliquid facere licitè poterat, poſteaquam verò legem tulit, licitè per ſe loquendo, & ex vi legis facere non poſſet, ſequeretur, quod idem homo per legem, vel præceptũ ſe obligare poſſet, & idem homo ſibimet ipſi obedire teneretur, quod eſt cõtra *l. penult. ff. de receptis, qui arbitrium*, &c. ibi: *Nemo imperare ſibi neque ſe prohibere quiſquam poteſt.* Vbi gloſſa ſubdit: *Ideo verbum in imperatiuo non habet primam perſonam.* Et probatur; quia lex, & præceptum ſuperioris eſt erga inferiorem, ſiue ſubditum, iuxta *cap. cum inferior, de maior. & obed.* nemo autem ſeipſo inferior, ſibique ſubditus eſſe poteſt, vti dicebam, tum quia in cap. *innotuit, de electione* dicitur, quod per in parem non habet imperium, ergo multo magis neque idem in ſeipſum: & fauet S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 93. *in corp. art.* 5. ibi: *Lex hominis non ſe extendit, niſi ad creaturas rationales, quæ homini ſubiiciuntur: cuius ratio eſt; quia lex eſt directiua actuum, qui conueniunt ſubiectis gubernationi alicuius; vnde nullus proprie loquendo ſuis actibus legem imponit.*

Confirmatur quintò; quia Princeps fert leges, tanquam miniſter Dei per poteſtatem à Deo deriuatam, ſicut expreſsè ait Apoſtolus Paulus ad Romanos 13. & S. Petrus Epiſt. 1. cap. 2. Quapropter leges Principis, etiam ſecularis, in conſcientia obligant, ſed aliter Principem legiſlatorem, & aliter ſubditos; ſicuti rectè denotauit Caietan. *cit. quæſt.* 96. *art.* 5. ſiquidem ſubditi legem iuſtam ſuperioris tranſgrediendo peccant; quia Deus præcepit ſuperiori cunctos ſubditos obedire debere: ſuperior autem legiſlator ſuam legem non obſeruando peccat; quia Deus per lumen naturæ inditum monet, legem, quæ communitati imponitur, etiam ſuperiori legiſlatori obſeruandam eſſe; quia turpis eſt omnis pars ſuo toti non congruens, teſte S. Auguſtino *lib.* 3. *Confeſſ. cap.* 8. vt refertur *in cap. quæ contra, diſt.* 8. & ſic turpis etiam eſt pars præcipua, ſeu caput Reipubl. niſi ipſa etiam cum reliquis partibus congruat; præſertim quia alioquin ſubditi legem facilè, ac libenter non obſeruarent. Vnde quamuis obligatio legis humanæ in ordine ad ſubditos radicaliter deſcendat ex voluntate Dei; proximè tamen, & immediatè prouenit ab ipſa lege, quæ iuſtè, & legitimè lata conſtituit eis materiam ſuam in certa ſpecie virtutis, tanquam neceſſarium eius medium, vt proinde ſubditi contra temperantiæ virtutem verbi gratia peccent, ſi Eccleſiaſticum ieiunium non obſeruent, & ſic de aliis, &c. Non ſic in ordine ad legiſlatorem, ſed ſolum indirectè, ex debito ſcilicet conformitatis, quam ipſe etiam habere debet cum cæteris membris communitatis, vti dicebam, & etiam dicam *ſect. ſequenti.* Quapropter aduerſarij quoque concedunt, quod facilius quàm ſubditus à mortali peccato excuſari poſſit legiſlator, ſi legem propriam, ceſſante ſcandalo, violet, vti videre eſt apud Sotum *de inſt. & iur. & lib.* 10. *q. vlt. artic. vltim.* & Sanchez *libr.* 6. *moral. capit.* 6. *num.* 19.

Obiicies, Apoſtolus Paulus ad Rom. cap. 2. ait: *Inexcuſabilis es, ô homo omnis, qui iudicas: in quo enim iudicas alterum, teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.* Ergo ſignum eſt, quod legiſlator lege ſua directè aſtringatur, & ſub mortali.

Reſpondetur, nego conſequentiam; quia S. Paulus ibi loquitur tantum de peccatis contra legem naturæ, quæ dum Iudæi in Gentilibus damnabant, & eadem ipſi Iudæi perpetrabant, ſimili pœna dignos ſe reddebant: quod inde patet, quia ſubdit Apoſtolus *verſ.* 9. *Tribulatio enim & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci, &c. non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum.* Et clarius verſ. 21. *Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris.*

Obiicies ſecundò, ex edicto Prætoris *lib.* 2. *tit.* 2. *ff. quod quiſque magiſtratus noui iuris in aliquem*

quem statuerit; vel si alius apud magistratum aliquid noui iuris obtinuerit, ipsemet quoque, aduertatio postulante, eodem iure vti debet. Quod edictum ait Vlpianus, *summam habet aquitatem: quis enim aspernabitur idem ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit. Ergo,&c.*

Respondetur, nego etiam consequentiam; quia ibi non est sermo de lege iusta aliqua lata, sed tantum de nouo aliquo grauamine, quod vel magistratus proprij commodi causa in aliquem decreuit, vel alius à magistratu decerni impetrauit. Exemplum affert glossa: si magistratus Bononiensis (cùm fortè debitis oneratus esset) statutum fecisset, vt debitores ante quinquennium suis creditoribus soluere non tenerentur, in tali casu etiam qui magistratui aliquid debet, eodem contra ipsum iure vti poterit, vt scilicet ante quinquennium etiam soluere non teneatur: qua simili ratione *in cap. cum omnes de constitut.* reprehendit Innocentius III. Canonicos Trecenses, quod contra Ecclesiæ suæ consuetudinem constitutionem fecissent, vt ipsi quidem tam in absentia, quàm in præsentia reditus perciperent; qui autem post illam Constitutionem Canonici facti fuerint, reditus non in absentia, sed solum in præsentia, id est, dum residunt, percipere possent: & propterea mandat Archiepiscopo Senonensi, & Episcopo Trecensi, vt iuniores Canonicos antiquioribus in redituum perceptione coæquent; quia *quod quisque iuris in alterum statuit, eodem ipse vti debeat, & sapientis Catonis dicat auctoritas: Patere legem, quam tu ipse tuleris.* Quod autem in iis, quæ spectant ad iustitiam naturalem, legislator etiam subdatur, vt ipse quoque æqualitatem seruare teneatur, vltrò concedo; & dicam etiam *in dubit. sequenti in fin.*

DVBITATIO III.

Quantanam sit talis obligatio in legislatore?

SVMMARIVM.

1 *Obligatio legislatoris, est grauis, si grauis est materia per legem præcepta.*

2 *Summus Pontifex omittens Eucharistiam in Paschate, ieiunium, vel Missam à se ipso in die festo præceptum, peccat aduersus illam virtutem, aduersus quam subditi peccant.*

3 *Obligatio legislatoris seruandi suas leges seclusa scandalo semper est leuis; quia tota ratio obligationis est ex debito conformitatis.*

4 *Ieiunium in ordine ad temperantiam, & Missa in ordine ad Religionem est materia grauis; & ex vnica illorum omissione peccatum graue committitur; secus tamen est in ordine ad Regimen rectum communitatis.*

5 *Summus Pontifex si remoto scandalo non communicet in Paschate, vel faciat contractum in re tantum humano simoniacum, non peccat grauiter; item dic de similibus.*

6.& 7 *Legislator tenetur sub mortali, sicut tenentur & subditi, seruare taxam à se factam; item seruare leges contractuum à se factas; non à suis legibus, sed à iustitia naturali, quæ-uetur ne res vendatur carius, quam communiter valeat.*

8 *Iustitia naturali etiam cauetur quod in contractibus seruetur æqualitas.*

9 *Princeps non tenetur sub mortali seruare suas leges, nisi iurasset seruare eas.*

10 *Princeps potest naturaliter se suis subditis obligare.*

11 *Legislator cum aliquo celebrans contractum, qui aliàs suis legibus initus est, censetur in eo dispensare.*

12 *Legislator non potest manere obligatus altero manente deobligato.*

13 *Contractus non potest celebrari sub vna conditione non acceptata ab altero ex contrahentibus.*

14 *Testamentum Principis sine solemnitatibus à suis legibus requisitis est validum.*

15 *Ex causa præsumitur Princeps sibi dispensare iniens contractum sine solemnitatibus à suis legibus præscriptis; cum in tali dispensatione nulli iniuriam inferat.*

16 *Testamentum alterius sine solemnitatibus à legibus Principis requisitis non sustinetur, etiam si ipse Princeps institutus fuerit hæres, vel legatarius.*

17 *Testamentum est initum sine solemnitatibus requisitis, secus est si fuerit facta dispensatio.*

VIdetur, quod sit grauis, si grauis sit materia per legem præcepta. Ratio; quia legislator, siuè ex obligatione suæ legis, siue ex obligatione legis naturalis, tenetur illam exequi: ergo cùm sit grauis, tenetur illam exequi ex obligatione graui: tum quia cùm legislator omittit verbi gratia Pontifex Eucharistiam in Paschate, ieiunium, vel Missam à seipso in die festo præceptam, peccat aduersus illam virtutem, aduersus quam subditi peccant, sicuti tenent Victoria *relect. de simonia, numer.* 39. Salas *de legib. disput.* 14. *sect.* 2. *numer.* 17. Suarez *libr.* 3. *capit.* 35. *numer.* 8. Lessius *de iust. & iur. libr.* 2. *capit.* 35. *dub.* 5. & Bonacina *de legib. disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 6. *numer.* 24. At subditi in tali casu peccabit grauiter quia omittunt materiam virtutis grauem; ergo etiam legislator eandem omittendo peccabit grauiter: tum quia, si legislator teneretur ex lege naturali seruare ieiunium, vel Missam, &c. absque dubio hæc omittendo peccaret mortaliter; sed legislator imponens legem ieiunij, vel Missæ, &c. tenetur ex lege naturali illa seruare, sicuti in præcedenti sectione dicebam; ergo si sine causa non seruat, peccabit mortaliter. Sic Silu. *verb. lex, quæst.* 14. Vasquez 1. 2. *disp.* 167. *cap.* 7. Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 9. *num.* 2. Couarru. *cap. alma mater.* 1. *part. num.* 5. *& sequent.* Suarez *cit. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 8. *&* 20. Malderus *in* 1. 2. *quæst.* 96. *tract.* 5. *fol.* 405. Granad. *cit. tract.* 3. *part.* 3. *disput.* 17. *sect.* 3. *num.* 24. & complures alij, His tamen non obstantibus. 1

Respondetur, quod si scandalum absit, obligatio semper sit leuis; quia tota ratio obligationis seruandi leges suas in legislatore est ex debito conformitatis: ergo obligatio non est nisi leuis. Antecedens patet ex dictis. Consequentia probatur; quia legislatorem semel, vel 2

bis

bis ſubditis ſe non conformare, non eſt grauis deordinatio; cùm ex tali deformitate non ſequatur magna perturbatio in Communitate, nec ſequatur graue inconueniens in illo.

Hinc patet ad oppoſita; quia in caſu noſtro non eſt attendenda grauitas materiæ ſecundùm ſe, ſed in ordine ad finem præceptum: & 4 ſic licet ieiunium in ordine ad temperantiam, vel Miſſa in ordine ad religionem ſit materia grauis, vt proinde ex vnica illorum omiſſione peccatum graue committatur, tamen in ordine ad regimen rectum Communitatis non eſt materia grauis, ſed leuis; & conſequenter, cùm legiſlatore præcipiente ieiunium, vel Miſſam, &c. non præcipiatur ei ieiunium ob temperantiam, vel Miſſa ob religionem, &c. ſicuti præcipitur ſubditis, ſed ob regimen rectum Communitatis, non peccat grauiter, ſi ſemel, vel bis, remoto ſcandalo, legem ſuam tranſgreditur; quia, ſicuti dicebam, illam tranſgrediendo non peccat legiſlator contra virtutem, contra quam peccant ſubditi, ſed contra virtutem poteſtatiuam. Similiter ob eandem 5 non peccat grauiter, ſi, remoto ſcandalo, non communicet in Paſchate, ſi faciat contractum iure tantum humano ſimoniacum, & ſimilia. Vide Salas *de legib. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 17. *& ſeq. & diſp.* 20. *ſect.* 12. *num.* 104. Azor. *lib.* 5. *cap.* 11. *queſt.* 1. Leſſium *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 5. Filliucium *tom.* 2. *tract.* 21. *cap. vlt. num.* 426. Dianam *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 10. & Bonacinam *de legib. diſp.* 1. *punct.* 6. *num.* 23. licet ex his Doctoribus diſſentiant aliqui in ordine ad id, contra quod peccet legiſlator vt patet ex dictis.

6 Obiicies, Legiſlator tenetur ſub mortali, ſicuti tenentur & ſubditi, ſeruare taxam mercium à ſe factam: item ſeruare leges contractuum à ſe factas; ergo ſuis legibus obligatur grauiter.

Reſpondetur, concedo antecedens: at nego 7 conſequentiam; quia ad dicta ſeruanda obligatur grauiter, non à ſuis legibus, ſed aliunde, ſcilicet à iuſtitia naturali, qua cauetur, ne res venclatur carius, quàm communiter valet; quæ ex alio capite (facta taxa communi æſtimatione, 8 quæ melius lege, quam alio arbitrio declaratur) valet tanti; & non pluris. Idemque dico in contractibus; quia iuſtitia naturali etiam cauetur, quod in contrahentibus ſeruetur æqualitas: & ſic, ſi contrahens cum legiſlatore grauiter obligatur legibus legiſlatoris ſtare contractui, grauiter obligabitur etiam illis, ſtare contractui legiſlator, non quidem quia leges ipſius ſunt, ſed quia ſunt conditiones, ſub quibus contractus celebratus eſt; vt ex communi docent Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 23. Salas etiam *de legibus diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 27. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 1. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 21. *cap. vlt. num.* 426. Reginald. *in prax. tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 17. *num.* 168. Villalob. *in ſum. tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 30. *num.* 6. Lorca *in* 1. 2. *tom.* 2. *tract. de legib diſp.* 26. *membr.* 3. Tannerus *in* 1. 2. *diſp.* 5. *quæſt.* 6. *dub.* 1. *num.* 22. Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 10. & Ioan. Valerus *in diſſ. vtriuſque furi ver. lex, differ.* 10. *num.* 1. vbi 9 ait, quod Princeps non teneatur ſub mortali ſeruare leges, ni iuraſſet ſeruare eas (vt ſolet tale iuramentum à Regibus, & Dominis terrarum exigi, dum de nouo capiunt poſſeſſionem earum) quia Princeps poteſt naturaliter ſub 10 mortali ſe ſuis ſubditis obligare.

Hinc fit, quod ſi legiſlator cum aliquo celebret contractum, qui alias ſuis legibus irritus eſt, cenſeatur in ſuis legibus diſpenſare; quia præſumitur velle actum fieri meliori modo, quo poteſt; vt docet Suar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 25. Salas *diſp.* 14. *ſect.* 3. *num.* 32. & Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 6. *num.* 16. Vel dicendum, quod cenſeatur velle, neutrum eſſe obligatum; ſiquidem non poteſt legiſlator ma- 12 nere deobligatus, alio manente obligato; cùm non poſſit vnus ex contrahentibus celebrare ſub 13 vna conditione quæ ab altero non acceptetur. 14 Quapropter, ſi Princeps faciat teſtamentum ſine ſolemnitate à ſe requiſita, & inſtituat aliquem hæredem, vel legatarium, &c. validum eſt te- 15 ſtamentum; quia præſumitur ex cauſa rationabili ſibi in hac re diſpenſare; cùm in tali diſpenſatione nulli iniuriam infetat. At ſi alter in ſimili 16 teſtamento, ſcilicet ſolemnitatem iuris etiam non habenti, Principem, hæredem, vel legatarium &c. inſtituat, Princeps nequit ex tali teſtamento conſequi hæreditatem, vel legatum, &c. quia nnn præceſſit in eo teſtamento condendo diſpenſatio; & ex alio capite, diſpenſatione non facta 17 eſt irritum teſtamentum; & ſic non poteſt Principi ius tribuere *l. ex imperfecto, Cod. de teſtament. & §. vlt. Inſtitut.* quibus modis teſtamenta infirmentur; & tradit *gl. ibi*, Salas *de legibus diſp.* 14. *ſect.* 3. *num.* 32. Suarez *lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 25. & 36. & Bonacina *diſp.* 1. *quæſt.* 1. *punct.* 6. *num.* 17.

DVBITATIO IV.

An, ſi legiſlator, ſine iuſta cauſa, in lege propria, ſecum, vel etiam cum aliis diſpenſet, peccet mortaliter?

SVMMARIVM.

1 *Legiſlator ſecum diſpenſans ſine iuſta cauſa in ſententia Caietani, & Ceterorum, mortaliter peccat.*

2 *Diſpenſare ſine cauſa eſt vnicuique ad legem tranſgrediendam viam aperire.*

3 *Legiſlator ſecum diſpenſans remoto ſcandalo, & graui damno alterius in ſententia multorum non peccat mortaliter.*

4 *Deformitas grauis non eſt partem toti non conformari ſi abſit ſcandalum, & graue damnum alterius.*

5 *Graue peccatum eſt; ſi ex conceſſa diſpenſatione ſine cauſa Diſpenſati ſumerent occaſionem contemnendi legem, aut inde graue damnum proueniret Eccleſia vel ſubditis.*

6 *Graue damnum de facto prouenit Eccleſiæ vel ſubditis ex diſpenſatione cum ſacerdote in Cœlibatu vel in continua officij recitatione, vel in Beneficiorum pluralitate.*

7 *Tridentinum prohibet grauiter diſpenſationem ſine cauſa, quia ex illa ſequuntur predicta inconuenientia.*

8 *Diſpenſatio*

8 *Diſpenſatio ab inferioribus ſine cauſa conceſſa eſt inualida.*

9 *Princeps peccat mortaliter, ſi ſecum diſpenſet in legibus quas tenetur ex honeſtate ſeruare, vel venialiter iuxta diuerſas ſententias, & diuerſas circumſtantias.*

10 *Princeps iure naturæ tenetur non diſcordare à ſubditis ſine cauſa.*

11 *Princeps non poteſt ſecum contra legem diſpenſare & tenetur diſpenſationem conceſſam ſibi reuocare.*

12 *Subditus petens diſpenſationem ſine cauſa graui-ter vel venialiter, peccat, ſicut Princeps diſpenſans.*

13 *Subditus petens diſpenſationem ſine cauſa ideo peccat, quia cooperatur peccato Principis, & petit rem malam, ſecus ſi laboret ignorantia inuincibili.*

14 *Princeps, vel ſuperior poteſt excuſari à peccato in concedenda diſpenſatione, & non excuſari ſubditus illam obtinens, & è contra.*

15 *Superior tenetur diſpenſationem conceſſam reuocare, quando cognouit non adfuiſſe cauſam diſpenſandi.*

16 *Superior tenetur proſpicere, quod ſubditi, niſi iuſta cauſa excuſet, vniformiter viuant, & legibus communibus æqualiter obligentur.*

17 *Vtens diſpenſatione ſine cauſa à diſpenſatione conceſſa in propria lege, peccat ſaltem venialiter contra Nauarrum, & alios, non improbabiliter id negantes.*

18 *Quia nec contra legem poſitiuam, nec naturalem vtitur.*

19 *Vtens diſpenſatione ſine cauſa non cooperatur peccato ſuperioris vtendo, ſed petendo illicitè diſpenſationem.*

20 *Vſus diſpenſationis ſine cauſa, non videtur ſpecialiter prohibitus.*

1 AFFIRMANT Caietanus, Armilla, Ledeſma, Vega, & Rodriquez, quos citat Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 18. *num.* 6. & ſequitur Couar. *in* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *num.* 7. Suar. *lib.* 6. *de legib. cap.* 18. *num.* 6. & Granad. *contr.* 7. *tract.* 3. *part.* 2. *diſp.* 17. *ſect.* 3. *num.* 24. mouentur ex Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reform.* vbi grauiter prohibetur diſpenſatio ſine cauſa conceſſa: & ratio redditur *in eadem ſeſſ.* 25. *c.* 18. quia diſpenſare ſine cauſa, eſt vnicuique ad leges tranſgrediendas viam aperire.

2

3 Negant autem (remoto ſcandalo, & graui damno alterius) probabilius Sanchez *loco ſupra cit. num.* 7. *& lib.* 1. *moral. cap.* 20. Nauarr. *prælud.* 9. *num.* 14. *& cap.* 12. *num.* 57. Sot. *de iuſt. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 59. Lopez *part.* 1. *Inſtruct. cap.* 4. §. *ſexto ſuperaddimus*, Salas *de legib. diſp.* 20. *ſect.* 5. *num.* 53. Valentia 1. 2. *diſp.* 7. *quæſt.* 5. *punct.* 9. *ad fin.* Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 4. Villalob. *in ſumma tom.* 1. *tract.* 2. *dub.* 4. *num.* 6. Malderus *in* 1. 2. *quæſt.* 97. *art.* 4. Tannerus *ibid. diſp.* 5. *q.* 7. *dub.* 2. *num.* 29. Paſqualigus *de ieiunio, deciſ.* 382. *num.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 386. *num.* 4. & Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 35. Et probatur; quia, ſicuti dicebam *ſect. precedenti*, non eſt grauis deformitas, partem toti non conformari, ſi abſit ſcandalum, & graue damnum alterius; ergo ſecluſo ſcandalo & graui damno alterius, non videtur graue peccatum diſpenſationem ſibi, vel etiam aliis ſine cauſa concedere: quamuis ſecus, ſi ex conceſſa diſpenſatione ſine cauſa diſpenſati ſumerent occaſionem contemnendi legem, aut inde graue damnum proueniret Eccleſiæ, vel ſubditis (ſicuti de facto proueniret, ſi cum ſacerdote ſine cauſa diſpenſaretur in cælibatu, vel in continua officij recitatione, vel in beneficiorum pluralitate) quia tunc abſque dubio teneretur Princeps ſub mortali diſpenſationem denegare. Et ex his ſoluitur fundamentum contrarium; ſiquidem Tridentinum prohibet grauiter diſpenſationem ſine cauſa; quia ex illa ſequuntur prædicta inconuenientia: quapropter in tali caſu diſpenſationem ſine cauſa concedere, ſine dubio, ſicuti dicebam, erit mortale; præſertim ſi id faciant inferiores, quibus grauiter, ne id faciant, præcipi poteſt; quia tunc, vti dicemus, diſpenſatio ſine cauſa ab illis conceſſa inualida eſt. 4 5 6 7 8

Hinc ſequitur primò, Principem, ſi ſecum ſine cauſa diſpenſet in legibus, quas ipſe debet ex honeſtate obſeruare, peccare mortaliter, vel venialiter, iuxta diuerſas ſententias, & iuxta diuerſas circumſtantias ſupra relatas; quia iure naturæ tenetur non diſcordare à ſubditis ſine cauſa. Neque dicas, poſita ſecum diſpenſatione à Principe, iam Principem diſcedere cum cauſa. Reſpondetur enim, quod ob rationem dictam non poſſit talem diſpenſationem ſibi concedere, & quod iam conceſſam teneatur reuocare. 9 10 11

Sequitur ſecundò, ſubditum petentem diſpenſationem ſine cauſa, peccare etiam grauiter, vel venialiter, ſicuti peccat ſuperior illam concedens. Ratio; quia cooperatur peccato ſuperioris diſpenſationem concedentis, & petit rem malam, quamuis fieri poſſit, quod excuſetur ſubditus, vt ſi ignoret inuincibiliter, & non excuſetur ſuperior, vt ſi ſciat non adeſſe cauſam: & è contra fieri poſſit, quod excuſetur ſuperior, vt ſi putet adeſſe cauſam, & non excuſetur ſubditus, vt ſi ſciat non adeſſe illam: Sic Suarez *lib.* 6. *de legib. cap.* 18. *num.* 12. *& ſeq.* & Pontius *de matrim. lib.* 8. *cap.* 14. *num.* 5. Contra Paſqualigum *de ieiunio, deciſ.* 402. Cæterum, cum ſuperior nouit, cauſam ad diſpenſandum non adfuiſſe, tenetur diſpenſationem conceſſam reuocare; quia ſemper tenetur proſpicere, quod ſubditi, niſi iuſta cauſa excuſet, vniformiter viuant, & legibus communibus æqualiter obligentur. Sic Pontius *loc. ſupra cit.* 12 13 14 15 16

Sequitur tertiò, vtentem diſpenſatione ſine cauſa à legiſlatore conceſſa in propria lege; peccare ſaltem venialiter, tum quia cooperatur diſpenſationi iniquæ ſuperioris, illam acceptando; tum quia non ſe conformat aliis ſubditis; tum quia ſuperior ipſe tali diſpenſatione vtens peccaret. Sic Caiet. 1. 2. *quæſt.* 96. *art.* 5. *propè fin.* Couar. *in* 4. *decret.* 2. *part. cap.* 6. §. 9. *num.* 7. Ledeſma 2. *part.* 4. *quæſt.* 17. *artic.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſput.* 18. *numer.* 12. Salas *de legib. diſput.* 20. *ſect.* 6. *num.* 59. Quamuis non improbabiliter negent Nauarr. *cap.* 12. *num.* 57. Suar. *cit. lib.* 6. *cap.* 19. 17

*cap.*19.*num.*14. Vaſquez *diſp.*178.*cap.*4.Riualdus *in append. ad Candelabr. cap.* 12. *num.* 8. *&* 22. Emanuel Rodriguez *tom.*2. *regul.qq. q.*22. *art.*4. Summa Coron. *cap.*1. *de cognoſcend. peccat. n.*32. Pontius *de matrim. lib.*8. *cap.*14. *numer.*5. Azor. *tom.*1. *lib.*5. *cap.*15. *quæſt.*3. Malderus 1.2. *q.*97. *art.* 4. Paſqualigus *de ieiunio, deciſ.*342. *numer.*3. 18 *& ſequent.* & Diana *part.* 1. *tract.* 10. *reſolut.* 35. Et ratio eſſe poteſt; quia talis non peccat contra legem poſitiuam, cùm illa iam non extet, vt potè diſpentata, ſeu derogata; neque contra legem naturalem, cùm diſpenſatus non teneatur ex iure naturæ ſe aliis conformare (habet enim legitimam cauſam exemptionis, ſcilicet diſpenſationem validam, etſi illicitè obtentam) ergo, &c. In quo eſt diuerſa ratio ſubditi,& ſuperioris; quia ſuperior vtens diſpenſatione ſibi ſine cauſa in lege propria conceſſa,peccat, quia inualidè diſpenſat, vti dicebam; & dato, diſpenſet validè, tenetur, cùm poſſit, diſpenſationem reuocare: at ſubdito tale onus non incumbit: quapropter iſte non peccat ex hoc capite neque peccat; quia co- 19 operatur diſpenſationi illicitæ à ſuperiori conceſſæ; quia huic ſolum cooperatur, cùm petit, & non cum vtitur illa iam petita, & conceſſa. Ex alio autem capite talis vſus non videtur ſpecialiter prohibitus; ergo, &c.

DVBITATIO V.

Quantanam ſit obligatio in legiſlatore ſupremo in ordine ad leges ab inferiori latas, ſi ſit in loco, vbi illæ habent vigorem?

SVMMARIVM.

1 *Nulla eſt obligatio in Principe ſeruandi leges inferiorum.*
2 *Summus Pontifex non tenetur ſeruare leges ſpecialis Diœceſis, in qua eſt.*
3 *Princeps non tenetur ſeruare leges municipales alicuius Prouincia.*
4 *Princeps non ſolum eſt caput illius loci ſpecialis, in quo de facto eſt; ſed etiam aliorum locorum, in quibus illæ leges non ſeruantur.*
5 *Princeps tenetur ſeruare leges municipales, à ſe confirmatas. At contra quia non pro toto Territorio, ſed pro parte confirmata fuerunt.*
6 *Princeps tenetur ſeruare leges municipales à ſe confirmatas illius loci, vbi habet Curiam, qua tamen limitatio non probatur.*

1 RESPONDETVR, quod ſit nulla, & ſic
2 non teneatur, v. g. Pontifex ſeruare le-
3 ges ſpecialis diœceſis, in qua eſt; nec teneatur Princeps ſeruare leges municipales alicuius prouinciæ, in qua commoratur. 4 Ratio; quia Princeps non ſolum eſt caput illius loci ſpecialis, in quo de facto eſt, ſed etiam aliorum locorum, in quibus illæ leges non obſeruantur: ergo ex ratione capitis non eſt cur teneatur ſe ſubditis talis loci conformare; cùm alij ſubditi aliorum locorum contrarij ſint. Sic Felin. *c.* 1. *de conſtitut. n.*30. Tiraquell. *de vtroque retractu lib.*1. *gl.*1. *§.*3. *n.*38. Suar. *de legib. lib.*3. *cap.*35. *n.*14. Salas *diſp.* 14. *ſect.* 2. *n.* 23. *&* 24. Bonac. *diſp.*1. *q.*1. *punct.*6. & alij.

Limitant Salas, & Bonacina, niſi fuerint illæ 5 leges ab ipſo confirmatæ; quia tunc ſi ſint accommodatæ ſibi,& ſuis ſubditis, tenetur illas ſeruare. Sed non probatur limitatio; quia licet fuerint ab ipſo confirmatæ, non tamen fuerunt pro toto territorio; ſed pro parte territorij confirmatæ; & ſic militat eadem ratio, quam ſupra dicebam.

Limitat ſecundò Suarez, niſi Princeps fuerit 6 in loco proprio, ſcilicet in Curia; quia tunc, inquit Suarez, tenetur Princeps ſeruare leges talis loci ſibi, & ſuis ſubditis accommodatas: alioquin enim ſuo exemplo præberet occaſionem illas contemnendi. Sed adhuc non probatur limitatio, ob eandem rationem ſupra dictam, ob quam ad id,quod dicit Suarez,Reſpondeo, quod illa occaſio non ſit occaſio data, ſed accepta. Vide quæ dicebantur *ſuprà cap.*11. *dubit.*1. *num.*22.

DVBITATIO VI.

Quidnam poſſit poteſtas Eccleſiaſtica in ſeipſam,ſecundùm vim punitiuam, ſeu in ordine ad pœnam?

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas Eccleſiaſtica ſi propriam legem non ſeruet, non poteſt puniri poteſtate humana.*
2 *Legiſlatoris vxor,licet legibus à legiſlatore latis ſubiecta ſit, tamen ex beneficio legiſlatoris exempta præſumitur.*
3 *Nemo poteſt cogi à ſe ipſo,neque à lege ſua pœnam imponente.*
4 *Pœna imponi debet per iudicis ſententiam etiam inuito, & Princeps iudicem, vel ſuperiorem non habet.*
5 *Legiſlator non eſt ſuæ legis tranſgreſſor; ſed naturalis dictantis debitum conformitatis ipſius.*
6 *A tituli limitatione non infertur limitatio Deciſionis.*
7 *Standum eſt potius Deciſioni, quam rubricæ.*
8 *Poteſtas Eccleſiaſtica non poteſt ſe ipſam cenſura afficere, quia cenſura eſt pœna.*
9 *Cenſura vt contrahatur tendere debet in Baptizatum viatorem, rationis, & doli capacem, & qui in Eccleſia ſuperiorem habeat.*
10 *Cenſura non incurritur ab homine nondum completo crimine,vel nondum completa conditione, ſub qua cenſura lata eſt, ſi antequam perficiatur, obeat.*
11 *Hæretici etiam poſt mortem anathematizari poſſunt.*
12 *Anathema accipitur quandoque pro execratione, ſeu deteſtatione.*
13 *Ij etiam, qui excommunicandi poteſtatem non habent, poſſunt anathematizare hæreticos, quatenus illud verbum denotat deteſtari.*
14 *Verbum anathematizare aliquando accipitur pro aliquem excommunicatum declarare, & ita ij, qui excommunicandi poteſtatem habent, anathematizant hæreticos etiam poſt mortem.*
15 *Poſt mortem poteſt quis excommunicari impro-*

Digitized by Google

priè tamen & indirectè præcipiendo fidelibus, vt abstineant ab Ecclesiastica eius sepultura, & à publicis pro eis precibus, ac sacrificiis faciendis.

16 *Ecclesia licet propriè, & directè non possit absoluere mortuum iam excommunicatum, potest tamen editis pœnitentiæ signis dare facultatem vt in loco sacro sepeliatur.*

17 *Infans furiosus, & amens excommunicari non possunt; quia huiusmodi Personæ legibus, & præceptis non obliganiur.*

18 *Lex, & præceptum est regula quædam rationis, & eius vinculi capaces non sunt, qui ratione carent.*

19 *Censura fertur in contumaces, quales esse non possunt infantes, furiosi, & amentes.*

20 *Furiosus, qui ante furorem contraxit censuram debet absolui in ipsa amentia.*

21 *Censura cum sit pœna medicinalis, non debet afficere eum, qui medicinæ spiritualis incapax est.*

22 *Par in parem, & multo magis in se ipsum, vel in superiorem non habet imperium nec potestatem cogendi aut puniendi.*

23 *Iurisdictio in foro externo requiritur in ferente censuram, & subiectio in eo, in quem fertur.*

24 *Dæmones cum non subdantur superiori Ecclesiastico, non possunt propriè excommunicari.*

25 *Summus Pontifex non potest excommunicari, neque alia censura affici neque ab alio, neque à se ipso.*

26 *Potestas Ecclesiastica non fert censuram in propria causa, nisi per modum defensionis, vt sc. violentiam sibi factam repellat.*

27 *Summus Pontifex non potest contrahere pœnas simoniæ de iure Ecclesiastico statutas, quia non subditur suis legibus quoad vim coactiuam.*

28 *Contrahens cum summo Pontifice secundum nonnullorum sententiam, non contrahit dictas pœnas, quia præsumitur pro eo in tali casu concessa exemptio.*

29 *Is, qui simoniace accepit rem à summo Pontifice, ipso sciente, & consentiente, non tenetur eam renuntiare.*

30 *Summus Pontifex potest contrahere culpam Simoniæ iuris diuini; quia æque ac alij subiicitur iuri diuino.*

31 *Summus Pontifex an contrahere possit culpam simoniæ iuris humani est dissensio inter Doctores.*

32 *Obligatio, qua Princeps tenetur seruare legem suam, non oritur immediatè à voluntate, & potestate Principis volentis se obligare; sed ex ipsa rei natura.*

33 *Princeps non potest se ipsum pro arbitrio suo lege sua eximere, cum iure naturali teneatur se suis subditis conformare.*

34 *Summus Pontifex in sententia Auctoris non potest contrahere culpam simoniæ iuris humani.*

35 *Episcopus excommunicans, vel alia censura afficiens ludentes non incurrit excommunicationem, si postea ludat; quin immo nec cum Episcopo ludentes, secus est si Episcopo tantum denunciet censuram superioris.*

RESPONDETVR, Potestas Ecclesiastica (idemque dico de potestate laica) nihil potest in ordine ad seipsam secundùm vim punitiuam, seu ad pœnam; id est, si propriam legem non obtineat, non potest puniri potestate humana. Sic docent cum S. Thomæ 1. 2. *q* 96. *art.* 5. *ad* 3. Vasquez *disp.* 167. *cap.* 1. Valentia *tom.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 5. *punct.* 4. Azor. *tom.* 1. *libr.* 5. *cap.* 11. *quæs.* 2. Sayr. *in Clani Reg. lib.* 3. *capit.* 4. *num.* 5. Salas *de legibus disput.* 14. *sect.* 2. *numer.* 8. & *sect.* 3. *numer.* 36. Suar. *libr.* 3. *cap.* 35. *num.* 15. *& seqq.* Lessius *de iust. & iur. libr.* 2. *capit.* 35. *dub.* 5. & Bonacina *disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 6. *numer.* 10. *&* 14. (qui *ex l. Princeps, ff. de legib.* subdunt, & rectè, quod legislatoris vxor, licèt legibus à legislatore latis subiecta sit, tamen ex beneficio legislatoris exempta præsumatur) & ratio Responsionis est; quia nemo potest cogi à seipso, neque à lege sua pœnam imponente, cùm sit superior ad suam legem; ergo non potest ligari pœna à se statuta per legem. 1 2 3

Confirmatur primò; quia pœna imponi debet per iudicis sententiam, etiam inuito, sed Princeps Iudicem, vel superiorem non habet, à quo cogi, vel puniri possit: à seipso autem nemo propriè cogitur, ait S. Thomas loco supra cit. nec quisquam in proprio facto iudex esse potest. Ergo, &c. 4

Confirmatur secundò; quia sicuti dicebam *sect.* 2. *præcedenti*, pœna imponitur ob transgressionem legis positiuæ à legislatore; & ex alio capite legislator non est transgressor suæ legis, sed legis naturalis dictantis debitum conformitatis ipsius legislatoris cum cæteris Reipublicæ membris, ergo. 5

Confirmatur tertiò, *ex cit. l. Princeps*, ibi: *Princeps legibus solutus est*; & §. *vlt. Institut. quibus modis testamenta infirmentur*, ibi: *licet legibus soluti simus, attamen legibus viuimus.* id est, licet legibus non adstringamur, attamen ob bonum exemplum legibus conformamur; ergo, &c.

Neque obstat, si dicas, has leges sub titulo limitato comprehendi, cùm de legatis caducis, & testamentis sit titulus. Respondetur enim, quod licet limitatus sit titulus, decisio tamen sit generalis; & ex alio capite standum sit potiùs decisioni, quàm rubricæ, sicuti rectè dixit Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 1. 6 7

Ex dictis sequitur, quod non possit Potestas Ecclesiastica seipsam censura afficere; quia censura est pœna: & præterea, quia censura vt contrahatur, tendere debet in baptizatum, viatorem, rationis, & doli capacem, & qui in Ecclesia superiorem habeat; vt communiter Doctores in materia de censuris docent apud Nauarr. *cap.* 27. *n.* 13. Suar. *de censur. disp.* 5. *sect.* 1. & Coninch. 3. *part. tom.* 2. *disp.* 13. *dub.* 6. 8 9

Prima pars, quod scilicet vt contrahatur censura, debeat is, in quem tendit censura, esse baptizatus, non autem pagamus, Iudæus, aut catechumenus, probatur ex Apostolo 1. ad Corinth. 5. vbi ait: *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?* Idem habetur *ex cap. gaudemus, de diuortiis, cap. de Iudæis, d.* 45. Hæretici tamen, apostatæ, & schismatici, quia fide Christi in baptismo suscepta, Ecclesiæ associati fuerunt, ab eadem recedentes, Ecclesiasticis pœnis, ac censuris ad fidem,

&

& obedientiam redire compelli poſſunt: atque ita etiam demonſtrat praxis Eccleſiæ, & ſignificatur in *cit. cap. de Iudæis*; & videri poterit Gregorius Caraſa *de duello tract.* 2. *ſect.* 3. *q.* 3.

Secunda pars, quod ſcilicet debeat eſſe viator, ſeu viuens non autem mortuus probatur ex verbis Domini, ait Gratianus, *cauſa* 24. *q.* 2. Matth. 16. *Quodcumque ligaueris ſuper terram, &c. ſuper terram, inquit, non ſub terra, oſtendens, quod viuentes pro varietate ſuorum meritorum ſoluere poſſumus, vel ligare, de mortuis autem ſententiam ferre non poſſumus.* Et Leo I. ad Ruſticum Epiſcopum Narbonenſem *epiſt.* 90. *capit.* 7. inquit: *Mortuorum cauſa Dei iudicio reſeruanda eſt*: & Gelaſius Papa in epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ ait: *De eo, qui in diuino iudicio eſt conſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere præter id, in quo eum Dies ſupremus inuenit.* Idemque contra nonnullos Theologos, & iuriſtas (vt videre eſt apud Hurtadum *de cenſuris diſſic.* 7.) docent communiter Doctores, Silueſt. *ver. excommunicatio* 1. §. 7. Couarr. *cap. Alma, part.* 1. §. 11. *num.* 8. Caſtr. *libr.* 2. *de hæreticor. punit. cap.* 19. & 20. Aula *part.* 2. *cap.* 4. *diſp.* 1. *dub.* 8. Suar. Coninch. *in loc. ſupra cit.* & alij paſſim.

10 Hinc ſi homo, nondum completo crimine, vel nondum completa conditione, ſub qua cenſura lata eſt, obeat (quamuis poſtea crimen, vel conditio perficiatur) non incurrit cenſuram; verbi gratia ſi in aliquem excommunicatio lata ſit, niſi intra annum ſatisfecerit, ille autem ante elapſum annum ſine ſatisfaciendi propoſito moriatur: vel ſi quis mandatum dedit alteri; vt clericum occideret, is autem poſt mortem mandantis mandatum executus ſit, in neutro caſu reus mortuus excommunicationem incurrit.

11 Neque obſtant, quæ congerit Gratian *in capit. vltim.* 24. *quæſt.* 2. quibus oſtenditur, hæreticos etiam poſt mortem anathematizari poſſe.

12 Reſpondetur enim, anathema interdum ſumi pro execratione, ſeu deteſtatione: atque ita colligitur ex Apoſt. ad Galat. 1. vbi ait: *Licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.* Et in hoc ſenſu etiam ij, qui excommunicandi poteſtatem non habent, poſſunt hæreticos
13 anathematizare, id eſt, tanquam impios, & ab Eccleſia alienos execrari, ſeu deteſtari.

14 Reſpondetur ſecundò, anathematizari aliquando accipi pro declarari aliquem excommunicatum; & in hoc ſenſu ab iis, qui excommunicandi poteſtatem habent, anathematizantur etiam poſt mortem hæretici, id eſt, publicè declarantur excommunicati; quippe qui à fide, & Eccleſiæ communione alieni deceſſerint; & ſic pro iis publicè orari non poſſit. Vide gl. Gregorianam *ſupra cit. capit. vltim.* & Tolet. *lib.* 1. *cap.* 7.

His adde; quod etiam poteſt quis poſt mor-
15 tem excommunicari, impropriè tamen, & indirectè, id eſt, præcipi fidelibus (ita exigente eius crimine, in quo deceſſit, ad aliorum terrorem) vt abſtineant ab Eccleſiaſtica eius ſepultura, & à publicis pro eo precibus, ac ſacrificiis faciendis: qua ſimili ratione, licet Eccleſia propriè, & directè non poſſit abſoluere
16 eum, qui in excommunicatione, tametſi editis pœnitentiæ ſignis, mortuus fuit, tamen poteſt aliis facultatem dare, vt illum in loco ſacro ſepeliant, & publicas preces, ac ſacrificia pro eodem offerant: atque ita explicari debet *cap. à nobis*, 3. *de ſentent. excommun.* & docet Sot. *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *artic.* 2. & Couar. *cit.* §. 11. *num.* 8.

Tertia pars, quod ſcilicet debeat eſſe ratio- 17
nis & doli capax, ideoque infans, & furioſus, vel amens cenſura non poſſit affici, probatur; quia huiuſmodi perſonæ legibus, ac præceptis non obligantur; ſicut ex communi docent Palud. *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 4. *art.* 2. Sot. *de iuſt. lib.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 9. Sanchez *lib.* 1. *mor. cap.* 12. 18
Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 4. & alij paſſim, & nos infra dicemus *Dubit. ſeq.* & ratio eſt; quia cum lex, & præceptum ſit regula quædam rationis, eius vinculi, ſeu obligationis capaces non ſunt, qui ratione carent; tum quia cenſura 19
ferturin contumaces, quales non ſunt, nec eſſe poſſunt infantes, furioſi, vel amentes: quapropter addo, quod potius, ſi cenſuram aliquam 20
ante furorem, vel amentiam quis eorum contraxerit, abſolui debeat in ipſa amentia: nam 21
cùm cenſura, præſertim excommunicatio, pœna medicinalis ſit, non debet afficere eum, qui medicinæ ſpiritualis incapax eſt.

Quarta pars, quod ſcilicet debeat eſſe ſubdi- 22
tus, qui in Eccleſia ſuperiorem habeat, probatur; quia par in parem, & multò magis in ſeipſum, vel in ſuperiorem non habet imperium, nec poteſtatem cogendi, aut puniendi: 23
tum quia in ferente cenſuram requiritur in foro externo iuriſdictio, ergo & in eo, in quem fertur, requiritur ſubiectio; cùm hæc duo ſint inter ſe correlatiua, & connexa.

Hinc fit, quod dæmones, cùm ſuperiori Ec- 24
cleſiaſtico non ſubdantur; non poſſint propriè excommunicari, vel quacumque alia cenſura propriè affici, ſicut nec locuſtæ, &c. ſed ſolum execrari, vt ſcilicet deſiſtant à malo.

Fit ſecundò, quod non poſſit excommunicari, 25
vel alia cenſura affici Summus Pontifex: non enim poteſt ab alio, quia neminem in terris ſuperiorem habet; neque à ſeipſo; quia nemo ſibi ipſi præcipere, aut ſeipſum iudicare, & condemnare, ſeu in ſeipſum vim coercitiuam exercere poteſt, *vt ſupra* dicebatur; & habetur *in can.* 2. *quæſt.* 4. Ergo, &c. quinimmò in *cap. dilecto*, 6. *de ſument. excomm. in* 6. dicitur, quod 26
non ferat poteſtas Eccleſiaſtica cenſuram in propria cauſa, niſi per modum defenſionis, vt ſcilicet violentiam ſibi factam repellat.

Fit tertiò, quod neque poſſit Summus Pon- 27
tifex contrahere pœnas ſimoniæ iure Eccleſiaſtico ſtatutas, vt excommunicationem, ſuſpenſionem, inhabilitatem, &c. quia, vt dicebatur, Princeps non ſubditur ſuis legibus quoad vim coactiuam, ſeu punitiuam; ſicut nec par in parem. Vnde etiam fieri videtur, quod neque qui 28
contrahit cum ſummo Pontifice, dictas pœnas (quamuis contrarium ſentiant alij, quos citat, & ſequitur Adrianus *quodlibet.* 9.) incurrat; quia hoc ipſo, quod cupit quempiam ſic ſecum contrahere, cenſetur illum eximere à lege, quantum poteſt: non enim veriſimile eſt, quod velit illum punire pro actu, ad quem inuitat, vel certè in quem conſentit: ſic enim ſeipſum condemnaret: quapropter non tenetur talis renunciare rem ſimoniacè à ſummo Pontifice acce-

Digitized by Google

ptam. Sic Silu. *ver. simonia, quæst.* 4. Paludan. *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 4. *artic.* 1. *concl.* 3. Sot. *de iust. & iur. libr.* 9. *quæst.* 5. *art.* 2. Couar. *ad regul.*
30 *peccatum, part.* 2. §. 8. *num.* 9. Potest tamen Summus Pontifex contrahere culpam simoniæ iuris diuini; quia æquè ac alij, subditur legi diuinæ, & naturali; & in hoc conueniunt, Doctores.

31 An autem possit etiam Summus Pontifex contrahere culpam simoniæ iuris humani, exigendo v.g. pecuniam pro officiis iure vendi prohibitis, vel pro beneficiis, &c.

32 Affirmant Victoria *relect. de simonia num.* 39. Salas *de legib. disput.* 14. *sect.* 2. Suar. *libr.* 3. *cap.* 35. *dub.* 5. & Bonacina *disput.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 6. nisi subsit rationabilis causa, ob quam tali lege censeatur exemptus. Mouentur, quia (vt dicebatur *supra dub.* 2.) obligatio, qua Princeps tenetur seruare legem suam, non oritur immediatè à voluntate, & potestate Principis volentis se obligare, sicut obligatio, quæ est in subdito (nam Princeps ex dictis non est sibi superior, vt seipsum possit immediatè suo præcepto obstringere) sed oritur ex ipsa rei natura, id est, ex conditione Principis & Reipublicæ, ex qua prouenit, vt ius naturale dictet, Principem debere pati legem, quam ipse subditis imponit, *l.* 1. *tit. quod quisque iuris*, & *Cod. cum omnes de constitut.* (si scilicet ratio legis æquè in vtrisque locum habeat, *vt supra dub.* 1. *in*
33 *fin.* dicebatur.) Quapropter Princeps non poterit seipsum pro arbitrio suo lege sua eximere, cùm iure naturali teneatur se suis subditis conformare; sed si contra fecerit, peccabit pro conditione materiæ, & virtutis præceptæ, v.g. si non ieiunet tempore quadragesimæ, peccabit contra temperantiam; si non seruet diem festum, vel non recitet officium, peccabit contra religionem; & sic si vendat officia Ecclesiæ, vel beneficia, peccabit peccato simoniæ; obligatio enim illa, qua tenetur se conformare subditis, est generalis, quæ contrahitur secundùm variam materiam, & species virtutum, ad quas subditi obligantur per leges superioris. Sic Victoria, Salas, Suarez, & Bonacina *in locis suprà cit.* quorum tamen aliqui concedunt, quod si causa iusta subsit, possit tunc Princeps secum dispensare, sicut cum subditis, quamuis alij probabilius dicant, dispensationem hic locum non habere; quia non obligatur Princeps ex imperio suæ voluntatis, sed ex iure naturæ, in quo non potest dispensare: & reuera non est opus dispensatione, quia posita causa, cessat in Principe illa obligatio per se, cùm desinat ratio, ob quam se subditis debebat conformare.

34 At his non obstantibus, placet mihi magis opinio opposita non posse scilicet Summum Pontificem contrahere culpam simoniæ iuris humani. Sic Silu. *ver. Simonia, quæst.* 4. & Sot. *de iustit. & iur. lib.* .. *quæst.* 5. *artic.* 2. & probatur ex iis, quæ dicebantur *supra dub.* 3. quia etsi Princeps absque iusta causa fecerit contra legem suam, non peccat mortaliter, si scandalum absit; quia non tenetur illam seruare, nisi illo iure, quo tenetur se conformare subditis; & non tenetur ob materiam, vel virtutem præceptam, sed solum ob rectum regimen Reipubl. seu communitatis; ita vt legem suam transgrediendo, non peccet contra virtutem, contra quam peccant subditi, sed solum contra virtutem potestatiuam, non conformando se semel, vel bis cum subditis; quæ non est magna, & grauis deordinatio in Republica, cùm inde non sequatur magna perturbatio, nec magnum inconueniens in illa: & sic simpliciter trangressio propriæ legis in casu nostro non est peccatum mortale, sed tantum veniale; & non simoniæ contra religionem, sed tantum iniustitiæ contra virtutem potestatiuam.

Fit quartò, quod si potestas Ecclesiastica, vt 35
Episcopus, &c. excommunicet, vel alia censura afficiat ludentes v.g. ex vi talis excommunicationis, vel cuiuscumque alterius censuræ non afficiatur ipse Episcopus, si postea ludat; quinimmò nec afficiantur, qui ludunt cum ipso, vt in simili supra dicebamus: at secus est, si Episcopus non ferat ipse censuram, sed denunciet censuram à superiore contra ludentes latam; quia tunc ex vi talis censuræ, cùm emanet à superiore ipsius Episcopi, & ludentium cum ipso Episcopo, afficitur Episcopus, & ludentes cum Episcopo. Vide Tolet. *lib.* 1. *cap.* 7.

DVBITATIO VII.

Quidnam possit Potestas Ecclesiastica in seipsam secundùm iurisdictionem voluntariam?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Potestas tam Ecclesiastica, quam laica potest aliquid etiam directe in ordine ad seipsam secundum iurisdictionem voluntariam.*

2 *Item potest directè ex iusta causa dispensare cum seipsa, sicut potest cum subditis in iis, quæ sunt de iure Diuino.*

3 *Item potest etiam directè ex iusta causa dispensare cum seipsa in legibus etiam superiorum in quibus potest cum subditis, vt in lege ieiunij, esu carnium, audiendi sacrum, recitandi officium, & similium; quæ sunt de iure positiuo.*

4 *Iurisdictio, qua in dispensatione exercetur non est coactiua, neque contentiosa, neque sententiatiua; sed omnino voluntaria & directiua; & ideo non repugnat illam exercere in seipsum.*

5 *Superiores possunt sicut cum subditis, ita cum seipsis dispensare in votis, iuramentis, votis iuratis; nam à Deo non solum ipsis quoad subditos hac potestas concessa est, sed etiam quoad se ipsos.*

6 *Superior, quod non possit dispensare secum in his, in quibus potest dispensare cum subditis nullibi generaliter prohibitum reperitur.*

7 *Superior quod non possit exercere iurisdictionem voluntariam in seipsum in materia odiosa, & fraudibus subiecta expressum in specie reperitur.*

8 *Nullus*

Digitized by Google

8 *Nullus ſe ingerere debet Eccleſiaſtica Prælationis officia.*

9 *Is, qui beneficium conferre poteſt, non poteſt ſe ipſum inſtituere.*

10 *Dictum quod inter dantem, & accipientem debeat eſſe diſtinctio Perſonarum non eſt generaliter intelligendum; ſed in materia beneficiorum.*

11 *Vnio Eccleſiæ alteri facta de conſenſu Epiſcopi, & Capituli valet; ſecus ſi facta ſit ipſi Capitulo.*

12 *In proprio facto nemo ſibi ius dicere poteſt.*

13 *In rem ſuam tutor fieri auctor non poteſt.*

14 *Laudatur Epiſcopus Trecenſis, quod noluerit ſe ſine ſedis Apoſtolicæ conſilio exemptum indicare à voti cuiuſdam obligatione.*

15 *Papa, & Epiſcopus poſſunt ſibi conferre indulgentias, remittendo ſibi etiam iniuſtè, debitum pœnæ, quod iure diuino debent.*

16 *In iuriſdictione voluntaria poteſt quis ſuſtinere vices plurium Perſonarum; dummodo exercitium vnius actus non impediat exercitium alterius actus.*

17 *Filiusfamilias, ſi ſit Præſes poteſt ſe ipſum apud ſeipſum emancipare, vel in adoptionem dare.*

18 *Conſul poteſt apud ſeipſum emancipare ſuum ſeruum; & ſic repræſentare Perſonam Conſulis, & Perſonam Domini.*

19 *Idem ſecundum diuerſas qualitates, & officia poteſt ſeipſo eſſe ſuperior, & inferior.*

20 *In naturalibus etiam idem poteſt agere in ſe ipſum, & ſic eſſe agens, & patiens.*

21 *Nemo poteſt ſe ipſum à peccatis abſoluere, nec pœnis, vel cenſuris ligare defectu iuriſdictionis.*

22 *Abſolutio Sacramentalis de iure diuino poſtulat diſtinctionem iudicis, & Rei, non ſic iuriſdictio ad diſpenſationem voti, iuramenti, & ceterorum.*

23 *Prælatus iuſta cauſa interueniente, ob quam poſſit cum ſubditis diſpenſare, immunem poteſt ſe reputare à legis obligatione.*

24 *Excommunicatio fertur per modum ſententiæ, quam nemo in ſe ipſum ferre poteſt.*

25 *Nemo poteſt eſſe ſimul iudex, & Reus.*

26 *Indulgentia non datur per modum ſententiæ; ſed per modum cuiuſdam diſpenſationis.*

27 *Diſpenſatio voti, iuramenti, voti iurati; & ſimilium non eſt niſi quædam condonatio, quæ fit nomine, & auctoritate Dei, nec requirit diſtinctionem Perſonarum.*

28 *Qui habet auctoritatem aliquid diſtribuendi nomine alterius poteſt etiam ſibi ipſi quid applicare, ſi habeat eadem requiſita illorum.*

29 *Diſpenſatio non requirit maiorem diſtinctionem, quam actus iuſtitiæ.*

30 *Patronus non poteſt præſentare ſe ipſum.*

31 *Collator non poteſt alteri committere ſuam poteſtatem, qui ipſi poteſtatem committendi beneficium conferat; ſed hoc ſe habet ſpecialiter in beneficiis.*

32 *Is, qui eſt ſolus, poteſt ſeipſum in beneficiorum collatione ſe ipſum eligere.*

33 *Tutor non poteſt dare Pupillo auctoritatem in negotio, quod ad ipſum tutorem principaliter ſpectat.*

34 *Summus Pontifex non ſolum poteſt diſpenſare cum ſeipſo in votis, iuramentis, votis iuratis, legibus, & ſimilibus; ſed etiam ceteri Prælati inferiores tam ſeculares, quam Regulares.*

35 *Prælati Regulares etiam inferiores, vt Priores, & Guardiani habent in ſuos ſubditos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem.*

36 *Prælatus Monaſterij poteſt omnibus diſpenſationibus vti ſecum, quibus poteſt cum ſubditis.*

37 *Idem generaliter dicas de quolibet habente etiam delegatam poteſtatem diſpenſandi cum aliqua Communitate, cuius ipſe pars fuerit.*

RESPONDETVR, Poteſtas Eccleſiaſtica (idemque dico de poteſtate laica) poteſt aliquid etiam directè in ſeipſam ſecundùm iuriſdictionem voluntariam, & ſic poteſt, etiam directè, ex iuſta cauſa diſpenſare cum ſeipſa in omnibus, in quibus poteſt cum ſubditis, vt in votis, iuramentis, votis iuratis, & ſimilibus, quæ ſunt de iure diuino; ſicuti poteſt, etiam directè, ex iuſta cauſa diſpenſare cum ſeipſa in legibus, etiam ſuperiorum, in quibus poteſt cum ſubditis, vt in lege ieiunij, eſus carnium, audiendi ſacrum, recitandi officium & ſimilium, quæ ſunt de iure poſitiuo. Sic communiter Doctores, quos citabam, & ſequebar *lib. de Parlamentis Dubit. 4. ſect. 27. ſubſect. 1.* & Doctores, quos citat, & ſequitur Couar. *cap. alma, 1. part. §. 1. num. 7.* Salas *de legib. diſp. 20. ſect. 3. diffic. 3.* Suar. *lib. 6. cap. 12. num. 8. & ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 3. n. 6.* & *lib. 4. moral. cap. 37. numer. 40.* Pontius *de matrim. lib. 8. cap. 4. num. 9.* Paſqualigus *de ieiunio, deciſ. 412. n. 2. & ſeqq. & 413. num. 2. & 3.* & Bonac. *de legib. diſp. 1. q. 2. punct. 1. num. 9.* & probatur; quia neque de iure naturali, neque de iure poſitiuo repugnat, aliquem ſecum in dictis obligationibus diſpenſare; ergo non eſt cur denegetur. Probatur prior pars antecedentis; quia ſi de iure naturali repugnaret, id eſſet, quia diſpenſatio requirit diſtinctionem perſonarum, eo quod ſit actus iuriſdictionis; & nemo videtur poſſe iuriſdictionem in ſeipſum exercere, & ſibi ipſi ſubiici; ſed ex hoc capite non repugnat; quia iuriſdictio, quæ requirit diſtinctionem perſonarum, eſt iuriſdictio coactiua, cum nemo poſſit à ſeipſo cogi. Item eſt iuriſdictio contentioſa, cùm inter partes fieri debeat. Item eſt iuriſdictio in actu ſententiæ, cùm nemo ſeipſum ſententiare, id eſt, abſoluere, vel condemnare in aliqua cauſa poſſit. At iuriſdictio, quæ in diſpenſatione exercetur, non eſt coactiua, neque contentioſa, neque ſententiatiua, ſed omninò voluntaria, & directiua; ergo non repugnat, quod quis in ſeipſum illam exerceat. Siquidem hæc diſpenſatio, vel eſt in lege propria, vel in lege ſuperioris: ſi primum, non eſt propriè diſpenſatio; quia nemo ſua lege propriè, & directè ligatur, ſed ligatur lege naturali dictante, quod ab obſeruatione propriæ legis excuſandus non ſit, niſi iuſtam cauſam excuſationis habeat; quin dato, propriè, & directè propria lege ligetur, facilè ab illa ſe ſoluere poteſt, ſi ſcilicet nolit illa obligari, cùm ex propria ipſius voluntate legis obligatio pendeat. Si ſecundum, vel diſpenſatio facienda eſt in lege ſuperioris ex illius commiſſione, & tunc non obſtat quod ſuperior committat vices ſuas inferiori, vt quotieſcumq; ſibi viſum fuerit, in obligatione legis cum ſubditis, vel ſecũ diſpenſare, id facere poſſit: quomodo ſatis probabile eſt, eſſe commiſſum,

ne superiores sint deterioris conditionis, quam
5 subditi. Idem dicendum de votis, iuramentis, votis iuratis, &c. siquidem horum vinculorum obligationem superiores remittunt, quibus à Deo potestas hæc remittendi, non solum quoad subditos, sed etiam quoad seipsos concessa est propter dictam rationem. Probatur posterior pars antecedentis; quia nullibi generaliter
6 prohibitum reperitur, non posse superiorem in his, in quibus potest cum subditis, etiam secum dispensare; sed solum prohibitum in spe-
7 cie reperitur, non posse quempiam in seipsum iurisdictionem voluntariam exercere in materia odiosa, & fraudibus subiecta, vt *in cap. per vestras de iure patronat.* vbi dicitur, nullum se
8 ingerere debere Ecclesiasticæ prælationis offi-
9 ciis; & *in cap. fin. de institut.* vbi habetur, eum, qui beneficium conferre potest, non posse seipsum instituere: quod si ibidem subdatur
10 ratio, inter dantem, & accipientem debere esse distinctionem personarum, non est talis ratio generaliter intelligenda, sed in materia dicta beneficiorum ambitiosa, ob inconueniens, quod sequeretur, si Prælatus beneficiorum distributor, sibi ipsi conferre posset, vti rectè dixit Abbas *in dicto cap. numer.* 5. *& cap. ex litteris de probat. numero* 11. *&* 12. & colli-
11 gitur *ex Clement.* 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi vnio Ecclesiæ alteri facta de consensu Episcopi, & capituli, valet; secus
12 si facta sit ipsi Capitulo; eo quod in proprio facto, vt ait *gloss.* ibi, In materia ambitiosa nemo ius sibi dicere potest: in quo sensu ex-
13 plicatur etiam *lex.* 1. *ff. de auctor. & consens. tutor.* vbi dicitur, in rem suam tutorem fieri auctorem non posse. Neque obstat textus *in cap.* mag-
14 næ de voto, vbi laudatur Episcopus Trecensis, eo quod noluerit se voti cuiusdam obligatione exemptum, sine consilio sedis Apostolicæ, iudicare; quia nemo iuramentum, vel votum suum debet interpretari. Non, inquam, obstat; quia ibi laudatur, non quia fecit opus necessarium, & de præcepto, sed quia fecit opus supererogationis; & de consilio, seu valde decens. Vide *glossam ibi, ver. consilio.*

Confirmatur; quia potestas Ecclesiastica potest in dictis obligationibus ex iusta causa dispensare cum subditis, ergo etiam poterit in iisdem ex iusta causa dispensare cum seipsa; quia non debet superior esse deterioris conditionis, quàm sint subditi.

Confirmatur secundò; quia potest ex iusta causa se eximere ab obligatione; quam iure naturæ contrahit occasione propriæ legis; ergo & poterit ex iusta causa se eximere ab obligatione, quam iure naturæ contrahit occasione proprij voti, iuramenti, voti iurati, & similium.

15 Confirmatur tertio; quia potest Papa, Episcopus, &c. conferre sibi indulgentias, remittendo sibi, etiam iniustè, debitum pœnæ, quod iure diuino debet de peccato; Doctores, quos citabam, & sequebar *loc. suprà cit.* ergo & poterit sibi remittere debitum voti, iuramenti, voti iurati, & similium, quod etiam de iure diuino debet, propter dictas obligationes.

Confirmatur quartò; quia, vt docet Abb.
16 *in cap. ex literis, num.* 11. *de probation.* in iurisdictione voluntaria potest quis sustinere vices plurium personarum, dummodo exercitium vnius actus non impediat exercitium alterius actus; idque probat ex *l. si Consul. ff. de adoption.* vbi dicitur, quod filius familias, si sit Præses, possit seipsum apud seipsum emanci- 17
pare, vel in adoptionem dare; & ex *l. vnic. ff. de offic. Consul.* vbi Consul potest apud se- 18
ipsum emancipare suum seruum; & sic repræsentare personam Consulis, & personam Domini: & ratio doctrinæ, quam tradit Abbas, est; quia idem secundum diuersas qualitates, 19
& officia potest seipso esse superior, & inferior: sic Pontifex est Pontifex, & simul est Princeps secularis; Episcopus est Episcopus, & simul est Canonicus; Rex est Rex, & simul est Dux, vel Comes coronæ subiectus, & vassallus; ac tandem quilibet superior, vt ita dicam, habet qualitatem superioris, & qualitatem personæ priuatæ; & ideo gratias, & beneficia, quæ vt superior in subditos diffundit, potest, diffundere etiam in seipsum; quia vt superior habet veluti virtutem actiuam, & vt persona priuata, habet veluti potentiam receptiuam: neque mirum, quia in naturalibus 20
etiam, idem potest agere in seipsum, & sic esse agens, & patiens, vt patet in ordine ad actus vitales. Itaque si quid obstaret, quo minus posset Prælatus ex iusta causa directè dispensare secum in dictis obligationibus, id esset defectu iurisdictionis, quam non posset exercere in se ipsum; vnde nemo potest seipsum à 21
peccatis absoluere, nec pœnis, vel censuris ligare, sed hoc non obstat, quia non magis requiritur hæc iurisdictio in dispensatione voti, iuramenti, &c. ac requiritur in dispensatione legum, collatione indulgentiarum, obligatione sui ipsius per proprias leges, &c. sed in his potest exercitium in seipsum præstare, ergo & poterit in iis; tum quia, sicuti dicebam, quod iurisdictio postulet distinctionem personarum, id est, vel quia est iurisdictio coactiua, quæ exercenda est in inuitum, vt est potestas inferendi pœnas, aut censuras; vel quia est contentiosa, inter partes ius distribuens (non enim est æquum, vt quis in sua causa sibi ius dicat contra ius aduersarij, sed debet Iudex esse distincta persona à partibus, quibus ius dicit) vel quia spectat ad absolutionem sacra- 22
mentalem, quæ de iure diuino postulat distinctionem Iudicis, & rei, sed iurisdictio, quæ requiritur ad dispensationem voti, iuramenti, voti iurati, legum, &c. nulla iurisdictio istarum est, ergo non est, cur requirat distinctionem personarum. Adde, quod dato, non possit quis seipsum directè auctoritatiuè obligatione aliqua soluere (quapropter plerique Doctores *in* 4. *dist.* 20. vt Richardus *art.* 4. *quæst.* 3. Paludanus *q.* 4. *art.* 3. *concl.* 5. etsi minus rectè, negant, Prælatum sibi ipsi per se, ac directè indulgentias posse concedere) adhuc saltem dici debet, quod si iusta causa subsit, ob quam Prælatus cum subditis 23
dispensare possit, naturalis æquitas dictet, Prælatum etiam in tali casu legis obligatione se immunem reputare posse, ne scilicet ipse deterioris conditionis, ac subditi existat, vt proinde hæc non tam propriè dicta dispensatio, quam interpretatio sit.

Confirmatur quintò; quia S. Thom. *in* 4. *dist.* 20. *quæst. vnic. art.* 5. *ad* 3. communiter receptus

(vt

Digitized by Google

(vt videre est apud Suarez *locis supra cit.* Henriq. *lib.6. cap.8. & lib.7. cap. 32. num.3.* & Sanchez
24 *n.12.*) docet, quod nemo possit seipsum excommunicare; quia excõmunicatio fertur per modum sententiæ, quam nemo in seipsum ferre potest; si-
25 quidem nemo potest esse simul iudex, & Reus: at possit idem sibi indulgentias concedere; quia in-
26 dulgentia non datur per modum sententiæ, sed per modum cuiusdam dispensationis, ergo, &c.

Confirmatur sextò; quia si in dispensatione requireretur distinctio personarum, sicuti requiritur in inferendis pœnis, & censuris, sequeretur, quod non posset Prælatus esse particeps dispensationis, & beneficij, quod concedit communitati, sicuti non potest contrahere pœnas, & censuras, quas infert communitati, quod est contra id, quod dicetur *infra*, & contra S. Thomam *in loco cit.* communiter receptum, ergo.

27 Confirmatur septimò; quia dispensatio voti, iuramenti, voti iurati, & similium non est, nisi quædam condonatio, quæ fit nomine, & auctoritate Dei; sed condonatio non requirit distinctionem personarum; quia qui habet verbi gratia auctoritatem condonandi omnibus aliquid Regi debentibus, potest etiam sibimetipsi debenti con-
28 donare: & qui habet auctoritatem distribuendi aliqua nomine alterius, potest etiam sibimetipsi quid applicare, numerando seipsum inter eos, quibus est facienda distributio, si eadem requisita, & easdem conditiones eorum habeat: vnde poterit quæstor sibimetipsi soluere, si sit Principis creditor, & poterit Eleemosynarius sibimet eleemosynas applicare, si sit pauper.

29 Confirmatur octauò; quia dispensatio non requirit maiorem distinctionem, quàm actus iustitiæ, sed actus iustitiæ potest esse eiusdem ad seipsum secundùm diuersas rationes, & officia; vt patet, cùm Quæstor vt debitor, nomine Regis, soluit sibimetipsi vt creditori eiusdem Regis; & cùm Christus vt homo, satisfecit sibimetipsi vt Deo, ergo &c.

Obiicies, non potest quis sibimetipsi beneficium conferre, *cit. cap. fin. de institut.* quia, vt ibi dicitur, inter dantem, & accipientem debet esse distinctio personalis: similiter non potest patro-
30 nus seipsum præsentare, *cap. per nostras, de iurepatron.* ergo.

Respondetur, hoc argumentum nimis probare: quapropter signum est, quod non valeat, quia si valeret, sequeretur, quod neque posset Prælа-
31 tus sui voti, iuramenti, &c. dispensationem alteri committere, sicut nec potest collator committere suam potestatem alteri, qui ipsi potestatem committenti beneficium conferat, teste Abbate *cap. cit. num.6.* Quapropter dicendum vt supra, quod specialiter in beneficiorum collatione, & præsentatione sic statutum sit; & meritò; quia nemo debet se ingerere Ecclesiasticæ Prælationis officio, quantumuis sit idoneus, vt habetur *in cit. cap. per nostras*, tum quia pernicioſum esset exemplum, si prouideret sibi is, qui aliis conferre tenetur, vt ait Abb. ibid. quamuis possit, nisi fortè sit
32 solus, seipsum eligere; quia id non est iure prohibitum; cùm tunc non à se solo ius accipiat, sed etiam à coelectoribus; & præterea cùm sic rarissimè eueniat, vt ipse promoueatur.

Obiicies secundò, quia in *cit. l.1. ff. de auth. & consensu Tutor.* dicitur, quod tutor in rem suam auctor fieri non possit, ergo, &c.

Respondetur, legem istam ad rem non facere: solum enim ibi dicitur, tutorem in rem suam auctorem fieri non posse, id est, non posse dare pu- 33
pillo auctoritatem in negotio, quod ad ipsum tutorem principaliter spectat, non autem dicitur, vt contendit argumentum, neminem posse præstare auctoritatem in suo facto, vt patet in exemplis allatis; quamuis sit verum, quando agitur de præiudicio alterius rationabili, sicuti dicebam; videatur Abb. *loc. cit.*

Ex dictis itaque non solum potest Pontifex ex 34
causa iusta, etiam directè, dispensare secum in votis, iuramentis, votis iuratis, & in cæteris omnibus, in quibus potest dispensare cum subditis, sed etiam potest Episcopus; idemque dico de Generalibus, Prouincialibus, cæterisque Religionum Prælatis, qui tori conuentui præsunt, vt sunt Priores, Præpositi, Guardiani, Rectores, quin etiam Vicepriores, vicepræpositi, &c. qui scilicet in absentia illorum conuentum gubernant; quia hi omnes habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suos, & sunt Pastores ordinarij, sicuti Episcopi suorum diœcesanorum. Vide 35
Doctores, quos citabam, & sequebar *cit. dubit.4. sect.27. subsect.1. de parlamentis*, Molinam *de inst. & iure disp.248.* vbi ait, quod Superior Monaste- 36
rij possit omnibus facultatibus, & dispensationibus, quibus vti potest erga subditos, vti etiam erga seipsum, nisi contrarium in ea Religione specialiter statutum sit; quam sententiam dicit esse rationabilem Armilla verb. Monachus, *num.9.* præsertim si loquamur de dispensatione in iis, quæ sunt de iure positiuo, vt in lege ieiunij, esus carnium, audiendi Missam, recitandi officium, & similium. Vide etiam Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrim. lib.8. disput.3. num.9.* Suarez *de legib. libr 6. cap. 12. numer. 12.* Salas *disp.20. sect.12. num. 105.* Paſqualigus *de ieiunio, decis. 388. & 415.* & Pontius *de matrimon. lib.8. cap.4. num.12.* & est expressa sententia S.Th. 2.2. *quæst.185. art. 8.* Idem generaliter dicas de quo- 37
libet habente, etiam delegatam, potestatem dispensandi cum aliqua communitate, cuius ipse pars fuerit; quod scilicet possit & iste etiam (ne sit deterioris conditionis in iisdem obligationibus, quod par non est) secum dispensare. An autem possit Abbatissa cum Monialibus, vide Paſqualigum *de ieiunio decis.391.*

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, qui potest dare facultatem alteri absoluendi à casibus Papæ reseruatis, potest etiam concedere vt se ipsum absoluat concedentem; idem dic de Vicario Episcopi, & de Vicario alterius superioris, si tamen possit subdelegare.*

2 *Nihil prohibet quominus alter alteri iurisdictionem committere possit erga se ipsum exercendam.*

3 *Summus Pontifex dat Confessario suo iurisdictionem absoluendi, & dispensandi ipsummet summum Pontificem.*

4 *Prælatus Ecclesiasticus non est dubium,quin directè possit alteri committere vices suas, qui cum ipso dispenset.*

5 *Prælatis exemptis datur facultas eligendi Confessarium, qui ipsos absoluat.*

6 *Prælatus non debet esse deterioris conditionis suis subditis.*

7 *Prælatus dispensans pro tota Diœcesi dispensat etiam cum se ipso, & dispensans alteri indulgentias,dispensat sibi ipsi.*

8 *Prælatus non potest se absoluere ab excommunicatione suspensione,& ceteris,si quidem absolutio est quædam sententia, quam in se ipsum ferre non potest.*

9 *Prælatus neque potest secum dispensare in irregularitatibus per sententiam incursi; cum ad eas tollendas requiratur imponentis sententia; secus si ipso iure sit contracta.*

10 *Lex lata tantum pro Prælatis, cui sit tantum annexa pœna,debet restringi quoad eius dispensationem.*

11 *Dispensatio Prælati facta tam sibi, quam aliis sine iusta causa non dum est nulla; sed etiam illicita, etiam in lege propria.*

12 *Idem dic de votis, iuramentis.*

13 *Nulla auctoritas potest alteri condonare quod Deo,seu alteri superiori debetur, si iusta causa condonandi non subsit.*

14 *Potestas dispensandi in iure superioris,præsertim Dei, Prælatis Ecclesiasticis concessa est in ædificationem,& non in destructionem.*

15 *Prælatus Ecclesiasticus excusatur si bona fide examine adhibito, causa dispensandi existimetur iusta, nam valebit, etiam si postea non cognoscatur iusta,seu satis sufficiens.*

16 *Deus,seu alter superior ab homine plus non videtur requirere quam quod faciat quantum in se est.*

17 *Ecclesiæ recta gubernationi conducit vt scrupulis obuietur, & conscientiæ secure reddamur; quod locum habet non solum in recensitis dispensationibus; sed etiam matrimonij.*

18 *Rescissio, seu irritatio voti quamuis fiat sine iusta causa non est illicita; quia votum,vel iuramentum ex iuris dispensatione includit hanc clausulam nisi superior, vel ille, cuius interest,contradixerit.*

19 *Dispensatio differt à rescissione, seu irritatione; si quidem irritatio non requirit auctoritatem Ecclesiasticam,secus est dispensatio.*

20 *Superior licet possit dispensare, non tamen potest irritare vota vel iuramenta propria.*

21 *Vouens vouendo,vel iurando se obstringit Deo,eique fit debitor certi operis, solumque tali debito non potest, nisi ipse, vel alius eius nomine,& auctoritate condonet.*

22 *Dispensare non est idem, ac declarare materiam voti,& iuramenti,non esse Deo gratam.*

23 *Declarare spectat tam ad Doctores quam ad Prælatos.*

24 *Materia voti & iuramenti,quando non est grata,obligatio voti,& iuramenti euanescit.*

25 *Dispensare non est idem in voto, ac dispensare in lege humana.*

26 *Votum, vel Iuramentum non solum est lex quædam priuata,sed etiam tribuit ius alteri,quod ab eo adimi non potest,nisi consentiat.*

27 *Dispensatio in lege humana fieri non potest quando est acquisitum ius tertio.*

DIxi in principio Responsionis *sect.precedenti n.*1. quod Prælatus Ecclesiasticus *possit dispensare secum in votis,iuramentis,sicut & in legibus superioris, etiam directè*; quia dubium non est, quod possit indirectè nimirum dando alicui ex subditis potestatem, quam dispenset cum ipso in illis; sicuti potest dare sacerdoti subdito potestatem,qua ipsum absoluat à peccatis,etiam reseruatis, vt colligitur *ex cap. fin. de pœnit. & remiss.* v. g. potest si incidat in casum Pontifici reseruatum,à quo ipse alios absoluere potest, dare sacerdoti subdito potestatem,vt ab illo ipsum absoluat: idemque dico de Vicario Episcopi, & de Vicario superioris Regularis quod scilicet si similiter hic incidat in casum à suo superiore reseruatum, possit etiam dare alteri potestatem, vt ab illo ipsum absoluat sine licentia sui superioris; si tamen potestatem subdelegandi à superiore habet; sicuti declarauit Cardinalium Congregatio Tridentini Concilij *in sess.*24.*de reform.cap.*6. & docent Miranda *tom.* 2. *Manual. q.*34. *art.* 14. *concl.*1. Coriolanus *de casibus reseruat. part.* 1.*sect.*1. *art.* 22. *n.*2.Bordonus *in consiliis Regularib.Resol.*39.*n.*63. & alij communiter Doctores, quos citabam, & sequebar loco supra *cit. de Parlamentis* contra Iacobum de Graff. *in append. ad decis. lib.* 3. *cap.*8. *num.*22. *Alterium de censur. tom.*2. *disp.* 8. *cap.*3. *concl.* 4. Pasqualigum *tom.*2. *decis.*164. & suadet ratio; quia nihil prohibet, quominus alter alteri iurisdictionem committere possit erga seipsum exercendam; siquidem de facto sic summus Pontifex dat confessario suo iurisdictionem absoluendi,& dispensandi ipsummet summum Pontificem, vt rectè adnotauit S. Bonauentura *in* 4. *dist.*19. *art.*3. *q.*1. Accedit, quod alioquin superior esset deterioris conditionis, quàm sint subditi, quod par non est.

1

2

3

Dixi itaque, *etiam directè*; quia dubium, inquam,non est, quod Prælatus Ecclesiasticus possit vices suas alteri committere,qui cum ipso dispenset;quod probatur,tum ex dictis, & ex *cap.fin. de pœnit.& remiss.* vbi datur Prælatis exemptis facultas eligendi Confessarium, qui ipsos absoluat,ne cogantur superiorem absentem adire: quæ ratio eadem militat in dispensando; tum quia Congregatio Tridentini decreuit, quod facultas Episcopis data *sess.*24.*cap.*6. *de reform.* absoluendi,& dispensandi subditos, possit cum ipsis Episcopis à Confessario ab ipsis electo exerceri; tum quia Prælatus non debet esse deterioris conditionis subditis,Sic Palud.*in* 4. *dist.*38. *q.*4.*art.*2.*concl.*4. Silu.*verb. Confessor.* 1.*q.*9. Layman.*lib.*1.*tract.*4. *cap.*22.*n.*33.& Doctores communiter,quos citat, & sequitur Garsias *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *n.*139. Suarez *lib.*6. *de voto cap.*11.*n.*3.& *tom.*5.*de censur.disp.*41. *sect.*2.*n.*9.& *seqq.* Sanchez *de matrim. lib.*8. *disp.*3.*n.*3.& *lib.*4.*mor. cap.* 37. *n.*41. Sà,*verb.Confessor, n.*15. Pontius *de matr.lib.*8.*c.*4. *n.*9. Pasqualigus *de ieiunio, dec.*411.*n.*2. & Barbosa *ad cap. Concilij sess.* 24.*cap.*6. Quapropter similiter quando Prælatus dispensat in lege ieiunij, vel festi, &c. pro tota diœcesi, ciuitate, vel Conuentu,in tali dispensatione ipse etiam includitur,sicut & includitur, quando distribuit indulgentias pro tota communitate; quia cùm sit ipse præcipua pars illius,debet etiam ipse in illa distributione includi, saltem indirectè. Sic Sot. *in* 4. *dist.* 21. *q.*1. *art.* 4.*in fin.* Lopez 2. *part. Instruct. c.*5.*concl.* 32. Suar.*tom.*3.*disp.*82.*sect.*2.*prope fin.*

4

5

6

7

&

& tom. 4. diſp. 52. ſect. 1. n. 20. Sanchez *de matr. lib. 8. diſp. 3. num. 2. & lib. 6. mor. cap. 12. num. 8.* Layman. *lib. 1. tract. 4. cap. 22. num. 30.* & alij paſſim.

Dixi ſecundò, *quod Prælatus Eccleſiaſticus poſſit ſecum diſpenſare, in votis, iuramentis, & votis juratis ſicut & in legibus ſuperioris, in quibus poteſt cum ſubditis*; quia de cenſuris aliter ſentiendum videtur; quod ſcilicet, ſi cenſura aliqua, 8 v. g. excommunicatione, ſuſpenſione, vel interdicto Prælatus ligatus ſit, non poſſit, niſi per medium ſacerdotem à ſe electum ab illa abſolui, ſiquidem cenſura tolli non poteſt, niſi abſolutione, quæ eſt ſententia quædam, & ſic quæ in ſeipſum exerceri nequit. De irregularitate, depoſitione, & qualibet alia inhabilitate, an poſſit in illis cum ſe ipſo Prælatus Eccleſiaſticus diſpenſare, maior eſt difficultas. Et quidem ſi illa per ſententiam contracta eſt, videtur certum quod non poſſit illam à ſe immediatè, & directè non media aliqua perſona à ſe electa tollere; quia non poteſt illam tollere, niſi ex imponentis commiſſione, quam non præſumitur ille concedere: nam aliàs fruſtratoria eſſet eius coactio: in quo ſenſu verè dicitur, *Eius eſſe ſoluere, cuius eſt ligare, cap. cum inferior, de maior. & obedient. cap. at ſiclerici, de iudic. & cap. 2. de bigamis.*

At ſi pœna, vel inhabilitas non per ſententiam, ſed ipſo iure contracta ſit, Prælatus Eccleſiaſticus ex probabiliori ſententia Doctorum poteſt ſecum in illa, ſicuti poteſt cum ſubditis, diſpenſare; quia licet per iuriſdictionem coactiuam illa fuerit ligatus, ſoluitur tamen per iuriſdictionem voluntariam, & directiuam; tum quia in tali caſu non tam ipſe ſe ſoluit, quàm ſuperior, qui pœnam impoſuit; & qui potuit Prælato committere vices ſuas, vt diſpenſet in omnibus pœnis, & irregularitatibus, tam ſecum, quàm cum ſibi ſubditis; ex qua commiſſione ipſe 10 ſecum de facto diſpenſat: quare ſolum in caſu, quo lex lata ſit pro Prælatis tantum, & ipſis tantum pœna ſit à lege impoſita, cenſeo quod poteſtas diſpenſandi in Prælato reſtringi debeat. Vide Sanchez *cit. diſp. 3. num. 4. & diſp. 5. num. 3.* & Pontium *cit. lib. 8. cap. 6. num. 6. & cap. 7. num. 17.*

11 Dixi tertiò, *quod Prælatus Eccleſiaſticus poſſit ſecum diſpenſare ex iuſta cauſa*, quia ſi ſine iuſta cauſa ſecum diſpenſet (quidquid ſit, quando diſpenſat cum aliis, qua de re alibi commodius dicam) diſpenſatio nulla, nedum illicita eſt.

Et quidem quoad leges proprias, quod ſi ſine iuſta cauſa ſecum diſpenſet, diſpenſatio etiam nulla ſit, probatur; quia ſi quis propriæ legis vinculum ſibi ad libitum, & nulla exigente cauſa, validè relaxare poſſet, ſequeretur, eum legis vinculo, ſeu neceſſitate numquam obſtrictum fuiſſe, quod contradictionem inuoluit, cum neceſſitas, vel obligatio dici non poſſit, quam quis, quandocumque voluerit, abiicere poteſt. Sic ex communi Doctores, quos citat, & ſequitur Suar. 12 *lib. 6. de legib. cap. 2. num. 17.* & Vaſquez *in 1. 2. tom. 2. diſp. 178. cap. 4.* videri etiam poterit Paſqualigus *de ieiunio deciſ. 380 & 386.* Quoad vota autem, iuramenta, & leges ſuperioris, quod ſimiliter, ſi ſine iuſta cauſa ſecum, vel cum aliis diſpenſet, diſpenſatio, etiam nulla ſit, probatur; quia nulla auctoritas poteſt validè condonare, quod Deo, vel alteri ſuperiori debetur, ſi iuſta cau- 13 ſa condonandi non ſubſit: Deus enim, vel quicumque alter ſuperior huiuſmodi condonationem ratam non habet. Vnde ſi quis abſoluatur ſine legitima diſpoſitione, abſolutio non valet; vel ſi cui indulgentiæ dentur ſine cauſa, vel ſupra menſuram cauſæ, vim non habent. Confirmatur; quia 14 poteſtas diſpenſandi in iure ſuperioris, præſertim Dei, Prælatis Eccleſiaſticis conceſſa eſt in ædificationem, & non in deſtructionem; eſſet autem in deſtructionem, ſi diſpenſatio valeret ſine iuſta cauſa. Sic S. Th. 2. 2. q. 88. *art. 12. ad 2.* & Cajet. *ibid.* Sot. *de inſt. & iur. lib. 7. q. 4. art. 3.* & communiter alij doctores, quos citat, & ſequitur Nauarr. *c. 12. num. 73.* & Llamas *part. 3. Method. cap. 4. §. 42.*

Sufficit tamen ex probabili; vt cauſa bona fide, adhibito congruo examine pro rei qualitate, 15 à Prælato, & ſubdito putetur iuſta; quia tunc ex probabili diſpenſatio valebit, etiamſi fortè poſteà deprehendatur non fuiſſe iuſta, ſeu ſatis ſufficiens Deus enim, & quicumque alter ſuperior ab homi- 16 ne plus non videtur requirere, quàm quod faciat quantum in ſe eſt; quo facto concedere ei videtur vſum auctoritatis, & poteſtatis ſuæ: non enim eſt credendum, aliam eſſe Pontificis mentem circa ſuas leges & Dei circa ſuas; ſiquidem hac ratione ſcrupulis obuiatur, & conſcientiæ ſecuræ redduntur, & geſta à Prælatis firma remanent; quæ omnia rectæ gubernationi Eccle- 17 ſiæ conducunt. Sic Azor. *part. 1. lib. 7. Inſtit. Moral. cap. 29. q. 6.* Henriq. *lib. 7. cap. 14. num. 3. lit. T.* Paſqualigus *de ieiunio. deciſ. 395.* Diana *part. 1. tract. 10. reſol. 33.* Sanch. *de matrim. lib. 8. diſp. 17. quæſt. 1. n. 8.* & alter Sanchez *in ſelect. diſp. 54. num. 39.* Quod locum habet non ſolum in diſpenſatione voti, iuramenti, voti iurati, & legum cuiuſcumque ſuperioris, ſed etiam locum habet in diſpenſatione impedimentorum matrimonij, & matrimonij diſſolutione, ſicuti rectè dixit Sanchez *cit. lib. 8. de matrim. diſp. 17. num. 8.* quamuis ſecus ſit, quando ſententia eſt tantum declaratoria, non autem diſpenſatoria.

Cæterum non ſimiliter in ordine ad alios reſciſſio, ſeu irritatio voti, iuramenti, & voti iurati, licet ſine iuſta cauſa fiat, illicita, & nulla erit; 18 quia ſuperior, vt Prælatus Religionis, pater, maritus, vel tutor, votum vel iuramentum, &c. religioſi, filij, vxoris, vel pupilli reſcindens, ſeu irritãs, non exercet iuriſdictionem Eccleſiaſticam ordinariam, vel delegatam ſibi ab aliquo Prælato, vel poteſtate Eccleſiaſtica conceſſam, ſed exercet proprium ius, ſeu poteſtatẽ in perſonã ſibi ſubditam, & obligatam: quapropter ſi in hac re etiam ſine iuſta cauſa operetur, nemini facit iniuram, ſed vtitur iure ſuo. Accedit, quod in tali caſu votum, vel iuramentũ in ipſius arbitrium totum collatum eſt: pendet enim ab ipſius conſenſu; cùm habeat tacitam quandam conditionem, vel ex natura rei, vel ex iuris diſpoſitione, nempe hanc, Niſi *ſuperior, vel ille cuius intereſt, contradixerit*: quapropter ſi talis intelligens votum, vel iuramentum, repugnauerit, ſtatim ceſſabit obligatio: qua de re vide Paludanum *in 4. diſt. 38. q. 4. art. 2.* Silu. *ver. votum 4. q. 2.* Angelum *eod. ver. 2. n. 10.* & Leſſium *lib. 2. cap. 40. dub. 12. num. 69.*

Itaque differt diſpenſatio à reſciſſione, ſeu irritatione; ſiquidem irritatio non requirit auctori- 19 tatem

tatem Ecclesiasticam, sed est, quando materia, quam v. g. vouemus, vel voluntas vouentis est subiecta aliquo modo alienæ potestati, & ab eius consensu dependens; cum talia habent tacitam conditionem, *nisi superior, vel ille, cuius interest,* 20 *contradixerit.* Vnde superior, licet possit dispensare, non tamen potest irritare vota, & iuramenta propria. Doctores, quos sequitur Sanch. *lib.4. mor. cap.24.* At dispensatio, sicut & commutatio, requirit auctoritatem Ecclesiasticam; cùm dispensare sit relaxare vinculum, & tollere eius obligationem condonando nomine Dei, vel alterius cuiuscunque superioris debitum, quod erga Deum 21 v. g. vouendo, vel iurando contraxeras, vt rectè ait Caietan. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 2. nam cùm vouendo, vel iurando te obstrinxeris Deo, eique factus sis debitor certi operis, solui tali debito non potes, nisi ipse, vel alius eius nomine, & auctoritate condonet, sicuti videmus in promissionibus humanis.

22 Quapropter dispensare neque est idem ac declarare materiam voti, vel iuramenti non esse 23 Deo gratam (vt videtur sentire S. Bonauentura *in 4. dist.38. art.1. quæst.3.* & Paludan. *ibid. q.4. art.4.*) quia id potius spectat ad Doctores, quàm ad Prælatos Ecclesiæ; tum quia, cùm materia grata 24 non est, obligatio voti, vel iuramenti, &c. per se euanescit, nec requirit dispensationem; tum quia dispensatur de facto cum multis, qui gratum Deo facerent, si votum, vel iuramentum, &c. execu- 25 tioni mandarent, ergo &c. Pari modo dispensare neque est idem, ac dispensare in lege humana, 26 quam tibi imposuisti vouendo, vel iurando, sicuti sentit Sot. *de iur. lib.7. q.4. art.1.* quia votum, vel iuramentum non solum est lex quædam priuata, sed etiam tribuit ius alteri, quod ab eo adimi non potest, nisi consentiat. Accedit, quod dispensatio in lege humana fit per hoc, quod is, qui sua auctoritate obligationem imposuit, eam in particulari tollat; hoc autem fieri non potest, quando per eam 27 alteri ius est acquisitum: id enim cederet in iniuriam tertij, ergo tali modo non potest tolli obligatio voti, vel iuramenti, &c. alioquin ipse, qui vouit, vel iurauit, posset sua auctoritate ab obligatione voti, vel iuramenti se eximere, quod non est dicendum.

DVBITATIO VIII.

Quænam, & quotuplex sit iusta causa dispensandi, præcipuè in votis, iuramentis, & votis iuratis?

SVMMARIVM.

1 *Iusta causa dispensandi in prædictis est imprudentia vouentis & iuranris; item ira, metus, & huiusmodi.*

2 *Item est ipsa materia iramenti v. g. non petere debitum.*

3 *Item difficultas tam voti, quam iuramenti exequendi.*

4 *Item necessitas, seu familiæ magna vtilitas.*

5 *Votum, quo dignius est puta castitatis, & Religionis, maior causa requiritur ad dispensationem obtinendam.*

6 *Imperfectum voluntarium est causa dispensationis in voto.*

7 *Prælatus in dubio in dispensatione concedenda potest inclinare in benigniorem partem.*

8 *Iusta causa dispensandi est vtilitas Ecclesiæ, & honor Dei.*

9 *Item vtilitas vouentis, & ipsius magna fragilitas; item leuitas, inconsideratio, inconstantia, timor, vel quæcunque alia animi, vel mentis perturbatio.*

10 *In voto raro veniendum est dispensatione; sed potius commutatione, &c.*

RESPONDETVR, iusta causa, siue secum, siue etiam cum alijs dispensandi à votis, iuramentis, & votis iuratis.

Prima est ex ipso actu vouendi, vel 1 iurandi, vt si is sine prudentia, & perfecta deliberatione in ira, metu, mœrore, tenera ætate, &c. elicitus fuerit, *argum. cap.2. de voto*, ibi: *Nos ipsum à voto, quod in tenera ætate, facilitate potius, quàm arbitrio discretionis, promisit, absoluimus.* Adde, quod cætera etiam, quæ voluntarium, vel liberum ex quacunque passione minuunt, ad dispensationem, vel saltem commutationem facilius obtinendam, multum conducant, vt si, v.g. meretrici nimis allicienti quid dare iurasti, si iuramentum, vel votum non fuerit absolutum, sed pœnale; si acciderit error circa causam impulsiuam: vel si ea omninò cessauerit, *iuxta cap. magna, in fin. de voto.*

Secunda est ipsa materia iramenti, vel voti, 2 &c. vt si iuranti, vel vouenti, spectata naturæ fragilitate, vel alia circunstantia quacunque periculum maioris ruinæ secuturum inde videatur: aut si spectata qualitate personæ dispeniatio ad spiritualem eius vtilitatem, quæ præcipuè hic spectari debet, cessura iudicetur. Tale solet esse iuramentum, vel votum non petendi debitum coniugale: item votum cælibatus, seu perpetuæ castitatis elicitum à persona, quæ ad carnis lapsum procliuis est.

Tertia est ex difficultate iuramentum, vel votum, 3 &c. exequendi non præuisa, vel postea superueniente, adeo quod si sit id per se manifestum, & non in dubio, dispensatio nulla requiratur, sed iuramenti, vel voti obligatio per se sine dispensatione cesset.

Quarta est ex necessitate, vel magna vtilitate 4 familiæ, vel Reip. vt si vnicus hæres magni Principis vouerit Religionem, vel castitatem, & familiæ præstet eum vxorem ducere: vel magnus vir vouerit longam peregrinationem, & Reip. præstet eum interesse. Sic colligitur ex *cap.1. de voto*, & docet Abb. *ibi n.5.* Sot. *de iust. & iur. lib.1. q.7. art.3. & lib.7. quæst.4. art.3.* Nauar. *cap.12. n.77.* Suarez *lib.6. de voto, c.17. n.17.* & Sanchez *lib.4. mor. cap.45.*

Aduerte tamen hic, quod quo dignius est vo- 5 tum, v.g. Religionis, vel castitatis, eò maior causa requiratur ad dispensationem obtinendam; ita vt interdum vna sola ex dictis non sufficiat; v.g. causa teneræ ætatis, vel imperfecti voluntarij, nisi simul accedat causa reddens iramenti, vel voti executionem difficilem. Sic indicat S. Tho.2.2. *q.88. art.12.ad 2.* & docet Caier. *ibi*, Sot. *de iust. lib.7. q.4.art.3.* Valentia *tom.3. disp.6. q.6. punct.7. propè fin.* & Beratducius *in sum c.9. §.primo quæritur*; quamuis non improbabiliter sentiat Sanch. 6 *loc. cit. n.28.* supra causam imperfecti voluntarij in

in caſu dicto non requiri, quod etiã accedat cauſa reddens iuramenti, vel voti executionẽ difficilem, modo cum diſpenſatione iungatur aliqua commutatio; quia hæc compenſat alteram cauſam, quæ ad diſpenſationem obtinendam ſuperaccedens requireretur.

7 Aduerte ſecundò, quod ſi Prælatus cauſam aliquam concedendi diſpenſationem videat, ſed an illa ad diſpenſationem, vel commutationem concedendam ſufficiens ſit, dubiter, in benigniorem partem inclinare poſſit, ſi ex diſpenſatione, vel commutatione concedenda aliquam vtilitatẽ ſperet, nullumque ſcandalum timeat. Silu. *ver. diſpenſatio. q.* 14. *in fin.* Diana *p.* 1. *tr.* 10. *ref.* 31. Paſqualigus *de ieiunio, deciſ.* 396. & Sanch. *cit. c.* 45. *n.* 10. contra Bonacinã *de legib. diſp.* 1. *q.* 2. *punct.* 3. *n.* 7. & probatur; quia in tali caſu de dubio facultas diſpenſandi ſuperioribus conceſſa videtur; cùm ſic exigat ſuaue regimẽ Eccleſiæ; & cùm alioquin res eſſet plena ſcrupulis, & vix auderent ſuperiores diſpenſare. Accedit, quod *in cap.* magnæ de voto, dicitur, quod in diſpenſatione ſuper voto tria præcipuè attendenda ſint, *quid liceat ſecundum æquitatem, quid deceat ſecundum honeſtatem, & quid expediat ſecundum vtilitatem.*

8 Quapropter breuiter ex dictis iuſta cauſa diſpẽ-
9 ſandi eſt vtilitas Eccleſiæ, & honor Dei, vt rectè dixit S. Th. 2. 2. *q.* 88. *art.* 12. Item vtilitas vouentis, & magna fragilitas eiuſdem, per quam timetur ſæpe violaturus, quamuis faciliorem diſpenſationem (etiamſi non timeatur periculum violandi) reddant lenitas vouentis, inconſideratio, inconſtantia, timor, vel quæcumque alia animi, vel mentis perturbatio in vouendo: ſicuti dicebam ſupra, & ex communi tradunt Caiet. *cit. art.* 12. Sot. *de iuſt. lib.* 7. *q.* 4. *art.* 3. & Nauarr. *n.* 77. ceterum aduerte, quod rarò vtendum ſit puta diſpenſatione
10 quia rarò iuſta cauſa ſubeſt, vt ſine vllo onere cõdonetur; quare plerumque vtendum eſt commutatione, quæ commutationem alicuius operis admixtam habeat, & extendatur iuxta tempus voti, vel iuramenti, &c. aut ſaltem eſt imponendum opus aliquod ſemel vel ſæpius faciendum in compenſationem ſublati voti, vel iuramenti, &c.

CAPVT XVI.

De Immunitate Eccleſiarum.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur Immunitas Eccleſiaſtica per Rei extractionem ab Eccleſia.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiaſtica violatur, ſi poteſtas ſecularis extrahat ab Eccleſia Reum, illuc tanquam ad Aſylum confugientem.*
2 *Extrahens Reum ab Eccleſia, ſi monitus deſiſtere non vult, excommunicatur.*
3 *Extrahentes Reum ab Eccleſia ex conſtitutione Gregorij XIV. ſunt ipſo facto excommunicati.*
4 *Reus cuiuſcumque maleficij non eſt ab Eccleſia violenter extrahendus.*
5 *Rei extrahendi non ſunt neque ab Eccleſiæ atriis, vel Domibus Epiſcopi.*
6 *Rei ideo non extrahendi, quia defendi debent loci ſancti reuerentia, & interceſſione.*
7 *Tridentini authoritas de hac re.*

RESPONDETVR, violari, ſi poteſtas 1
ſecularis extrahat ab Eccleſia Reum, illuc tanquam ad Aſylum, confugientem. Vide *c. antiquitus* 17. *q.* 4. vbi præcipitur, quod extrahens, ſi monitus deſiſtere no- 2
lit, excommunicetur. Vide Gregorij XIV. Conſtitutionem, quæ incipit, cum aliàs nonnulli, editam 28. Maij 1591. vbi Pontifex excommunicationem 3
ipſo iure infert contra ſic violantes Immunitatem Eccleſiarum. Vide *c. inter alia de Immunit. Eccleſ.* 4
ibi, *ſi liber quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus, iuxta ſacrorum ſtatuta Canonum, & traditiones legum ciuilium*; Et *c. id conſtituimus*, 17. *q.* 4. *ex Concilio Aurelian.* 1. *c.* 3. ibi, *Id conſtituimus obſeruandum, quod Eccleſiaſtici Canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab Eccleſia atriis, vel domo* 5
Epiſcopi Reos abſtrahere omnino non liceat; Et *can. eos, qui, d.* 87. *ex Concil. Arauſicano* 1. *can.* 5. ibi *eos qui ad Eccleſiam confugiunt, tradi non oportere,* 6
ſed loci ſancti reuerentia; & interceſſione defendi. Vide *can. frater, can. miror, cap. Reum, c. ſi quis contumax, cap. definiuit*, & *alios canones* 17. *ead. q.* 4. Tridentinum *c.* 20. *ſeſſ.* 25. ibi: *Eccleſiæ, & perſo-* 7
narum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtitutam & c. quamuis ibi per ly *Eccleſiæ* immunitatem Concilium non tam intelligat immunitatem locorum, quam rerum Eccleſiæ, ſicuti docent Doctores, quos ſequitur Mar. Italia *lib.* 1. *c.* 2. *§. vnic. num.* 3. Vide S. Auguſtinum *epiſt.* 187. *ad Bonifac.* & S. Chryſ. ſerm. inuectiuo contra Eutropium, *tom.* 5. Vide etiam *Cod. de his, qui ad Eccleſias confugiunt*, & præcipuè *l.* 2. vbi expreſsè ſancitur nemini licere ad ſacroſanctas Eccleſias confugientem abducere, & Auth. *de mandatis Principum, §. ſed nec homicidæ*, vbi id ipſum etiam expreſſe ſancitur.

DVBITATIO II.

An, & de quo iure Immunitas Eccleſiarum introducta ſit.

SVMMARIVM.

1 *Reos extrahere ab Eccleſiis, vel Eccleſiarum atriis prohibetur non tam iure Canonico, quam iure ciuili.*
2 *Immunitas Eccleſiarum non videtur introducta nec de iure naturali, nec de iure Diuino contra plures Auctores.*
3 *Opinio Couar. lib.* 2. *variarum reſol. & Georgij Bittherſuri de iure Aſylorum contra Abulenſem & Sarpum eſt probabilior.*
4 *Templum Hieroſolymitanum in lege veteri præter Ciuitates Refugij Reis pro Aſylo conſtitutum fuiſſe de mente prædictorum eſt probabilis opinio.*
5 *Lex Moſaica de reorum Aſylo poſt Chriſti mortem expirauit.*

6. *Immunitas*

6 *Immunitas videtur competere locis sacris ad imitationem legis Mosaicæ, & secundum iuris naturalis congruam aliquam æquitatem.*

7 *Lex naturalis, & etiam lex Euangelica positiua absolutè non præcipiunt Immunitatem hanc Ecclesiarum etiam suppositis locis sanctitate.*

8 *Christus supra legem naturæ, ac fidei nullas legum ceremoniales nisi circa ritus sacrificij, & Sacramentorum præscripsit, reliqua vero Ecclesiæ disponenda reliquit.*

9 *Ecclesia gaudens dicta immunitate non fit spelunca latronum, quia ibi delinquentes non defendit.*

10 *Ecclesia gaudens dicta immunitate non fouet delicta; sed concedit misericordiam delinquentibus.*

11 *Interest Reipublicæ ne delicta remaneant impunita.*

12 *Rei confugientes ad Ecclesiam pro delictis exceptis consignantur Curiæ seculari, vt puniantur.*

13 *Reipublicæ etiam interest quod Ecclesiæ sint refugium confugientibus ad ipsas ob honorem, & reuerentiam debitam Deo, quod est bonum maius, & in ordine superiori.*

14 *Ecclesia non debet dare occasionem delinquendi, neque ab ipsa datur talis occasio, quandoquidem immunitatẽ concedit ob iustam causam.*

15 *Occasio delinquendi sumitur à malitia hominum, & non debet Ecclesiæ prædicta occasio imputari.*

16 *Deus, & Ecclesia delicta abhorrent; sunt tamen delinquentium misericordia, & refugium.*

17 *Apud antiquos erant pauca Asyla.*

18 *Rei apud antiquos recurrentes ad Asyla pro quibuscumque delictis immunitate gaudebant, & ab omni pœna liberabantur. at nunc pro delictis exceptis non gaudent.*

1 RESPONDETVR, quod introducta sit, non solùm de iure Canonico, sed etiam de iure ciuili à Canonicis sanctionibus, & à Pontificum, & Conciliorum, præcipuè Tridentini *cit. sess. 25. cap. 20.* decretis approbato, & stabilito; quamuis non videatur etiam introducta de iure naturali, vel diuino; Posterior pars patebit ex dicendis 2 *infrà num. 3. & seqq.* Et contra Decium *in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ de constit. n. 14. & seq.* Gutier. *pract. qq. lib. 1. q. 1. n. 8.* Igneum *in l. 1. ff. ad Syllan. n. 26.* Tusch. *tom. 3. concl. 8. n. 4. & tom. 4. litt. I, concl. 59. n. 1.* Farinacium *in append. de Immunit. Eccles. cap. 1. n. 9.* Io. Lupum *in tract. de libertate Eccles. part. 2. q. 2. Addit. ad Capellam Tholos. disput. 423. num. 5.* Rebuffum *tom. 2. super constitut. in tract. de Immunit. in princip. n. 2.* Germonium *de sacr. immunit. lib. 3. cap. 56. num. 3.* Matium Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 2. per tot.* Remigium Gonni *de immun. Eccles. suppos. 2. n. 5.* Cenedum *in qq. Canon. q. 42. num. 6. & seqq.* Chartarium *in decis. crimin. 46. n. 34.* Simonem Rao *in Respons. ad dubium super immunitate Eccles.* Pechium *in tract. de Areis, cap. 6. n. 5.* & Antoninum Dian. *part. 4. tract. 1. resol. 44. & part. 6. tract. 1. resol. 29.* docent Bacconus *in 4. dist. 12. art. 1.* Couar. *lib. 2. var. resol. cap. 20.* Decian. *tract. crim. lib. 6. c. 25 n. 2.* Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 8. num. 9.* Ambrosin. *de immun. cap. 1. num. 3.* Peguer. *in pract. crim. cap. 26. n. 1.* Pereira *de manu Regia, p. 2. cap. 50. n. 1.* Gambacurta *de immun. lib. 3. cap. 15. n. 8.* Sarpus *de iure Asylorum, cap. 6. fol. 61. & seqq.* Fagundez *de præcept. Eccles. prec. 2. lib. 4. cap. 4. num. 59.* Rodriq. *tom. 2. qq. regular. q. 50. art. 1.* Bordonus *resol. 1.* Lezana *ver. immunitas Eccles. num. 1.* Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 3.* Bouad. Polina *libr. 2. cap. 14. n. 3. & seqq.* & Bonacina *disp. 3. de primo decal. præcepto, q. 7. §. 1. n. 2.* ex eo quia, licet probabilior videatur opinio Couar. *loco supra cit. n. 2.* & Georgij Bittherlusij *de iure Asylorum, c. 12.* contra Abulensem *in c. 20. Iosue, q. 7.* & Sarpum *de iure Asylorum cap. vlt.* quod in lege veteri, præterciuitates refugij, etiam ipsum templum Hierosolymitanum Reis pro Asylo constitutum fuerit, *c. 21. Exod.* ibi. *Constituam tibi locum, in quem fugere debeas*; tamen lex illa Mosaica post Christi mortem expirauit, ideoque non ex illius obligatione, sed solùm ad illius imitationem quandam, & secundum iuris naturalis congruã aliquam æquitatem, talis immunitas locis sacris competere videtur; quandoquidem id absolutè non præcipit lex naturalis, etiam suppositis sanctitate loci, cum ei Rei extractio, quæ per se iusta est, non repugnet; Nec præcipit lex positiua euangelica; cum Christus suprà legem naturæ, ac fidei, nullas leges ceremoniales nisi circa ritus sacrificij, & Sacramentorum, præscripserit, reliqua verò Ecclesiæ disponenda reliquerit, sicuti ex communi tradunt Couar. *loco supra cit. n. 2.* & Suar. *tom. 1. de relig. tr. 2. lib. 3. c. 8. n. 13.* prior pars patet ex dictis in dubit. 1. & meritò sic introductum est ab vtroq; iure, tam canonico, quam ciuili: tum, vt fideles concipiant maiorem respectum in locos sacros; tum vt apprehendant sub tutela Dei esse illic residentes.

Neque hinc inferas, quod Ecclesia Dei fiat spelunca latronum; quia Ecclesia ibi delinquẽtes non defendit; tum quia defendendo non fouet delicta, sed concedit misericordiam delinquentibus; vt rectè notarunt Decianus *loco suprà cit. n. 2. & seqq.* & *consil. 80. n. 12. & 13. lib. 3.* Guttierez *pract. q. ciuil. lib. 3. q. 5. n. 9.* & Anast. Germ. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 16. n. 15. & seqq.*

Obiicies. Interest Reipublicæ, nè delicta remaneant impunita, ergo.

Respondetur. Concedo antecedens. At hinc nihil cõtra sequitur; quia Rei pro delictis exceptis consignantur Curiæ seculari, vt puniantur, pro delictis autem non exceptis adhuc puniuntur, & si non pœna mortis, vel abscissionis membrorum vt infra in locis suis dicetur. Adde, quod si Reipublicæ interest, quod delicta non remaneant impunita; Reipublicæ etiam interest, quod Ecclesiæ sint refugium confugientibus ad ipsas, ob honorem, & reuerentiam debitam Deo; quod est bonum maius, & in ordine superiori.

Obiicies 2. Ecclesia non debet dare occasionem delinquendi, ergo.

Respondetur; ab Ecclesia non datur occasio delinquendi (quando quidem immunitatem cõcedit ob iustam causam, vti dicebam) sed sumitur à malitia hominum talis occasio. Vnde, cum dispositio sit facta propter maius bonum, quod ipsa Ecclesia intendit, non debet ei prædicta occasio imputari.

Obiicies 3. Deus, & Ecclesia delicta abhorret, ergo.

Respondetur, licèt delicta abhorreant, sunt tamen delinquentium misericordia, & refugium.

Obiicies 4. Apud Antiquos erant pauca Asyla, at hodiè sunt innumeræ Ecclesiæ, ergo.

Respondetur, transeat. At hoc mirum esse non

debet, quia maior honor, & reuerentia debetur Deo viuo, & vero, quam Diis fallis, & mortuis.
18 Adde, quod tunc Rei, qui recurrebant ad Asyla, pro quibuscumque delictis immunitate gaudebãt, & ab omni pœna liberabantur; non sic nunc, cum pro delictis exceptis non gaudeant, pro delictis autem non exceptis, licet gaudeant, adhuc tamen aliqua pœna puniuntur, vt infra suo loco dicetur.

DVBITATIO III.

An Immunitas Ecclesiarum latè interpretanda sit?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesiarum in sententia Couar. Deciani, Curtell. strictè est interpretanda ex eo quod derogat iuri communi, quin & naturali.*
2 *Ecclesia non intendit fauere delinquentibus, sed misericordiam præstare miseris, & casu delinquentibus.*
3 *Immunitas Ecclesiarum in sententia Auctoris, & aliorum latè est interpretanda; quia est causa pia, & Ecclesiæ fauorabilis.*
4 *Immunitas Ecclesiarum est priuilegium per modum legis in iure communi insertum, quod latam habet interpretationem, est bonum publicum, & nemini præiudicat.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis Couar. *lib. 2. c. 20. n. 4. in fin.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. q. 4. n. 18.* & Decian. *cit. n. 25. n. 14 & c. 28. n. 6. in fin. & c 29. n 1.* velin, strictè illam interpretandã esse ex eo, quod deroget ius commune, quin & naturale, quo cauetur ne delicta maneant impunita; & præterea improbi hac immunitate reddantur audaciores ad
2 committenda delicta, & Ecclesia non intendat fauere huiusmodi hominibus, sed misericordiã præstare miseris, & casu delinquentibus) late tamen interpretanda sit; quia est causa pia, & Ecclesiæ
3 fauorabilis; tum quia est priuilegium per modum
4 legis in iure communi insertum, quod latam habet interpretationem; tum quia nemini in particulari præiudicat; & bonum publicum est, quod præstetur reuerentia debita Ecclesiæ; alioquin pro nullo delicto ad Ecclesiam Asylus esse deberet; vnde patet ad opposita; atque ita ex communi docẽt Farinacius, *in append. Immunit. cap. 2. n. 21.* Ambrosin. *de Immun. Eccles. c. 10. n. 7.* Marc. Ant. Genuens. *pract. Archiepisc. op c. 22. n. 2. in fin. & cap. 94.* Mar. Italia *de immunit. Eccles. lib. 1. c. 2. §. vnic. n. 1.* Barbosa *tom. 2. c. 3. n. 90. de vnic. iure,* & Vincentius de Franch. *decis. 713. lib. 4.* Castill. *decis. Sicilia 156. n. 42.* Guazin. *de defens. Reor. cit. ex defectu iurisd. defect. 1. post medium,* & Decian. etiam sibimetipsi contrarius *cons. 80. n. 19. & 22. lib. 3.*

DVBITATIO IV.

An Gregorij XIV. Constitutio vbique locorum locum habeat?

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Gregoriana de immunitate vbique locorum locum habet contra nonnullos.*
2 *Minus probè asserunt aliqui non nisi in illis locis, & Prouinciis, in quibus aliqua priuilegia immunitatem Ecclesiarum derogantia concessa erant, locum habere.*
3 *Gregorius XIV. extendit dictam constitutionem ad omnia loca, vt ibi videre est.*
4 *Constitutio Gregoriana derogat omnes consuetudines, ius commune, & prouinciale; & Doctorum interpretationes, reducendo omnia ad vnicam formam.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Gutierez *pract. qq. ciuil. lib. 3. q. 1. n. 36.* Curtellius *de immunit. Eccles. to 1. q. 1. n. 25. 30. 48. & segq.* & nonnulli alij velint illam non nisi in illis locis, & prouinciis, in quibus aliqua priuilegia, immunitatem Ecclesiasticam derogantia concessa erant, locum habere; ex eo quod sic videatur colligi ex principio dictæ constitutionis) 2
vbique tamen locorum; ex eo quod id, quod dicunt Gutierez, & Curtellius, non fuerit causa finalis, sed solum occasio locum hal ere, dicendum sit; quia sic sentiunt communiter Doctores, qui post illam scripserunt; tum quia sic clarè colligitur ex ipsa constitutione, ibi: *Volumus quando* 3
præsens temporum calamitas, & nimia peruersorum hominum malitia exposcit, aliquid permittere circa immunitatem Ecclesiarum, vltra id, quod à prisca illa Maiorum disciplina, & à sacris Canonibus est præscriptum; tum quia dicta constitutio derogat 4
omnes consuetudines, ius commune, & prouinciale, ac Doctorum interpretiones, reducendo omnia ad vnicam formam, vti dicetur *infrà dubit. 7. & 8.*

DVBITATIO V.

An, quando ius Canonicum, & ius Ciuile non sunt concordantia, interpretatio circa materiam Ecclesiarum facienda sit secundùm ius Ciuile, vel secundùm ius Canonicum?

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio circa materiam Ecclesiarum iuribus ciuilibus, & Canonicis discordantibus facienda est secundum ius canonicum contra nonnullos Doctores.*
2 *Leges ciuiles de immunitate Ecclesiastica loquentes, approbantur à iure canonico.*
3 *Ius ciuile in materia Ecclesiam, & ius ipsius concernenti, non habet iurisdictionem, nisi ad fouendam dispositionem iuris Canonici.*
4 *Ecclesia semper sunt à iurisdictione Principis secularis exempta, & Pontificiis iuribus subiecta.*
5 *Iudex Ecclesiasticus potest compellere iudices seculares, vt seruent leges canonicas suum forum respicientes.*
6 *Si exoriatur dubium super interpretatione iuris canonici, amplectenda est illa interpretatio, quæ cum iure ciuili conuenit.*
7 *Iura iuribus conuenire decet & iurium correctio quoad fieri potest, vitari debet.*
8 *Declaratio iuris canonici, & ciuilis in dubio*

Digitized by Google

facienda eſt in materia Eccleſiaſtica à iudice Eccleſiaſtico.

1 RESPONDETVR, quod tunc (quamuis Addentes ad Angel. *de maleſic. ver.quod fama publica, n.59. lit. B.* Alciat.*de præſumpt.reg. 3. præſumpt. 33. n.5.* & alij relati à Deciano *cit. conſ.80.n.3.*velint illam,faciendam eſſe ſec.ius ciuile ex eo,quod in pluribus iuribus pontificiis,& præcipuè *in c.inter alia de immunit.Eccleſ. & in c.* 2 *id conſtituimus 17. q.4.* leges ciuiles de immunit. Eccleſiaſtica loquentes approbentur, & ſic ſaltem amplectendæ ſint pro terris Imperij,& pro iudicibus ſecularibus authoritatem iudicandi ab alio, quàm à Papa recipiétibus) tamen facienda ſit ſec. ius canonicum;quia hæc eſt materia pia,& Eccleſiaſtica, in qua ius ciuile iuriſdictionem non habet,niſi ad fouendam diſpoſitionem iuris canonici;tum quia Eccleſiæ ſemper ſunt à iuriſdictione 3 Principis ſæcularis exemptæ,& pontificiis iuribus 4 ſubiectæ;tum quia iudex Eccleſiaſticus poteſt cõpellere iudices ſæculares,vt ſeruent leges canonicas ſuum forum reſpicientes,*c.1.de foro compet. in* 5 *6.c.decernimus de ſentent.excommun.eod. lib.* & in Clement. *1. de pœnit. & remiſſ.* Atque ſic docent Decianus *cit.c.25.n.6.*Alexand.*conſ.145.n.2.& n.* 10.*lib.7.*Ludouic.Peguer.*in pract. crim. c.26.n.6.* Couar.*var.reſol.c.20.n.3.&12.*Suar.*de relig.tom.1. tr.2.lib.3 c.8.n.11.*Peregrin.*de immunit.c.7. n.19.* Curtellius *de imm.Eccl.lib.1.q.32. n.27.*& Farin. *cit.c.2.n.28.& 31.*& de carceribus, & caceratis, *q.* 28.qui rectè aduertit cum Deciano in loco *ſuprà cit.* quod ſi exoriatur dubiũ ſuper interpretatione iuris canonici, amplectenda ſit illa interpretatio, 6 quæ cum iure ciuili conuenit ; quia iura iuribus conuenire decet, & iurium correctio, quoad fieri 7 poteſt,vitari debet.Quæ tamen declaratio, ſeu interpretatio non à iudice ſeculari, ſed Eccleſiaſtico 8 fieri debet, cum ſit materia Eccleſiaſtica, vt rectè aduertit etiam Farinacius *ibid.*

DVBITATIO VI.

An Immunitas Eccleſiarum conſuetudine aliqua diminui poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiarum diminui poteſt ex conſuetudine legitimè præſcripta ex non improbabili opinione.*

2 *Ius poſitiuum per conſuetudinem legitimè præſcriptam non eſt cur in parte abrogari non poſſit.*

3 *Immunitas Eccleſiarum quod diminui non poſſit non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium ſentiunt quamplures Doctores.*

4 *Immunitas Eccleſiarum in ſententia nonnullorum eſt de iure diuino.*

5 *Conſuetudo,quæ eſt contra Eccleſiarum libertatem, non valet.*

6 *Conſuetudo extrahendi Reos ab Eccleſia per Curiam ſecularem nulla temporis diuturnitate defendi poteſt.*

7 *Conſuetudo contra immunitatem, & libertatem Eccleſiarum eſt irrationabilis,& ſic non poteſt rationabiliter præſcribi ,& potius corruptela , quam conſuetudo dicenda eſt.*

8 *Non poteſt præſcribi contra ius naturale, vel diuinum.*

Conſtitutio Gregoriana de immunitate non poteſt dici non eſſe vſu recepta etiamper conſuetudinem in contrarium antiquata.

9 *Clauſula Decreti irritantis appoſita in Conſtitutione Gregoriana, eſt tantæ virtutis , quod non poteſt probari dictam conſtitutionem non eſſe vſu receptam.*

10 *Mediolani contra quemdam Reum iudices laici pretendebant non fuiſſe ſeruandam Gregorianam conſtitutionem , eo quod non eſſet vſu recepta; at ob decretum clauſula irritantis ſecus fuit reſponſum.*

11 *Conſuetudo vt prænaleat aduerſus canones , & leges Poniificias , opus eſt quod introducta ſit non ſolum cum ſcientia , ſed etiam cum expreſſo conſenſu ſummi Pontificis.*

12 *Pontifices Romani non ſolum non conſentiunt conſuetudinibus contra immunitatem Eccleſiaſticam, ſed ſingulis annis potius reclamant in Bulla Cœna.*

13 *Vrbanus VIII. in vna ex ſuis Bullis annullat, reprobat , & declarat ſemper fuiſſe nullas omnes conſuetudines contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

14 *Conſuetudo etiam particularis non valet aduerſus immunitatem Eccleſiaſticam , & aduerſus canones , & leges Pontificias.*

15 *Conſuetudo non poteſt introducere id , quod lex non poteſt ſtatuere.*

16 *Conſuetudo non poteſt habere plus auctoritatis quam lex.*

17 *Conſuetudo æquiparatur ſtatuto, & non inducitur ſuper quibus Populus expreſsè ſtatuere non poteſt.*

18 *In materia immunitatis Eccleſiaſtice , & Eccleſiarum non ſolum populus ; ſed nec etiam Principes ſeculares , neque Prælati Eccleſiaſtici Papa inferiores in generali , vel in particulari quidquam ſtatuere poſſunt defectu iuriſdictionis.*

19 *Valet argumentum de toto ad partem , præſertim vbi militat eadem ratio.*

20 *Non minus eſt reprobanda conſuetudo generalis contra immunitatem Eccleſiaſticam,quam particularis.*

21 *Magis, & minus non mutant ſpeciem , nec variant ſubſtantiam Rei.*

22 *Immunitas Eccleſiaſtica neque per conſuetudinem generalem in omni caſu, neque per particularem in aliquibus caſibus tolli, vel diminui poteſt.*

23 *Immunitas Eccleſiaſtica in ſententia Auctoris prædictis non obſtantibus conſuetudine , ſi legitimè ſit præſcripta id eſt habeat omnes qualitates in cap. finali de conſuetud. requiſitus, diminui in aliquibus caſibus poteſt.*

24 *Immunitas Eccleſiaſticorum è contra à ſecularium Principum iuriſdictione tam quoad Perſonas , quam quoad bona , quia eſt de iure diuino , vel ſaltem de iure poſitiuo iure Diuino dictante , diminui non poteſt.*

25 *Reus quod non gaudeat immunitate intra circuitum 30. vel 40. paſſuum ab Eccleſia videtur vſu receptum contra , id quod ſtatuitur per ſacros canones.*

26 *Immunitas Eccleſiaſtica hodie de facto eſt diminuta*

diminuta conſuetudine aliqua, ſiue quod conſtitutio Gregoriana alicubi recepta non ſit, ſiue quod alicubi conſuetudo in contrarium ſit præſcripta.

27 *Fures ſimplices, receptum eſt in multis locis, quod immunitate Eccleſiaſtica non gaudeant.*

1 RESPONDETVR, quod conſuetudine (ſi legitimè ſit hæc præſcripta, id eſt, habeat omnes qualitates *in cap. fin. de conſuetud.* requiſitas) diminui non improbabiliter poſſit; quia immunitas Eccleſiarum, vt *ſuprà dub.* 2. dicebamus, 2 introducta eſt, non à iure naturali, vel diuino, ſed ſolùm à iure poſitiuo quod per conſuetudinem ſuprà dictam non eſt cur in parte abrogari non poſſit; Atque ita præter Abbatem, Couarruuiam, Martham, Barboſam, Sarpum, Ioan. Petrum Fontanellam, Decianum & Oldradum mox *infra* citandos, docent Suarez, *tom.* 1. *de relig. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 9. Nauar. *cap.* 25. *num.* 18. Clarus, §. *practica criminalis*, *quæſt.* 30. *num.* 1. Briardus *ibid.* Vulpellus, *conſil.* 230. *n.* 4. Farinacius *de carceribus*, *quæſt.* 28. *n.* 12. Fagundez *part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 61. Curtellius *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *queſt.* 1. *num.* 50. Ambroſin. *de immun. cap.* 10. *num.* 4. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 2. Gauant. *in addit. ad Manual. Epiſc. ver. immunitas Eccleſiaſtica*, *num.* 1. & Villalob. *in ſumma tom.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *num.* 3.

3 Quamuis contrarium probabilius ſentiant *quam plures* Doctores *dubit.* 2. *ſuprà* citati, quo-
4 rum nonnulli ex ſuo principio particulari, quod ſcilicet immunitas Eccleſiarum ſit de iure diuino
5 deducunt etiam & fortius, quod quando conſuetudo eſt contra Eccleſiaſticam immunitatem vt eſſet, ſi Curia ſæcularis Reos ab Eccleſia extraheret, & ad ipſius carceres mancipare ex conſuetudine prætenderet, non valeat; Item quod
6 talis conſuetudo nulla temporis diuturnitate defendi poſſit; Item quod dicta conſuetudo ſit ir-
7 rationabilis, & ſic non poſſit rationabiliter vnquam præſcribi; atque adeò etiamſi à parte rei exiſtat, non teneat; quia potius corruptela, quam conſuetudo dicenda eſt.

Primò, quia dato quòd immunitas Eccleſiarum quo ad particulares caſus ſtrictè, & in rigore nõ ſit de iure naturali, & diuino, eſt tamen ei valde conformis, & conſona; nulla autem conſuetudo introduci poteſt contra ius naturale, vel diuinum, vt communiter ſentiunt Doctores; quia huiuſmodi conſuetudo potius corruptela, quam conſuetudo dicenda eſt, ſiquidem rationabilis non eſſet, vti dicebam.

8 Secundo propter Conſtitutionem Gregorij XIV. quæ non poteſt dici non eſſe vſu recepta, vel per conſuetudinem aliquam in contrarium
9 antiquata; quia in illa Pontifex appoſuit clauſulam decreti irritantis, cuius ea virtus eſt, quod probari non poſſit, legem, vel Conſtitutionem tali clauſula roboratam, non eſſe vſu receptam, vel aliquando antiquatam, ſicuti poſt Ancharanum, Archidiaconum, Geminianum, & alios firmat Caputaquenſis, *part.* 3. *deciſ.* 204. Bonacina *tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 8. *punct.* 10. *num.* 4. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 2. *n.* 5. Caſtrus Palaus, *tom.* 2. *tract.* 12. *diſput. vnic. punct.* 10. *num.* 2. Sacra Rot. in Maior. Indultorum die 11. Aprilis 1639. & in eadem cauſa, die 16. Nouembr. 1640. & Chartarius *dec. crim.* 74. *num.* 19. vbi pro hac ſententia adducendo etiam Gabrielem, Gratianum, & Marcheſatum; ſic ad Iudices laicos Mediolanenſes (qui in cauſa cuiuſ- 10
dam Rei prætendebant, Mediolani Conſtitutionem Gregorij XIV. ſeruandam non eſſe ex eo, quod Mediolani non ſit vſu recepta) reſpondet.

Tertiò, quia ad hoc, vt conſuetudo præua- 11
leat aduerſus canones, & leges Pontificias, opus eſt, quod introducta ſit, non ſolùm cum ſcientia, ſed etiam cum expreſſo conſenſu ſummi Pontificis (vt præter DD. *in cap. cum non ignoras, de prabend. & in cap. litteras de conceſſ. prabend.* & præter Oldrad. *conſ.* 237. 244. & 254. Federicum de Senis *conſ.* 17. & Nattam *conſ.* 574. tradit ſacra Rota Romana in vna Treuerenſi Abbatiæ S. Maximini, die 24. Ianuarij 1635. & in Meſſan. Decanatus, die 21. Maij 1641. & in Maior. Indultorum, die 11. Aprilis 1639) quod in ca- 12
ſu noſtro non contingit; cum ſingulis annis Pontifex potius reclamet in Bulla Cœnæ, & Vr- 13
banus VIII. edident Bullam (quæ incipit Romanus Pontifex) 5. Iunij 1641. vbi annullat, reprobat, & declarat, ſemper fuiſſe nullas, & reprobas omnes conſuetudines contra immunitatem Eccleſiaſticam, ergò, &c. Vide, quæ dicebantur *cap.* 1. *dubit.* 15. *capit.* 4. *dubit.* 31. *capit.* 5. *dubit.* 14. *& libr. de Parlamentis dubit.* 15. *ſect.* 2. *dubit.* 25. *ſect.* 2. *& dubit.* 27. *ſect.* 5. *& ſequentib.* Vide etiam Franciſcum Aranium *in* 1.2. *S. Thom. quæſtion.* 97. *diſputat.* 3. *ſect.* 5. *difficult.* 4.

Neque dicas, conſuetudinem aduerſus immunitatem Eccleſiarum, & aduerſus Canones, & leges Pontificias, vt irrationabilem, introduci non poſſe, ſolum ſi tolleret vniuerſam Eccleſiarum immunitatem, & in omni caſu, & ſic, ſi ſit conſuetudo generalis, ſecus ſi tolleret in aliquo caſu (vt accidit in conſuetudinibus quorundam Regnorum) & ſic ſi ſit conſuetudo particularis; ſicuti docent Couarr. *in pract. cap.* 31. *num.* 5. Garcias *de nobilit. gloſſ.* 9. *numer.* 44. *& & ſequent.* Farinac. *quæſt.* 8. *num.* 3. Iulius Clar. §. *fin. queſt.* 36. *ver. ſed.* Graſſus *de effect. cleric. effect.* 1. *num.* 388. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 340. *numer.* 39. Giurba, *conſil.* 52. *num.* 3. Guttierez *de gabell. quæſt.* 93. *num.* 12. Cenedus *in can. qq. quæſt.* 4. *num.* 3. Seſſe *de inhibit. cap.* 8. §. 3. *num.* 146. 147. 155. & 156. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 69. *num.* 19. Valaſcus, *tom.* 1. *allegat.* 10. *nu.* 5. Caſtill. Soto Maior *de Tertiis*, *c.* 12. *num.* 34. Roderic. *de ann. reddit. libr.* 1. *cap.* 12. *numer.* 58. 62. & 63. Villalob. *in compend. opiñ. ver. Clericus*, *num.* 80. *in fin.* Thom. Bozius *de iur. ſtat. cap.* 17. *ver. & quod Papa*, & alij.

Reſpondetur enim nego antecedens; tum *ex* 14
cap. Clericis de iudiciis, vbi à Pontifice damnatur conſuetudo, etiam particularis, contra immunitatem Eccleſiaſticam, tum quia conſue- 15
tudo non poteſt introducere id quod lex non poteſt ſtatuere (ſicuti determinauit S. Rota Romana die 26. Nouembris 1594. & die 22. Martij 1613. penes deciſiones poſthumas Farinacij *tom.* 1. *deciſ.* 20. *n.* 5. *& deciſ.* 489. *n.* 3. & meritò; quia conſuetudo non poteſt habere plus authoritatis, quàm lex, vt patet ex iuribus, quæ adducit

adducit S. Rota, die 23. Maij 1629. penes deciſiones Venetas Guerrilij, *deciſ.* 265. *n.* 18. & patet ex eo, quia conſuetudo æquiparatur ſtatuto,
17 *l. de quibus ff. de legibus, & cap. cum dilectus, de conſuetud.* quapropter non inducitur ſuper his, ſuper quibus populus expreſſe ſtatuere non poteſt, vt obſeruauit Aymon *conſil.* 134. *num.* 25. *& de antiquitate temporum*, 4. *part. ſect.* 1. *num.*
18 13.) Sed in materia immunitatis Eccleſiaſticæ, & Eccleſiarum, non ſolùm populus, ſed nec etiam Principes ſeculares, quin neque Prælati Eccleſiaſtici Papa inferiores, in generali, vel in particulari quidquam ſtatuere poſſunt; defectu iuriſdictionis, vt patet *ex cap. Solita de Maior. & obed. & ex cap.* 1. *de Conſtitut.*& ex communi tradit nouiſſimè Chartarius *deciſ. crimin.* 46. *n.* 84.ergò *&c.*

19 Adde, quod valet argumentum de toto ad partem(præſertim, vbi militat eadem ratio; vt eſt in caſu noſtro) *l. quæ tota, ff. de rei vendic.* & docet ſacra Rota in vna Romana, die 11. Maij 1609. penes deciſiones poſthumas Farinacij, *tom.* 1. *deciſ.* 223. *n.* 1. Menochius *de præſumptionib. lib.* 3. *quæſt.* 35. *n.* 27. *& conſ.* 72. *n.* 5. Surd. *conſil.* 193. *n.* 6. *& conſil.* 435. *num.* 21 & Thomas à
20 Romaſettis *in floribus legum Regul.* 46. ergò ſi conſuetudo generalis contra immunitatem Eccleſiaſticam, & Eccleſiarum per Aduerſarios eſt reprobanda, reprobanda etiam erit particula-
21 ris; quia vtraque eſt deformis, & irrationabilis; cum magis, & minus non mutent ſpeciem nec varient ſubſtantiam rei; vt habetur *in l. vlt. ff. de fund. inſtruct. & in l. ſi is cui. ff. quemadmodum ſeruit. amitt.* & docet ex comm. Surdus *conſil*, 305. *n.* 66. *& conſil.* 368. *n.* 13.

22 Atque ità, quod, ſcilicet immunitas Eccleſiarum, neque per conſuetudinem generalem in omni caſu, neque per particularem in aliquibus caſibus tolli, vel diminui poſſit, docent Maſcardus *de interpretat. ſtatut. concluſ.* 1. *numer.* 131. Tannerus *tom.* 3. *diſput.* 5. *quæſt.* 7. *dub.* 1. *num.* 16. Baldell. *tom.* 1. *lib.* 5. *diſp.* 39. *num.* 7. Bonac. *in Bulla Cœn. diſput.* 1. *quæſt.* 20. *punct.* 1. *num.* 10. Duardus *ibid. lib.* 2. *can.* 18. *quæſt.* 9. *numer.* 7. Giumpar. *in defenſ. iur. Pontif. diſput.* 6. *cap.* 4. *numer.* 23. Ciarlinius *in controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 31. *num.* 17. Sperellus, *deciſ.* 37. *num.* 47. & nominatim contra Couarruuiam nouiſſimè ſacra Rota Romana die 20. Iunij 1636. Vide etiam, quæ dicebantur *cit. cap.* 1. *dubit.* 15. *cap.* 4. *dubit.* 31. *cap.* 5. *dubit.* 14. *& lib. de parlamentis cit. dubit.* 15. *&* 27.

23 At his non obſtantibus quod dixi, nempè quod immunitas Eccleſiarum conſuetudine (ſi legitimè ſit hæc præſcripta, id eſt, habeat omnes qualitates *in cit. cap. fin. de conſuetud.* requiſitas) diminui in aliquibs caſibus poſſit, cum ſit de iure
24 poſitiuo tantum (non ſic immunitas Eccleſiaſticorum à ſecularium principum iuriſdictione, tam quoad perſonas, quàm quo ad bona; quia hæc ſicuti dicebam *cit. cap.* 1. *dubit.* 2. *& capit.* 5. *dubit.* 8. *& lib. de Parlamentis cit. dubit.* 27. *ſect.* 4. *&* 5. eſt de iure diuino, vel ſaltem, de iure poſitiuo, iure diuino dictante; & de hac dici poteſt, quod reclamet quotannis Bulla Cœnæ Domini & Vrbanus VIII. *in cit. Bulla, Romanus Pontifex.* Vnde inter vnam, & alteram immunitatem aſſignari poteſt aliqua diſparitas) non videtur mihi omninò improbabile; tum ob rationem *ſuprà* dictam *num.* 2. cum quia ſic videtur colligi ex ipſamet Conſtitutione Gregorij XIV. ibi *Volumus, quando præſens temporum calamitas, & nimia peruerſorum hominum malitia expoſcit, aliquid permittere circa immunitatem Eccleſiarum, vltrà id, quod à priſca illa Maiorum diſciplina, & à ſacris Canonibus eſt præſcriptum*; tum quia de facto, conſuetudine, ſcientibus, & nullo pacto Prælatis Eccleſiaſticis, cum ſummo Pontifice contradicentibus, receptum videtur, quod Reus immunitate non gaudeat intra circuitum 25
30. vel 40. paſſuum ab Eccleſia, contra id quod ſtatuitur *in c. ſicut antiquitus*, 17. *quæſt.* 4. *c. quiſquis*, & *c. definimus*, *eadem cauſ. & quæſt.*

Atque ita, quod ſcilicet conſuetudine aliqua 26
Eccleſiarum immunitas diminui poſſit, quin de authoritate diminuta ſit, ex eo, quod Bulla Gregorij alicubi legitimè præſcripta eſt, affirmant Abbas *in capit. inter alia de immunitat. Eccleſ. numer.* 13. *ante fin.* Couar. *libr.* 2. *var. capit.* 20. *per totum*, Martha *de iuriſdict. part.* 2. *capit.* 51. *numer.* 23. Barboſa *de iure Eccleſ. libr.* 2. *capit.* 3. *numer.* 82. (vbi propterea ait, quod circa immunitatem Eccleſiarum vim magnam habeat conſuetudo, ad quam propterea in multis locis recurrendum ſit) Sarpus de iure Atylorum, *cap.* 6. *fol.* 61. *& ſequentib.* Ioannes Petrus Fon- 27
tanella *deciſ.* 200. *&* 201. Oldradus *conſil.* 54. *numer.* 3. & alij citati *ſuprà numer.* 2. ex eo præcipuè quia, vt inquiunt ipſi, in multis locis de facto iam conſuetudine receptum eſt, quod ſimplices fures immunitate Eccleſiæ non gaudeant: ſaltem (vtidicebam ego *n.* 25.) Si ad Eccleſiam ipſam, vel eius Cœmeterium non ſe recipiant ſed ſolum intra 30. paſſus propè exiſtant; qua de re vide *infra dubit.* 9. *ſect.* 8. *dub.* 24. *ſect.* 5. *&* 8. *& dubit.* 41. *ſect.* 1.

DVBITATIO VII.

An omnes conſuetudines ante Tridentinum, & Gregorij XIV. conſtitutionem aduerſus Immunitatem Eccleſiarum introductæ, ſublatæ modò ſint?

SVMMARIVM.

1 *Omnes conſuetudines ante Tridentinum & Gregorij XIV. conſtitutionem aduerſus immunitatem Eccleſiarum ſublatæ modo ſunt per ipſum Concilium Tridentinum, & Bullam Gregorij XIV.*

2 *Concilium Tridentinum reuocauit obſeruantiam immunitatis ſecundum canones, concilia generalia, & Pontificum conſtitutiones.*

3 *Concilium Tridentinum fuit confirmatum per Bullam Pij IV. in qua adeſt clauſula Decreti irritantis, quæ tollere videtur omnem conſuetudinem præteritam, & futuram contra nonnullos.*

4 *Conſuetudo contra immunitatem Eccleſiaſticam quando de ea oritur diſceptatio, videndum eſt an poſt Tridentinum & Bullam Gregorianam*

rianam sit introducta, & præscripta: aliàs ad nihilum valebit.

5 *Consuetudo, cùm sit quid facti in dubio præsumi non debet, nisi legitimè probetur.*

6 *De consuetudine Doctoribus testantibus extra locum, vbi vixerunt, fides adhibenda non est.*

7 *Textus in cap. 1. de constitut. in 6. disponit quod Romanus Pontifex per constitutionem à se nouiter editam, non intelligatur in aliquo derogasse consuetudinibus locorum & Personarum; nisi expressam de his mentionem fecerit.*

8 *In constitutione Gregoriana nulla expressa mentio sit de consuetudinibus particularibus.*

9 *Textus citatus in cap. 1. de constitutionibus non procedit, quando, per legem consuetudini contrariam reducimur ad ius commune primæuum, vt est in constitutione Gregoriana.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia licet Gregorius XIV. eas non reuocet expresè; reuocat tamē tacitè, quatenus intendit modum extrahendi à loco sacro reducere ad vnam formam per dictionē *tantum*, quæ est taxatiua; & excludit omnem aliam formam per consuetudinem, vel corruptelam introductam, *l. properandum, Cod. de iudic.* & quatenus aufert quamlibet facultatem aliter definiēdi, & iudicandi, redditque irritū aliter factum, ibi: *sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quauis causa, & instā-*
1 *tia iudicari debere; nec non irritum decernimus & inane, si secus super his per quoscunque quauis authoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari*; contra Constitutionem autem, in qua ponitur clausula irritans, allegari nequit non vsus, quin per multos neque contrarius vsus; Puteus *decis.* 50. *num.* 5. *par.* 1. Cassadorus *decis.* 2. *de reformat.* Caputaquens. *decis.* 134. *n.* 4. *p.* 4. & alij apud Farinacium *in append. de immun. cap.* 2. *num.* 15.

2 Secundo quia sufficienter eas reuocat Tridentinum *sess.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* quatenus ibi Concilium renouat, & exactè præcipit, obseruari ab omnibus sactos Canones, & omnia concilia & generalia, & Apostolicas sanctiones in fauorem libertatis, & immunitatis Ecclesiasticæ editas; siquidem dum Concilium legem edit, iura antiqua renouando vel contraria reuocando, censetur omnem contrariam consuetudinem, quæ antiquis decretis aduersatur, reuocare; alioquin decreta antiqua reuocari, & in pristino statu con-
3 stitui non dicerentur; Quod Concilium confirmatur per Bullam Pij IV. in qua similiter ponitur irritantis decreti clausula; quæ tollere videtur omnē consuetudinem præteritam, vt futuram, vti *suprà* dicebatur, & dicetur *dubit.* 24. *sect.* 5. & 8. & *dubit.* 41. *sect.* 2. *n.* 20.

Confirmatur ex iis; quæ dicebantur *dubit.* 6. *n.* 3. & *seqq.* si immunitas Ecclesiarum sit de iure diuino formaliter, vel iure diuino dictante.

Confirmatur secundo ex iis, quæ dicentur *dubit. sequenti num.* 3. & *seqq.* Atque ità docent Farinac. *in append. de immunit. cap.* 2. *n.* 14. & *c.* 22. *n.* 359. Mar. Anton. Macerateni. *lib.* 2. *resol.* 15. *n.* 5. Giurba *cons.* 50. *num.* 14. & *cons.* 70. *num.* 9. Bonac. *de legib. disp.* 3. *quæst.* 7. § 6. *num.* 4. Peregrinus *tract. de immunit. Eccles. cap.* 2. *num.* 16. & *seqq.* & *cap.* 4. *dub.* 8. Diana 1. *part. tract.* 1. *resol.* 1. & *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 29. Franciscus Leo *in thesauro fori Ecclesiastici* 1. *part. cap.* 14. *num.* 27. & 28. Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 14. *num.* 11. & 12. Tuschus 10. *conc.* 59. *num.* 19. Lezana *ver. Humanitas Eccles. num.* 16. Cenedus *in qq. can. q.* 42. *num.* 11. Antonius de Ballis *lib.* 9. *tit.* 42. *numer.* 12. & 13. Marius Italia *in tract. at. de Immunit. lib.* 1. *capit.* 6. *in princip.* & alij passim.

Quamuis contrarium sentiant Zerola *in prax. Episcop. p.* 1. *verb. Immunitas, numer.* 7. Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 8. & *seq.*... Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. Tannerus *in.* 2. 2. *disput.* 5. *q.* 5. *dub.* 1. *num.* 17. *in fin.* Guttierez *pract. qq. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 36. Sarpus *de iure Asylorum cap.* 6. *fol.* 62. & *seqq.* Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 1. *quæst.* 1. *num.* 18. & *seqq.* & Venerus *in exam. Episcop. lib.* 9. *cap.* 37. *num.* 32.

At quod dixi, videtur omnino propter rationes dictas dicendum; Quapropter cum de con- 4
suetudine aliqua circa hanc materiam disceptatio exoritur, videndum statim est, an post Tridentinum post Pij IV. & post Gregorij XIV. Constitutionem legitimè introducta, & præscripta illa sit; aliàs ad nihilum valebit. Et in dubio cum sit quid facti, vt benè Surdus *lib.* 3. *cons.* 354. 5
num. 24. & Menoch. *tom.* 1. *cons.* 37. *num.* 92. præsumi non debet nisi legitimè probetur; quia fa- 6
ctum non præsumitur, nisi demonstretur, *l. in bello. §. facta ff. de captiuis, & postlim. reuers.* & *l.* 2. *ff. de probat.* Quin cum consuetudo mutabilis sit, variasque conditiones requirat, difficulter probari potest, Mascard. *volum.* 2. *concl.* 423. *num.* 1. cum Bart. Bursato, Aretio, & aliis quos citat.

His adde quod & Doctoribus de consuetudine testantibus extra locum, vbi vixerunt, fides adhibenda non est, vt rectè notauit Farinac. *in d. cap.* 2. *num.* 18. & plurib⁹ relatis, *q.* 28. *num.* 18. Vide etiam quæ dicentur *infrà cit. dubit. seq.* & *cit dubit.* 24. *sect.* 5. & 8. & *dubit.* 41. *sect.* 2. *n.* 20.

Ex his sequitur, quod Ministri Curiæ secularis non excusentur non seruando Constitutionem Gregorij XIV. etiam in iis locis, in quibus consuetudo ante prædictam Constitutionem innaluerat extrahendi delinquentes absque debita forma; nisi fortasse post eamdem Constitutionem de nouo legitimè præscripta illa sit; quod si ità est, videant, qui asserunt: nam in tali casu non audeo illam damnare, iuxtà ea quæ dicebam *suprà dubit. præcedenti.*

Obiicies textum *in cap.* 1. *de constitut. in* 6. vbi 7
Bonifacius VIII. decreuit, quod Romanus Pontifex per constitutionem à se nouiter editam, non intelligatur in aliquo derogasse consuetudinibus locorum, & personarum nisi expressam de iis mentionem fecerit, sed in Constitutione Gregorij 8
XIV. nulla expressa mentio sit de consuetudinibus particularibus: ergo, &c. Sic. Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 4.

Clarus, & alij apud Farinacium *de carcerib. q.* 28. *n.* 71. apud Peregrinum *de immun. c.* 2. *q.* 5. & apud Ambrosinum *c.* 14.

Respondetur, quod textus *in d. cap.* 1. *de Con-* 9
stitut. non procedit, quando per legem consuetudini contrariam reducimur ad ius commune primæum, vt est in Const. Gregor. XIV. tunc enim consuetudo tollitur per legem contrariam, licet de tali consuetudine in illa mentio expressa non fiat, vt rectè dixit præter alios Paulus de Castro *in*

Digitized by Google

l.de quibus n. 54.*ff.de legib.* & Chartarius *dec.crim.* 46.*n.*45.

Respondetur secundo, quod dicitur in argumento, exceptionem habere in legibus Concilij generalis;quia cum in Concilio generali interesse soleant Episcopi, & Prælati ex omnibus prouinciis, non præsumuntur ignoræ Concilio consuetudines particulares, consequenter censentur reuocatæ, dum aliquid in Concilio prædicto cõsuetudinibus contrarium decernitur;Gambacurta *lib.* 5 *cap.* 8.*n.*3.Suar. Azorius, & alij, quos citat,& sequitur Bonacina *de legib.disput* 1.*quæst.*1. *punct.* vlt.§.3.*n.*38.*& seqq.*Quamuis aliqui contrarium sentiant ex eo, quia generalia concilia aliquando exprimunt consuetudinem,quam reuocare intendunt;quapropter ex non expressione licebit inferri contrariũ;Ad quod tamen Responderi potest,id facere concilia ad maiorẽ cautelã,quæ maior cautela non obest,*l.testamentum Cod.de testamentis.*

DVBITATIO VIII.

An Gregorij XIV. Constitutio deroget non solum omnes consuetudines ante introductas,sed etiam ius commune?

SVMMARIVM.

1 *Constitutio Gregoriana non solum derogat omnes consuetudines ante introductas,sed etiam ius commune, & multo magis Prouinciale, & ampliationes à paritate rationis à Doctoribus factas.*

2 *Constitutio Gregoriana derogat omnia priuilegia quæcumque illa fuerint prius concessa contra Zerolam, & alios.*

3 *Particula (tantum) est taxatiua, & posita in constitutione Gregoriana omnia reducit ad formam, quam ibi præscribit summus Pontifex.*

4 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis & ideo exceptis in Constitutione Gregoriana aliquibus casibus nullus alius censetur exceptus à dicta immunitate.*

5 *Particula taxatiua (tantum) de sui natura impedit extensionem in non exceptis, seu non expressis nomine facultatis.*

6 *Nomine facultatis iudicandi,quo summus Pontifex vtitur in dicta Constitutione tam statutum, quam lex, consuetudo,& Doctorum interpretatio comprehendi videtur.*

7 *Constitutio Gregoriana pluries fuit Romæ quod sit seruanda non obstante qualibet consuetudine,vel lege in contrarium.*

8 *Homicida industriosus, ac insidiosus secundum Bullam Gregorij XIV. immunitate Ecclesia gaudere debet, qui tandem ex cap.* 1. *de homicid.non gaudet.*

9 *Per Bullam Gregorianum corrigitur ius commune.*

10 *Determinatio Pontificis tenet, etiam non conuocatis, neque auditis Principibus, quia id non requiritur ad legem vel declarationem Pontificis; neque aliorum Principum in ordine ad suos subditos contra Curtellium.*

11 *In Constitutione Gregoriana exprimetur quando ius commune debet remanere in suo robore,at valet argumentum à contrario, &c.*

12 *In constitutione Gregoriana reuocantur omnia priuilegia contra, vel præter immunitatem concessa.*

RESPONDETVR, quod Gregorij XIV. Constitutio non solum deroget omnes consuetudines ante introductas, sed etiam deroget ius commune;& multò magis Prouinciale,& ampliationes à paritate rationis à Doctoribus factas, sicuti derogat priuilegia omnia, quæcunque illa fuerint,prius concessa; vt contra Zerolam; Gambacurtam, Tannetum, Layman, Guttierez, Venetum in locis *suprà cit.* & Curtellium *cit.q.*1.*n.* 28.35.42.53.57. *& seqq.* docent Gratianus *discept.forens.tom.*2.*c.*80.*n.*29.Tuschus *tom.*3.*ver.Ecclesia,concluſ.*11.*n.*9.Riccius; *part.*1. *decis.*141.*n.*1.2.*&* 5.*collect.*1390.Giurba *conſ.*20. *n.*3.*& seqq.& conſ.*70.*n.*2.*&*13.*& conſ.*100.*n.*18. Leo *in praxi fori Eccles.*3.*cap.*15.*n.*27.Lazarius *tract.de blasp.q.*5. *n.* 20. Regens de Ponte *decis.* 14.*in fin.* Filliucius *tom.*1. *tract.*15.*c.*6.*num.*153. Scortia *Epitom.*153.*Theorem.*385.Duard. *in Bull. Cœn.lib.*2.*can.*15.*q.*16.*n.*27.Megalius *in* 3. *p. lib.* 4.*cap.* 2. *q.*1.*n.*15.Diana *p.*1.*tr.*1.*resol.*1.Villalob. *tom.*2.*tr.*39.*dub.*7.*n.*22.*&*.23. Genuens.*in prax. cap.*17.*n.*11.Homobon.*de exam.Eccles.p.*2.*tr.*11. *c.*52.*q.*26.*suppos.*3.Rainun.*in Cathal.cons.c.*9.*ex-com.*31.Confettus *in priuil.Mendicant.tit.*5.*c.* 6. Lezana *ver.immunitas Eccles.num.*16. Capiblanc. *de Baromb.pragm.*8.*p.*2.*n.*105.Francisc.de Castell. *tom.*2.*decis.*156.*n.*32.&nos dicemus iterum,*infrà dubit.*24.*sect.*5.*&* 8.

Ratio autem est; quia Pontifex in dicta Constitutione per ly *tantum* reducit omnia ad vnicam formam(vt patet ex illis verbis, *nà ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur*) ergò reuocat non solùm consuetudines, sed etiam ius commune, & multò magis prouinciale, & ampliationes à paritate rationis à Doctoribus factas, sicuti derogat priuilegia quæcumque diuersam aliã formam ab illa, quam ipse Pontifex ibi assignat, introducentia.

Confirmatur; quia Pontifex ibidem expressè enumerat, excipiendo quosdam, & certos casus, qui Ecclesiæ immunitate non gaudeant,ergò nullus alius præter illos remanet à dicta immunitate exclusus. Consequentia probatur; quia exceptio firmat contrarium in casibus non exceptis,seu non expressis,l. nam quod liquidè, §.*fin.ff.de penu legata*, & *cap.domus*, 32.*q.*7. præsertim quia Pontifex excipit per particulam taxatiuam ly *tantùm*, quæ de sui natura impedit extensionem in non exceptis,seu non expressis,*l.si cũ exceptione*,§.*quod si homo, ff. quod metus causa*, *l. properandum*, §.1. *Cod.de iudic.&*.§.1.*in fin.Instit. de stipulat. seruor.* Præsertim secundò,quia Pontifex expressè subdit: quod plures casus, quàm exprimit, ab Ecclesiæ immunitate non excludantur,ergo,&c.

Confirmatur secundò; quia Pontifex ibidem expressè derogat quamlibet facultatem (quomodocumque illa à Sede Apostolica emanauerit) contrarium iudicandi,sub qua tam statutum,quàm lex, consuetudo,& Doctorum interpretatio comprehendi videtur, vt rectè adnotarunt Ambrosin. *de immun.Eccl.c.*14. Mar.Ital.*de Immun.lib.*1.*c.*6. *in princip.&* Bonac.*de immun.disp.*3.*q.*7. *punct.*6. *num.*4.

Confirmatur

Confirmatur tertiò; quia ſic pluries (vt etiam apud Curtellium *de immun. Eccl. lib. 1. q. 1. n. 11. & ſeqq.* videre eſt) Romæ reſponſum fuit, tum per Congregationem Cardinalium, tum per Pontifices; quandoquidem Clemens VIII. in ſpecie determinauit, quod homicida induſtrioſus ac inſidioſus ſecundùm Bullam Gregorij XIV. immunitate Eccleſiæ gaudere debeat, qui tamen ex *cap. 1. de homicid.* non gaudet, ſed excipitur; ergo ſignum euidens eſt, quod per dictam Bullam Gregorij XIV. corrigatur ius commune.

Neque dicas cum Curtellio *loco cit. n. 51. 66. & 74.* quod talis determinatio Clementis VIII. non obliget; quia facta non eſt conuocatis, auditiſque Principibus; quia id non requiritur ad legem, vel declarationem Pontificis; ſicuti nec requiritur in legibus aliorum inferioris Ordinis Principum in ordine ad ſuos ſubditos. Neque dicas ſecundò cum eodem Curtellio, quod dicta determinatio Clementis VIII. non obliget; quia facta non eſt ex Cathedra; quia id ſolum requiritur ad ea, quæ ſpectant ad fidem, ſeu ſunt nobis à Deo dicente reuelata; non autem in ordine ad ea, quæ ſpectant ad mores. Quod vtrumque inde confirmatur; quia alioquin neque Bulla Cœnæ Dom. neque leges Pontificiæ ad mores ſpectantes, quæ ſunt in corpore iuris, obligarent; quia neque conuocatis auditiſque Principibus, neque ex Cathedra conditæ ſunt.

11 Confirmatur quartò; quia in dicta conſtitutione Pontifex pluries facit mẽtionem de iure communi, & quando voluit, quod in robore illud perſeueraret expreſſit (vt conſtat cùm loquitur de clericis, Monachis aliiſque perſonis Eccleſiaſticis, & de eorum priuilegiis) ergo è contra, quando nõ expreſſit, ſignum eſt, quod contrarium intendat.

12 Confirmatur quintò, quia tandem ibidem Pontifex hæc verba habet: *quod ſi quis quacunque dignitate, & authoritate præditus præmiſſorum (nempe indultorum per alios Pontifices conceſſorum) aut alio quouis pretextu, quidquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, eum ipſò facto cenſuras etiam incurriſſe, declaramus*; Ex quibus verbis clarè conſtat, quod intentio Pontificis non ſolum fuerit, priuilegia Principibus conceſſa, ſed etiam omnes conſuetudines, aliáque contraria omnia, præter, vel contra formam in dicta Conſtitutione traditam, introducta reuocare; & ideò poſt factam mentionem de priuilegiis appoſuit illa verba, *aut alio quouis pretextu*, &c. ſed de hac re vide etiam, quæ dicuntur *infrà dubit. 24. ſect. 5. & 8. & dubit. 41. ſect. 2. n. 20.*

DVBITATIO IX.

An, & quid veniat nomine Eccleſiæ, quæ gaudeat priuilegio immunitatis?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia nomine venit quilibet locus auctoritate Epiſcopi erectus, etiam ſi actu conſecratus, vel benedictus non ſit ſed ad publicum ſacrificij, & ſacramentorum vſum deputatus.*

2 *Locus deputatus ab Epiſcopo ad ſacrificia ſacer cenſetur, ideoque nullis temerariis auſibus profanandus.*

3 *Eccleſia, in qua diuina Myſteria celebrantur, licet non conſecrata, nullo iure priuilegia immunitatis amittit.*

4 *Oratoria Epiſcopi auctoritate ad diuina officia deputata gaudent Eccleſiaſtica immunitate, licet non conſecrata, nec benedicta. Secus dicendum de Oratoriis priuatis.*

5 *Eccleſia vt gaudeat immunitate in ſententia nonnullorum Doctorum requiritur, vt ibi Sanctiſſima Euchariſtia conſeruetur.*

6 *Opinio prædictorum Auctori non arridet, & ſi in praxi ſeruetur, deberet eſſe conſuetudo legitimè introducta, & præſcripta poſt Concilium Tridentinum, & Bullam Gregorianam.*

7 *Ratio cur Eccleſia concedatur immunitas, non eſt quia ibi ſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia; ſed quia locus ad publicè ſacra celebranda Epiſcopi auctoritate ſit deſtinatus.*

8 *Eccleſia, vt immunitate gaudeat in ſententia nonnullorum oportet, vt in ea diuina officia celebrari cœperint.*

9 *Eccleſia eo ipſo, quo conſtructa eſt Epiſcopi auctoritate, & ad ſacra facienda determinata, fit quod ſit locus ſacer, religioſus & diuinis obſequiis dicatus, licet ibi diuina non celebrentur.*

10 *Hoſpitale auctoritate Epiſcopi ad ſacrum vſum deſtinatum, ita eſt locus ſacer, & religioſus, vt non poſſit profanis vſibus deſeruire.*

11 *Eccleſia non conſecrata, nec benedicta, & in qua non aſſeruatur ſanctiſſima Euchariſtia; ſed ſolum auctoritate Epiſcopi deſtinata publice ad diuina officia, ſi polluatur, indiget reconciliatione.*

RESPONDETVR, venire quemcunque 1
locum authoritate Epiſcopi erectum, etiamſi actu conſecratus, vel benedictus non ſit; ſed alia ratione, verbi gratia crucis erectione, ad publicum ſacrificij, & ſacramentorum vſum deputatus; quia talis locus ſacer 2
cenſetur; ideoque nullis temerariis auſibus profanandus eſt, *cap. Eccleſia de Immunit. Eccleſ.* ibi; *Eccleſia, in qua diuina myſteria celebrantur*, licet 3
adhuc non exiterit conſecrata, nullo iure priuilegium *immunitatis admittitur; quia obſequiis diuinis dedicata, nullis ſunt temerariis auſibus profananda*, vbi id explicat Abb. *num. 5.* Bacconus *in 4. diſt. 13. art. 1.* Suar. *tom. 1. de relig. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 1.* Sanchez *tom. 2. conſil. mor. lib. 6. cap. 1. dubit. 7. num. 2.* & Sylu *ver. immunitas*, 1. 4
quæſt. 1. qui eadem ratione inferunt, Oratoria etiam immunitate gaudere, ſi cum Epiſcopi authoritate diuinis officiis deputata, licet nec conſecrata, nec benedicta ſint. Secus dicendum de priuatis Oratoriis; quamuis in iis Pontifex, vel Epiſcopus licentiam dederit Miſſam celebrandi; hæc enim immunitate non gaudent, vt *infrà* dicemus, & ex communi notauit Sanchez *lib. 9. de matrim. diſp. 15. n. 4.*

Nonnulli tamen Doctores (inter quos Couar. *lib. 2. var. cap. 20. num. 4.* Iulius Clarus *§. fin. q. 30. num. 30.* Tuſchus *verb. Eccleſia, concl. 9. num. 19.* Sarpus *in lib. de iure Aſylorum, c. 4. fol. mihi 39.*

& Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.*2. *capit.*16. *numer.*26.) vt Ecclesia gaudeat immunitate requirunt, vt ibi sanctissima Eucharistia conseruetur; dicúntque sic in praxi seruari: sed mihi (nisi reuera sic in praxi seruetur per consuetudinem legitimè introductam, & præscriptam contra Tridentinum; & Gregorij XIV. Constitutione) non probatur, quia in dicto cap. Ecclesiæ, & in aliis iuribus de immunitate loquentibus id non exigitur; tum quia, ratio,cur Ecclesiæ concedatur talis immunitas, non est continua Christi sacramentalis præsentiæ ibi conseruatio, sed quod locus ad publica sacra ibi celebranda,authoritate Episcopi sit destinatus, & sic sacer effectus; atque ita ex communi, & probabiliori sententia Doctorum tenet Farinac.*quæst.*28.*num.*34. & *in append. de immunit. cap.* 17. *num.* 254. Peregrin. *de immunit. cap.*4. *num.*2. Mar. Italia *lib.*1. *cap.*4. §.3. *num.*5. Bonac. *disp.*3. *quæst.*7. *punct.*4. *num.*2. & Gambacurta *lib.*3. *cap.*4.& 5.

Nonnulli etiam (inter quos gl. *verb. celebrantur*, & ibi Zabarella, & Butrius *num.*2.& 3. Item Innoc. & Hostiens. *in cap. inter alia de immunit. Eccles. ver. ad Ecclesiam*, Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.*10.*num.*2. Tuschus *num.*16.& Decian. *lib.*6. *cap.* 24. *num.*24.) requirunt vt saltem ibi diuina celebrari cœperint; idque ex eo quod,cum in *cit. cap. Ecclesia* dicatur, non adimi priuilegium immunitatis Ecclesiæ,in qua diuina Mysteria celebrantur,consequens sit è contrario sensu, adimi, si in illa non celebrentur. Sed mihi etiam id non probatur, quia hoc ipso, quod Ecclesia est authoritate Episcopi primum lapidem ponentis constructa, & ad sacra facienda destinata, fit, quod sit locus sacer,& religiosus diuinis obsequiis dicatus; Et si ibi diuina non celebrantur est per accidens, cum sufficiat, quod solum possint celebrari, vt mox *infrà sect.* 4. dicetur & docent ex communi Sylu. *verb. immunitas*, 1. *q.* 2.& Sanchez *tom.*2. *consil.moral. lib.*6. *cap. dubit.*7. *num.*2.

Confirmatur Responsio in principio posita; quia ex hac deputatione Episcopi ad sacra ibi facienda,& sic ex loci aptitudine, vt in ipso diuina possint celebrari,Ecclesia, vel saltem locus sacer,& religiosus nominatur, ergo.

Confirmatur secundò quia (vt habetur in cap. ad hæc de religiosis domibus) Hospitale authoritate Episcopi ad sacrum vsum destinatum, ita est locus sacer,& religiosus,vt non possit profanis vsibus deseruire, ergo idem multò magis dicendum est de Ecclesia authoritate eiusdem ad sacra mysteria facienda destinata.

Confirmatur tertiò, quia si talis Ecclesia, vel locus pius effusione sanguinis, vel seminis illicita polluatur,de iure reconciliatione indiget,vt *suprà cap.*2. *dub.*2. dicebamus, & probat textus cum gl. ibi *ver. non consecrata in cap.* si Ecclesia de consecrat. Eccles. ergò signum est quod sit locus sacer, & sic quod gaudeat priuilegio Immunitatis.

Atque ita ex communi docent Angelus *verb. Ecclesia*,Filliucius *tract.*15. *cap.*6. *q.*5.*n.*150. Syl. *verb. immunitas*,1. 9,1. Azor *p.*2. *lib.*9. *num.*2. & *seqq.*Farin.*q.*28.*n.*34.& in append.*de immun.c.*17. *n.*258.Suar.*lib.*3.*cap.*9. *n.*2. Peregrin.*de immunit. cap.*4.*n.*7. Raphaël de la Torre,*tom.*2.*in* 2.2.*q.*99. *art.*3. *disp.*7. Ludouic. Correa *in relect. de immunit.p.*2. *n.*8. Mart. Ital. *lib.*1. *cap.* 4. §.3. *num.*8. Gambacurta *lib.*4. *cap.*4.*num.*6. & Bonac. *disp.*3. *de primo decal. præcept.q.*7. §.2.*n.*2. qui ad fundamentum oppositum Aduersariorum respondent, vt mox *infra sect.*4. respondebitur.

SECTIO II.

An priuilegio Immunitatis gaudeat Ecclesia non perfectè constructa?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia eo ipso,quod auctoritate Episcopi construi cœpit, dicitur locus Diuinis obsequiis dicatus, & gaudet priuilegio immunitatis, si successiue, & continuo construatur.*

2 *Ecclesia si construi desistat non gaudet immunitate Ecclesiastica, quia tunc potius est locus desertus,quam domus orationis. Sed hæc opinio non arridet.*

REspondetur affirmatiuè, quia hoc ipso, quod auctoritate Episcopi construi cœpit, dicitur locus diuinis obsequiis dicatus, & sic sacer, vt *supra sect.*1. dicebamus, & docent etiam Abb. *in cap. Ecclesia de immunit. Eccles. n.*5. ibid. Anchar. *num.*1. Sanch. *de matrim. lib.*9. *disp.* 15. *n.*39. & Farinac. *in cit. cap.* 17. *n.*261. Quamuis id limitet Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib* 1.*c.*4. §.3. *n.*15. & *seqq.* vt procedat,si continuò,& successiuè construatur, secus si construi desistat;quia tunc (inquit ipse) potius est locus desertus,quàm domus orationis; sed huius Doctoris ratio non conuincit;quia ob cessationem ab ædificio, deputatio ad sacra facienda non adimitur: vnde si sanguinis; vel seminis effusio illicita ibi contingat, violatur. Vide Sanch. *loc.suprà cit.*

SECTIO III.

An eodem priuilegio gaudeat Ecclesia polluta, etsi nondum reconciliata?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia polluta gaudet priuilegio immunitatis; quia ratione pollutionis non desistit eius sanctitas.*

2 *Ecclesia, vt priuetur immunitate ob pollutionem non requiritur in iure expressum, & pollutio non priuat ipsam suo priuilegio.*

REspondetur affirmatiuè; quia ratione pollutionis non desinit eius sanctitas,vt non sit Locus sacer; tum quia Ecclesia propter pollutionem dicto priuilegio priuari, gratis dicitur; cum id nusquam in iure reperiatur, & inter effectus pollutionis (sicut & interdicti non fit, vt pro eo tempore Ecclesia immunitate priuetur; quia hæ iuris censuræ, seu impedimenta, cum sint pœnalia, & odiosa, extendi non debent vltra casus de iure expressos, nec debent pollutio, & interdictum plus operari, ac Canones præscribunt, ergo, &c. atque ita docent Suarez & Bonacina *in loc. suprà cit.* Item Abb. *in cap. Ecclesiæ, de immunit. Eccles.* Syl. *ver. immunitas*, 1. *quæst.* 1.

Clar.

Clar. §. *practica criminal. quæſt.* 30. *numer.* 3. Tuſchus *verb. Eccleſia, concluſ.* 9. *num.* 9. Azor. *p.* 2. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæſt.* 4. Scortia, *theor.* 385. Marſilius *in leg. vn. Cod. de raptu Virg. num.* 116. Laym. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *numer.* 2. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 62. Raphaël de la Torre, *tom.* 2. *in* 2. 2. *quæſt.* 99. *art.* 3. *diſput.* 7. Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *numer.* 14. Correa *in relect. de immunit. p.* 2. *num.* 9. Lezana *verb. immunitas Eccleſ. numer.* 2. Farinacius *in append. de immunit. cap.* 17. *num.* 29. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 39. *diff.* 5. *numer.* 1. & Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *num.* 7.

SECTIO IV.

An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia interdicta?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia interdicta gaudet priuilegio immunitatis.*
2 *Eccleſia non perdit eſſe ſacram per interdictum.*
3 *Clericus non perdit ſua priuilegia per interdictum.*
4 *Eccleſia interdicta, quod ſolum gaudeat priuilegio immunitatis quoad Peregrinos, non autem quoad homines de populo, qui cauſam dederunt interdicto limitatur ab aliquibus.*
5 *Eccleſia, ſi per accidens in ipſa non poſſit celebrari dummodo per ſe poſſit, gaudet immunitate.*

1 REſpondetur, quod propter eaſdem rationes mox ſupra dictas, eodem priuilegio etiam
2 gaudeat Eccleſia interdicta. Et confirmatur; quia Eccleſia non perdit eſſe ſacrum ob interdictum;
3 tum quia clericus non perdit ſua priuilegia ob interdictum, ergo nec Eccleſia, atque ita docent Suarez, Bonacina, Abbas, Sylu. Clar Tuſchus, Azor. Scorzia, Marſil. Laymán, Fagundez, Raphaël de la Torre, Peregrinus, Correa, Lezana, Mar. Italia & Villalobos *in locis ſupra cit.* Item Farinacius *quæſt.* 28. *num.* 35. *& append. de immunit. cit. cap.* 17. *numer.* 259. & Decian. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 10. qui tamen non omnino improbabiliter contra Tuſchum, Peregrinum, & alios
4 limitando id aſſerit quoad peregrinos, non item quoad homines de populo, propter quorum delictum Eccleſia interdicta eſt.

Obicies in Eccleſia interdicta non poſſunt celebrari diuina officia, ergo immunitate non gaudet: Vt enim immunitate gaudeat, requiritur ex *cap. Eccleſia de immunit. Eccleſ.* quod in ipſa diuina officia celebrentur.

5 Reſpondetur nego conſequentiam. Et ad probationem eius Reſpondeo, vt ſupra quod ad hoc, vt Eccleſia immunitate gaudeat non opus ſit, quod in ipſa celebrentur actu diuina officia, ſed ſufficiat, quod ſit locus ad id Epiſcopi authoritate deputatus, vt ſcilicet ibi per ſe, ſi non per accidens, poſſint illa celebrari. Vide Doctores, qui ſuprà citabantur.

SECTIO V.

An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia diruta?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia etiam diruta gaudet immunitate, quia ſaltem ratione ſoli, in quo poſita erat, non deſinit eius ſanctitas.*
2 *Limita ſi non ſit diruta de licentia Epiſcopi cum ſpe reædificationis.*
3 *Eccleſia diruta de licentia ſuperioris, perdit omnia priuilegia.*

REſpondetur affirmatiuè; quia ſaltem ratione 1
ſoli, in quo poſita erat, non deſinit eius ſanctitas, vt non ſit locus ſacer, & amittat ſua priuilegia, vt indulgentias, &c.

Quod tamen intellige, ſi diruta ſeu deſtru- 2
cta non fuerit authoritate ſuperioris, & cum ſpe reædificationis; quia ſi authoritate ſuperioris, & ſine ſpe reædificationis deſtructa fuerit, deſinit eſſe locus ſacer, & ſit profanus, vt proinde non ſolùm priuilegium immunitatis, ſed etiam cætera 3
omnia priuilegia deperdat.

Atque ita habetur *in l. ad ſacra ff. de contrab. empt. & l. in tantum, §. ſacra in fin. ff. de ver. diuiſ.* ex communi contra Ludouicum Corream *in relect. de immunit. Eccleſ. p.* 2. *num.* 10. & nonnullos alios, docent Tuſchus ver. Eccleſia, *concl.* 9. *num.* 10. Decian. *lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 27. *& cap.* 25. *num.* 22. Clarus *pract. §. fin. quæſt.* 30. Farinacius *de carceribus quæſt.* 28. *numer.* 70. & in append. *de immunit. cap.* 17. *numer.* 260. Gambacurta *de immunit. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 11. Mar. Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *num.* 4. Ambroſin. *de immunit. cap.* 10. *num.* 3. Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. *& lib.* 9. *de matrim. diſput.* 15. *num.* 37. *in fin.* Scortia *cit. theorem.* 385. Carolus Maranta *p.* 2. *reſponſ.* 35. *num.* 2. Diana *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. Barboſa *de iure Eccleſiaſt lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. Lezana *num.* 2. & Bonacin. *diſp.* 3. *quæſt.* 7. *de immunit. §.* 2. *num.* 4. & videri etiam poterunt quæ *lib. de. parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 30. *Corollar.* 5. dicebantur.

SECTIO VI.

An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia ſolum quoad ambitum internum?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non ſolum quoad ambitum internum, ſed etiam quoad totam fabricam gaudet immunitate.*
2 *Capella, valuæ, ſerta, tectum, ſacriſtia, parietes, & turres etiam ipſius Eccleſiæ gaudent immunitatis priuilegio.*
3 *Eccleſia non polluitur per ſanguinis vel ſeminis effuſionem factam in dictis locis.*
4 *Pollutionis effectus cum ſit pœnalis, & odioſus non excedit ambitum Eccleſiæ, ſecus eſt de priuilegio*

priuilegio immunitatis,quod est gratiosum,& fauorabile.

5 *Apprehendens manibus valuas ostij Monasterij Monialium non violat clausirum Monialium,& tamen apprehendens valuas Ecclesiæ gaudet Ecclesiastica immunitate.*

6 *Confugiens ad portas Ecclesiæ, etiam si clausas illas inueniens, easdem, vel illarum ansam, vel vectes manibus apprehendat, gaudet Ecclesiastica immunitate.*

7 *Spatia immunitatis protenduntur vsque ad extremas fores.*

8 *Ecclesiæ & domus appellatione,venit ostium.*

9 *Confugiens supra tectum Ecclesiæ,nec non supra tectum Palatij Episcopalis, Monasterij, Hospitalis, vel cuiuscumque alterius loci pij,gaudet Ecclesiastica immunitate.*

10 *Ecclesia, sicut & qualibet alia domus non solum ex solo; sed etiam ex tecto, eiusque superficie constat.*

11 *Confugiens ad scalas Ecclesiæ,quia & hæ pertinent ad Ecclesiam, & cum Ecclesiæ adhæreant, religiosè reputantur,gaudet Ecclesiastica immunitate.*

12 *Confugiens ad Campanile,quod sit Ecclesiæ coniunctum in omnium Doctorum sententia, si disiunctum in sententia Nauarri gaudet immunitate Ecclesiastica.*

13 *Palatium Episcopi gaudet immunitate, etiam si sit ab Ecclesia disiunctum.*

14 *Campanile plus spiritualitatis habet, quam Palatium Episcopi,cum ibi adsint campana oleo sancto consecrata,& ibidem exerceantur opera pia, quando in Dei honorem campana pulsantur.*

15 *Palatio Episcopi conceditur immunitas simpliciter, & ratione dignitatis Episcopalis, & sic mirum non est si gaudeat immunitate, quamuis sit disiunctum ab Ecclesia,& quamuis non habeat oratorium,seu sacellum, in quo Missa celebretur.*

16 *Non omnia loca,in quibus exercentur opera pia, gaudent immunitate.*

17 *Oratoria priuata domorum licet in ipsis Missa celebretur, fideles confiteantur, & Eucharistiam sumant, non gaudent immunitate.*

18 *Campanile disiunctum ab Ecclesia si distet ab illa intra triginta passus gaudet immunitate ex determinatione S. Cong. Episcoporum, & immunitatis.*

1 REspondetur, quod priuilegio gaudeat Ecclesia, non solum quoad ambitum internum, sed etiam quoad totam fabricam, ita vt
2 Capellæ, valuæ, serta,tectum, sacristia, parietes, & turres etiam ipsius tali priuilegio gaudeant; quia omnes hi loci in lata significatione Ecclesia dicuntur; & quia satis clarè sic colligitur ex l. pateant, *Cod. de his, qui ad Eccles. confug. ex l. quæ religiosis ff. de rei vendicat.* ibi: *quæ religiosis adhærent, religiosa censentur*; & *ex cap. si quis in atrio*, & *ex cap. id constituimus*, 17. *quæst.*4. vbi decernitur, atrium Ecclesiæ, vel porticum gaudere immunitate,ergo eodem priuilegio gaudebunt tectum, parietes, & alia ad Ecclesiæ fabricam pertinentia.

Neque obstat, quod sanguinis, vel seminis effusio in dictis locis facta, Ecclesiam non polluat; sicuti docet Gloss. *in capit. vnic. verb. sanguis de consecrat. Eccles. & Doctores* quos ad latietatem refert, & sequitur Persicus *de offic. sacerd. libr.* 1. *capit.* 7. *dub.* 9. *numer.* 86. quia ad 3
effectum pollutionis (cum sit pœnalis, & odiosus) solum internus ambitus Ecclesiæ spectatur, 4
secus quoad priuilegium immunitatis, quod est gratiosum, & fauorabile; quapropter hoc à iure, & consuetudine optima iuris interprete, magis extenditur, quàm Ecclesiæ pollutio; sicuti *supràcapit.*2. *dubit.* 2. dicebamus; & probatur ex textu, *in l. pateant, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, vbi dicitur: *Quicquid fueris interiacens, siue in cellulis, siue in domibus, hortulis, balneis, atque porticibus confugas interioris* templi vice tueantur; Item *ex textu in cap. frater, cap. siquis contumax, cap. illud constituimus, & capit. siquis in atrio*, 17. *quæst.*4. Item à simili; 5
quia manibus apprehendens valuas ostij Monasterij Monialium non violat clausirum Monialium, & tamen apprehendens valuas Ecclesiæ gaudet immunitate Ecclesiæ, vt mox *infrà* ex communi dicetur; quia (vti dicebam) illa est materia pœnalis, hæc autem fauorabilis, & sic illa restringenda, hæc autem amplianda; quapropter ita etiam docent Decianus *lib.*3. *cons.*80. *numer.*19. & 22. Fagundez, *prec.* 2. *lib.*4. *cap.*4. *numer.* 63. Suarez *de relig. libr.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. & *sequentib.* Tuschus *verb. Ecclesia, conclus.* 9. *numer.* 3. & 7. & *conclus.* 20. *per tot.* & *verb. immunitas conclus.* 59. *numer.* 5. Farinacius *in append. de immunit. capit.* 17. *numer.* 168. Ambrosin. *de immunit. cap.* 10. *numer.* 6. Sperellus *decis.*63. *num.*10. Diana *p.*6. *tract.* 1. *resol.* 1. *in fin.* Bonac. *disp.*3. *q.*7. *de immunit.* §. 2. *n.* 5. & alij passim.

Ex dictis sequitur primò, quod securus sit, qui confugit ad portas Ecclesiæ, etiamsi clausas 6
illas inueniens, easdem vel illarum ansam, vel vectes manibus apprehendat;quia saltem talis adhæret Ecclesiæ; & quia ita habetur in iuribus *suprà cit.* præcipuè *in cit. cap. siquis*, 17. *quæst.*4. vbi declarantur spatia immunitatis vsque ad extremas fores (vbi nota ly *extremas*) & meritò; 7
quia appellatione Ecclesiæ, sicuti appellatione domus (ex *l. si aqueductum, Cod. de contrahent.* 8
empt. præsertim in fauorabilibus, vt notat Vincentius de Franchis, *decis.* 402. *num.*11. & Sperellus *decis.* 60. *num.* 38.) venit ostium; atque ita docent Suarez, & Bonacina, *vbi suprà.* Igneus *in l.* 1. *ff. ad Syllanum*, affirmans, sic sæpe decisum, Decian. *consil.* 6. *cap.* 25. *numer.* 17. Nauarus *cap.* 25. *num.* 17. *ad fin.* Farinacius *de carcer. quæst.* 28 *numer.* 24. & *in append. de immunit. cap.* 17. *num.* 279. Sanch. *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.*1. *dub.*7. *num.*2. Couarr. *var. resl. lib.*2. *cap.*20. *numer.* 18. Gambacurta *libr.* 4. *capit.* 1. *numer.* 9. Megalius *in* 3. *part. libr.* 4. *capit.* 2. *quæst.* 2. *numer.* 37. Correa *in relect. de immunit. part.* 2. *numer.* 16. Villalob. *tom.* 2. *tract. at.* 39. *diffic.*5. *numer.*4. Diana *part.* 6. *tom.* 1. *resol.* 3. Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *libr.* 2. *capit.* 14. *numer.* 81. Carthar. *decis. crimin.* 7. *numer.* 1. & 11. Locatell. *in Breuiar. de tortura, inspect.* 5. *num.* 163. & alij communiter; quidquid in contrarium dicat Ioannes de Vischis *num.* 12. & Sarpus de iure Asylorum, *capit.* 4. *fol.* 41. An autem securus etiam sit qui confugit ad Ecclesiæ parietes quoad partem exteriorem manibus illos similiter apprehendendo, dicetur *infrà sect.*8. *in fin.*

Sequitur

Digitized by Google

9 Sequitur 2. quod ſecurus etiam ſit, qui confugit ſuprà tectum (idemque dicas cum Sperello *deaſ.* 63. *n.* 9. & Diana, *p.* 6. *tom.* 1. *reſol.* 3. de eo, qui confugit ſupra tectum palatij Epiſcopalis, Monaſterij, Hoſpitalij, vel cuiuſcunque alterius loci pij) quia talis verè eſt in Eccleſia, cum in eo loco quis verè ſit, in quo pedes habet; vnde Corpus Chriſti verè eſt in Cœlo, quamuis à cœlo non circumdetur, ſed pedibus ſolum illud calcet; & Monialis verè eſt in clauſura, quæ pedes habet ſuper tectum clauſuræ; tum quia talis verè in ſitu Eccleſiæ exiſtit; cum Eccleſia, ſicut & quælibet alia domus, non ſolum ex ſolo, ſed etiam ex tecto, eiuſque ſuperficie conſtet, vt habetur, *in l. eum, qui in princ. ff. de vſu capionib.*
10 & ita contra Sarpum *loc. ſuprà cit.* docent ibi gl. Suar. *de relig. libr.* 3. *capit.* 9. *numer.* 8. Layman. *libr.* 4. *tractat.* 9. *cap.* 3. *numer.* 3. Cortea *in relect. de immunit. part.* 2. *numer.* 16. Sperell. *cit. deciſ.* 63. *numer.* 9. Farinac. *quæſt.* 28. *numer.* 14. & *in append. de immunit. capit.* 17. *numer.* 272. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præc.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 63. Acugna *de Iubil. capit.* 7. *dubit.* 13. *numer.* 20. *ad fin.* Peregrin. *de Immunit. capit.* 4. *numer.* 40. Perſicus *de offic. ſacerd. libr.* 1. *cap.* 9. *dub.* 11. *numer.* 98. Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. libr.* 1. *capit.* 4. §. 9. *numer.* 24. *& ſequent.* Bonac. *tom.* 3. *in Bull. Cœn. diſput.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. *numer.* 14. *&* 20. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 39. *difficult.* 5. *numer.* 3. & Diana, *p. tract.* 1. *reſol.* 73.

Et hoc adeò verum eſt, vt non poſſit delinquens capi per eam pallij partem, quæ prominet extrà tectum, valuas, aut alium locum immunem; quia adhuc diceretur extrahi è loco immuni, Decian. *tom.* 2. *libr.* 6. *cap.* 25. *num.* 17. Suar. *capit.* 9. *numer.* 8. *& capit.* 12. *numer.* 4. Couarr. *libr.* 2. *var. capit.* 20. *numer.* 16. Azor. *quæſt.* 5. Peregrin. *capit.* 4. *numer.* 18. Quin neque poſſit capi per aliquam corporis partem, quam delinquens habet extra locum ſacrum, vt ſi extrahatur brachio, vel pede extrà locum ſacrum extenſo, reliquis principalibus corporis partibus intrà locum ſacrum exiſtentibus; quia adhuc diceretur extrahi è loco ſacro, Suar. & alij in locis *ſuprà cit.* Secus, ſi ambobus pedibus exiſtat in via publica, & ſolum humeris attingat parietem Eccleſiæ; niſi manibus apprehenderit terram, vel valuas Eccleſiæ, ſicuti ſuprà dicebam.

Obiicies, qui manibus apprehendit valuas ianuæ Monaſterij Monialium, non dicitur eſſe in Monaſterio Monialium, alioquin eſſet reus violationis clauſuræ Monialium, ergò neque qui apprehendit valuas, aut ſerram ianuæ Eccleſiæ dici debet eſſe in Eccleſia.

Reſpondetur, diſparitas eſt; quia clauſura non violatur, niſi ingreſſu intra clauſtra Monaſterij; immunitas autem Eccleſiæ non reſtringitur ad interiorem ambitum, ſed extenditur etiam ad partes exteriores Eccleſiæ, ſicuti ſuprà dicebam. Conſequenter immunitas Eccleſiæ violatur, etiam ſi quis capiat aliquem in ianua exiſtentem, vel valuas apprehendentem; nec mirum eſſe debet; quia illa eſt materia pœnalis, & ſic reſtringenda; hæc autem eſt materia fauorabilis, & ſic extendenda.

11 Sequitur 3. quod ſecurus etiam ſit, qui confugit ad ſcalas Eccleſiæ, quia & hæ pertinent ad Eccleſiã, & cum Eccleſiæ adhæreant religioſæ reputãtur; atquè ità docent Angel. *de malefic. ver. quod fama publica, n.* 59. Tuſch. *ver. Eccleſia, concl.* 10. *num.* 5. Sperell. *dec.* 60. *num.* 14. Dian. *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 1. Nouarius *in ſum. Bullar. cit. de Immunit. num.* 50. & ex declaratione S. Congregationis Farinac. *in append. num.* 280. *& quæſt.* 28. *num.* 14. & Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 66. Dixi, ad ſcalas Eccleſiæ, quia ſecus dicendum eſt, ſi Scalæ pertineant ad publicam viam, eiuſque ſint pars, Farinac. *in cit. append. num.* 281. *&* 288.

Sequitur 4. quod ſecurus etiam ſit, qui con- 12
fugit ad Campanile, & quidem ſi Campanile ſit Eccleſiæ coniunctum, docent omnes; ſi autem ſit ab Eccleſia diſiunctum, docet non improbabiliter Nouarius in ſumm. Bullarum, *tit. de immunit. Eccleſ. num.* 26. à pari ex eo, quod
Palatium Epiſcopi immunitate gaudet, etiam 13
ſi ſit ab Eccleſia diſiunctum; quinimò campanile 14
plus ſpiritualitatis habet, quam palatium Epiſcopi, cum ibi adſint campanæ oleo ſancto conſecratæ, & ibidem exerceantur opera pia, quando in Dei honorem campanæ pulſantur; quapropter vulgò Turris ſacra vocatur.

At reſponderi poſſet, quod diſpar ratio ſit 15
de Campanili, & de Palatio Epiſcopi; quia Palatio Epiſcopi (vt infrà dicetur) conceditur immunitas ſimpliciter, & ratione dignitatis Epicopalis, & ſic mirum non eſt ſi gaudeat immunitate, quantumuis ſit diſiunctum ab Eccleſia, & quamuis Oratorium, ſeu Capellam, in qua Miſſa celebretur, non habeat, vt ibidem dicetur. Ad id verò, quod ſubditur, quod in campanili exerceantur opera pia, quando in
honorem Dei Campanæ pulſantur, Reſponde- 16
ri poſſet quod non omnia loca in quibus exercentur opera pia, immunitate gaudeant. Nam 17
in Oratoriis priuatis domorum celebratur ſacrificium Miſſæ, & in iiſdem fideles confitentur, & Euchariſtiam ſumunt, & tamen immunitate non gaudent, vt ex *ſuprà* dictis colligitur, & *infrà* dicetur. Quapropter quod campanile diſ-
iunctum ab Eccleſia, ſi diſtet ab illa intrà triginta 18
paſſus; ſolum gaudeat immunitate, determinauit ſacra Congregatio Epiſcoporum die 17. Nouembris 1627. & Congregatio Immunitatis die 9. Decembris 1631.

SECTIO VII.

An eodem priuilegio gaudeat Eccleſia quoad loca adhærentia?

SVMMARIVM.

1 *Clauſtrum, Porticum, ambitus, Dormitorium, & cætera loca, ſeu habitacula quolibet modo Eccleſia adhærentia gaudent immunitate.*
2 *Quæ Religioſis adhærent religioſa ſunt.*
3 *Cellulæ Horti, & adhærentia gaudent immunitate.*
4 *Confuga in Eccleſia cubare, aliaque corpori neceſſaria peragere opus non habent.*

REſponderur, quod eodem priuilegio etiam 1
gaudeat Eccleſia, quoad clauſtrum atrium, ſeu

seu porticum, ambitum, dormitorium, & cæteta loca, seu habitacula quolibet modo ipsi adhærentia, sicuti dicitur *in l. si quis contumax*, 17. q. 4. vbi gloss. *ver. adhærentibus allegat. & in l. 1. ff. de rei vendicat.* ibi. *quando religiosis adhærent, religiosa sunt*; & probatur; quia hæc omnia vel sunt de fabrica Ecclesiæ, vel sunt Ecclesiæ annexa; atque ita etiam haberur expresè *in c. si quis in atrio, cap. frater, eod.* 17. *quæst.* 4. *& in l. pateant, Cod. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt*, Vbi de cellulis, hortis, ac adhærentibus eadem immunitate potiendis adiicitur, data quoque causa, vt confugæ in Ecclesia cubare, aliaque corpori necessaria peragere opus non habeant, *argum. l. penult. ff. de oper. libert.* ibi: *In omnibus tempora ad curam corporis necessaria relinquenda*; & docet Abb. *in cap. Ecclesia, de immunit. Eccles. numer.* 18. & probat *ex cit. capit. si quis.* Item docet Nauar. *cap.* 26. *numer.* 17. Tusch. *ver. Ecclesia conclus.* 9. *& concl.* 20. Suar. *cap.* 9. *numer.* 7. Barbosa *numer.* 64. Lezana *num.* 2. Azor. *tom.* 2, *libr.* 9. *capit.* 8. *quæst.* 7. Scortia *theor.* 385. Sperell. *decis.* 60. *numer.* 14. Nouarius *in summ. Bullar. tit. de immunit. num.* 56. Diana, *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 1. & Farinac. *de carcerib. quæst.* 28. *numer.* 14. & in Appendic. de immunit. *cap.* 17. *numer.* 268.

2 3 4

SECTIO VIII.

An eodem priuilegio gaudeat Ecclesia quoad confines?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia gaudet priuilegio immunitatis etiam quoad confines.*

2 *Ecclesia Cathedralis, seu maior gaudet per 40. passus per circuitum; minor autem per 30.*

3 *Quilibet passus supradictorum continere debet quinque pedes, & quilibet pes quindecim digitos.*

4 *Passus predicti numerari debent ab Ostio, seu muro Ecclesia.*

5 *Passus predicti numerandi sunt à Cœmeterio, si Ecclesia illud habeat annexum.*

6 *Priuilegium immunitatis per circuitum 30. vel 40. passuum, procedit solum in Ecclesiis, quæ sunt extra murorum ambitum; non autem in Ecclesiis intra muros Populi contentis, contra nonnullos.*

7 *Priuilegium immunitatis per circuitum 30. vel 40. passuum procedit in eo, qui iam ad Ecclesiam confugit, & ex illa progreditur per 30. vel 40 passus; non autem in eo, quem Ecclesia nondum iam recepit.*

8 *Progressus Confuga per 30. vel 40. passuum ab ecclesia debet esse ad requisitum naturæ vsum v. g. ad ventrem exaherandum.*

9 *Amplia quod si intra dicta spatia non sit locus opportunus ad Naturæ necessaria possit vltra progredi, & finita necessitate statim debet ad Ecclesiam redire.*

10 *Spatium 30. vel 40. passuum habebat locum quando nondum erant tot Ecclesiæ; vnde domus Parochorum & Canonicorum existentes prope Ecclesias in predictis confiniis, immunitate etiam gaudebant.*

11 *Cœmetery ambitus nunc tantum gaudet circuitu supradictorum passuum.*

12 *Confugiens ad Domum Parochi, Canonici, vel alterius Ecclesiastica Personæ etiam existentem intra spatium predictum, non gaudet immunitate, præsertim si talis domus sit laico locata, vel ad emphyteusim concessa, contra nonnullos.*

13 *An autem, si quis fugiens à Birruariis Ecclesiæ parietem ex parte exteriori tangat, vel amplectatur, Ecclesiæ immunitate gaudeat? est dissensio inter Doctores. Auctor autem sequitur tenentes pro affirmatiua.*

14 *Ecclesiæ appellatione non venit pars parietis exterior, qua viam publicam spectat, & Rem tangens dictum parietem, non dicitur esse in Ecclesia.*

15 *Quæ adhærent sacris sacra censeri debent.*

16 *Accessorium sequitur naturam sui Principalis.*

17 *Priuilegia immunitatis in dubio non sunt restringenda, sed potius ampliauda.*

REspondetur, quod eodem priuilegio etiam gaudeat Ecclesia, quoad confines, *cap. sicut antiquitus*, 17. *quæst.* 4. *cap. quisquis*, & *cap. definimus eadem causa, & quæst. & l. præsenti*, §. *ex his, C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, & docent Suarez *tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 8. & Farinac. *q.* 28. *num.* 14. *& seq.* & in append. *de Immunit. cap.* 18. *num.* 283. & alij multi: ità vt Ecclesia cathedralis, seu maior gaudeat per 40. passus per circuitum, minor autem per 30. *cit. cap. sicut antiquitus* 17. *quæst.* 4. *& cit. cap. definimus, ead. causa, & quæst.* & docent Couar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. Nauarr. *cap.* 25. *num.* 18. Tusch. *var. Ecclesia, concl.* 9. *& 19. & ver. Immunitas, concl.* 59. Suar. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Farinac. *q.* 28. *num.* 14. & *in append. de immunit. cap. cap.* 18. *num.* 284. Scortia *theor.* 385. & Gennon. *de sacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 38. Qui passus (ità scilicet vt quilibet eorum contineat quinque pedes, & quilibet pes contineat quindecim digitos, ex glossa *in cit. cap. sicut antiquitus*, 17. *quæst.* 4. *in ver. passus*, Farinacio *cit cap.* 18. *num.* 286. Tuscho *cit. concl.* 59. *num.* 2. & aliis communiter *suprà* citatis contra Couarruuiam *cap.* 20. *num.* 5. & quoidam alios, qui putant, pedem continere mensuram sexdecim digitorum transuersorum) numerari debent, non à candelabro posito in Ecclesia, vt quidam sentiunt, sed ab ostio, vel muro Ecclesiæ, vt satis indicat ly verbum *per circuitum*; alioquin enim Ecclesia non diceretur gaudere immunitate, per tantam distantiam, per quantam dicitur, vti rectè docent Decianus *in tr. crim. lib.* 6. *cap.* 22. *lib.* 5. *q.* 1. *num.* 18. Farinacius *in append. immun. cap.* 18. *num.* 285. *&* 286. & Ambrosin. *de immun. Eccles. cap.* 10. *num.* 4. Quamuis si Ecclesia habeat cæmiterium annexum contiguum, numerari debeant à cæmiterio; & sic intelligo Tuschum, *ver. Ecclesia, conclus.* 9. *n.* 3. *&* 4. Farinac. *in append. cap.* 18. *num.* 287. & Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 9. quatenus docent quod Ecclesia per circuitum priuilegio Immunitatis gaudeat; etiamsi ipsius circuitus, & territorium 40. passus excedat.

1 2 3 4 5

Cæterum, quod dixi de priuilegio immunitatis per circuitum 30. vel 40. passuum, intellige primo. 6

quod

Digitized by Google

quod procedat in Eccleſiis, quæ ſunt extra muros, non autem in Eccleſiis in ciuitate conſtructis; atque ità colligitur ex *capit. quiſquis*, 17. *quæſt.* 4. & docet gloſſ. *in cap. ſicut antiquitus, ver. paſſus*, 17. *quæſt.* 4. Tuſchus *verb. Eccleſia, concluſ.* 9. *numer.* 5. & 6. Suarez *cap.* 8. *numer.* 3. & *cap.* 9. *numer.* 9. Farinacius *de carcerib. quæſt.* 28. *numer.* 12. & *in append. de immunit. capit.* 18. *numer.* 290. Decian. *lib.* 6. *cap.* 25. *numer.* 6. Anaſt. Germ. *de Immunit. Eccleſ. libr.* 3. *capit.* 16. *numer.* 40. Ambroſin. *de immunit. cap.* 10. *numer.* 4. Sarp. *de iure Aſylorum, cap.* 4. *fol.* 39. & Bonac. *d. diſp.* 3. *quæſt.* 7. *de immunit. §.* 2. *numer.* 5. quamuis contrarium, & non improbabiliter ſentiant alij, inter quos Peregrinus *de immunit. cap.* 4. *numer.* 33. Mar. Ital. *libr.* 1. *cap.* 4. *§.* 6. *numer.* 3. & Diana *p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 2.

7 Intellige ſecundò, quod procedat in eo, qui iam ad Eccleſiam confugit, & ex illa progreditur per 30. vel 40. paſſus, non autem in eo, qui Eccleſia nondum iam recepit; atque ita habetur ex *cap. definimus*, 17. *quæſt.* 4. ibi: *Qui Eccleſias petunt per omnia licitum eis eſt in 30. paſſus ab Eccleſia ianuis progredi*, & contra Tuſchum *ver. immunitas, concl.* 59. *num.* 1. *& ſequent.* & Antoninum Dian. *part.* 6. *tractat.* 1. *reſol.* 2.

8 docent DD. mox *infra* citandi. Deinde requiritur, quod huiuſmodi progreſſus ad requiſitum naturæ vſum (verbi gratia ad ventrem exonerandum) ſit, vt conſtat ex illis verbis. *Qualiter ad requiſitum naturæ vſum debitis exeant locis, & nullo teneantur eucnio neceſſitudinis, qui dominicis ſe defendendos commiſerint clauſtris.* Quamuis,

9 ſi non ſit alius locus ad talem requiſitum naturæ vſum opportunus intra terminum 30. vel 40. paſſuum, & finita neceſſitate ſtatim ad Eccleſiam homo redeat, poterit vltra dictum terminum 30. vel 40. paſſuum exire. Vide Decianum, *tractat. crimin. libr.* 6. *capit.* 27. *numer.* 6. *in fin.* Farinac. *in append. de immun. cap.* 18. *n.* 293. Mantua *conſ.* 6. *n.* 17. *& ſeqq.* & Mar. Ital. *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 7. *n.* 12. *& cap.* 6. *§.* 2. *num.* 26.

10 Intellige tertiò, quando nondum erant tot Eccleſiæ (vnde factum videtur, quod domus Parochorum, & Canonicorum exiſtentes propè Eccleſias in prædictis confiniis immunitate etiam gauderent, qua de re Decian. *cap.* 25. *numer.* 16. Ambroſin. *cap.* 10. *num.* 8 & Scottia, *theorem.* 385.) ſecus de conſuetudine, quam contra Tuſchum, *ver. immunitas, concl.* 59. *num.* 1. *&* 2. Peregrinus *de immunit. cap.* 4. *num.* 33. *in fin.* & Antoninum Diana *part.* 6. *tractat.* 1. *reſol.* 2. teſtantur nunc eſſe in contrarium, Suarius, *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Nauar. *cap.* 25. *num.* 18. Couar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 20. *numer.* 5. Clarius *§. practica criminalis, quæſt.* 30. *num.* 1. Vulpell. *conſ.* 230. *num.* 4. Fagundez *prec.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 61. Ambroſin. *de immun. cap.* 10. *num.* 4. Layman, *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 2. Gauant. *in addit. ad manual. Epiſc. ver. immunitas Eccleſiaſtica, num.* 5. Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tractat.* 39. *diffic.* 5. *num.* 3. Sarpus

11 *de iure Aſylorum, lib.* 4. *fol.* 39. & Farinac. *de carcerib. quæſt.* 28. *num.* 12. ita vt prædictorum paſſuum circuitu, nunc tali iure gaudeat tantum ambitus cœmiterij ab Epiſcopo deputatus. Vide Nauarrum, Clarum, Suar. *in loc. ſuprà cit.* & Sanchez *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dubit.* 7.

12 Hinc ſequitur, quod ſi quis confugiat ad domum Parochi, Canonici, vel alterius Eccleſiaſticæ perſonæ, quin etiam & ipſiuſmet Eccleſiæ, infrà 30. paſſus ad Eccleſiam exiſtentem, immunitate non gaudeat, præſertim ſi talis domus ſit laico locata, vel ad emphyteuſim conceſſa, ſicuti notarunt Farinacius *in append. de immun. cap.* 16. *num.* 260. Mar. Ital. *lib.* 1. *cap.* 4. *§.* 6. *num.* 6. Oldrad. *conſil.* 53. Nald. *in ſumm. verb. Eccleſ. num.* 7. & Peregrin. *cap.* 4. *numer.* 27. Vide etiam Villalob. *in ſumm. tom.* 2. *tract.* 39. *diff.* 5. *num.* 3. & Nouarium *in ſumm. Bullar. tit. de immunit. num.* 25. Quamuis contrarium (etiam ſi dicta domus ſit laico locata, vel ad emphyteuſim conceſſa) non omninò improbabiliter, & ſatis piè tradant Nauar. *cap.* 25. *num.* 18. Sanch *loc. ſuprà cit.* Lezana *num.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 16. Ambroſin. *de immunit. cap.* 10. *num.* 8. Bonac. *tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *punct.* 16. *§.* 4. *num.* 7. Diana *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 71. Giurb. *conſ.* 10. *num.* 12. Villagut. *de extenſ. leg. titul. de extenſione immunitatis Eccleſiarum, num.* 86. & Cartarius *deciſ. crimin.* 46. *num.* 20. At, quidquid de hoc, illud tamen apud Barboſam *in Collectan. Bullar. ver. immunitas*, à S. Congregatione immunitatis declararum reperio, quod ſcilicet immunitate gaudeat Campana Eccleſiæ intra triginta paſſus ab ea diſtans, quæ ſolummodo pro Eccleſiæ vſu deſeruit.

An autem, ſi quis fugiens è Bitruariis Eccleſiæ 13
parietem ex parte exteriori tangat, vel amplectatur, Eccleſiæ immunitate gaudeat?

Negat Archidiaconus *in cap. vn. de reliq. & vener. ſumm. in* 6. (quem ſequuntur communiter Iuriſtæ) & nouiſſimè Sarpus *de iure Aſylorum,* 14
cap. 4. *fol.* 41. ex eo quia appellatione Eccleſiæ non venit pars parietis exterior, quæ viam publicam ſpectat; tum quia reus in tali caſu non dicitur eſſe in Eccleſia.

Affirmat autem Riccius *in prax. tom.* 3 *reſol.* 560. *num.* 8. Bonac. *de legib. tom.* 2. *diſput.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 4. *num.* 5. Scipio de Rubeis *in Aphor. Epiſc. ver. immunitas, num.* 3. Nouarius *in ſumm. Bullar. de immunit. num.* 16. Trullench. *in Decal. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 1. *num.* 4. & Diana, *p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 73. ex eo quia *ex l. quæ religioſis, ff. de rei vendicat.* quæ religioſis adhærent, religioſa cen- 15
ſentur; & ſic, quæ adhærent ſacris, ſacra cenſeri debebunt; tum quia *ex cap. ſi ſuper gratia de offic. de-* 16
legat. in 6. acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis; tum quia tandem priuilegium conceſſum Eccleſiæ, ex vi Canonum conceſſum eſt per 40. vel 30. paſſus; quapropter ſi hodie non ſeruatur, vt ſic, ſeruari ſaltem debere videtur quoad adhærentiam parietibus Eccleſiæ; præſertim cum priui- 17
legia immunitatis in dubio non ſint reſtringenda, ſed potius amplianda; & in dubio fauendum ſit Reo; quapropter hæc poſterior ſententia videtur mihi magis pia, & in praxi amplectenda;

præſertim, quia eidem fauent ea, quæ de apprehendente portas Eccleſiæ clauſas *ſuprà ſect.* 6. *corollar.* 1. dicebantur.

***

SECTIO IX.

An eodem priuilegio gaudeat Cœmeterium?

SVMMARIVM.

1 *Cœmeterium etiam gaudet eodem immunitatis priuilegio, quo gaudet Ecclesia.*

2 *Distinctio nonnullorum quod solum Cœmeterium benedictum gaudeat immunitate, refellitur.*

3 *Cœmeterium eo ipso, quod sepulturæ fidelium est destinatum, præsumitur benedictum, & auctoritate Episcopali sacratum.*

4 *Priuilegio immunitatis non solum Cœmeterium, sed ostium, & porticus eius gaudent.*

5 *Cœmeterium gaudet immunitate etiamsi non sit benedictum ab Episcopo; sed à simplici sacerdote; quinimmo etiamsi à nemine sit benedictum; dummodo in ipso aliquis Christianus sepultus sit cum Ecclesiasticis officiis de licentia Episcopi.*

6 *Cœmeterium etiam pollutum, & interdictum, gaudet immunitate.*

7 *Dispositio facta in fauorem Ecclesiæ censetur etiam facta in fauorem Cœmeterij.*

8 *Ecclesia, & Cœmeterium, cum sit Ecclesiæ accessorium æquiparantur & pari passu ambulant quoad sacrilegium, interdictum, & pollutionem.*

1 REspondetur, quod eodem priuilegio, scilicet immunitatis Ecclesiæ, etiam gaudeat Cœmeterium; atque ita contra Sarpum, *cap.* 4. *fol.* 42. expressè habetur *in cap. fin. de immunit. Eccles.* & docent *ibi* Abb. Archidiaconus, Ioan. Andreas, Turrecremata, Archidiaconus, Imola quos citat, & sequitur Farinacius *in appendic. de immunit. cap.* 17. *num.* 262. Item ex Theologis S. Antoninus, *cap.* 3. *tit.* 12. *in princip. verb. Et Cœmeteria earum*, Armilla *verb. Cœmeterium, numer.* 1. Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. Azorius, *part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 8. *quæst.* 6. Fagundez *præcept.* 2. *libr.* 4. *cap.* 4. *numer.* 6. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *libr.* 6. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Villalob. *in summ. tom.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *numer.* 6. Palaus, *tom.* 2. *tract.* 11. *disput. vnic. punct.* 6. *num.* 16. Perlicus *de offic. sacerd. lib.* 1. *capit.* 9. *dub.* 11. *num.* 97. Et ex Iuristis Tuschus, *ver. Ecclesia, conclus.* 10. *num.* 3. Decian. *lib.* 4. *cap.* 24. *num.* 21. Ambrosin. *de Immunit. cap.* 10. *num.* 5. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. Germon. *de sacror. immunitate, lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 30. Peregrin. *cap.* 4. *num.* 58. Mantica, *conf.* 60. *num.* 8. Valascus, *tom.* 1. *conf.* 81. *num.* 1. Bobadilla *in Polit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 80. & Correa, *in relect. de immunit. part.* 2. *num.* 12.

An autem id intelligendum sit solùm de Cœmeterio contiguo, non item de separato?

2 Respondetur, quod (quamuis nonnulli, sicuti videre est apud Decianum *lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 28. & 30. affirment, in casu, quod non constet, hoc esse benedictum) tamen negandum mihi videatur; quia hoc ipso; quod sepulturæ fidelium est destinatum, licet sit separatum, præsumitur benedi-
3 ctum, & auctoritate Episcopali sacratum. Atque ita docent Nauar. *cap.* 25. *verb. Cœmeterium*, Farinacius *in append. de immunit. cap.* 27. *num.* 264. Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vn. punct.* 6. *num.* 16. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 6. Georgius Ritthersusius *de iure Asylorum, cap.* 12. Marius Ital. *de immunit. Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7. *n.* 28. & *seqq.* Anastas Germ. *de sacror. immun. lib.* 3. *n.* 31. & *seqq.* & Bertach. *in Repert. verb. Cœmeterium n.* 2.

Et quod dico de Cœmeterio, idem intelligas 4
de ostio, & porticu eius; sicuti rectè præter alios docent Correa *in relect. de immunit. part.* 2. *n.* 16. & Peregrin. *c.* 4. *num.* 55. & 56. qui rectè subdit, ex Farinacio, Suar. *n.* 7. Ambros. *num.* 5. Deciano 5
cap. 25. Mario Italia *cap.* 4. §. 7. *num.* 28. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 3. & aliis, quod Cœmeterium immunitate gaudeat, etiamsi non sit benedictum ab Episcopo: sed à simplici sacerdote; quinimò etiamsi à nemine sit benedictum; dummodo in ipso aliquis Christianus sepultus sit cum Ecclesiasticis officiis de licentia Episcopi. Rectè sub- 6
dit secundò, quod Cœmeterium immunitate similiter gaudeat, etiamsi sit pollutum, vel interdictum, vt supra de Ecclesia dicebatur. Et ratio est; quia (cùm contra Sarpum *loco supra cit.* immunitas Cœmeterij non fundetur solum in consuetudine, sed etiam in iure) quidquid ius disponit 7
de Ecclesia, censetur disponere etiam de Cœmeterio; quia Ecclesia, & Cœmeterium (cùm sit 8
Ecclesiæ accessorium) æquiparantur. Vnde quoad sacrilegium, interdictum, & pollutionem pari passu ambulant. Vide Paulum de Castro *cons.* 441. & Tuschum *de visitat. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 7. & 8.

SECTIO X.

An eodem priuilegio gaudeat Hospitale, vel quid simile?

SVMMARIVM.

1 *Hospitale auctoritate Episcopi, cum altari ad celebrandum erectum gaudet Ecclesiastica immunitate. Item dic de omni alio loco, qui canonico iure sacer, vel religiosus censetur.*

2 *Hospitale auctoritate Episcopi, & cum altari ad celebrandum erectum est locus sacer, & religiosus; ita vt ad profanos vsus conuerti non possit.*

3 *Priuilegia omnia, quæ Ecclesiis conceduntur, conceduntur etiam huiusmodi Hospitalibus.*

4 *Amplia quod Hospitale gaudeat immunitate Ecclesiastica erectum auctoritate Episcopi tantum, licet in eo non sit altare ad celebrandum, neque campanile, neque Ecclesia, sufficit n. erectum esse sub inuocatione alicuius Sancti, & visitari ab Episcopo.*

REspondetur, quod eodem priuilegio gaudeat Hospitale auctoritate Episcopi, & cum altari ad celebrandum erectum (idemque dico de omni alio loco, qui Canonico iure sacer, vel religiosus censetur) atque ita contra Sarpum etiam *cit. cap.* 4. *fol.* 42. colligitur *ex cap. ad hæc de religiosis domibus, ex cap. ligna, d.* 1. *de consecrat. & ex cap. definimus*, 17. *quæst.* 4. & docent communiter

Digitized by Google

communiter Doctores & conſuetudo confirmat
2 & probatur ; quia non Hoſpitale ſic erectum, eſt locus ſacer, & religioſus, ita vt ad profanos vſus conuerti non poſſit ; quapropter omnia
3 priuilegia, quæ conceduntur Eccleſiis, conceduntur etiam huiuſmodi hoſpitalibus. *l. omnia Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & ex communi ſententia Doctorum docet Innocentius, & Abbas *in cap. penult. de immun. Eccleſ.* Decian. *libr. 6. cap. 25. num.* 18. Sylu. *ver. immunitas*, 3. *num.* 1. Nauarr. *cap. 25. num.* 17. & 18. Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num.* 67. & 68. Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num.* 2. Tuſchus *ver. Eccleſia, concl.* 10. *num.* 2. Scottia *Theor.* 385. Raphael de la Torre *tom. 2. in 2. 2. quæſt.* 99. *artic.* 3. Layman *libr. 4. tract. 9. cap.* 3. *num. 3.* Palaus *tom. 2. tract.* 11. *diſput. vnic. punct. 6. num.* 17. Farinac. *q.* 28. *num.* 36. & 37. & *in Append. de immunit. num.* 265. & 266. Sayr. *lib.* 3. *de cenſur. cap. 29. n.* 16. Gambacurta *libr. 4. cap. 4.* Filliucius *tractat.* 15. *cap. 6. quæſt. 5. num.* 150. Mar. Italia *libr. 1. cap. 4.* §. 8. Couar. *libr. 2. var. reſol. capit. 20. num.* 4. Suar. *libr.* 3. *cap. 9. num. 3.* & 9. Sanchez *libr. 9. de matrim. diſput.* 15. *num.* 39. & *in opuſc. tom. 2. libr. 6. cap.* 1. *dub. 7. num.* 2. Megalius *in* 3. *part. lib. 4. conſil. 2. quæſt. 2. num.* 37. Villalob. *in ſumma tom. 1. tract. 39. diffic. 5. num. 2.* Georgius Rittherſuſius *de iure Aſylorum, cap.* 12. Sperellus *deciſ.* 55. *numer.* 19. Ciarlinius *diſcept. forenſ. cap.* 116. *num.* 7. Diana *part. 6. tract. 1. reſol. 6.* Perſicus *de offic. ſacerd. libr. 1. cap. 9. dub. 11. num.* 97. & Peregrinus *de immunit. cap. 4. num.* 69. vbi ex Paulo de Caſtro *conſil.* 458. *lib. 2.* & ex Cardinali Tuſcho ſatis probabiliter ſubdit id verum eſſe, etiamſi in Hoſpitali auctoritate Epiſcopi erecto altare non ſit, ita vt Hoſpitale, licet in ipſo non ſit campanile, neque altare, neque Eccleſia, ſi tamen ex aliis ſignis colligatur auctoritate Epiſcopi eſſe erectum (vt ſi v. g. inſtitutum ſit
4 ſub nomine alicuius Sancti, & viſitetur ab Epiſcopo) priuilegio immunitatis gaudeat. Vide etiam Dianam, & Ciarlinium *in locis ſupra cit.*

SECTIO XI.

An eodem priuilegio gaudeat domus Religioſorum?

SVMMARIVM.

1 *Domus, Conuentus, Monaſterium Religioſorum ſecundum totum ſeptum, hoc eſt Clauſtrum, Dormitorium, Hortus, Domus familiarium, animalium, & ſimilia gaudent immunitate.*

2 *Loca recenſita, cum Eccleſia adhæreant, loca ſacra reputantur ad effectum immunitatis; ſecus ad effectum pollutionis.*

3 *Grancia Religioſorum; hoc eſt parua Domus ipſorum, quæ ſunt veluti ſpatia, & membra Monaſterij, & ſubiacent poteſtati, & iuriſdictioni Monaſterij in ſententia aliquorum gaudent immunitate; quod tamen eſt controuerſum.*

4 *Item Priuilegium immunitatis extenditur ad cellulas, Domus, hortulos, balneos, & ſepta Eccleſia, & Monaſterij; ſed minus rectè.*

RESpondetur, quod eodem priuilegio etiam 1
gaudeat domus, Conuentus, ſeu Monaſterium Religioſorum; patet ex Bulla Gregorij XIV. ibi: *Monaſteriis, Domibus locisque ſacris, vel religioſis.* Addo, hoc priuilegium extendi ad totum ſeptum, ita vt comprehendantur clauſtrum, dormitorium, hortus, domus familiarium, animalium, & ſimilia; quia hæc omnia, cùm adhæreant Eccleſiæ, ad effectum immunitatis loca ſacra, & religioſa reputantur, & ſi non reputentur ad effectum pollutionis, vt ſupra dicebam, 2
& contra Sarpum *cit. cap. 4. fol.* 42. habetur expreſsè ex *l. pateant, Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* in illis verbis: *Quidquid fuerit interiacens, ſiue in cellulis, ſiuè in domibus, hortulis, balneis, atque porticibus confugas interioris templi iure tuentur.* Item colligitur *ex cap. 2. de conſuetud. ex c. ſi quis contumax, ex c. frater, & ex c. minor. 17. quæſt. 4.* & docent præter Silueſtrum *ver. immunitas*, 3. Doctores, quos citant & ſequuntur Sanch. *de matrim. libr. 9. diſput. 15. numer.* 42. & Farinac. *in Append. de immunit. cap 17. num.* 268. Item docent Palaus *tom. 2. tract. 11. diſput. vnic. punct. 6. num.* 18. Peregrin. *de immunit. cap. 4. num.* 58. & in compendio priuileg. *ver. Immunitas*, Raphael de la Torre, *tom. 2. in 2. 2.* S. Thom. *quæſt. 99. art. 7. diſput. 7.* Georgius Rittherſuſius *de iure Aſylorum cap. 12.* Portellus *in Dubia Regular. ver. Eccleſia immunitas*, Lezana *eod. ver. num.* 3. Nauar. *cap. 25. num.* 17. Correa *in relect. de immunit. part. 2. num. 2.* & *ſeq.* Bonacin. *tom. 2. diſput. 3. quæſt. 7. punct. 4. num.* 10. Idem docent Rodriguez *in qq. Regul. tom. 2. quæſt. 75. artic. 2.* Villalob. *in ſumma, tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 6.* & Diana *part. 6. tract. 1. reſol. 6.* qui id extendunt etiam ad Grancias Religioſo-
rum, id eſt, ad paruas domus Religioſorum, 3
quæ ſunt veluti ſpatia ipſorum, & membra Monaſterij, quæ ſubduntur poteſtati, & iuriſdictioni Superioris Monaſterij, cuius ſunt Granciæ: quamuis contrarium ſentiat Ægidius Trullench. *tom. 1. libr. 1. cap. 11. dub. 1. num. 6.* quoad Gran- 4
cias, & non improbabiliter: Item Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 2. c. 3. n. 73.* etiam quoad cellulas, domus, hortulos, balneos, & ſepta Eccleſiæ, & Monaſterij, ſed minus rectè; ſicuti conuincitur ex iuribus *ſupra cit.* & præcipuè ex *cit. l. pateant, Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* Quamuis quod ſubdit Barboſa *num.* 74. & 75. nempè domos, ſeu villas ab Eccleſiis ſeparatas, quas Religioſi cauſa recreationis habent, immunitate non gaudere ſatis probabile mihi videatur.

SECTIO XII.

An eodem priuilegio gaudeat Oratorium?

SVMMARIVM.

1 *Oratorium auctoritate Epiſcopi erectum gaudet immunitate, ſecus eſt, ſi ſit erectum priuata auctoritate, vt ſunt in Priuatorum Domibus, & Confraternitatum, etiamſi in ipſis Miſſa celebretur de licentia Epiſcopi.*

2 *Oratoria, quæ priuata auctoritate eriguntur, priuata auctoritate ad vſum profanos*

Digitized by Google

conuerti possunt, etiamsi de licentia Episcopi in iis celebretur.

3 *Loca sacra semel Deo dicata ad vsus profanos conuerti amplius non possunt.*

4 *Episcopus in Oratoriis priuatis non habet ius visitandi, nec exigendi procurationem.*

5 *Oratoria, quæ auctoritate Episcopi erecta sunt, eo ipso cultui diuino in perpetuum sunt deputata, itavt amplius ad vsus profanos conuerti non possunt.*

6 *Episcopus habet ius visitandi, & procurationem exigendi, & ipsius iurisdictioni subsunt Oratoria eius auctoritate erecta.*

7 *Oratorium in dubio quomodo probetur erectum esse Episcopi auctoritate.*

1 REspondetur, quod eodem priuilegio etiam gaudeat Oratorium, si auctoritate Episcopi (secus, si auctoritate priuata, vt sunt Capellæ priuatorum Prælatorum, Oratoria in priuatorum domibus & nonnulla Oratoria Confraternitatum; etiamsi in iis Missa de licentia Episcopi celebretur; & etiamsi, illa contra Henriquez, & Peregrinum *de immunit. cap.* 4. *numer.* 68. alicui Ecclesiæ, vel Monasterio adhæreant) erectum sit; Atque ita declarauit sacra Congregatio Episcop. in vna Marsicensi die 17. Nouembr. 1617. & sacra Congregatio immunitatis in vna Perusina die 9. Decembris 1631. & ex communi docent Abbas *cap. Ecclesia de immunit. & cap. vlt. de censib.* Clar. *libr.* 5. *quæst.* 30. *numer.* 7. Decian. *libr.* 6. *cap.* 25. *num.* 19. Couar. *libr.* 2. *var. resolut. cap.* 20. *num.* 4. Silu. *ver. immunitas* 3. *numer.* 1. Nauar. *cap.* 25. *numer.* 17. & 18. Barbosa *de iure Eccles. libr.* 2. *cap.* 3. *numer.* 67. & 66. Lezana *ver. immunitas Eccles. num.* 2. Farinacius *in Append. de immunit. cap.* 17. *numer.* 267. Gambacurta *lib.* 4. *capit.* 1. Peregrin. *num.* 62. Suarez *tom.* 1. *de relig. libr.* 3. *cap.* 9. *numer.* 10. Filliucius *tract.* 15. *capit.* 6. *quæst.* 5. *numer.* 150. & Sanchez *de matrim. libr.* 9. *disput.* 15. *numer.* 39. Et probatur,

2 quia quæ priuata auctoritate eriguntur, priuata auctoritate ad vsus profanos conuerti possunt (etiamsi de licentia Episcopi in iis celebretur) ergo non sunt loca sacra (loca enim sacra semel dicata, ad vsus profanos redire amplius

3 non possunt, *c. ad hæc de religiosis domibus*) Quapropter in priuatis Oratoriis non habet Episcopus ius visitandi nec exigendi procurationem,

5 *cap. fin. de censibus.* E contra verò quæ auctoritate Episcopi erecta sunt, eo ipso cultui diuino in perpetuum sunt deputata, & sic loca sacra cen-

6 sentur, ità vt amplius ad vsus profanos conuerti non possint; ipseque Episcopus ius habeat visitandi, & procurationem exigendi, & iurisdictioni ipsius subdantur. *capit.* 1. §. *deinde licèat de censibus in* 6. Vide, quæ *suprà cap.* 2. *dubit.* 2. dice-

7 bantur.

Cæterùm in dubio, quando præsumatur Oratorium erectum auctoritate Episcopi, quando non, vide *cap. præsentibus, de priuilegiis* Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disput.* 15. *num.* 19. Decianum *libr.* 6. *cap.* 25. *num.* 16. Mascardum *de probation. concl.* 869. *num.* 1. & 2. vide etiam, quæ *cit. dubit.* 2. *sect.* 7. dicebantur.

SECTIO XIII.

An eodem priuilegio gaudeat domus Clericorum in communi viuentium?

SVMMARIVM.

1 *Domus Clericorum in communi viuentium, vt Patres Oratorij sancti Philippi Nerij, Patres Doctrinæ Christianæ, & similium, gaudent dicta Immunitate, si sint fundata Episcopi auctoritate.*

1 REspondetur, quod eodem priuilegio etiam gaudeat Domus clericorum in communi viuentium, vt Patres Oratorij S. Philippi Nerij, Patres Doctrinæ Christianæ, &c. Domus Seminarij, Domus puellarum, vel orphanorum, & similes; si scilicet (vti dicebam) auctoritate Episcopi fundatæ sint; quia tunc censentur loca sacra, pia, seu religiosa; patet ex Bulla Gregorij XIV. ibi: *Monasteriis, Domibus, locisque sacris, aut religiosis*; & passim ità docent Doctores, quos citat, & sequitur Genuensis *in praxi cap.* 17. *num.* 10. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 1. & Peregrinus *c.* 4. *num.* 67. Idemque dicas de disciplinatorum, seu Confratrum Oratoriis alicui Ecclesiæ, vel Monasterio affixis, quia hoc loca etiam censentur sacra, pia, seu religiosa, Doctores, quos citat, &. sequitur Peregrinus *num.* 64.

SECTIO XIV.

An eodem priuilegio gaudeat Palatium Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Palatium Episcopi gaudet eodem immunitatis priuilegio.*

2 *Palatium Episcopi gaudet immunitate etiam mortuo, vel absente Episcopo, dummodo tamen Palatium non sit alteri locatum.*

3 *Palatium Episcopi si distet extra* 40. *passus per circuitum Ecclesiæ Cathedralis non gaudet immunitate, secus si sit intra passus* 40.

4 *Palatium Episcopi non debet ab Ecclesia distare; sed illis esse contiguum.*

5 *Palatium Episcopi si distet ab Ecclesia non gaudet immunitate, præsertim si non habeat Oratorium, in quo sacrum celebretur; sed contraria sententia est magis tuta in praxi.*

6 *Consuetudo, quæ iuri communi non aduersatur, breui tempore potest introduci.*

7 *Palatium Episcopi licet distet vltra* 40. *passus ab Ecclesia, dummodo habeat sacellum, seu Oratorium, in quo celebretur, gaudet immunitate.*

8 *Amplia quod Palatium Episcopi licet non habeat sacellum, & Oratorium, in quo celebretur,*

celebretur, & diſtet vltra 40. paſſus ab Eccleſia gaudet immunitate.

9 *Priuilegium immunitatis Palatio Epiſcopi conceditur in reuerentiam; & decorem dignitatis Epiſcopalis, qua eſt ſuprema dignitas in Eccleſia.*

10 *Familia Epiſcopi laica gaudet priuilegio fori.*

11 *Cauſa Immunitatis primo, & per ſe eſt fauorabilis non ſolum ratione Eccleſiæ; ſed etiam ratione Rei.*

12 *Cauſa Immunitatis non eſt reſtringenda; ſed potius amplianda, præſertim quod in dubio ſtandum eſt ſemper pro Eccleſia.*

13 *Palatium Epiſcopi, vbi reperitur quando etiam tranſcurrit viſitando Proninciam, gaudet Eccleſiaſtica Immunitate in ſententia nonnullorum.*

14 *Canones ſtatuentes Palatium Epiſcopi debere eſſe contiguum Eccleſiæ, quoad hoc hodie receſſerunt ab vſu; & merito quia editi fuerunt in antiquis temporibus, quando Clerici habitabant ſimul cum Epiſcopo, quod hodie locum non habet.*

15 *Opinio Curtellij reiicitur.*

16 *Bulla Gregoriana nullam facit mentionem de Palatiis Epiſcoporum; facit tamen mentionem de loco ſacro, & religioſo.*

17 *Palatium Epiſcopi venit appellatione loci ſacri & religioſi, licet ſacellum non habeat, & multo magis ſi habeat.*

18 *Pœna, & eleemoſyna pro piis operibus relicta poſſunt pro fabrica Palatij Epiſcopi applicari.*

19 *Palatij Epiſcopi nomine venit etiam ſeminarium annexum, quin & furnus, & quæcumque alia Domus ipſius ſeminarij.*

20 *Palatium Epiſcopi extra propriam Diœceſim non gaudet immunitate; quia Epiſcopus ibi nullam habet auctoritatem, nec poteſt pontificalia exercere.*

21 *Palatia Cardinalium contra nonnullos in ſententia Diana non improbabiliter gaudent immunitate.*

22 *Palatium Epiſcopi titularis non gaudet immunitate, at oppoſitum non improbabiliter tenet Diana.*

23 *Familia laica Epiſcopi titularis gaudet priuilegio fori.*

1 REſponderur, quod eodem priuilegio etiam gaudeat Palatium Epiſcopi; atque ita habetur in *c. id conſtituimus, 17. quæſt. 4. ex Concilio Aurelianenſi 1. c. 3.* ibi: *Id conſtituimus obſeruandum, quod Eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab Eccleſia atriis, vel domo Epiſcopi reos abſtrahere omninò non liceat.* & docent communiter Doctores; vti teſtatur
2 Couar. *libr. 2. var. reſol. cap. 20.* Quod verum eſt, etiamſi Epiſcopus abſens, vel mortuus ſit (modò non ſit Palatium alteri locatum) ſicuti rectè docent Farinacius *in Append. de immunit. Eccleſ. cap. 17. num. 170.* & Mart. Italia *de immunit. Eccleſiaſt. libr. 1. cap. 4. §. 9. num. 4.* vide etiam Azorium *tom. 2. libr. 9. cap. 8.* Layman. *libr. 4. tract. 9. cap. 3. num. 3.* & Antonium Nouarium *in ſumma Bullarum tit. de immunit. Eccleſiaſt. num. 10.*

Et quamuis nonnulli (inter quos Innocent. *in cap. inter alia ver. ſeu alij, de immunit. Eccleſ.* Anton. de Butrio, *num. 9.* Ananias, *num. 10.* Turrecremat. *in cit. can. id conſtituimus, num. 117.* Oldrald. *conſil. 55.* Curtellius *de immunit. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 27.* Decianus *lib. 6. cap. 25. num. 14.* Clarus in loco *infra* citando, Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 85.* qui in gloſſ. *lit. C.* ex Couar. *libr. 2. var. cap. 20. num. 5.* de communi praxi teſtatur, Piaſecius *in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 4. artic. 8. num. 2.* Satpus *de iure Aſylorum cap. 4. fol. 41.* & Bonacina *diſput. 3. quæſt. 7. de immunit. §. 2. num. 8.*) id limitent, vt intelligatur de Palatio Epiſcopi exiſtenti intra 40. paſſus 3 4 per circuitum Eccleſiæ Cathedralis; ex eo quod Palatium Epiſcopi non debeat ab Eccleſia diſtare, ſed illi eſſe contiguum. *c. Epiſc. de conſecrat. diſt. 3. & c. Epiſcopus, diſt. 41.* quapropter ſi diſtet, 5 non debeat tali priuilegio gaudere, præſertim ſi non habet Oratorium, in quo ſacrum celebretur: tum ex eo, quod (vti teſtantur Couar. *cit. cap. 20. num. 5.* Clar. *§. fin. quæſt. 3. n. 2.* Decian. & Bonac. *in locis ſupra citatis*, etſi cõtrariam ſententiam inter Doctores communem commendent cum Abbate *in cap. penult. num. 9. de immunit. Eccleſ.* Couar. & Clarus *vbi ſupra citati*) conſuetudine iam ſic receptum ſit: præſertim ſi (vt dicebatur) non adſit Oratorium, in quo ſacrum celebretur.

Nihilominus (ſi conſuetudine contra Tridentinum, & Gregorij XIV. Conſtitutionem legitimè præſcripta, reuerà iam ſic receptum non ſit; quam conſuetudinem, cùm iuri non aduerſetur 6 breuiori tempore introduci poſſe, notauit Suar. *tom. 1. de relig. lib. 3. cap. 9. num. 9. in fin.* & improbabile non eſſe, dicebatur *ſupra dub. 6.*) dicendum mihi videtur, quod Palatium Epiſcopi dicta 7 immunitate gaudeat (etiamſi vltra 40. paſſus ab Eccleſia Cathedrali diſtet) in caſu ſaltem, quod Cappellam, ſeu Oratorium (vt regulariter ſolet habere) habeat. Et probatur ex eo; quia ſaltem ratione Oratorij eſt locus ſacer.

Atque ita ex communi ſententia Doctorum (quam, vti dicebam, commendant cum Abbate Couar. & Clarus *in locis ſupra cit.*) docent gl. *in cit. cap. id conſtituimus*, Abb. Archidiaconus, Io. Andreas, Zabarella, Hoſtienſis, Barbat. *conſ. 33. num. 7. lib. 4.* Remigius *de immunit. ampliat. 15.* quos citat, & ſequitur Farinacius *in Append. de immunit. cap. 17. num. 273.* Item & ita docent Ambroſin. *de immunit. Eccleſiæ cap. 10. num. 7.* Anaſtat. Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 3. c. 16. num. 45. & ſeqq.* (qui idem ſentit, etiamſi Epiſcopus duo Palatia habeat, motus ex eo; quia textus *in cit. c. id conſtituimus*, loquitur abſolutè) Azor. *part. 2. lib. 9. cap. 8. quæſt. 5.* Fagundez *præcept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 60.* Perſicus *de offic. ſacerdot. libr. 1. cap. 9. dub. 11. numer. 97.* Mar. Ital. *de immunitat. libr. 1. cap. 4. §. 9. numer. 1. & ſequent.* Acugna *in decretal. Gratiani part. 1. diſtinct. 87. capit. 2. numer. 2.* Correa *relect. de immunit. part. 2. num. 19.* Alzedus *in praxi Epiſc. part. 1. capit. 12. numer. 77.* Peregrin. *capit. 4. numer. 69.* Megalius *in 3. part. libr. 4. cap. 2. q. 1. numer. 36.* Villadieg. *in polit. cap. 3. num. 201.* (qui id extendit ad Oratorum Palatia) Franc. Leo *in Theſ. fori Eccleſ. part. 1. cap. 13. num. 14.* Gambacurt. *de immunit. libr. 4. cap. 3. numer. 7.* Diana *part. 1. tract. 1. reſol. 27.* Giurba *conſ. 10. numer. 13.* Antonius Nouarius *in ſumma Bullarum, titul. de immunit. Eccleſ. numer. 10.*

Bellet. *part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali*, §. 4. *num.* 35. Ciarlinus *controuers. forens. cap.* 116. *n.* 4. Barbosa *de vniuers. iure Ecclesiæ tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 70. Gauantus *in Enchir. Episcop. ver. Immunitas Ecclesiastica.* Io. Domin. Tassonus *in pragmat. de Antifatò ver.* 13. *obseru.* 3. *n.* 31. & consentiunt Decian. & Bonacina *in locis supra cit.*

8 Quinimmò quod gaudeat, etiam in casu, quod Cappellam, seu oratorium non habeat, satis probabiliter probatur ex eo, quia expressè, & sine vlla limitatione in *in cit. id constituimus*, conceditur Palatio Episcopi tale priuilegium: quapropter, vt potè prima, & per se fauorabile, & pium limitandum, & ad Palatia Oratorium, seu Cappellam habentia restringendum non est: tum quia dictum priuilegium non conceditur Palatio Episcopi, quia Palatium Episcopi canonicè deputatum sit diuinis officiis, vt per se patet; neque quia Ecclesiæ adhæreat, tanquam aliquid illius, vt Cœmeterium, Sacristia, atrium, &c. quia sic cæteris domibus etiam competeret: ergo
9 conceditur in reuerentiam, & decorem dignitatis Episcopalis (quæ est suprema dignitas in Ecclesia; quapropter, vti dicebam *cap.* 4. *dubit.* 15. tota familia Episcopi laica, gaudet priuilegio fori) & sic etiam in casu, quod distet ab Ecclesia
10 Cathedrali vltra 40. passus; & etiam in casu, quod Cappellam, seu Oratorium non habeat; quia propter adhuc rationem dictam sacer, religiosus, vel pius locus censetur.

Quod inde confirmatur primò; quia si Cappellam, seu Oratorium habet, conceditur ei tale priuilegium in communi sententia, (vti supra dicebam) sed non ob Capellam; seu Oratorium cùm sit priuatum; ergo solum ob Episcopalem dignitatem; cum sic etiam sacer, religiosus, vel pius locus censeatur.

11 Confirmatur secundò; quia causa immunitatis est primo, & per se fauorabilis non solum ra-
12 tione Ecclesiæ, sed etiam ratione Rei; ergo ex hoc capite etiam non est restringenda, sed potius amplianda; præsertim quod in dubio standum est semper pro Ecclesia, & pro Reo. Vide Riccium *in prax. part.* 2. *resol.* 42. *num.* 2.

Atque ita contra Ambrosinum *loc. supra cit.* & Elisæum Danza *cap.* 2. *de immunit. Eccles. num.* 1. docent Nauar. *cap.* 25. *num.* 18. Tuschus *ver. Ecclesia, concluf.* 9. *num.* 11. & *concl.* 10. *n.* 8. Suar. *tom.* 1. *de relig. cap.* 9. *num.* 9. Farinac. *de carceribus q.* 28. *n.* 38. & *in Append. de immunit. cit. cap.* 17. *num.* 272. vbi citat Archidiaconum. Item ita docet Mar. Italia *n.* 4. & 13. (vbi id extendit ad Palatium Episcopi, vbi reperitur, quando in visitatione per suam Diœcesim transcurrit; quod etiam docent Farinacius *cit. cap.* 17. *num.* 270. & Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 4. etsi non consentiat, & satis probabiliter, saltem de consuetudine, Peregrinus *de immunit. cap.* 4. *num.* 79.) Item ita etiam
13 docent Gambacurta, Diana, Ciarlinius, Giurba, & cæteri ferè omnes Doctores, quos supra citabam.

Vnde patet Responsio ad fundamentum oppositum aduersariorum; nempe quod licet Palatium Episcopi vltra 40. passus ab Ecclesia Cathedrali existat contra debitum ius, non tamen propterea immunitate priuari debeat, si à consuetudine reuera priuatum non sit. vti *suprà* dicebam, quia non quidquid fit contra ius, tollit immuni-
14 tatem à iure concessam. Adde ex Mario Italia *cit.* §. 9. *num.* 1. & Peregrino *cit. cap.* 4. *num.* 78. quod Canones quoad hoc hodie aboleuerint, vt patet in Cœremoniali Romano Clementis VIII. *cap.* 2. vbi supponitur, quod Episcopus habere possit Palatium in loco distanti ab Ecclesia Cathedrali; & meritò; quia Canones illi editi fuerunt in antiquis temporibus, quando clerici habitabant simul cum Episcopo, & ideò præcipiebant, quod Palatium Episcopi non abesset ab Ecclesia maiori; quod hodie, cùm clerici dispersim habitent, locum non habet.

Quapropter ex his facilè reijcitur Curtellius 15
loco supra cit. quatenus Palatium Episcopi, quamuis cappellam habeat, immunitate, si ab Ecclesia Cathedrali vltra 40. passus distans sit, non gaudere, contendit; ex eo, quia *in cit. can.* Episcopus *de consecrat. dist.* 3. *& c. Episcopus* 41. ab ea non distare debere præcipitur. Respondetur enim illud non distare debere, præcipi, non ad finem, vt immunitate gaudeat, tanquam quid Ecclesiæ adhærens vel tanquã quid illius, vt Cœmeterium, Sacristia, atrium, &c. quia sic cæteræ domus etiam gaudent; sed ad alium finem, qui nunc cessauit, vt modò dicebam: quapropter argumentum Curtellij nihil concludit. Quod si cum eodem Cur-
tellio vrgeas, Bullam Gregorij XIV. de locis 16
confugij locutam non fecisse mentionem de Palatio Episcopi; quæ Bulla per nos ius ciuile, & municipale, priuilegia, Doctorum interpretationes, & consuetudines omnes corrigendo, omnia ad vnicam formam reduxit; & sic non esse, cur Palatio Episcopi ab Ecclesia Cathedrali vltra 40. passus distanti, præsertim si capellam non habeat, priuilegium immunitatis tribuatur. Respondetur facilè Bullam dictam, licet mentionem non fecerit de Palatio Episcopi, fecisse tamen mentionem de loco sacro, & religioso, ibi: *Super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesiis, Monasteriis, sacellis, domibus secularibus, & regularibus, locis sacris, vel religiosis, aliàs, quàm &c.* appellatione autem loci sacri, vel religiosi venit, vt pote lo 17
cus pius, Palatium Episcopi etiamsi cappellam non habeat, & multò magis si habeat: quod inde patet; quia pœnæ, & eleemosynæ pro piis operibus relictæ, possunt pro fabrica Palatij Episcopi applicari; sicuti docent Doctores communiter, quos citat, & sequitur Suar. *de relig. tom.* 2. *lib.* 4. 18
cap. 30. *num.* 19.

Cæterùm nomine Palatij Episcopi venit etiam Seminarium annexum, quin & furnus, & quæ- 19
cunque alia domus ipsius Seminarij, vt potè loci pij, in quibus propterea reus immunitate gaudet, etiamsi ad aliquem istorum locorum confugerit per portam aliam ab illa, per quam Seminaristæ Seminarium ingrediuntur; vt rectè notauit Genuensis *in prax. cap.* 22. *num.* 10.

An autem Palatium Episcopi immunitate gaudeat, etiam extra diœcesim Episcopi?

Respondetur negatiuè; quia Episcopus extra suam Diœcesim nullam habet auctoritatem, nec 20
potest Pontificalia exercere: quapropter non videtur, quod tali Palatio Episcopi immunitas competat (si non de iure, propter canones, & rationes supra adductas, quæ generaliter omni Palatio Episcopi immunitatem competere, probare videntur) saltem de consuetudine, etiam post Gregorianam, introducta; quin & fortasse etiam de iure; quia in tali casu Palatium Episcopi, vtpotè locus non pius, non videtur locus

sacer

Digitized by Google

21 facer, & religioſus eſſe. Accedit, quod (vt mox infra dicetur) neque gaudent immunitate nunc Palatia Cardinalium; ergò, &c. Atque ita docent Peregrin. *de immunit. cap.* 4. *num.* 73. Marius Italia *lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *n.* 19. Ciarlinius *controuerſ. forenſ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 10. & Antonius de Marinis *quotidian. reſol. c.* 180. *num.* 12. Quamuis oppoſitum non improbabiliter doceat Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 40.

Ex dictis ſequitur, quod immunitate neque
22 gaudeat Palatium Epiſcopi Titularis, propter eaſdem rationes iam dictas: Atque ita in terminis docet Ciarlinius *loco ſupra cit.* Quamuis & quoad hoc, oppoſitum non improbabiliter etiam doceat Diana *part.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 5. præſertim
23 quia ſacra Immunitatis Congregatio pluries (vt idem Diana *cit. reſol.* 5. refert) decreuit, quod familia laica Epiſcopi Titularis priuilegio fori gaudeat; & nos dicebamus *capite* 4. *dubitat.* 17.

SECTIO XV.

An eodem priuilegio gaudeant Palatia Cardinalium?

SVMMARIVM.

1 *Palatia Cardinalium ſiue in vrbe, ſiue extra Vrbem exiſtant, non de iure, ſed de conſuetudine, gaudent immunitate.*

2 *Conſuetudo propter quam Palatia Cardinalium gaudebant Immunitate, ſublata eſt ex conſtitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. licet nonnulli teneant dictam ſublationem factam fuiſſe tantum pro Vrbe, non autem pro aliis locis.*

Palatia Supremorum Principum, & Oratorum eorum gaudent immunitate ciuili.

3 *Reus ad ſupplicium ductus, ſi caſu ei obuiam factus Cardinalis pileum ſuum imponi ei faciat in ſententia nonnullorum Doctorum liberandus eſt à morte; & mitiori pœna puniendus.*

4 *Limita niſi crimen, ob quod Reus fuiſſet condemnatus eſſet de atrociſſimis, niſi crimen, falſi, læſæ maieſtatis Diuinæ, vel humanæ, proditionis Patriæ, & ſimile.*

5 *Cardinalis, an caſu, vel data opera in Reum ſic ad ſupplicium ductum inciderit, ſtandum eſt eius dicto ſine alio iuramento.*

6 *Cardinalis quod potius extra Vrbem, quam in Vrbe habeat talem facultatem dicendum eſt, & præcipue extra ſtatum Eccleſiaſticum.*

7 *Cardinales Regibus æquiparari debent.*

8 *Cardinales non debent eſſe deterioris conditionis ac erant olim apud Romanos flamines, Dialis, & Virgines veſtales, ob quas ſontes non plectebantur.*

9 *Rationes Curtelli in oppoſitum diluuntur.*

10 *Conſuetudo poteſt etiam introduci contra Bullam Gregorianam de immunitate, maxime ſi ſit in fauorem immunitatis & conſentientibus Principibus ſecularibus.*

11 *Palatia Cardinalium etiam in Vrbe annexa Eccleſiis ſuorum titulorum gaudent de iure Eccleſiaſtica immunitate in ſententia Auctoris.*

12 *Cardinales in fauoribus, & gratiis Epiſcopis comparantur.*

13 *Cardinalis ob offenſam indicitur Ciuitati ſedis Epiſcopalis amiſſio, & comparantur Pontifici.*

14 *Palatia Legatorum Pontificis apud Imperatorem & Reges gaudent immunitate Eccleſiaſtica ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine.*

REſpondetur, quod eodem priuilegio etiam 1
gaudeant Palatia Cardinalium, ſiue in Vrbe ſiue extra Vrbem exiſtant; non quidem de iure (cùm nuſquam id ſtatutum reperiatur) ſed de conſuetudine rationabiliter introducta, ex eo, quia ſi gaudet Palatium Epiſcopi, multò magis videtur, gaudere debere Palatia Cardinalium, præſertim ſi Cappellam, ſeu Oratorium habeant Nauarr. *c.* 25. *n.* 18. *in fin.* Tuſch. *ver. Eccleſia concl.* 9. *num.* 12. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *n.* 15. *in fin.* Clarus *pract. crim.* §. *fin. q.* 30. *ver. item adde.* Sanchez *in opuſc. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 7. *num.* 2. Iacobatius *de conciliis lib.* 1. *fol.* 38. *col.* 1. *lit. A.* Cucchus *in inſtit. can. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 91. Manfredus *tit. de Cardinal. deciſ* 147. & *cap.* 8. *priuileg.* 14. Barboſ. *de iure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 80. & Mar. Ital. *de immunit. Eccleſiæ lib.* 1. *c.* 4. §. 9. *n.* 22.

At modò talis conſuetudo (ſi quando viguit) 2
conſtitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. ſublata eſt (vti teſtatur Farinacius *de carcerib. q.* 28. *n.* 48. & *in Append. de immunit. cap.* 17. *num.* 274. Duardus *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *q.* 16. *num.* 12. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 5. Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num.* 2. & Zechius *de Republ. Chriſt. tit.* 3. *de Card. n.* 9. *priuileg.* 9.) forſan per abuſus qui ex illa naſcebantur. Quamuis Marius Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 4. §. 9. *n.* 22. & 23. Peregrin. *cap.* 4. *n.* 75. *in fin.* Diana *part.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 37. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 71. & Antonius de Marinis *quotidian. reſol. c.* 180. *n.* 12. non improbabiliter ſentiant, quod dicta ſublatio facta ſit pro Vrbe tantum, non item pro aliis locis, præſertim extra ſtatum Eccleſiaſticum exiſtentibus.

Hinc ſequitur, quod immunitate nequè gaudeant Palatia oratorum ſupremorum Principum; quia hæc non ſunt loca ſacra; tum quia immunitas Eccleſiaſtica huiuſmodi Palatiis nullibi conceſſa reperitur; quamuis extra Vrbem gaudere videantur immunitate ciuili ob reuerentiam ſupremi Principis, cuius perſonam repræſentant; ex violatione tamen iſtius immunitatis ciuilis cenſura non incurritur; quia cenſura impoſita eſt ob violationem immunitatis loci ſacri. Vide Nauarrum *cap.* 25. *n.* 18. & Sanchez *tom.* 2. *conſil. moral. lib.* 6. *c.* 1. *dubit.* 7. qui ſupponunt, Palatia Regum, & Imperatoris, cæterorumque ſupremorum Principum immunitate ciuili gaudere, non ſic domus Magnatum inferiorum. Vide etiam, quæ dicentur *infrà ſect.* 17.

Cæterum. Non deſunt Doctores, qui ſentiant, 3
quod ſi Reo, qui ad ſupplicium ducitur, Cardinalis obuiam factus, pileum ſuum imponi ei faciat, à morte Reus liberandus ſit; Atque ita docent Baldus *in l. addictos, Cod. de appell.* & communiter iuriſtæ, quos affert Clarus *in pract. crim. lib.* 5. §. *fin. q.* 98. *num.* 5. (quamuis ipſe) ſi caſus contingat, ſentiat, quod poſſit pœna mortis mitigari, & reus ad triremes tranſmitti; & hoc, niſi 4
crimen, ob quod ille fuiſſet condemnatus, ſit de atrociſſimis, vt crimen falſi, læſæ Maieſtatis diuinæ, vel humanæ, proditionis patriæ, & ſimile)

Digitized by Google

Item ita docent Decianus *tom. 2. lib. 7. cap. 37. n. 27.* Lancellotus *in Templo Iud. lib. 2. cap. 2. de Cardinal. §. 3. n. 30.* Anaſtaſ. Germonius *lib. 3. cap. 6. n. 52.* (quamuis ipſe hanc ſententiam teneat, quando Cardinalis caſu, non autem data opera in reum incidit, cui ſine iuramento in hac re credendum eſſe ait) Item ita docent Villadieg. *tract. de Cardinal. lib. q 13. num. 64.* Lorichius *in Theſaur. ver. Cardinales, §. 7.* Cucchus *inſtit. Can. lib. 2. tit. 4. num. 85.* Zechius *de Republ. Chriſtiana tit. 3. de Cardinal. lib. n. 9. privileg. 7.* Barboſ. *de iure Eccleſ. lib. 1. c. 4. n. 61.* Danza *in pugna Doctorum de qualitate officialium cap. 1. n. 16.* & Albanus *de Cardinal. q. 47.* Contra Farinacium *in fragm. crimin. part. 1. num. 631.* Corſettum *ver. Cardinalis.* & Barbatiam *tract. de Cardinal. quæſt. 9. n. 1. & ſeqq.*

Quod (ſicut & illud, quod Mar. Italia, Peregrinus, Diana, Barboſa, & Antonius de Marinis dicunt de Palatiis Cardinalium, gaudere ſcilicet iſta immunitate etiam nunc, extra Vrbem tamen, & præcipuè extra ſtatum Eccleſiaſticum) verum arbitror ob rationem *ſupra* dictam, vbi tale priuilegium Cardinalium (qui teſte Claro *loc. ſupra cit.* Regibus æquiparantur) conſuetudine obſeruari; reperitur; præſertim, quia valde, rationabile videtur; cùm non debeant Cardinales eſſe deterioris conditionis, ac erant olim apud Romanos Flamines, diales & virgines Veſtales, quarum auctoritas tanta erat, quod ſi quis ad vapulandum traheretur, & ſupplex ad Flaminem procumberet non vapularet, authore Gellio *lib. 10. cap. 15.* vel ſi quis ad capitale ſupplicium duceretur, & caſu tranſiſſet aliqua virgo Veſtalis, non necaretur.

Obiicies ex Curtellio *cit. q. 27. n. 19.* Bulla Gregorij XIV. ius commune, & municipale, priuilegia, Doctorum interpretationes, & conſuetudines omnes corrigendo, omnia per nos reduxit ad vnicam formam, ergo non eſt, cur etiam per nos. locum habeat nunc talis conſuetudo.

Reſpondetur: Diſtinguo antecedens: omnia reduxit ad vnicam formam, ita vt contra dictam Bullam non poſſit introduci conſuetudo in contrarium, ſaltem in fauorem immunitatis, & maximè conſentientibus Principibus ſecularibus, nego; ità vt poſſit, & concedo. Vide quæ dicebantur *dubit. 6.*

Cæterum arbitror, quod Palatia Cardinalium (etiam in Vrbe) de iure, *ex c. Epiſcopus de conſecrat. diſt. 3. & ex c. Epiſcopus diſt. 41.* immunitate gaudeant; & huic iuri cit. Conſtitutio Gregorij XIII. & cit. Conſtitutio Sixti V. non præiudicet, ſi Palatia ipſorum adhæreant Eccleſiis ſuorum titulorum. & ſuæ dignitatis (ad eum modum, quo dicebam *ſect. praced. de Palatiis Epiſcoporum*) quia in ordine ad has Eccleſias Cardinales habent iuriſdictionem; ac ſe habent tanquam Epiſcopi; & ex alio *cap.* Cardinales in fauoribus, & gratiis Epiſcopis comparantur; *cap. felicis* ad finalia verba de pœnis, vbi ciuitati ſedis Epiſcopalis amiſſio ob Cardinalis offenſam indicitur; & vbi Pontifex ſibi illos comparat. Vide Barboſam *de vniu. iur. Eccleſ. tom. 2. c. 3. n. 71.* Curtellium *de immun. Eccleſ. lib. 1. q. 37.* & Gambacurtam *lib. 5. cap. 4. n. 5. & lib. 4. c. 5.* qui ſubdunt quod & immunitate gaudeant Palatia Legatorum Pontificis apud Imperatorem, & Reges; ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine, etiam poſt Gregorianam, rationabiliter introducta; cùm perſonam ſummi Pontificis repræſentent.

SECTIO XVI.

An eodem priuilegio gaudeat Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ?

SVMMARIVM.

1 *Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ gaudet immunitatis priuilegio; ſi actu illam habeat & ſacerdos illam portans incidat per Plateam.*

2 *Confugiens ad cœtum fidelium comitantem Sanctiſſimum delatum ad infirmos, ſeu proceſſionaliter, licet non tangat haſtam Baldachini, gaudet immunitate non de iure, ſed de conſuetudine.*

3 *Comitantes ſanctiſſimam Euchariſtiam ſunt tanquam Eccleſia animata.*

4 *Immunitatis extenſio ad Comitantes Sanctiſſimum eſt valde pia, & probabilis; cum corpus Chriſti ſit longe dignius, quin immo ratio & fundamentum, cur immunitas locis ſacris, ac Religioſis concedatur.*

5 *Priuilegium ad non expreſſa per conſequentiam trahi non debet.*
Communicans, & intra os habens Euchariſtiam non gaudet immunitate.

6 *Priuilegium extendi poteſt vltra caſum expreſſum ex voluntate priuilegiantis rationabiliter præſumpta præſertim Principibus ſecularibus conſentientibus.*

7 *Confugiens ad ſacerdotem deferentem Euchariſtiam eumque tangens, vel intra domum infirmi, vbi eſt Euchariſtia, vel Comitantibus ſe immiſcens, gaudet immunitate.*

8 *Præſentia Sanctiſſimi ſub ſpeciebus ſacramentalibus videtur facere locum ſacrum, & Religioſum.*

9 *Vbi eſt Papa ibi eſt Roma, ſeu Curia Romana.*

10 *In locis refugij per Bullam Gregorianam aſſignatis, quia ſumus in fauorabilibus, licet arguere ex paritate, vel maioritate rationis.*

11 *Confugiens ad ſacerdotem deferentem oleum ſanctum ad infirmos eumque tangens non gaudet immunitate.*

12 *Oleum ſanctum non ſalum non eſt Sacramentum ſimpliciter; ſed tantum materia Sacramenti.*

13 *Sacramentum extremæ vnctionis conſiſtit tantum in actuali vnctione infirmi cum actuali prolatione formæ verborum.*

14 *Confugiens ad ſanctorum Imagines, vel reliquias quæ per plateas proceſſionaliter deferuntur non gaudet immunitate.*

15 *Sacerdos indutus coſta & ſtola ante crucem ad efferendum Defunctum non poteſt capi ſaltem de conſuetudine à ſatellitibus.*

16 *Reuerentia eadem, quæ competit Eccleſiæ, quæ Domus Dei eſt, videtur multo magis competere ſacerdoti.*

17 *Amplia multò magis procedere ſi ſacerdos coſta & ſtola indutus deferat oleum ſanctum, vel Euchariſtiam ad infirmos.*

18 *Sacerdos ita captus interrogatus ab Epiſcopo de aliquo delicto, non tenetur reſpondere; ſed*

ſed debet allegare nullitatem captura, vtpote non legitime capta.

1 REſpondetur, quod eodem priuilegio etiam gaudeat tabernaculum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, ſi actu illam habeat; quin & ſacerdos illam portans (etiamſi non ſit in cubiculo infirmi, ſed per plateam; & etiamſi reus ad eum confu-
2 giens, neque ſacerdotem, neque haſtam baldachini tangat) & corona hominum (cùm ſit veluti Eccleſia quædam animata) quæ ſacerdotem, qui illam portat, comitatur (ita vt qui confugit ad vnum iſtorum, ſeu inter iſtos Euchariſtiæ Sacramentum comitantes ſe intermiſcet, ſecurus ſit tanquam ſi ad Eccleſiam confugiſſet) non quidē de iure, cùm nuſquam etiam id ſtatutum reperiatur, ſed de conſuetudine piè, & meritò, etiam poſt Gregorianam, introducta; ex eo, quia ſi Eccleſia gaudet tali priuilegio ob reuerentiam Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in ipſa exiſtentis, multò magis gaudere debet tabernaculum Euchariſtiæ, ſi actu illam habeat; quin & ſacerdos, qui il-
3 lam portat; & corona hominum, quæ ſacerdotem, qui illā portat, tāquam Eccleſia quædam animata, comitatur. Quapropter conſuetudo hic ſpectanda eſt, & ſecundùm illam caſus decidendus; præ-
4 ſertim, cum in fauorem immunitatis inclinat; quia talis extenſio valde pia, & rationabilis eſt, cùm corpus Chriſti ſit longe dignius quocunque loco ſacro, & religioſo; quin tale, cui nulla res præferri debet, *c. multi, quæſt. 5. diſt.* & ratio, & fundamentum, cur immunitas locis ſacris & religioſis concedatur, vti ſuprà dicebam Quamuis nonnulli cum *gl. in cap. quæſitum*, 13. *q. 2.* (ex eo, quod de hoc nihil in iure expreſſum
5 reperiatur; *& priuilegium ad non expreſſa per conſequentiam trahi non debeat*) contrarium doceant; & Couar. *var. reſol. lib. 2. cap. 20. num. 6.* dubius maneat. His adde, quod communicans, & intra os habens Euchariſtiam non gaudet immunitate ex communi ſententia Doctorum, teſte Farinacio in loco mox *infra* citando, *num.* 276. ergo multò minus gaudebit confugiens ad ſacerdotem Euchariſtiæ Sacramentum deferentem, vel ad alium illud in vaſe, vel in alio loco retinentem.

6 Contrarium tamen iuxta iam dicta mihi magis placet vt ſcilicet reus in tali caſu ab Eccleſia defendatur, ſi ſic fieri, ſit conſuetudo, quam ſaltem vtpotè immunitati fauorabilem, poſſe, etiam poſt Gregorianam introduci, *ſupra* dicebam. Quapropter ad gloſſ. Reſpondeo cum Abbate in loco *infra cit.* quod priuilegium extendi poſſit vltra caſum expreſſum, ex voluntate priuilegiantis rationabiliter præſumpta, præſertim Principibus ſæcularibus conſentientibus. Et ad illud, quod dicitur de communicante Reſpondetur diſparitatem eſſe, quia tunc Euchariſtia non ſe habet per modum venerationis, ſed per modum ſacramenti ſumpti. Vide Archidiaconum *in cit. cap. quæſitum.* Abb. *in cap. ſanè, numer. 2. de celebrat. Miſſar.* Marth. *de iuriſdict. p. 2. cap. 50. in fin.* Clar. *§. fin. quæſt. 98. num. 2.* Sà *ver. Eccleſia immunitas num. 1.* Marium Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 4. §. 10. num. 8.* Peregrinum *cap. 4. num. 19.* Dianam *part. 1. tract. 1. reſol. 28.* Tuſchum *ver. Eccleſia, concl. 10. num. 33.* Suar. *1. tom. de relig. lib. 3. cap. 9. num. 10.* Couarr. *cit. cap. 20. numer. 6.* Farinacium *de Carcerib. quæſt. 28. num. 11. & in append. de immunit. cap. 17. num. 275.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacr. immunit. lib. 3. cap. 26. n. 51.* & Petr. Gregor. *Syntag. iuris lib. 33. cap. 21. num. 14.*

Aduerte tamen, quod, Reus in dicto caſu im- 7
munitate gaudeat ſimpliciter docent, & ſatis probabiliter Silu. *ver. immunitas 3. num. 1.* Angel. *eodem verb. q. 28.* Miranda *de ordine Iud. tom. 1. q. 15. art. 5. concl. 2.* Nauarr. *cap. 25. num. 10.* Tanner *in 2. 2. diſp. 5. quæſt. 8. dub. 1. num. 14.* Graff. *in deciſ. part 2. lib. 1. cap. 1. num. 32.* Rodriguez *in Sum. tom. 1. cap. 155. n. 1.* Raphael. de la Torre *tom. 2. in 2. 2. quæſt. 99. art. 3. diſp. 7.* Megalius *in 3. part. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. num. 38.* Petr. de Cenedo *in qq. Canon. q. 42. num. 13.* Ambroſin. *de immunit. cap. 10. num. 9.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 1. quæſt. 28.* Barboſa *de iure Eccleſ. tom. 2. cap. 3. num. 69.* Bacconus *in 4. diſt. 12. art. 1.* Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num. 2.* Gambacurt. *de immunit. lib. 4. cap. 6. num. 4.* Ioan. de Heuia *in Curia Philipp. p. 3. §. 12. num. 8.* Ceuallos *in tract. de cognitione per viam violent. part. 2. quæſt. 42.* & alij multi, quos citat Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 86.* & in gl. lit. S. contra gloſſ. *in cit. cap. quæſitum. 13. quæſt. 2.* tum propter reuerentiam tanti Sacramenti, tum quia illud dignius eſt quocumque templo, Baſilica, vel Eccleſia, ſicuti ſuprà dicebam; 8
tum quia præſentia Sanctiſſimi ſub Speciebus Sacramentalibus videtur facere locum ſacrum, & religioſum: nam ſi vbi eſt Papa, ibi eſt Roma, ſeu 9
Curia Romana, non eſt, cur vbi eſt præſentia Sanctiſſimi ſub ſpeciebus Sacramentalibus, ibi nō ſit locus ſacer, & religioſus; cui immunitatem conuenire patet ex iuribus, & nouiſſimè ex Gregoriana.

Accedit, inquiunt ipſi; quod licet in caſibus exceptis non liceat argui ex iis ad alios caſus ex paritate, vel maioritate rationis, liceat tamen in 10
locis refugij per Bullam Gregorianam aſſignatis, argui ex iis ad alia loca ex paritate, vel maioritate rationis; ex eo, quia in priori caſu ſumus in odioſis, & vbi exceptio fit per particulam *tantum*; in poſteriori autem ſumus in fauorabilibus, & vbi deſignatio locorum refugij fit ſine particula, *tantum.*

Aduerte ſecundò, quod è contra, ſi reus con- 11
fugiens ad ſacerdotem, qui Oleum ſanctum ad infirmos portat, eum tangat, & quantumuis tangat; immunitate non gaudeat, ex communi docet Gambacurta *lib. 4. cap. 6.* & Riccius *part. 3. deciſ. 88. num. 5.* & meritò; quia iura loquuntur tantum de Eccleſiis, & cœmeteriis, Doctores autem tantum de Sacerdote, qui Euchariſtiam portat. Confirmatur, quia oleum ſanctum non ſo- 12
lum non eſt Sacramentum ità dignum, vt eſt Sacramentum Euchariſtiæ (continens in ſe gratiam & auctorem omnis gratiæ) ſed nec etiam eſt Sacramentum ſimpliciter, ſed tantum materia Sacramenti, & tantum quid Sacramentale; cum Extremæ vnctionis Sacramentum conſiſtat tantum 13
in actuali vnctione infirmi cum actuali prolatione formæ verborum. Vnde multò minus gaudebit reus immunitate, ſi confugiat ad ſolum ipſum 14
ſacerdotem, quin Epiſcopum eum apprehendendo, vel ad Sanctorum imagines, & Reliquias, quæ per plateas proceſſionaliter circumportantur.

Quamuis contrarium, ſcilicet ex conſuetudine; etiam poſt Gregorianam, introducta; vel etiam

etiam de iure, desumpto argumento à paritate, vel maioritate rationis) satis piè doceat Ludouicus Correa.*in select. ad cap.inter alia, de immunit. Eccles.part. 2.num.* 25. Vide etiam Locatellium *in Breuiario de tonsura, suspect. 5. num.* 164. vbi non improbabiliter subdit; quod sacerdos cotta & stola indutus (extra Ecclesiam, præcedente
15 cruce ad efferendum defunctum v. g. tendens) non possit de licentia Episcopi à satellitibus capi; itaque coram Eminentissimo Vicario Vrbis anno 1614. decisum fuisse testatur. Et ratio esse po-
16 test; quia eadem reuerentia, quæ debetur Ecclesiæ (quæ domus Dei est) videtur multò magis competere ipsi Sacerdoti; (qui viuum templum est.ad Corinth. 1.*cap.* 3. & tradit Victoria *de potest. Eccles. q.* 1.) saltem pro ipsomet Sacerdote, dum in habitu Sacerdotali diuina ministrando, & Ecclesiastica officia exequendo Christum Domi-
17 num repræsentat; eiusque vices gerit. Quod multò magis procedit, si sacerdos cotta, & stola indutus deferat Sacramentum extremæ vnctionis, vel Eucharistiæ ad infirmum. Quapropter in his
18 casibus interrogatus sacerdos ab Episcopo de aliquo delicto, propter quod captus fuerat, non tenetur ad mentem illius respondere, sed potest vtpotè illegitimè captus, capturæ nullitatem obijcere.

SECTIO XVII.

An eodem priuilegio gaudeant statuæ Principis? Vbi etiam de eius Palatio.

SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad statuas Principis gaudet priuilegio immunitatis.*
2 *Immunitas, qua gaudent Confugientes ad statuas Principis non est sacra; sed politica, quia nec est à Pontifice, nec ob reuerentiam Diuini cultus.*
3 *Immunitas à statuis Principum hodie sublata est propter abusus, qui sequebantur.*
4 *Palatia supremorum Principum, & Oratorum eorum gaudent immunitate ciuili.*

1 REspondetur, quod eodem priuilegio etiam gaudeant statuæ Principis, ad quas similiter si quis confugit, securus sit, ac si ad Ecclesiam confugisset. Atque ita expressè statuitur *in l.vnic. Cod.de his, qui ad statuas confugiunt. & in l.*1.*Cod. de his, qui ad Ecclesias confugiunt. & in l. capit. alium, §. ad statuas, ff. de pœnis.* & docent Hostiensis, Anchar. Ioan. Andreas *in cap. Ecclesiæ, de immunit. Eccles.* & Petr. Gregor. loco *supra cit. num.* 11. *&* 12. Vide etiam Tuschum *ver. Ecclesia, concl.* 9. *num.* 4. Decianum *tract. crimin.lib.* 6. *cap.* 2 *num.*5. & Farinacium *de carcerib. quæst.* 18. *num* 49. & *in append. de immu-*
2 *nit. cap.* 17. *num.* 278. Verùm hæc immunitas, quamuis vigeat, sacra non est, sed politica; quia non est introducta à Pontifice, nec in reuerentiam diuini cultus, sed in honorem humani Principis; quapropter, si violetur, non incurritur censura. Adde, quod modò consuetudine talis
3 immunitas sublata sit, propter abusus, qui inde exoriebantur, teste Tuscho, Deciano, & Farinacio in locis *supra cit.* Cæterum, quid dicendum sit de Palatiis Regum, Imperatoris, aliorumque supremorum Principum, item de Palatiis Oratorum eorum, & de domibus Magnarum inferiorum patet ex dictis *supra*, & ex iis, quæ dicebantur *sect.* 15. *num.* 2. 4

DVBITATIO X.

An, & quis veniat nomine confugientis ad Ecclesiam, ita vt illius immunitate gaudeat?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Confugientis nomine ad Ecclesiam venit quilibet homo, sive mas, sive fœmina, sive liber, sive seruus, sive nobilis, sive ignobilis.*
2 *Ecclesia ad exemplum Dei, non est acceptatrix Personarum.*
3 *Vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
4 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

RESPONDETVR, venire quemcunque, 1
siue sit mas, siue fœmina; siue liber, siue seruus; siue nobilis; siue ignobilis, &c. Atque ita constat ex cap. inter alia *de immunit. Ecclesiæ, c. fratr. c. minor. c.definitur, c. id constituimus, & c.si quis contumax,* 17. *q.* 4. & nouissimè ex Gregoriana, & ex cõmuni docet Gutierez *pract. qq.ciuil.lib.*3.*q.*1.*n.*7. Et probatur, quia Ecclesia ad 2
exemplum Dei non est acceptatrix personarum; & qualitas maris, vel fœminæ, libertatis, vel seruitutis, &c. per accidens se habet; tum quia prædicta iura absolutè, & sine distinctione loquuntur, vbi autẽ ius non distinguit, nec nos distinguere debe- 3
mus; & propositio indistinctè prolata æquiualet vniuersali. *l.*1. *ff. de legat præst. & cap. solita de maiorit. & obed.* tum quia in Gregoriana solum excipiuntur quidam casus, de quibus infrà; Et exceptio 4
firmat regulam in casibus non exceptis, *c. Dominus* 32.*q.*7.*l.nam quod liquida, §. fin. ff. de penu leg. & l. Tribunus, §. vlt. ff. de militar. testam.*

SECTIO II.

An Ecclesiæ immunitate gaudeat suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si ad ipsam confugiat, gaudet Ecclesiastica immunitate, licet denuntiatus.*
2 *Suspensus vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ cẽsetur esse priuatus ab ingressu formali hoc est ad audiẽda diuina officia; nõ autẽ ab ingressu materiali, sc. vt gaudeat illius immunitate.*
3 *Interdicti censura, vt odiosa, non habet alios effectus, præter expressos in iure.*
4 *Suspensus, aut interdictus ab ingressu Ecclesiæ*

si

si ob vitandam grauem pœnam confugiat ad illam tempore diuinorum officiorum non censetur delinquere contra censuram.

5 *Ecclesia interdicta non caret priuilegio immunitatis.*

6 *Ecclesia defendendo indignum tanto maiorem pietatem ostendit; quia non tantùm attendit ad censuram incursam, quam ad delinquentis fragilitatem, & loci sanctitatem.*

7 *Auctoritas Felini non probatur.*

8 *Suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ licet priuetur sepultura Ecclesiastica, non tamen priuatur immunitate quia in pœnis non valet illatio de casu ad casum.*

1 REsponderur, quod si ad Ecclesiam confugiat, immunitate Ecclesiæ gaudeat suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, quamuis denunciatus; quia nullus textus eum excludit ab hoc communi priuilegio fidelium.

2 Confirmatur, quia suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, quamuis denunciatus, licet priuetur ab ingressu Ecclesiæ formali, scilicet ab ingressu Ecclesiæ in ordine ad audienda diuina officia, non tamen priuatur ab ingressu Ecclesiæ materiali, scilicet vt gaudeat illius immunitate; cùm interdicti censura, vt potè odiosa, non habeat alios effectus, nisi qui iure expressi sunt, & hic expressus non reperiatur, scilicet quod priuet personam suspensam, vel interdictam Ecclesiæ immunitate.

4 Confirmatur secundò, quia qui ob vitandam grauem pœnam ad Ecclesiam, etiam tempore diuinorum officiorum, confugit, non delinquit contra censuram interdicti, cùm necessitate compulsus eo confugiat; & censura interdicti, vtpotè de iure positiuo, non obliget cum tanto incommodo.

5 Confirmatur tertiò, quia Ecclesia interdicta non caret priuilegio immunitatis, ob interdictum locale, sicuti *dubit. 9. sect. 4.* dicebam, ergo neque persona interdicto priuatur fauore immunitatis localis, ob interdictum personale.

6 Neque obstat, talem indignum esse, vt hoc Ecclesiæ beneficio fruatur; quia tantò maiorem pietatem Ecclesia ostendit, si illum defendat; præsertim quia illum defendendo, non tam attendit ad delictum, & censuram incursam, quàm ad eius, qui deliquit, fragilitatem, & loci sanctitatem.

Atque ita ex communi docent Silu. *verb. immunitas, 3. quæst. 3.* Nauar. *capit. 25. numer. 19.* Tuschus *verb. Ecclesia, conclus. 10. numer. 26.* Couar. *2. var. cap. 20. numer. 11.* Clarus *lib. 5. §. fin. quæst. 30. numer. 18.* Azor *1. part. lib. 9. cap. 9.* Decian. *tractat. crimin. libr. 6. capit. 26. numer. 3.* Farinacius *in append. de immunit. cap. 1. numer. 44. & de carcerib. quæst. 28. numer. 39. & 40.* Suarez *tom. 1. de relig. libr. 3. capit. 10. numer. 4.* Peregrinus *de immunit. cap. 12. num. 2.* Gambacurta *libr. 4. cap. 10. numer. 4.* Filliucius *tractat. 15. cap. 6. quæst. 8.* Mar. Italia *lib. 1. cap. 2. §. vnic.* Germonius *libr. 3. cap. 16. numer. 27. & sequentib.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 8. num. 12.* Layman *libr. 4. tractat. 9. cap. 3. num. 10.* Bonacin. *disput. 3. quæst. 7. §. 3. num. 8.* & alij passim; quidquid in contrarium senserint Felin. *in cap. à nobis de exception. num. 5.* Summa Confessorum, *tit. de immunit. Eccles. q. 5.* & alij apud Farinacium *cit. cap. 2. num. 45. & 78.*

Obiicies, suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, Ecclesiam ingrediens, delinquit aduersus prohibitionem eius, cuius aditus est ipsi interdictus, ergo frustra implorat auxilium Ecclesiæ; Ita Felinus *loco suprà cit.* & adducit textum 7 *in cap. quia frustra de vsur.*

Respondetur, nego antecedens; quia (vt dicebatur) censura suspensionis, vel interdicti non priuat ab ingressu Ecclesiæ materialis, sed formalis tantum, scilicet ab ingressu in ordine ad audienda diuina officia: & sic non facit pro Felino textus, quem adducit; cùm suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ, non delinquat contra Ecclesiam, ingrediendo Ecclesiam materialem, nempè ad saluandam solum personam, & non ad audienda diuina officia.

Instabis, suspensus, vel interdictus ab ingressu Ecclesiæ denuntiatus priuatur sepultura Ecclesiæ, ergo & priuatur immunitate eiusdem.

Respondetur, concedo antecedens: at nego 8 consequentiam; quia in pœnis (præsertim in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ, quæ est quam maximè fauorabilis) non valet illatio de casu ad casum, etiam à maioritate, nedum à paritate rationis, sicuti diffusè dicetur *infrà dubit. 24. sect. 3.*

SECTIO III.

An gaudeat excommunicatus?

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus licet denunciatus, vel non toleratus gaudet Ecclesiastica immunitate.*

2 *Clericus excommunicatus non perdit priuilegium fori, vel canonis, nec excommunicatus immunitatem.*

3 *Ecclesia interdicta non perdit priuilegium immunitatis.*

4 *Excommunicatus licet sit excluſus ab Ecclesia formali hoc est à fidelium communione, non tamen est excluſus à materiali ob immunitatem.*

5 *Excommunicatus non defenditur ab Ecclesia ratione delicti, sed ratione priuilegij immunitatis Ecclesiæ ipsi competentis.*

REsponderur, quod gaudeat etiam excommu- 1 nicatus, quamuis denunciatus, vel non toleratus, ob easdem rationes, modò suprà dictas.

Confirmatur; quia clericus excommunicatus 2 non perdit priuilegium fori, vel Canonis, ergo nec laicus excommunicatus perdet hanc immunitatem. Confirmatur secundò; quia Ecclesia in- 3 terdicta (vt dicebatur *cit. dub. 9. sect. 4.*) non perdit priuilegium immunitatis, ergo nec perdet illud homo excommunicatus.

Atque ita ex communi etiam docent Silu. *ver. immunitas, 3. quæst. 3.* Angelus *eod. ver. num. 11.* Rosella etiam eodem *ver. immunitas, 2. n. 7.* Armilla *eod. ver. num. 7.* Nauar. *cap. 25. n. 20.* Alter. *de cens. tom. 1. lib. 2. cap. 6. col. 3.* Fagundez *de præceptis Ecclesiæ, prec. 2. lib. 4. cap. 4. num. 50.* Ioan. de la

Cruz

Digitized by Google

Cruz *part.* 1. *precept.* 8. *q.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 2. Chartarius *decis. crimin.* 59. *num.* 17. Lezana *ver. immunitas, num.* 5. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *ref.* 34. & alij Doctores *precedenti sect. num.* 6. citati contra Felinum, & Summam Confessorum *vbi supra.*

4 Obiicies, excommunicatus est excluſus ab Ecclesia,& fidelium participatione, ergo & excluſus erit à priuilegio immunitatis.

Respondetur, concedo antecedens, si scilicet intelligatur (vt supra dicebam) de excluſione ab Ecclesia formali: at nego consequentiam; quia (vt etiam supra dicebam) in pœnis (præsertim si fit in præiudicium Ecclesiasticæ immunitatis,quæ est quam maximè fauorabilis) non valet illatio de casu in casum,etiam à maioritate, nedum à paritate rationis.

Instabis,excommunicatus est rebellis Ecclesiæ, ergo non est, cur ab illa defendatur.

5 Respondetur similiter,concedo antecedens: at distinguo consequens: non est, cur ab illa defendatur; si attendamus personam, & delictum, concedo: si attendamus Ecclesiæ pietatem (quæ in hoc magis relucet) & loci sanctitatem, nego. Vide, quæ dicentur *infrà dubit.* 22. *& dubit.* 24. *sect.* 21.

SECTIO IV.

An gaudeat hæreticus? Vbi etiam agitur de gentili.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus in aliis criminibus præter hæresim,qua est casus exceptus,gaudet Ecclesiastica immunitate.*

2 *Lex priuans Hæreticum immunitate Ecclesiastica intelligi debet formaliter quatenus hæreticus est, non autem quatenus Homicida est.*

3 *Opinio, quod hæreticus in aliis criminibus gaudeat immunitate est saltem probabilis vt concedunt etiam multi ex aduersariis.*

4 *Quando duæ opiniones sunt probabiles, illa amplecti debet qua fauet Ecclesia.*

5 *Vbi crimen non est exceptum, non habemus fundamentum, vt excipiamus personam.*

6 *Hæreticus si sit reconciliatus Ecclesiæ, absque dubio gaudet Ecclesia immunitate,quia licet fuerit, de præsenti tamen hæreticus non est. Idem dic cum Diana de Schismaticis, Apostatis, Hæreticorum fautoribus, & cæteris, si non sint cum errore intellectus.*

7 *Iudæus, Saracenus, & quicumque alius gentilis confugiens ad Ecclesiam gaudet Ecclesiastica immunitate, siue confugiat ex delicto non excepto,siue ex debito ciuili.*

8 *Priuilegium immunitatis indistincte conceditur omnibus, estque non tam personale,quam locale, conceditur n. personis non ratione personæ sed ratione loci, qui sacer, & sanctus est.*

9 *Priuilegium loco concessum extenditur ad omnes ibi existentes.*

10 *Priuilegium immunitatis est fauorabile,& ideo late interpretandum.*

11 *Opinio in contrarium, quod si infideles contra fideles flagitia commiserint non gaudeant immunitate est satis probabilis.*

12 *In lege veteri constituta erant ciuitates refugij pro Iudæis,& fratribus eorum non autem pro gentibus.*

13 *Salomonis templum Alienigenis ingredi, vel limine tenus attingere non licebat.*

14 *In sacra scriptura pro aduenis,& Peregrinis intelliguntur qui eumdem Deum, eademque præcepta, cæremonias, & sacrificia colebant.*

15 *Proselyti hi vocabantur,qui vt iure ciuitatis fruerentur, vel promissionum participes fierent, circumcidebantur,ac legi se subiiciebant.*

16 *Infideles qui non sunt ex circumcisione ex lege veteri non gaudebant refugio.*

17 *Lex Moysis quoad hæc confugij loca cum cæteris moralibus præceptis ad nos translata non fuit; atque ideo nunc abrogata est.*

18 *Infideles mirum non est, si (cum simus in tempore gratiæ) alliciantur per aliquod priuilegium, ad conuersionem.*

19 *Textus in l.* 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt excludens gentiles à priuilegio immunitatis non est obseruandus,cum sit de iure ciuili & Pontificio iuri contrarius.*

20 *Par non est, quod ab Ecclesia defendatur is,qui eius gremio, tutelæ, ac fidei se committere prorsus non vult.*

21 *Canones statuentes immunitatem reis, videntur loqui secundum materiam subiectam, de personis sc. sub iurisdictione Ecclesiæ constitutis.*

22 *Ecclesia de his, qui foris sunt, non curat.*

23 *Priuilegium immunitatis licet vt fauorabile sit late interpretandum, non tamen plus est extendendum quam in terminis habilibus, & iuxta capacitatem subiectorum.*

24 *Declaratio S. Congregationis quod infidelis gaudeat immunitate vltra quod de ipsa non constat authentice, intelligi debet de infideli volenti conuerti.*

25 *Iudæus, Saracenus, & quicumque alius infidelis gaudet immunitate volens conuerti,& baptizari, secus non gaudet.*

26 *Par est quod Ecclesia tueatur eos,qui ipsi inseruire volunt.*

27 *Textus in cit. l.* 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt,excludit ab immunitate eos, qui simulate se conuertunt non eos,qui vere fidem Christi amplectuntur.*

28 *Ius canonicum non est contrarium dicto textui cit. in l.* 1. *C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

29 *Leges ciuiles seruandæ sunt quotiescumque Canonicis non contradicunt.*

30 *Nulla lex Canonica expresse de infidelibus disponit,gaudeãt vel non gaudeant immunitate.*

31 *Dubium,si insurgat in lege Canonica, interpretatio petenda est à lege ciuili.*

32 *Par non est,quod ab Ecclesia defendatur is, qui eius gremio, & fidei se committere non vult, inspecto eius delicto, & demerito; secus inspecta pietate matris Ecclesiæ alliciente ad conuersionem.*

33 *Ecclesia non curat,de his,qui foris sunt,si exerceat iurisdictionem, secus si concedat priuilegia, quæ etiam non subditis conferri possunt.*

34 *Gentilis,si ante patratum delictum,& conceptum iudicis timorem signa dederit conuersionis, confugiens ad Ecclesiam, & baptismum petens, præsumitur non simulate; sed ex animo petere & è contra.*

35 *Præsum*

Digitized by Google

35 *Præſumptio hæc an ſit Iuris, & de iure, ita vt aduerſus ipſam nulla admittatur probatio in contrarium. Diſſentiunt Doctores, & ſunt pro vtraque parte ſcribentes.*

36 *Opinio Abbatis, & nonnullorum pro affirmatiua eſt probabilior.*

37 *Præſumptio tunc dicitur Iuris, & de Iure, quando Ius certum quid ſtatuit ob præſumptionem, quam habet.*

38 & 39. *Ius Ciuile ſtatuit Gentilem confugientem ad Eccleſiam & Baptiſmum petentem, non eſſe defendendum, ob præſumptionem, quam habet, quod ſimulatè petat. Ergo talis præſumptio eſt Iuris, & de Iure, & contra ipſam non admittitur probatio directa, ſecus autem indirecta.*

40 *Probatio indirecta erit ſi probet is alijs rationibus præter delictum patratum, motum ſe fuiſſe ad petendum Baptiſmum.*

41 *Probatio indirecta dum ſit, poteſt Eccleſia concedere immunitatem probanti, ſecus ſi non probet.*

1 REſpondetur quod gaudeat etiam hæreticus (in aliis tamen criminibus præter hæreſim; cùm hæc ſit caſus exceptus, vt infra dicetur) quia reſpectu aliorum criminum hæreſis ſe habet per accidens. Vide, quæ dicentur *cit. dub.* 22. & *Dubitat.* 24.

2 Confirmatur; quia lex priuans hæreticum immunitate Eccleſiaſtica, intelligi debet formaliter, vt ſcilicet priuet hæreticum, quatenus hæreticus eſt, non autem quatenus homicida, fur, aut alio crimine infectus eſt; alioquin qui occideret, vel mutilaret in Eccleſia, priuatus eſſet immunitate Eccleſiæ, non ſolum quoad tale delictum, ſed etiam quoad alia quælibet, quod eſt contra communiorem ſententiam Doctorum.

3 Confirmatur ſecundò; quia hæc opinio ſaltem eſt probabilis (vti concedunt multi ex ipſiſmet Aduerſarijs apud Fagundez *de præceptis Eccleſ. præcept. 2. lib. 4. cap. 4. numero* 49.) ergo eſt amplectenda. Conſequentia probatur; quia quotieſcumque duæ opiniones ſunt probabiles, illa debet amplecti

4 quæ fauet Eccleſiæ; ſicuti rectè docent, & probant Gratianus *in diſceptation. cap.* 88. *numero* 6. & *cap.* 131. *numero* 2. Pacianus *reſponſ. 7. num.* 123. Hondedeus *conſil. 3. num.* 24. *lib.* 1. & Sperellus *deciſ.* 91. *num.* 29.

5 Confirmatur tertiò; quia vbi crimen non eſt exceptum, non habemus fundamentum, vt excipiamus perſonam: quapropter ſi excipiamus, temerè, & gratis excipimus.

Atque ita contra Gundiſaluum *de hæreticis q.* 11 Hypolitum *in l. ex ſenatus conſulto. ff. ad leg. Corneliam de ſicariis*, Oldradum *conſ.* 54. Boërium *deciſ.* 110. *num.* 6. Couar. *cap.* 20. *num.* 14. *lib.* 2. Nauarrum *cap.* 25. *num.* 20. Clarum *§. fin. q.* 30. Peregrinum *cap.* 8. *num.* 13. Gambacurtam *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 6. Tannerum 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 16. Bobadillam *to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 54. Gigantem *de crim. læſæ Maieſt. lib.* 3. *q.* 93. *n.* 18. Curtellium *q.* 29. Decianum *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 26. *num.* 4. Sarpum *de iure Aſylorum cap.* 5. *fol.* 60. & Ambroſinum *de immunit. cap.* 8. *nu.* 9. docent ex probabiliori ſententia Doctorum Silueſter, *ver. Immunitas, num.* 2. Suar. *tract.* 1. *de relig. c.*

6 1. *num.* 13. Ludouicus Correa *relect. de immunitate par.* 3. *num.* 3. Caſtrus Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *diſp. vnic. punct.* 7. *num.* 4. Villalobos *in ſumma to.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 7. *num.* 20. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 13. *nu.* 170. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 6. *num.* 7. Trullench. *in Decalog. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *num.* 2. Azor *par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 9. Portel *in dub. Regular. ver. Eccleſia immunitas, num.* 10. Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num.* 3. & Bonacina *diſp.* 3. *de primo Decalog. præcept. q.* 7. *§.* 3. qui rectè ſubdunt, quod ſi hæreticus ſit reconciliatus Eccleſiæ, abſque dubio immunitate Eccleſiæ gaudeat; quia licet fuerit hæreticus, de præſenti tamen hæreticus non eſt. Vide etiam Antoninũ Dianam *reſol.* 29. qui rectè docet idem de ſchiſmaticis, Apoſtatis, hæreticorum fautoribus &c. ſi non ſint cum errore intellectus. Neque obſtat, ſi dicas, quod tales, ſicut & hæretici, ſint indigni, vt tali priuilegio fruantur; cùm ſint hoſtes, & proditores Eccleſiæ. Nam ad hanc obiectionem facilè reſpondebitur *infra dub.* 19. *ſect.* 6. & patet ex iis, quæ dicebam *ſect. precedenti.*

Dices, ergo & gaudet Iudæus, Saracenus, & quicumque alius gentilis, ſi ad Eccleſiam confugiat. 7

Reſpondetur primò, concedo totum (idque ſiue confugiat ad Eccleſiam ex delicto; quamuis non excepto, ſiue etiam ex debito ciuili) Atque ita ſatis probabiliter docent gl. Hoſtienſis, Innoc. Io. Andr. & Cardinalis *in c. inter alia de immunit. Eccl.* Silu. *verb. Immunitas. 3. n.* 2. Tabien. *n.* 7. Armilla *num.* 9. S. Antonin *par. 3. tit.* 12. *par. 3. §.* 1. Tiraq. *de iure primogenitura q.* 66. *n.* 9. Felin. *in c. Iudæi, de Iudæis, n.* 2. Hippolytus *in l. vnic. C. de raptu virginum, nu.* 114. Faber. *in l.* 2. *C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, & in §. ſed & hoc, inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris.* Barboſ. *in collect. to.* 1. *lib.* 5. *tit.* 49. *c.* 6. *n.* 50. & *de iure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 44. (vbi teſtatur, ſic declaraſſe menſe Februario 1631. Sac. Congreg. Immunitatis) Gauantus *in Enchir. Epiſc. ver. Immunitas Eccleſiaſtica, n.* 9. Fagundez *de præceptis Eccleſiæ lib.* 4. *c.* 4. *n.* 49. Portell *ver. Eccleſiaſtica Immunitas, n.* 10. Bobadill. *to.* 1. *lib.* 2. *c.* 14. *n.* 51. Diana *par.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 22. Azor. 1. *par. lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 9. Ricciullus *de iur. patr. lib.* 2. *c.* 12. *per totum*, Zambellus *in Reper. Mor. ver. Eccleſia, quoad eius immunitatem, n.* 2. Carolus Maranta *in controuerſiur. par.* 2. *reſponſ.* 51. *numer.* 3. Hieronymus Tabal. *q.* 269. Mar. Ital. *de immunitat. Eccleſ. lib.* 1. *c.* 3. *§.* 2. & Ludou. Correa *relect. de immun. Eccleſ. par.* 3. *cap.* 3. ex eo, quod in *cit. can.* inter alia, *caminor, c. frater, c. ſi quis inuentus, & cap. ſi quis contumax*, indiſtinctè, omnibus concedatur hoc priuilegium; & ſic videatur eſſe non tam perſonale, quàm locale (vt ſcilicet concedatur perſonis, nõ ratione perſonæ, ſed ratione loci, qui ſacer, & ſanctus eſt) priuilegium autem loco conceſſum extẽditur ad omnes ibi exiſtentes, ſicuti notarunt Bartol. *in l. ſunctos populos, C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. & in l. fin. Cod. de teſtamentis, &* Bald. *in l. ſi non ſpeciali, C. eodem*, quos ſequuntur cæteri Doctores. Adde, quod priuilegium immunitatis eſt fauorabile, & ideò latè eſt interpretandum. 8 9 10

Quamuis, vt fatear oppoſitum, præſertim, ſi Infideles contra fideles flagitia commiſerint, ſatis probabiliter etiam doceant Cou. 2. *var. c.* 20. *nu.* 11. Clar. *§. fin. q.* 30. *n.* 17. Remigius *de immunit. fallent.* 18. *n.* 3. Dec. *tract. crim. lib.* 6. *c.* 26. *n.* 2. Ambroſinus *c.* 8. *n.* 8. Farin *de carcerib. q.* 28. *n.* 68. Megal. *in 3. p. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 3. & 16. Peregrin. *de immun. c.* 12. *n.* 1. Suar. de Paz *in prax. to.* 1. *par.* 5. *c.* 3. *§.* 3. *n.* 106. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſiaſt. c.* 13. *n.* 13. Pereira *de manu Regia par.* 2. *c.* 51. *n.* 5. Sarpus *de iure Aſylorum cit. c.* 5. *fol.* 58. Curtell. *ad legem Feder. c.* 72. *notab.* 81. *n.* 1. & *de immun. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 22. & alij, qui Iudæum, Saracenum, & quemcumque aliũ gentilem Eccleſiæ immunitate gaudere abſolutè negant. 11

Primò, quia in lege veteri etiã ciuitates refugij 12

ad confugas recipiendos constitutæ, solum erant
13 pro Iudæis,& tribus eorum, non item pro gentibus,Psal.149.& ad Roman. 2.14. & Salomonis templum alienigenis ingredi, vel limine tenus attingere non licebat,n.187.ibi:*Si quis externus ac-*
14 *cesserit,occidetur.*Quod si in Num.c.35.refugij loca aduenis,peregrinisque patere dicantur, id non ad Gentiles referendum est ; quia in sacra Scriptura aduenæ,& peregrini , qui ad patria cum filiis Israel tractari præcipiuntur,sunt illi,qui eundem Deum, eademque præcepta , ceremonias , ac Sacrificia colebant,vt patet ex eodem lib. Num.cap.15.ibit *Tam indigena , quàm peregrini eodem ritu offerent Sacrificia,vnum præceptum erit , atque iudicium tam*
15 *vobis,quàm aduenis terræ.* Hi Proselyti vocabantur, qui vt iure ciuitatis fruerentur, vel promissionum participes fierent,circumcidebantur,ac legi se subi-
16 iiciebant ; quorum meminit Matth.23.& Paul. 5. cap.ad Galatas. Quotiescumque ergo immunita-
17 tis Sacrorum nostrorum infideles participes fierent,id non conforme esset legi veteri;qua confugæ,qui solum ex circumcisione erant, recipiebantur,sed non probat:Respondetur enim, quod modò Moysis lex quoad hæc confugij loca cum cæteris moralibus præceptis ad nos translata non fuerit:nã quoad hanc partem ad iudicialia pertinet,atque adeò nunc abrogata est;sicuti rectè docet *S.Th.*1.2.*q.*105.*art.*2.*ad* 10.Couar.*lib.* 2. *c.* 20. *n.*2.*vers.prima conclusio* , dum probat,immunitatis hoc ius iure Pontificio,& Cæsareo sustineri, de quo
18 nos *suprà dub.*2.*dicebamus.* Accedit , quod successit tempus gratiæ;quare non mirum,si infideles, etiã, vt sic saltem ad conuersionem alliciantur, aliquorum,priuilegiorum participes efficiantur.
19 Secundò,quia *in l.*1.*Cod.de his,qui ad Eccles. confugiunt,*gentiles confugientes ad Ecclesiam à priuilegio immunitatis Ecclesiæ excluduntur,quamuis Baptismum petant;quia præsumuntur simulatè petere. Sed neque probat:Respondetur enim cum Correa *loco suprà cit.* Abbate *in c.inter alia , de immunit.n.*6.Mario Italia *lib.*1.*c.*3.§.3.*n.*1.& aliis,textum hunc esse iuris ciuilis , & Pontificio contrarium,ideoque non esse obseruandum.
20 Tertiò ; quia par non est, quod ab Ecclesia defendatur is , qui eius gremio , tutelæ ; ac fidei se committere prorsus non vult:quapropter licet puniri pœna non possit , gaudere tamen priuilegio aliquo non meretur,vt habetur *in l.priuilegia,Cod. de hæret. & Manich.*& docet S.Th.2.2.*q.*10.*art.* 6. *&* *q.*12.*art.*2.
21 Quartò,quia Canones statuentes immunitatem Reis,videntur loqui secundùm materiam subiectã, de personis scilicet sub iurisdictione Ecclesiæ con-
22 stitutis;cum Ecclesia de his,qui foris sunt,non curet,iuxta illud Ioan.21.18. *Pasce oues meas* ; & expressè dicitur ad Corinth.1.c.5.12.& ex communi docet Victoria *in relectione de Indis,n.* 21.Vnde ad iura citata in oppositum respoderi posset, quod licet illa videantur indistinctè omnibus, siue liberis,siue seruis,&c.tale priuilegiũ concedere, reuera tamen intelligenda sint de liberis , & seruis fidelibus,cùm Ecclesia(sicuti dicebam)de his , qui foris
23 sunt,nõ curet.Et consequenter,quod,licet priuilegiũ immunitatis,vtpotè fauorabile,latè interpretãdum sit,non tamen plus sit extendendũ , quàm in terminis habilibus, & iuxta capacitatẽ subiectorũ.
24 Et ad declarationem Congregationis responderi posset , quod de ipsa non constet authenticè , vel quod intelligatur de infideli,qui ad Ecclesiam cõfugit,verè conuerti volens,iuxta ea,quæ mox infra dicentur,& refert , & sequitur Barbosa *tom.* 2. *de iure Eccles.cap.*3.*num.*44.

Quapropter respondetur secundò:distinguo con- 25
sequens.Ergo & gaudet Iudæus,Saracenus,& quicumq; alius gentilis immunitate Ecclesiæ. si verè, siue Baptismo petito,siue non petito,conuerti velit,concedo:si conuerti simulet , nego. Atque ita contra Couarruuiam,Clarum,Remigium, & alios *in locis suprà cit.* Doctores absolutè negantes docent gl.marginalis *in l.*1.*Cod.de his,qui ad Ecclesiã confugiunt,*& altera gl.*in c.inter alia, ver. extrahendus de immunit.Eccles.*Angel.*ver. Immunitas,* §. 13. Silu.*loco suprà cit.*Nauar.*c.*25.*n.*10.Suarez*to.* 1. *de religion.c.*10.*n.*10.*&* 11.Filliucius *tract.*15.*c.*6.*q.*5. *n.*151.Gambacurta *lib.*2.*par.*2.*c.*7. *n.* 88. Tuschus *ver.Ecclesia,concl.*10.*n.*28.Azor.2.*par.lib.*9.*c.* 9.*q.* 9.Farinacius *in append.de immunit.c.*5.*n.*83.Lezana *ver.immunitas,n.*5.Guttierez *pract.qq.ciuil.lib.* 3.*q.* 7.*n.*51.Baiard.ad Clarum *q.*30.*n.*23.Layman.*lib.*4. *tract.*9.*c.*3.*n.*12.Curtellius *cit.q.*22.*n.*22. & Bonacina *disp.*3.*de primo Decal.precept.q.*7. *de immunit.* §.3.*n.*5.Et probatur (vnde patet Responsio ad op- 26
posita)quia par est;quod Ecclesia tueatur eos, qui ipsi inseruire volunt.Secundò,quia *in cit.l.*1.*Cod. de his,qui ad Ecclesiam confugiunt,* excluduntur ab 27
immunitate,qui simulatè se conuertunt,ergo tacitè admittuntur , qui reuera fidem amplectuntur. 28
Quapropter idem de iure Canonico dicendum est. *argum.cit.c.inter alia,*ibi:*Iuxta statuta Canonum, & traditiones legum ciuilium* : tum quia leges ciuiles 29
seruandæ sunt,quotiescunque Canonicis non cõtradicunt(vt est in casu nostro;quia nulla lex Ca- 30
nonica expressè de infidelibus disponit, gaudeãt, vel non gaudeant immunitate)tum quia, cùm dubium insurgit in lege Canonica, in omnium sen- 31
tentia interpretatio petenda est ex lege Ciuili.Tertiò,quia,sicuti dicebam, priuilegium immunitatis videtur esse,non tam personale,quàm locale ; cùm omnibus etiam infidelibus,saltem,si verè conuerti velint,competere videatur,præsertim,quia, vt etiã dicebam,est priuilegium fauorabile,& sic etiam ad infideles,saltem si verè conuerti velint, extendendum:præsertim secundò,quia,vt supra similiter dicebam,sic apud Barbosam *de iure Eccles.lib.*2.*c.*3.*n.* 44.*&* *tom.*5.*in Collectan.n.*39.declarauit Sacra Cõgregatio mense Febr.anno 1631. cuius declaratio, etiamsi de ipsa non constet authenticè,facit saltem opinionem valde probabilem , & in praxi sequendam.

Ad argumenta autem,quibus supra probabatur, quod priuilegium immunitatis non competat infidelibus, si quidem loquantur de infidelibus,qui verè conuerti velint , facilè respondetur ex dictis ; siquidem ad primum , & secundum patet, vt 31
suprà. Ad tertium autem Respondetur distinguendo : par non est , quod ab Ecclesia defendatur is , qui eius gremio, tutelæ , ac fidei se committere non vult,distinguo : si attendatur eius delictum , & demeritum , concedo : si attendatur pietas matris Ecclesiæ , vt sic saltem alliciat ad conuersionem , nego. Quod inde confirmatur; quia alioquin neque competere illud deberet hæreticis , quin neque Catholicis delinquentibus, præsertim excommunicatis , cùm & hi , si attendatur ipsorum delictum , & demeritum , indigni sint,qui defendantur ab Ecclesia,& sic eius immunitate gaudeant. Ad quartum respondetur : nego antecedens;& ad probationem, quod Ecclesia non loquatur de iis,qui foris sunt.Respondetur distin- 32
guendo:si imponat præcepta,cõcedo,quia nõ habet

in

Digitized by Google

in eos iurisdictionem: si conferat priuilegia, quæ etiam non subditis conferri possunt, nego; quia sic allicit ad conuersionem, & magis ostendit suam pietatem. Itaque infidelis, seu gentilis, satis probabile est, quod gaudeat immunitate Ecclesiæ, saltem in casu, quod verè conuerti velit, siue petendo, siue non petendo explicitè Baptismum.

34 Cæterùm, si gentilis ante patratum delictum, & conceptum Iudicis timorem signa dederit conuersionis; confugiens ad Ecclesiam, & Baptismum petens, præsumitur non simulatè, sed ex animo petere; quia tunc petere præsumitur ex eadem voluntate, qua primò Baptismum desiderabat, non autem ex animo vitandi pœnam, & se secum reddendi in Ecclesia. Si autem post patratum delictum, & conceptum Iudicis timorem Baptismum petat, præsumitur simulatè petere, & solum pœnæ vitandæ causa; ideoque (nisi contrarium appareat) ab Ecclesia extrahi poterit. Atque ita decidit*ur in dict. l. 1. Cod. de his, qui ad Ecclesias confugiunt* & docent Decianus *cap. 28. num. 2.* Gambacurta Peregrinus, Suarez, Farinacius, Layman, & Bonacina in locis *supra cit.*

35 An autem hæc præsumptio sit iuris, & de iure, ita vt aduersus ipsam nulla admittatur probatio in contrarium?

Negant Suarez, Farinacius, Layman, Bonacina *vbi supra* Peregrin. *de immunit. cap. 12. numer. 1.* & Diana *par. 4. tract. 1. resol. 50.* dicunque', solum esse præsumptionem iuris, ita vt admittatur probatio in contrarium. Quinimmò ad Ecclesiæ Prælatum pertineat, vt in hoc casu voluntatem Rei Baptismum petentis examiner, & si iudicarit verè à Deo eum esse inspiratum, immunitatem ei concedat, vt à Iudice extrahi ex Ecclesia non possit.

36 Affirmant autem probabilius Abb. *in dict. cap. inter alia, num. 6.* Martha *de iurisdict. par. 3. cap. 51. num. 33.* Megalius *in 3. par. lib. 4. cap. 2.* Sarpus *de iure Asylorum cap. 5. fol. 58.* & quidam alij; quia tunc est præsumptio iuris, & de iure, quando ius certum quid statuit ob præsumptionem, quam habet
37 (vt rectè probant Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 3. numer. 16. & seqq.* & Sanchez *de matrim. lib. 7. disputat. 37. numer. 7. & 8.* & alij passim) At in
38 præsenti ius ciuile statuit, gentilem confugientem ad Ecclesiam, & Baptismum petentem, non esse de-
39 fendendum ab Ecclesia, ob præsumptionem, quam habet, quod simulatè petat; ergo præsumptio de tali simulatione est iuris, & de iure; atque adeò aduersus ipsam non admittitur probatio. Intellige, *directè*: indirecta enim, qua scilicet fundamentum simulationis excluditur, admitti potest, & debet, vt rectè ex communi probat Sanchez *n. 43.* Erit autem
40 probatio indirecta in præsenti, si probet is aliis rationibus præter delictum patratum motum se fuisse ad petendum Baptismum. Interim verò dum hæc
41 indirecta probatio fit, poterit Ecclesia ad se confugientem defendere, factaque probatione, si iudicet petitionem ex vero animo conuersionis ortam fuisse, concedere debet immunitatem Ecclesiasticam, sicut & Baptismum; secus verò, si id probatum non fuerit. Vide Decianum, Gambacurtã, Peregrinum, Suar. Farinac. Layman, & Bonac. *in locis supra cit.* ex dictis sequitur, quod multò magis immunitate gaudeant Cathecumeni; quia, licet non sint baptizati, sunt tamen fideles, & desiderant esse in Ecclesia; Quapropter multò magis æquũ est, vt ipsa eos defendat, præsertim cum iura illos nõ excludãt quin potius cum generaliter loquantur, includãt

SECTIO V.

An gaudeat bannitus, & condemnatus ob delictum?

SVMMARIVM.

1 *Bannitus, & condemnatus ob delictum, licet ob delictum exceptum, non tamen si fuerit condemnatus plenis probationibus, gaudet immunitate.*

2 *Bannitus non debet post condemnationem esse melioris conditionis, quam ante condemnationem.*

3 *Condemnatus ex solis indiciis, & ex probationibus non concludentibus gaudet immunitate.*

4 *Bannitus multo magis gaudebit si quomodocunque condemnatus fuerit ob delictum non exceptum.*

REspondetur, quod etiam gaudeat bannitus, & 1
condemnatus ob delictum, quamuis ob delictum exceptum (non quidem, si fuerit condemnatus plenis probationibus; quia tunc, si ante condẽnationem non gaudet, multo minus post condemnationem gaudebit, vt rectè notauit Farinacius *de carcerib. q. 28. n. 47.* quia non debet post condemna- 2
tionẽ esse melioris cõditionis; sed si condemnatus 3
sit ex solis indiciis, & ex probationibus non concludentibus) Ratio quia tunc potius ob contumaciam, quam ob delictum exceptum condemnatus est'; & per fugam ad Ecclesiam non tam intendit fouere inobedientiã, quàm vitare condemnationẽ; Atque ita docet Clarus *in pract. §. fin. q. 3.* Mantica, Nauarrus, & alij, quos citat, & sequitur Farinac. *de carcerib. q. 28. n. 47. & in append. de immunit. c. 2. n. 42. & seqq.* & Lezana *ver. immunitas Eccles. n. 16.* Quid- 4
quid in contrarium in aliquo sensu sentire videatur Decianus *2. par. tract. crimin. lib. 6. cap. 27. n. 8.* Et multò magis gaudebit, si quomodocunque condemnatus fuerit ob delictum non exceptum. Vide, quæ dicentur *dubit. 34. sect. 27.*

SECTIO VI.

An gaudeat captus, & fugiens à carcere, vel exilio?

SVMMARIVM.

1 *Captus & in carcere inclusus, si fracto carcere ad Ecclesiam confugiat, gaudet immunitate.*

2 *Deportatus, vel Exul, si à loco deportationis vel exilij ad Ecclesiam confugiat, gaudet immunitate.*

3 *Qui fracto carcere fugit ad Ecclesiam, non committit casum exceptum.*

4 *Captus, & in carcere inclusus subest Potestati, & Iudicis Iudicium dum in eorum Iurisdictione exstitit; secus si extra illam exeat, sicut de facto exiit, cum ad Ecclesiam se recepit.*

5 *Carceratus fugiens à carcere delictum non committit; quia vtitur iure suo, & dato, quod committat, non committit delictum excep tum.*

6 *Limita nisi delictum, ob quod carceratus erat, esset de exceptis, quia tunc immunitate non gauderet.*

7 *Delictum quousque pœna purgatum non est, idem quoad omnes effectus reputatur, & ex fuga non fit leuius, sed potius augetur.*

1 REspondetur, quod gaudeat etiam captus, & in carcere inclusus, si fracto carcere fugiens
2 ad Ecclesiam confugiat (idemque dicas cùm Genuensi *in praxi cap. 22. n. 1. de deportato vel exule*, si à loco deportationis, vel exilij fugam assumendo ad Ecclesiam similiter se recipiat) quia priuilegium immunitatis Ecclesiasticæ conceditur omnibus, qui ad illam confugiunt, præter casus
3 exceptos, sed qui fracto carcere fugiens ad Ecclesiam confugit, non committit casum exceptum; ergo, &c. Atque ita ex communi docent Abb. *in cap. inter alia in fin. de immunit. Eccles.* Silu. *ver. Immunitas.* 3. q. 3. §. 5. Angelus §. 19. Naua. *cap. 25. num. 19.* Couar. 2. *var. cap. 20. num. 13.* Clarus §. *fin. q. 3.* Farinac. *de carcerib. q. 28. num. 41. in append. de immunit. cap. 14. num. 200.* Tuschus. *ver. Ecclesia, concl. 10. num. 30.* Suarez *lib. 3. de reuerentia debita locis sacris, cap. 11. num. 18. & 19.* Decian. *tract. crimin. 2. p. lib. 6. cap. 28. num. 28.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap. 10. num. 11.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 9.* Peregrin. *de immunit. cap. 5. num. 9.* Diana *par. 1. tract. 1. resol. 19.* Barbosa *in Collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num. 11.* Correa *in relect. de immunitate p. 2. num. 13.* Nouarius *in Summa Bullarum tit. de immunit. cap. 10. num. 11.* Curtell. *de immunit. Eccles. q. 19. lib. 1.* Lezana *ver. immunitas num. 16.* & Bonac. *q. 7. de immunit. §. 2. num. 10.* contra Petrum Gregorium *Syntag. Iuris lib. 13. cap. 22. num. 2. vers. non effractores carcerum*, Gambacurtam *lib. 4 cap. 18. num. 9. in fin.* Naldum *in summa, ver. Reus, num. 13.* Iustum Oldelsob. *in pract. crimin. tit. 3. cant. 17. num. 7.* & nonnullos alios apud Couar. *cit. num. 13.* & Suar. *num. 18.*

4 Neque obstat, si dicas, quod captus, & in carcere inclusus subsit potestati, & iudicio Iudicum, ergo contra iustitiam facit, si à tali iudicio se eximat; & consequenter (cùm Ecclesia non faueat iniustis) immunitate non gaudebit.

Respõdetur enim, quod subsit potestati, & iudicio Iudicum, dum in eorum iurisdictione existit; at secus, si extra illã exeat, sicuti de facto exit, cùm ad
5 Ecclesiam se recipit, seu confugit. Neque in hac fuga delictum committit, quia vtitur iure suo: & daro, quod committat, non committit delictum exceptũ. vide etiam, quæ dicentur *sect. 10. dubit. 14. sect. 17. & dub. 33.*

6 Excipe tamen, si delictã, prõ quo Reus manebat in carcere immunitate non gauderet, vel ob quod illa iam exclusus fuerat, quia tunc non est dubium, eandem causam manere, vt immunitate etiam
7 frui non debeat; siquidem delictum, quousque pœna purgatum non est, idẽ quoad omnes effectus reputatur; & ex fuga non fit leuius, sed potius augetur, *l. inficiando, §. infans, ff. de furtis*, naturaque æquum est (vt aiebat Vlpianus *in l. 1. ff. si is testam. liber esse iusserit*, &c.) non esse impunitum eum, qui sub hac spe audacior factus est. quapropter ob tale delictum, pro quo Ecclesia immunitatem non concedit, Reus è loco Sacro extrahi potest, seruata tamen forma in Bulla Gregorij XIV. præscripta, de quo infrà, sic Farinac. *de carcerib. q. 28. num. 46.* & Peregrin. *cap. 5. num. 10.* Vide etiam Pegueram *decis. 17.*

SECTIO VII.

An gaudeat, qui ex manibus ministrorum Iustitiæ se recipit ad Ecclesiam: & quid si ex manibus eorum ereptus fuerit ab alijs: vel si cum satellite se receperit ad Ecclesiam?

SVMMA RIVM.

1 *Captus, & è manibus ministrorum Iustitiæ confugiens ad Ecclesiam, gaudet immunitate Ecclesiastica.*

2 *Ereptus ab alijs è manibus satellitum, vel trahens secum ministros Iustitiæ, si se recipiat in Ecclesia gaudet immunitate.*

3 *Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus.*

4 *Vinctus à satellitibus si per Ecclesiam ad carcerem ab ipsis ducatur, non gaudet immunitate, quia non à se, sed ab alijs vinctus, ducitur.*

5 *Carceratus non gaudet immunitate, si in carcere existens confugiat ad sacerdotem ibi administrantem Eucharistiam.*

6 *Carceratus dudum per Ecclesiam à Birrariis non necessariò; sed voluntariè in sententia nonnullorum Doctorum gaudet immunitate.*

7 *Vtraque opinio est probabilis, prior in rigore iuris est probabilior, secunda verò dicitur magis pia, & in praxi amplectenda.*

EX dictis sequitur primò, quod etiam gaudeat, 1
qui ex manibus ministrorum Iustitiæ se recepit seu confugit ad Ecclesiam; quia in tali casu, etiam propriè ad illã confugit; Atque ita ex communi etiam contra eosdem supra dictos Doctores docent Abb. Silu. Angelus, Tusch *ver. Ecclesia, concl. 10. n. 21. & 30.* Decian. *lib. 6. cap. 28. n. 32.* Gutierez *lib. 3. q. 6. n. 4. & 5.* Genuensis *in prax. c. 22. n. 10.* Layman *lib. 4. tract. 9. n. 9.* Farinac. *in append. de immunit. cap. 15. nn. 196.* & Anast. Germ. *de sacrorum immunit. lib. 3. c. 16. num. 56.* Quod & verum arbitror contra Sanch. *in select. disp. 44. num. 51.* Nouarium *in summa Bullarum, tit. de immunit. Eccles. num. 14.* Pasqualigum *decis. 486. per totam*, si è manibus Satellitum fuerit ereptus ab aliis; vel si secum per vim ad Ecclesiam trahat ministros Iustitiæ; quia adhuc verum est dicere quod propriè ad Ecclesiam se recipit, seu confugit; 3
& vbi lex non distinguit, nec nos dinguere debemus, præsertim cùm immunitas sit fauorabilis, & pœna restringenda; Atque ita docent Farinac. *in append. de immunit. cap. 15. num. 196.* Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 70. & seqq.* Ghilinus *in summa, ver. Ecclesia, num. 2.* Henr. Canisius *lib. 3. decret. tit. 12. de immunit. Eccles. fol. 241* Cæsar Locatellius *in Breuario de Feruura, in fpell. 5. num. 162.* Correa *in relect. ad caput inter alias de immunit. Eccles. par. 3. num. 21.* Tullench *in Decalogo 1. lib. 1. cap. 11. dub. 1. n. 11.* Glianes *de confugijs, vers. extrahens, num. 18.* & Bonacina *to. 2. disp. 4. q. 8. punct. 9. num. 10.* Gutierez *in qq. pract. lib. 3. q. 4. num. 10.* & Diana *par. 1. tract. 1. resol. 36. & 39. & par. 4. tract. 1. resol. 106.* contra Pegueram *decis. 251.* Gamm. *decis. 141.* Ambrosinum *de immunit. cap. 10. num. 10.* Pasqualigum *decis. 486.* & Nouarium *in summa Bullarum, tit. de immunit. Eccles. n. 14.* Vide, quæ diffusiùs dicentur *infrà dubit. 9. sect. 2. & dubit. 33.*

Quamuis

4 Quamuis non gaudeat item, si à ministris Iustitiæ per Ecclesiam ad carcerem, vel ad supplicium vinctus ducatur, & inde exire recusans, per vim extrahatur; quia tunc non ipse ad Ecclesiam se recipit, seu confugit, (sicuti requirunt leges Ciuiles, & Canones, & nouissimè ita Constitutio Gregorij XIV. ibi: *vt Laicis ad Ecclesias, Locaue Sacra, & religiosa prædicta confugientibus, &c.*) sed per illam vinctus ab aliis ducitur (quapropter in sen-
5 tentia omnium neque gaudet, si in carcere existens ad sacerdotem Eucharistiæ Sacramentum portantem intra carcerem confugiat. Atque ita docent Tuschus *ver. Ecclesia, concl.* 12. *num.* 18. Couar. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 20. *n.* 17. Graff. *par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 48 Scortia *Theor.* 385. Suarez *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *nu.* 18. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *num.* 69. *& in append. de immunit. cap.* 15. *num.* 201. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 30. Lezana *ver. immunitas, numer.* 19. Gutierez *lib.* 3. *qq. q.* 6. Tannerus *in* 2. 2. *disp.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 17. Bobadilla *in Polit. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 61. (qui *in gl. lit. A.* plures alios Doctores adducit Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.* 10. *num.* 10. Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q.* 25. *numero* 8. *& q.* 30. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 2. *num.* 11. vbi sic decisum refert, & Bonacina *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit.* §. 2 *n.* 10. Quamuis contrarium defendant Clarus *lib.* 5. *q.* 30. Nauarr. *cap.* 25. *num.* 19. Boër. *decis.* 100.
6 Germon. *de immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 35. Megalius *consil.* 46. Villagut. *de extens. legum cap. fin. num.* 40. & alij à Bobadilla *loco supra cit. in glos. lit. B.* citati. Item & Peregrinus *de immunit. cap.* 5 *num.* 8. saltem in casu, quod Reus ducatur ad carcerem per Ecclesiam non necessariò, sed voluntariè; cum scilicet per alium locum ad carcerem duci possit. Vide etiam Fagundez *de præceptis Ecclesiæ, præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 57. & Dian. *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 30. qui
7 vtramque opinionem dicunt esse probabilem, etsi priorem dicant esse in rigore iuris probabiliorem; posteriorem autem esse magis piam, & ideò in praxi amplectandam. Vide etiam Farinacium *in Append. de immunit. c.* 15. *n.* 205.

SECTIO VIII.

An gaudeat condemnatus ad mortem, si similiter, cùm ad supplicium ducitur, ex manibus ministrorum iustitiæ se recipit ad Ecclesiam?

SVMMARIVM

1 *Condemnatus ad mortem, si cum ad supplicium ducitur, è manibus ministrorum Iustitiæ, confugiat ad Ecclesiam, gaudet immunitate.*

2 *Ductum ad supplicium mortis si per vim secum trahat Iustitiæ ministros ad Ecclesiam, gaudet immunitate, secus si ab illis ducatur per Ecclesiam ad locum supplicij.*

1 SEquitur secundò, quod propter eandem rationem etiam gaudeat condemnatus ad mortem (ob delictum scilicet non exceptum) si similiter, cùm ad supplicium ducitur, ex manibus ministrorum Iustitiæ se recipiat, seu confugiat ad Ecclesiam; Decian *num.* 29. Ambrosin. *num.* 13. Suar. *cap.* 11. *num.* 18. Graff. 1. *par. lib.* 2. *c.* 48. *n.* 7. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *numero* 44. *& in append. cap.* 15. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 18. *numero* 7. & Peregrin. *cap.* 5. *numero* 4. *& seqq.* item, si per vim secum trahat ad Ecclesiam ministros Iustitiæ; quamuis non etiam, si ab illis vinctus ducatur per Ecclesiam ad locum 2 supplicij, vt *supra* dicebam, & docent Tuschus *nu.* 22. Farinacius *cit. cap.* 15. *num.* 197. Lezana, *ver. immunitas, num.* 19. Decian. *cit. cap.* 28. *num.* 29. Gutierez *q.* 4. *num.* 10. & alij passim. Vide, quæ dicentur *infra dub.* 24. *sect.* 17.

SECTIO IX.

An gaudeat condemnatus ad triremes, si similiter ex his se recipit ad Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad Triremes, siue ad tempus, siue ad semper, si à triremibus confugiat ad Ecclesiam, gaudet immunitate.*

2 *Fugiens à triremibus gaudet Indulto, si non fuerit illuc damnatus pro crimine excepto in ipso Indulto. ita dic si non fuerit illuc damnatus pro crimine excepto ab ipsa Ecclesia.*

3 *Fugiens à Triremibus si non gaudeat immunitate ob crimen exceptum, propter quod illuc est damnatus, non est puniendus de fuga, & antequam de Ecclesia extrahatur talis remissio per Episcopum est ei impetranda.*

4 *Ecclesia reddit delinquentem securum à pœna non solum infligenda, sed etiam inflicta.*

5 *Opinio distinguentium quo modo condemnatus ad triremes, si inde aufugiat debeat gaudere immunitate, nempe si reclamauerit, vel consenserit in pœna, & similibus ab auctore reiicitur.*

6 *Seruus pœna hodie quis non efficitur per condemnationem Triremium, vel cuiuscumque alterius operis publici etiam in perpetuum.*

7 *Seruus pœna licet effectus sit damnatus ad mortem, si tamen quando ad supplicium ducitur, se subducat è manibus satellitum, gaudet immunitate.*

8 *Condemnatus ad vapulandum, si ad Ecclesiam confugiat, gaudet immunitate.*

9 *Seruus si fugiat ad Ecclesiam non liberat se à Potestate Domini, Reus tamen se liberat à potestate Iudicis.*

10 *Seruus, qui fugit ad Ecclesiam non est Reus alicuius criminis, & ab Ecclesia non defenditur, cum eius dominium, & possessio sit apud dominum.*

11 *Damnatus ad triremes est verè Reus (sicut & miles, qui per fugam militiam deserit) & propter sententiam latam, & pœnam inflictam contra eum, non desinit esse Reus.*

12 *Nemo hodie etiam per condemnationem ad opus publicum in perpetuum, pœnæ seruus efficitur.*

13 *An si qui confugit ad Ecclesiam è triremibus, vbi non ex sententia sed ex locatione, & conductione addictus erat, gaudeat immunitate est dissensio.*

14 *Famuli ad præstanda seruitia cõueta cogi possunt, & tales, qui ita se locauerunt cẽsẽtur vt famuli.*

15 *Limita si transacto tempore conductionis cogerentur remigare, nam non amplius famuli, sed adscripticij dici possunt.*

1 SEquitur tertiò, quod propter eandem rationem etiam gaudeat condemnatus ad triremes,

siue ad tempus, siue ad semper ad illas fuerit condemnatus,si similiter etiamè triremibus confugiat ad Ecclesiam. Et confirmatur; quia (sicuti docet
2 Mastrillus *de indulto,cap.42.num.5.*) fugiens è triremibus gaudet indulto, si non fuerit illuc damnatus pro crimine excepto in ipso indulto; ergo multò magis gaudere debebit immunitate Ecclesię, si similiter non fuerit illuc damnatus prò crimine excepto ab ipsa Ecclesia. Atque ita contra Martham *de iurisdict.par.2.cap.51. num.* 17. Megalium *in 3.par.lib.4.cap.2.q.1.num.* 33. Sarpum *de iure Asylorum cap.5.fol.*54.Curtellium *de immun. Eccles. lib.1.q.25.n.8.& q.40.per totam*,Gamma *dec.*362.& Villadieg *in Polit.c.3.n.* 215.(qui tamen admittit, quod talis cogi solum debeat redire ad remigandum ad tempus prius statutum, non item ad iustinendam ob fugam pœnam aliam,cum huius remissio,prius quam Iudici seculari tradatur,ab Episcopo,vel Ecclesiæ Præposito obtineri debeat)docent Pereira *de manu Regia,par.2.cap.* 50.*num.* 17. Ludouicus Correa *in relect.ad cap.inter alia de im-*
3 *munit.Eccles.par.3.q.* 4.*num.* 9. Antonius de Marinis *quotid.resol.cap.*177.*num* 2.Trullench.*in Decalog.tomo* 1.*lib.*2.*cap.*11.*dub.*3.*num*' 29. Nouarius *in Summa Bullarum tit.de immunit. Eccles.numero* 27. Diana *par.*1.*tract.*1.*resol.*40.& Lezana *ver. immunitas num.*16.Giurba *in consil.crimin.cons.*30.*num.* 21. ex eo;quia Ecclesia reddit delinquentem securum
4 à pœna,non solum infligenda, sed etiam inflicta; sicuti pluries fuisse decisum;*in cit.cons.*30.testatur; & colligitur *ex cap.id constitutimus,q.* 12. ibi: *& ab omni pœnarum genere sint securi.*

5 Hinc opinio distinguentium(quod,si Reus,qui è triremibus ad Ecclesiam confugit,sit loco depositi ibi condemnatus, vel certam habeat condemnationem, sed sit reclamatum,& pendeat reclamatio,vel compleuerit tempus,sed ibi generalem expectando libertatem detineatur,in his casibus immunitate gaudeat: si verò certam habeat condemnationem,de qua non pendeat appellatio; vel pro delictis commissis deseruire ibi concordauerit, & tempus deseruiendi nondum compleuerit, in his casibus immunitate non gaudeat, quia pœnæ seruus effectus sit,& sic tempus deseruiendi complere debeat)mihi non probatur, tum ob rationes dictas;tum etiam, quia hodie per condemnationem
6 huiusmodi, vel ad quodcunque aliud opus publicum,etiam in perpetuum, seruus pœnæ quis non efficitur; iuxta textum in Authent. sed hodie *Cod. de donat.inter vir.& vxor*,Excepto casu, si ad mortem sit condemnatus,vt patet ex *l.qui vltimò, ff.de*
7 *pœnis.*Adde,quod etiamsi ad mortem sit condemnatus,licet seruus pœnæ efficiatur,si tamen, quando ducitur ad supplicium,ad Ecclesiam confugit, immunitate gaudet, vti communiter docent Doctores;ergo gaudere etiam debebit in omni alio casu
8 (nisi ad triremes condemnatus sit pro crimine excepto, ratione cuius immunitate quidem priuatur,vt rectè dixit,Curtellius *loc.suprà cit.num.*10.& in simili Gambacurta *lib.4.cap.*19.*n.*20.) & multò magis,si condemnatus fuerit ad vapulandum; vt rectè notarunt Pereira, & Correa *in locis supra cit. dub.*24.*sect.*17.

Obiicies ex Curtellio *loc.cit.*Si seruus fugiat ad
6 Ecclesiã, nõliberat se à potestate domini, ergo nec Reus,qui per crimen,maximè accedente sententia, fit seruus publicus,& seruus pœnæ, liberabit se à potestate Iudicis,& Iustitiæ.

10 Respondetur,disparitas est;quia seruus, qui fugit à domino ad Ecclesiam, non est reus alicuius criminis,vti suppono; & ideò si ad Ecclesiam fugiat,ab Ecclesia non defenditur, cùm eius dominium,& possessio sit apud dominum; vt patet ex *cap.inter alia,9.si verò,de immunit.& ex l.præsenti,§. fin.Cod.de his,qui ad Eccles. confugiunt.* At non ita 11
est in casu nostro; cùm damnatus ad triremes sit verè Reus(sicut & miles,qui per fugam militiam deseruit) & propter sententiam latam, & pœnam inflictam contra ipsum non desinat esse Reus.Adde,quod(vt supra dicebam ex Auth. sed hodie, & notat Correa *in relect.de immunit. par.2. numer.9.*) 11
nemo hodie, etiam per condemnationem ad opus publicum in perpetuum, pœnæ seruus efficitur.

Obiicies secundò ex eodem Curtellio:Canones impertiuntur Reis non totalem, sed solum vitæ,& membrorum immunitatem,qua à Prælato Ecclesiæ obtenta,Iudici seculari eos tradi volunt, *ex cap. id constituimus,& c.inter alia,q.*12.ergo.

Respondetur:nego antecedens; qua de re vide 13
infra dub.§ 5.37.*&* 39.

Cæterùm an, si qui confugit ad Ecclesiã è triremibus,ibi non ex sententia; sed ex locatione, & conductione addictus erat, gaudere etiam debeat immunitate?

Negat probabiliter Curtellius *num.*17. quia tali nec pœnæ,nec Rei confugientis definitio conuenit; quin talis contineri videtur sub dispositione *cometuentes,*17.*q.*4.*& l.præsenti,§. sanè, Cod. de his, qui ad Eccles.confug.*vbi de famulis cauetur, quod 14
ad præstanda seruitia cogi debeant;ergo, &c. Excipitur tamen nisi cogeretur redire ad remigandum transacto conductionis tempore; quia tunc ille,cũ 15
transierit tale tempus, non amplius famulus, vel ascriptitius dici potest, sic Curtell. Vide etiam Barbosam *de iure Eccles.to.*2.*c.*3.*n.*35.

Affirmat autem, & probabiliter etiam, simpliciter Giurba,iuxta ea,quæ dicentur *infra dub.* 11.

SECTIO. X.

An gaudeat quis,si præstito iuramento de redeundo in carcerem, se recipiat ad Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1 *Carceratus si præstito iuramento Custodi de redeundo inde confugiat ad Ecclesiam gaudet immunitate.*

2 *Amplia procedere non solum in carceratione iniusta verum etiam iusta.*

3 *Periurium, cum non sit vnum de criminibus exceptis non tollit Ecclesiæ immunitatem.*

4 *Iuramenti relaxatione impetrata,cessat Periurium.*

5 *Reus qui præstito iuramento de redeundo ad carcerem,si nolit redire,sed se in Ecclesia defendere,potest Prælatus concedere facultatem, vt habita cautione de impunitate pœnæ corporalis ab Ecclesia extrahatur,secus si adsit periculum pœnæ mortis.*

SEquitur quartò,quod etiam gaudeat si præstito 1
iuramento Custodi carceris de redeundo in carcerem,ad Ecclesiam confugiat;Quod verum est non solum,si carceratio erat iniusta(in quo omnes cõueniunt)sed etiam,si erat iusta,& sine Rei mor- 2
tis periculo; quia periurium (cùm non sit vnum de criminibus exceptis, vt dicetur *infra Dubit.*24. *sectio.* 12.) non tollit immunitatem Ecclesiæ; & 3
ex alio capite (vt suppono) non erat carce-

ratus,

ratus pro crimine excepto. Adde, quod forsan impetrari poterit relaxatio iuramenti, & sic cessabit periurium; Atque ita ex communi docent Abbas *in cit. cap. inter alia*, Silu. *ver. Immunitas*, 3 *q.* 3. Angel. §. 19. Couar 2. *ver. cap.* 20. *num.* 13. Suarez *cap.* 11. *num.* 18. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 9. Farinacius *in append. de immunit. cap.* 15. *num.* 200. *& de carceribus, q.* 28. *num.* 43. Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 37. Ambrosin. *cap.* 10. *num.* 12. & Fagundez 1. *part. de præceptis Ecclesiæ, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 58. contra Decianum *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 21. Curtellium *de immun. Eccles. lib.* 1. *q.* 19. *num.* 4. *& seqq.* Peregrinum *de Immunit. cap.* 5. *num.* 10. Azorium 2. *part. lib.* 9. *c.* 9. *vers. quid dicendum*, & nonnullos alios apud Couar. & Suar. *in locis suprà cit.*

Cæterùm, quod subdit Fagundez *loco cit.* & docent etiam Couar. Silvester, Layman. Curtellius, & Suarez *vbi suprà* (nempe, quod si Reus in tali casu iustè detentus, ad carcerem nolit redire, possit Prælatus concedere facultatem, vt habita cautione de impunitate pœnæ corporalis ab Ecclesia extrahatur; quamnis secus, si talis pœnæ mortis periculum subesset) mihi cum Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 20. non probatur (saltem si custodi carcerum ex tali Rei fuga periculum mortis non imminear; quia talis traditio priuilegiū immunit. simpliciter (exceptis casibus in iure expressis (Reo cōcessum destrueret. Accedit, quod Gregorius XIV. in sui Constitutione prohibet extractionem fieri, etiam pro quauis pace, & causa; Nequè inde fit (vt obiiciūt Aduersarij) quod Ecclesia faueat delicto, sed quod faueat delinquenti, ob delictum commissum; præsertim, quia talis non peccat formaliter, quia est in Ecclesia, sed solum quia non redit, siue sit in Ecclesia, siue alibi; quod materialiter, & impertinenter se habet ad peccatum; Et ex alio capite Custos carcerum sibi imputet, si non didicerit cautius agere, sicuti debebat.

SECTIO XI.

An gaudeat clericus comparatiuè ad Iudices seculares?

SVMMARIVM.

1 *Clericus etiam comparatiuè ad Iudices seculares, gaudet immunitate, siue subsit eorum iurisdictioni, siue non.*

2 *Clericus non debet esse deterioris conditionis, quam laicus.*

3 *Clericus, si non seruet requisita Tridentini, priuatur priuilegio personali, non item locali.*

1 REspondetur, quod gaudeat etiam clericus, (si loquamur comparatiuè ad Iudices seculares) siuè eorum iurisdictioni non subdatur (quod est certum (siuè etiam, si ex defectu alicuius requisiti, subdatur; quia tunc clericus reputatur tamquam
2 Laicus, atquè adeò non debet esse deterioris conditionis, quàm laicus; quapropter, licet in tali casu priuetur priuilegio personali clericorum, non tamen priuatur priuilegio locali sacrorum locorum iure communi generaliter concesso, etiam laicis;
3 Atque ita ex communi sententia Doctorum docent Nauarrus *cap.* 25. *num.* 22. Suarez *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 7. Genuensis *in praxi cap.* 22. *num.* 11. Bonacina *de Immunitate quæst.* 7. §. 3. *num.* 6. Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 6. *q.* 8. *num.* 151. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 11; Farinac. *de carceribus q.* 28. *num.* 7. *& in append. cap.* 2. *num.* 34. *& seqq.* Germon. *de sacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 90. *& seqq.* Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. Sacra Congregatio Cardinalium teste Farinacio *cit. cap.* 2. *num.* 36. *ad fin.* & alij contra nonnullos apud citatos Doctores, præsertim Farinacium *cit. num.* 36. Vide *infrà sect.* 14.

SECTIO XII.

An clericus, qui non subditur iurisdictioni Iudicum secularium, sed Ecclesiasticorum, gaudeat comparatiuè ad Iudices Ecclesiasticos, non quidem in casibus exceptis (in quibus certum est, quod non gaudeat? quia nullibi reperitur hoc speciale priuilegium, & pro eis personali quoque per degradationem immunitate exuuntur, vti docent ex communi Suarez *lib.* 3. *de relig. cap.* 10. *num.* 7. Farinacius *de carceribus q.* 28. *num.* 8. *& in append. de immunit. Eccles. num.* 35. Barbosa *tom.* 2. *de iure Eccles cap* 3. *num.* 45. *vers. Et multò magis*, & Curtellius *de immun. Eccles. lib.* 1. *q.* 20. *num.* 11. *& quæst.* 23. *num.* 25. contra Bernardum Diaz *pract. capite* 123. *in fin*) sed in casibus non exceptis?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui non subest Iurisdictioni Iudicum secularium, sed Ecclesiasticorum non gaudet immunitate Ecclesiæ comparatiue ad Iudices Ecclesiasticos,*

2 *Immunitas Ecclesiæ non derogat Potestati Ecclesiastica, sicut derogat Potestati Laicali.*

3 *Sententia Ecclesiastica contra Delinquentem ferri potest in Ecclesia, secus si sit Laicalis.*
Prælatus Ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem suam in locis sacris.

4 *Immunitas personalis debita Clericis non impedit eorum punitionem à Iudice Ecclesiastico.*

5 *Immunitas personalis est maior quam Ecclesiarum asylum cum Clerici sint Dei templum viuum.*

6 *Iudex Ecclesiasticus citra vllam Ecclesiæ violationem, potest punire suos subditos Clericos.*

7 *Immunitas Ecclesiæ laditur quando contra eius Prælati voluntatem, Delinquens ibi existens extrahitur.*

8 *Clericus cum extrahitur à Iudice Ecclesiastico, ex voluntate Ecclesiæ extrahi dicitur.*

9 *Iniuria facta Ecclesiæ censetur facta Prælato, & è contra.*

10 *Iudex Ecclesiasticus maiorem potestatem habet in Ecclesia, ex qua Reus extrahitur, quam Iudex secularis.*

11 *In Iudicio Ecclesiastico non ita seuerè agitur ad corporis pœnam, & publicam vindictam, ad quam euitandam introducta est Immunitas Ecclesiarum, sicuti in seculari.*

12 *Immunitas Ecclesiarum propriè tantum introducta videtur comparatiue ad Iudices secula-*

ret(quo minus scilicet Reos ab Ecclesia extrahere possint) non item comparatiue ad Iudices Ecclesiasticos.

13 *Clerici Delinquentis ab Ecclesia extractio,Ecclesiæ nec dedecus,nec irreuerentiam gignit.*

14 *Prælatus Ecclesiasticus tenetur defendere loci sacri immunitatem,cuius est Ordinarius.*

15 *Clericus si ob delicta non posset extrahi ab Ecclesia à suo Prælato,raro puniretur.*

16 *Constitutio Gregoriana,qua reducit antiquos Canones ad vnam formam, mentionem fecit de laicis,& non de Clericis.*

17 *Ex assumptione oppositæ speciei alterius remotio sequitur.*

18 *Ecclesiasticus,& laicus,cum duo sint directe contraria, mutuo se emittunt, ita vt admisso vno emittatur alterum.*

19 *Prælatis permittitur etiam in Ecclesiis citra immunitatis violationem, subditos suos punire,ac verberibus afficere. & ideo possunt illos ab Ecclesia extrahere vt loco decentiori puniant.*

20 *Maius decus,& honor Ecclesiæ est quod Ecclesiastici puniantur ne laicis scandalum generetur*

21 *Clericis conuenit sanctitas, & maior quam laicis integritas.*

22 *Pontifex quia in Bulla nullam mentionem fecit de Episcopis, sequitur quod ipsis noluerit hanc suorum Clericorum extractionem prohibere directe, vel indirecte.*

23 *Loquentium persona semper excepta censentur ex vulgatis Iuribus.*

24 *Religiosorum excessus grauibus pœnis puniuntur, qui tamen semper in locis sacris morantur.*

RESpondetur negatiuè;quia Immunitas Ecclesiæ non derogat potestati Ecclesiasticæ, sicut derogat potestati laicali;ergo, &c. Consequentia patet: antecedens probatur, quia sententia delinquentis Ecclesiastica pronunciari potest in Ecclesia,quamuis non sic laicalis. *c. præceptum, 2.q.2.* & tradit glos. *in c.nullus clericorum, 17.q.4.* & Abbas *in cap. inter alia, num. 13. de immunit. Eccles.* tum quia sicut potest exercere iurisdictionem suam Princeps secularis in locis sibi subiectis, ita etiam debent posse exercere suam Prælati Ecclesiastici in locis sibi subiectis,cuiusmodi sunt Ecclesiæ,& loca sacra; tum quia immunitas personalis debita clericis non impedit eorum punitionem à Iudice Ecclesiastico, ergo nec impediet immunitas localis, quæ minor est; siquidem immunitas personalis est maior,quam Ecclesiarum Asylum, cum sint illi Dei templum viuum, *1. ad Corinth. cap. 5.* & tamen illius immunitatis nulla in delictis per Iudicem Ecclesiasticũ ratio habetur, quin eos citra vllam Ecclesiæ violationem puniat; tum quia immunitas Ecclesiæ læditur, quando contra eius voluntatem delinquens ibi existens extrahitur; at cum extrahitur clericus à Iudice Ecclesiastico, ex voluntate Ecclesiæ extrahitur,cum Ecclesia,& Iudex Ecclesiasticus seu Ecclesiæ Prælatus quo ad hoc sint idem; Vnde iniuria facta Ecclesiæ censetur facta Prælato, & è contra satisfactio facta Prælato cẽsetur facta Ecclesiæ; tum quia Iudex Ecclesiasticus maiorem potestatem habet in Ecclesiam,ex qua Reus extrahitur quàm Iudex secularis: tum quia in Iudicio Ecclesiastico non ita seuerè agitur ad corporis pœnam, & publicam vindictam,(ad quam euitandam introducta est immunitas Ecclesiarum) sicuti in seculari; quapropter Ecclesiasticum iudicium etiam in Ecclesia fieri potest, non sic seculare, vti *supra* dicebatur: tum denique quia immunitas Ecclesiarum propriè tantum introducta videtur comparatiuè ad iudices seculares (quò minus scilicet Reos ab Ecclesia extrahere possint.)non item comparatiuè ad Iudices Ecclesiasticos;vti rectè notarunt Suarez *cit. cap. 10. num. 6. & 23.* Azorius *to.2. lib.9.cap.9. quæst.9.§ quid de pagano,*& Layman. *lib.4.tract.9 cap. 3.num.10.argum.cap.inter alia,de immunit. Eccles.* & ita habet praxis, & consuetudo, teste Fagundez, Layman,Curtellio,& Peregrino, (quæ est optima legum interpres)& fatentur nonnulli ex Aduersariis *in locis infra citandis*,& suadet ratio;quia Clerici delinquentis ab Ecclesia extractio,Ecclesiæ nec dedecus,nec irreuerentiam gignit,& sic cessat ratio Canonum, qui Aduersariis ipsis fatentibus, non personis, sed locis fauere voluerunt, Ergo, &c.

Secundò, quia loci sacri immunitatem tenetur defendere Prælatus Ecclesiasticus illius loci; sed si clericus ei subditus gauderet illius loci immunitate,non esset,qui clericum defenderet à Prælato volente illum extrahere;nec esset,qui cognosceret,an debita sit illi immunitas:(nam remittere cognitionem ei,qui prætendit immunitatem, & aduersus quem est immunitas, absurdum videtur)ergo ne talia absurda sequatur,dicendum est,quod clericus comparatiuè ad Iudices Ecclesiasticos immunitate Ecclesiæ non gaudeat.

Tertiò,quia alioquin rarò de suis delictis puniri posset clericus;cùm regulariter in Ecclesiis, vel iuxta eas versetur;& sic eius sequeretur impunitas contra *cap.2.& c.cum illorum de sent.excom.*

Quartò,quia in Constitutione Gregorij XIV. (quæ reducit omnes Canones antiquos ad vnam formam) mentio fit expressa de laicis, & non de clericis,ibi: *Ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur,vt laicis ad Ecclesias,locaque sacra, & religiosa confugientibus.* Item ibi: *volumus dictaque,&c. vt Curia secularis,eiusque Iudices,& Officiales ab Ecclesiis,&c. Laicum aliquem,vt præfertur,delinquentem,* &c. Item ibi: *Renouamus omnia priuilegia laicis concessa extrahendi delinquentes à loco sacro*;nulla mentione facta clericorum;ergo clarè ibi insinuatur,clericos non habere hanc immunitatem comparatiuè ad Iudices Ecclesiasticos:Ex assumptione enim oppositæ speciei,alterius remotio sequitur, *l. si interr. de except.rei iudicatæ, iuncta gl.in ver. directo contrar.* in Clement. *testibus* de testibus: quapropter cum Ecclesiasticus, & laicus duo sint directè contraria, vt *in cap.inter alia de immunit.Eccles.* mutuò se emittunt, ita vt admisso vno emittatur alterum,Surd, *decis.24.numer.10.& decis.92. numer.11. & consil.211.nu.16.* Barbosa *axiom.58.num.3.*& alij passim.

Quintò, vt arguit Abbas *loco supra cit.* à sufficienti partium enumeratione;quia,vt inquit ipse, Canones locuti sunt de laicis, & ius Ciuile etiam locutum est de suis subditis laicis,nec potuit de clericis, seu Ecclesiasticis validè loqui, & disponere.

Sextò; quia dum permittitur Prælatis, etiam in Ecclesiis citra immunitatis violationem subditos suos punire,ac verberibus afficere,per *cap.universitas de sentent excommunicat.cap. fin.de Regular.c. præceptum, 2. quæstio. 2. & cap. qua fronte, de appellat.* non est, cur, vt in decentiori loco puniant, ab Ecclesia extrahere illos posse prohibeantur.

Septimò, quia maius decus, & honor Ecclesiæ est, quod Ecclesiastici ad aliorum exemplum, ne laicis

laicis ſcandalum generetur, puniantur, quàm quod
21 Eccleſiæ immunitate gaudeant, & non extrahantur: clericis enim conuenit ſanctitas, & maior, quàm laicis integritas, *cap. ſacerdotes 8. diſtinct.*

22 Octauò, quia cùm Pontifex clericos Vrbis ratione ſui Lateranenſis Epiſcopatus, ac reliquos omnes ſibi ſubditos coërcere poſſit, neque in hac Bulla de Epiſcopis locutus fuerit, ſequitur, quod
23 neque Epiſcopis, & multò minus ſibi ſuorum ſubditorum extractionem, directè, vel indirectè prohibere voluerit; loquentium enim perſonæ ſemper exceptæ cenſentur ex vulgatis iuribus per Surdũ *conſ. 47. num. 19.* Gambacurtam *lib. 5. cap. 43. num. 2. & ſeqq.* Phæb. *deciſ. 113. n. 13. lib. 2.* & Modernum *de iure belli lib. 2. cap. 4. num. 12.* Siquidem nemo in ſeipſum, niſi in ſpecie ſtatuit; quinimmò nec in ſpecie, vt *in l. penult. ff. de recept. arbitr.* quapropter cùm ſæpe de membrorũ, ac vitæ integritate ab Eccleſiaſticis impetranda in citatis de immunitate Canonibus agatur, numquam tamen de indulgentia per ipſoſmet, vel per Pontificem diſponentem impertienda mentio fit (quemadmodum Abbas, & Abbatis ſequaces rectè conſiderarunt) vt hinc manifeſtum fiat, quod loquentis perſona in diſpoſitione non venerit.

Atque ita ex probabiliori, licet non communiori ſententia Doctorum docet Abbas *in cit. cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. num. 13.* ex eo, quia ſi rectè perpendantur Canones, ſemper in iis mentio fit de laicis, *cap. Reum, cap. Conſtituimus, 17. q. 4. cit. cap. inter alia*, &c. & ex auctoritate Gloſſæ id tenentis *in cap. nullus clericorum, 17. q. 4.* & ex *Clement. 1. de*
24 *priuil.* & *cap. non ſolum. de regul. iuris*, vbi Religioſorum exceſſus grauibus pœnis puniuntur, qui tamen ſemper in locis ſacris moranturita etiam docent Silueſter *verb. Immunitas, numer. 7.* Armilla *num. 10.* Roſella *num. 9.* Nauar. *cap. 25. num. 22.* Remigius de Gonny *de immunit. Eccleſ. fallentia 21.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 11.* (qui teſtantur, ex vi conſuetudinis ita ſeruari in praxi) Item Suarez *lib. 3. cap. 10. num. 5. & ſeqq.* Decianus *tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 14.* Genuenſis *in prax. Archiepiſc. cap. 22. in fin. num. 11.* Lopez *part. 2. c. 285.* Azorius *part. 2. lib. 9. cap. 9. quæſt. 9.* Portell. *ver. Immunitas Eccleſiaſtica num. 13.* Homobon. *part. 2. tract. 11. cap. 12. quæſt. 26. Suppoſ. 3.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 9. quæſt. 8. dub. 1. num. 16.* Ricc. *part. 3. deciſ. 172.* Peregrin. *de immunit. cap. 12. num. 3.* Megalius *in 3. part. lib. 4. cap. 2. num. 34.* Fagundez *de præceptis Eccleſiæ, precept. 2. lib. 4. cap. 4. num. 51.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 213.* Heuia *in Curia Philipp. part. 3. §. 12. num. 17.* Bellettus *part. 1. tit. 3. §. 15. num. 1.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 1. q. 24.* Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. q. 50. art. 4.* Filliucius *tract. 15. c. 6. q. 8. num. 151.* & Bonacina *diſp. 3. de primo Decalog. præcept. q. 7. & de immunit. §. 3. num. 7.* Contra Couar. *2. var. cap. 20. num. 16.* Diaz *pract. cap. 115.* Tuſchum *ver. Eccleſia, concl. 9. num. 17. & concl. 11. n. 27.* Romanum *conſil. 226. & 834.* Zerol. *in prax. Epiſ. part. 1. §. Immunitas Eccleſiaſtica, ver. 8.* Monticellum *in prax. crimin. regul. 12. num. 18.* Duardum *in Bull. Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 16. num. 13.* Gambacurtam *de Immunit. lib. 4. cap. 11. num. 8.* Gutierez *pract. qq. Ciuil. q. 3. num. 1.* (qui ait, ſententiam ſuam veriorem eſſe in puncto iuris, etſi fateatur, priorem ſeruari in praxi) Item contra Ambroſinum *de immunit. cap. 12. num. 3.* Clarum *in pract. §. fin. q. 30.* Decianum *lib. 6. cit. cap. 26. num. 1.* Barboſam *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 6. num. 14. & de vniu. iur. Eccleſ. tom. 2. cap. 3. num. 135. & ſeqq.* Lotterium *de benef. tom. 1. lib. 1. q. 13. num. 113.* Farinacium *de carcerib. q. 28. num. 7. & in append. de Immunit. cap. 2. n. 34.* Mar. Ital. *tract. de immunit. lib. 1. cap. 3. §. 1.* (qui dicunt, opinionem, quam ipſi tradunt, eſſe communem, & ſi fateantur, opinionem oppoſitam eſſe vſu receptam) Item contra Dianam *part. 1. tract. 1. reſol. 24.* Lezanam *ver. immunitas, num. 6.* Salgad. *de protectione Regia tom. 2. part. 1. cap. 4. num. 115.* Lol. *lit. P. tom. 1.* Bobadillam *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 57. in gloſ. lit. P.* (vbi contendit opinionem ſuam eſſe veriorem, & communiorem) & cõtra Petrum Cenedum *q. 42.* qui aſſerit, quod Iudex Eccleſiaſticus extrahens ab Eccleſia Reum clericum, ſine licentia Summi Pontificis, in criminibus non exceptis, incurrat pœnas, & cenſuras latas contra violantes immunitatem Eccleſiarum.

Difficultates, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Sacri Canones concedentes immunitatem loquuntur generaliter, & ſine limitatione, ſed comparatiue ad Iudices ſeculares tantum.*

2 *Clericus Delinquens ſi confugiat ad Eccleſiam, duplici titulo eximitur à laicali Iuriſdictione, & ratione Perſonæ, & ratione loci.*

3 *Generalis locutio comprehendit ſolum omnia eiuſdem generis, ſeu ſpeciei, non vero etiam id, quod non ſolum eſt diuerſum, ſed etiam oppoſitum.*

4 *Summi Pontifices, vbi volunt includere Clericos & Laicos, eos ſpeciatim exprimunt.*

5 *Generalis locutio non includit eos, qui ſpeciali nota digni ſunt, quales ſunt Clerici.*

6 *Item non includit eos qui ſpeciales ob cauſas ex generali diſpoſitione eximi debent; nec eos de quibus loquens in ſpecie loqui deberet, nec eos qui probabiliter in illa diſpoſitione venire non deberent.*

7 *Priuilegium ratione loci conceſſum, ex qualitate perſonarum metiri non debet; nec in ordine ad ipſum Perſonæ ratio haberi.*

8 *Exemptæ Eccleſiæ, licet Perſonæ omnes ad eam pertinentes exempta cenſeantur, non tamen id etiam ad Curatum, ſeu Parochum extenditur.*

9 *Locus ſacer dicitur proprium Iudicis Eccleſiaſtici Territorium; vnde ex captura Clerici in eo, non ſequitur Eccleſiæ irreuerentia.*

10 *Clerici, licet non gaudeant dicto Immunitatis priuilegio cõparatiue ad Iudices Eccleſiaſticos, non propterea ſunt deterioris conditionis quã laici. & ſi ſunt nõ ſunt per ſe, ſed per accidens.*

11 *In prædictis attendi debet non vtilitas vnius Clerici tantum, ſed totius ſtatus Clericalis.*

11 *Multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati; quia ipſi inueniuntur ſibi inimici.*

13 *Religioſi, qui ſui commodi gratia exiſtimationem propri) ordinis per implorata iudicia, denigrant, at proiiciunt, vocantur Ingrati.*

14 *Declaratio Cardinalium quod Clerici confugientes ad Eccleſiam gaudeant immunitate, non conſtat authentice, & facit tantum opinionem ſatis probabilem. item dic de pluribus aliis ſimilibus Declarationibus.*

15 *Eccleſia eſt Domus Clericorum, at in Domo propria non decet quempiam capi, & vinculis alligari, ſecus à ſuperiore Domus.*

16 *Nullus Clericorum ſeruum, vel diſcipulum ſuum.*

Digitized by Google

fuum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat, quod si fecerit, donec digne pœniteat à loco, cui honorem non dedit, segregetur.

17 *Canon citatus prohibet immoderatam castigationem serui vel Discipuli, non autem moderatam, quæ in Ecclesia fieri potest.*

18 *Canon citatus loquitur in ordine ad extrahendum laicum, non autem Clericum, & de extrahente, qui non sit superior Ecclesia.*

19 *A præcepto negatiuo, & limitante affirmatiua dispositio elici non potest.*

20 *Constitutio Gregoriana disponit ne laici, & seculares magistratus aliquid possint contra Clericos, quo fit vt nihil de Clericis, aliisve fauore Ecclesiasticorum iudicium positiue constitutum sit.*

21 *Expressio, & specialis locutio eorum quæ tacitè insunt, quando ad maiorem claritatem, & euidentiam fit non vitiatur, neque aliquid addit, licet dubietatem tollat.*

22 *Ratio constitutionis Gregoriana, quod sit directa ad Iudices laicos patet ex dicta clausula verbis.*

23 *Clerici confugientes ad Ecclesiam, sequuntur opinionem oppositam, quæ est etiam satis probabilis.*

24 *Ratio, cur Clerici non gaudeant immunitate est status diuersus à laicis, in quibus magis excusabilia sunt delicta, quam in Clericis.*

25 *Legislator tenetur legem suam seruare, quando materia legis est communis.*

1 DIces, *cap. inter alia, cap. id constituimus & cap. definiuit, cap. si quis contumax', & cap. si quis inuentus.* 17. q. 4. loquuntur de hoc Immunitatis Ecclesiæ priuilegio generaliter, & sine limitatione, ergo non est, cur ad solos laicos restringatur, *l. de pretio, ff. de publicana*; alioquin clerici essent deterioris, conditionis, quàm laici; tum quia dictum priuilegium non tam videtur personale, quàm locale, id est, quod concedatur personis ratione loci, sed locus est communis laicis, & clericis, quin magis proprius clericorum; ergo, &c.

Respondetur ex dictis: concedo totum iura scilicet loqui de hoc immunitatis priuilegio generaliter, & sine limitatione; sed aduersùs iurisdictionem secularem, seu comparatiuè ad Iudices seculares tantum, ita vt si clericus delictum committat, & ad Ecclesiam confugiat, duplici titulo à iurisdictione seculari eximatur, primo ratione personæ, secundo ratione loci.

Accedit, quod ex *l. item apud Labeonem, ff. de iureiur.* & ex *cap. si sententiam, de sentent. excommunicat. in 6.* generalis locutio comprehendat solum omnia eiusdem generis, seu speciei, non verò etiam id, quod non solum est diuersum, sed etiam oppositum, quales sunt inter se clerici, & laici, quorum vnis expressis alteri censentur remoti, & excepti, vt in *cap. duo sunt*, 12. q. 1. Vnde summi Pontifices, vbi volunt ambos includere de ambobus loquuntur, *cap. ex parte, de priuileg. & cap. 1. de prebend.* & docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Lel. Zech *de Republ. Eccles. lib.* 123. At in hac specie, vt supra dicebam, & videre est apud Canones, & Gregorianâ, de laicis solis locuti sunt. Ergo, &c. Vt omittam, quod generalis locutio eos, qui speciali nota digni sunt (quales sunt clerici) non includat: item nec eos, qui speciales ob causas ex generali dispositione eximi debent: item nec eos, de quibus loquens, in specie loqui deberet, vt seipsum ad aliquid obligaret: item tandem nec eos qui probabiliter in illa dispositione venire non deberent, vt patet ex vulgatis limitationibus, quas afferunt Doctores *in cap. veniens, cap. Quinta valis, de iureiur. cap. vlt. de officio Vicarij in 6. & l. an obligatione generali, ff. de pignor.*

Accedit secundò, quod licet priuilegium ratione loci concessum ex qualitate personarum metiri non debeat; nec in ordine ad ipsum personæ ratio haberi, iuxta Doctrinam Bartoli *in leg. cunctos populos, Cod. de summa Trinit. & fide Catholic. & in l. fin. Cod. de testament.* & Baldi *in l. si non speciale, Cod. eodem* quam sequuntur communiter Doctores: non tamen hæc Regula sit ita absolutè vera, quin manente realitate priuilegij qersona aliqua excludi possit, vt expressè habetur *in cap. per exemptionem de priuileg. in 6.* vbi exempta Ecclesia, licet personæ omnes ad eam pertinentes exemptæ censeantur; non tamen id etiam ad Curatum, seu Parochum extenditur, cùm hic ratione officij, speciali quadam ratione Ordinario subesse censeatur, & sic in facta loco exemptionis concessione non includatur, quod ibi quamplures ad Regulæ in oppositum adductæ declarationem adnotarunt; ergo, &c.

Vt omittam, quod per hoc ipsum clerici ab immunitate excludi debeant; quoniam ex eorum per Ecclesiasticos Iudices captura non sequitur loco sacro irreuerentia; cùm Ecclesia sit proprium Iudicis Ecclesiastici territorium, vbi ius ille dicit, & subditos punit. *cap. vniuersitas de sentent. excommunicat.* Iudicia enim huiusmodi omnia, & citra sanguinem, in Ecclesia ab Episcopo rectè peraguntur, secularia non item: cessante verò loci sacri ratione nullus in hoc casu personæ fauor attenditur; quia præualere huic debet bonum correctionis, & emendationis, vt delinquens fiat melior, vtque cæteri, metu certæ punitionis perterriti, non delinquant: nam si Episcopus eos in ipsamet Ecclesia corrigere potest, non est; cur ad id ipsum agendum alibi decentiùs, ab Ecclesia extrahere non possit.

Accedit tertiò, quod clerici per hoc non sint laicis deterioris conditionis per se, sed ad summum solum per accidens, quod non est mirum; cùm attendi debeat non vtilitas vnius clerici personæ, sed potius status clericalis, cui valde prodest, si paucorum exemplo reliqui deterreantur, sciendo, quod pro delictis Ecclesiarum asylo participes non sint, sed capi, & puniri, à suis superioribus possint; quod etiam prodest ex ipsis clericis, quoad disciplinam Ecclesiasticam: quapropter etiam ex hoc capite hęc immunitas ipsis iustè denegatur, ita vt, si de hac re conqueruntur iniustè conquerantur, iuxta illud diui Augustini *cap. 72. Enchirid.* vt etiam nolentibus remedia, si proficua sint, præstentur: *Multa enim*, inquit ille, *bona præstantur inuitis, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati; quia ipsi inueniuntur sibi inimici.* Vnde rectè Laurentius de Peirinis *tract. de subdito, cap. 20. fol.* 214. vocat ingratos Ecclesiasticos, præcipuè Religiosos, qui sui commodi gratia, existimationem proprij Ordinis per implorata iudicia denigrant, ac proiiciunt.

Instabis primò, extat Cardinalium declaratio (quam ex Barbosa *in Collectan. Bullar. ver. immunitas*, refert Diana *par. 3. tract. 2 resol. 35.*) quod scilicet clerici confugientes ad Ecclesiam immunitate gaudeant, Ergo.

Respondetur, quod de illa non constet authentice: & sic quod faciat solum opinionem, quamuis satis

satis probabilem. Idem dico de alia declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum in vna Tropiensi die 29. Ianuarij 1617. vbi dicitur, quod gaudere immunitate debeant clerici, qui post delicta patrata ad Ecclesias confugiunt, extra casus in Bulla Gregorij XIV. comprehensos, cum in hoc casu opinio Abbatis communiter sit reprobata. Idem etiam dico de alia declaratione eiusdem Sacræ Congregationis die 17. Augusti 1618. vbi tamen non ita strictè, sed aliquantulum laxiùs dicitur, quod non possint clerici ab Ecclesia extrahi, præterquam in casibus degradatione dignis; si secus fiat, restituantur Ecclesiæ.

15 Instabis secundò, Ecclesia est domus clericorum, at in domo propria non decet quempiam capi, & vinculis alligari. *l. plerique. ff. de in ius vocando, & l. nemo, ff. de reg. iuris*; ergo.

Respondetur, distinguo minorem: in domo propria non decet quempiam capi, & vinculis alligari; ab eo, qui non sit superior illius domus, concedo, ab eo, qui sit superior illius domus, & nego; quapropter, cùm Episcopus sit superior Ecclesiæ, poterit clericum ibi capere, & vinculis alligare; & sic retorquetur argumentum.

16 Instabis tertiò, *in cap. nullus, 17. q. 4.* dicitur, quod nullus clericorum seruum, vel discipulum suum ad Ecclesiam confugientem extrahere audeat, vel flagellare præsumat; quod si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, cui honorem non dedit, segregetur; Ergo si dominus seruum, & magister discipulum non potest ab Ecclesia extrahere, & ad correctionem punire, neque poterit Iudex Ecclesiasticus clericum.

17 Respondetur, quòd ibi prohibeatur immoderata castigatio serui, vel discipuli, non item moderata, quam in Ecclesia fieri posse, probat gl. *ibi*, & nos dicebamus *suprà*. Adde, quòd textus loquitur in
18 ordine ad extrahendum laicum, non item clericum. & de extrahente clerico; qui non sit superior Ecclesiæ, & propria authoritate extrahat, quia talis non habet iurisdictionem in Ecclesia; non autem de extrahente clerico, qui sit superior Ecclesiæ, vel si non est superior Ecclesiæ, extrahat authoritate eius qui sit superior Ecclesiæ.

Instabis quartò, Clausula ipsa excipiens à generali Bullæ dispositione sæculares, clericos, vel cuiuscumque Ordinis, aut militiæ regulares ostendit, in casibus ibi relatis, quin immò indistinctè in omnibus illos immunitate gaudere; ergo.

Respondetur; nego antecedens, quia in ea Pontifex id non agit, vt quid de illis delinquentibus, & confugis faciendum sit, statuat, sed in prædicta dispositione inclusos esse abnegat; quod licet per laicorum expressionem obtinere potuisset, voluit tamen expressiùs exprimere, ne id laici Magistratus vigore facultatum (in hoc non derogatarum (exercere posse prætenderent, præcipiens, ne illis (etiam
19 in casibus in constitutione expressis) contra eius generis homines vterentur; à quo negante, & limitante præcepto affirmatiua dispositio elici non potest, cùm in casu valde remoto Pontifex processerit, vt *in l. que, ff. de verb. oblig.* ibi: *Extrinsecus, & nihil ad præsentem actũ pertinentia pro superuacuis habebuntur*, &c. nam tota illa oratio ad laicos Magistratus dirigitur, vt in suis subditis ea omnia, quæ in Bulla dicta sunt, experiantur, ne putarent id ipsum sibi contra clericos licere; quo fit, vt
20 nihil de clericis, aliisve fauore Ecclesiasticorum iudicum positiuè constitutum sit, ex *cap. duo sunt, 11. q. 1. & ex l. Miles, in princip. ff. de legat. 2.* & ex Baldo *cons. 495. præsupposita, vers. non obstant illa verba, lib. 4.* Cast. *cons. 252 viso puncto, col. 2. in princip. lib. 1.* & Barbosa *axiom. 73. num. 17.* Expressio si- 21
quidem; & specialis locutio eorum, quæ tacitè inerant, quando ad maiorem claritatem, & euidentiam fit, non vitiatur, neque aliquid addit, licet dubietatem tollat, *l. quæsitum est, §. si quis fundum, ff. de fund. instr.* ibi: *Sed potius ex abundanti adiectum, l. conditiones, quæ extrinsecus*, vbi *gl. ff. de condit. & demonstr. l. pediculis, §. Labeo. ff. de aur. & argent. legat. l. insula, §. 1. & l. testamentum, Cod. de testam.* Quod autem oratio ad Iudicem laicum directa 22
fuerit, patet ex dictæ clausulæ verbis: vbi postquam præcepisset Pontifex, ne Curia sæcularis in spirituali quæstione hæresis (licet à sacrorum immunitate exclusum crimen illud fuisset) se intromitteret, sequitur præcipiendo, vt idem de personis Ecclesiasticis seruandum sit, etiam in casibus in illa expressis: quod si, vt supra dicebatur, nullatenus clerici, minúsque Religiosi, in Canonibus exprimantur, quin neque comprehendi possint, sed potius ex eis expellantur, cùm à laicis per oppositam speciem contra distinguantur, sequitur, quod idem de clericis, & Religiosis dici non possit.

Hinc non obstat, si dicas: Constitutio Gregoriana facultatem extrahendi clericos laicis Iudicibus detrahit; ergo clericos ad Ecclesiam confugere solitos innuit. Item Ecclesiasticis Iudicibus id permittit in casibus exceptis; ergo negare videtur in non exceptis: patet enim ad hæc facilè Responsio ex dictis. Vt omittam; quod si clerici ad 23
Ecclesiam confugere sunt soliti, id faciant sequendo opinionem oppositam, quæ est etiam satis probabilis.

Instabis quintò. Clericus si extra Ecclesiam delinquat, ac inde ad Ecclesiam confugiat, habetur, ac si quilibet laicus deliquerit: ergo.

Respondetur; quod siue clericus deliquerit in Ecclesia, siue extra, non est hæc ratio, cur is immunitate non gaudeat, sed relatæ per nos supra, 24
quæ respiciunt personam, & statum totaliter diuersum à laicis, in quibus magis excusabilia sunt delicta, quàm in clericis, *cap. cùm ab omni, 10. de vit. & honest. Cler. & cap. fin. eod. tit.*

Instabis sextò. Legislator tenetur legem suam seruare, *cap. cùm omnes, de constitut.* ibi: *Patere legem quam tu ipse tuleris*, ergo etiam Ecclesiastici tenentur legem de immunitate ab Ecclesia latam seruare.

Respondetur, distinguo antecedens: Legislator tenetur legem suam seruare; quando materia legis est communis omnibus, concedo; quando non est communis omnibus, nego; & ita est in casu 25
nostro; quia, sicuti suprà dicebam, extractio è locis sacris non est inducta contra potestatem Ecclesiasticam, sed contra sæcularem: nam, cum de iure communi nemo possit exercere iurisdictionem in alieno territorio, meritò Pontifex sæcularibus interdixit iurisdictionem in Ecclesia exercere, extrahendo ad illam confugientes; quam tamen facultatem Ecclesiasticis Prælatis in suis Ecclesiis, id faciendi non ademit; cum illæ ad ipsorum quasi territorium pertineant.

SECTIO XIII.

An gaudeat seruus comparatiuè ad dominum?

SVMMA

SVMMARIVM.

2 *Seruus,licet comparatiuè ad Iudicem gaudeat immunitate; tamen non gaudet comparatiuè ad dominum.*

2 *Seruus postquam Clericis iuramentum præstiterit dominus ei de eius immunitate, ad seruitium domini sui redire compellitur, etiam inuitus,alioquin à domino poterit occupari.*

3 *Iuramentum domini videtur sufficiens ad securitatem serui quando delictum est leue; at si delictum fuerit graue regulariter iuramentum non sufficit.*

4 *Prælatus Ecclesiasticus non obligatur domino seruum suum tradere quando delictum est graue, simplici iuramento, sed tenetur dare maiorem securitatem.*

5 *Dominus recusans dare maiorem securitatem pro serui immunitate,compellitur ad eum vendendum,quia tunc non debet domino tradi.*

6 *Si seruus armatus irruat in Ecclesiam, & ibi mutilat, vel occidit,est extrahendus; quia tunc immunitate non gaudet.*

1 REspondetur,quod seruus (quamuis comparatiuè ad Iudicem gaudeat immunitate Ecclesiæ,vt suprà dicebam; quia comparatiuè ad illum qualitas seruitutis per accidens se habet) tamen comparatiuè ad dominum non gaudeat; & probatur,quia Innocent. III. *in cap.inter alia, §. si verò seruus,de immunit.Eccles.* ait,quod postquam de immunitate serui dominus eius clericis iuramentum præstiterit,ad seruitium domini sui redire compellitur,etiam inuitus,alioquin à domino poterit occupari.Idémque habetur *l.præsenti, §.fin.Cod.de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* Quod tamen locum habet,si delictum serui fuerit leue: tunc enim per iuramentum præstitum videtur sufficiens securitas seruo dari, & periculum irregulatæ correctionis euitari.At si delictum fuerit graue, regulariter iuramentum non sufficit; quapropter securitatem aliam maiorem debet dominus dare(aliàs nõ obligabitur Prælatus Ecclesiasticus seruum domino tradere;sicuti rectè docent gl.*in cit.l.præsenti*,, & *in Authen. de mandatis Principum §. publicorum*, & Suar.*lib.3.cap.10.num.2.*Azorius *2.par.lib.9. cap.9. quæst.9.in fin.*Duard.*in Bull.Cœn.lib.2. can.15.q.16. num.14.* Farinacius *in append. de immunit. cap.4. num.76.* Gutierrez *pract.qq.ciuil. q.1.num.1. & 18.* & Anastas. Germon.*de sacr.immunit. lib.3. cap.16. num. 55.* quam securitatem maiorem si dominus noluerit,vel non potuerit dare,compelli debet seruum vendere, & non debet seruus domino tradi, *§.fin.Instit.*quibus alienare licet, vel non; & docet gl.*in cit. l. præsenti, & in cit. Authent. de mandatis Princip.*Abb.*in cap.inter alia num.23.* Butrius *ibid. num.17.*Decian.*lib.6.cap.26.num.9.*& alij apud Farinacium *loc.supra cit. num.69.*Vide etiam Curtellium *de immunit. Eccles.lib.1.q.1.n.9.*& quæ dicẽtur *sect.15.obijcies in l.seruus C.de his,qui ad Eccles. conf.* dicitur, quod si seruus armatus in Ecclesiam irruat, statim sit extrahendus, vel domino danda facultas illum extrahendi;ergo.

6 Respondetur cum Angelo *ver. immunitas,n.12.* id intelligendum esse cum cautione prædicta iuris Canonici,promissa scilicet,vt *suprà*,impunitate serui,dummodo non irruat in Ecclesiã,& ibi mutiler, vel occidat, quia tunc absque dubio extrahendus est, vtpote immunitate Ecclesiæ non gaudens, vt *infrà dub.19.* dicetur.

SECTIO XIV.

An gaudeat clericus,saltem in aliquo casu, tam comparatiuè ad Iudicem sæcularem, quàm Ecclesiasticum?

SVMMARIVM.

1 *Clericus dimisso habitu modo sit tantum in minoribus, gaudet immunitate.*

2 *Clericus sine requisitis præscriptis à Concilio Tridentino sess.23.cap.6.reputatur vt laicus, & sic non debet esse deterioris conditionis.*

3 *Clericus gaudens priuilegio fori, si committat delictum, ob quod Iudici sæculari tradendus est, extrahi potest ab Ecclesiastico Iudice, & Iudici sæculari tradi.*

4 *Crimina,ob quæ Reus Clericus deponendus est, & Iudici sæculari tradendus, excepta esse solent.*

5 *Clericus extrahi non debet ob crimen non exceptum,vel si extrahatur Curiæ sæculari non est tradendus.*

RESpondetur, quod clericus (in quibus casibus Iudex sæcularis,eum capere potest, si scilicet in minoribus existat, & beneficiatus non sit, nec habitum,& tonsuram gestans alicui Ecclesiæ,iuxta Tridentinum Concilium *sess.23.c.6.*deseruiat) immunitate Ecclesiæ gaudeat, ita vt nec à Iudice sæculari,nec Ecclesiastico extrahi possit;quia clericus in tali casu reputatur vt laicus;& sic non debet esse deterioris cõditionis,quàm laicus.vide *supr.sect.11.*

An autem, si clericus gaudens priuilegio fori committat delictum, ob quod Iudici sæculari tradendus est,ab Ecclesiastico Iudice extrahi possit,vt Iudici sæculari tradatur?

Respondetur affirmatiuè;quia crimina, ob quæ reus clericus deponendus, & Iudici sæculari tradendus est,excepta esse solent, ita vt in ipsis cesset immunitas Ecclesiastica.

Cæterùm,si crimen aliquod sit, quod ab Ecclesiasticæ immunitatis defensione non excipiatur,& nihilominus ob id clericus incorrigibilis Iudici sæculari tradi possit,tunc Iudex Ecclesiasticus, vel illum extrahere non debet,vel si extrahit, Iudici sæculari tradere non potest.

SECTIO XV.

An gaudeat Religiosus in ordine ad Prælatum Religionis?

SVMMARIVM.

1 *Religiosus si delinquat non gaudet Ecclesia immunitate, & sic à Prælato Religionis ab Ecclesia extrahi potest.*

2 *Religiosi gauderent Ecclesiæ immunitate, si ea gauderent Clerici, & sic nunquam de delictis suis à superioribus puniri possent, cum semper sint in Monasterijs immunitatem habentibus.*

3 *Religiosis immunitas conuenire non potest, nec de iure Cæsareo, nec de iure Pontificio.*

4 *Reli*

4 *Religioſi attentis votis ſolemnibus non veniunt appellatione liberorum, ſed ſeruis equiparantur, ideo ſuis ſuperioribus tradi debent.*

5 *Seruus ſiue ius Canonicum, ſiue ius Ciuile ſpectetur, ad ſeruitium reuocari poteſt.*

6 *Religioſi quod gaudeant immunitate in Eccleſiis non ſuorum Monaſteriorum affirmant Gambacurta, & Petrus Cenedus, ſecus ſi à ſuperiore eis tantum imponenda ſit pœnitentia paterna.*

7 *In ſententia dictorum ſi ſuperior ad iniungendas pœnas vltrices extraheret Religioſum ab Eccleſia alterius Ordinis violet immunitatem, & cenſuras latas contra violantes incurrat.*

8 *Religioſi ſic extracti non tenentur ad interrogationes factas reſpondere.*

9 *Religioſus in Ordine ad Prælatum Religionis quod non gaudeat Eccleſia immunitate ſimpliciter dicendum eſt.*

10 *Praxis, & conſuetudo obtinet quod Religioſi pro ſuis criminibus cognoſcantur tantum à Prælatis Religionum etiam de mandato Summi Pontificis.*

11 *Religioſus committens apoſtaſiam, & quodcumque aliud delictum etiam non exceptum, non gaudet immunitate, ita vt à ſuo ſuperiore ab Eccleſia extrahi poſſit, & puniatur in foro etiam Iudiciali ſecundum ſacros canones contra plures Doctores.*

12 *Limitant quod non gaudeat in Monaſteriis, & Eccleſiis ſui Ordinis.*

13 *Ampliat ſecundum Auctorem, quod abſolutè non gaudeat.*

1 REſpondetur, quod Religioſus è contra, ſi delinquat, immunitate Eccleſiæ non gaudeat & conſequenter à Prælato Religionis ex Eccleſia extrahi poſſit. Atque ita docent Doctores *ſupra* citati illi, qui tenent, quod clerici immunitate Eccleſiæ non gaudeant; ad quam ſententiam confirmandã.

2 Rectè ſubdunt primò, quod, ſi clerici gauderent, gauderent etiam Religioſi, & ſic numquam iſti de delictis ſuis à ſuis ſuperioribus puniri, & detrudi in carcerem poſſent, cùm ferè ſemper, & Moniales ſemper, ſint in monaſteriis immunitatem habentibus; ſed hoc eſt abſurdum, ergo & abſurdum eſt illud, vnde hoc ſequitur, quapropter dicendum, quod nec clerici, nec Religioſi immunitate Eccleſiæ gaudeant.

3 Rectè ſubdunt ſecundò, quod immunitas Religioſis conuenire non poſſit, neque ratione iuris Cæſarei (à quo etiam immunitas Eccleſiarum dimanauit, ſiuè poteſtatis, ſiuè intentionis effectu; neque ratione iuris Canonici, cùm Pontifex *in c. inter alia de immun. Eccl.* diſtinguat duo hominũ genera, ibi: *Iuxta ſacrorum ſtatuta Canonum, & traditiones legum Ciuilium, ita duximus diſtinguendum, quod fugiens ad Eccleſiam, aut liber, aut ſeruus exiſtat:* & qua diſtinctione adhibita, priores in exceptis aliquibus criminibus, obtentis prius membris, & vita, præcipiat extrahendos; poſteriores autem impunitate præſtita, dominis vel inuitos tradi: quare cùm Religioſi, attentis votis ſolemnibus, appellatione liberorum non veniant, ſed ſeruis æquiparentur, conſequens eſt, quod ex vi huius textus ſuperioribus ſuis tradendi ſint; præſertim quia ſeruus, ſiue ius Canonicum, ſiue ius Ciuile ſpectetur, ad ſeruitium reuocari poteſt, vt *ſup. ſect.* 13. dicebamus, & habetur in *Can.* 34 *id conſtituimus*, 17 *q.* 4. & *can. procliuis*, 20 *q.* 3. & *l.* 4. & 6. *§. ſanè ſi ſeruum, Cod. de eis, qui ad Eccleſ. confug.*

Atque ità in ſpecie docent Silu. *ver. Immunitas*, 3. §. 3. *n.* 2. Fagundez *de præceptis Eccl. præcept.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 52. Curtell. *de immun. Eccl. lib.* 1. *qu.* 23. & 25. Riccius *par.* 3 *dec.* 172. *num.* 6. (vbi ſic in Curia Archiepiſcopali Neapolitana deciſum fuiſſe, teſtatur) Suar. *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 6. Megal. *in* 3. *par. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 6. & Peregrin. *de immun. c.* 12. *n.* 3. *dub.* 3. contra Gãbacurt. *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 10. Petr. Cened. *qu.* 42. & Dian. *par.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 25. Quamuis hi duo Doctores fateantur, quod Religioſus immunitate Eccleſiæ nõ gaudeat, in Eccleſia proprij Monaſterij, vbi delinquit, etſi tamen id non concedat Gambacurt. niſi ſolum in caſu, quod Superior procederet ad pœnitentias ſalutares iniungendas in foro paterno, (nè Religionis vniuerſum ſtatutum peruertatur) non item, ſi procederet ad iniungendas vltrices pœnas Canonum in foro Iudiciali, adeò vt, ſi hoc faciant Superiores, incurrant illi, inquit ipſe, pœnas, & cenſuras latas contra violantes immunitatem Eccleſiarum; & Religioſi extracti non teneantur ad interrogationes factas reſpondere. 6 7

At ſimpliciter dicendum eſt, quod Religioſus in ordine ad Prælatum Religionis immunitate Eccleſiæ non gaudeat, non ſolum propter rationes ſupra adductas, quod ſcilicet clerici non gaudeant immunitate Eccleſiæ, ſed etiam quia alioquin nũquam Religioſus aliquis puniri poſſet; & ſic corrueret diſciplina regularis; & præterea, quia ſic habet quotidiana praxis, & conſuetudo à Summis Pontificibus approbata, cùm quotidie Summi Põtifices ex appellatione cauſarum ad Vrbem videant Superiores Regularium contra illos proceſſum formare, & ſententiam ferre de delictis intra Monaſterium commiſſis; & tamen id non reprobent, ſed potius approbent, & confirment; propter quam rationem deſcendunt in noſtram opinionem Mar. Italia *de immun. lib.* 1. *c.* 3. §. 1. & *lib.* 5. §. 6. *n.* 119. & Diana *cit. reſol.* 25. 8 9 10

Hinc ſequitur, quod, ſi Religioſus apoſtaſiam (idemque dico de omni alio delicto, etiam non excepto: nam de exceptis nulla eſt difficultas) commitat, Eccleſiæ immunitate non gaudeat; ita vt à ſuo Superiore ab Eccleſia extrahi poſſit, vt puniatur in foro etiam Iudiciali ſecundum rigorem Canonum; Atque ita in terminis docet præter alios Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num.* 16. Peregrinus *de immunitat. cap.* 12. *numero* 16. & Curtellius *de immunitat. Eccleſ. lib.* 1. *quæſtio.* 23. contra Bobadillam in *Politicam. lib.* 2. *cap.* 14. *numero* 57. (qui citat Rebuffum, & Decianum.) & contra Marium Ital. *de immunit. lib.* 1. *cap.* 3. §. 1. *numero* 17. & *cap.* 5. §. 6. *numero* 114. (qui teſtatur, Apoſtatam quemdam à Religione fuiſſe reſtitutum Eccleſiæ, à qua fuerat extractus) & contra Farinacium in *append. de Immun. cap.* 13. *n.* 169. Duardum *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *Can.* 15. *q.* 16. *n.* 15. Barboſam *de iure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 45. Tullench. *in Decalogo* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *dub.* 2. *numer.* 2. & 3. & Dian. *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 23. qui ſententiam negatiuam ſequuntur, quamuis, illam limitando, fateantur, quod non gaudeant in Eccleſiis, & Monaſteriis eiuſdem Religionis, à qua apoſtatauit; & ſic quod ex his locis extrahi quidem poſſit, etſi nõ ex aliis. Sed quod dixi, abſolutè ſcilicet quod in omnibus Eccleſiis, & Monaſteriis non gaudeat; & ſic quod abſolutè ex omnibus Eccleſiis, & Monaſteriis extrahi poſſit, eſt probabilius, præſertim, cùm ſemper videatur eſſe eadem ratio. 11 12 13

DVBITATIO XI.

An, & quid dicendum sit in causis Ciuilibus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Ecclesia locum habet in causis ciuilibus; ita vt si Debitor ad illam confugiat gaudeat immunitate; nam concessa est de iure ciuili.*
2 *Debitor ob ciuilia debita ad Ecclesiam confugiens per se, vel per Procuratorem in Iudicio comparere potest.*
3 *Debitore recusante comparere in Iudicio modo predicto potest Iudex post solemnium edictorum citationem, apprehensis bonis ipsius Creditoribus satisfacere.*
4 *Ecclesia approbat Leges Ciuiles, quæ Ecclesiarum Immunitati à se statuta non præiudicant.*
5 *Immunitas Debitoribus concessa est non solum à Iure ciuili; sed etiam à Iure Canonico.*
6 *Debitor suspectus de fuga, publicus tributorum Exactor, obligatus ad publica ratiocinia gaudet d. immunitate.*
7 *Nemo ab Ecclesia extrahi possit etiamsi non sit Reus, etiam si extrahatur ad duellandum, vel firmandam pacem, neque debet impediri exitu ab ipsa positis custodibus ad euitãda scandala.*
8 *Violantes Ecclesia immunitatem de Iure excommunicari debent.*
9 *Constitutio Gregoriana licet loquatur solum de extrahentibus Reos ibi (laicis Reis) dispositio tamen pœnalis extenditur ex identitate, & maioritate rationis, quando aliàs sequeretur absurdum.*
10 *Quando duo casus æquiparantur in lege antiqua, Lex noua, loquãs in vno, locum habet in altero.*
11 *Constitutio pœnalis quando continet fauorem Ecclesiarum fit extensio ex identitate rationis.*
12 *In odiosis, & contra immunitatem Ecclesiasticã non est facienda extensio ex identitate, & maioritate rationis, secus est in fauorabilibus.*
13 *Rei, qui non gaudent, cum in Bulla excipiuntur, exceptio non fit per particulam (tantum)*
14 *Reorum appellatione veniunt etiam Debitores, vt potè Rei Debitorum.*

1 RESPONDETVR. Immunitatem Ecclesiæ locum habere in causis ciuilibus (ita vt si debitor ad illam confugiat, securus ibi existat) quia talis immunitas iure ciuili concessa est ex *l. præsenti, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* & ex *l.* 2 *vlt. eodem tit.* (vbi dicitur, quod debitor ob ciuilia debita ad Ecclesiam confugiens, per se, vel per pro-
3 curatorem in iudicio comparere possit; quod si id facere recuser, vel differat, possit Iudex, post solem-
4 niũ edictorum citationem, bona debitoris apprehendere, & ex iis peritoribus ad modum debiti satisfacere) sed Ecclesia approbat leges ciuiles, quæ
5 Ecclesiarum immunitati à se statutæ non præiudicant *c. inter alia, c. id constituimus, c. si quis contumax, c. si quis inuentus, c. frater, sess. 25. c. 20. Tridentini*, & Constitutione Gregorij XIV. Ergo non solum à iure ciuili, sed etiam à Canonico hæc immunitas debitoribus concessa est.

Arque ita contra Iasonem *in l. vinum, ff. si certum petatur*, Curtellii *de immun. Eccles. lib. 1. q. 32. n. 26. & seqq.* & contra alios, quos citat, & sequitur Ceuall. *in tract. de cognit. per viam violent. par. 2. q. 5. n. 6.* declarauit sacra Congregatio Episcop. in vna Cotronensi die 21. Iulij 1617 & in vna Beneuentana die 10. Maij 1619. & ex communi docent Abbas *in c. inter alia, de immunit. Eccles. n. 22. & seqq.* Silu. *ver. Immunitas, 3 q. 3 dict. 6.* Nauar. *c. 25. n. 19.* Couar. *cit. c. 20 n. 14.* Layman *lib. 4 tract. 9. c. 3 n. 5.* Azor. *2 par lib. 9. c. 9. q. 9.* Suarez *lib. 3. c. 11. n. 3.* Farinac. *de carcerib. q. 28. n. 31.* & in append. *de Immunit. c. 3. n. 57.* Gutierez *pract. qq. Ciuil lib. 3. q. 1.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 28. n. 34.* Ambrosin. *de Immunit. Ecclesiast. c. 13. n. 1.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib. 2. c. 16. n. 8. & seqq.* Megalius *in 3 par. lib. 4. c. 2. q. 2. n. 35.* Diana *par. 1 tract. 1. resol. 6* 32. (qui id verum esse dicit, etiam stante statuto, quod debitor possit carcerari; & in casu, quod sit suspectus de fuga, & debitor publicus, vt exactor tributorum; & debitor ex causa administrationis, & redditionis rationum; & obligatus ad ratiocinia publica; & officialis debitor ex causa Syndicatus.) Item Graff. *to. 1. lib. 3. conf. 1. de immunit. Eccles.* Portell. *ver. Eccles. immunitas, n. 14.* Barbosa *de iure Eccles. to. 2. c. 3.* Tusch *tom. 3. lit. E. concl. 11 n. 3.* Gambacurta *lib. 4. c. 15.* Peregrin. *de immunit. c. 12. n. 19.* Bonacina *disp. 3. q. 7. de immunit. §. 4. num. 1.* Lezana *ver. immunitas Eccles. n. 16.* & Genuens. *in prax. c. 22. n. 1. & 9.* qui, & satis probabiliter, subdit, quod dicta immunitas cõcessa sit aliis omnibus, ita vt nemo (quamuis nullo modo sit reus) ex Ecclesia extrahi possit ob quemcunque finem; siuè v. g. ad Reum in illa receptum reuelandum, vbi nam is se absconderit, siue (cùm ipse ad duellum aliquem prouocauerit, & in Ecclesiã se receperit, ne à curia seculari impediatur à duello prosequendo) ad pacem faciẽdam cum illo, quem ad duellum prouocauerat, & ad vitanda scandala, præsertim cùm alio modo scãdalia obuiari possit, apponendo scilicet custodes, vel adeundo Episcopum, qui prouideret, &c. idque probat ex eo, quia in Cõstitutione Gregorij XIV. ob extractionem pro quacunque causa, imponuntur ipso facto pœnæ, quæ à iure sunt statutæ contra violantes immunitatẽ, & libertatẽ Eccles. & de 8 iure excõmunicari debent violantes immunitatẽ, *s. mirer, cap. si quis contumax, cap. quisquam, 17. q. 4.*

Et quamuis cit. Constitutio Gregorij XIV. lo- 9 quatur solum de extrahentibus reos ibi (*laicis Reis*) dispositio tamen pœnalis (inquit, & rectè, idem Genuens.) extenditur ex identitate, & maioritate rationis, quando, si non fieret extensio, sequeretur absurdum, vt sequeretur in casu nostro, si scilicet non possent extrahi Rei, & alij possent, Imola *in l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim.* & Franc. *in c. 1. de temporibus ordination. in 6.* tum quia, quando duo 10 casus æquiparantur in lege antiqua, lex noua loquens in vno, locum habet in altero. Bartol. *in l. quod verò, ff. de legib.* & Franc. & Imola *in locis suprà cit.* tum quia *in c. desponsam, 17. q. 4.* cauetur simpliciter, nè confugientes, & commorantes in Ecclesia extrahi possint: tum denique quia, quando Constitutio pœnalis continet fauorem Ecclesiarum, 11 fit extensio ex identitate rationis, vt ait gl. *notabilis in cap. sciant, de elect. in 6.* & Franch. *in dicto cap. 1.*

Obiicies, Cùm in Bulla Gregorij XIV excipiãtur quidã, & determinati casus, qui nõ *gaudeãt. immun.*

Ecclesiæ

Ecclesiæ, non licet ex his ad alios, quod etiam non gaudeant, argui ex identitate, quia neque *ex maioritate* rationis, vt dicetur *infra dub. 19. & 24. sect. 3.* ergo sic & in casu nostro.

12 Respondetur: disparitas est: quia ibi sumus in odiosis, & contra immunitatem Ecclesiasticam, quæ, vtpotè fauorabilis, debet potius ampliari, quàm restringi, & præterea casus, qui in Bulla excipiuntur, excipiuntur per particulam, *tantum*. At in casu nostro potius sumus in fauorabilibus, & pro immunitate Ecclesiæ; & præterea cùm in Bul-
13 la excipiuntur Rei, qui non gaudeant; non excipiuntur per particulam *tantum*. Vel dic cum Suario *lib. 1. to. 1. tr. 2. de relig. q. 11. n. 3.* & Peregrino *de immun. c. 12. vers. nec connumit*, appellatione Reorum
14 venire etiam debitores, vtpotè Reos debitorum.

SECTIO II.

An, & quid dicendum de debitore?

Difficultas Prima, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1. *Ecclesia solum Delinquentibus immunitatem concedit explicitè, implicitè autem eam concedit etiam Debitoribus.*
2. *In lege, quamuis pœnali, sit extensio, si alioquin sequitur absurdum.*
3. *Appellatione Reorum licet veniant delinquentes, veniunt etiam debitores.*
4. *Priuilegium Immunitatis cum sit pium, debet etiam ampliari ad debitores.*

OBiicies primò ex Curtellio *cit. q. 32. n. 22. & seqq.* Ecclesia solum delinquentibus immunitatem concedit, non item debitoribus, vt videtur colligi ex *c. inter alia*, ibi: *Quecunque grauia maleficia perpetrauerit* ex *c. statuimus*, ibi: *Non liceat Reos ab Ecclesiis extrahere.* (Rei enim propriè sunt delinquentes, non autem debitores.) ex *cap. si quis contumax*; *cap. si quis inuentus*; & *cap. frater*, in quibus iuribus omnibus mentio fit de delinquentibus, nō autem de debitoribus: & ex Constitutione Gregorij XIV. ibi: *Laicum delinquentem*. & infra: *Quodque delinquentes laici, &c.* ergo debitoribus ex iure Ecclesiastico immunitas non debetur, sed ad summum ex iure Ciuili; & sic vbi ius Ciuile non obligat, non habebit effectum.

1 Respondetur, distinguo antecedens: Ecclesia solum delinquentibus immunitatem concedit; explicitè, concedo, implicitè, nego; quia hoc ipso, quod concedit eam delinquentibus, intelligitur implicitè concedere etiam debitoribus; ex eo, quod absurdum esset, fauere nocentibus, exclusis innocentibus. Quapropter in lege, quamuis pœnali, fit extensio vltrà proprietatem verborum, quotiescumque alioquin, attentis verbis in propria significatione sequitur absurdum, Doctores, quos citat &
2 sequitur Genuens. *in prax. c. 17. n. 2.* Adde, quod licet appellatione reorum, quibus Ecclesia concedit immunitatem, propriè veniant delinquentes, veniunt tamen etiam debitores, vtpotè Rei debitorum, & Rei in iudicio, (vnde Reus dicitur, quicunque in iudicium vocatur, siuè ciuiliter, siuè criminaliter, sicuti rectè docent Cou. *2. var. c. 20. num. 14.* Suar. *lib. 3. c. 11. n. 3.* Azor. *2. par. lib. 9. c. 9.* Farin. *de carcerib. q. 28. n. 31. & in append. de immun. c. 3. n. 51.* Ambros. *de immun. c. 13. n. 2.* Anastas. Germ. *de sacror. immun. lib. 3. c. 16. n. 110.* Genuensis *in praxi c. 17. n. 2.* & Bonac. *disp. 3. q. 7. de immun. §. 4. n. 2.*) præsertim
4 quia, cùm hoc priuilegium, sit pium, & fauorabile, debet ampliari, Doctores, quos citat, & sequitur Farin. *in append. c. 2. n. 28.* Ambros. *c. 10. n. 7.* & Mar. Italia *lib. 1. c. 2.* contra Decianum *lib. 6. c. 2. n. 14.* & quia Ecclesia approbat leges ciuiles, quæ sunt in fauorem immunitatis, vti *suprà* dicebam *sect. 1. n. 1. & seqq.* & hæ tale priuilegium concedunt, etiam debitoribus, vti dicebam ibidem.

SECTIO III.

An dicendum, quod debitor debeat laborare, vel seruiens creditori satisfacere?

Difficultas secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1. *Immunitas est non solum vt debitor pœnam corporalem non luat, sed etiam vt in Ecclesia existens non extrahatur, vinculis non alligetur, & alio modo vexetur.*
2. *Debitor licet ad Ecclesiam confugerit, potest citari, & si se non defendat, Creditor obtinebit, non autem tradendus est in seruum Creditori: secus dicendum de seruo fugitiuo.*

OBiicies secundò ex eodem Curtellio *loc. sup. cit. n. 32. & seqq.* Immunitas solum est, vt debitor pœnam corporalem non luat *c. inter alia, de immun. Eccl. c. id constituimus, & c. definiuit*, 17. *q. 4.* non autem, vt non laboret, vel creditori seruiens non satisfaciat; alioquin irrationabilis esset, quia præiudicat iuri tertij, & fauet nocenti. Vnde seruus fugiens ad Ecclesiam ob sæuitiam Domini, securitate accepta, Domino redditur, ne Dominus priuetur iure quæsito, quod habet, vt seruus ei laboret, ergo sic, &c.

Respondetur, nego priorem partem antecedentis; quia iuxtà iura cit immunitas est non solum vt debitor pœnam corporalem non luat, sed etiam vt ibi existens non extrahatur, vinculis non alligetur, & alio modo non vexetur. Neq; hinc absurda, quæ inferebantur, sequuntur; quia poterit debitor citari, & si se non defenderit, mittetur creditor in eius bonorum possessionem; quamuis nunquam tradēdus sit in seruum creditori; quia hoc non debetur ei nisi post sententiam, & in pœnam. Secus dicendum de seruo fugitiuo cuius possessio, & dominiū est apud dominum, etsi contrarium etiā quoad hūc sentiant Abb. *in c. inter alia, n. 22.* Oldrad. *Cons. 54.* Boërius *dec. 2. 15. n. 7.* & Alberic. *1. par. statutorum q. 39. & in rubr. Codic. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.*

SECTIO IV.

An, & quid dicendum de debitore suspecto de fuga?

Difficultas Tertia, eiusque solutio.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Debitor suspectus de fuga, est suspectus de graui delicto.*
2 *Suspectus de fuga potest capi,& incarcerari,etiam à Iudice incompetenti in die festo.*
3 *Priuilegium Immunitatis non excludit suspectum de fuga,nec illud impediri potest delicto Debitoris committendo.*
4 *Debitor existens in Ecclesia ne fugiat à Iudice custodia adhibita impediri poterit, & non extrahi.*
5 *Reus carcerari potest in die festo & puniri, non autem in loco sacro.*
6 *Quæ dicta sunt de Debitore dici etiam possunt de milite qui pecunia accepta,fugit.*
7 *Fugiens à Militia non est Reus criminis læsæ maiestatis in Personam sed solum in statum.*

1 OBiicies tertiò,saltem immunitas non competet debitori suspecto de fuga, ita vt hic saltē ab Ecclesia extrahi possit,& tradendus sit iudici,vt securus reddatur creditor;Atque ita docent nonnulli apud Couar. 2.*var.c.* 20.*n.*14.& apud Anastasium Germ.*de sacr.immunit.lib.*3.*c.*16.*n.*99.*& seqq.* ex eo,quod debitor suspectus de fuga est suspectus de graui delicto;ergo Ecclesia,cùm possit,impedire illud debet; & sic Iudici tradere debitorē, vel alia via de fuga istius securum reddere creditorem;tum ex eo,quod suspectus de fuga potest capi,& incarcerari(etiam ab incōpetenti Iudice)in die festo;vt rectè docet Couar. 2.*var.c* 20.*n.*14.Ergo & poterit capi,& incarcerari in loco sacro argum.sumpto de tempore ad locum,*l.vinum ff.si certum petatur,l.ratio,§.si per venditorem,ff.de action.empti.*

3 Respondetur,nego antecedens;quia priuilegiū immunitatis non excludit suspectum de fuga; nec illud impediri poterit delicto debitoris committendo;tum quia alia via(scilicet si à Iudice custodia apponatur) fuga impediri potest, absque eo, 5 quod ab Ecclesia debitor extraharur. Neque argumentū de tempore ad locum est firmū;quandoquidē Reus puniri potest in die festo, nō autē in loco sacro.Vnde patet ad opposita respōsio;atque ita ex communiori,ac probabiliori sententia Doctorum docent Couar. & Anastas. Germ. *in locis suprà cit.* Suarez *c.*11.*n.*3.Farinac.*in append.de immunit.c.* 3. *n.*60.Ambrosin.*de immunit.Ecclesiast.cap.* 13. *n.*3. Diana *cit.resol.*32.& Bonac. *q.* 7. *de immunit.* §. *in princip.*Idemque dicas de milite, qui cùm militiæ Pecunia accepta,fuerit ascriptus,inde fugam arripiens,ad Ecclesiā se recepit;quia per talem militiæ ascriptionē,nō est propriè seruus Principis,sed debitor;& per fugā à militia nō est Reus criminis læsæ Maiestatis in personā,sed solū in statū Principis. Vide, quæ dicentur *infrà dubit.* 23. *sect.* 2. *& seqq.*

2 *Immunitas in sententia dictorum Doctorum conceditur Ecclesiæ quatenus approbat leges ciuiles immunitatem concedentes.*
3 *Leges ciuiles potius denegant, quam concedant immunitatem Debitoribus tributorum.*
4 *Princeps non præsumitur contra se ipsum legem condere.*
5 *Immunitas non est solum ex eo,quod Ecclesia approbet Leges ciuiles,sed etiam ex eo,quod omnibus delinquentibus & Reis immunitatem concedit,aliquibus casibus exceptis.*
6 *In generali concessione immunitatis veniunt etiam Debitores quicunque sint, & qui Rei in Iudicio,& Rei Debitorum nominantur.*
7 *Authentica de mandatis Principum,cum Iuri canonico aduersetur,iam ab illo reuocata est.*
8 *Hoc ius immunitatis respectu Debitorum qui in fraudem Creditorum rebus suis absconditis, ad Ecclesiam confugiunt in aliquibus locis non seruatur.*
9 *Obligatus ad ratiocinia ex causa alicuius administrationis etiam gaudet immunitate.*
10 *In Can.Vxor.*17.*q.*4.*qui tenebatur ad ratiocinia, quem Pontifex præstito iuramento impunitatis extrahi mandat,erat seruus.*

SECTIO V.

An,& quid dicendum de debitore tributorum? Difficultas quarta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas quod non competeret Debitoribus tributorum qui ab Ecclesia extrahi possent, si consuetudo non esset in contrarium voluerunt nonnulli Doctores.*

OBiicies quartò,saltem non competet debitori tributorum; ita vt hic saltem ab Ecclesia extrahi possit,si consuetudo non sit in oppositum; atque ita docent Ancharan.*c.inter alia,n.*6.*&*7.Butrius *n.*13.Oldrad.*consil.*54.*n.*2.Curtellius *cit.q.*32. *n.*42.*& seqq.*Gambacurta *lib.*5.*c.*43.*n.* 2. *& seqq.* & Petr.Greg.Syntag.Iuris, *l.*33.*c.*22.*n.*2.ex eo,quod sic statuitur in Authent.*de mandatis Princip.*§. *publicorum,iuncta gl.ibi*;tum ex eo, quod immunitas debitori conceditur ab Ecclesia, quatenus approbat leges ciuiles immunitatem concedentes, quæ debitori illam non concedunt,sed potius denegāt, *cit.Authent.de mandatis Principum*;tum denique ex eo, quod Princeps non præsumitur contra seipsum legem condere. 1 2 3 4

Respondetur,nego antecedens;quia immunitas non est solum ex eo,quod Ecclesia approbet leges ciuiles,sed etiam ex eo,quod omnibus delinquentibus,& Reis immunitatem concedit,aliquibus casibus exceptis,& exceptis per particulam, *tantum*, qua generali concessione veniunt debitores, quicunque sint,& qui Rei in Iudicio, & Rei debitorum nominantur;maximè quia priuilegium pium, & fauorabile latè interpretandum est, vt suprà dicebamus;& casus, qui excipiuntur, excipiuntur per particulam, *tantum*. 5 6

Hinc patet ad oppositā;& ad illud *de Authent.de mandatis Principum*, quod scilicet, cùm *cit. Authent. de mandatis Principum* Iuri Canonico aduersetur, iam ab illo reuocata sit; Atque ita ex communiori,& probabiliori etiam sententia Doctorum docent Couar. 2.*var.cap.*20. *num.*14.(vbi tamen ait, quod hoc ius immunitatis respectu debitorum ex causis ciuilibus in quibusdam Regnis non vsque adeò obseruetur; præsertim si per fraudem bonis absconditis, vel secum delatis in Ecclesiam confugiant; vt Gutierez *lib.* 1.*pract. q.*1.*num.*13.notauit;qua de re tamen nos dicemus *infrà*) Suar.*lib.*3.*cap.*11.*num.*3.Azor.2.*part.lib.* 9. *cap.*9.*versitem dubia*,Anast.Germ.*de sacr.immunit. lib.*3.*cap.*16.*num.* 110. Ambrosin. *de immunit. Eccles.cap.* 13. *num.* 2. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 5. Farinac. *de carceribus quæst.*28. *num.* 31. *& in append. de immunit. cap.* 3. *num.* 51.Bonacina *disp.* 7 8

Digitized by Google

disp.3.q.7.de immunit §.4. num. 2. & Diana *cit. resol.32.*

9 Hinc sequitur à fortiori, quod immunitate etiam gaudeat obligatus ad ratiocinia ex causa alicuius administrationis, sicuti rectè docent Nauar. *cap.25.num.19.in fin.* Farinac. *in append. num. 63.* & Decianus *lib.6.cap.28.nu.26.* quidquid in contrarium dicat Curtellius *n.26.* & *41.*

10 Neque obstat, quod in *cap. vvor, 17.q. 4.* quidam seruus obligatus ad ratiocinia confugit ad Ecclesiam, & Pontifex mandat, quod is, præstito iuramento immunitatis, inde extrahatur. Nam ibi (vt rectè aduertunt Farinacius, & Decian. in *locis supra cit.*) sermo est non de homine libero, sed de seruo, quem domino restituendum esse, præstito iuramento impunitatis, *supra* dicebam. Vide etiam, quę dicentur *infrà dub.24.sect.19.*

SECTIO VI.

An, & quid dicendum de decocto fraudulenter? Difficultas quinta, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Decoctus fraudulenter in sententia plurimorum Doctorum non gaudet immunitate.*

2 *Decoctus fraudulenter est publicus latro, & propterea plectitur pœna capitis.*

3 *Pius V. in sua constitutione æquiparat decoctum fraudulenter publico latroni.*

4 *Decoctus fraudulenter nec ratione debiti, nec ratione delicti priuatur Ecclesiæ immunitate.*

5 *Decoctus fraudulenter reuera non est publicus latro, sed solum per quamdam æquiparantiam.*

6 *In pœnis non est facienda extensio ad delicta similia.*

7 *Decoctus fraudulenter gaudet immunitate proculdubio si ad Ecclesiam secum non asportet bona, vt illa absconderet, sed tantum, confugit, vt saluet Personam.*

8 *Constitutio Gregoriana reuocat omnia priuilegia, & Indulta data principibus extrahendi delinquentes ab Ecclesia, & nominatim fraudulenter decoctos.*

9 *Raro in fraudulenter decocto possunt contingere qua necessaria sunt in publico latrone, præsertim actuum frequentia.*

10 *Clemens VIII. in quibusdam literis directis Archiepiscopo Bononiensi, & Nuncio Neapolitano, mandat superioribus Regularium ne fallitos, Bannitos, fures &c. in suis Conuentibus receptent.*

11 *Huiusmodi literæ non derogant Constitutioni Gregoriana quia non sunt data & publicatæ in forma legis.*

12 *Huiusmodi literæ non statuunt tradi Reos Iudicibus secularibus, sed tantum expelli à Conuentibus.*

13 *Huiusmodi literæ non obligant nisi Bononiæ & Neapoli non autem in aliis locis, & Prouinciis, licet essent publicatæ.*

14 *Lex, & præceptum non potest vltra intentionem legislatoris vel præcipientis obligare.*

15 *Regularium superiores, qui in eorum Conuentibus dictas personas receptant, & diu detinent, non possunt puniri nisi Bononiæ, & Neapoli.*

16 *Debitor fraudulentus ad Ecclesiam cum bonis confugiens, non debet ibi multo tempore tolerari, sed debet tandem expelli.*

17 *Decoctus non debet res, & bona in præiudicium Creditorum ad Ecclesiam transferre, sed debet illa Iudici seculari consignare, vt adiudicet cui de iure competunt.*

18 *Decoctorum bona possunt etiam auferri à Iudice seculari, de licentia tamen Iudicis Ecclesiastici.*

19 *Si posita sint in loco immuni in præiudicio creditorum, debent poni in loco non immuni, & consignari Iudici cõpetenti, ex Sacra Cõgregatione.*

OBiicies quintò, saltem non competet decocto fraudulenter. Atque ita docent Boërius *decis. 115 num.7.* & alij complures Doctores apud Couar. quos ipse sequitur *2.var cap.20.num. 14.* Farinac. *de carcerib.q.28.num.33.* Gutierez *pract. qq.ciuil.lib.3.q.1 numer.4.* & *15.* Decian *tract.crim.lib.6. cap.28.num.34.* Gambacurt. *lib. 4. cap. 15.* Rodriguez *in Summ.tom.7.cap.154.num. 1.* Fagundez *de præceptis Eccles.prec.2.lib 4.cap.4.num.53.* Ioan. de la Cruz *p.1.prec.8.q.3.art.1.Dub.1.concl.1.* Bobadilla *to.1.lib.2.cap. 4.num.67.* & *71.* Villadieg. *in Polit.cap.3 num 216.* Azeuedus *to 3.lib. 5.tit.20.leg. 6.num. 2.* Sarpus *de iure Asylorum cap. 5.fol. 50.* Anastas. Germon, *de sacrorum immunit.lib.3.cap. 6 num.113.* Rebuff. *2.to.ad reg.Constit. Galliæ, & de mercatoribus art.vlt.gl.vlt.num.7.* & *8.* Tannerus *in 2.2.S.Th.disp.5 q.8.dub.1 num.17.* Peregrin. *de immun.cap.12.num.4.* Suarez de Paz *in pract.to.1 par. 5.cap.3.q.3.num 156.* Curtellius *de immunit. Eccl. lib.1.q.32.num.1.* & Pereira *de manu Reg.par.2.cap. 50.num.16.* ex eo, quod talis sit publicus latro (quapropter pœna capitis plectitur) tum ex eo, quòd sic statuerint multi Catholici Reges (vti testatur Couar. *loco supra cit.*) & Pius V. expressè in sua Constitutione eum æquiparet publico latroni. 2 3

Respondetur, nego antecedens; quia, nec ratione debiti, nec ratione delicti ab immunitate excluditur, non ratione debiti, alioquin omnes debitores excludi deberent, nec ratione delicti; quia non est publicus latro reuera, sed solum per quamdam æquiparantiam; in pœnis autem non est facienda extensio ad delicta similia. Quapropter, licet à Pio V. expressè in sua Constitutione æquiparetur publico latroni, non tamen hinc sequitur, quod etiã æquiparatus veniat quoad priuationem immunitatis; cùm pœnæ non sint extendendæ ad delicta similia præsertim, si extensio sit in præiudicium Ecclesiarum; & oppositum reperiatur expressissim in iure, sicuti est in casu nostro, vt mox infra dicetur. Atque ita in specie de hac Constitutione loquens docet Farinacius *to 1.consil 76.num.13.* Ambrosin. *de immunit. c.1.n.14.* Locatellus *de tortura insp.sect. 5.num.158* & Chartarius *decis.criminal.46. num.721* 4 5 6

Et quidem quod dixi, est certum in casu, quod non fugeret ad Ecclesiam cum bonis, vel illa absconderet, sed solum fugeret ad Ecclesiam, vt personam saluaret (quod fatentur etiam ipsi Aduersarij saltem quamplurimi) & multò magis est certum, stante Constitutione Gregorij XIV. cùm in illa reuocentur omnes consuetudines, ac omnia priuilegia, & indulta data Principibus extrahendi delinquentes ab Ecclesia, & nominatim fraudulentos decoctos: & cũ ibidem in narratiua fiat mentio de huiusmodi decoctis, de quibus postea, quando Pontifex disponit, nullum verbũ facit: vnde manifestè 7

apparet, quod voluerit Pontifex huiusmodi fraudulenter decoctos immunitate Ecclesiæ gauderes & manifestè etiam apparet responsio ad argumenta Aduersariorum.

Atque ita ex communiori,& probabiliori,& post Gregorij XIV. Constitutionem,ex certa sententia Doctorum docent Nauar. *c.25.n.19. in fin.* Suarez *lib.3.c.11.n.3.* Farinac. *in append. de immunit. cap.3. num.64.* retractans oppositam opinionem, quam docuerat *in cit.q.18. de carcerib.* Ambrosin. *de immunit. Eccles. cap.13. in fin. num.4.* Duardus *in bull. Cœnæ lib.2.can.5.q.16. num.16.* Fernandez *part.4. cap.10.§.1.num.10.* Gratian. *in discept. forens. tom.2. c.380.n.29.* Anton Nouarius *in Sum. Bullar. tit. de immunit. Eccles. n.28.* Diana *part.1.tract.1.resol.32.* referens,sic esse decisum Romæ in S. Cardinalium Congregatione: item Gironda *tract. de priuilegiis c.23.n.1035.* Flauius Cherubinus *in Compend. Bull. to.2. Constit.117. Pij V. schol.2.* Correa *in relect. ad c. inter alia, de immunit. Eccles. par.3.q.12.n.12.* Sách. *in opusc. tom.2. lib.6. cap.1. dub.8.n.24.* Dominicus Tassonus *in pragmat. de antifato ver.13. obseru.3. n.33.* Lezana *ver. immunitas Eccles. n.16.* Bonacina *disp.3.q.7. de immunit. §.4. in princip.* & Marius Ital. *de immunit. Eccles. lib.1. cap.5.* Adde,quod,dato,vera sit Aduersariorum sententia, rarò in praxi illa locum habere posset, vt notauit etiam ex Aduersariis Peregrin. *loco supra cit.* quia rarò in fraudulenter decocto ea, quæ ad publicum latronem constituendum necessaria sunt, possunt contingere, præcipuè actuum frequentia. 9

Neque obstat, quod Mar. Ital. *loco cit. §.8. num.1. & seqq.* referat quasdam literas scriptas Archiepiscopo Bononiensi, & Nuncio Neapolitano de mandato Clementis VIII. in quibus mandatur Superioribus Regularium, ne condemnatos, fallitos, bannitos, fures, decoctores, debitores, aliosque similes in suis Conuentibus reciperent, iniuncta recipientibus pœna. 10

Respondetur enim, non derogari per hoc (vt ipse Marius Italia *loco supra cit.* minus rectè opinatur) Constitutioni Gregorij XIV. quia tales literæ non sunt datæ, & publicatæ in forma legis: tum quia in illis solum cauetur, ne tales condemnari, falliti, banniti, fures, &c. in illis conuentibus recipientur, sed expellantur, non tamen quod Iudicibus secularibus designentur, vt bene aduertit præter alios Farinacius *in append. de immunit. cap.3. num.64.* Peregrinus *cap.11. num.14.* & Diana *par.3. tract.1. resol.40.* cùm Clemens VIII. in dictis literis non excipiat alios casus, vltra exceptos in Constitutione Gregorij XIV. 11

Adde Contra Curtellium *de immun. Eccles. lib.1. q.17.n.7. & 8.* quod cùm dictæ literæ missæ fuerint solum ad Archiepiscopum Bononiæ, & Nuncium Neapolis, cõsequens est, quod etiãsi in aliis locis, & prouinciis illæ publicatæ sint, solũ Bononiæ, & Neapoli, nõ autẽ in aliis locis, & prouinciis obligent; quia lex, vel præceptũ non potest vltra intentionẽ legislatoris, vel præcipiẽtis obligare: si enim Pontifex intendisset, vbique per illas obligare, vbiq; vel saltẽ Romæ, easdem curasset promulgari, quod vtique non curauit. Quapropter Regularium Superiores, qui dato opere in suis Conuentibus numeratas in dictis literis facinorosas personas recipiunt, & detinent diu, puniri poterunt Bononiæ, & Neapoli; non item in aliis locis, vel prouinciis. Vide Peregrinum *loco cit. num.12. & 20.* & Dian. *cit. resol.40. & part.6. tract.1. resol.17.* vbi refert, quod sacra Episcoporum Congregatio in vna Ba- 12 13 14 15 16

rensi, decreuerit die 12. Martij 1600. quod debitor fraudulentus ad Ecclesiam cum bonis confugiens non debeat ibi multo tempore tolerari, sed debeat tandem ab Ecclesia expelli. Item, quod eadẽ Sacra Congregatio determinauerit die 1. Decẽbris 617. quod decoctus non debeat res, & bona in præiudicium creditorum ad Ecclesiam transferre, sed debeant illa Iudici seculari consignari, vt adiudicet, cui de iure competunt. Vide tandem Barbosam *de vniu. iure Eccles. c.3.n.47.* vbi tenet, quod possint etiam auferri à Iudice seculari, de licentia tamen Iudicis Ecclesiastici: qua de re dicam *dubit.24. sect.8. & dubit.30.* 17 18

Interim tamen video, S. Congreg Episcop. & Regular. 14. Nouembr. 1636 præcepisse, bona posita in loco immuni in præiudicium creditorũ, deponi debere in loco non immuni; & 9. Martij 1635. præcepisse Vicario Generali Mediolanẽsi, nè talia bona tenerentur in loco immuni, in præiudiciũ creditorũ; & 12. Decẽbris 1642. præcepisse, vt ex quadã Eccles. extraherentur bona eò trãsportata in fraudẽ creditorum, consignanda tamen Iudici cõpetenti.

DVBITATIO XII.

An, & quid dicendum sit in causis Criminalibus?

SVMMARIVM.

1 *Afferuntur nonnulli canones in causis criminalibus quantumcunque grauibus immunitatem Ecclesiæ ad eas confugientibus concedentes præter casus exceptos.*

2 *Bulla Gregorij XIV. in Delictis exceptis in mediũ affertur iuxta quelibet delictorum nomina.*

RESPONDETVR, Immunitatem Ecclesiæ etiam locum habere in causis criminalibus, quantumcunque grauibus, exceptis casibus à iure expressis; atque ita deciditur in *c. inter alia de immunit. Eccles.* ibi: *Quantumcunque grauia malefficia perpetrauerit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus.* Et paulò inferius, ibi: *Hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet insidiis agressionis, ab Ecclesia extrahi potest.* Alia exceptio ponitur *in cap. vlt. de immunit. Eccles.* vt scilicet immunitate etiam non gaudeat committens homicidia, vel mutilationes membrorum in Ecclesia. Item secundùm intellectum plurium Doctorum ponitur & alia *in c.1. de homicidio*, vt scilicet neque gaudeat committens homicidium per industriam, & insidias. Quæ omnia congerit Gregorius XIV. in sua Constitutione aliquibus additis, ibi: *Ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaque sacra confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidiis aggrediuntur, vel depopulatores agrorum, quique homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesiis, earumque Cœmeteriis committere non verentur; aut qui proditione proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ Maiestatis Rei in personam ipsiusmet Principis, immunitas Ecclesiastica non suffragetur.* 1 2 3 4

DVBI

DVBITATIO XIII.

An immunitate priuetur publicus latro?

SVMMARIVM.

1 *Publicus latro priuatur Eccleſiaſtica immunitate.*

2 *Latro eſt qui depredatur violenter.*

3 *Publicus, qui depredatur palam, & publice, vel per inſidias in via publica, etiam mari, vel flumine, vel per vim in Domibus priuatorum.*

4 *Diffamatus in vno ex multis, Latrocinio publico, vel ex aliquibus ſecretis, dum Latro publicus reputatur, non gaudet Eccleſia immunitate; multò magis, ſi ſit latro notorius notorietate iuris. At gaudet, ſi non ſit notorius, nec notorietate facti, nec iuris.*

5 & 6. *Preſumptio, vel dubitatio quod aliquis ſit publicus latro non ſufficit ad effectum, ipſum priuandi immunitate Eccleſiaſtica; ſed debet in hoc caſu conſtare eſſe latronem publicum per informationem factam citata parte, & per iudicis ſententiam.*

7 *Latro publicus, vt immunitate priuetur, requiritur, quod depredetur in viis publicis, & itineribus frequentatis, & non ſufficit, quod furetur per inſidias in loco non publico.*

8 & 9. *Item requiritur quod non ſemel, ſed bis, vel ter tale delictum commiſerit.*

10 *Nomen latronis frequentiam denotat.*

11 *Non ſufficit quod pluries tentauerit, ſed requiritur quod pluries conſummauerit, cum ſimus in materia odioſa & pœnali.*

12 *Mulier ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix; nec quis ex vnico actu vſurę dicitur publicus vſurarius.*

13 *Frequentia ſi ſit neceſſaria duo actus ſufficiunt, quia ad inducendam conſuetudinem duo actus ſufficiunt.*

14 *Quod dictum eſt de publico latrone, idem dicas de Graſſatore, & agrorum depopulatore.*

15 *In aliquibus Regnis publici latrones, graſſatores viarum, Depopulatores Agrorum per vnicum delictum vita priuantur: at non ſic eſt de immunitate, circa quam Principes non poſſunt diſponere.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; patet ex dictis in ſectione præcedenti, & ex cit. cap. inter alia, & citata Conſtitut. Gregorij XIV.

2 Eſt autem latro, qui deprædatur violenter; publicus autem, qui de-

3 prædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica; etiam mari, aut flumine, vel per vim publicè in domibus priuatorum, vti rectè docent *gl. in cit. cap. inter alia*, Abb. *ibid.* Silu. *ver latro*, Azor. *to. 2. lib. 9. c. 9. q. 9.* Scortia *Theor. 385.* Decian. *lib. 6 tract. crimin. cap. 28. num. 2.* Peregrin. *cap. 6. num. 2. & ſeqq.* Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 1.* Ambroſin. *de immunit. Eccleſ. cap. 2. num. 3. & 4.* Farinac. *de carceribus q. 28. nu.*

4 *5. & in append. de immunit. cap. 10. num. 150.* Correa *in repetit. cap. 7. nu. 27.* & Barboſa *de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 79. & 80.* qui rectè ſubdunt, quod, quis non ſolum propter notorietatem iuris (vt ſi in iudicio hoc crimen confeſſus, vel propter ipſum aliquando damnatus ſit) ſed etiam propter notorietatem facti (vt ſi, vel vno ex multis latrocinio publicò vel ex aliquibus ſecretis diffamatus ſit, & publicè latro reputetur) immunitate Eccleſię priuetur; quia in vtroque caſu verè dicitur latro publicus. Vnde à contrario latrones, qui non ſunt publici, nec notorietate iuris, nec notorietate facti immunitate gaudebunt, Bacconus *in 4. diſt. 13. art. 1.* Sot. *de iuſt. & iur. lib. 5. q. 3. art. 5.* Sanchez *tom. 1. conſil. mor. l. lib. 6. cap. 1. dubit. 8. num. 14.* & Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num. 8.* Subdunt ſecundò, quod, vt quis immunitate Eccleſiæ priuetur, conſtare debeat, eſſe latronem publicum, neque ſufficiat præſumptio, vel du- 5
bitatio; quia non præſumptè latro publicus, ſed verè latro publicus immunitate priuatur. Vt autem 6
hoc conſtet in hoc caſu, debet prius parte citata fieri informatio, & ſententia declarari, aliàs delinquens immunitate non priuatur. Vide Decianum *cit. numer. 2.* & Farinacium *numer. 155. & 156.*

Requiritur tamen ad hoc vt latro publicus im- 7
munitate priuetur, quod deprædetur in viis publicis, & itineribus frequentatis, & non ſufficit, quod furetur per inſidias in loco non publico; quia textus tam iuris communis, quàm conſtitutionis Gregorij XIV. expreſsè dicit: *Itinera frequentata, & publicas ſtratas obſidet.* Quæ verba ad declarationem delicti, & non fruſtra fuerunt appoſita. Atque ita contra Innocentium *in cap. inter alia*, & ibi Hoſtiẽſem, *num. 4* & Ioannem Andream *num. 6.* motos ex ratione (quam referam *dubit. 18. num. 3.* docent Farinacius, Ambroſinus, Maſtrillus, Riccius, Nouarius & Diana in locis *infra* citandis: item Clarus *§. fin. quæſt. 30. numer. 9.* & videri etiam poterit Abbas *in dicto cap. inter alia, num. 5.* & Layman *lib. 4. tract. 9. c. 3. num. 8.*

Requiritur etiam, quod non ſemel, ſed ad minus 8
bis, vel ter tale delictum commiſerit, quia nomen 9
latronis frequentiam denotat; ſicuti præter alios 10
docet Abbas *in cap. 1. num. 24. de iudic.* Igneus *in l. 3. §. ſubuertitur, num. 107. ff. ad Syllan.* Barboſa *de iur. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 84.* Giurba *conſil. 50. num. 27.* Nouarius *in ſumma Bullarum, tit. de immunit. num. 45.* (vbi ex Suar. & Giurba *num. 46.* ſubdit, quod ad hoc, vt immunitate priuetur, non ſufficiat, quod pluries delictum tentauerit, ſed requiratur, quod 11
pluries conſummauerit; cùm ſimus in materia odioſa, & pœnali, præſertim in præiudicium Immunitatis Eccleſiarum) Peguera *deciſ. 40. num. 4.* Carolus Maranta *in Controuerſ. iur. par. 2. reſponſi 46. num. 7.* Maſtrillus *de indulto, cap. 37. num. 7.* Peregrin. *de immunit. cap. 6. num. 8* Horatius Perſius *conſil. crim. 39. num. 2. & 3.* Decian *cit. num. 2.* Ambroſin. *cap. 3. num. 5.* & Farinacius *cap. 10. num. 154. & 164.* Et clare etiam patet ex *l. capitalium, §. & generaliter, ff. de pœnis.* Quapropter mulier ex vnico actu forni- 12
cationis non dicitur publica meretrix; nec quis ex vnico actu vſuræ dicitur publicus vſurarius. ex *text. in l. quòd ſit fugitivus §. errorem, & in l. ſciendum, §. ſilud, ff. de ædilit.* Quidquid in contrarium dicat Martha de *iuriſdict par. 2. cap. 55. num. 22.* (licet ibi teſtetur de praxi) & Megalius *in 3. par. lib. 4. cap. 2. q. 1. n. 10.* qui tamen ſubdit, & rectè, quod, ſi frequentia 13
ſit neceſſaria, duo actus ſufficiant; quia ad inducendam conſuetudinem duo actus ſufficiunt. ex gl. *in auth. de teſtibus, §. quia vero multi, & l. 2. in fin. Cod. de de Epiſcop. audient.* & docent Graff. *de caſib. reſerv. lib. 1. c. 10. num. 14.* Floronus *par. 2. caſ. 3. n.*

10.& alij contra Antoninum Dianam *par.6. tract. 1.resol.*15 & alios.

14 Quod dixi de publico latrone, idem dicas de grassatore,& agrorum depopulatore,quod scilicet ad hoc,vt & quis immunitate priuetur,requiratur etiam, quod non semel, sed pluries similiter actu grassatus,vel depopulatus fuerit.

15 Dices, in aliquibus Regnis (vt in Regno Siciliæ ex vi Regiæ Pragmaticæ sub *Rubr. de furt. & rapin.tit.*47.*pragmat.*1.) qui semel deliquit delicto,quo supra, vita priuatur, ergo & immunitate Ecclesiarum etiam priuatur.

Respondetur, nego consequentiam; & disparitas est; quia Principes, licet possint disponere circa vitam hominis, non tamen possunt disponere circa immunitatem Ecclesiarum; cùm hoc spectet tantum ad Summum Pontificem; sicuti dicam *infra dubitat.* 20. *sect.* 7. *ad fin.* & docent Peregrin. *de immunit. cap.* 6. *numer.* 9. Ambrosin. *cap.*3.*num.*6.& ex ipsismet Consiliariis Regiis,Peguera *decis.*410.& Mastrillus *de indult.cap.*33.*num.* 7.quidquid in contrarium sentiat Mar.Ital.*lib.* 1.*c.* 5.§.1.*n.*20.

DVBITATIO XIV.

An priuetur simplex fur?

SVMMARIVM.

1 *Simplex fur non priuatur Ecclesiastica immunitate præsertim si furetur in loco non publico.*

2 *Simplex fur,licet nonnulli affirmant si tamen extet consuetudo in contrarium, gaudet immunitate.*

3 & 4. *Quælibet consuetudo sublata est per constitutionem Gregorianam; si secus consuetudo introducta sit alicubi post dictam Bullam.*

1 RESPONDETVR negatiuè; quia simplex fur(præsertim si furetur in loco non publico)non est latro publicus; & exceptio vnius firmat regulam in casibus non exceptis. Vide Innocentium *in cit cap.inter alia*, & ibi Hostiensem,*num.*4, & Ioannem Andream *num.*6.item Farinacium *cap.* 12.*num.*165.Ambrosinum *cap.*3.*num.*5.Mastrillum *de indult.cap.*32,*nu.*8.Riccium *par.*4.*decis.* 144.Nouarium *in summa Bullarum tit.de immunit.num.*47.& Dian.*par.*6.*tract.*1.*resol.*15.

2 An autem talis immunitate priuetur saltem ex consuetudine?

Respondetur,quod (quamuis affirment Couar. 2.*var.cap.*10.*num.*16.*a.l fin.*Clar.*in pract. lib.*5.§.*fin. q.*30.*ver.quæro,an fures.*Farinacius *de carcerib. quæst.* 28.*numer.*51.& Suarez *lib.* 3.*cap.* 11.*num.*5.ex eo quod hæc consuetudo non sit contra immunitatem Ecclesiæ;quia ex Ecclesiæ consensu introducta est „vt tales delinquentes arceantur) tamen cum Farinacio reuocante priorem sententiam *in append. de immunit.cap.*6 *num.*94.Tuscho,*ver.Ecclesia,concl.* 10.*numer.*13.Mario Ital.*de immunit.lib.*1.§.1. *numer.* 2 & Bonacina *disputat.* 3. *quæst.* 7. *de immunit.* §. 4. *num.*5.negandum sit; quia cùm Constitutio Gregorij XIV.ad vnam tantum formam,immunitatem hanc Ecclesiæ reduxerit, sublata qualibet alia forma sub clausula irritante,consuetudinem talem (si de facto alicubi fuerat introducta)tustulit.Nisi forsan dicas, iterum post ipsam Constitutionem Gregorij XIV. dictam consuetudinem alicubi legitimè introductam, & præscriptam esse; quod an sit verum, viderint, qui affirmant: nam si sic est, non audeo illam damnare. Vide quæ diffusius dicentur *dubit.*24.*sect.*5.& 8.& *dubit.* 41.*sect.*2.*num.* 28.& quæ dicebantur *dub.*6. 3 4

DVBITATIO XV.

An priuetur personas captiuans, & componens?

SVMMARIVM.

1 & 2. *Captiuans,& componens Personas si pluries id faciat,vt supra in itineribus, & stratis publicis etiam Vrbium, non gaudet immunitate; secus si id faciat priuatim, & secretò, siue immediatè, siue missis aliquibus nuntiis, vel literis comminatoriis.*

RESpondetur, quod immunitate priuetur personas captiuans, & ea componens, si id faciat pluries(vt supra)initinetibus,& stratis publicis, etiam vrbium; quia tunc est latro publicus, vel grassator; secus, si id faciat priuatim, & secretò, siue immediatè, siue missis aliquibus nunciis, vel literis comminatoriis; quia tunc non est neque publicus latro, neque grassator; Atque ita docent Carolus Maranta *in Constituerf. iur. par.* 2. *respons.* 46. *n.*16.& 17. & Diana *par.* 6. *tr.* 1. *resol.*15.contra Nouarium *in Summa Bullarum tit. de immunit. numer.* 44. *in fin.* qui (vt rectè aduertit Diana *in resol. cit.*) non ad rem adducit Mastrillum; cùm hic loquatur in terminis indulti à Rege concessi, & non in terminis Constitutionis Gregorij XIV. quæ excludit omnem extensionem de casu ad casum, vt dicemus *infra dubit.*24.*sect.*1.& *seqq.*Vnde apparebit,quod etiam gaudeat immunitate in terminis iuris communis. 1 2

DVBITATIO XVI.

An priuetur nocturnus depopulator agrorum.

SVMMARIVM.

1 *Nocturnus Depopulator Agrorum non gaudet immunitate.*

2 *Agrorum Depopulator pluribus per insidias exitium excogitat.*

3 *Agrorum Depopulator Rempublicam,ainsque quietem, & pacem graniter pertubat.*

4 *Agrorum Depopulator de iure cæsareo plectitur pœna vltimi supplicij; licet sæpe sola pœna triremis, vel fustigationis puniatur parte satisfacta.*

5 *Agrorum nocturnus Depopulator est qui nocte Agrorum segetes,vel vinearum fructus destruit,ibi se abscondendo,vel alia via eos deuastando.*

6 *Idem*

6 *Idem dic de incendente agros, qui propterea neque gaudet immunitate, qua tamen gaudent alij incendiarij, per se loquendo.*

7 *Depopulator nocturnus agrorum non gaudet immunitate, licet delictum non sit publice factum, dummodo de illo constet.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, *cit. cap. inter alia, de immunit. Eccles.* & docent ex communi Farinacius *de carceribus q.* 28. *num.* 50. *& in append. de immunit. cap* 11 *num.* 158. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num* 8. & Ambrosinus *cap.* 4. *num* 5. & meritò; quia teste glos. *in cap. vlt. de immunit. Eccles.* 2 agrorum depopulator pluribus per insidias exi- 3 tium excogitat. *c. est iniusta* 23. *q.* 4. & Rempublicam, eiusque quietem, & pacem grauiter perturbat. *l.* 2. *C. quando liceat sine iudice ius sibi dicere*; contra quem etiam Leo X. *Bul.* 10. *num.* 2. renouauit quascumque Constitutiones, & pœnas antea latas. & 4 *lex.* 2 *ff arbor. furt.* Cæsar infligit pœnam mortis; quamuis sæpè sola pœna triremis, vel fustigationis puniatur, parte satisfacta; vt notauit Clarus *lib.* 5. — 5. *fin q.* 68.

5 Est autem agrorum nocturnus depopulator, qui nocte agrorũ alienorum segetes, vel vinearũ fructus destruit, ibi se abscondendo, vel alia via eos subripiendo, vel deuastando. *l.* 1. *Cod. quando liceat sine Iudice ius sibi dicere*, & docent Hostiensis, Innocentius, Ioannes Andreas, in *cit. cap. inter alia*, Peregrinus *cap.* 6. Decianus *lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 3. Tuschus *ver. Ecclesia, concluf* 11. *num.* 10. Suar. *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 4. Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 1. Farinacius *in locis supra citatis*, & Ambrosinus *vbi suprà num.* 4. & alij passim.

6 Idem dic de incendente agros: hic enim etiam dicitur agrorum depopulator. Imò Decian. *loc. cit. cap.* 28. *num.* 24. Mar. Italia *§.* 3. *num.* 56. *& seqq.* & Peregrin. *cap.* 12. *num.* 6. idem dicendum putant de aliis incendariis data opera incendentibus; quod mihi non probatur; quia hi per se loquendo non comprehenduntur in exceptionibus Gregorianæ, sicuti dicam *dub.* 24. *sect.* 15.

Dixi, *per se loquendo*; quia si ex incendio sequatur proditoria mors, vel aliud delictum exceptum in dicta Gregoriana, clarum est, sic delinquentem immunitate Ecclesiæ non gaudere.

7 Vt autem dictus depopulator agrorum immunitate priuetur, non requiritur, delictum ab ipso publicè fieri, sed sufficit, quomodocumque fieri, dummodo de illo constet, & pluries factum fuerit. Vide Farinac. *cit. cap.* 11. *num.* 160. & Ambrosinum *cit. cap.* 4. *num.* 3. Vide etiam, quæ dicebam *dub.* 13. *num.* 14.

DVBITATIO XVII.

An priuetur diurnus depopulator agrorum?

SVMMARIVM

1 *Diurnus depopulator agrorum inspecto cap. inter alia de immunitate, non priuatur dicto immunitatis priuilegio.*

2 *Diurnus depopulator attenta Constitutione Gregoriana indefinitè loquente non gaudet immunitate in sententia aliquorum Doctorum.*

3 *Opinio in contrarium non est improbabilis, quia Constitutio Gregoriana intelligi debet secundum ius commune, quod solum nocturnos excludit.*

4 *Diurnus agrorum depopulator comprehenditur sub exceptione publici latronis, si scilicet publicè agros deuastet, & non clandestine.*

RESPONDETVR, quod è contra immunitate 1 non priuetur diurnus depopulator agrorum; quia ly nocturnus in *cit. cap. inter. alia*, tacitè excludit diurnum, & quia, cùm sit materia pœnalis, non est extendenda.

An autem talis priuetur saltem ex vi Constitutionis Gregorij XIV.

Respondetur, quod (quamuis affirment, & rectè, 2 Farinac. *de immunit. cap.* 11. *num.* 161. Ambrosinus *cap.* 4. *num* 5. Scortia *Theor.* 385. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 87. Lezana *ver. immunitas, n.* 10. & Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit.* §. 4. *num.* 6. ex eo, quod dicta Constitutio demens particulam ly, nocturnus ab immunitate indefinitè excludat depopulatores agrorum) negari tamen non improbabiliter possit; quia illos excludendo Constitutio 3 Gregorij XIV. intelligi debeat, iuxta ius commune, quod solum nocturnos excludit; cùm ex alio capite talis exclusio, vtpotè derogans immunitati, sit odiosa, & pœnalis, & consequenter non sit latè, sed strictè interpretanda; & sic non de diurno, sed de solo nocturno intelligenda.

Cæterùm, etsi diurnus, vt dicebam, non videa- 4 tur quodammodo sub iis verbis comprehendi, comprehenditur tamen sub exceptione publici latronis, si scilicet publicè vineas, vel agros aliorum deuastet, & si non item clandestinè.

DVBITATIO XVIII.

An priuetur viarum grassator?

SVMMARIVM

1 *Grassator viarum non gaudet Ecclesiæ immunitate.*

2 *Grassator viarum est qui in vrbe per insidias aggreditur vt viatores spoliet, vulneret, vel occidat.*

3 *Ly* grassari *frequentationem denotat.*

4 *Grassator viarum, si non in loco publico, & frequentatis itineribus aggrediatur, gaudet Ecclesiæ immunitate contra nonnullos.*

5 *Hinc tonsores monetarum, & alij sine armis, & violentia subripientes, seu occultè, vel in viis priuatis, aut etiam in viis publicis, at non per insidias, sed quasi ex accidenti furantes non priuantur immunitate Ecclesiæ.*

6 *Quamuis nonnulli putent, contrarium consuetudine ex parte receptum esse de eo, qui in viis priuatis, aut alibi per insidias aggreditur, & furatur.*

RESponderur affirmatiuè, cit. c. inter alia, ibi 1 *Qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs.* Et cit. Constitut. Gregorij XIV. ibi: *Viarumque grassatores, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur*; & probatur, quia grassatores viarum cõprehenduntur nomine latronũ, quamuis

à latro

à latronibus differat in hoc, quod latro dicitur, qui vias extra vrbem obsidet, grassator verò in vrbe,*l.capitalium,§.grassatores, ff.de pœnis.* Decian. *lib.6.cap.*28.*num.*2.Ambrosin.*cap.*2.*num.*4. & Farinac.*in append.cap.*12.

Est itaque viarum grassator, qui in Vrbe per
2 insidias aggreditur, vt viatores spoliet, vulneret, vel occidat,vti docent communiter Doctores. vbi nota, quod per vnam grassationem non priuetur quis Ecclesiastica immunitate; quia verbũ *grassari* frequentationem denotat,vt ex Deciano, Ambrosino, & Farinacio refert Barbosa *de iure Eccles.lib.* 2.*cap.*3.*num.*84.& ego dicebam *dub.*13.*num.*8.

Cæterùm,an sufficiat,vt immunitate priuetur,si
3 aggrediatur,quamuis non in loco publico?

Respondetur, quod (quamuis Innocentius *in dict.cap.inter alia,col.*2. Hostiensis *num.*4.*ver.Impunitas,* Io.Andreas *num.6.ver. Insidijs*, affirment, ex eo,quod in *cap. inter alia*, exempli gratia dicitur:*Qui itinera frequentata, & publicas stratas obsident*,quia hi viarum grassatores ibi sæpius aggrediuntur) negandum tamen sit; quia & textus de
4 grassatore in viis publicis,& itineribus frequentatis expressè loquitur(quæ verba ad declarationem delicti fuerunt apposita) & quia ly *via* publicum iter denotat; quapropter qui itinera priuata, vel occultas stratas obsidet,non videtur priuari immunitate Ecclesiastica, siquidem Pontifex solum excludit eos, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, iuxta *l.*1 *Cod. quando liceat vni.* vti *suprà* dicebam. Vide Farinacium *in append. de immunit. cap.*2.*num.*165. Ambrosin. *cap.*3. *num.*5. Bonacinam *de legib.disp.* 3 *q.* 7. *de immunit. Eccles.p.*4.*n.* 1. & Lezanam *ver immunitas.num.*9.

Ex dictis sequitur, tonsores monetarum, vel alios sine armis & violentia subripientes, seu occultè, vel in viis priuatis, aut etiam in viis publi-
5 cis,at non per insidias, sed quasi ex accidenti furantes,non priuari immunitate Ecclesiæ:quia non sunt publici latrones, nec dicuntur obsedisse vias frequentatas,iuxtà *cit.cap. inter alia*,*l.* 1. *Cod. cum liceat vni sine iudic.sibi ius dicere*, & cit. cõstit. Gregorij XIV. & tradunt Decianus, Ambrosin. Farinacius, & Peregrinus in locis *suprà cit.* quamuis Couar.*cit.num.*14.Suar.*cap.*12.*num.*4.& Filliucius *num.*152.putent contrarium consuetudine ex par-
6 te receptum esse de eo, qui in priuatis viis,aut alibi per insidias aggreditur,& furatur. Vide,quæ dicebam *dub.*18.*num* 7.

DVBITATIO XIX.

An priuetur,qui occidit, vel mutilat in Ecclesia, vel Cœmeterio?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Occidens,vel mutilans in Ecclesia, vel Cœmeterio non gaudet immunitate.nam ly* Et *in textu.stat pro* Vel.
2 *Delinquens in Ecclesia indignus est immunitate Ecclesiæ.*
3 *Frustra legis auxilium inuocat,qui legẽ contẽnit.*
4 *Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.*
5 *Mutilator est qui abscindit membrum, non qui vulnerat debilitando membrum,& qui abscindit membrum,cuius officio corpus mouetur, & iuuatur.*
6 *Digiti,dentes,& huiusmodi multa non sunt membrum,sed potius partes membri.*
7 *An qui aliud delictum graue,licet non exceptum committat in Ecclesia gaudeat immunitate? sunt Auctores grauissimi pro vtraque sententia.*
8 *Tenentes partem negatiuam quod non gaudeant immunitate cæteri delinquentes in Ecclesia arguunt à maioritate rationis.*
9 *Opinio in contrarium, quod cæteri delinquentes in casibus non exceptis in sententia Auctoris est probabilior.*
10 *Delinquens in Ecclesia ratione loci commissi delicti est puniendus à iudice Ecclesiastico; vel consulto prius Romano Pontifice potest tradi Curiæ seculari,si delictum sit atrocissimum.*
11 *Diuersum est aliquid potuisse iuste fieri,& factum non esse.*
12 *In pœnis,vt in censuris,& irregularitatibus non valet argumentum à paritate,quin neque à maioritate rationis.*
13 *Homicidium,& mutilatio non solum exempli causa,sed tanquam materia integrè prohibita, non gaudet immunitate.*
14 *Homicidium, & mutilatio commissa in vna Ecclesia,etiam non consecrata,priuant immunitate etiam in cæteris Ecclesiis secundum probabiliorem.*
15 *Qui offendit vnam Ecclesiam,offendit omnes, cum Ecclesia sit vna per totum Orbem diffusa.*
16 *Reus aliorum criminum in Ecclesia commissorum præsertim si rationem sacrilegij habeant, ratione loci commissi delicti,potest puniri à Iudice Ecclesiastico,vel consulto Romano Pontifice Iudici seculari est remittendus.*
17 *Sacrilegium est delictum mixti fori.*
18 *Committens in Ecclesia leuia delicta gaudet immunitate.*
19 *Qui mutilauit,vel occidit in Ecclesia non potest capi ob alia delicta in Ecclesia,nisi simul capiatur ob delictum mutilationis, vel homicidij nondum castigatum.*

SVppono cum communi Doctorum sententia, 1
quã sequitur Clar *§ fin.q.*30.*n.*13.*versitè quæro* Farinac.*q.*28.*n.* 53. &Peregrin. *cap.* 5. *n.* 14. quod licet Gregorius.XIV.in sua Constitutione dicat: *Qui homicidia, & mutilationes membrorum in Ecclesia,vel Cœmeterio committere non verentur*,immunitate non gaudeant, vtendo coniunctione illa *Et*(quod etiam habetur *in cap.fin.de immunit.)* qua denotari videtur, vtrũque requiri, vt quis immunitate priuetur: Contrarium tamen dicendum sit, sufficere scilicet ad hoc, occidere vel mutilare in Ecclesia; quia sic est praxis totius Ecclesiæ, tum quia alioquin occidens, sed non mutilans in Ecclesia,gauderet immunitate Ecclesiæ,quod minimè dicendum videtur,tum quia mirum non est, quod ly *Et* sumatur disiunctiuè pro ly *vel*, vti dicam *cap.*19.*dub.*77.Hoc supposito.

Respondetur affirmatiuè,cit.*cap. fin.de immunit. Eccles.* & cit. Constitut.Gregorij XIV. & docent communiter Doctores,& meritò, quia (vt dicitur in *cit. cap. inter alia*, & *c.ad Episcopos*, 17.*q.* 7.)

delinquens

2 delinquens in Eccleſia, indignus eſt immunitate Eccleſiæ: tum quia (vt dicitur *in cap. quia fruſtra, de vſuris*, & *in l. auxilium*, §. *in delictis*, *de muneribus*) fruſtra legis auxilium inuocat, qui legem contemnit: tum quia puniri quis debet in eo, in quo deliquit, & ſic, ſi deliquit in Eccleſia, puniri debet priuatione Eccleſiæ, ſicut & puniri à ſuperiore Eccleſiæ, quia deliquit in Eccleſia.

5 Eſt autem mutilator (vt dicitur in tractatu de irregularitate) qui abſcindit membrum, non qui vulnerando debilitat membrum (cùm aliud ſit vulnerare & debilitare membrum, & aliud mutilare membrum.) & qui abſcindit propriè membrum, cuius ſcilicet officio corpus mouetur, & iuuatur, vt ſunt oculi, pedes, manus, lingua, mandibula 6 &c. non ſic digiti, & dentes, qui non ſunt membrum, ſed potius partes membri: membrum enim propriè eſt pars illa corporis, quæ proprium habet officium diſtinctum ab aliis partibus; Bart. *l. 2. ff. de publicis iudic.* Nauar. *cap. 27. numer. 10.* Couar. *in Clement. ſi furioſus, p. 3.* Mol. *tom. 4. diſputat. 69. numer. 2.* Auila *de cenſuris par. 7. diſp. 5 ſect. 2. dub. 1.* Suar. *de cenſ. diſp. 44. ſect. 2. numer. 6.* Tolet. *lib. 1. cap. 71.* Filliuc. *tract. 19. cap. 9. numer. 235.* & Reginaldus *lib. 30. numer. 91.* contra Caietanum 2. 2. *queſtio. 68. ar. 5.* Sotum *de iuſt. & iur. lib. 5. queſtio. 2. ar...* & alios, qui tenent, membrum propriè illud eſſe quod habet officium diſiunctum, vel coniunctũ cum aliis membris, vt eſt digitus ſecundum ipſos; quapropter ſecundum noſtram ſententiam digitus, quamuis pollex, vel index, non eſt propriè membrum, ſicut nec dentes, vngues, teſtes, barba, capilli, digitorum articuli, nares, pars carnis, copia ſanguinis, vel auriculæ, id eſt cartilago illa externa, quæ tuetur aurem, & ornat faciem. Idem dico de mamillis maris, cum non habeant actum proprium, & particularem, ſed potius videatur inſeruire ad ornatum hominis; oculus autem, manus pes, auris, lingua, membrum virile ſunt propriè membra, quia habent particulares actus diſtinctos ab aliis membris. Item dico de mamillis fœmellæ, eo quod habeant proprium actum, & officium diſtinctum à cæteris membris, vt benè Vgolinus *de irregularit. cap. 4. §. 5.* Mol. *numer. 6.* Sayt. *lib. 6. cap. 15. numer. 18.* Reginal. *num. 91.* quamuis Bald. Couar. & alij exiſtiment, mamillam fœminæ non eſſe propriè membrum, & Cepolla apud Giurbam *conſil. 40. n. 6.* putet, nec linguam ſimiliter eſſe propriè membrum.

9 Dices, ergo & immunitate priuatur, quicunque in Eccleſia, vel Cœmeterio aliud delictũ graue (quamuis non exceptum) committit; cùm & hic ſit eadem ratio decidendi.

Reſpondetur, quod (quamuis Abb. *in cap. immunitatem extra. de immunit. Eccleſ.* Clar. *§. fin. q. 30. numer. 13.* Angelus de Caſtro inter Conſilia Pauli patris, *conſil. 458. lib. 2.* Petrus Gregor. *lib. 33. cap. 22. numer. 6.* Nauar. *cap. 23. numer. 20.* Couar. *2. var. cap. 20. numer. 15.* Decianus *lib. 6. cap. 28. numer. 7.* Suar. *libr. 3. de reuerentia debita locis ſacris cap. 11. num. 6.* Farinac. *de Carcerib. queſt. 27. num. 53.* Gutierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. q. 1. num 17.* Raphael de la Torre *in 2. 2. to. 2. queſt. 99. ar. 3. diſp. 7.* Reginald. *in præx. to. 1. lib. 9. cap. 26. num. 38. in fin.* Tanner. *in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 1. num. 16.* Sarpus *de iure Aſylorum cap. 5. fol. 43.* Graff. *to. 1. lib. 3. conſ. vnic. num. 10. & ſeqq. de immunit. Eccleſ.* Portell. *ver. Eccleſ. immunitas num. 15.* Gambacurta *lib. 5. cap. 18.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 206.* Barboſa *in collect. to. 2. lib. 3. tit. 49. cap. 10. numer. 4.* Io. de Heula *in Curia Philipp. par. 3. §. 12. num. 10.* Zipæus *in iure nouo Can. lib. 3. de immunit. Ec leſ. numer. 10.* Bobadilla *Polit. lib. 2. cap. 4 num. 24.* Curtellius *de immunit. Eccleſ. lib. 1. q.* ..& alij affirment propter eaſdem rationes ſupra dictas; & quia non videtur credibile, quod 8 Pontifex voluerit immunitatem denegare vulneranti in Eccleſia, & illam concedere mœchanti, adulteranti, ſtupranti, ſimoniam committenti, vel falſam pecuniam cudenti, &c. in eadem. Vnde, inquiunt ipſi, dicendum eſt, quod Pontifex homicidium, & vulnerantione appoſuerit exẽpli cauſa; ex eo, quod homicidium, & mutilatio frequentius in Eccleſia contingant, ſub ipſis tamen cætera delicta grauia ſacrilega comprehenderit.) 9 tamen probabilius negetur; quia priuatio immunitatis eſt pœna, & in præiudicium Eccleſiæ; & ſic non extendenda vltra verba legis, id eſt, ad alia delicta grauia in Eccleſia commiſſa, præter homicidium, & mutilationem; cùm de ſolis illis *cit. cap. fin. & cit. Conſtitutio Gregorij XIV.* loquantur; licet 10 talis delinquens ſit puniendus à Iudice Eccleſiaſtico, ratione loci, in quo delictum commiſit; vel conſulto prius Romano Pontifice poſſit tradi Curiæ ſeculari, ſi delictum ſit atrociſſimum. Confirmatur; quia S. Congregatio Immunitatis 18. Martij 1631. apud Barboſam in Collectan. Bullar ver. immunitas, declarauit, quod immunitate gaudeat furans in Eccleſia; ergo, &c. Atquè ità docent Farinac. *in append. de immunit. cap. 16. num. 108. & in deciſ. conſ. 76. numer. 7. & 9.* Gratian. *in diſceptat. Forenſ. to. 2. cap. 580. num. 19.* Boërius *deciſ. 109. nu. 3.* Genuenſ. *in præx. cap. 22. num. 8.* Peregrin. *in tract. de immunit. Eccleſ. cap. 6. num. 23. & cap. 12. quæſit. 15.* Riccius *par. 5. collect. 1792.* (vbi ſentit, quod per Conſtitutionem Gregorij XIV. correctum ſit *cap. fin. de immunit. Eccleſia*) Megalius 3. *par. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. numer. 15.* Scortia *Epit. 153. Theor. 385.* Diana 1. *par. tract. 1. reſol. 2. & 39.* Bonacina *diſp. 3. quæſt. 7. de immunit. §. 5. num. 12.* & alij paſſim contra Nauarrum, Couar. & alios Doctores *ſupra* citatos; & præterea contra Sanchez in ſelectis *diſputat. 44. numer. 52.* vbi ſubdit, quod qui delinquit in Eccleſia, neque gaudeat immunitate quoad alia delicta extra Eccleſiam commiſſa qua de re tamen vide, quæ dicentur *infra dub. 22. & dub. 24. ſect. 22. in fin.*

Vnde neque obſtant oppoſita: non enim obſtat 11 primum; quia, licet ratio decidendi æquè procedat in aliis caſibus grauibus, hinc tamen ſolum ſequitur, quod in aliis caſibus grauibus iuſtè idem conſtitui potuerit, non tamen quod de facto 12 conſtitutum ſit. Vnde ortum eſt illud dictum, quod in pœnis, vt in cenſuris, irregularitate, &c. non valeat argumentum à paritate, quin neque à maioritate rationis.

Neque obſtat ſecundum; quia alia crimina grauia Pontifex non excluſit: nam ita frequentiora non ſunt. 13

Neque obſtat tertium, quod ſcilicet homicidium, & mutilationem exempli cauſa tantum appoſuerit: appoſuit enim verè, tanquam materiam integrè prohibitam, vt colligitur ex dictis. 14

Probabilius itaque eſt; quod tantum homicidium & mutilatio commiſſa in Eccleſia priuent immunitate, quamuis hæc ita priuent, vt non ſolum in Eccleſia in qua quis alterutrum eorum delictorum commiſit, tutus non ſit, ſed nec etiam in aliis Eccleſiis, ad quas confugit; quia adhuc verum eſt,

est talem perpetrasse delictum homicidij, vel mutilationis, in Ecclesia; præsertim quia immunitas, qua sic delinquens priuatur, est eadem in omnibus & qui offendit vnam Ecclesiam, offendit omnes; cùm Ecclesia sit vna per totum orbem, sicuti ex communi sententia Doctorum contra Siluestrum, *ver. Immunitas*, §. 3. & quosdam alios docent Couar. 2. *var. cap.* 20. *num.* 15. Sanchez *tom.* 2 *consil. moral. lib.* 6. *cap.* 1 *dubit.* 7. *num.* 16. Lezana *ver. immunitas Eccles. num.* 11. Azor. 2. *part. lib.* 9. *cap.* 9. *quæst.* 9 Anast. Germ. *de sacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 80. Iar *pract. lib.* 5. 9. *fin. q.* 30. Remig. Gogni *Fallentiæ* 11. *n.* 2. Tholosana *decis.* 422. Decian. *lib.* 6. *c.* 28. *num.* 8. & 10. Ambrosin. *de immunit. cap.* 5. *num.* 3. Farinac. *de carceribus q.* 28. *num.* 59. & *in append. de immunit. cap.* 16. *n.* 219. Scortia *Theor.* 385. Bonacina *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit.* §. 4. *n.* 7. Curtellius *de immun. Eccles. lib.* 1. *q.* 3. *n. fin.* Mar. Italia *lib.* 1. *c.* 5. §. 1. *num.* 20. Peregrin *c.* 6. *n.* 19. & Filliuc. *tract.* 15. *c.* 6. *q.* 8. *num.* 152. qui rectè subdunt, id verum esse, etiamsi prædicta delicta commissa fuerint in Ecclesia non consecrata; quia si sic delinquens non gaudet priuilegio Ecclesiæ consecratæ, multò magis non gaudebit priuilegio Ecclesiæ non consecratæ Vide Doctores *supra cit.* præcipuè Farinacium *in append. cit. cap.* 16. *num.* 228. & Marium Italiam §. 3. *num.* 25. & 26.

16 Aduerte tamen hic, quod ob alia crimina etiam in Ecclesia commissa (præsertim si rationem sacrilegij habeant) ratione loci, in quo sunt commissa, possit delinquens à Iudice Ecclesiastico puniri, vel à Pontifice impetrari, quod iste, non obstante immunitate delinquentem Iudici seculari puniendũ remittat, vt supra dicebamus; & hoc Pontifex libenter concedit, vt aduertit Farinacius *cit. cap.* 16. Vide quæ dicentur *infra dubit.* 24. *sect.* 8. & *dubit.* 39. *in fin.* Vnde sequitur etiam, quod & ob crimen in Ecclesia commissum in eo casu, in quo debeat delinquens seculari Iudici plectendus remitti, quia immunitate non gaudet, possit à Iudice Ecclesiastico puniri ratione sacrilegij (vti dicebam ratione cuius, cum sit mixti fori, Ecclesiasticus etiam Iudex comperens factus est, vti consentit etiam Curtellius *lib.* 1. *cit. q.* 12. *num.* 23.

17 Aduerte secundò, quod etiam stando in opinione contraria, in terminis iuris communis, nedum
18 in terminis Constitutionis Gregorij XIV. (quidquid in contrarium dicat Sarpus de iure Asylorum *cap.* 5. *fol.* 43.) immunitate Ecclesiæ gaudeat is, qui in Ecclesia leuia tantum delicta committit; Atque ita docent Hostiensis, & Abbas *in c. fin.* Idem Abbas *in cæter alia*, Henricus Boïchus *in cap. Ecclesia, de immunit. Eccles.* Paulus de Castro *lib.* 2. *consil.* 459. (vbi dicit esse communem) Couar. *lib.* 1. *var. c.* 20. *n.* 15. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *n.* 63. Suar. *de relig. to.* 1. *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 6. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *dub.* 8. *n.* 15. Peregrin. *de immunit. c.* 6. *n.* 29. Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 39. *diffic.* 5. *n.* 6. vbi citat Panormitanum, & Suarez de Paz. Item Fagundez *pr.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 48. Perficus *de offic. Sacerd. lib.* 1. *c.* 9. *dub.* 15. *n.* 108. Raphael de la Torre, *tom.* 2. *in* 2. 2. *S. Th. quæst.* 99. *art.* 3. *disp.* 7. Chartarius *decis. crimin.* 74. *num.* 6. & alij passim communiter.

Aduerte tertio, quod qui mutilauit, vel occidit in Ecclesia, nõ possit ob alia delicta capi in Ecclesia, nisi simul capiatur ob delictũ mutilationis, vel homicidij, nondum punitum; ità Contra Ambrosinũ *c.* 5. *n.* 10. Decianum, & alios apud Farinacium, *de carcer. q.* 28. *n.* 64. & *in append. c.* 16. *n.* 222. docent Couar. Boerius, & alij, quos citat Gutierez *lib.* 3. *practic. q.* 1. *n.* 18. & ratio pro nunc breuiter est, quia ob alia delicta non datur facultas extrahendi, & verba sunt formaliter accipienda, vt in simili dicã de hæretico. Vide, quæ dicebantur *dub.* 10. *sect.* 4. & quæ dicentur *dub.* 22 & *dub.* 24. *sect.* 22.

SECTIO II.

An priuetur, qui vulnerat in Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans in Ecclesia vulnere non lethali quamuis cum magna sanguinis effusione non priuatur immunitate.*

2 *Vulnerare etiam cum magna sanguinis effusione, non est mutilare, nec occidere, & solum mutilanti, & occidenti pœna priuationis immunitatis infligitur.*

3 *Inferens sfrigia in faciem alicuius in Ecclesia, gaudet Ecclesiæ immunitate, non obstante Delicti atrocitate.*

4 *Reus per vim intrans in Ecclesiam cum satellitibus, à quibus ducitur, si vt se eximat ab eorum manibus illic eos vulneret cum magna sanguinis effusione, gaudet immunitate.*

5 *Reus ob delictum læsæ maiestatis in primo genere tantum priuatur immunitate, at offendens Birruarios non committit in primo genere.*

6 *Reus, qui captus à satellitibus in Ecclesia eos vulnerat, peccat quidem vulnerando; sed non peccat confugiendo ad Ecclesiam.*

7 *Ius naturæ dictat fugam, quando imminet periculum graue.*

8 *Reus ad euitandum graue periculum contra Principis voluntatem licitè fugere potest à carcere, quin & carcerem infringere.*

9 *Reus, qui trahit satellites secum, & non trahitur à satellitibus non dicitur esse in posse ipsorum, sed vere confugit ad Ecclesiam.*

10 *Iura generaliter sine distinctione loquuntur de confugientibus.*

11 *Immunitate priuatur, qui vulnerat in Ecclesia lethaliter, licet sic vulneratus moriatur extrà Ecclesiam; gaudet autem immunitate, qui mutilat, vel occidit extrà Ecclesiam, si passus se recipiat in Ecclesiam, ibique moriatur.*

EX dictis sequitur primò quod immunitate nõ priuetur, qui in Ecclesia vulnerat vulnere, ex quo mors non sequatur, quamuis sit cũ magna sanguinis effusione, quia vulnerare, etiam cum magna sanguinis effusione, non est mutilare, nec occidere; & solum mutilanti, & occidẽti, *ex c. fin. de immunit.* & maximè ex Constitutione Gregorij XIV. pœna priuationis immunitatis infligitur. Atque ita contra Tuschum *ver. immunitas, concl.* 59. Mar. Italiam *lib.* 1. *c.* 5. §. 3. *n.* 18. & quosdam alios docent Farinac. *in append. de immunit. c.* 16. *num.* 217. Boerius, *decis.* 109. *n.* 3. Barbosa *in collectan. to.* 1. *lib.* 3. *tit.* 4. *c.* 10. *n.* 10. Lezana *ver. immunitas, n.* 11. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 9. & 11. Palaus *to.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 6. *n.* 10. & Chartarius *decis. crimin.* 74. Quapropter sacra Congregatio Episcoporum die 16. Nouembris 1618. teste Barbosa de iure Ecclesiastico, *lib.* 1. *c.* 3. declarauit, quod inferens sfrigia in faciem alicuius in Ecclesia, Ecclesiæ immunitate gaudeat, non obstante, quod tale delictũ sit graue, & atrox, vt rectè notarunt Menochius *de arbitr. iudic. casu* 263. *n.* 27. &

27.& Paeianus *consil.* 92. *num.* 2. Vide, quæ dicentur *infrà dub.* 24. *per totam.*

Hinc contra Gambacurtam *lib.* 4. *cap* 18. *num* 6. 4 Villadieg *in Polit. c.* 3. *n.* 206. & Curtellium *de immun. Eccl. lib.* 2. *q.* 13. dicendum est, quod si Reus iam vicinus Ecclesiæ cum ipso satellite per vim intret in Ecclesiam; & vt se de illius manibus eximat, eundem cum magna sanguinis effusione vulnerat, immunitate Ecclesiæ non priuetur; vt in terminis docet Farinacius *vbi supra*, & Diana *cit. tr.* 1. *resol.* 13. Vide *dub.* 10 *sect.* 7. & *dub.* 33.

Obiicies ex Curtellio *loc. cit.* Reus in tali casu committit in ministrum Principis, ergo immunitate Ecclesiæ non gaudet.

Respondetur: nego consequentiam: quia vt Reus 5 non gaudeat immunitate Ecclesiæ, requiritur, quod committat in personam Principis, vt *infra dub.* 23. *sect.* 4. dicetur.

Instabis ex eodem Curtellio: non obedit Principi, cui vt subditus obedire debet, ex D. Paulo ad Roman. *c.* 13. & ex multis iuribus, ergo.

Respondetur: transeat antecedens: at nondum 6 probarum est, quod Reus ob tale delictum immunitate Ecclesiæ priuetur. Accedit, quod, licet peccet in Ecclesia ministrum iustitiæ vulnerando, non tamen peccat ad Ecclesiam fugiendo, contra Principis 7 voluntatem; quia ad hoc prævalet ius naturæ, quidoquidem dictat fugam, quando imminet periculum graue: vnde & ad hunc finem licitè etiam cõtra Principis voluntatem potest è carcere fugere, 8 quin & carcerem infringere, neque per hoc omnia perturbantur, vt infert Curtellius; quia id est solum in tali casu, & valdè per accidens; & si accidat, sibi imputent ministri iustitiæ, cum non discant cautius agere.

Vrgebis ex eodem Curtellio: est in posse, seu manu satellitis, ergo immunitate Ecclesiæ gaudere non debet; cùm sic non liber confugiat, seu se recipiat ad Ecclesiam.

Respondetur: nego consequentiam; quia cùm non trahatur à satellite per Ecclesiam, sed ipse trahat satellitem ad Ecclesiam; verè confugit, & se re- 9 cipit ad Ecclesiam; & ex alio capite iura generaliter sine distinctione loquuntur de confugiente: 10 quare cùm illa non distinguant, nec non distinguere debemus, præsertim in præiudicium immunitatis, quæ vt fauorabilis, est amplianda; & in ampliationẽ pœnarum, quæ, vt odiosæ, sunt restringendæ. Vide omninò loca *sup cit.*

Cæterum concedo, quod immunitate priuetur, qui vulnerat in Ecclesia lethaliter, licet sic vulne- 11 ratus extra Ecclesiam moriatur; quia tale homicidium censetur factum in Ecclesia; quapropter è contra immunitate non priuabitur, qui mutilat, vel occidit extrà Ecclesiam, si passus se recipiat in Ecclesiam, ibique moriatur; quia delictum factum fuit extrà Ecclesiam.

SECTIO III.

An priuetur, qui cum armis confugit ad Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1 *Confugiens ad Ecclesiam cum armis prohibitis, non priuatur immunitate.*

2 *Confugiens ad Ecclesiam cum armis prohibitis, licet Ecclesiam offendat, & pœnam capitalem mereatur, gaudet immunitate.*

3 *Gestans in statu Ecclesiæ breuiora ignis tormenta committit crimen læsæ maiestatis.*

4 *Gestãs talia arma in Hispaniarum Regnis cõmittit crimen proditionis pragmaticali lege.*

5 *Gestans talia arma non committit crimen læsæ maiestatis in Personam Principis, neque est propriè, & strictè proditor, quod requiritur, vt immunitate priuetur.*

6 *Gestans arma prohibita in Ecclesia si gaudere nõ debeat in nonnullorum sententia immunitate, debet delationi prohibitæ armorum esse annexa pœna mortis.*

7 *Arma reo in Ecclesia auferri quidẽ debent propter rixas vitandas, & propter bonum publicum, & reuerentiam debitam loco sacro, non tamen per Iudicem secularem, sed Ecclesiasticum.*

8 *Iudicibus laicis expressè prohibetur Iurisdictionem aliquam in Ecclesia exercere.*

9 *Ecclesia est de Territorio Episcopi, & extra Territorium ius dicẽti etiam à subditis non paretur.*

SEquitur secundò, quod nec immunitate priue- 1 tur, qui ad Ecclesiam, cum armis, etiã prohibitis confugit; quia nec hoc est mutilare, vel occidere.

Neque obstat, quod qui ad Ecclesiam cum ar- 2 mis, præcipuè prohibitis, confugit, Ecclesiam offẽdat, & pœnam capitalem mereatur. Nam (vt supra dicebam) non propter quamcunque offensionem factã in Ecclesia priuatur quis immunitate Ecclesiæ, sed solùm propter occisionem, vel mutilationẽ factam in illa. Vnde potius sequitur, quod aliis delictis delinquenti in illa tacitè priuilegium immunitatis concedatur.

Neque obstat secundò, quod qui gestat arma 3 prohibita, committat crimen læsæ Maiestatis, vt in statu Ecclesiæ, vbi à Pio IV. & V. in Bulla, quæ incipit, *Vices eius*, breuiora ignis tormenta sub pœna talis crimis gestari prohibentur; vel quod committat crimen proditionis, vt in Hispania, vbi pragmati- 4 cali lege talia arma sub pœna criminis proditoris gestari interdicuntur: nam per hoc talis non committit crimen læsæ Maiestatis in personã Principis, 5 nec est propriè, & strictè proditor; quod requiritur vt immunitate priuetur, sicuti dicam *infra dub.* 20. *sect.* 5. & *dub.* 23 *sect.* 4. & *seqq.*

Atque ita docent Farinac. *in append. de immunit. c.* 16. *n.* 247. Ambr. *de immun c* 5. *n.* 5. Peregrinus *de immun. c.* 12. *n.* 11. Dian *par.* 1. *tr.* 1. *resol.* 17. & *par.* 6. *tr.* 1. *resol.* 8. (vbi ait, sic determinasse sacram Episcoporũ Congregationem in vna Salernitana die 30. Septembris 1616.) Guazzinus *to.* 1 *defens.* 1. *c* 29. *n.* 7. Sperell. *dec.* 46 *n.* 15. & *seq.* Contra Cou. 2. *var. c.* 20. *n.* 18 *vers.* 36. Rebuffum *in Constit. Gallica tom.* 2. *tit. de immunit. Eccles. gl.* 1. *num.* 28. Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *num* 244. Sarpum *de iure Asylorum, fol.* 43 Curtellium *de immunit. Eccles. lib.* 1. *quæstio.* 17. & Decianum *lib.* 6 *cap.* 26. *numer.* 10. & *lib.* 8. *cap* 3. *n.* 30. & 51. qui contrarium docent *ex l. si seruus, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* ad quorum tamen fundamentum patet ex dictis.

At, esto ipsorum opinio probabilis sit (quod 6 facilè tamen non concesserim) intelligi tamen illa debet non de armorum dilatione quacunque, sed solum de illa, cui capitalis pœna annexa est, vt si deferat verbi gratia sclopettones, seu archibusseros, sicuti notauit præter alios Farinac. *de carcerib. q.* 28. *numer.* 66. & etiam ipse Curtellius *locis suprà citatis* & meritò, quia solum hæc digna est, cui priuatio immunitatis iniungatur, cùm (vt *supra Dubitat.* 19. *sect.* 1. *in fin.* dicebatur) qui in

Ecclesia,committit delictum non graue, sed leue, immunitate certò non priuetur.Cæterum in nostra
7 sententia,quæ multò probabilior est, & amplectenda, arma Reo in Ecclesia auferri quidem debent propter rixas vitandas & propter bonum publicũ
8 & reuerẽtiam debitam loco sacro, non tamen per Iudicem secularem,sed per Iudicem Ecclesiasticum, qui iurisdictionem ibi exercere potest; & quem delinquens, Ecclesiam offendendo,offendit; quandoquidem *in cap.1.extra de immunit. Eccles.& cap. 2.eod.tit. in 6.* expresè prohibetur Iudicibus laicis iurisdictionem aliquam in Ecclesia exercere, &
9 meritò, cùm Ecclesia sit de territorio Episcopi; & extra territorium ius dicenti etiam à subditis non pareatur *cap.2 de constitut.in 6.& l. vlt. cum gl.ff. de iurisdict.omnium Iudicum.* Atque ita determinauit Sacra Cõgregatio Immunitatis die 24 Iulij,1634. & docent Farinac.*cit. cap. 16. num. 248.* Diana *cit. resol.17.in fin.& resol.8.* Maranta *in Controuers. iur. par.2.responsi.37. num.1.* Zambellus *in Repert. mor. ver.Ecclesia quoad eius immunitatem,num.9.* Nouariùs *in sum. Bullar. tit. de immunit. num. 6.* Palaus *tom.2.tract.11.disp.vnic.punct.9.n. 10.* & Ciarlinius *controuers.forens. cap. 10. num. 16.* contra Sanchez *in opusc.tom.2.lib 6.cap.1.dub. 14.* Villalob.*in sum. tom.2 tract.34.diffic 5.num. 11.* Ioannem de Hevia *in Curia Philip.par.3.§.12.num.26.* Sarpum *de iur. Asyl.c. 5.fol. 43.* & Naldum,*ver.Ecclesia,n.5.* Vide etiam *infra dub. 24. sect. 8. & dub. 30.* An autem talis,& alius similis Reus è loco sacro eiici debeat, si ex pòst facto,non iam ad refugium, sed ad perpetuam receptationem, ac asylum loco sacro abutatur? Vide quæ dicebam *supra dub.11.sect.6.in fine.*

SECTIO IV.

An priuetur,qui mutilat, vel occidit in Ecclesia quomodocumque?

SVMMARIVM

1 & 2. *Mutilans,seu occidens in Ecclesia, siue sub spe immunitatis,siue sine tali spe,item siue præmeditatè,siue ex proposito,sed ex subita ira,& occasione,& prouocatus, priuatur immunitate; secus si per modum defensionis cùm moderamine inculpatæ tutelæ.*

3 *Mutilantes, seu occidentes in Ecclesia si ex subita ira & occasione, & prouocati in sententia plurimorum gaudent immunitate.*

4 *Decisio summi Pontificis quod non gaudeant immunitate occidentes, & mutilantes in Ecclesia est generalis, & fundata præcipuè in ratione quadam communi*

5 *Quotiescunque duplex est causa mouens ad aliquam dispositionem faciendam, cessante vna,si altera perseueret,non cessat dispositio.*

6 *Immunitate eodem modo priuantur mutilantes, & occidentes in Ecclesia, quo priuantur publici latrones,& sic non requiritur,quod sub spe immunitatis.*

7 *Delicti excusationẽ quoad pœnam, speciem delicti quoad immunitatem, vel quoad forum, vel quoad aliud non mutant.*

8 *Diuersa sunt ex circunstantiis delictum effici leuius,vt pœna temperari debeat,& delictum ex vna in aliam speciem transire,vel vnam qualitatem amittere.*

9 *Delictum homicidij,aut mutilationis in Ecclesia commissum pœna leuiori quam morte,aut membrorum abscissione, ideſt pœna extraordinaria, puniendum est.*

10 *Textus in cap. inter alia de immunit. conciliatur cum auctoribus contrariæ sententiæ.*

11 *Vtraque opinio est probabilis, posterior verò probabilior.*

12 *Delinquens in Ecclesia in dubio semper præsumitur delinquere sub spe immunitatis.*

13 *Delinquens in Ecclesia defendi non debet ab ipsa,donec probauerit,se casu & fortuito, & non ex proposito deliquisse.*

SEquitur tertiò, quod è contra immunitate priuetur, qui in Ecclesia mutilat, vel occidit (siuè sub spe immunitatis; siue sine tali spe: item siuè præmeditatè,seu ex proposito,& non ex subita ira, & occasione,siuè non præmeditatè, seu ex proposito, sed ex subita ira, & occasione, & prouocatus dummodo non fit per modum defensionis cum moderamine inculpatæ tutelæ; quia tunc non delinquit; cùm de iure naturæ vim vi repellere liceat. (Atque ita contra Tuschum *ver. Ecclesia, concl.11 num.13.&14.* Azorium *2.par.lib.9.cap.9. quæst.9.*Farinacium *in append.de immunit. cap. 16. num.238.* Gutier. *pract.qq. Ciuil. lib. 3.q. 1. num. 3.& seqq.* Azeued *lib. 1. tit. 2. leg. 3. num. 24. & seq.* Sesse, *decis. 141. num. 8.* Antoninum Dian. *par.1. tract. 1. resol. 11. & par. 6. tract. 1. resol. 7.* vbi ait,sic fuisse Romæ decisum anno 1639. Item contra Nouarium in summa Bullarum *tit. de immunit. Eccles. num. 58.* Auctorem Casum Conscientiæ Bononiæ discussorum anno 1637. mense Nouembri *cas. 2. fol. 94.* Zambellum *in Repert. Mor. ver. Ecclesia quoad eius immunit.numero 13.*Sperellum,*decis.59.numero 36.* & Marium Ital.*de immunit.Eccles.lib.1.cap.5.§.3.numero 1.& seqq.*(qui docent, quod immunitate quis priuetur solum, si sub spe immunitatis, vel præmeditatè,& ex proposito; non item,si ex subita ira, & occasione,& prouocatus in Ecclesia mutilet, vel occidat; moti ex eo,quod cap.*inter alia* solum delinquentes sub spe immunitatis punire velle videatur, *Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperantes.* Et infra: *Qui nisi per Ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerint commissuri.* quapropter non sit extendenda priuatio immunitatis ad alios, qui sine spe immunitatis, seu non præmeditatè,vel ex proposito, sed ex subita ira,& occasione,& prouocati in Ecclesia delinquunt.) ex probabiliori sententia Doctorum (cùm de decisione Romæ edita, quam dicit Diana *citat. resol. 7.* non constet authenticè) docent Abbas *in cap.inter alia de immunitat. Eccles. numero 8.* Couarr.*2.var. cap. 20, numero 15.* Nauarr. *cap. 25. numero 20.* Suarez *lib.3.cap.11.numero 6.in fin.* Clarus *pract. §. fin.qu. 30.*Farinac. *de carcerib.quæstio.28. numero 54.* Layman.*lib.4.tract.9. cap. 3. num. 6.* Peregrin. *de immunitat.cap.6 numero 15.* Gambacurt.*lib.5.cap.23.* Barbosa *de iure Pontif. lib. 2. cap. 3. numero 104.* Lezana *ver. immunitas, numero 11.* Decian. *lib. 6. cap.28.numero 5.* Anast. Germon.*de sacr.immunitat. lib.3.cap. 16. numero 79.* Bonacina *disputat.3. quæstio. de immunitat.7. §. 4.n. 7.*& Curtellius *de immun.Eccl.lib.1.q.11.*

Ratio autem(vt omittam consuetudinem, quæ optima iuris interpres ita declarare videtur) est; quia esto, Pontifex voluerit coërcere audaciam illorum, qui ante illam constitutionem sub

spe

ſpe immunitatis in Eccleſia occidebant, vel mutilabant: hinc tamen non bene infertur, quod ſolum illos priuet; cùm generaliter ſine diſtinctione homicidis, & mutilatoribus in Eccleſia talem pœnam inferat: potuit ergo Pontifex ex cauſa particulari ad prohibitionem vniuerſalem faciendam moueri, & quod de facto ſic motus ſit, patet; quia poſtquam Pontifex retulit, aliquos ſub ſpe immunitatis in Eccleſia delinquere, ſubdit: *Cum autem in eo, in quo deliquit, puniri quis debeat; & fruſtra legis auxilium inuocet, qui committit in legem, mandamus, quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt ſe indignos*; ergo de-
4 ciſio eſt generalis, & fundata præcipuè in ratione quadam communi, quod quis puniatur in eo, in quo deliquit.

Confirmatur; quia eſto, Pontifex motus ſit ad priuandos immunitate homicidas, & mutilatores in Eccleſia, ex eo, quod ſub ſpe immunitatis delinquebant illa, negari tamen non poteſt, quod etiam moueatur ex eo, quod in Eccleſiam delinquunt; &
5 ſic quod fruſtra auxilium eius implorent, cùm in eam delinquant. At quotieſcumque duplex eſt cauſa mouens ad aliquam diſpoſitionem faciendam, ceſſante vna, ſi altera perſeueret, non ceſſat diſpoſitio; vt rectè notarunt Couar. & Farinacius in *locis ſup. cit.* Ergo, &c.

6 Confirmatur ſecundò; quia Gregorius XIV. eodem modo priuat immunitate homicidas & mutilatores in Eccleſia, ac priuat publicos latrones, viarum graſſatores, &c. ergo ad hoc, vt homicidæ, & mutilatores in Eccleſia immunitate priuentur, non requiritur, quod ſub ſpe immunitatis in Eccleſia delinquant.

7 Confirmatur tertiò, quia delicti excuſationes quoad pœnam, ſpeciem delicti quoad immunitatem, vel quoad forum, vel quoad aliud non mutant cùm hæc ſint diuerſa inter ſe, ita vt non liceat ex vno aliud inferri: ſiquidem aliud eſt, ex circumſtan-
8 tiis delictum effici leuius, vt pœna temperari debeat; & aliud eſt, delictum ex vna in aliam ſpeciem tranſire, vel vnam qualitatem amittere, & alteram induere: quapropter in omnibus Canonum, & legum titulis vbi de delictis agitur, manente eadem delicti ſpecie ſubijciuntur aliquæ exceptiones, ſiue ex circumſtantiis excuſationes, quæ quidem delictum quoad pœnã alleuiant, non tamen naturam
9 mutant. Accedit, quod delictum homicidij, aut mutilationis in Eccleſia commiſſum, vel leuiori pœna, quàm morte, aut membrorũ abſciſſione (ſcilicet pœna extraordinaria) plectendum eſt, & tunc non videtur, quod Eccleſiæ immunitate gaudere indi-
10 geat, arg. è contrario ſenſu textus in *c. inter alia de immun. Eccl.* vel ordinariam pœnã meretur, & tunc ipſi aduertarij fatentur, immunitate priuari, puta ſi ex propoſito commiſſum fuerit, vel ita quod committens excuſatione dignus non ſit.

11 At quidquid ſit de hoc, quod quoad vtramque partem probabile mihi videtur; etſi probabilius quoad poſteriorem; illud tamen (quod & fatentur etiam Aduerſarij) dicendum eſt, quod qui in Eccle-
12 ſia delinquit, ſemper præſumatur in dubio ſub ſpe immunitatis delinquere (& ſic quod defendi non debeat ab Eccleſia, donec non probauerit, ſe caſu, & fortuitò, & non ex propoſito deliquiſſe) quia contra ſe legem habet. Atque ita ex communi docent
13 Azor. *2. par. lib. 9. cap. 9. quæſtio. 9.* Farinac. *in append. de immunitat. cap. 16. numero 241.* Gutierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. quæſtio. 1. numero 8.* Bobadilla *Polit. lib. 2. cap. 14. numero 24. & ſeqq.* &

Azeued. *leg. 3. numero 25. lib. 1. titul. 25.*

SECTIO V.

An priuetur, qui in Eccleſia exiſtens ſagitta occidit exiſtentem extra Eccleſiam?

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in Eccleſia ſi ſagitta, vel ſclopo mutilet extra ipſam manentem, non priuatur immunitate.*

2 *Circumſtantia quod quis in Eccleſia exiſtens occidat hominem extra ipſam non aggranat notabiliter homicidij peccatum.*

3 *Pœna priuationis Immunitatis ſunt ob actum conſummatũ, & non inchoatum tantum, nam ſi ſecus eſſet ad perdendam immunitatem ſufficeret glady euaginatio in Eccleſia.*

4 *Exiſtens in Eccleſia, ſi ſagitta, vel ſclopo occidat hominem manentem extra, non incurrit cenſuram latam contra occidentem in Eccleſia.*

5 *Amplia etiam ſi fraude vel dolo extractum ab Eccleſia occidat; vel mutilet, nam etiam in tali caſu quis non priuatur immunitate, quia in Eccleſia non fuit data cauſa neceſſaria actionis.*

6 *Poterit tamen capi à Miniſtris Eccleſiaſticis, etſi non à laica poteſtate.*

7 *Actio & paſſio ſunt idem: paſſio autem eſt in paſſo, & non in Agente: & ideo ex Eccleſia occidens non occidit in Eccleſia manentem extra ipſam.*

8 *Idem eſt inchoare, ac agere, & perficere. Homicida verò qui extra Eccleſiam manentem occidit dicitur inchoare in Eccleſia quoad diſpoſitiones, inchoare quatenus denotat agere extra quoad ſubſtantiam homicidij.*

SEquitur quartò, quod immunitate neq; priuetur, qui in Eccleſia exiſtens, ſagitta, lapide vel 1
ſclopo exiſtentem extra Eccleſiam mutilat, vel occidit. Atque ita contra communiorem (vt fatear.) ſententiam Abbatis in *cap. fin. num. 11. de immunit. Eccleſ.* Nauarri *cap. 25. num. 21.* Suarij *de relig. lib. 3. cap. 11. num. 6.* Angeli *ver. immunitas, §. 23.* Sylu. *eod. ver. 3. num. 8.* Azorij *2. par. lib. 9. cap. 9 q. 14.* Farinacij *de carcerib. q. 28. num. 61. & in append. de immunit. cap. 16. num. 223. & conſil. 214. in princip.* Deciani *lib. 6. cap. 24 num. 7. & cap. 28. num. 6.* Gutierez *pract. qq. ciuil. lib. 3. q. 1. num. 19.* Ambroſini *de immunit. cap. 5. num. 7.* Couar. *2. var. cap. 20. num. 15.* 2
Marij. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. 6. 3.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 6.* Marth. *de Iuriſdict. par. 2. cap. 51. num. 26.* Villagut. *de extenſ. legum. cap. fin. num. 61. & ſeqq.* Graff *tom. 1. lib. 3. conſil. vnic. numero 10. de immunit. Eccleſ.* Duardi *in Bullam Cœnæ lib. 2. can. 15. q. 16. num. 23.* Portel. *ver. Eccleſiæ immunitas num. 15.* Megalij *in 3. par. lib. 4. cap. 2 q. 1. num. 12.* Gambacurt. *lib. 5. cap. 24. num. 21.* Sarpi *de iure Aſylorum cap. 4. fol. 44.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 206.* Io. de Heuia *in Curia Philipp. par. 3. §. 12. num. 23.* Curtellij *de immunit. Eccleſ. lib. 1 qu 9.* Lezanæ *ver. immunitas, numero 11.* & Bobadill. *lib. 2. polit. cap. 14. numero 26.* docent probabilius Nouarius *in Summa Bullarum tit. de immunit. Eccleſ. n. 51* Bonacina *diſp. 3. q. 7. de immun. punct. 4 num. 8.* Diana *par. 1. tract. 1. reſol. 9.* Ricc *par. 5. col-*

lect. 1792. Peregrin. *c.* 13. *n.* 16. & consentit Fagúdez
2 2. *præcept. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 17. (quatenus docet, quod talis circumstantia notabiliter homicidij peccatum non aggrauet) Et probatur; quia talis reuerà non mutilat, vel occidit in Ecclesia, sed ex Ecclesia: quapropter non est facienda extentio, cùm simus in materia odiosa; & immunitas Ecclesiæ sit fauorabilis; tum quia non consummat, sed
3 solum inchoat mutilationem, vel occisionem in Ecclesia; pœnæ autem sunt ob actum consummatum, non inchoatum, vt *lib. de parlamentis dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 31. diffusè dicebamus: tum quia alioquin qui in Ecclesia ex subita ira gladium euaginaret, & inimicum insecutum extra Ecclesiam occideret, etiã immunitate Ecclesiæ priuaretur, quod non videtur dicendum, quamuis id dicat Azor. *to.* 1. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 14.

4 Confirmatur; quia, vt ex communi docet Bonacina *de cens. disputat.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 11 *numer.* 11. si quis existens in Ecclesia, sagitta, vel sclopo occidit hominem existentem extra Ecclesiam, non incurrit censuram latam contra occidentem in Ecclesia, ergo sic, &c.

5 Hinc, si dolo, fraude, vel etiam vi, &c. aliquem extraxeris ab Ecclesia, & extractum occidas, vel mutiles, immunitate non priuaberis; quidquid in contrarium etiam dicant Azor. in loco *supra* cit. Farinacius *in append. de immunit. cap.* 16. *numer.* 232. Peregrinus *de immunit. cap.* 6. *numer.* 16. (vbi citat Abbatem, Siluestrum, & Remigium Gonni) Barbosa de iur. Ecclesiast. *lib.* 2 *cap.* 3. *num.* 114. Duardus *loc. supra cit.* Scortia in Bullar. *Erit.* 154. *Theor.* 385. maximè quia licet in Ecclesia dederis causam occisionis, non tamen dedisti causam occisionis necessariam, cùm liberè postea occideris, ergo, &c. Vide Palaum *to.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 9. *n.* 18 Bonac. *cit. disp.* 2. *q.* 7. *punct.* 6. §. 2. *n.* 4. & Antoninum Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 107. & *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 7.

Cæterum concedo, quod in tali casu capi possis
6 ab Ecclesiasticis Ministris ob iniuriam Ecclesiæ factam, vel ob sacrilegam vulnerationem in Ecclesia inchoatam, &c. sicut & capi potes ab iisdem ob alia delicta in Ecclesia perpetrata iuxta ea, quę dicebam *dub* 10. *sect.* 12. & docent Farinac. *num.* 209. & Mar. Italia *lib.* 1. *cap.* 5. §. 1. *num.* 53. non tamen capi poteris à laica potestate, vti ex probabiliori sententia Doctorum dicebam *suprà n.* 1. & 2.

Obicies: qui in Ecclesia existens sagitta, vel sclopo existentem extra Ecclesiam occidit, agit in Ecclesia, ergo occidit in Ecclesia.

7 Respondetur: nego antecedens; sed agit ex Ecclesia; quia ex Aristot. *in lib. de Prædicamentis*, actio, & passio sunt idem, passio autem est in passo, non in agente.

Instabit: inchoat in Ecclesia, ergo agit, & perficit in Ecclesia. Consequentia probatur; quia, vt ex Suetonio, Sallustio, Virgilio, Gellio, & Calepino ver. Committo, probat Cortellius, *cit. q.* 9. *n.* 2. idem est inchoare, ac agere, & perficere.

8 Respondetur: distinguo antecedens: inchoat in Ecclesia quoad dispositiones homicidij, & sic quoad istas agit, & perficit in Ecclesia, concedo: inchoat quoad substantiam homicidij, & sic quoad istud agit, & perficit in Ecclesia, nego; sed sic potius agit, & perficit, ex Ecclesia.

Vrgebis: saltem, licet occidat ex Ecclesia, occidit ex illa sub spe immunitatis, ergo adhuc immunitate Ecclesiæ gaudere non debet.

Respondetur: transeat antecedens: at nego consequentiam, saltem secundùm opinionem probabiliorem: vide etiam *sect. seq.*

SECTIO VI.

An priuetur, qui occidit prope Ecclesiam, vel exiens ab Ecclesia, vel existens in sacristia, atrio, tecto Monasterio, palatio, vel scalis Ecclesiæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Occidens, vel mutilans in locis contiguis Ecclesiæ puta in Sacristia, tecto, atrio, & simili, gaudet immunitate etiamsi sub spe immunitatis occiderit.*

2 *Loci prædicti in fauorabilibus veniunt Ecclesiæ appellatione, non tamen in odiosis.*

3 *Committens tempore iubilei etiam sub spe absolutionis peccata reseruata etiam habentia annexam censuram, quandiu durat iubileum, absolui potest.*

4 *Quod in vno loco est prohibitum censetur in alio permissum & sic homicidium, & mutilatio in Ecclesia, & Cœmeterio prohibita sub pœna priuationis immunitatis, censentur extra non prohibita.*

Reus puniri debet in loco, in quo deliquit.

5 *Nonnulli Doctores limitant de homicidio, & mutilatione facta ex proposito prope Ecclesiam, vel cœmeterium; secus si ex subita vrica, & casu contigerint.*

6 *Delinquens prope Ecclesiam censetur sub spe Immunitatis delinquere, & ei incumbit onus probandi contrarium.*

7 *Ex frequenti de ambulatione circa locum sacrum mediatè, & immediatè post delictum, insidia, & speculatores ibi positi, & similia faciunt præsumere de illum patratum sub spe immunitatis.*

8 *Delinquens in loco sacro spellato eius delicto indignus est immunitate, secus spellato Ecclesiæ sanctitate.*

9 *Ecclesia non fit spelunca latronum, quia ibi Delinquentes corrigi, & puniri possunt à Iudice Ecclesiæ.*

10 *Ecclesia non dat occasionem delinquendi, sed Rei eam accipiunt ab ipsa; quandoquidem non est Ecclesia imputandus abusus illuc confugientium.*

11 *Declaratio Clementis VIII. qua resoluitur Delinquentes sub spe immunitatis, ea gaudere non debere, non constat authentice.*

12 *Declaratio particularis non tollit legem vniuersalem.*

13 *Consuetudo legitimè præscripta post Bullam Gregorianam est attendenda in materia immunitatis; secus ante dictam Bullam.*

SEquitur quintò, quod immunitate multò minus priuetur, qui prope Ecclesiam, vel Cœmeterium, aut exiens ab Ecclesia, vel Cœmeterio, quin & in sacristia, scalis, atrio, seu Portili, ostio, campanili, vel tecto Ecclesiæ, nedum in Monasterio, vel Palatio Episcopi, &c. licet eadẽ immunitate gaudeãt hi loci, ac gaudeat Ecclesia, quandoquidem etsi veniãt appellatione Ecclesiæ in fauorabilib. nõ 2

tamen

tamen veniunt in odioſis. Vnde ſi effundatur ſanguis, vel ſemen in aliquo ipſorum locorum, non polluitur Eccleſia; vt rectè notarunt Barboſa *de iur. Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 64. & ſeqq.* Carolus Maranta *in Controuerſ. par. 2. reſponſ. 36.* Antonius de Marinis, *quotid reſol. cap. 170.* & Sperellus *deciſ. 60. & 63.*) mutilat, vel occidit, & etiamſi ſub ſpe immunitatis ibi delinquat (ſicut qui tempore Iubilæi etiam ſub ſpe abſolutionis virtute Iubilei obtinendę peccata reſeruata, vel excommunicationem annexam reſeruatam habentia committit, abſolui poteſt, quamdiu durat Iubileum, vel priuilegium abſoluendi) Probatur ex dictis, & confirmatur, quia ſolum excipitur ab immunitate homicidium, & mutilatio in Eccleſia, vel Cœmeterio; ergo, &c. Antecedens conſtat ex *cap. vlt. de immunit. Eccleſ.* & ex Conſtit. cit. Gregorij XIV. Conſequentia probatur; quia in his exceptionibus, vtpotè odioſis, & immunitati Eccleſiæ derogantibus, non eſt facienda extenſio ex identitate, vel maioritate rationis, tum quia, quod in vno loco eſt prohibitum cenſetur in alio permiſſum; & ſic homicidiũ, & mutilatio in Eccleſia, & Cœmeterio prohibita ſub pœna priuationis immunitatis, cenſentur extra Eccleſiã, & Cœmeterium ſub tali pœna non prohibita, ſed permiſſa; cùm enim diſtinctè dicatur: *In Eccleſia, vel Cœmeterio*, virtute ponitur excluſiua, extra Eccleſiam, vel Cœmeterium, tum quia in eo loco quis puniri debet, in quo deliquit, ſed iſte non deliquit in Eccleſia, ſed extrà, ergo puniri debet extra; & ſic non priuatur immunitate Eccleſiæ, tum quia qui propè Eccleſiam delinquit ſine ſpe immunitatis, immunitate gaudet, ſi confugit ad Eccleſiam; ergo immunitate etiam gaudebit ſi deliquerit cum ſpe immunitatis; quia Pontifex non reſpicit ſpem, ſed qualitatem delicti, & iniuriam Eccleſiæ.

3

4

Atque ita ex probabiliori etiam, ſi non ex communiori ſententia Doctorum, docent Abb. *c. inter alia, n. 18. de immun. Eccl.* Angel. *ver. Immun. §. 17.* Nau. *c. 25. n. 22.* Layman. *lib. 5. tr. 9. c. 3. n. 7.* Tabien. *ver. Immunitas n. 10.* Silu. *n. 5.* Armilla *n. 12.* Fagundez *de præcept. Eccl. tr. 2. lib. 4. c. 8. n. 45.* Peregrin. *de immun. c. 6. n. 60.* Io. de la Cruz *par. 1. præcept. 8. q. 3. art. 2. dub. 1. conel. 1.* Dian. *par. 1. tr. 1. reſol. 3. & 39. & par. 3. tr. 1. reſol. 39.* Megal. *in 3. par. c. 2. q. 1. num. 17.* Riccius *par. 3. dec. 250. per totam*, Noyarius *in ſum. Bull. tit. de immun. n. 6.* Filliuc. *tract. 15. c. 6. n. 132.* Mar. Italia *lib. 1. c. 4. §. 7. num. 16.* Sperellus *deciſ. 60. & 61.* Ciarlinius *in controuerſ. forenſ. c. 10. n. 95.* Maranta *in controu. iur. par. 2. reſponſ. 45. n. 10. ſeqq.* Trullench. *in Decalog. to. 1. cap. 11. dub. 3. numer. 13.* Zambellus *in Reper. mor. ver. Eccleſia quoad eius immunitatem, num. 6.* Suar. *de relig. lib. 3. cap. 11. num. 9.* Lezana *ver. immunitas, num. 11.* & Bonacina *diſp. 3. q. 7. de immunit. §. 4. num. 13.* contra Hoſtienſem *in ſum. de immunit. Eccleſ. §. in quantum*, Marth. *de inviſibil. par. 2. cap. 51. num. 2.* Gambacurt. *lib. 5. cap. 19.* Tannerum *in 2. 2. diſp. 5. q. 8. dub. 1. num. 17.* Zanard. *par. 1. de ſacram. Pœnit. cap. 18. caſ. 5.* Sanch. *tom. 2. conſ. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 7. n. 20.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 206.* Ambroſinum *de immunitat. Eccleſ. cap. 5. num. 4.* Sanchez *in ſelectis diſp. 44. numero 52.* Barboſ. *in collect. lib. 3. tit. 49. cap. 10. numero. 5. & tom. 2. de vniuerſ. iure Eccl. cap. 3. n. 109.* (vbi ampliatur etiã ſi in vna Eccleſia Reus delinquens ad aliam ſe recipiat; quia ſunt vnica Eccleſia, Sylu. *ver. immunitas, 3. num. 6.* Hermoſ. *c. 16. nu. 80.* Azor. *par. 2. lib. 9. c. 9. q. 9. verſ. ſed ſi quis* Gambacurt. *lib. 5. c. 26.* Correa *in c. inter alia, par. 3. n. 36. &* Trullench. *dub. 3. n. 15.*) Io. de Heuia *par. 5. §. 12. num. 21.* Alciatum *de præſumptionibus reg. 3. præſumpt. 33. num. 2. & ſeqq.* Sarpum de iure Aſylorum, *cap. 5. fol. 45.* Danzam *in Pugna Doctorum to. 1. tit. de immunit. cap. 2. num. 6.* Fragoſum *in Regim. Reipubl. Chriſt. par. 1. lib. 4. diſp. 11. §. 2. num. 274.* Couar. *7. var. cap. 20. num. 15. verſ. 26.* Gig. *de crimine læſæ Maieſt. Rubr. qualiter, & à quibus, quæſt. 10. num. 7. & 9.* & alios plures mox *infra* citandos, quos refert, & ſequitur Curtellius *de immunitate Eccleſ. lib. 1. q. 3.* Guazzinus *in defenſ. Reor. defenſ. 1. ex defectu iuriſd. n. 19.* Decianus *tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 5.* & Farinacius *tract. de carcerib. q. 28. n. 56. & in append. de immun. cap. 16. num. 210.* Quamuis ex his nonnulli loquantur de iure communi, non attenta Conſtitutione Gregorij XIV. Et alij (inter quos Tuſchus *ver. Eccleſia concl. 11. num. 4. in fin.*, Gutierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. q. 1. num. 15.* Barboſa, Decianus, Curtellius, & Farinacius *in locis ſupra cit.*) deſcendendo ex parte in noſtram ſententiam, id limitent in homicidio, & mutilatione facta ex propoſito prope Eccleſiam, vel Cœmeterium; ſecus, ſi ex ſubita rixa, & caſu contigerint; quia in primo caſu (inquiunt ipſi) delictum præſumitur factum ſub ſpe immunitatis, & ſic immunitate eſt indignum, non item in ſecundo. In dubio autem, an ſub ſpe immunitatis deliquerit, qui prope Eccleſiam, vel Cœmeterium delictum commiſit, cenſent cum Farinacio *in append. cit. c. 16 n. 214* nonnulli Doctores mox *ſupra* citati, quod ſub ſpe immunitatis deliquiſſe præſumatur; & ſic quod illi incumbat onus probandi contrarium, quod ſi non probauerit, immunitate priuari debeat; Quamuis alij, vt Alciatus *præſumpt. 33. reg. 3.* & Menoch. *præſumpt. 10. num. 22. lib. 6.* id remittant arbitrio Iudicis, ſed melius alij, vt Curtellius *de immun. Eccl. lib. 1. q. 3. n. 13.* id dignoſcant ex iudiciis, quæ ſic ſuadeant, v.g. frequens circa locum ſacrum deambulatio ante, & immediatè ad delictũ, inſidiæ, & ſpeculatores ibi poſiti, vel ſimilia, &c.

5

6

Obiicies, qui ſub ſpe immunitatis delinquit, vel delinquere præſumitur, indignus eſt priuilegio immunitatis, *c. quando de conſecrat. diſt. 4. & c. illud de clerico excommun. miniſtrante*, ergo. 7

Reſpondetur, diſtinguo antecedens: indignus eſt priuilegio immunitatis, ſi ſpectetur eius delictum, & perſona, concedo; ſi ſpectetur loci ſanctitas, nego: at immunitas non conceditur ipſi propter ipſum, ſed ipſi propter locum ſanctum, qui eſt omni priuilegio dignißimus. 8

Obiicies ſecundò, Eccleſia fieret ſpelunca latronum; ergo, &c. 9

Reſpondetur, nego ſequelam antecedentis; quia delinquens non delinquit in Eccleſia; tum quia, quando eſt in Eccleſia, corrigi, & puniri poteſt à Iudice Eccleſiæ.

Inſtabis, ſaltem Eccleſia daret improbis occaſionẽ delinquendi, cõtra *c. eſt iniuſta, 24. q. 4. ergo, &c.* 10

Reſpondetur, nego etiam ſequelam antecedentis, quia hæc non eſt occaſio data, ſed accepta, quandoquidem non eſt Eccleſiæ imputandus abuſus illuc confugientium, cùm ipſa ſolum intendat fauere miſeris, eos à pœna liberando, non autem fouere eorum iniquitatem, quæ merè per accidens ſequitur.

Obiicies tertiò, Clemens VIII. apud Farinacium in locis cit. declarauit, quod, qui ſub ſpe immunitatis delinquit, vel delinquere præſumitur, immunitate non gaudeat, ergo. Vide Danzam *in loc. ſupra cit.* & Barboſam *de iure Eccleſ. lib. 2. cap. 3. num. 109.*

11 Respondetur, quod de tali declaratione non constet authenticè. Adde,quod talis declaratio,seu
12 resolutio Clementis VIII. in casu particulari non tollit legem vniuersalem; quia ex aliquibus causis, & circumstantiis particularibus mouentibus animum suum, potuit,& voluit Pontifex, vt ibi annuit in illo casu ita determinare; quod non militat in vniuersali. Vide Genuens. *in prax. cap.94. in fin.* Dian. *cit. resol.* 3. & Ciarlinum *in Controu. forens.cap.*10.*num.*95.*& seqq.*

13 Instabis,saltem sic est consuetudo,ergo.

Respondetur,distinguo antecedens:si loquamur de consuetudine, quæ erat ante Concilium Tridentinum,& Constitutionem Pij IV. & Gregorij XIV.transeat:at hæc fuit iam per dictum Concilium & dictam Constitutionem Pij IV.& Gregorij XIV. reuocata,& sic nunc nihil prodest. Si loquamur de consuetudine, quæ iterum post dictam Constitutionem Gregor.XIV.legitimè introducta & præscripta fuerit; videant, qui id affirmant: nam si ita est,non audeo illam damnare,iuxta ea,quæ dicebatur *dub.6.*

SECTIO VII.

An priuetur, qui existens extra Ecclesiam sagitta occidit existentem in Ecclesia?

SVMMARIVM

1 *Existens extrà Ecclesiam si sagitta, vel sclopo occidat manentem in Ecclesia,priuatur immunitate.*

2 *Existens extra, si occidat hominem intus manentem,consummat actum in Ecclesia.*

3 *Qui extra Ecclesiam gladium euaginat, & inimicum insecutum intra Ecclesiam,occidit, priuatur immunitate, secus si vulneratus, extra Ecclesiam,intret intro,& moriatur.*

1 SEquitur sextò, quod è contra immunitate priuetur,qui existẽs extra Ecclesiam sagitta, lapide vel sclopo existentem in Ecclesia mutilat,vel occidit,quia talis reuera mutilat,vel occidit in Ecclesia tum quia consummat actũ in Ecclesia,tum quia qui
2 extra Ecclesiam gladium euaginat, & inimicum
3 insecutum intra Ecclesiam occidit,immunitate priuatur.ergo sic,&c. Quamuis non idem dicendum sit,si vulneret quis existentem extra Ecclesiam, & vulneratus intret Ecclesiam, & ibi moriatur; quia tunc non est is causa mortis in Ecclesia, esto sit causa mortis vulnerati: atque ita docent Nauar.*cap.*25.*num.*71.Couar.2 *var.cap.*20. *num.*15.*vers.*27. Decian. *lib.6.c.*28. Layman.*lib.*4. *tract.*9.*cap.*3.*num.*6. Farinacius *de carceribus q.* 28. *num.*61.*& in append.de immunit.cap.*16.*num.* 224. Suarez *lib.*3.*cap.*11.*num.*7.*&* 8.Ambrosinus *de immunit cap.*5 *num.*8 Bonacina *disp.*3.*q.*7.*§.*4. *num.*7. *in fin.*Marius Italia *de immunit.lib.*1.*cap.*5.*§.*3.*num.* 47.Scottia *Theor* 385.Riccius *par.*5.*collect.* 1792. Portell.*ver. Ecclesia immunitas, num.*15.Peregrin. *de immunit.c.*13.*num.*16.Magalius *in* 3. *part.lib.* 5: *cap.*2.*q.*1.*num.*13.Dian.*par.*1.*tract.*1.*resol.*9.Lezana *ver.Immunitas,numer.* 11. & Bobadilla *lib.* 2. *Polit. cap.*14.*num.*26.contra Henriquez *lib.*4.*cap.*17.*nu.* 4.*in fin.* Villagut.*de extens. leg. cap.fin.num.*50.*& seqq.*& alios.

SECTIO VIII.

An priuetur, qui mandat aliquem mutilari, vel occidi in Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Mandans aliquem mutilari, vel occidi in Ecclesia non priuatur immunitate, siue mandatum detur in Ecclesia, siue extra ipsam.*

2 *Nomine mutilantis,vel occidentis non venit mandans mutilari, vel occidi, nisi in lata, & extensa significatione, quæ in materia pœnali circa immunitatis priuationem facienda non est.*

3 *Censura lata contra facientes non extenditur ad mandantes.*

4 *Mandans in Ecclesia aliquem mutilari existentem extra,quia tunc videtur habere reuerentiam Ecclesiæ,gaudet immunitate.*

5 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur.*

6 *Actus tribuitur mandanti, & non exequenti.*

7 *Cuiuscumque negotij principium attenditur, & quis nam fuerit mali auctor.*

8 *Mandans videtur facere per se ipsum ex iuris interpretatione; & impropriè, quod in pœnis locum non habet.*

9 *Qui per alium facit per se ipsum facere videtur quoad culpam, non autem quoad pœnam.*

10 *Mandans aliquem è loco sacro extrahi, contrahit excommunicationem, non autem immunitatis priuationem.*

11 *Mandans aliquem occidi, committit primen homicidij moraliter,non autem physicè.*

12 *Agentes,& consentientes pari pœna puniuntur si sic expressum sit.*

SEquitur septimò,quod immunitate non priue- 1
tur qui mandat aliquem in Ecclesia mutilari, vel occidi, siuè mandatum detur in Ecclesia, siue extra Ecclesiam,quia aliud est mutilari,vel occidi, aliud mutilare, vel occidere (quos duos casus excipit Constitutio Greg.XIV.) cùm sub mutilante, 2
vel occidente non veniat mandans mutilari, vel occidi,nisi in lata,& extensa significatione,quæ in pœnalibus, & præcipuè Ecclesiasticæ immunitati repugnantibus facienda non est. Vnde censura 3
lata contra aliquid facientes non extenditur ad mandãtes nisi exprimatur;atque ita ex probabiliori sententia D D. docent Megalius *in* 3. *par.lib.*4.*cap.* 1.*q.*1.*num.*13.Palaus *tom.*2.*tract.*11.*disp.vnic.punct.* 4.*num.*17.*& seqq* Bonacina *disp.*3.*q.*7. *de immunit.* §.4.*num.*9.Diana *par.*1.*tract.*1. *resolut.*10. Lezana *ver.immunitas,num.*11.& aliqui alij.Quamuis contrarium doceant Layman *lib.*4.*tract.*9 *cap.*3.*num.*6. Duardus *in Bullam Cœnæ lib.*2. *can.*15.*q.*16. *n.*23. Portell.*ver. Ecclesia Immunitas n.* 15. Gambacurt. *lib.*5.*cap.*25.Io.de Henia *in Curia Philipp. par.*3.§. 12.*nu.*23.Barbosa *de iure Eccles.lib.*2.*cap.*3. *n.*16. Sarpus *de iure Asylorum fol.* 44. & alij (vt videre est apud Abb.*in cap.inter alia, num.*12.*de immunit. Eccles.*Nauarrum *cap.*25.*nu.* 21. & Syluestrum *ver. immunitas q.*25.)Gutierez *lib.*3.*qq.Ciuil.q.* 2. Suarez *lib.*3.*cap.*11.*num.*7.*&* 26.Peregrin.*de immunit. cap.*6.*num.*36.Azor.2.*par.lib.*9.*c.*9.*q.*14.Farinacius

in

in append. de immunit. cap. 16. numer. 230. Marth *de iurisdict. par. 2. cap. 51. num. 26.* Decian. *lib. 6. cap. 28. num. 7.* Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 1. q. 10.* & Mar. Ital. *lib. 1. cap. 5. 6. 3. num. 48. & seqq* quorum tamen aliqui nobis concedunt, quod immunitate non priuetur, si quis existens in Ecclesia mandet mutilari, vel occidi aliquē extra Ecclesiam; quia tunc (vt fatentur etiam ipsi) mandans videtur habere reuerentiam Ecclesiæ, ne scilicet homicidium, vel mutilatio committatur in Ecclesia: tum quia talis casus non est casus exceptus in Constitutione Gregorij XIV. vt *supra* dicebamus. Vide Decianum, Peregrinum, & Farinacium ibi *supra*; & præterea Ambrosinum *de immunit. cap. 5. num. 9.* & Ioannem de Vischis, *de immunit. Eccles. num. 6.* Quamuis & hoc ipsum etiam negent Suarez, Gutierez, Azor. Barbosa, Layman, & Sarpus cum aliquibus Doctoribus aliis supra citatis.

5 Obiicies, qui per alium facit, per se ipsum facere cē setur, *reg. 72. de regul. iuris*; & probatur, quia actus
6 tribuitur mandāti. & non exequenti *l. item §. Decuriones, ff. quod cuiusque vn. nom. l. vnum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. l. Omnia, Cod. de veter iur. enucl. cap. super literis, cap. cum aliquibus de rescript. & cap vt fama tua in fin. de sent. excommun.* tum quia cuiusque negotij principium attenditur, & quisnam fuerit mali author, *l. nam origo, ff. quod vi, aut clam, l. si procuratorem ff. mandati* Neque hæc videtur extensio legis pœnalis, sed interpretatio iuxta legis dispositionem.

7 Respondetur. qui per alium facit, per seipsum
8 facere censetur, propriè, seu verè, & realiter nego. impropriè, seu per iuris fictionem (quæ locum in pœnis non habet, nisi ab ipso iure fiat extensio; præsertim in casu nostro, in quo Pontifex loquens de homicidio, & mutilatione tollit facultatem interpretandi, & extendendi suam Constitutionem ad alios casus in dicta Constitutione non expressos) concedo. Vel dicas cum Auila *de cens. par. 2. cap. 5.*
9 *disp. 3 dub. 2.* & aliis, quod axioma illud intelligatur quoad culpam, non autem quoad pœnam nisi exprimatur, vti dicebam, & patet in exemplo de censuris *supra* allato.

Instabis primò, mandans aliquem è loco sacro extrahi, contrahit excommunicationem: huius Constitutionis, ergò mandans aliquem in loco sacro occidi, contrahet priuationem immunitatis eiusdem Constitutionis.

10 Respondetur, nego consequentiam; quia à diuersis, & disparatis non valet illatio, *l. Papinianus exul. ff. de Minor.* Ratio autem disparitatis constabit ex dicendis *dub. 35.*

Instabis secundò, Verè talis committit crimen homicidij, *cap. mulieres, §. ille verò de sent. excommun. c. si quis, 23. q. 8. & c. pernicioſè, 23. de pœnit. dist. 1. l. verum, ff. ad leg. Pomp. de parricid. l. non solum §. si mandato meo, ff. de iniur. & l. non ideo minus, Cod. de accusat.* & ibi communiter Doctores, ergò.

Respondetur, distinguo antecedens: vere talis
11 committit crimen homicidij moraliter, concedo; physicè, nego. At occidenti physicè priuatio immunitatis imposita est, non autem occidenti moraliter, vt suprà dicebamus ob rationes dictas; ob quas etiam dicendum est, quod axioma illud ex
12 Paul. ad Roman. *cap. 1. agentes, & consentientes pari pœna puniuntur*, intelligatur, si sic expressum fuerit.

SECTIO IX.

An priuetur, qui vi, vel fraude extrahit aliquem ex Ecclesia, & extractum illum occidit extra Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1 *Extrahens aliquem ab Ecclesia vi, dolo, vel fraude eumque extractum mutilans, vel occidens non priuatur immunitate.*

2 *Repetuntur rationes aliàs recensitæ, nam etiam hîc procedunt.*

SEquitur octauò, quod immunitate neque priuetur, qui vi, veldolo, vel fraude aliquem ex Ecclesia extrahit, & extractū illū mutilat, vel occidit extra Ecclesiam; idque propter easdem rationes, quę *supra sect. 5.* afferebantur, quamuis contrarium sentiant Azor. *1. par. lib. 9. q. c. 9* 14. *vers. 15.* Item & Farinac. *in append. de immunit. c. 16 n 232.* 1

Neque obstat, quod talis dederit causam mutilationis, vel occisionis in Ecclesia; quia adhuc non mutilat, vel occidit in Ecclesia, neque consummat actum in Ecclesia. Adde, quod neque dedit causam mutilationis, vel occisionis in Ecclesia necessariam (sicut qui sagitta, vel sclopo mutilat, vel occidit ex Ecclesia) sed liberam; cùm liberè postea occiderit extra Ecclesiam. 2

SECTIO X.

An priuetur immunitate debita pro aliis delictis, qui mutilat, vel occidit in Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 & 2. *Occidens, vel mutilans in Ecclesia non priuatur immunitate debita pro aliis delictis ante vel post commissis, scilicet non exceptis; secus si pro occisione commissa in Ecclesia talis punitus non sit.*

3 & 4. *Delictū commissum in Ecclesia si est Ecclesiasticum, vel à Clerico commissum, solum à Iudice Ecclesiastico potest puniri; quia in tali casu est extra Iurisdictionem Iudicis secularis; si verò delictum est seculare, & à laicis commissum, datur locus præuentioni.*

5 *Vnum delictum sortitur vtrumque forum & ratione Personæ, & ratione loci commissi Delicti.*

6 *Delinquens si aufugiat, & citatus non cōpareat, pariter vterque Iudex potest procedere; sed tunc non datur præuentio, cum possessionem Delinquentis requirat.*

SEquitur nonò, quod immunitate debita pro aliis delictis, ante, vel post cōmissis (scilicet nō exceptis) neque priuetur, qui mutilat, vel occidit in Ecclesia; quia, quod mutilatio, vel occisio in Ecclesia priuet etiam immunitate quoad alia delicta ante, vel post commissa, non excepta, nullibi statutum in iure reperitur; & pœnæ ex alio capite, præsertim in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ, extendendæ non sunt; ergo, &c. Atque ita docent Couar. alios referens *2. var. cap. 20. num. 15. vers. 24.* & Gu- 1 2

tierez *pract.qq.Ciuil.lib.*3.*q.* 1.*num.* 18. Quamuis contrarium ex communiori (vt fateat) doceant Tuschus *ver.Ecclesia,num.*11.Decian.*tract.crimin.*
2 *lib.*6.*cap.*28.*num.*9.& Boërius *decis.*110. *num.* 10. in casu tamen,quod pro mutilatione, vel pro occisione commissa in Ecclesia talis punitus non sit (quamuis non item si sit punitus) quia dum non est punitus,non est Ecclesiæ satisfactum;ac proinde ab Ecclesia non defenditur: at his tamen obstantibus,quod dixi,est probabilius, etsi minus commune.

Cæterùm, quisnam Iudex possit delictum in Ecclesia commissum punire?

3 Respondetur distinguendo;quod,si delictum est Ecclesiasticum, vel à Clerico commissum, solum Iudex Ecclesiasticus possit punire;quia in tali casu delictum est extra iurisdictionem Iudicis secularis: sed si delictum est seculare, & à laico commissum,
4 possit Iudex secularis,& Ecclesiasticus, ita vt detur locus præuentioni;quia in tali casu delictum sortitur vtrumque forum;seculare,ratione personæ,&
5 delicti;Ecclesiasticum,ratione loci sacri,in quo est commissum, & ratione immunitatis Ecclesiasticæ violatæ.

6 Quod si delinquens aufugerit, & citatus non comparuerit, vterque Iudex etiam procedere potest;quia tunc non datur præuentio;cùm hæc possessionem delinquentis requirat,& sic Iudex secularis procedere poterit ad condemnandum illum in pœnis debitis delicto,& Iudex Ecclesiasticus in pœnis,quas de iure apponere potest.Atque ita docent Tuschus,*ver.Ecclesia,concl.*5.*num.* 10. 14.& *seqq.*& *ver.Immunitas,concl.*59.*num.*6. & *seqq.* Gutier.*pract.qq.Ciuil.lib.*3.*q.*1.*num.* 13. & 14. Franc. Leo *Thesaur.Ecclesiast.*1.*par. cap.* 13. Salzed. *pract. crimin.c.*87.*num.* 1. *in addit.it. A.* Matius Ital. *de immunit.lib.*1.*cap.*5.§.3.*nnm.* 51. & 53.& Farinac. *in append.de immunit.cap.vlt.n.*364. & *consil.* 214. *num.* 3.

DVBITATIO XX.

An Immunitate priuetur, qui proditoriè occidit proximum suum?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Occidens proditoriè Proximum suum non gaudet immunitate.*
2 *Salamon Ioab ad Altare confugientem impunem non reliquit, quia per insidias Abner occiderat.*
3 *Occisor proditoriè Proximi sui est, qui illum incautum nihil sibi præcauentem per insidias, & industriam occidit.*
4 *Præsertim si cum illo amicitiam simulabat.*
5 *Immunitate non gaudet,qui eum, cui se socium in via adiunxerat, nulla rixæ causa intercedente,occidit.*
6 *Nec gaudet filius occidens patrem,vel è contra,si occisus mortem præuidere non potuit.*
7 *An verò gaudeat falsus testis, & Iudex iniustè condemnans? remittitur.*

RESPONDETVR, affirmatiuè, *cap.* 1 1 *de homicid.*ibi: *si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias,ab altari meo euelles eum,vt moriatur.*& cit. Constitut. Gregorij XIV.ibi:*Aut qui proditoriè proximum suum occiderit.*Quod desumptum est ex cap.21.Exod.& exem- 2
plum habes in Salomone Rege 3. Reg.2. qui Ioab ad altare confugientem impunem non reliquit; quia per insidias Abner occiderat 2.Reg.3.& Amasam,2.Reg 20.Vide Tuschum,*ver. Ecclesia, concl.* 11 *num.*5.Suar. *lib.* 3. *de reuerentia debita locis sacris,cap.*11.*num.*10.& *seqq.*Couar.*lib.* 2.*var.c.* 20. *nun.*6.*vers.*8.Clar.*lib.*5.§.*fin.q.*30.*num.*9.& 11.Gomez *de delictis cap.*10.Plaza *lib.*1. *delictorum, cap.* 21.Gutierez *pract.qq.ciuil.lib.*3.*q.*7.*n.* 52. Remig. Gonni *de immunit.fallentia* 13.Scortia *Theor.*385. Layman *lib.*4.*tract.*9.*cap.*3. *num.* 8. Farinacium *de carceribus q.*28. *num.* 23. & *in append. de immunit. cap.* 9.*num.* 134. & Doctores alios *infrà* citandos.

Est autem proditoriè proximi sui occisor, qui 3
illum incautum, nihil sibi præcauentem per insidias,& industriam occidit. *l. propter insidias, Cod. qui accusare non possunt.l.fin Cod.de delatoribus, lib.* 10.*l.*4.*ff.ad leg.Iul. Maiest.cap.clericus.*46.*dist. cap. si cupis* 16.*q.*1.& docent ex communi Anton.Gom. 3.*var.cap.*3.*de homicidio,num.*5. Farinac. *locis suprà* 4
cit.& q. 18.*num.*76.Suarez *cit.cap.* 11. *num.* 12. & alij passim;præsertim,si cum illo,non solum inimicitias non gerebat,sed etiam amicitiam, vel societatem simulabat.Sanch.*tom.*2.*consil.moral. lib.* 6.*c.* 1.*dub.*7 *numer.*26.Bonacina, Diana, & Lezana in *locis infra citandis.*Vide etiam,quæ dicentur *dubit.* 24.*sect.*12.

Hinc sequitur,quod immunitate non gaudeat, 5
qui alterum,cui se tanquam socium,& amicum in via adiunxerat,nulla rixæ causa interueniente,occidit. Item nec filius,qui occidit patrem,vel pater, 6
qui occidit filium, si occisus mortem præuidere non potuit.

An autem neque gaudeat, qui falsum testimo- 7
nium aduersus aliquem tulit in iudicio, ob quod iste à Iudice morte damnatus est.Item neque gaudeat Iudex,qui aliquem iniusta morte damnauit? Vide *infrà dubio* 21*sect.*7.*num.*4.

SECTIO II.

An priuetur, qui occidit aliquem veneno?

SVMMAARIVM.

1 *Occidens aliquem veneno,quia Proditer censetur, non gaudet immunitate.*
2 *Sac.Congregatio Concilij declarauit, quod immunitate Ecclesia non gaudeat qui homicidium committit veneno.*
3 *Mater filium infantem, vel si quis alius occidat fœtum animatum per aliquam potionem non gaudet immunitate.contra nonnullos.*
4 *Gaudet tamen Medicus, qui fœminæ grauidæ pharmacum præbet non ad abortum faciendum,sed ad sanitatem recuperandam, etsi inde fœtus animati mors sequatur.*
5 *Prædicta non habent locum si veneno Inimicus occidatur quia ad proditoriè committendum requiritur simulata amicitia quando loquimur de adulto.*

6 *Occidens*

Digitized by Google

6 *Occidens inimicum veneno in ſententia Auctoris gaudet immunitate, quia non dicitur propriè occidere proditoriè.*

7 *Occidens inimicum in ſomnis non priuatur immunitate.*

8 *Occidens per inſidias inimicum quomodolibet vel per feneſtram, vel à tergo, vel in lecto, dummodo non ſimuletur amicitia poſt Conſtitutionem Gregorianam gaudet immunitate.*

1 EX dictis ſequitur primò, quod immunitate priuetur, qui occidit aliquem veneno; quia proditor cenſetur. Atque ita docent Baldus *in l. nemo, Cod. de ſumma Trinit.* Felinus *cap. 1. de homicidio, n. 1.* Anania *ibidem*, Sylu. *ver. Proditio*, Molina *tract. de iuſt. diſp. 24.* Couar. *2. reſol. cap. 20. num. 7.* Hieronym. Gigas *de crimine læſæ Maieſt. q. 10. num. 25.* Gomez *lib. 3. reſol. cap. 3. num. 7.* Martha *lib. 2. cap. 51. num. 8. argum. l. 1. §. occiſorum, ff. ad SC. Syllanianum, & l. 1. C. de Maleſ. & Mathematicis*, Suar. *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 12.* Megalius *in 3. p. lib. 4. cap. 1. q. 1. n. 18.* Peregrin. *de immunit. cap. 3. num. 6.* Mar. Ital. *lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 36.* Graff. *tom. 1. lib. 3. conſ. vnic. de immunit. Eccleſ. num. 16* Homobonus *p. 2. tract. 11. cap. 5. q. 5. reſol. 4.* Io. de la Cruz *part. 1. prac. 8. q. 3. art. 2. dub. 1. concl. 1.* Villadieg. *in Polit. cap. 3. num. 28* Bobadilla *in Polit. tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 75.* Maſtrillus *de indulto cap. 35. num. 5.* Gauantus *in addit. ad Man. Epiſc. ver. Immunitas Eccleſiaſtica, num. 10.* Sarpus *cap. 5. fol. 47.* Bucerus *in tract. de homicidio, lib. 1. cap. 4. num. 95.* Caſtrus Palaus *tom. 2 tract. 11. diſp. vnic. punct. 9. num. 26.* Villalob. *in ſumma tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 14.* Caſtillo *deciſ. 254. num. 2.* Boërius *deciſ. 109.* Ludouicus Correa *Relect. de immunit. part. 2. num. 19.* Sanchez *in opuſc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 7. num. 26.* Ricc. *part. 3. deciſ. 262.* Anaſtaſ. Germon *de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. num. 63.* Declan. *lib. 6. cap. 28. num. 19.* Carrerius *in pract. crimin.* Scortia *Theor. 385.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 8.* Farinac. *de carcerib. quæſt. 18. num. 74. & q. 28. num. 24. in fin. & in append. de immunit. cap. 9. num. 142.* (vbi tamen ait, quod debeat Epiſcopus certiorem facere Summum Pontificem, & iuxta reſponſum illius ſe regulare, & exequi) Barboſ. *in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. cap. 9. num. 13. & de vniu. iure cap. 3. num. 44.* Io. de Henia in Curia Philipp. *par. 3. §. 12. num 6.* Guazio *de defenſ. Reor. defenſ. 1.* Curtellius *de immunit. Eccleſ. lib. 1. q. 5. & 36.* Lezana *ver. immunitas Eccleſ. num. 12. &* Diana *part. 1. tract. 1 reſol. 36.* Confirmatur, quia 2 adeſt de hac re Declaratio Sacræ Congregationis Concilij, quæ id ipſum in terminis die 3. Decembr. 1632. decreuit, quod ſcilicet immunitate Eccleſiæ non gaudeat, qui homicidium committit veneno.

3 Idem dicas, propter eandem rationem, ſi mater occidat filium infantem, vel ſi quis alius occidat fœtum animatum per aliquam noxiam potionem, ſicuti in terminis docent Remigius de Gonni, *de immunit fallent. 14.* Peregrinus *cit. cap. 3. num. 8.* & Farinacius *in append. de immunit. cap. 8. num. 138.* & declarauit eadem Sacra Congregatio Concilij die 3. Decembris 1632. apud Barboſam *in Collect. Bullar. ver. Immunitas, & de iure Eccleſiaſt. lib. 2. c. 3. num. 42.* & apud Lezanam *loc. ſuprà cit.* Quamuis contrarium quoad hunc caſum ſentiant Franciſcus Leo *in Theſ. fori Eccleſ. part. 1. cap. 13. verſ. Dubitari etiam poteſt*; Bonac. *tom. 3. diſp. 2. q. 3. punct. 16. §. 8. num. 8.* & Diana *part. 3. tract. 1. reſol. 72.* moti ex eo, quod huiuſmodi delinquens iuxta communem, modum loquendi non dicitur propriè proditoriè occidere: nam is propriè proditoriè dicitur occidere, qui per inſidias, ſeu dolum id non præuidentem occidit; quapropter infans non poteſt propriè dici per inſidias, & doloſè occidi; quia in ipſo cum non ſit rationis capax, non poteſt propriè dolus committi; dolus enim eſt fraus ad aliquem decipiendum adhibita, infans autem decipi propriè non poteſt; cum deceptio propriè ſit in illum, qui dolum cognoſcere, & præcauere aliqua ratione poteſt.

At quidquid ſit de hac opinione, quæ eſt ſatis 4 probabilis, illud ſaltem dicendum eſt, quod non priuetur immunitate Medicus, qui fœminæ grauidæ pharmacum, non intentione abortus, ſed vt ſanitatem recuperet, præſtat, quamuis inde fœtus animati mors ſequatur; quia talis actio ex ſui natura curatiua eſt, vel ſaltem talis iudicatur à Medico, & mors inde ſolum ſequitur per accidens, non per ſe. Quando verò Medicus pharmacum, ex quo mors abortus, vel ipſius fœminæ prægnantis ſequi poteſt, præſtando peccet, conſtat ex dictis *cap. 2 dub. 4. ſect...*

Cæterùm, ego puto iuxta ea, quæ dicentur infra 5 in ſectionibus ſequentibus, quod ſupradicta *n. 3.* Docto. cũ opinio, & ſacræ cõgregationis declaratio, (ſi ſcilicet loquamur de adulto) procedant ſolum in caſu, quod is occiditur veneno, nulla precedente inimicitia, quia tunc homicidium eſt propriè proditorium, cùm occidatur homo nihil ſibi præcauens & non habens cauſam ſibi præcauendi; ſecus, ſi occiditur veneno inimicus: quia in tali caſu homicidium non poteſt dici propriè proditorium, cùm homicidium proprie proditorium tunc ſit, cũ nullus præcedebat rãcor, ſed potius ſimulabatur amicitia, aliud ſcilicet gerendo in corde, ſeu in interno, & aliud in externo; ſicuti rectè notarunt Bartolus *in l. recipiendum. §. delinquunt, num. 1. ff. de pœnis*, Bald. *cap. 1. quibus modis feudum amittatur de vſibus feudorum*, Angelius Aretinus §. *interdum, num. 6. Inſtit. de hæreditatibus, qua ex inteſtato deferuntur*; Gerardus *in ſuis Singularibus, Singular. 14.* Lucas de Penna *in l. ſenium, in fin. de delatoribus lib. 10.* Henricus Buccerus *in tract. de homicidio lib. 1. c. 3. num. 16.* Ciarlin. *in Controuerſ. forenſ. lib. 1 cap. 116. num. 31.* & alij, quos citat Afflictus *deciſ. 265 num. 68. & ſeqq.* Peregrinus *de immunit. cap. 7. num. 2.* Giurba *conſil. 120. num. 13.* Guazzinus *defenſ. 1 cap. 38. n 40.*

Quapropter ſi quis occidat inimicum veneno, 6 puto ego, quod immunitate gaudeat; quia non dicitur propriè proditoriè illum occidere; cùm, ſtante inimicitia, haberet occiſus fundamentum ſibi præcauẽdi, & poterat, & debebat ſibi præcauere, vnde ſi non fecit, ſibi imputare debet.

Confirmatur; quia ſi quis occidat inimicum in 7 ſomnis, non priuatur immunitate, vt multi etiam ex Aduerſarijs concedunt, & dicetur *infra ſect. 5.* ergo neque priuabitur, ſi occidat inimicũ veneno; cùm vtrobique occidat hominem incautum.

Itaque non priuabitur immunitate (maximè 8 poſt Conſtitutionem Gregorij XIV.) quancumcunque quis per inſidias inimicum occidat, ſiuè eum occidat veneno, ſiue in ſomnis, ſiue per ſclopũ à feneſtra, vel à tergo; &c. quia non quæcunque inſidiæ immunitate priuãt, ſed ſolum inſidiæ, quæ conſtituunt propriè proditionem, id eſt quæ ſub colore amicitiæ fiunt, cùm ſolum (maximè poſt Conſtitutionem Gregorij XIV.) ab immunitate excludatur proditoriè occidens; at ſtante inimicitia,

tia,vti dicebam', insidiæ non constituunt propriè proditionem;quia inimicus semper habet fundamentum sibi præcauendi, & sic imputare sibi debet si veneno, in somnis, vel alio modo incautus occidatur.

Quapropter, inquam, maximè post Constitutionem Gregorij XIV. immunitate priuatur tantum homicidium,quod fit sub colore amicitiæ; quia tunc est propriè proditorium; non autem, quod fit ab inimico, etiam per quascunque insidias; quia tunc propriè proditorium dici non potest Atque ita declarauit Clemens VIII. per Breue ad Archiepiscopum Panormitanum die 6.Februar. 1597.& explicant Farinacius, Ambrosinus Peregrinus,Bonacina,Gratianus,Giurba,Castillo,Nouarius (qui subdit, quod salutationes ordinariæ, cùm sint signa communia,non constituunt effectū amicitiæ;itæ vt si quis in tali casu occidat, propriè proditor dici possit)Sperellus, & alij citandi mox *infrà sect.* 5.

SECTIO III.

An priuetur, qui occidit inimicum promissione facta de non offendendo? Vbi etiam de amico reconciliato.

SVMMARIVM.

1 *Occidens Inimicum promissione, seu fideiussione data de non offendendo, priuatur immunitate; quia per dictam cautionem sublata fuit ab Inimico omnis occasio sibi præcauendi,& sic occisor proprie Proditor censetur.*
2 *Opinio in contrarium est satis probabilis.*
3 *Homicidium proprie proditorium est quod ab Amico nullo precedente rancore,sed sub colore amicitiæ committitur.*
4 *Odium propter precedentes inimicitias præsumi debet adhuc adinuare non obstante promissione de non offendendo.*
5 *Occidens amicum reconciliatum neque committit homicidium proditorium, & sic neque immunitate priuatur.*
6 *Amicus reconciliatus æquipollet Inimico iuxta illud Inimico tuo ne credas in æternum.*
7 *Præsertim,si post reconciliationem noua inimicitiarum causa interceserit.*

1 SEquitur secundò, quod immunitate similiter priuetur, qui occidit inimicum, promissione, vel fideiussione facta de non offendendo, quia per talem promissionem,vel fideiussionem sublata fuit inimico omnis occasio sibi præcauendi;& sic occisor propriè proditor censetur,cùm deceptio contra fidem proditio videatur. Atque ita docent Farinacius *lib.* 2 *consil.* 168 *num.* 75. Curtellius *de immunit. Eccles.lib.* 1 *q.* 25.Decian. *lib.* 7 *cap.* 29. *num.* 23. Giurba *cons.* 60 Barbosa *de vniu. iure Eccles. cap.* 3. *num.* 93.& Peregrinus *tract. de immunit. Eccles. cap.* 7 *num.* 10. probans ex Syluestro, Angelo, Decio. Armilla,& Gigante,hunc propriè proditorem esse.

2 Quamuis contrarium & satis probabiliter, doceant Antonius de Marinis *resolut. quotid. c.* 174.

3 & Diana *part.* 4 *tract.* 1 *resol.* 33.ex eo,quod (*vt suprà dicebatur*) homicidium propriè proditorium sit,quod ab amico,nullo præcedente rancore, sed sub colore amicitiæ,committitur, v. g. simul comedendo,commorando,in itinere, deambulando, vel colloquendo,&c.quod in casu nostro non est(supponitur enim, quod post promissionem, vel fideiussionem de non offendendo factam, non intercesserit stricta amicitia,simul scilicet, vt dicebam, comedendo,commorando, in itinere deambulando,vel colloquendo, &c.) sed potius oppositum; 4 cùm propter inimicitias præcedentes (licet intercesserit promissio, vel fideiussio de non offendendo)præsumi debeat, attenta nostra natura vitiata, odium adhuc,quamuis valde turpiter,durare.Quapropter subdunt,& satis probabiliter etiam,*in locis suprà cit.*quod qui occidit amicum reconciliatum, neque committat homicidium propriè proditorium,& sic neque immunitate priuetur;quia amicus reconciliatus æquippollet inimico, iuxta illud:*Inimico tuo ne credas in æternum.*Et ita fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, testatur Riccius *par.* 1 *decis.* 168. *num.* 2. Vide etiam Ambrosinum *de immunit. Eccl. cap.* 6 *n.* 1.

At quidquid sit de hoc,illud certum est, immu- 7 nitate non priuari eum, qui inimicum (cum quo pacem inierat)noua inimicitiarum, vel occisionis causa post pacem, seu reconciliationem antèa factam superueniente,occidit;quia in tali casu occisus non occiditur incautus; quandoquidem cogitare poterat de periculo mortis sibi inferendæ; Quomodo autem huiusmodi causa probari possit, tractat Farinacius *q.* 107. *num.* 435. *& seqq.*

SECTIO IV.

An priuetur, qui occidit proditoriè infidelem?

SVMMARIVM.

1 *Occidens propriè proditoriè Infidelem gaudere non debet immunitate.*
2 *Infidelis venit proprie sub nomine nostri proximi, alioquin præceptum de diligendo Proximum, non extenderetur ad Infideles.*
3 *Hæretici,& Schismatici nobiscum in fide,& charitate non conueniunt, & tamen censentur nomine nostri Proximi.*

SEquitur tertiò, quod immunitate similiter pri- 1 uetur,qui occidit propriè proditoriè infidelem; quia licet infidelis non communicet nobiscum in 2 fide,in sacramentis,in Ecclesia, &c. tamen propriè venit sub nomine nostri proximi; alioquin præceptum de diligendo proximo non extenderetur ad infideles,quod non est dicendum;ergo,&c.

Neque obstat,quod nobiscum non communicet 3 in fide,Sacramentis,in Ecclesia,&c.aliàs hæreticus etiam, & schismaticus excludi possent à ratione proximi;cùm nobiscum in fide, & charitate non conueniant, quod absque dubio dicendum non est.Atque ita docent Farinac.*in append. de immunit. c.* 8.*n.* 120.Peregrinus *de immunit. cap.* 7 *num.* 15. & Marius Ital.*de immunit. Eccles. lib.* 1 *cap.* 5 §. 4 *n.* 20. & 21.contra Ambrosinum *de immunit. cap.* 7. *num.* 12.Dian.*par.* 4 *tract.* 1 *resol.* 105.& Bonac.*disp.* 3. *q.* 7 *de immunit.* §. 4 *n.* 16.

SECTIO

SECTIO V.

An priuetur, qui occidit per induſtriam inimicum, etiam incautum?

SVMMARIVM.

1 *Occidens per induſtriam Inimicum dormientem, vel alio modo incautum verbi gratia à tergo, vel à feneſtra gaudet immunitate.*

2 *Proditor proprie dicitur is, qui aliud gerit in opere, aliud in corde.*

3 *Verbum (proditorium) in Conſtitutione Gregoriana appoſitum eſt ſtrictè interpretandum.*

4 *In Regno Neapolis recepta eſt opinio Bartoli, quod ſcilicet Delictum non intelligatur proprie proditorium, niſi ſub colore, ſeu ſpecie amicitiæ committatur.*

5 *In ſententia aliquorum Doctorum homicidium vt vulgo dicitur appoſtatum ſemper eſt proditorium; ſed reuera eſt proditorium late & impropriè non autem ſtrictè, & proprie.*

1 SEquitur quartò, quod è contra immunitate non priuetur, qui occidit per induſtriam, & inſidias inimicum, etiam dormientem, vel aliò modo incautum, v. g. à tergo, vel à feneſtra cum ſclopo; quia in Conſtitutione Gregorij XIV. excipitur ſolum homicidium proditorium: at, ſtante inimicitia, inſidiæ (vti *ſupra ſect.* 2. dicebam) non conſtituunt homicidium propriè proditorium; quia ſemper inimicus habet fundamentum ſibi præcauendi, & ſi non facit, ſibi imputare debet; ergò, &c.

Confirmatur; quia (vt ibidem dicebam) homicidium in tantum dicitur propriè proditorium, in quantum committitur ſub colore amicitiæ; cùm 2 proditor propriè dicatur is, qui aliud gerit in opere, aliud in corde; ſiquidem, cùm immunitas Eccleſiæ ſit fauorabilis propter reuerentiam ſacro- 3 rum locorum, & exceptio ſit odioſa, ly *proditorium*, ſtrictè interpretandum eſt. Vide, quæ dicebantur *ſupra dub.* 3.

Atque ita contra Couar. 2. *var. cap.* 20. *n.* 7. Menochium *de arbitr. caſ.* 461. *n.* 17. Suar *lib.* 3. *c.* 11. *num* 10. Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *num.* 46. Portel. *ver. Eccleſia immunitas num.* 15. Gambacurt. *lib.* 5. *cap.* 4. & 31. Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *num.* 208. Azened. *lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 11. *in Conſtitut. Hiſpan.* Petrum à Placa *epit. delict. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. Villagut. *de extentione legis, cap. fin. num.* 53. *ver. quartus modus*, Mat. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 1. & *ſeqq.* Bobadill. *Polit. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 34. & 35. Cuttellum *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 5. & 33. & 36. *num.* 11. Megalium *in* 3. *par. lib.* 4. *cap.* 2. *q.* 1. *num.* 18. & alios (quos refert, & ſequitur Farinacius *de carceribus q.* 18. *num.* 76.) docent ex Bartolo *loc. ſupra cit.* Antonius Gomez *var. reſol.* §. *de homicidio, cap.* 3. *num.* 5. Vincentius de Franchis, *deciſ.* 713. (vbi ait, etiam ante Conſtitutionem Gregorij XIV. ita in Regno Neapolis deciſum fuiſſe) Cepolla *conſil.* 32. Clar. §. 1. *homicidium, verſ. proditoriè*, Follerius *in cap. Regni*, Item ſtatuimus de his, qui ad Eccleſ. confugiunt, Peregrin. *de immunit. cap.* 7. *num.* 5. & 20. Bonac. *diſſ.* 3. *qu.* 7. *punct.* 4. *num.* 14. Riccius *par.* 5 *collect.* 1792. & *par.* 1. *deciſ.* 168. *num.* 1. Gratian. *diſcept. forenſ. to.* 3. *c.* 38. *nu.* 4. & *ſeq.* Caſtillo *deciſ.* 156. *num.* 38. & 39. Barboſa *de iur. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 62. (vbi ait, quod occidentem inimicum à tergo cum ſclopo, immunitate gaudere, decreuerit ſacra Cõgregatio Epiſcoporum in vna Meliuctana die 2. Auguſti, 1619.) Giurba *conſ.* 20. *num.* 11. & *conſil* 60. *num* 4. Lezana *ver. immunitas, num.* 12. Nouarius *in Summa Bullar. tit. de immunit. num.* 76. & 79. & 82. Spertellus *deciſ.* 23. *per totam*, Gutierez *pract. q.* 99. *ciuil. lib.* 1. *q.* 1. & 3. *num.* 18. Ambroſin. *de immunit. cap.* 6. *num.* 3. & *ſeq.* Suarez *lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 12. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 1. *num.* 3. & *reſol.* 5. & 35. Scortia *Theor.* 385. Farinacius *conſil.* 76. *num.* 7. & 15. & *in append. de immunit. cap.* 9. *num.* 143. (vbi Clementem VIII. iuxtà Conſtitutionem Gregorij XIV. corrigendo *cap.* 1. *de homicidio*, ſic reſpondiſſe teſtatur, & propterea mutat ſententiam priorem, quam tenuerat *cit q.* 18. *num.* 76.) & Genuenſis *in prax. cap.* 94. vbi ait, quod 4 in Regno Neapolis recepta ſit opinio Bartoli, quod ſcilicet delictum non intelligatur propriè proditorium, niſi ſub colore, ſeu ſpecie amicitiæ committatur.

Obiicies. Multi Doctores (quos citat, & ſequitur 5 Gambacurta *lib.* 5. *cap.* 4. 28. & 31. & Cuttellius *lib.* 1. *q.* 5.) docent, quod non ſolum homicidium quod fit ſub ſpecie amicitiæ, ſed etiam quod fit ſine tali ſpecie, occidendo ſcilicet inimicum per inſidias, quin etiam ſine inſidiis, ex induſtria tamen, & non ex rixa (quod homicidium vulgo appoſtatum dicitur) ſiue à tergo, ſiue etiam à facie, ſine diffidatione tamen, vt poſſit inuaſus ad rixam ſe accingere, proditorium ſit, quia ſemper in quolibet ex dictis caſibus incautus occiditur, & ex improuiſo adortus; ergo & talia homicidia non gaudent immunitate Eccleſiæ; quod inde confirmari poteſt, quia ſi veneno quis occidatur, etiam inimicus, non gaudet tale homicidium immunitate Eccleſiæ, ergo, &c.

Reſpondetur. Diſtinguo antecedens: proditorium ſit, latè & impropriè, concedo: ſtrictè & propriè, nego: ſicuti patet ex doctrina Bartoli *cit. l. profiſciendum*, §. *delinquitur*, *ff. de pœnis*, vbi nomen proditoris ad occiſorem amici refert, & occiſorem inimici excipit: quam doctrinam communiter ſequuntur Iuriſtæ, vt dicit Igneus *in l. ſi certus*, §. *ſi vnus ex dominis*, *verſ. ſecundùm quod*, *ff. ad Sillan.* Clarus §. *homicidium*, *verſ. proditoriè*, Anton. Gomez *libr.* 3. *var. tit. de homicid. numer.* 5. Gutierez *pract. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 14. & 21. & Vincentius de Franchis *deciſ.* 713. *num.* 14. Et ſic nego conſequentiam.] Ad confirmationem patet ex iis, quæ dicebam *ſupra ſect.* 2.

SECTIO VI.

An priuetur, qui occidit inimicum in duello?

SVMMARIVM.

1 *Occidens inimicum ſuum in Duello non priuatur immunitate.*

2 *Duellantes ſunt excommunicati, & priuantur ſepultura Eccleſiaſtica; non tamen priuantur immunitate.*

SEquitur quintò, quod immunitate multò mi- 1 nus priuetur, qui occidit inimicum ſuum in Duello. Atque ita terminis docent Farinac. *append. de immunit. cap.* 7. *num.* 217. & Diana *par.* 4. *tract.* 1. *reſol.*

resol. 46. Quidquid in contrarium sentiant Ludouicus Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. par.* 3. *n.* 19. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 2. *c.* 3 *n.* 101. & Mar. Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. §. 4. *n.* 42. *& seqq.*

Obiicies, duellantes sunt excommunicanti, & priuantur sepultura Ecclesiastica, ex Concilio Tridentino *sess.* 25 *cap.* 19. ergo.

2 Respondetur, concedo antecedens: at nego consequentiam; quia excommunicati, licet priuentur sepultura Ecclesiastica, non tamen priuantur immunitate Ecclesiæ. Vide Ambrosinum *de immunit. Eccles. c.* 8 *n.* 12. & quæ dicebantur *supra dubit.* 10. *sect.* 2. 3. *&* 4.

SECTIO VII.

An priuetur, qui occidit per industriam, sed non per insidias, proximum, quamuis non inimicum?

SVMMARIVM.

1 *Occidens ex proposito deliberate, & per industriam, sed non per insidias inimicum non priuatur immunitate.*

2 *Occidens ex industria, & animo pensato; sed non per insidias, non committit homicidium propriè, & stricte proditorium.*

3 *Exceptio, quæ fit in cap.* 1. *de homicidio est odiosa, & est restringenda seruata verborum proprietate.*

4 *Verba textus citati proprie explicantur, si duæ illæ per industriam, & per insidias coniungantur, vt posterior limitet, seu determinet priorem.*

5 *Copulatiua in qualibet illius parte vera esse debet.*

6 *Propositio desumpta ex cap.* 1. *de homicidio non est copulatiua, sed simplex.*

7 *Verbum per industriam ibi appositum non est superfluum, quia ponitur ad maiorem subsequentis declarationem, alioquin superfluum etiam esset verbum illud per insidias.*

8 *Constitutio Gregoriana derogat iuri commune, sicut & priuilegia, & omnem consuetudinem in contrarium.*

9 *Principes non possunt quidquam statuere circa immunitatem Ecclesiarum, cum hoc spectet solum ad summum Pontificem.*

10 *Opinio Gambacurtæ, & Curtellij refellitur.*

1 SEquitur sextò, quod immunitate multò minus etiam priuetur, qui occidit ex proposito, deliberatè, & per industriam, sed non per insidias, proximum, quamuis non inimicum; quia saltem (quidquid sit de iure communi) in dicta Constitutione
2 Gregorij XIV. excipitur solum (vti dicebam) homicidium proditorium; at qui occidit, quamuis non inimicum, ex industria, & animo pensato, sed non per insidias, non committit homicidium propriè, & strictè proditorium, ergo, &c. tum quia (stando etiam in iure communi (exceptio illa) quæ fit
3 *in eit cap.* 1. *de homicidio*) à lege communi Ecclesiæ valde fauorabili, odiosa est; quapropter non est extendenda, sed potius restringenda, seruata verborum proprietate; sed verba textus propriè explicantur, si duæ illæ voces *Per industriam, & per insidias*, coniungantur, vt posterior limitet, seu determinet priorem, sensusque sit: *Si quis occiderit per industriam insidiosam proximum*; sicuti rectè Couar. Gutierez, & alij complures explicant; ergo, &c. 4

Atque ita docent Caballus *in tract. de homicidio num.* 388. (vbi ait, quod frustra modò de hac re disputatur, cùm extet Bulla Gregorij XIV. clarè sic disponentis) Tuschus *tom.* 3. *lit. E. concl.* 11. *num.* 9. (vbi dicit, quod iste casus, & multi alij similes prius controuersi erant inter Doctores; at modò, cùm ius dubium declaratum sit per Constitutionem Gregorij XIV. vbique sic debet attendi, & seruari; & non est amplius locus Doctorum opinionibus adhærere) Chartarius *in decis. crimin. decis.* 93. *per totam*, Boërius *decis.* 109. *num.* 39. (vbi dicit, esse communem) Couar. 2. *var. cap.* 20. *num.* 7. Gutierez *lib.* 1. *pract. qq. quæst.* 2. Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *numer.* 8. Suarez *lib.* 3. *cap.* 11. *numer.* 13. Anton. Gomez *de delictis cap.* 10. *num.* 2. Peregrin. *cap.* 7. *num.* 16. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 31. *&* 35. Riccius *part.* 5. *collect.* 1792. & Farinacius *plures alios referens, consil.* 76. *num.* 17. Contra Molin. *tract.* 3. *de iustit. disp.* 23. Andr. Fachinæum *part.* 3. *lib.* 9. *controuers. cap.* 93. Gambacurtam *lib.* 5. *cap.* 4. *numer.* 19. *& seq.* Sarpum *cap.* 5. *fol.* 48. Naldum *in summa, ver. Ecclesia, numer.* 5. Ludouicum Correa *in relect. de immunit. Eccles. part.* 2. *numer.* 19. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 27. Peguer. *decis. crimin.* 54. *num.* 10. Iosephum Ludouicum *decis. Lucens.* 16. *num.* 3. Curtellium *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q.* 5. *&* 33. *&* 36. *num.* 11. Franciscum Marcum *decis.* 268. *num.* 2. Vulpellum *de immunit. Eccles. part.* 1. *num.* 27. *&* 28. Gutierez *in pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 17. Germonium *de sacr. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 59. Marth. *de Iurisdict. part.* 2. *cap.* 55. *num.* 4. *&* 5. Barbosam *de iure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 99. Decianum *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 15. Clarum *pract. q.* 30. *vers. punctus est*, & alios multos, quos refert Couar. *loco supra cit.* quorum tamen multi Doctores loquuntur de iure communi, & ante Constitutionem Gregorij XIV.

Obiicies, *in cap.* 1. *de homicid.* (qui desumptus est ex Exod. 21.) dicitur, euellendum esse ab altari, & immunitate priuandum, qui per industriam occiderit, & per insidias; ergo clarè sequitur, quod immunitate priuandus sit, qui occidit per industriam, etiamsi non occidat per insidias; quia copulatiua in qualibet illius parte vera esse debet; tum quia alioquin superfluum esset verbum illud *Per industriam*, cum sufficeret dici, per insidias, eo quod occidens per insidias, occidit per industriam. 5

Respondetur, nego consequentiam, & ad probationem respondeo, quod illa non sit propositio copulatiua, sed simplex: facit enim propter rationem, quam dicebam) hunc sensum: *Qui per industriam insidiosam occiderit proximum, ab altari euellatur.* Quod inde probatur; quia locus Exod. 21. (ex quo textus cap. 1. citati desumptus est) concedit locum refugij ei, qui proximo insidiatus non fuerit. 6

Neque sequitur, quod verbum illud *Per industriam*, superfluum sit; quia ponitur ad maiorem subsequentis declarationem: alioquin superfluum etiam esset verbum illud *Per insidias*; si scilicet omne homicidium per industriam ab immunitate excluſum esset; quandoquidem in- 7

de

Digitized by Google

de excluſum erat homicidium per inſidias, quod eſſe non poteſt, niſi per induſtriam. Quapropter ita ſupremum Concilium Caſtellæ in facti contingentia determinaſſe, teſtatur ex Paz Villalobos *in ſumma tom. 2. tract. 39. diffic. 7. num. 12.* Adde, quod (quidquid ſit de iure communi) Conſtitutio Gregorij XIV. modò derogat iuſ communes; ſicut & priuilegia, & omnem conſuetudinem in contrarium, vt ſupra dicebamus.

Inſtabis, in aliquibus Regnis adeſt ſtatutum Principum in contrarium. Ergo. Ita Sarpus *de iure Aſylorum cap. 5. fol.* 48.

9 Reſpondetur, tranſeat antecedens. At hoc nihil obſtat; quia Principes non poſſunt quidquam ſtatuere circa immunitatem Eccleſiarum; cùm hoc ſpectet ſolum ad ſummum Pontificem. Vide Farinacium *in append. de immunit. capit. 6. numer. 25.* Vide etiam quæ *lib. de parlamentis dubit. 27. per totam*, & præcipuè *ſect. 5.* per ſuas ſubſectiones, *& cap. 8. per totum* diffusè dicebantur. Adde, quod (vt etiam dicebamus) Conſtitutio Gregorij XIV. modò reuocat omnia in contrarium, reducendo omnia ad vnicam formam.

10 Hinc refellitur Gambacurta *lib. 3. cap. 13. n. 17.* & Curtellius *de immunit. Eccleſ. lib. 1. q. 1. num. 54.* vbi defendunt *cap. 71.* ius Regni Siciliæ, in quo datur facultas Officialibus laicis, vt extrahant ab Eccleſia reum, qui homicidium ex propoſito commiſit. Nec obſtat, ſi dicas, quod tale decretum factum fuerit in Parlamento, vbi adſunt Prælati totius Regni; quia nec iſti poſſunt quidquam circa immunitatem Eccleſiarum, cùm id ſpecter ad ſolum Pontificem, vt dicebamus.

SECTIO VIII.

An priuetur, qui per inſidias deducit aliquem, vt ab alio occidatur, & is de facto occiditur?

SVMMARIVM.

1 *Deducens aliquem per inſidias, vt ab alio occidatur, gaudet immunitate, licet deductus ab alio ſit occiſus.*

2 *Deducens aliquem vt occidatur, licet proprie proditorie occidat, non tamen id phyſice agit ſed tantum moraliter.*

1 SEquitur ſeptimo, quod immunitate neque priuetur, qui per inſidias deducit aliquem vt ab alio occidatur, & ille deductus ab alio de facto occidatur; Atque ita docet præter alios Bonacina *de excommun. in partic. extra Bullam Cœnæ §. 8. n. 1.* & Diana *part. 6. tract. 1. reſol. 13. in fin.* contra Remigium de Conny, & Peregrinum *de immunit. c. 7. n.* 2 quia ex dictis excluditur ſolum, qui proprie proditorie occidit; at qui deducit, vt ab alio quis occidatur, licet proprie proditorie occidat, non tamen proprie phyſice occidit, ſed ſolum ad ſummum moraliter; & ex alio capite pœnæ (præcipuè quæ ſunt in præiudicium immunitatis Eccleſiæ) non ſunt ampliandæ, ſed potius reſtringendæ, *ſicut dicebam ſupra dub. 2.*

An autem talis priuetur immunitate, tamquam aſſaſinus patebit ex dicendis *dubit. 21. ſect. 7.*

SECTIO IX.

An priuetur, qui vulnerat proditoriè animo occidendi, ſed mors inde non ſequitur?

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans propriè proditoriè animo occidendi Proximum ſuum, morte non ſecuta, non priuatur immunitate.*

2 *Doctores ſunt pro vtraque ſententia.*

3 *Lex ceremonialis Exodi 21. vim non habet niſi quantum ab Eccleſia eſt recepta.*

4 *In iure nullibi reperitur ſtatutum quod vulnerans proditorie, morte non ſecuta, priuetur immunitate.*

5 *Ex conſtitutione Gregoriana vi verborum colligitur requiri ad perdendam immunitatem actum conſummatum cum effectu, ſeu morte ſecuta.*

6 *Attentans aſſaſinium etiam non ſecuto effectu priuatur immunitate, quia is dicitur Aſſaſinus etiam effectu non ſecuto, at non dicitur occiſor proditorius niſi ſecuta morte.*

SEquitur octauò, quod immunitate neque priuetur, qui vulnerat propriè proditoriè, animo occidendi, proximum ſuum, ſed mors ex tali vulnere non ſequitur. Atque ita contra Ioannem Igneũ *in l. 1. §. ſi dominus, ff. ad Sillanianum, n. 7. & 20.* Nauarrum *cap 25. num 22.* Couar. *1. var. cap. 20. num. 7. & ſeqq.* Guttierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. quæſt. 7. num. 55 & ſeqq.* Gambacurt. *lib. 5 cap. 30. num. 6.* Tannerum *in 2. 2. diſp. 5. quæſt. 8. dub. 1. num. 16.* Sarpum *cap. 5 fol. 47.* Curtellium *de immunit. Eccleſ. lib. 1 q. 4* Farinacium *de carcerib. q. 28. num. 45.* Maſt illum, *deciſ. 293. num. 10.* Pegueram *deciſ. crimin. 49. num. 11.* Petrum à Plaça *Epit. delict. cap. 21. verſ. rurſus*, Azeued. *lib. 1. tit. 2. leg. 3. num. 9.* Io. de Hevia *in Curia Philipp. part. 3. §. 12. num. 36.* Taſſonum *in pragmat. de antifatouer. 13. obſer. 3. numer. 35.* Fontanellam *de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſſ. 14. numer. 117.* Ludouicum Cortea *in relect. de immunit. Eccleſ. part. 3. quæſt. 6. numer. 29.* & Bohadil. *lib. 2. Polit. cap. 14. num. 34.* (qui, vt fatear; ex communiori ſententia Doctorum contrarium tenent, moti ex eo, quod, licet *in cit cap. 1. de homicid.* dicatur: *Si quis per induſtriam, & per inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari eſſe euellendum*; tamen talis textus referatur ad locum dictum Exod. 21. vbi in eius principio dicitur: *Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur*, &c. Et deinde ſubditur, quaſi hoc diſtinguatur: *Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illum tradidit in manus eius, habebit locum ad quem fugere poſſit: ſi autem per induſtriam, &c. ab altari eſt euellendus.* Quaſi dicatur: Si quis in percuſſione hominis inſidiis vſus non fuerit, locum habet refugij: ſi autem percuſſerit inſidioſè volens occidere, vel occiderit, ab altari eſt euellendus) docent ex probabiliori, ſi non ex communiori Doctorum ſententia Suar. *lib. 3. cap. 11. numer. 14.* Bonac. *diſp. 3. quæſt. 7. de immunit. §. 4. numer. 16.* Decian. *conſ. 80. lib. 3. & tract. crimin. lib. 6. cap. 28. num. 17.* Anaſt. Germ. *de ſacer-*

*eror.immunit.lib.*3 *cap.*16.*num.*60. Mar. Ital *de immunit.Eccles.lib.*1 *cap* 5.§. 4.*num.*22.Boërius,*decis.* 109.Farinac.*in append.de immunit.cap.*9. *num.*145. *&* 146 *in fin.*Baiard ad Clarum *q.*30 *num.* 7. Rebuffus *de immunit. art.*1.*q.*5 Peregrinus *cap.*7 *num.* 15.Genuens.*in prax.c.*94.*in fin.*Diana *par.* 1. *tr.*1. *resol.*4 *&* 18.Peregrin.*de immunit.Eccles.cap.* 7.*nu.* 13.Villagutt *de extensione legis,cap.fin.num.* 54.*& seqq.*Barbos.*de iure Ecclesiast lib.*2.*cap.*3 *numer* 90. Sperellus *in decis.fori Ecclesiastici, decis.* 22.*num.*4. Ciarlinius *in controvers.forens.cap.*14.*num.*19.Tuschus,*ver.Ecclesia,concl.*11.*num.*7. Lezana *ver. immunitas,num.* 12.& Nouarius *in Summa Bullarum tit. de immun.Eccl.n.*75.

3 Ratio autem (ex qua patet ad fundamentum Aduersariorum) est; quia lex illa cæremonialis Exod.21.vim non habet, nisi quatenus ab Ecclesia recepta est; sed in cit. *cap.* 1. *de homicidio* tantum infertur pœna exclusionis ab altari, seu priuatio immunitatis Ecclesiæ in eum, qui per industriam insidiosam proximum suum occiderit; ergo non extendenda ad vulnerantem insidiosè; cùm nul libi in iure id statutum reperiatur; ac propterea noluerit Ius Canonicum totam legem Exodi, sed solum vltimam partem illius, in textu inserere: &
4 ex alio capite pœnæ(præsertim in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ) non sint ampliandæ, sed potius restrigendæ,sicuti dicebam *Dub.* 3. & præterea affectus non puniatur eadem pœna, qua punitur effectus,sicuti testantur Clarus §. *fin. qu.*92. Farinac. *q.*17 *num.*48.Mastrillus *decis.*293.*in princ.*Ceuallos *quæstio.* 540. *&* *quæstio.* 901. *numero* 48.

5 Confirmatur; quia (quidquid sit de iure communi)saltem in Constitutione Gregorij XIV.manifestè solum excipitur ab immunitate Ecclesiæ, qui proximum suum proditoriè occiderit; ergo ex vi verborum requiritur actus consummatus cum effectu,seu morte subsecuta,iuxta *leg.*1. §. *hac verba, ff.quod quisque iuris, &* l.1. *de extra. crimin.* & notat Bald.*in l.damni infecti*, §. *Sabinus, Cod. de damno infect.* Suar.*tom.* 1 *lib.* 3.*cap.* 11 *numer.*4.Alciatus *in l.verbum erit, numer.*1. *de verborum significat.* Menochius *consil.*97.*num.*60.*lib.* 1.& Farinacius *in append. cit. cap.* 9. vbi propterea rectè ait, quod hæc opinio hodie post Constitutionem Gregorij XIV. omni difficultate careat, propter illa verba: *Aut qui proditoriè proximum suum occiderit;* & ideò retractat sententiam contrariam, quam *in*
6 *tit.de carcerib.cit.q.*28.docuerat.

Dices,qui attentauit assasinium,Ecclesiæ immunitate non gaudet (quamuis non sit subsecutus effectus) si ad actum aliquem consummationi proximum,v.g.ad insultum, vel vulnus &c.deuenit;ergo neque gaudebit, qui similiter attentauit homicidium proditorium.

Respondetur, disparitas est;quia in cit. Constitutione Gregorij XIV.excipiuntur proditoriè occidentes, & assasini, sine autem morte subsecuta non potest quis dici proditorius occisor, sicut dici potest assasinus,ex *cap.*1.*de homicid.in* 6.ibi: *quemquam mors ex hoc forsitan nõ sequatur.* &, Adde,quod (vt *in dub.sequenti* dicetur) adhoc probabilius est, quod assasinus etiam morte non subsecuta, Ecclesiæ immunitate gaudeat.

SECTIO X.

An priuetur, qui proditoriè alapam viro nobili impingit,vel fustibus illum percutit?

SVMMARIVM.

1 *Is,qui sub specie amicitiæ propriè proditoriè alapam viro Nobili impingit, vel fustibus illum percutit,gaudet immunitate.*

2 *Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis.*

3 *Dictio taxatiua(tantum)est apposita in constitutione Gregoriana ad excludendos omnes alios casus præter expressos.*

4 *A viro nobili honor æstimatur magis quam vita; ita vt viri Nobilis sit instar vitæ honorem seruare.*

5 *Nobilis inuasus licet possit fugere,vitamque suam & proximi seruare, non tamen tenetur, sed potest sine peccato, & irregularitate inuadentem occidere.*

6 *In materia Immunitatis non valent argumenta à paritate,vel maioritate rationis.*

SEquitur nonò,quod multò minus immunitate priuetur,qui ex proposito, & sub specie amicitiæ propriè proditoriè alapam viro nobili impingit, vel fustibus illum percutit; quidquid in contrarium dicant Bobadilla *in Polit.tom.*1 *lib.* 2.*c.* 14 *n.*44.Villadieg.*c.*3.*n.* 211 Curtellius *de immunit.Eccles.lib.*1 *quæstio.*31.& Ioannem de Heuia *in Curia Philipp. par.*3. §. 12. *numero* 37. (quia vti dicebam) Pontifex in Constitutione excipit tantum quosdam casus; exceptio autem firmat regulam in contrariom in casibus non exceptis, ex *l. Tribunus,*§ *vlt.ff.de testam.militari*; & sic cùm excipiat tantum homicidium proditorium,non est exceptio ista extendenda ad alapas, & fustes proditoriè inflictas: tum quia (vti etiam dicebam)Pontifex, vt excludat omnes alios casus, apposuit dictionem taxatiuam ly *tantum*, sic: *Ad vnam tantum formam reducimus.* quæ dictio de sui natura impedit extensionem ad casus non expressos.*leg. properandum*, §.1. *Codic.de Iud.*& docent Decius, *lib.*1. *consil.* 54.*num.*1.Ambrosinus *de immunit. cap.* 1.*n.* 14.Peregrinus *cap.*6.*num.*24.Diana *par.*4 *tract.* 1, *resol.*45.& Suarez *de legib.lib.*8.*cap.* 19. *numero* 6. *in fin.*

Obiicies ex Curtellio *loco cit.* A viro nobili honor æstimatur magis,quàm vita, ita vt viri nobilis sit instar vitæ honorē seruare (quapropter licet inuasus possit fugere,vitamq; suã,& proximi seruare, non tamen tenetur fugere,sed potest sine peccato, & irregularitate se defendendo,inuadentē occidere.)ergo si proditoriè occidere, Reum priuat immunitate, priuabit etiam immunitate, proditoriè alapã viro nobili impingere,vel fustibus illum percutere;cũ his actibus vir nobilis honore priuetur.

Respondetur, in hac materia non valere argumentũ à paritate, vel maioritate rationis, vt patet ex rationibus iam supra adductis,& ex iis, quæ dicentur infra *Dubitat.* 24. *sectio.* 3 cùm simus in odiosis,& contra immunitatem Ecclesiasticam,quæ vtpotè fauorabilis, potius debet ampliari, quàm restringi.

Digitized by Google

restringi ; & cùm casus , qui in Bulla excipiuntur, excipiantur per particulam , *tantum* , & reductis omnibus ad vnicam formam.

DVBITATIO XXI.

An immunitate priuetur Assassinus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Assassinus non gaudet immunitate Ecclesiæ.*
2 *Assassinus præcisa Constitutione Gregoriana si non de rigore iuris saltem de consuetudine priuatur immunitate.*
3 *Assassinus per translationem ab Infidelibus ex Syria est, qui fas esse arbitrabantur quoscunque Regis sui inimicos ipso iubente interficere.*
4 *Mandans aliquem occidi per Assassinos videtur priuari immunitate etiam effectu non secuto. ex cap. 1. de homicid. in 6.*
4 *Pœne, & censuræ decretæ in dicto cap. aduersus crimen Assassinorum hodie locum non habent.*
5 *Assassinus est qui (siue Infidelis , siue fidelis sit) pecunia, vel alio æquivalenti conductus incautum aliquem occidit.*
6 *Mandans in aliquorum sententia Assassinus propriè non est, & pœna Assassinij ad mandatarios extenduntur.*
7 *Textus in dicto cap. 1. de homicid. in 6. qui loquitur de iis, qui per Infideles quosdam Barbaros Christianum occidebant , extenditur ad eos qui etiam per fideles pacta, vel intercedente pecunia, seu alio Christianum occidunt.*
8 *Promissio , cùm pretio æstimetur , pecunia æquiualet.*
9 *Pecunia , vel quacunque alia res pretio æstimabilis , promissa vel data pro assassinio debet esse in magna quantitate vt constituat assassinium.*
10 *Pecunia qualibet quantitas, vel promissa, vel data licet exigua, & modica constituit assassinium in sententia auctoris & priuat reum immunitate Ecclesiæ.*
11 *Assassinium quo minus pecunia intercesserit , eo est grauius delictum, quia vita hominis magis vilipenditur.*
12 *Promissio de danda aliqua in Vxorem , de dando aliquod officium, & qui simile , licet non sit in potestate promittentis, attamen est quid pretio æstimabile & constituit assassinium.*
13 *Promissio de re incerta, & generali, v. g. non defuturam esse in eius necessitatibus sufficit ad assassinium.*
14 *Promissio ad hoc vt constituat assassinium debet esse acceptata ; alioquin cùm nullam pariat obligationem , non est pretio æstimabilis , & sic non æquiualet pecuniæ.*
15 *Subministratio expensarum pro itineribus suscipiendis pro homicidio patrando, si homicidium fiat gratis non constituit assassinium.*
16 *Occidens incautum vt aliquid obtineat ab amico vel vt ei complaceat, vel vt in occisi bona succedat, vel vincat litem? non committit assassinium, & sic non priuatur immunitate.*
17 *Vt assassinus immunitate non gaudeat , requiritur, vt constet plene, per testes , vel per confessionem ipsius, pecuniam ad occidendum datam esse.*

RESPONDETVR affirmatiuè, clr. 1
Const. Gregorij XIV. & etiam (tali Constitutione præcisa) si non 2
de rigore iuris (quia *cap. pro humani de homicidio in 6.* quod ad id probandum adduci solet , non conuincit) saltem ex consuetudine communiter recepta , & approbata à Doctoribus , vti videre est apud Suarez *lib. 3. cap. 11. numero 13.* Gutierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. q. 7. numero 50. & seqq.* Farinacium *de Carcerib. q. 18. numero 16. & in append. de immunit. cap. 8. numero 118. & de homicidio q. 123. numero 69.* & Bonac. *disp. 3. q. 7 de immunit. punct. 4. num. 18.*

Est autem Assassinus (per translationem ab 3
infidelibus ex Syria , qui fas esse arbitrabantur, quoscunque Regis sui inimicos , ipso iubente, interficere ; de quibus mentio fit *in cap. 1. de homicid. in 6.* ex quo textu colligi videtur Christianum mandantem per huiusmodi Assassinos homicidium committi, immunitate priuari , etiam effectu non secuto , vt *infra sect. 5.* notabimus , & notauit etiam Suarez *cit cap. 11. numero 16.* & videri poterit Couar. *2. var. cap. 20. numero 10.* Nauar. *cap. 27. numero 136.* & Suarez *tom. 5. disp. 23. numero 46.* qui etiam annuunt, pœnas , & censuras 4
decretas *in cit. cap. 1. de homicid. in 6.* aduersus crimen Assassinorum hodie locum non habere ; cùm tales Assassini infideles , de quibus ibi mentio fit 5
nunc non grassentur) is , qui (siue infidelis siue fidelis sit) pecunia, vel alio æquivalenti conductus incautum aliquem occidit ; vt ex communi sententia Doctorum docent Probus , Ancharanus, & Imola *in cap. 1. de homicid. in 6.* Suar. *cap. 11. num. 15* Menoch *de arbitrar. lib. 2. centuria 4. casu 360. num. 42.* Guttierez *pract. qq. lib. 3. q. 7.* Peregrinus *cap. 7. num. 27.* Silu. *ver. Assassini numero 2.* Clar. *§. Assassini num. 1.* Bossius *tit. de mandato ad homicidium num. 16.* Ambrosin. *cap. 7. num. 3.* Mascard. *de probation. tom. 1. concl. 138.* Burlatus *lib. 1. cons. 20.* Plaza *lib. 1. delictorum cap. 19.* Sayr. *lib. 3. cap. 34. num. 21.* Couar. *cit. cap. 20. num. 10.* Decian. *lib. 6. cap. 28. num. 18.* Nauar. *cap. 27. num. 136.* Farinacius *de carcerib. q. 28. num. 26. & in append. de immunit. cap. 8. num. 19. & seqq.* & de homicid. *q. 123. num. 19.* Azor. *tom. 3. lib. 2. cap. 17.* Scortia *Theor. 385.* & Bonac. *cit. num. 18. contra Villadieg. in Polit. cap. 3. num. 215.* qui tenet, quod assassinus etiam sit ille qui per preces , vel per alium respectum incautum hominem occidit.

Porro licet textus *in cap. 1. de homicidio in 6.* non loquatur de mandatarijs , sed de mandantibus (quidquid in contrarium dicat Henricus Bocerus *in tract. de homicid. lib. 1. cap. 3. num. 4.* qui propterea 6
censet , quod mandans assassinus propriè non sit) iam ad mandatarios ex communi sententia Doctorum pœnæ assassinij extenduntur : qua de re Ambrosin. *de immunit. cap. 7.* Scortia *Theor. 385.* & Farinacius *tit. de assassinij crimine q. 123. num. 19.*

Item , licet cit. textus loquatur de ijs , qui per 7
infideles quosdã barbaros Christianum occidebãt, iam etiam ex communi sententia Doctorum extenditur ad eos , qui per fideles pecunia , vel quocunque alio æquivalenti conductos Christia-

num occidunt: qua de re Farinacius *de homicid. qu.* 128. *numero* 21. Anast. Germon, *de sacror. immunit. lib.* 5 *cap.* 16 *numero* 67. Clar. §. *Assassinum, numero* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 6 *cap.* 28 *numer.* 18. Ambrosin. *de immunit. cap.* 7 *numero* 1. *& seqq.* Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib.* 2 *cap* 5 *numer.* 149. Scortia *cit. Theor.* 385. & Gutierez *pract. qq. Ciuill. lib.* 3. *q.* 7 *num.* 1 *& seqq.*

8 Dixi, quod Assassinus sit, qui pecunia, vel alio æquiualenti conductus incautum aliquem occidit; quia ad id sufficit, si promissa sit ei (quamuis non data) pecunia, vel quæcumque alia res pretio æstimabilis; quia talis promissio, cùm pretio æstimetur, pecuniæ æquiualet. Atque ita ex communi sententia Doctorum docent Farinacius *de homicid. q.* 123 *n.* 36 *&* 37 *de immunit. c.* 8. *n.* 125. Gutier. *pract. qq. Ciuil. lib.* 3 *q.* 7 *n.* 20. & Mascard. *de probat. lib.* 1 *concl.* 138.

9 An autem pecunia, vel quæcumque alia res pretio æstimabilis promissa, vel data debeat esse in magna quantitate, & Assassinum constituat.

Affirmant Farinacius *cit. quæstio* 123 *numer.* 43. Vulpell. *consil.* 143 *num.* 9. Gabriel. *consil.* 170 *num.* 21. *lib.* 1. Eugenius *consil.* 76 *num.* 139. Masullus ad Capyc. *decis.* 115 *num.* 4. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. & Ambrosin. *de immunit. cap.* 7 *num.* 9. quia alioquin pecuniæ promissio, vel datio (inquiunt ipsi) non censetur causa talis, & tanti criminis; cùm esse, vtpotè exigua, non videatur apta animum ad illud mouere.

10 Cæterum arbitror, quod si constet, ex vi promissionis, vel dationis pecuniæ, vel alterius rei æquiualentis, quamuis exiguæ, reuera homicidium fuisse secutum, sit illud verè assassinium; & sic priuet Reum immunitate Ecclesiæ; quinimmò sit assassinium grauius; quia in tali casu vita proximi magis vilipenditur; & sic paruitas pretij non minuit, sed potius auget malitiam assassinij; sicuti contingit in simonia ioxta communiorem sententiam Doctorum.

12 Item sufficit, si promissum sit ei dari aliquam in vxorem; dari aliquod officium, vel quid simile, &c. quia licet executio talis promissionis non sit in potestate promittentis; & sic (vt inquiunt Aduersarij) reputetur, ac si nihil promissum fuisset (quod est fundamentum ipsorum) est tamen reuerà adhuc quid pretio æstimabile; & sic æquiualens pecuniæ; cùm promittens ex tali promissione teneatur verè obligatus procurare, quantum est ex se, vt vxor promissa velit illum in maritum accipere; vel vt ei detur officium, &c. Atque ita docet Decian. *tract. crimin. lib.* 9 *cap.* 3 *num.* 16. Quamuis contrarium Bossius *tit. de mandatis ad homicidium, n.* 35. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. & Farinacius *cit. q.* 123. *numero* 44. Ad quorum tamen fundamentum patet ex dictis.

Item sufficit, si promissa sit ei dari res, siuè certi, & specifica, siuè incerta, & generalis, dummodo pretio sit æstimabilis (vt si verbi gratia promissum sit ei, quod mandans nunquam defuturus sit in ipsius necessitatibus) quia adhuc talis promissio est pretio æstimabilis, & sic æquiualens pecuniæ. Quod inde confirmatur; quia in omni sententia fatet, vt patiar vsuram, & simoniam. Atque ita docent Iulius Osdesob. *in pract. crimin. tit.* 2 *cauſ.* 10. *num.* 9. Vincentius de Franchis, *decis.* 170. Mastrillus *de indultu, cap.* 31. *num.* 11. (qui dicunt, sic fuisse decisum in Concilio Neapolitano) Villagut. *de extens. leg. cit. de crimine assassinij, num.* 8. & alij complures Doctores, apud Farinacium, *q.* 113 *num.* 145. *& in append. cap.* 8. *num.* 231. quamuis ipse contrarium sentiat; cum Baldo *consil.* 383. Bossio *tit. de mandatis ad homicid. num.* 35. *& consil.* 170 *num.* 18. *& seqq. lib.* 1 Burlato *consil* 20. *num.* 4. *lib.* 1. Bertazolio *consil.* 341 *num.* 38. *vol.* 2. Hondedeo *consil.* 93. *num.* 66. *lib.* 2. Ruino Iuniori, *consil.* 685 *num.* 12. *lib.* 6. Peregrino *de immunis. cap.* 7 *num.* 40. Ambrosino *cap.* 7 *num.* 9. Grammatico *vot.* 11 *num.* 29. Corneo *consil.* 249. *lib.* 1 Eugenio, *consil.* 76. *num.* 138. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *resol.* 11. Vulpello *consil.* 143. *num.* 5. Baiard. ad Clarum *in* §. *Assassinum, num.* 7. Barbosa *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3 *num.* 97. Lezana *ver. immunitas Eccles. num.* 13. & Bonacina *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 4. *n.* 18. ex eo, quod promissio incerta, & generalis nullam (vt inquiunt ipsi) obligationem pariat; & sic, hoc stante, gratis fieri actio censeatur; quod tamen ex dictis mihi minus probatur; & sic quod dixi, arbitror esse probabilius.

Requiritur tamen, quod promissio sit acceptata; quia alioquin illa, cùm nullam pariat obligationem, non est pretio æstimabilis; & sic non æquialet pecuniæ. Atque ita docent Baldus *loc. supra cit.* Decian. *tract. crim. lib.* 9 *cap.* 30 *num.* 17. Farinac. *cit. q.* 113 *num.* 147. Grammaticus *consil.* 11 *nu.* 19. (qui subdit non sufficere, promissionem postea esse executam; quia requiritur, vt intercueniat conuentio, & contractus mutuæ voluntatis inter mãdantem, & mandatarium) & Riminaldus Iunior, *consil.* 685 *num.* 12. *vol.* 6 qui *num.* 14. subdit, non sufficere præsumptionem, quod mandatarius præsumatur accepisse promissionem mandantis fauorabilem sibi factam. 13

Requiritur secundò quod pecuniæ, vel alterius rei æquiualentis promissio acceptata; & etiam datio sit pro ipsa occisione, non autem pro expensis itineris ad occidendum, vel pro occisore à morte eripiendo, vel pro re aliqua simili, &c. quia ad naturam assassinij requiritur, quod non gratis, sed pecunia, vel alio æquiualenti occisio fiat, vt supra dicebatur, & docent Bald. *consil.* 170 *numer.* 21. *&* 23. Bossius *tit. de mandatis ad homicid. numero* 34. Vulpellus, quem citat, & sequitur Ambrosin. *de immunitat. cap* 7. *num.* 9. Farinac. *de homicid. q.* 123. *num.* 158. *& in append. de immunit. cap.* 8 *num.* 127. Lezana *ver. immunitas, num.* 13. & Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *de immun. punct.* 4. *n.* 18. 14

Vnde, si quis nulla interueniente promissione, in cautum aliquem occidat, vel occidi faciat, motus spe solum aliquid obtinendi, vel complacendi amico, vel succedendi in bona occisi, vel vincendi litè, assassinium non cõmittet, & sic immunitate non priuabitur. Atque ita contra Ioannem Andream *cap. penultim. de Clerico non resid.* & alios Doctores, quos citat Giurba *consil.* 70. *numer.* 27. & Graffius *de effectib. clericat. effect.* 1. *num.* 701. docent Baldus Farinac. *de homicid. quæstio.* 123. *nu.* 158. *& seqq. & in append. de immunit. cap.* 8. *num.* 138 Patis. *consil.* 160. *numero* 2. *& seqq lib.* 4. Hondedeus *consil.* 83. *numero* 68. *lib.* 2 Grilenzonius, *consil.* 45. *numero* 7. Mascardus *de probat. tom.* 1. *concl.* 138. *numero* 2. Antonius Gabriel. *commun. opin. tit. de malef. concl.* 1. *num.* 34. Menochius *de arbitrar. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 360 *numero* 42. Peregrinus *cap.* 7. *numero* 48; Ambrosinus *cap.* 7 *numero* 8 Diana *par.* 6 *tract.* 1. *resol.* 11. *in fin.* Baiard. ad Clarum, §. *assassinium, numero* 11. Ambrosin. *de immunit. cap.* 7. *numero* 9. & Bonacina *citat. punct.* 4. *numer.* 17. An autem talis censendus sit proditor constat ex dictis *Dub.* 10. 15

Requiritur tertiò (ad hoc, inquam, vt assassinus

sinus immunitate priuetur) quod constet plenè, vel per testes, vel per confessionem partis, pecuniam hac de causa datam fuisse; cum alia de causa dari illa poterit, Doctores, quos citat, & sequitur Peregrinus *cap.7.num.49.*

SECTIO II.

An priuetur, qui pecunia conductus occidit infidelem?

SVMMARIVM.

1 *Assasinus est, & immunitate priuatur qui pecunia, vel alio æquiualenti conductus occidit infidelem.*
2 *Fidelem, vel infidelem esse materialiter se habet ad crimen assasinij.*
3 *In sententia Cornei Accusans aliquem de assasinio debet probare assasinatum fuisse Christianum.*
4 *Textus expresse loquitur de occisore fidelis, non autem infidelis.*
5.& 6 *Infidelis quod sit verè proximus non obstat, quia textus in dicto cap. loquitur de proximo fideli, non de infideli; secus contingit in occisione proditoriè facta, nam ibi non est apposita hæc limitatio.*
7 *In dubio quando sumus in Territorio Christianorum proximus præsumi debet fidelis secus in Territorio contrario.*
8 *Præsumptio desumi debet ex communiter contingentibus.*

1 EX dictis sequitur primò, quod assasinus sit, & immunitate priuetur, qui pecunia, vel alio 2 æquiualenti conductus, occidit infidelem; quia esse fidelem, vel infidelem, materialiter, & impertinenter se habet ad crimen assasinij; aliàs neque etiam occidens per fidelem assasinium committeret: tum quia (vt suprà dicebam) infidelis est verè proximus, ergo, &c. Atque ita docent Decian. *tract. crimin. lib. 6. c. 28. num. 18.* Farinac. *in append. de immunit. Ecclesiast. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 20 & 21.* Marius Italia *de immunit. lib. 1. c. 5. §. 4. num. 20.* Henricus Bucerus *tract. de homicid. lib. 1. cap. 3. num. 14.* Peregrin. *de immunit. cap. 7. num. 39.* Bonac. *tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 6. §. 5. num. 9.* & alij multi. Quamuis contrarium, & satis probabiliter, doceant Couar. *var. resol. lib. 2. cap 20. num. 10. vers. quinto.* Gutier. *pract. qq. Ciuil. lib. 3. q. 7. num. 8.* Clar. *in pract. § assasinium, vers. bene verum est*, Baiardus *in addit. ad Clarum ibi num. 13.* Ambrosin. *de immunit. cap. 7. num. 12.* (vbi citat Corneum *lib. 1. consil. 249. n. 21.* asserentem, quod euaserit quidam Prælatus, qui fuerat accusatus de assasinatus crimine, & non fuerat deductum in processu, seu libello, quod is, qui fuerat assasinatus, fuerit Christianus; & propterea admoner Aduocatos, vt id probent) Nouarius in Conclusionibus iuris Pontif. *conclus. 43. num. 22.* Guazzinus, *defens. 1. cap. 38. num. 42.* Mascardus *de probat. lib. 1. concl. 137. num. 13.* Diana *part. 4. tract. 1. resol. 105.* & Farinac. *prius in q. 123. num. 33.* ex eo, quod textus *in cap. 1. de homi-* 4 *cidio in 6.* expresse loquatur, Si quis occiderit fidelem; ergo tacitè excludit, si quis occiderit infidelem; tum quia illa Constitutio facta fuit aduersus infideles, ne occideretur fidelis; ergo non potest conuenire occidentibus infidelem.

Neque obstat, quod infidelis sit verè proximus; 5 quia pœna hæc assasinij (rectè respondent ipsi) nõ incurritur pro cuiuslibet proximi occisione, sed 6 solum pro occisione proximi fidelis: quamuis non sic in occisione proditoriè facta contingat; quia in hoc crimine non fuit facta limitatio ad proximum fidelem, sicut facta fuit in crimine assasinij. Quapropter opinio hæc, vti dicebam, est etiam satis probabilis; quinimò ipsius authores vocant eam communem, & receptam in praxi.

Cæterùm, an in dubio, occisus præsumi debeat potius fidelis, quàm infidelis?

Respondetur (si simus in territorio Christianorũ, vbi infideles non permittuntur liberè habitare) 7 præsumi debere potius fidelẽ; (nisi forsan appareat, 8 fuisse infidelem, vt quia est circumcisus) quia præsumptio desumi debet ex communiter contingẽtibus *leg. certi, 6. quoniam, ff. si certum petatur*, & docent Gutier. Clarus, & Bonacina *in locis suprà cit.* Quidquid in contrarium asserant Ioannes Andreas, Alexander, Iason, Anton. Gabriel, & alij, quos citat, & sequitur Mascardus *tom. 1. concl. 138. num. 17.* Gutierez *lib. 3. pract. qq. 7. n. 9.* Ambrosin. *de immunit. Ecclesiast. c. 7. n. 12. & 13.* & Farinac. *de immunit. c. 8. num. 121.* qui tenent, præsumendum esse potius infidelem; nisi contrarium, saltem ex communi hominum opinione, probatum fuerit. Sed istorum opinio procedit, si non simus, in territorio, de quo suprà dicebam, sed in territorio contrario, de quo forsan citati Doctores loquuntur.

SECTIO III.

An priuetur, qui pecunia conductus occidit inimicum mandantis, & suum simul?

SVMMARIVM.

1 *Assasinus non est, nec priuatur immunitate qui accepta, vel pacta mercede occidit mandantis, & sui ipsius Inimicum.*
2 *Occidens inimicum mandantis etiam pacta pecunia, vel accepta non occidit incautum; cum homo semper habeat occasionem sibi præcauendi ab Inimico suo item dic etiam præsente ipso mandante.*
3 *Nec non idem dic de Milite occidente hostem.*

SEquitur secundo, quod quamuis assasinus sit, & 1 immunitate priuetur, qui pecunia, vel alio æquiualenti conductus, occidit inimicum mandãtis tantũ, assasinus tamen non sit, nec immunitate priuetur, qui eodem modo conductus, occidit inimicũ 2 mandantis, & suum simul, etiã cum sociis pecunia conductis, quia in tali casu non occidit incautum; cùm homo semper habeat occasionem præcauendi sibi ab inimico suo, & si non facit, sibi imputare debet. Atque ita docent Couar, *2. var. c. 20. n. 9. ad fin.* Peregrinus *c. 7. n. 45.* Farinac. *q. 123. n. 157. & de immunit. c. 8. n. 132.* Bonacina, *n. 18.* Lezana, *n. 13.* Diana *par. 1. tract. 1. resol. 18.* & Ambrosin. *de immunit. Eccles. c. 7. n. 10.* Item Grammaticus *consil. 52. n. 49.* Vulpellus *consil. 143. n. 10.* & Hondedeus *consil. 87. n. 4. lib. 2.* qui subdunt, quod in tali casu, neque qui pecuniam dedit, sit propriè assasinus, sed potius instigator, seu inflammator.

Quinimmò propter eandem rationem idem

Digitized by Google

dicendum est,si occidat inimicum mandantis tantum , sed præsente ipso mandante ; quia & in tali casu etiam mandatarius,cùm occisus præcauere sibi deberet à mandante inimico præsente , non occidit incautum. Atque ita docent Gabriel *consil.* 180.*num.*11.*lib.*1.Bertazolus *consil.* 143. *num.*15. *vol.*1.Farinac.*q.*113.*num.*35. 99. & 148. & *de immunit.cap* 8.*num.*133.Diana *cit. resol.* 18. Hieron. Gabr.*consil.*170.*numero* 1.& *seqq.lib.*1. & Ambrosinus *cap.*7.*num.*7. *qui* ex Alciato subdit , & rectè, idem dicendum esse de milite,qui occidit hostem, quia non occidit incautum.Accedit,quod non accipit mandatum ad occidendum hostem, cum quo bellum geritur.

SECTIO IV.

An priuetur, qui pecunia conducitur ad vulnerandum tantum.

SVMMARIVM.

1 *Assasinus non est nec immunitate priuatur , qui pecunia , vel alio æquiualenti conducitur ad vulnerandum tantum , sed non ad occidendum.*

2 *Assasinus non est qui conductus ad occidendum, (licet per accidens) non occidit , sed tantum vulnerat.*

3 *Textus in cit.cap.*1. *de homicid. in* 6. *loquens de mandante assasinium,punit affectum etiam effectu non secuto , non tamen loquitur de mandatario,qui ideo relinquitur dispositioni Iuris communis.*

4 *Assasinus in sententia aliorum est qui conductus ad occidendum,(licet per accidens)non occidit sed tantum vulnerat , quia per se ipsum non stetit quominus sequatur homicidium.*

5 *Restringe quod committat assasinium quoad affectum,non tamen quoad effectum.*

6 *In atrocissimis delictis punitur affectus,& conatus etiam non secuto effectu, at non procedit quoad pœnam priuationis immunitatis.*

7 *Pœna ordinaria non intrat contra mandatarium,qui accepto mandato ad occidendum,tantum vulnerauit contra Megalium.*

1 SEquitur tertiò , quod assasinus etiam non sit, nec immunitate priuetur,qui pecunia, vel alio æquiualenti conducitur ad vulnerandum, vel percutiendum tantum , & non ad occidendum ; quia cit.*cap.*1.*de homicidio in* 6.loquitur tantum de interficientibus fidelem , non de vulnerantibus ; & pœnæ ex alio capite,præsertim in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ,non sunt ampliandæ , sed potius restringendæ.Atque ita contra quosdam docent Fatinac. *de homicid.q.*133.*n.*139.& *de immun. cap.*8.*num.*134.Decian.*tract.crimin.lib.* 9.*cap.*30.*n.* 41.Gutierez *pract.qq.ciuil.lib.*3.*q.*7.*numer.*59. Baiard.ad Clarum §.*Assasinium,num.* 2.Vulpel.*consil.* 143.*num.*1.Anton.Gabriel *opinion.commun.concl.* 1. *de delictis,num.*30.Mascardus *tom.*1.*concl.*138.*num.* 2.Peregrin.*cap.*7.*num.*44.Riccius *par.* 1.*decis.*112. *num.*1.Bonac.*disp.*3.*q.*7.*punct.*4.*num.*20.Diana *par.* 1.*tract.*1.*resol.*18.Lezana *ver.immunitas, numer.*13. & Ambrosin. *de immunitat. Eccles. cap.* 7. *numero* 11.

Quinimmò idem dicendum videtur , si conducatur ad occidendum,sed tamen (quamuis per accidens)non occidit,sed tantum vulnerat; tum propter eandem rationem iam supra dictam; tum etiam quia cit.*cap.*1.*de homicidio in* 6.(vbi assasinij crimen declaratur)solum de mandante dicit, quod puniendus sit pœnis assasinij, quamuis mors non sequatur,nihil dicendo de mandatario ; quapropter cùm nihil dicat de mandatario, relinquitur mãdatarius,qui mortem non intulit , dispositioni iuris communis disponentis, quod nemo ob vulnerationem tantum immunitate priuetur. Atque ita docent complures Doctores , quos refert , & sequitur Farinacius *de homicid.quæstio.* 123. *numero* 77.& *de immunitat. nap.* 8.*numero* 123.*in fin.* Mascardus *de probat.concl.*138.*numero* 2.& 5.Suarez *citat.lib.*3.*cap.* 11.*numero* 14. Layman. *lib.* 4. *tract* 9.*cap.*3.*num.*9.Zeuall. *commun. contra comm. q.*540.*num.*5.& *seqq.*Diana *cit.resol.* 18. Thesaurus *in pract. Eccles.de pœnis,par.*2.*ver.Assasinium , cap.* 1.*fol.*164.contra Gutierez *lib.* 3.*pract. quæstio.*97. *num.*59.Peregrinum *de immunit.cap.*7. *numer.* 31. Gambacurtam *cap.*34.*num.*12 *fol.* 437.*lib.*5. Curtellium *de immun.Eccles.lib.*1.*q* 18.Barbosam *tom.* 2.*de vniuersitate Eccles.cap.*3.*num.*97. Bonac. *to.*2. *disp.*3.*q.*7 *punct.*6.§.5 *num.* 6. Megalium *in* 3. *par. lib.*4.*c.*2.*q.*1.*num.*20.Lezanam *ver. immunitas Eccles.num.*13.& Sarpum *de iure Asylorum c* 5.*fol* 45. qui contrarium tenent ex eo , quod talis verè crimen assasinij committat;cùm conducatur pecunia, vel alio æquiualenti ad occidendum , & per ipsum non stet,quin occidat.Sed facilè ad istorum Doctorum fundamentum Respondetur , quod talis verè crimen assasinij committat quoad affectum , non tamen quoad effectum, cui tantum talis pœna assasinii annexa est,cùm pœnæ , vtpote odiosæ(præsertim quæ sunt in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ)extendendæ non sint, nisi extensæ reperiantur in iure.

Quod si instetur ab Aduersariis , quod in atrocissimis delictis puniatur affectus, & conatus , etiam non secuto effectu:& ideò in nostro casu (cùm deuentum sit ad actum morti proximum) assasinium puniatur pœna ordinaria , consequenter Reus gaudere non debeat immunitate Ecclesiæ.

Respondetur , transeat totum quoad pœnam corporalem,quia id fortasse reperitur in iure:nego tamen quoad pœnam priuationis immunitatis Ecclesiæ,quia quoad hoc(vti probabam)potius habetur oppositum.

Adde, quod contra Mastrillum *de indulto c.* 31. *num.*14 & contra Doctores,quos citat, & sequitur Megalius *loco supra cit.*in crimine assasinii , etiamsi ad actum morti proximum deuentum sit , non intrat pœna Ordinaria,si mors secuta non sit. Atque ita docent complures,& graues Doctores, quos citat Farinacius,*q.*123.*inspect.*4.*num.*115.& Curtellius *cit.q.*18.*num.* 6. qui tamen excipit , si delinquens similium diffamatus sit.Et in genere, quod non puniatur pœna Ordinaria affectus,& conatus, si non sequatur effectus,docent etiam complures, & graues Doctores, quos citat idem Farinacius,*q.* 124.*num.*84.Quapropter cùm hæc opinio sit mitior & etiam Ecclesiæ immunitati fauorabilis,amplectenda,& adhibenda in praxi est.

SECTIO V.

An priuetur, qui ſub promiſſione pecuniæ mandat aliquem occidi?

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur qui ſub promiſſione pecunia, vel alterius æqualentis mandat aliquem occidi.*

2 *Mandans ſi morte non ſecuta punitur vt aſſaſinus, punietur vt aſſaſinus etiam in priuatione immunitatis.*

3 *Amplia id verum eſſe etiamſi mandans reuocauerit mandatum ante effectum ſecutum; quam iam commiſſit crimen, cui in facto annexa erant pœnæ aſſaſinij.*

1 Equitur quartò, quod è contra aſſaſinus ſit, & immunitate priuetur, qui ſub promiſſione pecuniæ, vel alterius æquiualentis mandat, aliquem occidi, etiamſi effectus non ſit ſecutus, ſed ſolum actus effectui proximus, vt inſultus, vel vulneratio; quia *in cit. cap. 1. de homicid. in 6.* dicitur: *Statuimus, vt quicunque Princeps, Prælatus, ſeu quatus alia Eccleſiaſtica, ſeu ſecularis perſona quempiam Chriſtianorum per prædictos Aſſaſinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur, aut eos receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit, excommunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententiam ipſo facto,*
2 *&c.* Ergo ſi mandans, morte non ſecuta, punitur vt aſſaſinus, punietur etiam vt aſſaſinus quoad priuationem immunitatis Eccleſiæ, præſertim cum Gregorius XIV. quo ad hanc in ſua Conſtitutione generaliter loquatur de Reis aſſaſinij: *aut aſſaſinij Rei;*

Atque ita contra Henricum Bucerum *in tract. de homicidio, lib. 1. cap. 3. num. 4.* & Marium Italium *lib. 1. cap. 3. §. 3. num. 130.* ex probabiliori ſententia Doctorum docent Maſcardus *tom. 1. concl. 138. num. 4.* Decian *lib 6. cap. 28. num. 18. ad fin.* Ambroſin. *de immunit. cap. 7* Naldus *ver. Eccleſia*, Theſaur. *in prax. par. 2. ver. aſſaſſinium, cap. 1.* Lezana *ver. immunitas Eccleſiar. numer. 13.* Suar. *cap. 11. num. 15.* Peregrinus *cap. 7. num. 29.* Gutierez *pract. qq. lib. 1. q. 7. num. 26. & 27* Franc. Leo *in Theſauro par. 1. cap. 23. num. 27.* & Farinac. *de immunit. cap. 8. num. 128 & de homicid. q. 121. num. 26. 29. & 82.* qui ſubdit, id eſſe verum, etiamſi mandans mandatum reuocauerit ante effectum ſecutum, quia iam commiſit crimen, cui ipſo facto annexæ ſunt pœnæ aſſaſinij. Sed de hac re vide, quæ dicebantur *ſupra c. 2. dubit. 4. & 8.*

SECTIO VI.

An priuetur, qui receptat defendit, vel occultat Aſſaſinum?

SVMMARIVM.

2 *Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſinum, dummodo ie vere cauſa ſit mortis illatæ per aſſaſinium & cognoſcat ſe aſſaſinio auxiliari, alias non.*

2 *Socij, & Complices, & ſic multo magis Proxeneta, ſeu mediator, qui habuerunt cognitionem qualitatis aſſaſinij, priuantur immunitate.*

3 *Opinio in oppoſitum eſt ſatis probabilis.*

4 *Qui per proclamata Gubernatoris vrbis habetur pro aſſaſino, licet aliàs de iure aſſaſinus dici non poſſit, gaudet immunitate.*

1 Equitur quinto, quod etiam aſſaſinus ſit, & 1
immunitate priuetur, qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſinum; quia ex ſupra dicto *cap. 1. de homicid. in 6* etiam talis expreſſè afficitur pœnis aſſaſinij; & Gregorius XIV. in ſua Conſtitutione generaliter loquitur de Reis aſſaſinij quod tamen intellige, ſis tali vere cauſa ſit mortis illatæ per aſſaſinium, & cognoſcat aſſaſinum eſſe cui auxilium præſtat; & præterea ei, quatenus tali, auxilium præſtet; alioquin pœnas aſſaſinij non incurret, ſed euitabit. Vide Bonacinam *de excommun. in partic. extrà Bullam Cœnæ diſp. 2. q. 3. punct. 16. §. 9. num. 6.* Farinacium *q. 123. n. 29. & ſeqq.* Lezanam *ver. immunitas, n. 14* Gutierez *n. 54.* & Peregrinum *de immunit. Eccleſ. c. 7. n. 37.* qui propterea ſubdit, quod ſocij, & complices (& ſic multò magis proxeneta, ſeu mediator) qui 2
habuerint cognitionem qualitatis aſſaſinij, immunitate priuentur; & citat Caſtillum *in tract. de omni genere homicidij, num. 412.* & Tuſchum *to. 3. lit. E. concl. 10. numer. 10. & concl. 11. numer. 7.* Vide etiam Barboſam *to. 2. de vniuer. iure Eccleſ. cap. 3. num. 97.* & Curtellium *de immun. Eccleſ. lib. 1. q. 18. num. 6.* qui id extendunt ad cooperatores, & mediatores. Quæ- 3
uis ſatis probabiliter oppoſitum doceant Gambacurta *de immunit. Eccleſ. lib. 5. cap. 34. nu. 14.* Maſſullus *in addit. ad Capyc. deciſ. 112.* Diana *par. 4. tract. 1. reſol. 109.* Antonius de Marinis *in reſolut. quotidian. cap. 171. num. 5.* & Nouarius *in Summa Bullarum, tit. de immunit. Eccleſ. num. 72.* ex eo quod in Conſtitutione Gregorij XIV. priuetur immunitate tantum aſſaſinus, tales autem non ſint propriè, & rigoroſè aſſaſini; & ita in ſacro Concil. anno 1615. deciſum fuiſſe, refert Rouitus *in pragmat. 1. de Aſſaſinio,* 4
numer. 49. Vnde multò magis contra Farinacium *de immunit. q. 8. num. 130 & 133.* Bonacinam *loc. cit. num. 7.* & Curtellium *cit. lib. 1 q. 20. num. 3.* ſequitur, quod immunitate neque priuetur, qui per proclamata Gubernatoris Vrbis pro aſſaſſino habetur; ſi aſſaſſinus de iure non ſit.

SECTIO VII.

An priuetur teſtis, qui pecunia conductus falſum deponit, vnde accuſatus ad mortem damnatus fuit? Vbi etiam de Iudice damnante

SVMMARIVM.

1 *Aſſaſſinus eſt, & immunitate priuatur Teſtis, qui pecunia, vel alio æquiualenti corruptus, falſum deponit, vnde Innocens morte damnatus fuit.*

2 *Item Iudex qui pecunia, vel alio æquiualenti corruptus Innocentem morte damnauit.*

3 *Opinio, & diſtinctio in contrarium allata diluitur ab Auctore.*

4 *An autem Teſtis, & Iudex, ſi id fecerint; ſed non media pecunia, vel alio æquiualenti, priuentur*

etiam immunitate tanquam proditorie occidentes dissentiunt Doctores.

5 *Opinio negatiua est probabilior.*

6 *In pœnis præsertim priuationis Immunitatis non sufficit æquiparatio; sed requiritur identitas si casus tamen aliquis contingat in dubio consulendus est Summus Pontifex.*

1 SEquitur sextò, quod etiam assassinus sit, & immunitate priuetur testis, qui pecunia, vel alio æquiualenti corruptus falsum deponit, vnde innocens ad mortem damnatus fuit. Item & Iudex, qui similiter pecunia, vel alio æquiualenti corruptus
2 innocentem ad mortem damnauit; quia & tales verè sunt assassini. Atqsita docent Mar. Ital. *lib. 1. c. 5. §. 4. & 5. num. 114. & seq.* Curtellius *cit. lib. 1. q. 19. nu. 14. & 15.* & Peregrin. *cap. 7. num. 42.* contra Bonacinam docentem *disp. 3. q. 7. punct. 6. §. 3. num. 8.* oppositum esse etiam probabile; ex eo, quod testis, & Iudex in dicto casu non sint verè, & propriè assassini; cùm non propriè, & physicè occidant; sed minus rectè; quia alioquin dici posset, quod neque mandans aliquem occidi media pecunia, sit verè assassinus; & sic pœnas assassini non contrahat; quod ex probabiliori, & etiam ex communiori opinione Doctorum non admittitur, vt *supra* dicebamus.

4 An autem tales, si id fecerint, sed non media pecunia, vel alio æquiualenti, priuentur etiam immunitate, tanquam proditorie occidentes?

Affirmant Marius Ital. *loco supra cit.* Zambellus *in Report. Mor. ver. Ecclesia, quoad eius immunitatem num. 10.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. q. 19. num. 11. & 12.* & alij.

5 Negant autem probabilius Peregrinus *numer. 42.* Bonacina *num. 4.* Castrus Palaus *to. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 10. num. 8.* & Diana *par. 4. tract. 1. resol. 104.* cum non propriè, & physicè occidant; quod
6 ad proditorie occidentem, etsi non ad assassinum, vt *supra* dicebamus, requiri videtur ex vi Constitutionis Gregorij XIV. proditorie occidentes tantum excipientis; Et in pœnis (præsertim priuationis immunitatis Ecclesiæ, cùm tractetur de præiudicio illius) non sufficiat æquiparatio, sed requiratur identitas. Quapropter adminus, si casus contingat, cùm sit valde dubius, consulendum arbitror Summum Pontificem; sicuti rectè notauit Farinacius *in append. de immunit. cap. 7. numer. 142.* & Diana *cit. resol. 104. & par. 1. tractat. 1. resol. 19.*

DVBITATIO XXII.

An immunitate priuetur hæreticus? Vbi etiam de hæresis suspecto.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus, qui pertinaciter credit aliquid contra fidem priuatur immunitate, etiam si talis esse, solum præsumatur.*

2 *Ministri Curiæ secularis possunt talem Reum ab Ecclesia extrahere, non vt iudicent, sed vt consignent eum Iudici Ecclesiastico iudicandum.*

3 *Hæreticus non priuatur immunitate ob alia crimina à crimine hæresis distincta.*

4 *Hæreticus, qui de hæresi non fuit punitus immunitate priuatur etiam ob alia delicta à crimine hæresis distincta.*

5 *Delictum quando non excipitur, neque Persona quoad illud excipi debet. Quod probatur multis rationibus.*

6 *Hæretici in illis locis in quibus impunè viuunt, gaudent immunitate pro delictis non exceptis.*

7 *Et multò magis, qui ab hæresi recesserunt, & Ecclesiæ reconciliati sunt.*

8 *Suspectus de hæresi, eo quod auxilium præstet aliquo modo Hæretico, vel Blasphemus non gaudet immunitate, non per se; sed ratione hæresis, cuius suspicionem incurrit.*

9 *Suspectus de hæresi ob bonum publicum, & ob famam fidei ab Ecclesia extrahi potest, vt examini subiiciatur.*

10 *Cognitio hæresis, Apostasiæ à fide, cum sit eiusdem speciei, & sortilegij si hæresim contineat, ad forum tantum Ecclesiasticum spectant, nullumque ius in iis Iudices seculares habent.*

11 *In ordine ad forum Ecclesiasticum tantum Immunitas Ecclesia locum non habet, vt ex probabiliori DD. sententia.*

12 *Iudex laicus debet suspectos de hæresi retinere, vt eos deinde Iudici Ecclesiastico tradat.*

13 *Dictio (quoquomodo) est generalis omnia comprehendens.*

14 *Iudices laici licet olim poterant cognoscere de crimine hæresis, hodie non possunt sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda.*

15 *Quæstio facti criminis Hæresis non est magis spiritualis, quam quæstio facti aliarum spiritualium, de quibus Iudex secularis de facto cognoscit.*

16 *Cognitio de quæstione facti non est proprie cognitio de crimine; attamen si Iudex secularis velit se immiscere, potest in hoc casu inhiberi à Iudice Ecclesiastico.*

RESPONDETVR, quod immunitate 1
priuetur hæreticus, id est, qui pertinaciter credit aliquid contra fidem, cit. Constit. Gregorij XIV. & docent communiter Doctores, & meritò; quia delinquit contra Ecclesiam, ita vt eam funditus euertat, estque reus atrocissimi criminis læsæ Maiestatis diuinæ; tum quia immunitas Ecclesiæ non conceditur contra potestatem Ecclesiæ, sed crimen hæresis (vt *infra num. 8.* dicetur) spectat ad potestatem Ecclesiæ; consequenter hæreticus capi censetur, vt tradatur potestati Ecclesiæ, ad quam spectat iudicare de hæresi. Vide Syluestrum *ver. immunitas, 3. q. 3.* Ambrosinum *cap. 8. num. 1.* Gambacurtam *lib. 5. cap. 38.* Fillinucium *tract. 15. cap. 6. quæs. 8. num. 15.* Couar. *lib. 2. var. resol. cap. vlt.* Simanc. *cit. 46. num. 65.* Clarum *§. fin. q. 30. nu. 10. & q. 36. num. 27.* Marth. *de iurisdict. cap. 52. num. 29.* Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 3. num. 9.* Suar. *to. 1. de re. lig. tract. 2. cap. 10.* Decian. *lib. 5. cap. 42. & lib. 6. cap. 28.* doctissimum Cardinalem de Lugo *tract. de fide disp. 24.* & Farinacium *de carceribus qu. 28.* qui subdunt id verum esse, etiamsi nondum sufficienter declaratus sit hæreticus, sed talis sufficienter præsumatur.

Obicies, seculares, non possunt de crimine hæresis iudicare, ergo non possunt hæreticum ab Ecclesia extrahere.

Respondetur ex dictis, nego consequentiam; quia

2 quia poſſunt extrahere, vt à foro Eccleſiaſtico etſi non vt à poteſtate Laica, iudicetur. Vide Farinacium *in append. cap.* 13. *ad fin. num.* 178.

3 Cæterum immunitate hæreticus non priuetur ob alia crimina à crimine hæreſis diſtincta, ſicuti (contra Iodocum *in praxi cap* 106. Peregrinum *de immunit. c. p.* 8. *num.* 13. Couarruuiam 2. *var. cap.* 20. *nu.* 11. Ambroſinum *cap.* 8. *num.* 9. Decianum *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 4. Tannerum *in* 2. 2. *diſp.* 5. *q.* 8. *dub.* 1. *num.* 16. Clarum *in pract. §. fin. q.* 30. Sarpum *de iure Aſylorum cap.* 5 *fol.* 60. Gambacurt. *lib.* 4. *cap.* 8. *& lib.* 5 *cap.* 3. *nu.* 6 Bot abill. *to.* 1. *lib.* 2 *cap.* 14. *num.* 54 Curtellium *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. & alios, quos citabam *dubit* 10 *ſect.* 4. aientes, quod in caſu, quod de hæreſi hæreticus non fuerit punitus, immunitate 4 priuetur ob alia delicta, etiam à crimine hæreſis diſtincta, ex eo quod indignus ſit talis, qui ab Eccleſia defendatur) probabilius docent Azor. *par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 3. Silu. *ver. Immunitas*, 3. *q.* 3. Suarez *de relig. to.* 1. *tract.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 15. Farinacius loc. *infra* citando, Filliucius *tract.* 15 *cap.* 6. *quæſt.* 8. *num.* 151. Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 7. *§.* 3. *num.* 3. Gutierez *lib.* 3. *tract. q.* 1. *num.* 28. Portell. *in dubiis Regul. ver. Eccleſiæ immunitas, num.* 10. & alij, quos citabam, & ſequebar. *cit. dub.* 10 *ſect.* 4. ità vt non poſſit Iudex ſecularis reū in tali caſu è loco ſacro extrahere, niſi intendat illum extrahere ob delicta priuationem immunitatis inducentia. Et probatur; (vnde patet Reſponſio ad fundamentum Aduerſariorum) quia cum non excipiatur delictum, non eſt cur excipiatur quoad illud perſona.

5 Confirmatur, quia in cit. Conſtitutione Gregorij XIV. excipitur crimen hæreſis; conſequenter excipitur hæreticus, ſolum ratione hæreſis; quia verba ſunt accipienda formaliter; & quia, cum immunitas Eccleſiaſtica ſit fauorabilis, non debet reſtringi ſine ſufficienti fundamento, & ratione.

Confirmatur ſecundo, quia Gregorius XIV. in ſua Conſtitutione omninò vetuit, extrahi delinquentes, exceptis caſibus in ea Conſtitutione expreſſis, & ſublata facultate aliter interpretandi.

Confirmatur tertio, quia reliqua crimina non efficiunt delinquentem indignum immunitate, ergò propter reliqua non poteſt extrahi è loco ſacro, & in carcerem detrudi.

6 Confirmatur quartò, quia in illis locis, in quibus hæretici impunè viuunt, & non puniuntur, gaudent immunitate in delictis non exceptis, ergo, &c. Vide Farinacium *in append. de immunit. cap.* 13. *num.* 170. & *de carceribus q* 18. *num.* 60. & *ſeq.* Vide etiam quæ dicebantur *cit. dict. dubit.* 10. *ſect.* 4. & quæ dicentur *dubit.* 14. *ſect.* 22.

Ex his ſequitur, quod multò minus priuilegio immunitatis priuentur hæretici, qui ab hæreſi ceſſerunt; quia non ſunt amplius hæreſis Rei, vtpotè iam per pœnitentiam Eccleſiæ matri reconciliati, & conſequenter digni, qui ab eadem per immunitatem protegantur; Doctores ſupra citati communiter.

8 An autem immunitate priuetur, qui hæretico fauorem, vel auxilium quomodocunque præſtat, & ſic, vel alio modo de hæreſi ſuſpectus eſt, vt ſortiarius, ſeu maleficus, vel hæreticalis blaſphemus, &c.

Reſpondetur affirmatiuè, non quidem per ſe, (vnde patet ad fundamentum oppoſitum Gambacurtæ mox *infra* annuendum) ſed ratione hæreſis cuius ſuſpicionem incurrit; quia cùm hæreſis crimen exceptum ſit, & in animo conſiſtat, & ſic examinationem ſequatur, ſit, quod quotieſcunque delinquens illius ſuſpicionem incurrit; ob bonum publicum, & ob fauorem fidei ab Eccleſia extrahi poſſit, vt examini ſubiiciatur, ſi non de iure, ſaltem ex conſuetudine, etiã poſt Gregorianã, rationabiliter introducta, Atq; ita contra Gambacurtã *lib.* 5 *c.* 38. *n.* 4. (qui cum quadam limitatione negat, ſumpta pacitate ex aliis delictis exceptis, in quibus ſuſpicio non ſufficit, vt Reus Eccleſiæ immunitate non gaudeat) ex communi docent Pena *in ſuis addotat. aa* 2. *par. Director. Inquiſit. ſchol.* 9. *§. qui autem*, Marius Ital. *lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 6. *num.* 59. *&* 104. Ambroſin. *cap.* 8. *num.* 10. Lezana *ver. immunitas, num.* 14. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 38. Farinac. *de immunit. cap.* 19. *num.* 175. qui de incõcuſſa praxi teſtatur, Curtellius *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 38. licet ex alia ratione motus, Barboſa *de iure Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 125. Peregrinus *cap.* 8. *numer.* 8. & Bonacina *diſputat.* 3. *quæſtio.* 7. *de immunit. punct.* 4. *num* 21. & ità verè ſeruatur in praxi. Vide etiam Cardinalem de Lugo *loc. ſupra it. diſp* 25.

His adde quod Gregor. XIV. in *cit. Conſtitut. §.* 6. 10 decernit, quod cognitio hæreſis (& ſic apoſtaſiæ à fide; cum ſit eiuſdem ſpeciei, & ſortilegij, ſi hæreſim contineat. Quamuis contrarium quoad ſortilegiũ ſentire videatur, Valentia *to.* 4. *diſp.* 6. *q.* 13. *punct* 4.) ad forum tantum Eccleſiaſticum ſpectet (in ordine 11 ad quod immunitas Eccleſiæ locum non habet, vt ex probabiliori ſententia DD. *dubit.* 10. *ſect.* 12. dicebam) nullumque ius in ea Iudices ſeculares habeant, quod etiam decretum reperitur ab Innocentio IV. Bull. I. & à Iulio III. Bull. 1 *in cap. accuſatus §. vlt. cap. ſtatutum*, 1. *cap. vt officium §. vlt. & cap. vt Inquiſitione, §. prohibemus, de hæreticis in* 6. & meritò; quia ex diuinis literis, ſacriſque Canonibus crimen hoc eſt diiudicandum; ideoque à ſolis Iudicibus Eccleſiaſticis cognoſcendum, quamuis debeat laicus Iudex ſuſpectos de hæreſi retinere, vt 12 eos deinde Iudici Eccleſiaſtico tradat, vt præcipit Innocentius IV. *Bull* 1. *§.* 4. Atque ita docent Clar. *§. hæreſis num.* 4. *& §. fin. quæſt.* 96. Simanc. *tit.* 36. *n.* 8. Alciat. *cap.* 1. *de offic. Ordin. num.* 13, Azor. *to.* 1. *lib.* 8. *cap.* 18. *q.* 6. *& to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *q.* 2. & alij paſſim. Idque etiam, ſi agatur de quæſtione facti, ex *cit. cap. vt Inquiſitionis §. prohibemus, de hæreticis in* 6. quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus: & quia (cùm ibi dicatur: *Prohibemus quoque diſtrictius Potestatibus, dominis, temporalibus, & Rectoribus, eorumque Officialibus ſupradictis, ne ipſi de hac crimine, cum merè ſit Eccleſiaſticum, quoquo modo cognoſcant, & iudicent*) ly *quoquo modo*, omnem ſpeciem cognitionis excludit: eſt enim dictio generalis omnia comprehendens (vt patet ex *l.* 1. *ver. quoquomodo ff. de teſt. manum. innct. glo. ff. de fideicommiſſ.* & notant Ruinos *conſ.* 98. *num.* 11. *vol.* 2. Rolandus *conſ.* 80. *num.* 57. *vol.* 1. & Cephalus *conſ.* 58. *num.* 17. *vol.* 1.) & ſic licet olim Iudices ſeculares potuerint de crimine hæreſis cognoſcere (vt patet ex *§. ſi verò, in Auth. de ſanctiſſ. Epiſc. ex l.* 15. *fin. Cod. de Summa Trinit. & ex l. quicunque §. vlt. Cod. de hæreticis*) hodie non poſſunt ex vi dicti cap. vt inquiſitionis, vbi id ipſis diſtrictius, & ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda prohibetur, vt dicebamus, & docent etiam Doctores, quos citat, & ſequitur Sanctarellus *in tract. de hæreſi cap.* 60. *dub.* 4. *num* 21. Felinus *in cap. cum ſit, de foro compet.* Alexander *in l. Titia, numer.* 14. *ff. ſolut. matrim.* Dec. *in cap.* 2. *numer.* 25. *de Iudic. in fin.* Tuſch. *ver. Index Eccleſiaſticus, concl.* 446. *num.* 4. Barboſa *in cit. l. Titia, numer.* 82. *& in Collect. tom.* 3. *libr.* 5. *tit.* 2. *cap.* 18. *numer.* 9. Moura *de enfal. ſect.* 3. *cap.* 1.

cap. 1. num. 34. & Farinac. de her. si, q. 18. §. 4. num. 101. contra Ceuallos part. 2. quæst. 56. n. 39. Seraphinus Freitas, in 3. edit. de Confess. solic. q. 5. num. 86. & Perein. de manu regia part 2. cap. 29. num. 4. cap. 43. num. 4. cap. 44. num. 14. cap. 50. num. 16. cap. 52. num. 41. & cap. 63. num. 18. & 19. Quamuis, hic, vbi pro parte affirmatiua multas rationes adduxerit (quod scilicet quæstio facti criminis hæresis non sit magis spiritualis, quàm quæstio facti aliarum spiritualium, de quibus Iudex secularis de facto cognoscit, prout est causa beneficialis, matrimonialis, &c. & quod cognitio de quæstione facti non sit propriè cognitio de crimine) tandem concludit, quod si contingat, Iudicem secularem in hoc casu velle se immiscere, possit à Iudice Ecclesiastico inhiberi, ne procedat. Vide, quæ dicebantur c. 8. dubio. 26. c. 10. dubit. 2. sect. 2 & cap. 14. dub. 9. & 10.

DVBITATIO XXIII.

An immunitate priuetur, qui committit crimen læsæ Maiestatis humanæ?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Committens crimen læsæ maiestatis in Personam Principis non quidem spectato iure communi, sed tantum constitutione Gregoriana, priuatur immunitate.*

2 *Delictum læsæ maiestatis in Personam Principis est atrocissimum.*

3 *In crimine læsæ maiestatis punitur affectus, effectu non secuto, bona acquiruntur fisco, potest de eo cognosci post mortem, & Rei memoria damnari.*

Explicatur, quinam; & quando committentes crimen læsæ Maiestatis priuentur immunitate Ecclesiæ.

4 *Filij ob crimen læsæ maiestatis excluduntur à successione Parentum, & aliorum consanguineorum, licet solum Parentes tale delictum commiserint.*

5 *Filij Reorum læsæ maiestatis puniuntur magis ac filij Hæreticorum.*

6 *Filij hæreticorum secundum probabiliorem opinionem Doctorum succedunt ex testamento, & ab intestato ascendentibus consanguineis, & extraneis catholicis.*

7 *Limita quod si de tempore commissi delicti hereditas matris, vel auia sit filio delata, filius ea non priuatur ex crimine Patris; quia iam habet ius quæsitum ad illam.*

8 *Amplia hanc limitationem procedere etiamsi nondum cœperit rei possessionem.*

9 *Filiæ Reorum læsæ maiestatis excluduntur ab eorum successione, licet non priuentur legitima in bonis paternis; quia Filia ob sexus infirmitatem minus ausuræ creduntur, quam mares.*

10 *Filiæ Reorum læsæ maiestatis non priuantur sicuti filij successione aliorum consanguineorum & extraneorum.*

11 *Filij, & Filiæ Reorum læsæ maiestatis licet priuentur successione Parentis; non priuantur tamen donatione Parentis inter viuos, sicut nec priuantur Filij hæreticorum.*

12 *Textus in l. quisquis C. ad l. Iuliam maiest. nihil de donatione disponit, sed tantum de successione; at successio testati, & intestati nihil commune habet cum donatione.*

13 *Ex incapacitate succedendi ex testamento, vel ab intestato non bene infertur incapacitas acquirendi ex donatione.*

14 *Licet videatur militare in sententia Gigantis eadem ratio de donatione ac successione, tamen in pœnalibus non est arguendum ex identitate rationis.*

15 *Textus citatus ponderatur vbi disponit dictos filios esse in perpetuum egentes, & pauperes, quod tamen cum sit sub dubio non est extendendum ob dictam pœnalitatem.*

16 *Filij, & filiæ Reorum læsæ maiestatis, priuantur modo, quo suprà dicebatur donatione causa mortis.*

17 *Donatio causa mortis sapit naturam vltimæ voluntatis, & sic equiparatur successioni ex testamento.*

18 *Filij Reorum læsæ maiestatis contrahunt pœnam infamiæ dummodo delictum sit notorium, nec possit vlla tergiuersatione celari.*

19 *Delictum læsæ Maiestatis ad hoc vt Reorum filios infamia afficiat debet esse notorium per sententiam, cum sine ea non videatur satis probatum.*

20 *Filij Reorum læsæ maiestatis non possunt vt infames ascendere ad sacros ordines, & Ecclesiasticas dignitates.*

21 *Nomine filiorum veniunt filij emancipati post delictum; quia præsumuntur in fraudem emancipati; secus si multo ante delicti conspirationem emancipati fuerint.*

22 *Nomine filiorum veniunt etiam filij naturales, & spurij, qui certo sint filij Parentis delinquentis, ne plus honoris detur luxuriæ, quam castitati.*

23 *Item veniunt filij post delictum Parentum geniti, non ante; etsi contrarium sit etiam satis probabile.*

24 *Nomine filiorum ob tale delictum non veniunt Clerici; quia ratione dignitatis censentur exempti.*

25. & 26 *Clerici filij Reorum læsæ maiestatis non sunt inhabiles ad Beneficium, & multo minus priuantur beneficijs acquisitis.*

27 *Item nomine filiorum quoad hanc pœnam non veniunt filiæ fœminæ.*

28 *Item non veniunt Nepotes, quia nec ipsi exprimuntur, & in materia odiosa non veniunt vi exprimantur.*

29 *Filij committentis crimen læsæ maiestatis humanæ, equiparantur filijs committentis crimen hæresis, & ita sicut pœnæ hæreticorum extenduntur ad Nepotes via masculina, ita etiam extendi debent in crimine læsæ maiestatis humanæ.*

30 *Filij Mulieris & non Patris committentis crimen læsæ maiestatis humanæ non incurrunt pœnas supradictas.*

31 *Crimen læsæ maiestatis humanæ in Muliere non contingit, & leges accommodantur ad ea, quæ frequenter accidunt & casu, quo contingat est leuioris considerationis.*

32 *Pœna contenta in cit. lege contra filios & filias*

reorum

Digitized by Google

Reorum læſæ maieſtatis humanæ conſuetudine derogata videntur, & ab hac conſuetudine non eſſe in iudicando recedendum, ſentiunt Doctores.

33 *Pœnæ contentæ in citata lege dato non ſint derogatæ, habent locum in filiis, & filiabus ſi crimen ſit commiſſum à patre contra Imperatorem, vel Regem, vel eius lateri aſſiſtentem.*

34 *Lex* quiſquis *citata ſolum loquitur de crimine læſæ maieſtatis commiſſo aduerſus Imperatorem, Conſiliarios, & Senatores eius, eoſque qui ei militant; & ideo non eſt extendenda ad crimen læſæ maieſtatis commiſſum contra Rempublicam vel Principem inferiorem.*

35 *Nomine Principis in caſu priuationis immunitatis venit qui ſupremam habet iuriſdictionem, & nemini eſt ſubiectus; vt Pontifex, Imperator, Rex Hiſpaniarum; Rex Gallia, Anglia, Polonia &c.*

36 *Item venit Magnus Dux Floremia, Auſtriæ, Sabaudiæ, Saxoniæ, Parmæ, & ſimilium: Dux Reip. Venetæ, vel Ianuenſis, & Magnus Magiſter Equitum S. Ioannis.*

37 *Item ex non improbabili ſententia* DD. *venit etiam ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis; etſi capellum à Papa nondum acceperit. Non item Epiſcopus, nec ſummi Pontificis Nuncius.*

38 *Non reuelantes coniurantes, vel conſpirantes, vel machinantes in perſonam Cardinalis (ante vel poſt delictum commiſſum) & eorum fautores, receptatores nedum qui poſitiue offendit perſonam Cardinalis, incidunt in crimen læſæ Maieſtatis.*

39 *Cardinales æquiparantur Regibus, & faciunt vnum corpus, & Conſiſtorium cum ſummo Pontifice, & ſunt ſpeciali modo membra illius, & filij Eccleſiæ Catholicæ.*

40 *Inter Pontificem, & Cardinales non ſolum vnio, ſed etiam vnitas, & identitas quædam intercedit.*

41 *Occiſor Cardinalis nedum Epiſcopi in ſententia Farinacij, Eccleſiæ immunitate non priuatur.*

42 *Prælatus Eccleſiaſticus debet in tali caſu Reum cautum ſeruare, & interim Pontificem certiorem reddere.*

43 *Offendens Principem ad hoc vt priuetur immunitate, debet ei eſſe ſubditus aliquo modo v. g. ratione originis, vel Domicilij.*

44 *Extraneus offendens Principem non incurrit crimen læſæ maieſtatis; & propterea immunitate non priuatur.*

45 *Quilibet offendens Papam committit crimen læſæ Maieſtatis; & propterea immunitate priuatur.*

46 *Item probabiliter quilibet offendens Cardinalem.*

47 *Non item quilibet, offendens Principem ſecularem, quamuis hunc Reum facile debeat Papa immunitate priuare.*

RESPONDETUR, quod immunitate priuetur, qui committit crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis; non quidem ſpectato iure communi (vti cenſent Sarpus de iure Aſylorum *cap.* 5. *fol.* 51. & quidã alij moti ex eo, quod tale crimen deteſtabilius eſt homicidio proditorio; quis obſtat iis textus *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* concedens immunitatem quibuſcunque, quantuuis grauia crimina committentibus, exceptis quibuſdam ibi ſicuti rectè notarunt Boſſius *in de capturæ, num.* 32. Scortia *Theor.* 387. Villagutt *de extenſione legum, cap. fin. num.* 5. & Gutier. *pract. qq. Ciuil. lib.* 4. *q.* 4. *num.* 3. & 9.) ſed ſpectata Conſtitutione Gregorij XIV. in qua expreſsè priuatur immunitate reus criminis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis.

Et meritò; quia tale delictum eſt atrociſſimum, ita vt morte infami puniatur, & puniatur etiam affectus, effectu non ſecuto; bona acquirantur fiſco; deque huiuſmodi delicto etiam poſt mortem poſſit cognoſci, & Rei memoria damnari, *l. quiſquis Cod. ad l. Iuliam Maieſt.* & ita docent communiter Doctores, Boſſius *tit. de crimine læſæ Maieſtatis*, Gig. *eodem tit* Layman *lib.* 4. *tractatu* 6. *cap.* 3. *num.* 9. Scortia *cit. Theor.* 387. Sà, & alij paſſim.

Spectata itaque Conſtitutione Gregorij XIV. immunitate priuatur, qui committit crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis, exercendo ſcilicet actionem aliquam in damnum, & offenſam Principis, verbi gratia occidendo, vulnerando, percutiendo, cõiurando, machinando, hoſtiliter inſequendo perſonam Principis, vel reuelando hoſtibus ſecretum Principis, vt ab illis capiatur. Idem dico de conſulentibus, auxiliantibus, vel fauorem præſtantibus; quia & iſti omnes etiam ſunt rei crimininis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis. Secus dicas de ratum habentibus, vel defendentibus delinquentem poſt factum, & de ſcientibus delictum in perſonam Principis perpetrandum, & non reuelantibus; quia, licet iſti vt plurimum ſint rei criminis læſæ Maieſtatis, non tamen ſunt rei criminis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis: notanda namquè eſt illa particula *in perſonam Principis*, quæ non fruſtà apponitur, & actionem poſitiuam indicat; ratihabitio autem, & reuelandi omiſſio non importat huiuſmodi actionem, & influxum poſitiuum; Doctores, quos ſequitur Peregrinus *cap.* 10. *num.* 11. contra Farinacium *in append. cap.* 14. *num.* 186. & Matium Italiam *lib.* 1. *cap.* 5. §. 7. *num.* 52.

An autem immunitate priuetur, qui commiſit crimen læſæ Maieſtatis in perſonam Principis, etiamſi effectus ſecutus non ſit; vt ſi quis dedit Conſilium, vel mandatum percutiendi, vel occidendi Principem, ſed percuſſio, vel occiſio ſecuta non fuit?

Reſponderetur ex dictis affirmatiuè; & viterius probatur; quia adhuc verum eſt dicere, delinquentem iſtum eſſe Reum criminis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis, iuxtà Conſtitutionem Gregorij XIV. Vide Clarum *in pract. §. crimen læſæ Maieſtatis, numer.* 16. *verſ. ſcias autem*, Farinacium *tom.* 2. *in tit. de crim. læſæ Maieſtatis, quæſtio.* 112. *numer.* 91. & *quæſtio.* 116. §. 4. & Peregrinum *cap.* 10. *numer.* 7. & *cap.* 11. *numer.* 1. ſecus dicas de ratum habente; quia ratihabitio eſt poſterior facto, & in crimen non influit. Secus etiam dicas de ſciente, & non reuelante, quia talis non eſt Reus criminis læſæ Maieſtatis in perſonam Principis, per actionem ſcilicet poſitiuam, vt requirere videtur illa particula *in perſonam Principis*; cum ly *In* importare videatur actionem poſitiuam, non autem negatiuam, vti *ſupra* dictum eſt, & dicetur *infrà ſect.* 5. *in fine.*

His adde, quod non ſolum puniantur in hac Rei principales pœnis ſupradictis; ſed etiam

puniantur

4 puniantur ipsorum Filij, successione, tum parentum, tum aliorum consanguineorum, & extraneorum, *l. quisquis, leg. Filij, Cod. ad §. Iuliam Majest.* in quo filij istorum magis, ac filij hæreticorum (de quorum pœnis dixi *lib. de Parlamentis dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. Corollar. 7. subcorollar. 3.*) puniuntur; sicuti rectè notarunt Gomez *de delictis, cap. 2. num. 15.* Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 31. num. 2.* Menoch. *consil. 175. num. 2. & seq. lib. 3.* Farinac. *de crimine læsæ Majest. q. 116.*

6 *num. 75.* & Sanchez *lib. 2. moral. cap. 29. num. 13.* quia filij hæreticorum secundum probabiliorem opinionem Doctorum succedunt ex testamento, & ab intestato ascendentibus, consanguineis, & extraneis catholicis.

7 Quamuis si tempore, quo patet crimen commisit, hæreditas matris, vel aviæ sit filio delata, filius ea non priuetur ex crimine patris; quia iam habet ius quæsitum ad illam, & iure quæsito non priuatur filius ob crimen patris, etiamsi possessionem rei nondum apprehenderit. Grammatic. *decis. 6. num. 13.* & Farinac. *cit. q. 116. num. 110.* & colligitur ex *l. 2. ff. de interdict. & relegat.*

Item & puniuntur etiam filiæ (licet hæ legitima in bonis paternis non priuentur, *cit. l. quisquis §. ad filias*; & redditur ibi ratio; quia filiæ

9 propter sexus infirmitatem minus auturæ creduntur, quam mares; & notarunt Doctores, quos citat, & sequitur Decian *cap. 41. num. 13.* & Farinac. *num. 94.* Quin etiam ex bonis parentis condemnati dotandæ sint. Doctores, quos citat, & sequitur idem Farinacius. *1. par. tit. de delictis, & pœnis q. 24. num. 47.*) tamen priuantur similiter ac filij successione parentis, cum bona illius sint fisco addicta, & applicata; quamuis similiter ac filij non priuentur etiam successione aliorum consangui-

10 neorum, & extraneorum; quia textus in *citata l. quisquis*, distinguit inter filios, & filias, & filios dicit istorum successione priuari, nihil disponens de filiabus. Quapropter dicendum, quod hę quoad istorum successionem non priuentur similiter ac filij; quia quoad hoc comprehendi non debent, cùm non exprimantur in lege sic rigorosa, & pœnali. Decianus *cit. cap 41. num. 12.* Greg. Lop. *l. 2. tit. 7. gloss. penult.* Mol. *de iust. to. 3. disp. 658. num. 13.* in priori parte, Sanchez *lib. 2. Moral. cap. 29. num. 10.* Clarus *pract. crimin. §. læsæ Majest. num. 10. vers. hæ autem pœnæ*, & Gigas *de crimine læsæ Majest. q. 41.*

Dixi, quod filij, & filiæ committentium crimen læsæ Majestatis humanæ priuentur successione

11 parentis, &c. quia non priuantur donatione parentis inter viuos, sicut nec priuantur filij hæreticorum. Moueor (quidquid in contrarium dixerit Gigas *lib. 3. rubr. de pœnis, quas filij incurrunt. q. 2. in fin.*) quia sit. *lex. quisquis* nihil de donatione disponit, sed tantum de successione: at successio

12 testati, & intestati nihil commune habet cum donatione, *l. verba contraxerint ff. de verbor. significa.* Ergo ex incapacitate succedendi ex testamento, vel ab intestato non bene infertur incapacitas acqui-

13 rendi ex donatione, *l. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. obligat.*

Dices, militare in præsenti eandem rationem in donatione, ac in successione. Sic Gigas *supra:*

14 Respondetur; id non sufficere, vt dispositio dictæ legis, quisquis, ad donationem etiam extendatur, cum sit illa valde odiosa, & pœnalis; & sic ex identitate rationis non sit facilè extensio concedenda.

Instabis, non tam ex extensione rationis, quam ex dispositione legis ipsius donationem comprehendi, ibi, *sint perpetui egentes, & pauperes*; quibus verbis videtur legislator velle filios sic delinquentis in paupertate perpetua existere. 15

Respondetur, id clarè non constare, sed esse sub dubio: at in dubio in materia pœnali non est facilè concedenda extensio, vt *supra* dicebamus: & sic in præsenti casu sentiunt Gregor. Lop. Molina, Sanchez, Decianus, & Farinacius *locis supra citat.* & Peregrinus *de iure fisci lib. 3. tit. 9. num. 11.*

Ex dictis tamen sequitur, quod priuentur filij, & filiæ modo, quo supra dicebatur, donatione causa mortis; quia hæc donatio sapit naturam vl- 16 timæ voluntatis, & sic æquiparatur successioni ex testamento §. 1. *Instit. de donation. & l. fin. Cod. de donat. causa mortis*, & docent Baldus *in l. eam is, §. filius, ff. eodem*, Gigas *loco supra cit. q. 3.* Decianus *cap. 41. num. 22.* & Farinac. *cit. quæst. 116. num. 114.* 17

Adde, quod iidem filij contrahant pœnam infamiæ, *cit. l. quisquis. §. filij verò*, ibi: *Infamia eos paterna semper comitetur: ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant.* Debet tamen, vt quod dixi, locum habeat, delictum esse notorium, vt tergiuersatione celari non possit; quinimò ex probabili sententia Doctorum debet esse 18 notorium per sententiam; ita vt donec sententia 19 non accedit, non videatur delictum satis probatum ad hanc pœnam aliis à delinquente contrahendam.

Ex hac pœna infamiæ infertur, non posse tales 20 ad sacros ordines & Ecclesiasticas dignitates ascendere; quia licet potestas laica non possit pœnam irregularitatis imponere; tamen quia hæc impositæ est à potestate Ecclesiastica vnicuique infami; consequens est, quod ij eam contrahunt. Decian. *lib. 7. cap. 41. num. 30.* Anton. Gomez *to. 3. var. cap. 2. num. 13.* Gigas *lib. 3. de pœnis q. 1. num. 6. & q. 12. numer. 1.* Peregrinus *de iure fisci lib. 3. tit. 9. num. 1.* & Farinacius *q. 116. num. 83.* sub hac pœna infamiæ plures aliæ pœnæ comprehenduntur, cum infamibus plura alia interdicta sint.

Nomine filiorum hic veniunt filij emancipati 21 post delictum, quia præsumuntur in fraudem emancipati; secus, si multò antè delicti conspirationem emancipati fuerint; colligitur ex cit. l. quisquis, §. emancipationes; & docet ibi gloss. *ver. non valeant* & communiter Doctores, quos refert Baiardus ad Clarum, *§. læsæ Majest. num. 20.* Gigas *q. 6.* & Farinacius *quæst. 116. numer. 84. & seqq.*

Secundò veniunt filij naturales, & spurij, qui 22 certò sint filij parentis delinquentis, ne plus honoris detur luxuriæ, quam castitati. Gigas *quæst. 7.* Farinacius *num. 86.* Clarus *pract. §. læsæ Majestat. num. 11.* & Decianus *lib. 7. cap. 41. num. 6.*

Tertiò veniunt filij post delictum parentum 23 geniti, non ante, *lib. 6. tit. 27. par. 2.* & docent Clarus *loco supra citato num. 12. vers. fuit etiam*, Diaz *reg. 165. num. 2.* Farinacius *num. 92.* & alij multi, quos refert, & sequitur Ceuallos *pract. qq. cap. 653.* etsi contrarium sit etiam satis probabile.

Non tamen veniunt clerici; quia ratione dignitatis videntur exempti. Gigas *quæst. 9.* Boërius 24 *tract. de sedition. quæst. 6. num. 3. & 23. in fin.* & Farinacius *num. 117.* Quapropter hi non sunt

inhabiles

Digitized by Google

inhabiles ad beneficia, & multò minus priuantur beneficiis acquisitis.

37 Item nec veniunt quoad hanc pœnam infamiæ filiæ fœminæ; quia in citatâ lege, quisquis, non exprimuntur filiæ in hac pœna, sed solum filij, & sub nomine filiorum in materia odiosa non veniunt filiæ. Gigas *q.* 14. Decianus *num.* 12. & Farinacius *num.* 97.

28 Item nec veniunt nepotes, ob eandem rationem; quia nec hi exprimuntur: & sub nomine filiorum in materia odiosa nec veniunt nepotes. Decianus *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 41. *num.* 7. & alij: Accedit, quod vt in crimine hæresis ad nepotes via masculina pœnæ descenderent, necesse fuit, nepotes exprimi: ergo cùm in præsenti casu non exprimantur nepotes, sed filij solum exprimantur, filij solum comprehendentur. Quamuis

29 contrarium (scilicet filios committentis crimen læsæ Maiestatis humanæ æquiparari cum filiis committentis crimen læsæ Maiestatis diuinæ seu crimen hæresis; & sic, sicut pœnæ hæreticorum extenduntur ad filios, & nepotes via masculina descendentes, & ad solos filios via fœminina idem de his filiis dicendum esse.) sentiant Clarus *pract.* §. *læsæ Maiestatis num.* 13. Peregrinus *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 5. Gomez *de delictis to.* 3. *cap.* 2. *num.* 15. & Farinacius *quæst.* 116. *num.* 89. sed minus rectè vt patet ex dictis.

30 An autem si mater, & non pater, commiserit crimen læsæ Maiestatis humanæ, filij eodem modo incurrant pœnas supra dictas?

Respondetur, ex probabili negatiuè; quia in citata lege, quisquis, nihil statuitur contra filios, cùm mater hoc crimen commiserit; & ex alio capite odia non sunt amplianda. Accedit,

31 quod talis casus rarò contingit, & leges accommodantur ad ea, quæ frequentius accidunt. Accedit secundò, quod etiamsi quando contingat, est id leuioris considerationis; cùm non timeatur propter illud filios, & filias audaciam matris esse imitaturas. Albertinus *in dicta lege, quisquis, num.* 4. Odofredus *ibidem, num.* 4. Salicetus *num.* 9. *Gigas, quæst.* 17. *numer.* 3. *& seqq.* & Decianus *cap.* 41. *num.* 14. contra Doctores plures, quos refert, & sequitur Farinacius *quæst.* 116. *num.* 98.

Cæterum; prædictæ pœnæ contentæ in citata

32 lege, quisquis, aduersus filios, & filias committentis crimen læsæ Maiestatis humanæ consuetudine derogatæ videntur. Doctores, quos citat, & sequitur Farinacius *loco supra citato num.* 144. *& sequentibus*; adeò vt subdat, in iudicando non esse ab iis Doctoribus de hac consuetudine attestantibus recedendum. At dato,

33 non sint consuetudine derogatæ, locum solum habent in filiis, & filiabus, si crimen sit commissum à patre contra Imperatorem, vel Regem, vel eius lateri assistentem, vt multis Doctoribus relatis docet idem Farinacius *num.* 125. & probatur ex lege eorum *ff. ad legem Iuliam Maiestat.* iuncta glossa, vbi expressè dicitur, bona damnatorum ex hoc crimine fisco applicari; si damnati non habeant filios, secus, si habeant: quod pugnat cum eo, quod dicitur *in lege, quisquis*, & *leg.* 1. *Cod. de bonis, quæ liberis, & l.* 4. *ff. de interdict.* Quapropter vt discordes non sint inter se leges, dicendum est, has leges posteriores loqui de crimine læsæ Maiestatis commisso contra Principem; & l. eorum, priorem loqui de aliis casibus læsæ Maiestatis, de quibus *in l.* 1. 2. *& 3. ff. ad legem Iuliam Maiestat.* vt rectè notauit præter alios Clarus *loco supra citato, numer.* 15. Accedit, quod lex, quisquis, solum loquitur de crimine læsæ Maiestatis commisso aduersus Imperatorem, Consiliarios, & Senatores eius, eosque, qui ei militant; & ex alio capite, leges, præsertim pœnales, extendi non debent ad alias personas, præter ibidem extensas; & consequenter extendi illa non debet ad crimen læsæ Maiestatis commissum aduersus Rempublicam, vel Principem inferiorem Imperatore, vel Rege, etiamsi superiorem non recognoscat, vt rectè notauit præter alios Facchin. *lib.* 9. *controuers. cap.* 32. 34

At quidquid sit de hoc; nomine Principis in casu nostro priuationis immunitatis Ecclesiæ 35 venit, qui supremam habet iurisdictionem, & nemini est subiectus, qualis est, v. g. Pontifex, Imperator, Rex Hispaniæ, Rex Galliæ, Angliæ, Poloniæ, &c. item ex probabiliori sententia 36 Doctorum venit Dux Florentiæ, Austriæ, Sabaudiæ, Saxoniæ, Parmæ & similium; Item Dux Reipubl. Venetæ, vel Ianuensis, & Magnus Magister Equitum S. Ioannis, sicuti tradunt Iul. Clarus §. *læsæ Maiestatis numer.* 2. Decian. *tract. crim. lib.* 7. *cap.* 32. *numer.* 7. Peregrin. *de immunit. cap.* 9. *num.* 4. Farinacius *in append. de immunit. cap.* 14. *num.* 188. & de homicidio *quæst.* 112. *num.* 176. Ambrosin. *de immunit. cap.* 9. *num.* 5. & Marius *Ital. de immunit. Eccles. cap* 6. §. 7. *num.* 18. Item ex non improbabili sententia DD. venit si 37 non Episcopus quin neque S. Pontificis Nuncius siquidem Gregorius loquitur de offendente personam ipsiusmet Principis. Doctores communiter, quos citat, & sequitur Farinac. *in append. cap.* 145. & Mat. Italia *lib.* 1. §. 7. *cap.* 29.) *saltem.* S. R. E. Cardinalis etsi Capellum à Papa nondum acceperit; sicuti docent Clarus §. *læsæ Maiestatis num.* 4. Peregrin. *de immunit. cap.* 9. *num.* 5. & *cap.* 11. *num.* 2. Gambacurta *de immunit. lib.* 5. *cap.* 44. *num* 5. Mar. Ital. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. & §. 7. *num.* 11. Cutrellius *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q.* 20. *nu.* 3. & 12. & Diana *p.* 1. *resol.* 20. & *par.* 5. *tract.* 2. *resol.* 86. 87. 90. & 91. quia *ex cap. felicis, de pœnis in* 6 & ex Bulla Pij V. quæ incipit. *Infelicis seculi; vers. quicunque*, incidit in crimen læsæ Ma- 38 iestatis, qui non reuelat coniurantes, vel conspirantes, vel machinantes in personam Cardinalis (ante, vel post delictum commissum) & eorum fautores, receptatores, &c. nedum qui positiuè offendit personam Cardinalis & merito; quia Cardinales æquiparantur Regibus, & Principes 39 Ecclesiæ Romanæ vocantur, & faciunt vnum corpus, & Consistorium cum Summo Pontifice; & sunt speciali modo membra illius, & speciali modo filij Ecclesiæ Catholicæ, *cit. cap. felicis*, §. 1. *de pœnis in* 6. & multis in id collatis iuribus probat Clarus *loc. suprà cit.* (adeò quod, vt dicebamus, & rectè notauit Io. Andreas *in cap. requisisti de testam. num.* 12.) inter Pontificem, & Cardinales 40 non solum vnio, sed etiam vnitas, & identitas quædam intercedat; & propterea quidquid fauet, vel nocet Cardinalibus, fauere, vel nocere Sedi Apostolicæ intelligatur, & è contra licet Regiam quasi dignitatem habeat, & Principi æquiparetur, *d. cap. felicis, de pœnis, in* 6. non sit tamen propriè supremus Princeps superiorem non habens, de quo loquitur Constitutio Gregorij XIV.) sentiat Farinacius *in append. de immunit. cap.* 13. *num.* 185. & 192. vbi propterea ait, quod etiam occisor Cardinalis, nedum Episcopi, Ecclesiæ immunitate non priuetur; etsi

etsi subdat,quod ad cautelam debeat Prælatus Ecclesiasticus in tali casu Pontificem certiorem facere,& interim cautè Reum seruare.

42 Requiritur tamen ad hoc, quod offendens Principem immunitate priuetur,quod princeps,offensus sit Princeps respectu offendentis,seu offendens sit ei subditus ratione originis, vel domicilij; ità
43 vt,licet delinquens in aliquo territorio, fiat subditus ratione delicti,non tamen dicatur committere crimen læsæ maiestatis,nisi ratione domicilij, vel originis sit subditus Principi, in cuius personam delictum committit,sicuti clarè cõstat ex *Clement. pastoralis de appellation.* in qua, cùm inter
44 cætera ageretur, an Rex Siciliæ commisisset crimen læsæ maiestatis, Summus Pontifex negatiuè respondet, quia non erat subditus ratione domicilij, vel originis, ibi: *rursus non est silentio relinquendum, quod ipse Rex noster, & Ecclesiæ Romanæ ratione Regni prædicti notoriè subditus, homoque ligius, ac vassallus, ac in eodem regno,non vt præmittitur,in Imperio certum,continuum,ac notorium suum habens domicilium,ac originem inde trahens,Imperatori eo modo non subfuit,quod in eum crimen læsæ maiestatis commiserit,quãtumlibet omnia in sententia supradicta contenta veritatem indubiam continerent*;& docent ex communi ibi gloss.Imola, Zabarella,& alij Canonistæ, Boerius *de seditiosis col.* 18. *vers.præsuppono etiam sexto*, Bonacina *de legib. disp.* 3 *q.*7.*de immunit.Eccles.*§.4.*n.* 22. Lezana *ver. immunitas Eccles.n.*15.Rolandus *lib.*1 *consil.*4.*num* 5. Clarus *in pract* §.*læsa Maiestatis,n.* 7. Diaz *pract.c.* 119.*n.*1.*in princ.*Farinac *de homicid:o,q.*112.*n.*240. *& in append.de immunit.cap.*14.*n.*191.Anton. Gomez *de delictis.c.*2.*n.*10.Scorria *Theorem* 387.Ambrosinus *de immunitate Eccles.cap* 9.*num.*6.Matius Italia *de immunit.lib.*1.*cap.*5.§. 7.*num.* 48.*& seqq.* Megal.*in* 3 *part.lib.*4.*cap.*2.*q.*1.*num.*23.Peregrinus *de immunit.Eccles.cap.*9.*n.*8.Gambacurta *lib.*5.*cap.* 41.*n.*2.Decianus *lib.*7.*cap.*8.*num.* 3. & Diana *part.* 1.*tract.* 1. *resol.* 7. contra Curtellium *de immunit. Eccles.lib.*1.*q.*7.*num.*21.*& seqq.* & alios; quos citat *num.*38.

45 Hinc infertur à præcitatis, Doctoribus, crimen læsæ maiestatis contra Summum Pontificem committi posse ab omnibus,tam laicis, quam Clericis, quacunque dignitate fulgentibus,vbicunquè existant,etiam si ei in temporalibus subditi non sint; quia territorium Summi Pontificis est vniuersus orbis;cum ipse sit Christi Vicarius, suamque iurisdictionem exerceat in toto Orbe.Idem de offendente Cardinalem;(etiamsi offendens nõ sit ei sub-
46 ditus in temporalibus)testatur Farinac.*de carcer.q.* 112.*n.*100.Gigas *de crimine læsæ maiest.lib.*1. *rubr. qualiter,& à quibus crimen læsæ maiest.committ.q.*2. *n.*10.Peregrin.*c.*9. *n.* 7. & ratio desumi potest ex
47 supradictis *n.*38.*& seqq.*Non tamen idem dicas de offendente Principem secularem,si offendens non sit ei subditus ratione domicilii, vel originis, vti dicebam; quamuis Papa facilè posset, & deberet priuilegio immunitatis priuare quemcunquè talem delinquentem, qui tam graue scelus in personam alicuius Principis, vel Regis committere ausus fuisset, etiam si aliàs subditus, ei non esset, nequè ratione domicilij, neque originis.

SECTIO II.

Difficultates,earumque Solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Extraneus offendens Principem licet non subsit ei ratione Originis,vel Domicilij,subest tamen saltem ratione delicti,ex quo videtur ex mente Curtellij committere crimen læsæ maiestatis.*

2 *Sicuti forum rei sita in ciuilibus; ita in criminalibus forum delicti foro originis, & Domicilij potentius est.*

3 *Extraneus offendens Principem subest ei saltem ratione delicti concomitanter ad delictum; ita vt post delictum ei subsit, & ita priuatur immunitate;secus si antecedenter ad delictum non erat ei subditus.*

4 *Extraneus furans in Diœcesi Episcopi qui furtum prohibuit sub censura, censuram non incurrit si antecedenter ad delictum non erat ei subditus.*

5 *Ius loquendo de ledentibus maiestatem, includit omnem,qui in Maiestatem delinquit quæ propositio vera est si antecedenter ad delictum erant subditi, secus si tantum concomitanter.*

6 *Non subditi,& liberi etiam dato fœdere possunt retineri,& puniri vt Rei simpliciter; secus vt Rei læsæ maiestatis formaliter.*

7 *Infidelis offendendo Pontificem, vtpote ei non subditus non committit crimen læsæ maiestatis; secus si ei subsit vt Principi seculari ratione Domicilij,vel ratione originis.*

8 *Infidelis gauderet immunitate offendendo Pontificem si ei non sit subditus vt Principi seculari in sententia extendentium immunitatem ad infideles.*

9 *Delicta leuiora sæpe magis puniuntur quam grauiora, quia frequentius illa accidunt, vel ex aliqua alia causa, quæ mentem Legislatoris monit.*

OBiicies ex Curtellio. Extraneus offendens 1
Principem,licet non subdatur ei ratione originis,vel domicilii,subditur tamen saltem ratione delicti,ergo adhuc offendendo Principem cõmittit crimen læsæ Maiestatis. Consequentia patet:antecedẽs probatur ex *Auth si qua in prouincia Cod. vbi de crimine agi oport.* Quinimmò sicuti forũ rei sitæ 2
in ciuilibus,ita in criminalibus forum delicti foro originis,& domicilij potentius est,ex *dict. Auth. si qua in* prouincia, & Auth. de consulr. & Auth. de mandat.Princip.*c.postulasti,*14 *de foro compet. c.* 2. *consult.in* 7.*c.*1.*de rapt.c.*1.*de priuileg.in* 6. & Concil.Trident.*de reformat.sess.*7.*c.*14. & colligitur ex ipsa *cit.Clement.Pastoralis;* & tradunt communiter Doctores,quos citat,& sequitur Curtellius *in Cod. Siculo ad legem Petri Nota* 7. *n.* 9. *&* 10. Donellus *comm.iur.ciuil.lib.*17.*c.*16. *tom.* 2. Morla *in empor. part.*1 *tit.*2 *q.*20.*n.*10.Cabed.*decis.*26 *part.*1.Cald. *consil.*23.*n.*5 & Barbosa *appellat.*101.*n.* 4. *&* 5. vbi allegans Hieronymum Buccarum *in differ.iuris ciuil.& crimin.differ.*130.*n.*16.ait in hoc differre ciuilia à criminalibus, quod si in his contra personam agatur, forus loci delicti est potentior foro domicilij.

Respon

Respondetur, Distinguo antecedens: extraneus offendens Principem subditur ei saltem ratione, delicti, concomitanter ad delictum, ita vt post delictum, & ratione delicti ei subdatur, vt sic possit ab eo puniri ob tale delictum, concedo. antecedenter ad delictum, ita vt committendo delictum, illud cõmittat tanquã subditus, nego. Et hoc requiritur ad committendum crimen læsæ Maiestatis, vt patet ex *dict. Clemẽt. Pastoralis*; & confirmatur ex doctrina cõmuni, quã tradam *c. 11. dub. 1. sect. 11.* quod scilicet, si quis Episcopus in sua diœcesi prohibeat v.g. furtum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, extraneus ibi furando possit quidem ob furtum ibi commissum puniri, citari, & si non obediat, tanquam contumax, postea ab Episcopo talis diœcesis excommunicari; quia ratione talis delicti ibi commissi factus est ei subditus: non tamen ibi furando contrahat excommunicationem furto à dicto Episcopo annexam, & al. ligatam; quia antecedenter ad furtum non erat ei subditus, vt furando contrahere posset excommunicationem, quam Episcopus talis diœcesis furto alligauerat: vnde patet etiam ad rationes antecedentis: concedo enim, quod extraneus delinquendo in aliquo loco, possit, & potiori ratione puniri à Iudice talis loci, quam à Iudice originis vel domicilij; quia ratione delicti ei factus est subditus; non tamen hinc infertur, quod ibi delinquendo in Principem, crimen læsæ Maiestatis committat; quia delinquendo non erat ei subditus, & sic non offendit eum vt subditus, quod ex dictis ad committendum crimen læsæ Maiestatis requiritur. 4

5 Instabis. Ius loquendo de lædentibus Maiestatem includit omnem, qui in Maiestatem delinquit, vt *in l. 5.* ibi: *Quo tenetur is.* & *in l. vlt.* ibi: *Nam quisque legis Iuliæ, ff. ad leg. Iul. Maiest. & l. quisquis, Cod. eod.* quarum quælibet dictio generalis est, ac omnes sine vlla exceptione comprehendit, teste gloss. *in l. si necessaria, §. si annum ff. de pign.*

Respondetur. Distinguo antecedens: includit omnem qui sit subditus antecedenter ad delictum, concedo: concomitanter ad delictum, nego.

6 Reinstabis. *In l. non dubito, ff. de capt. & postlimin. reuersis*, clarè dicitur, quod non subditi, & liberi, etiam dato fœdere, possint retineri, & puniri, ibi: At fiunt apud nos Rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus, ergo.

Respondetur. Distinguo antecedens: possint retineri, & puniri vt Rei simpliciter, concedo: vt Rei læsæ Maiestatis formaliter, nego.

7 Vrgebis. Sequeretur, quod infidelis offendendo Pontificem, vtpotè ei non subditus, quia secundùm Apostolum, *de foris ei*, neque crimen læsæ Maiestatis committeret, & immunitate Ecclesiæ gauderet.

Respondetur. Concedo totum: si infidelis neque 8 subdatur Pontifici, vt Principi seculari, ratione domicilij, vel ratione originis, sed solum ratione delicti; esto sit probabilis opinio eorum, qui docent, Ecclesiæ immunitatem, tanquam localem etiam ad infideles extendi, de qua dixi *supra dub. 10. sect. 4.*

Reurgebis. Leuiora delicta immunitate Ecclesiæ priuantur, ergo multò magis priuari debent & hæc.

9 Respondetur. Nego consequentiam; quia sæpe magis puniuntur delicta leuiora, quam grauiora; quia frequentius illa accidunt, vel ex aliquâ alia causa, quæ mentem legislatoris mouerit, vti videre est ex iis, quæ dicentur *infra sect. sequenti per totam*, & colligitur *ex l. aut facta, §. vlt. ff. de pœnis*, ibi: *Nonnumquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur.* Et ex Aristotele *in problematibus sect. 29.* ibi: *Legis auctor, cùm sciret illis in locis dominos res suas custodire non posse, eusdem legem addidit.*

SECTIO III.

An immunitate priuetur, qui delinquit in personam Principis superiorem recognoscentis?

SVMMARIVM.

1 *Committentes crimen læsæ maiestatis in Personam Principis superiorem recognoscentis vt in Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones Regni, non priuantur Ecclesiæ immunitate.*

2 *In constitutione Gregoriana nomen Principis strictè pro Principe supremo accipiendum est.*

EX dictis sequitur primò, quod immunitate non priuetur, qui crimen committit in personam Principis superiorem recognoscentis, vt in Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones Regni, &c. quia cùm simus in materia odiosa, & pœnali, & immunitas Ecclesiæ sit fauorabilis propter loci sacri reuerentiam, (vt dicebam *supra dubitat. 3.* ly nomen Principis in cit. Constitutione Gregorij XIV. strictè scilicet pro Principe Supremo, accipiendum est. Atque ita docent Peregrin. *de immunit. Eccles. cap. 9. numer. 8.* Barbos. *in collectan. tom. 1. libr. 3 tit. 49. cap. 6. num. 10.* Farinac. *in append. de immunit. cap. 13. num. 187.* Bonacina *de legib. disputat. 3. quæst. 7. punct. 4. numer. 7. 22.* Ambrosinus *de immunit. Eccles. cap. 9. numer. in fin.* Mat. Ital. *de immunit. lib. 1. c. 6. §. 7. n. 29. & seqq.* & Diana *par. 1. tract. 1. resol. 6.* contra Megalium *cit. c. 2. q. 1. n. 22.* Gambacurt. *lib. 5. c. 44.* & Curtellium *de immunit. Eccles. lib. 1. q. 6.* 1 2

SECTIO IV.

An priuetur, qui delinquit in statum Principis supremi in vxorem, consanguineos, vel officiales eius?

SVMMARIVM

1 *Committentes crimen læsæ Maiestatis in statum Principis (quãuis supremi) vel in vxorem, consanguineos, Officiales, vel Consiliarios eius, gaudent Ecclesiæ immunitate.*

2 *Occidentes filium Regium, Præsidem Iustitiæ, Consiliarium, vel summum Magistratum lateri supremi Principis assistentem in sententia Curtelly non omnino improbabili, non gaudent immunitate.*

3 *Summus Magistratus assistens lateri supremi Principis facit vnum corpus cum illo.*

4 *Par est & expedient bono publico quod ita diligenter & exacte defendatur supremus Princeps cum tribunali supremo suo sumptus, cum quo bonum publicum curat.*

1 SEquitur secundò,quod immunitate neque priuetur, qui crimen committit in statum Principis supremi, vt in vxorem, consanguineos, officiales,vel consiliarios eius supremos; v. g. si quis occidat vxorem,filium,aut fratrem,Proregem,oratorem,Fiscum regium,vel quemcumque alium Iustitiæ Præsidem Principis,etiam in odiũ Principis; quia licet talis per rebellionem,vel per occisionem vxoris,filij,consanguinei, officialis, vel consiliarij Principis,resistat,& non obediat Principi,& sic crimen læsæ Maiestatis committat, non tamen offendit personam Principis;quod,vt reus immunitate Ecclesiæ priuetur, requiritur ex vi Constitutionis Gregorij XIV.alioquin enim frustra ponerentur in constitutione verba illa: *In personam Principis.* Atque ita docent Peregrin. *de immunit. c.* 10. *n.*13.Marsilius,& Bursatus,quos citat,& sequitur, Farinac. *in append. c.*14 *n.*190.& 192 Ambrosinus *de immunit. c.*9 *n.*7 Scottia *in Bullar. Theorem.* 387. Lezana *ver. immunitas,n.*15.Bonac. *de immunit. disp.* 3.*q.*7 *punct.*4.*n.*22.Diana *part.*1.*tract.* 1.*resol.* 7.& 20.Siluius *in resol. var. ver. Immunitas,fol.* 108. Iulius Clarus *§. læsa Maiestatis n.*3.Mar. Italia *lib.* 1. *c.*5.§.7.*n.*20.& *seqq.* & Marcellus Vulpe *in praxi. crimin. l.*3.*n.*15.Contra Curtellium *cit. q.* 6. *n.* 25.

2 & Gambacurtam *lib.*5.*c.*45. *dub* 3. & 4. quorum opinio(vt verum fatear) non omninò improbabilis est in casu,quòd verbi gratia occidatur fiscus Regius, Præses Iustitiæ,Consiliarius, vel summus Magistratus lateri supremi Principis assistens, qui

3 sit pars proprij corporis illius,seu faciat vnum corpus seu supremum tribunal cum illo,sicuti ex non improbabili sententia Doctorum dicebatur *suprà sect.*1 *n.*37.quod offendens Cardinalem immunitate non gaudeat; ex eo, quod Cardinalis faciat vnum corpus,seu consistorium cum Summo Pon-

4 tifice.Et confirmatur;quia par est,& expediens bono publico,quod ita diligenter, & exactè defendatur supremus Princeps cum tribunali supremo suo sumptus,cùm non solitariè,sed cum tribunali supremo suo sumptus,bonum publicum curet, & gubernet.

SECTIO V.

An priuetur rebellis, vel qui offendit statuas, vel imagines dicatas Principi, vel quid aliud simile facit contra Principem? Vbi etiam de sciente, & non reuelante.

SVMMARIVM.

1 *Rebelles,vel offendentes statuas, vel imagines dicatas Principi, licet committant crimen læsæ Maiestatis,non tamen in Personam Principis, gaudent Ecclesiæ immunitate.*

2 *Dictio taxatiua (tantum) de sui natura impedit extensionem ad non expressa.*

3 *Cudentes falsam pecuniam,vel bonam tondentes, & omnes alij offendentes principem in Dignitatem, non autem in Personam gaudent immunitate.*

4 *Appellantes à Papa ad futurum Concilium,licet id agentes incidant in crimen læsæ maiestatis, non tamen priuantur immunitate contra Gambacurtam,& Curtellium.*

5 *An non reuelans coniurationem, conspirationem, vel machinationẽ in Personam Principis(siue ante,siue post crimen commissum)priuetur immunitate,est discrimen inter Doctores & sunt pro vtraq; parte negatiua tamẽ est probabilior.*

6 *Non reuelans coniurationem in Personam Principis committit crimen læsæ maiestatis in omittendo,secus in committendo,& quia Constitutio Gregoriana intellgit tantum de committentibus gaudet immunitate.*

7 *Item dic de eo qui non reuelat machinationem in Personam Cardinalis.*

8 *Casus præditus est valde dubius, & ideo ex consilio Auctoris,si accidat,est de eo summus Pontifex certiorandus per Episcopum, & ab eo consilia capienda.*

9 *Fauens vel receptans offendentem Principem, vel Cardinalem per se & formaliter in fauorem criminis commissi in Personam Principis & Cardinalis non gaudet immunitate; secus si per accidens & materialiter,puta ratione amicitia,consanguinitatis &c.*

10 *Si casus contingat ex sententia Diana capiendum est consilium à summo Pontifice.*

1 SEquitur tertiò,quod immunitate neque priuetur rebellis,vel qui offendit statuas, vel imagines dicatas Principi,etiam in odiũ Principis; quia licet talis etiam crimen læsæ Maiestatis committat, non tamen similiter committit in personam Principis;quod requiritur ex vi dictæ Constitutionis Gregorii XIV. vti dicebam; præsertim, quia 2 paulò,ante ponitur in illa dictio taxatiua ly *tantũ*, quæ de sui natura est,impedire extensionem ad nõ expressa;& in eadem fit exceptio ea suum per modum formæ;cui propterea nihil addi,vel minui potest,sed ad vnguem prorsus seruari debet.

Idem propter easdem rationes dicas de eo, qui 3 falsam pecuniam vel veram, sed contra Principis editum,cudit;vel bonã tondet,tractat de Rege faciendo,viuente Rege;vel facit,& dicit se Regem,cũ non sit;offendit eum,qui saluum conductum habet à Rege;expoliat nuncios Regis,vt sciat arcana Regni,& secreta Regis,à militia fugit, cùm sit miles militiæ,accepta pecunia,ascriptus; imprimit propriam imaginem, sublata imagine Principis; coniurat,vel machinatur, vt inimicis tradatur Regnũ, &c.etiam in odium Principis;cùm talis etiam non coniuret, & machinetur in personam Principis, nec faciat actionem in offensionem personæ Principis, sed solum in offensionem dignitatis,vel status Principis;Atque ita docẽt Peregrinus,Siluius, & Farinacius *in locis suprà cit.*Mar.Ital. *de immunit. lib.*1.*c.*5.§.7.*n.*45.Lezana *cit. n.*15.Bonac. *cit. q.* 7. *punct.*6.§.6.*n.*5.Diana *cit. resol.* 7.& 20.& *part.* 4. *tract.* 1.*resol.* 103. & Franciscus Cespedes *in dub. Militar. dub.*21.contra Gambacurtam *de immunit. lib.*1.*c.*44.*dub.* 5. Sarpum *loco suprà cit.*& Curtellium *de immun. Eccles. lib.*1.*q.*7. Vnde etiam sequitur contra Gambacurtam *lib.*7. *c.* 5.*in fin.* & Curtellium *q.*17.*n.*12.quod neque appellans à Papa ad futurum Concilium immunitate priuetur, etiam stante,& decernente Constitutione Pij II. & Iulii II.id agentes in crimen læsæ Maiestatis incidere.

An antè,qui nouit coniurationem,conspirationem,vel machinationem in personam Principis,& 4 non reuelat(siuè antè, siuè post crimen commissum)priuetur immunitate Ecclesiæ?

Affirmant Farinacius *in append. de immunit. c.* 13. 5 *n.*186. Mar. Ital. *de immunit. lib.*1.*c.*5.§.7.*n.* 52.& Curtellius *cit. q.*7.*n.*41.& 42.quia talis reuera cõmittit crimẽ læsæ Maiestatis in personã Principis.

Negant

Negant autem probabilius Peregrin *de immunit. cap.* 10.*num.* 11. Bonacina *tom.* 2.*disp.* 3.*quæst.* 7.*punct.* 7.*num* 11. Diana *part.* 6.*tract.* 1.*resol.* 18. & Ghilinus in Summa, *ver. Crimen. læsæ Maiestatis, n.* 1.*lit. C.* quia licet talis aliquo modo cõmittat crimen læsæ Maiestatis in personam Principis, & sic morte sit dignus; committit tamen propriè crimen læsæ Maiestatis in personam Principis, omittendo, non autem committendo; quod vltimum requiri videtur in Constitutione Gregorij XIV. 6 cùm Pontifex loquatur per dictionem *In*, quæ idem valet, ac *Contra*; & importat actionem in personam Principis, non autem omissionem, & ex alio capite simus in materia pœnali, & odiosa; & immunitas Ecclesiæ propter reuerentiam loci sacri 7 sit fauorabilis, vt supra dicebatur; Quapropter ob eandem rationem cum Peregrino *cap.* 11. *num.* 5. 8 idem dicas de eo, qui nouit machinationem in personam Cardinalis, & non reuelat: quamuis ad cautelam, si talis casus contingat, cùm sit valde grauis, & dubius, consulerem, quod Episcopus certiorem faciat Pontificem, & interim cautè custodiat delinquentem. Vide Dian. *cit. resol.* 90 *&* 91. 9 & Peregrinum *cit. cap.* 11. *num.* 4. vbi cum Megalio *in* 3. *part. lib* 3. *cap.* 9. *q.* 1. *n.* 3. de fautore, & receptatore offendentis Principem, vel Cardinalem rectè notat; quod, si receptio facta sit per se, & formaliter in fauorem criminis commissi in personam Principis, vel Cardinalis (vt si facta sit, v. g. ne reus à satellitibus comprehendatur, vel ne à Iudice puniatur) receptator non excusetur à pœna, & Ecclesiæ immunitatem deperdat; si autem non facta per se, & formaliter in fauorem criminis commissi, sed per accidens, & materialiter (vt si facta sit hospitij, amicitiæ, vel consanguinitatis gratia) mitiori pœna puniatur, & Ecclesię immunitatem retineat; quamuis quoad hoc vltimum dubius sit Diana *cit. resol.* 91. *in fin.* & velit similiter, si casus contingat, con- 10 sulendum esse Pontificem, quod propter iam suprà dictam rationem mihi etiam probatur.

DVBITATIO XXIV.

An excipiantur ab Ecclesiæ Immunitate aliæ causæ criminales, præter supra dictas, saltem grauiores?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Præter causas supradictas non excipiuntur ab Ecclesiæ immunitate aliæ graviores.*

2 *Decisio capituli inter alia, de immunitate non est extendenda ad alios casus præter ibi expressos.*

3 *Omnes de iure canonico gaudent immunitate Ecclesiæ exceptis casibus in dicto capitulo, inter alia, positis.*

4 *Exceptio firmat regulam in contrarium quoad casus non exceptos.*

5 *A regula generali recedendum non est vbi exceptio non ponitur.*

6 *Qui habet regulam pro se, fundatam habet suam intentionem in casibus non exceptis.*

7 *Dictio taxativa (tantum) quando adiecta est oratione affirmatiuæ (vt in constitutione Gregoriana) affirmat illud quod ponit, & negat, & excludit omne aliud, quod est extra modum, & formam eius quod ponitur.*

8 *Afferuntur ad corroborandæ quæ dicta sunt verba Constitutionis Gregorianæ.*

9 *Forma nihil addi, aut minui potest, sed seruari illa debet ad vnguem.*

10 *Clausula (sublata facultate ei, & eorum cuilibet &c. apposita in Constitutione Gregoriana tollit omnem prorsus interpretationem, & extensionem.*

11 *Qui furatur in Ecclesia, gaudet immunitate Ecclesiæ.*

12 *Constitutio Gregoriana corrigit ius commune, & prouinciale, Doctorum interpretationes, & à paritate rationis ampliationes consuetudines, & priuilegia in contrarium.*

RESPONDETVR, negatiuè; & probatur 1 primò; quia *in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* conceditur immunitas quibuscũque Reis, quantumuis grauia delicta cõmittentibus (exceptis quibusdam ibi) ergo omnes alij Rei propter quæcumque alia grauia delicta ex vi talis textus; & sic ex vi Iuris communis etiam non excipiuntur, sed manent comprehensi. Quapropter Panormit ibi, *n.* 17. & Antonius Gomez, 2 *tom.* 3. *var. c.* 10. *n.* 2. dicunt, quod decisio illius capitis non sit extendenda ad alios casus; & Bossius, *tit. de captura. n.* 32. dicit, concluſum esse in Senatu, quod nec etiam pro crimine læsæ Maiestatis possit Reus extrahi, & sic ob quantumuis crimen graue, vltra ibi excepta, non sit extrahendus; Et Mon- 3 taldus, *par.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4 dicit, quod in nullis aliis casibus, vltra ibi exceptos, Reus debeat extrahi; quia immunitas, & fauor Ecclesiæ debet amplè intelligi; & Marianus Zozymus *in tract. de citationibus art.* 17. *num.* 36. dicit, quod secundum Doctores casus ibi excepti non extendantur ad similes; Et tandem Faber §. *fin. Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, num.* 2. dicit, quod de iure Canonico omnes gaudeant immunitate Ecclesiæ, exceptis casibus in dicto cap. inter alia, positis: idemque docent Guttierez *in pract. qq. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 12. *&* 13. Farinac. *in append. de immunit. c.* 22. *n.* 353. Castrus Palaus *tom.* 2. *tract.* 11. *disp. vnic. punct.* 10. *n.* 4. Chartarius *decis. crimin.* 9. *num.* 14. *&* 15. & alij mox *infrà* citandi, contra Gambacurtam *lib.* 5. *cap.* 18. Portellum *in dubia Regular. ver. Ecclesia immunitas, n.* 15. Curtellium *in leg. Martini Regis cap.* 17. *n.* 5. *& de immunit. Eccles. q.* 2. *&* 21. *lib.* 1. Sarpum *de Iure Asylorum cap.* 5. *fol.* 55. & quosdam alios. Et ratio est; quia dictum cap. *Inter alia* prius dicit, quantumcunque grauia delicta perpetrauerint; & postea in particulari subdit quasdam exceptiones, scilicet, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, &c. ergo non possumus ad alia delicta æquè grauia illas exceptiones extendere; quia sic non esset exceptio, sed regulæ destructio: cùm ergo ius commune constituat vniuersalem regulam, & postea subdat quasdam particulares exceptiones, consequens est, quod confirmet regulam quoad omnia delicta non excepta, iuxta illud: *Exceptio firmat regulam in contrarium quoad casus non exceptos. ex l. nam quod liquidè,* 4 §. *fid. de procurat. legit. & ex l. quæsitum,* §. *denique, ff. de fund. instruct. & ex cap. domus,* 32. *q.* 7. & tradit Bartol. *in dict. leg. quæsitum*, Roman. *singular.* 337. *numer.* 8. Surdus *consil.* 430. *numer.* 7. *lib.* 3.

Gratian. *discept. forens. cap.* 598. Gratus, *responsa.* 155. *num.* 6. *lib.* 2. Giurba *consil.* 110. *num.* 18. & determinauit Rota Romana coram Ludouisio *decis.* 259. *num.* 4. Vnde recedere non possumus à regula generali posita *in dist. c. inter alia*; quia à regula generali recedendum non est, vbi exceptio non ponitur; vt patet *ex l. renunciationis, ff. de renunciat.* & docuit Rota Romana penes Farinacium, *par.* 4. *decis.* 688. *num* 3. & Caputaquen. *par.* 2. *decis.* 367. *num.* 2. & 3. & ideò rectè dixit Barthol. *in l. in fraudem*, §. *bonorum, ff. de testam. militari*, & Monaldus *consil.* 96. *nu.* 3. *vol.* 2. quod exceptio, quæ à lege non fit neque ab homine fieri debeat. Cum igitur ius commune constituat regulam generalem (scilicet, quod Rei pro quibuscunque delictis, quantumuis grauibus, gaudere debeant immunitate Ecclesiæ) & posteà excipiat quosdam casus, sequitur necessariò, quod in casibus non exceptis regulæ generali standú sit; quia qui habet regulam pro se, fundatam habet suã intentionem in casibus non exceptis, ex glos. *in c.* 1. *de regul. iuris in 6. circa fin.* & *ex gl. in l. omnis definitio. ff. eodem.*

Secundò probatur; quia in Constitutione Gregorij XIV. (in qua omnia ad vnã formam redigũtur) expresè excipiuntur casus in præcedentibus dubitationibus recensiti, & nullus alius præter illos excipitur, ergo nullus alius præter illos manet ab immunitate exclusus. Consequentia probatur; quia exceptio firmat contrarium in casibus non exceptis, seu non expressis *l. nam quod liquidè*, §. *fin. ff. de penu legata*, & *cap. domus*, 32. q. 7.

Adde, quod excipiens Pontifex prædictos casus, apponit particulam taxatiuam ly *tantum*, quæ de sui natura impedit extensionem in non exceptis, seu non expressis *l. si cum exceptione*, § *quod si homo, ff. quod metus causa*, *l. properandum*, § 1. *Cod. de iudicijs.* & §. 1. *in fin. Instit. de stipulat. seruor.* Et quando adiecta est rationi affirmatiuæ, vt in dicta Constitutione, affimat illud, quod ponit, & negat, ac excludit omne aliud, quod est extra modum, & formam eius quod ponitur *ex l. Iulianus, & l. non tantum, ff. de petit. hæredit.* & *ex l. qui aliena*, § *liberto, ff. de negot. gest.* & obseruant Surdus, *decis.* 192. *num* 10. Viuius *decis.* 380. *numer.* 11. *lib.* 2. Franchus *decis.* 123. *num.* 4. & Seraphinus *decis.* 257. *num.* 2. Vide etiam Decium *lib.* 1. *consil.* 54. *num.* 1. Suar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 19. *num.* 6. & *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. Ambrosinum *de immunit. cap.* 1. *num.* 14. Farinacium *consil.* 76. *num.* 13 & *in append. cap.* 25. *num* 353. Peregrinum *cap.* 6. *num*, 24. & Dian. *par.* 4. *tract.* 1. *resol.* 45. Et quod dixi eo magis verum est, quia Gregor. XIV. in fine hæc verba subdit: *Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores, pro expressis habentes, quatenus præmissis in aliquo aduersentur, aut plures, quam sapius expressos casus contineant, authoritate, & tenore præmissis omnino tollimus, & abrogamus, & ad terminos præsentis Constitutionis quo ad superius rescripta duntaxat reducimus; Et nolumus, quidquam de cætero suffragari, & qualibet alia dicta sedis indulgentia generali, vel speciali, per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta effectus earum quomodolibet valeat impediri.*

Adde secundò, quod talis exceptio fit per modum formæ (vti constat ex illis verbis, *Ad vnam tantum formam reducimus.*) At quod formæ nihil addi, velminui possit, sed seruari illa debeat ad vnguẽ, certum est *ex l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunciat.* & docent Baldus *in l. quoties, Cod. de fund. & legitim.* Roland *consil* 30. *num.* 3 & *consil.* 71. *num.* 60. & 68. *lib.* 3. & Paris. *consil.* 19. *num.* 188 *lib.* 2

Adde tertiò, quod in dicta Constitutione apponitur clausula, ly *sublata facultate eis; & eorum cuilibet* &c. quæ clausura resecat, & tollit omnem prorsus interpretationem, & extensionem ad casus non expressos, vt notat Decius *consil.* 61. *nu.* 2. *lib.* 1. Puteus *decis.* 50. *n.* 5. *lib.* 1. Aymon *consil.* 201. *nu.* 43 Farinac. *consil.* 76. *n.* 14. & in appendice *de immunit. Eccles. cap.* 22. *n.* 353. Gutierez *lib.* 3. *pract. cap.* 4. *n.* 11. & 13. Leo *in Thesauro fori Eccles. cap.* 13. *num.* 23. Suar. *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. Germonius *de sacror. immunit. lib.* 13. *cap.* 13. *nu.* 56. Ambrosinus *cap.* 1. *ad fin.* & Peregrin. *de immunit. cap.* 16. *num.* 44. contra Decianum *lib.* 6 *cap.* 28. *num.* 20. & alios.

Adde quartò, quod S. Congregatio Immunitatis 10. Martij 1631. apud Barbosam *in Collectan. Bullar. ver. immunitas* declarauit, quod immunitate Ecclesiæ gaudeat, qui furatur in Ecclesia. Et S. Congregatio Episcoporum 16. Nouembris 1618. apud eundem Barbosam *de iure Eccles. libr.* 1. *cap.* 3. declarauit, quod immunitate Ecclesiæ etiam gaudeat, qui infert Sfigia in faciem alicuius in Ecclesia.

Atquè ita (quamuis contrarium dicant Gambacurta, Portellus, Curtellius, & Sarpus *in locis supra citatis*, & Decianus, ac Layman in locis *infrà* citandis) præter octodecim Doctores) quos citat, & sequitur Diana *par.* 1. *tractatu* 1. *resol.* 1.) docent etiam Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dubitat.* 10. *numer.* 2. Elisæus Danza *in pugna Doctorum tom.* 1. *tit. de immunit. Eccles. cap.* 7. *numer.* 15. Gutierez *in pract. qq. libro* 3. *quæst.* 1. *numer.* 3. & *quæst.* 4. *num.* 12. Germonius *de sacro. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 53. Azeuedus *lib.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *numer.* 18. Marcellus Vulpe *in prax. fori Eccles. cap.* 3. *numer.* 3. Maranta *in controuers. iur. par.* 2. *responsa.* 36. *numer.* 29. Ambrosinus *de immunit. cap.* 1. *numer.* 5. & 6. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 22. *numer.* 355. Castrus Palaus *tom.* 2. *tractatu* 11. *disputat. vnic. punct.* 10. *numer.* 6. Chartarius, *decis. crimin.* 46. *numer.* 3. & 4. Lezana *ver. immunitas Ecclesiarum, num.* 11. Sperellus, *decis.* 22. *numer* 8. Peregrin. *de immunit. c.* 6. *n.* 23. & 24. Locatellius *in Breuiar. de tortura, inspect.* 5. *num.* 159. Antonius de Marinis *in quotidian. resol. cap.* 170. *n.* 10. Ciarlinius *in controuers. forens. cap.* 4. *n.* 34. Bonacina, *to.* 2. *disp.* 3. *q.* 7. *punct* 3. *num.* 1. & Nouarius *in Summa Bullar. tit. de immunit. Eccles. num.* 3. & 55. Quod præsertim verum est ex vi Constitutionis Gregorij XIV. quę, vt dicebamus, corrigit ius commune, & prouinciale, Doctorum interpretationes, & à paritate rationis ampliationes, consuetudines, & priuilegia in contrarium, & omnia ad vnam formam redigit. Vide *supra dubit.* 7. & 8.

SECTIO II.

Difficultas Prima, Eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas ex authen. de mandat Princip. concedenda non est Homicidis, Adulteris, & Virginum Raptoribus.*

2 *Authentica prædicta Iure canonico correcta est.*

3 *Si liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus, & paulo post, nisi publicus latro fuerit, vel Depopulator agrorum.*

4 *Virginum Raptores in sententia Clari priuantur immunitate*

Digitized by Google

Immunitate, quia tale crimen est enorme. Sed ratio non conuincit.

5 *In materia immunitatis potius standum est Iuri Canonico quam Iuri Ciuili.*

6 *Virginum Raptores, si consuetudine legitimè introducta ad seruetur non gaudent immunitate in aliquibus locis.*

7 *Consuetudine introductum est aliquibus in locis, quod fures etiam simplices ad Ecclesiam confugientes à seculari Iudice extrahi inde possint, cum hoc crimen propter eius frequentiam Reipublicæ perniciosum sit.*

OBiicies primò, in Authent. de mandatis Principum, *c.* 11. expressè habetur, quod neque homicidis, neque adulteris, neque virginum raptoribus, &c. immunitas concedenda sit; ergo.

Respondetur, concedo antecedens: at nego cõsequentiam, quia talis Authentica iure Canonico correcta est, vti constat *cap. de raptoribus, 36. quæst. 1. & ex citat. cap. inter alia, de immunitate Ecclesiæ.*

3 vbi dicitur: *Si liber quantumcumque grania maleficia perpetrauerit, non est violenter ab Ecclesia extrahendus.* Et paulò post: *Et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, &c.* quæ exceptio firmat regulam in contrarium, vti *supra* dicebamus, & docent Abbas *citat. cap. inter, numero* 14. Angel. *ver. Immunitas, §.* 17. Silu. 3. *quæstio.* 2. Suarez *citat. cap.* 11. *numero* 17. Ioan. Faber. *Institut. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, §. sed & hoc tempore* (vbi dicit esse communem) &

5 Clarum *§. fin. q.* 3. *n.* 10. quamuis de Virginum raptoribus contrarium sentiat, ibid. *n.* 8. ex eo, quod tale crimen enorme sit, quæ ratio non conuincit, quia apertè obstat iuris Canonici Constitutio *in cit. cap. inter alia*, cui in hac materia potius standum est, quàm iuri Ciuili, sicuti *supra dubit.* 5. ex

6 communi dicebamus, & fatetur etiam ipse Couar. *numer.* 3. Quapropter id defendi non potest, nisi forsan consuetudine alicubi, scientibus, & tacitè consentientibus Ecclesiæ Prælatis, introductum sit; sicuti consuetudine introductum est (ait idem

7 Couar. *num.* 13. *in fin.* & Martha *de iurisdict. par.* 2. *cap.* 51. *num.* 13.) quod fures, etiam simplices, ad Ecclesiam confugientes, à seculari Iudice extrahi inde possint, cùm hoc crimen propter eius frequentiam, Reipubl. valde perniciosum existat, quamuis fateantur, quod in Gallia gaudeant immunitate, sicuti & gaudent in Regno Neapolis, & in aliis multis locis. Vide quæ dicentur *infra sect.* 5. *& seqq.* & quæ dicebantur *supra dub.* 15.

SECTIO III.

Difficultas Secunda, eiusque solutio.

SVMMARIVM.

1 *Videntur nonnullæ criminales ex identitate rationis gaudere non debere immunitate, vt raptus, adulterij, Sodomiæ, incendij, sacrilegij, & similium tendentium in præiudicium Reipublicæ.*

2 *Lex pœnalis extendi potest ad alios similes casus, præsertim quando in dispositione legis ratio scripta est, quia tunc non dicitur extendi, sed comprehendi sub expresso.*

3 *Ne Immunitas in Dei iniuriam cadat dicendum est quod in supradictis causis criminalibus ex identitate, vel maioritate rationis locum non habeant.*

4 *Quod lex pœnalis extendi possit ad casus similes & maiores ex identitate, vel maioritate rationis non procedit quando agitur de præiudicio causæ fauorabilis.*

5 *Item si liceret extensio vltra casus exceptos nihil stabile, & firmum constitueretur.*

6 *Confessarius solicitans in confessione Puerum ante Bullam Gregorii XV. non erat denunciandus, quia precedentes aliorum Pontificum Bullæ erant contra solicitantem fœminas.*

7 *Clericus abutens fœmina, vel committens Bestialitatem non incurrit pœnas Bullæ Pij V. latam contra Clericos Sodomiam exercentes, cum talis actus non sit propriè sodomiticus.*

8 *Clericus Sodomiam patiens probabiliter non incurrit dictas pœnas latas a Pio V. quia non est propriè Sodomita, sed mollis.*

9 *Molles dupliciter dicuntur, vel quia patientes sunt cum aliis, vel quia perpetrant in se pollutionem voluntariam.*

10 *Grauius est peccatum Agentis quam Patientis, & in foro exteriori maior pœna imponitur agenti, quam patienti.*

11 *Reseruatio casus Sodomiæ in sententia Graff. extenditur tantum ad agentem, & non ad patientem.*

12 *In relatiuis quidquid disponitur de vno, dispositum censetur de altero.*

13 *Fœmina secularis nubens Religioso professo non incurrit excommunicationem latam contra Moniales professas nubentes cuicumque & contra ducentes illas in vxores, & contra professos matrimonium ineuntes.*

14 *Cogens mares Religionem ingredi non incurrit excommunicationem Tridentini contra cogentem fœminas monasteria ingredi.*

15 *Religiosus ministrans Baptismum, & pœnitentiam sine licentia Parochi non incurrit pœnas Clementinæ primæ de priuilegiis.*

16 *Pœna Religiosi fraudantis decimas Ecclesiæ non extenditur ad Clericum secularem.*

17 *Excommunicatio contra ingredientem Monasteria monialium prætextu licentiarum non extenditur ad ingredientem sine prætextu illarum.*

18 *Pœna lata contra delegatum Papæ non extenditur contra delegatum Ordinarii.*

19 *Lex imponens pœnam priuationis vocis non extenditur ad priuationem vocis passiuæ, præsertim cum vox passiua non sit propriè vox.*

20 *Prohibitio conuiuendi, nutriendi, Iudæos, eisque famulandi non extenditur ad idem exercentes cum Saracenis, & Paganis.*

21 *Pœna lata contra deferentem arma, & instrumenta bellica ad Hostes nominis Christiani, non extenditur ad deferentem illa ad Hæreticos.*

22 *Idem in casu, de quo agitur non dari extensionem ex identitate vel maioritate rationis docent multi Auctores.*

23 *Ecclesia nemini dat occasionem delinquendi concedendo immunitatem ex misericordia, sed Delinquentes eam per se accipiunt.*

24 *S. Ioannes Chrysostomus defensor immunitatis contra Honorium, & Arcadium Imperatores, qui Eutropium ab Ecclesia extrahere volebant.*

1 OBiicies secundò excipi saltem, præter causas supra dictas in præcedẽtibus dubitationibus, aliquas alias causas criminales,ex identitate rationis,vt raptus,adulterij,sordiniæ, incendij,vel maioritate Sacrilegij & similiũ,quę tendunt in præiudicium Reipub licæ;ergo,&c. Antecedẽs probatur; quia(vt probat Decian.*tract.crimin l.6.c.28.n.20*) 2 lex, etiam pœnalis, extendi potest ad alios similes casus. præsertim quando in dispositione legis ratio scripta est; quia tunc non dicitur lex pœnalis extendi, sed comprehendi, seu intelligi sub expressio,*l.nominis, & res ff.de verbor. significat.* Neque illa extensio est extensio, sed intellectio legis,& declaratio illius, vti tradunt Baldus *in l. quamuis, circa princip. Cod.de fidei commiss.* Calderin. *consil.1. tit.vt lite pendente*, & *consil.1. tit. de Regularib.* Oldrad.*consil.* 185. *in fin.* & complures alij quos referam *infra dubit.37. numero 3.& seqq.*

Confirmatur; quia alioquin daretur improbis occasio liberius viuendi, & grauia crimina perpetrandi quapropter ne Ecclesiæ immunitas (quæ in honorem Dei introducta est) in eius iniuriam 3 cedat, dicendum est, quod in supradictis causis criminalibus ex identitate, vel maioritate rationis locum non habeant.

Respondetur, nego antecedens; & ad probationem eius Respondeo, quod (quidquid dicendum sit in aliis casibus) in casu nostro non est facienda extensio ex identitate, vel maioritate rationis; quia in *cit.cap.inter alia, de immunit.* dicitur, quod Reus non extrahatur ab Ecclesia, quantumcumque grauia delicta perpetrauerit, nisi in casibus ibi expressis. Vnde Abbas ibi; num.17 ait,decisionem illius capitis extendendam non esse ad alios casus; quod etiam docent Gomez,*to. 3 var.cap.10.num.* 2.Bossius *tit.de captura num* 32.& alij complures doctores, vt *supra* dicebam; tum quia extensio in casu nostro præiudicaret causæ fauorabili immunitatis Ecclesiasticæ. 4 At, licet ex identitate, vel maioritate rationis Constitutio pœnalis extendi possit ad casus similes, vel maiores, id tamen (vt ex Alexandro,& Romano rectè docet Farinacius *in append.de immunit.cap.vlt. num.* 355. & nos dicemus *infra cit. dubit.37.*) non procedit, quando agitur de præiudicio causæ fauorabilis, prout est in casu nostro immunitas Ecclesiastica. Tum quia si vltra 5 casus exceptos liceret alios ob identitatem, vel maioritatem rationis excipere, per regulam assignatam in cap *inter alia*,& in Constitutione Gregorij XIV. omnia reducentis ad vnicam formam nihil firmum, & stabile constitueretur. Vide, quæ dicebantur *supra dubit.7.& 8.*

6 Adde, quod (vt tradunt *gl. in cap.in pœnis de regul.iuris in 6.c.pœna, de pœnitent dist.1. & l. interpretationem, ff.de pœnis,* Io. Andreas *in reg. odia de regulis iuris,* Caietan.2.2.*q.7.art.4.ad* 2. Ledesma *in* 2.2.*quæst.3.ar.4.Suar.dec.disp* 4.*sect.7.*Larrea *decis. Granatens.to.2.decis.* 78 *num.*16.& *decis.*95. *num.7.* Salas *de legib.tract.*14.*disp.*21.*sect.*13. *num.* 29. *in fin.* Villagutt. *in tract.de extensione legum,* Rubr. *de extens. legis pœnalis respectu meræ pœnæ per totam,* Sanchez *de matrim.lib.*10.*disp.*4.*num.*3. Henriquez.*lib.*7.*cap.* 30.*num.* 4. *& in gl.lit.c.* Castrus *de leg. lib.* 6.*cap.* 2.*num.*5.*& cap.*4. *num.* 2. Portell. *in addit. ad dubia Regul. ver.lex.num.* 13. Ioan. Valerus *ver. lex, differ.* 5. *num.* 2. Bonac. *de legib. disp.*1. *quæst.*1. *punct.* 8.*num.* 23. Curtellius *de immun. Eccles.lib.* 1.*quæst.* 41.*numer.*11. Macerat.*Gesol.* 34. *num.* 11.*&* 32. *lib.* 3. Lironda *de priuileg. num.* 563. Barbosa *ver. pœna numer.*7. *& q.* Gutierez *can. q. lib.* 1.*cap.* 4. *num.* 30. *& seqq.*& Diana.1. *par.tract.* 10.*resol.* 26.) & clarè habetur ex Authent *de non eligend.*2. *mubentes.*§. *fin autem, ex l. factum cuique* §. *in pœnalibus ff. de regul. iuris & ex cap.in pœnis, de regulis iuris in* 6. lex pœnalis, & eius pœnæ, vt potè odiosæ, locum non habent, nisi in casibus expressis, ità vt non possit fieri extensio ex vno ad aliud, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam etiam ex identitate rationis. Vnde V.G. Confessarius solicitans in confessione puerum ante Bullam Gregorij XV. non erat denunciandus; quia præcedentes aliorum Pontificum Bullæ erant contra solicitantem fœminas.Diana loco supra cit.

Item clericus aburens fœmina,vel committens 7 bestialitatem non incurrit pœnas Pij V.latas contra clericos sodomiam exercentes, præsertim cum tales actus non sint propriè actus sodomiæ. Bannez 2.2. *d* 64.*art.*4. Garcias *de benefic.to.*2 *cap.*10. *par.*2.§.2 *num.*205.*&* Barbosa *in collectan. to.*2.*l.*5. *tit.*31.*cap.*4 *num.*10.Quas pœnas probabiliter neque incurrit etiam clericus sodomiam patiens; præsertim quia talis non est propriè sodomita,sed mollis, iuxta illud Pauli 1.*ad Cor.* 6. *Neque adulteri; neque molles, neque masculorum concubitores Regnum Dei possidebunt.* Sicuti *gl.ibi*, & S. Th.1. 2.*q.*138. *art.*1.*ad* 1. exponunt & Caiet.*ver. mollities in fin.* vbi ait, quod molles dupliciter dicantur, vel quia patientes sunt cum aliis, vel quia peragunt in se pollutionem voluntariam; tum quia(vt notauit S.Antonin.*p.*3.*tit.*17.*cap.*17.§.4.) grauius est peccatum agentis, quam patientis: quapropter in foro exteriori maior pœna imponitur agenti, quàm patienti; & Graff. *in pract.cas. reg.lib.*1.*c.*11.*n.*7.8.*&* 26. docet, quod reseruatio casus sodomiæ extendatur tantum ad agentem,& non ad patientem. Quamuis contrarium ex communi sententia Doctorum (vt fatear) sentiant Riccius *in prax.to.*3. *resol.* 57. *num.*7. Floronus *de casib.reseru.par.*2.*cas.*7.§.1.*num.*6. Coriolan.*par.*2. *cas.*9.§.10.*num.*30.Bonac. *de matrim.q.*4.*punct.*11. & Finellius *de casib.reseru.cas.*9.*num.*5.ex eo,quod simus in relatiuis, in quibus quidquid disponitur in vno, dispositum censetur in altero.

Item fœmina secularis nubens Religioso professo non incurrit excommunicationem *in Clement. vn. de consanguin. & affin.* latam contra moniales professas nubentes cuicunque, & contra ducentes illas in vxores, & contra professos matrimonium ineuntes. Caiet.*ver. Excommunicatio, cap.*47. S.Antonin.*par.*3.*tit.*24 *cap.*34.& Sanchez *de matrim.lib.*7.*disp* 48.*num.*2.

Item cogens mares Religionem ingredi, non incurrit excommunicationem Tridentini *sess.*25. *de Regularib.cap.*8. *contra cogentem fœminas monasteria ingredi.* Sanchez *lib.* 4. *moral. cap.*4.*num.*3. cum Bannez,& Suarez.

Item Religiosus ministrans Baptismum, & pœnitentiam sine licentia Parochi; non incurrit pœnas *Clement.*1.*de priuilegiis*, latas contra Religiosum ministrantem Matrimonium, Eucharistiam, vel Extremam vnctionem. gl.& Abb. *in cit. Clem.*1.*& Tholos.decis.* 121.

Item Constitutio,qua punitur Religiosus fraudans decimas Ecclesiæ,non extenditur ad clericum secularem idem facientem.*gl.in Cl.*1.*de decimis.*

Item Excommunicatio Gregorij XIII.contra ingredientem

ingredientem Monaſteria Monialium prætextu licentiarum, non extenditur ad ingredientem ſine prætextu illarum. Suarez *de cenſ. diſp. 22. ſect. 6. numer. 11.*

18 Item pœna in *cap. ſtatutum, §. inſuper de reſcriptis*, lata contra Delegatum Papæ, non extenditur ad Delegatum Ordinarij gl. *in cit. cap. ver. Moderatas, in fin.*

19 Item lex imponens pœnam priuationis vocis, non extenditur ad priuationem vocis paſſiuę; præſertim cùm vox paſſiua non ſit propriè vox. Garſ. *de benefic par. 3. cap. 4. num. 15.* & Caſtr. Palaus, *tomo 2. tractat. 13. diſp. 6. punct. 6. num. 15.* quamuis contrarium probabiliter ſentiat Leſſ. *lib. 2. c. 34. dubit. 29. num. 105.*

20 Item cap. *ad hæc, de Iudæis*, in quo prohibetur Chriſtianis famulari, conuiuari, nutrire Iudæos, &c. non extenditur, ſi id exerceant cum Saracenis, & Paganis, præſertim cùm Iudæi ſint acerbiores in Chriſtum; & leges, quando volunt Saracenos, & Paganos amplecti, id exprimant. Hurtad. in 2. 2. *diſp. 76. ſect. 3 numer. 81.* cum Sanchez. Quamuis contrarium ſentiat Suarez *de fide, diſp. 18. ſect. 6. num. 10.*

21 Item pœna lata contra deferentem arma, & inſtrumenta bellica ad hoſtes nominis Chriſtiani, non extenditur ad deferentem illa ad hæreticos; præſertim cùm hi non odio habeant, ſed glorientur nomine Chriſti. Mendoza *in 2. 2. diſp. 76. ſect. 3. §. 83.* Quamuis contrarium ſentiat Lorca *in 2. 2. diſp. 84. ſect. 7. §. 125.* & ſic de aliis, &c.

22 Quapropter in præſenti caſu noſtro, quod non detur extenſio ex identitate, vel maioritate rationis, docent Gutier. *pract. qq. lib. 3. cap. 4. numero 12.* & 17. Franc. Leo *in Theſaur. fori Eccleſiaſt. cap. 13. rubr. de immunitat. Eccleſ. n. 27.* & *ſeqq.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunitat. lib. 3. cap. 13. numero 56.* Ambroſin *de immunitat. Eccleſ. cap. 1. numero 13.* & *ſeqq.* Farinac. *in append. de immunitat. cap. vlt. numero 353* Genuent. *in prax. cap. 22. numero 8.* Suarez *lib. cap. 11. num. 15.* & 17. & alij Doctores innumeri ſupra citati contra Decianum loco ſupra cit. Sarpum *de iure Aſylorum cap. 5. fol. 51.* Curtellium *in leg. Martini Regis, cap. 17. num 5.* & *de immunit. Eccleſ. lib. 1. quæſtio. 2.* & 21. & 31. Layman. *lib. 4. tract. 9. cap. 5. numero 2.* & *ſeqq.* & alios *infra* citandos.

23 Ad confirmationem Reſponderur ex dictis, quod id ſit totum per accidens, & non ſit occaſio data, ſed accepta. Quod inde etiam probatur; quia alioquin in nullo delicto locum habere deberet immunitas Eccleſiarum; quod dicendum non eſt; præſertim, quia apud Gentes (vti teſtatur Tacitus lib. 3. Annalium) capitalium criminum Rei in Aſylo tuti erant. Et ad ſtatuam Beli (vt notat S. Antoninus *lib. 1. hiſtor. titul. 1. cap. 3. §. 7.*) Rei quorumcunque criminum impunitatem inueniebant. Vide Gutierez *pract. qq. lib. 3. quæſtio. 3. numero 9.* vbi ſatis ad rem adducit auctoritatem S. Chryſoſtomi

24 defendentis Eutropium ſæuiſſimum tyrannum, deprædatorem, & Chriſtianorum perſecutorem, qui ob manifeſtas eius rapinas ab Honorio, & Arcadio Imperatoribus ad mortem damnatus, ad Eccleſiam confugerat; & ne ab Eccleſia extraheretur, acriter contendit. Vide etiam, quæ dicebantur *ſupra Dubitat. 9. ſect. 15. 16.* & 17.

SECTIO IV.

Difficultas Tertia, eiuſque ſolutio?

SVMMARIVM.

1 *Nauarrus qui ſcripſit Romæ ſolum pro delictis leuioribus Reos gaudere immunitate arguitur, & excuſatur ſimul à Farinacio.*

2 *Stylus, qui ſeruatur in Vrbe circa Immunitatem, dato quod ſolum leuibus delictis Rei ea non priuentur, non poteſt amplecti à Principibus laicis, & cur.*

OBijcies tertiò cum Sarpo, in Vrbe ſolum pro delictis leuioribus Reos gaudere immunitate Eccleſiæ, ſicuti teſtantur Nauarrus, & Farinacius, ergo. 1

Reſpondetur, nego antecedens; quapropter Farinac. *in append. de immunitat. cap. 2. numero 17.* vbi ſe retractat, & ſic inuehitur contra Nauarrum: *Et in Vrbe, quod Eccleſiaſtica immunitas non habeat locum aduerſus Iudices ſeculares Pontificis, teſtatus fuit Nauarrus in Man. cap. 25. numero 16. Quod idem teſtatus ſui, & ego in quæſtio. 26. numero 24. quam teſtificationem typis mandaui, fidem Nauarri ſecutus, & longe prius, quàm Officialis in Vrbe fuiſſem; ſed poſtquam locumtenentis criminalis Sanctiſſimi D. N. & ſucceſſiuè Procuratoris fiſcalis generalis officijs fun. ctus fui, hanc corruptelam in Vrbe non vigere comperi; quia Reos ad Eccleſiam propter grauia delicta confugientes, officiales non extrahunt, niſi de licentia Pontificis: & ita ego ſæpius expertus ſum, & practicaui. Nec mirum eſt, quod Nauarrus in hoc hallucinatus fuerit; quia huiuſmodi licentia per Summum Pontificem oratenus Officialibus conceduntur;* ſic ille.

Vnde corruit, quod ibidem ſubdit Sarpus, ſcilicet quod ſicut ratione boni regiminis Pontifex in Vrbe non obſeruat iura circa immunitatem Eccleſiarum, ſic etiam concedere Principibus laicis, dicendus ſit.

Adde, quod, dato, & non conceſſo, Pontifex in Vrbe dictam immunitatem obſeruet ſolum quoad delicta leuiora, & non quoad alia, non tamen hinc ſequitur, quod idē efficere poſſint Principes laici, quia ſpeciali ratione id Pōtifex poteſt, propter præſentiā ipſius, qui legem tulit, qui propterea ſecundùm contingentiam, & diuerſitatem caſuū poteſt oretenus prouidere, & ſic concedere, vel non cōcedere immunitatem, iuxta *leg. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi Imperator, facta generali prohibitione, quod nullus ex Eccleſia extrahi poſſit, declarat, hanc prohibitionem (quamuis defectu iuriſdictionis nulla fuerit.) Vbique ſeruandam; præterquam Conſtantinopoli, vbi ipſe regebat. 2

SECTIO V.

Difficultas Quarta, Eiuſque ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Tridentinum de facto ſuſtulit omnes conſuetudines Immunitatis Eccleſiaſticæ derogantes.*

1 *In Bulla confirmationis Concilij adest clausula Decreti irritantis, quæ omnem consuetudinem præteritam, & futuram sustulit.*

2 *Item clausula, (sublata) in constitutione Gregoriana admittit facultatem aliter interpretandi, quam ibi sit expressum.*

3 *Contra Decretum irritans non potest allegari contrarius vsus.*

4 *De natura formæ ad quam vnicam est reducta constitutio Gregoriana, est vt ad vnguem seruetur.*

5 *Consuetudo immunitatem Ecclesiasticam derogans est corruptela.*

6 *Nomine facultatis iudicandi venit statutum, lex & consuetudo.*

7 *Pontifex motus fuit ad edendam suam Constitutionem de immunitate ob priuilegia, & indulta Principibus secularibus, sive vere, sive pretensive concessa.*

8 *Testantes de consuetudine legitime introducta in Regnis Portugaliæ, & Hispaniarum contra Ecclesiasticam immunitatem, videant ne propter Principum gratiam, Dei gratiam amittant.*

9 *Allegauti consuetudinem Immunitati contrariam credendum non est, nisi probet.*

10 *Factum in dubio non præsumitur nisi demonstretur.*

11

OBiicies quartò, excipi præter causas supra dictas in præcedentibus dubitationibus, aliquas alias causas criminales, ex consuetudine sic legitime introducta, & præscripta; ergo, &c. Antecedens probatur; quia Constitutio Gregorij XIV. non videtur tollere consuetudines, sed solum priuilegia, & indulta Principibus concessa. Et dato, quod sustulerit consuetudines, non est, cur iterũ non potuerit legitimè introduci, & præscribi consuetudo aliqua in oppositum, præcipuè videntibus, & tacentibus Prælatis; sicut quod de facto introducta, & præscripta sit consuetudo extrahendi complures delinquentes è locis sacris per Iudices seculares, affirmant Clarus *in pract.* §. *fin. q.* 30. *vers. scias autem*, Oldradus *consil.* 54. *num.* 2. Petrus Gregor. *Syntag. iuris lib.* 33 *cap.* 22. *num.* 3. Suarez *lib.* 3. *cap.* 11. Layman *lib.* 4. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 6. & alij apud Farinacium *de carcerib. q.* 28. *num.* 71. *& in append. de immunit. cap.* 2. *num.* 16. apud Bossium *tit. de captura, nu.* 3. & Ambrosinum *de immunit. Eccles. cap.* 14.

1 Respondetur, nego antecedens; & ad probationem Respondeo: nego etiam primam partem illius; quia Concilium Tridentinum de facto sustulit omnes consuetudines immunitati Ecclesiasticæ derogantes, quatenus *in sess.* 25. *cap.* 20. *de reformat.* renouauit obseruantiam immunitatis secundum cánones, concilia generalia, & summorum Pontificum constitutiones: quod Concilium postea confirmatum fuit per Bullam Pii IV. in
2 qua adest clausula decreti irritantis, quæ tollere videtur omnem consuetudinem præteritam, & futuram, vt mox infra dicetur. Sustulit etiam eadem Constitutio Gregorii XIV. si non expressè, saltè per verba æquiualétia; quia ibi adest clausula,
3 *sublata*, &c. qua tollitur omnis facultas aliter iudicádi, vel interpretándi iuxta *c. si eo tẽpore, de elect.*
4 *in 6.* tum quia adest ibi decretũ irritãs, contra quod non potest allegari contrarius vsus, vt ex Cassad. Puteo, & alus docet Farinacius *in append. de im-*
5 *munit. cap.* 2. *num.* 15. tum quia dicta Constitutio
6 edita fuit, vt ad vnam formam omnia reducerentur, de cuius natura est, vt ad vnguem seruetur: tum quia consuetudo Immunitatem Ecclesiasticam derogans corruptela à Pontifice vocatur: tum quia expressè derogatur quælibet facultas (quomodocunque emanauerit à sede Apostolica) contra- 7
rium iudicandi; sub qua tam statutum, quam lex & consuetudo comprehendi videtur; sicuti rectè docent Ambrosinus *de immunit. Eccles. cap.* 14. Marius Ital. *de immunit. lib.* 1. *cap.* 6. *in princ.* & Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 6. *num.* 4. Vide, quæ dicebantur *supra dubit.* 7. & 8.

Neque obstat, quod Pontifex motus fuerit ad 8
talem Constitutionem edendam ob priuilegia, & & indulta Principibus secularibus, siuè verè, siuè prætensiuè concessa, quia esto ex tali capite motus fuerit, simul etiam in illa Pontifex voluit consuetudines contrarias, & ius, siuè commune, siue prouinciale, & Doctorum interpretationes, derogare, & formam generalem, vbique seruandam, in materia Immunitatis constituere, vt constat ex illis verbis: *Sublata qualibet differentia, ad vnam formam tantum reducimus, &c.*

Secunda pars probationis (quod scilicet iterum post Concilium Tridentinum, & Constitutionem Gregorij XIV. consuetudo contraria legitimè introduci, & præscribi potuerit) transeat; de qua dixi *supra dubit.* 6. *& seqq.*

Tertiam partem (quod scilicet de facto legiti- 9
mè fuerit introducta, & præscripta, vt aliqui testantur de Portugalia, de Hispania, & de quibusdam aliis locis) videant ipsi, qui id affirmant; nè fortè propter Principum gratiam, Dei gratiam amittant: Nam cæterum, si ita est, non audeo 10
illam damnare; illud tamen addo, quod alleganti consuetudinem immunitati contrariam, credendum non sit, nisi probet, *argum. l. in bello* §. *facta, ff. de captiuis, & postlimin reuers.* & docent Surdus *lib.* 3. *consil.* 354. *num.* 2. Menoch. *consil.* 37. *num.* 92. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 2. *num.* 18. & Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 6. *num.* 4. & meritò, tum quia est quid facti; factum autem in dubio non præsumitur, nisi demonstretur, *cit. l. in bello, & l.* 2. *de probat.* tum quia est quam maximè odiosa. 11
Vide, quæ dicebantur *supra cit. dubit.* 6. 7. & 8. & quæ dicentur *infra sect.* 8. *& dubit.* 41. *sect.* 2. *num.* 18. *& seqq.*

SECTIO VI.

An immunitate priuetur raptor Virginis, & adulter?

SVMMARIVM.

1 *Raptor Virginis, & Adulter propter rationes iam dictas, non priuantur immunitate.*

2 *Raptus est rapina grauior quolibet alio latrocinio, non tamen excipitur cum latrocinio; quia non valet argumentum à maioritate rationis.*

3 *Authẽtica de mandatis Principum vbi denegatur Raptoribus Virginum, & Adulteris immunitas Ecclesiæ fuit correcta per ius canonicum.*

4 *Immunitas ad honorem, & reuerentiam rebus sacris exhibendam pertinet.*

5 *Honor, & cura rerum sacrarum spectat ad superiores Ecclesiasticos, non ad seculares.*

6 Consuetudo

6 *Consuetudo legitimè introducta, & præscripta, præcipuè videntibus, & tacentibus Prælatis tenet contra immunitatem.*

7 *Auctor credit non adesse huiusmodi consuetudinem Immunitati contrariam.*

8 *Raptoribus Virginum expresè Immunitas conceditur in c. de raptoribus 36. q. 1.*

9 *Canon præditus licet non sit Concilij Generalis, sed tantum Prouincialis, quia tamen ab Ecclesia receptum est ab omnibus seruari debet.*

10 *Raptorem Virginis intelligi nomine publici latronis non videtur proprium Vocabuli.*

11 *Raptor Virginis dato quod sit publicus latro, non tamen priuatur immunitate, nam neque publicus latro ea priuatur si non pluries in viis publicis cum armis, & violentia depradatus sit.*

1 REspondetur negatiuè propter rationes dictas. Et confirmatur; quia talibus in specie immunitas conceditur in *cap. de raptoribus, 36. quæstio. 1.* Atque ita in terminis nostri casus docent, etiam de iure communi, Hostiensis, Archidiaconus, Bellameta, Abbas, & omnes Canonistæ, & Casuistæ, quos citat, & sequitur Peregrinus *de Immunitat. Eccles. prær. 2. lib. 4 cap. 4. numero 47.* Layman. *lib 4, tract. 9 cap. 2. num. 8.* Tuschus, *ver. Ecclesia, concl. 11. num. 17. & seqq.* Suarez *de relig tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13 num. 3.* Raphael de la Torre, *tom. 2. in 2. 2.* S. Thom. *q. 99. art. 3 disp. 7 grad 8.* (quamuis hi duo Docto. es contrariam sententiam etiam probabilem putent ex rationibus mox infra adducendis.) Azor. *2. par. Instit. Mor. lib 9 cap. 9.* Gutierez *pract. qq. Ciuil. lib. 3. qu. 5.* Farinac. *de carceribus, quæstio. 28. numero 17. & in append. de immunitat cap. 6. nu. 88.* Anastas. Germon *de sacror. immunitat. lib. 3. cap. 16 num. 57.* Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 3. §. 2. numero 8.* Bonac. *disp. 3. q. 7 punct. 4. numero 4.* Diana *par. 1. tract. 1. resol. 31.* Guazzinus *tomo 1. defens. 1. cap. 37. numero 72.* Persicus *de offic. sacerd. lib. 1 cap. 9. Dubitat. 11 numero 113.* Chartarius *decis. crimin 46. numero 84.* Sperellus *decis. 59. numero 32.* Lezana *ver. immunitas, numero 16.* & Ludouicus Correa *in relect. de immunit. par. 4 numero 1. contra Angelum de maleficiis, ver. quod fama publica, nu. 59. in princip.* & ibi Addentes, lit B. Anton. de Butrio *cap. inter alia, de immunitat. Eccles. num. 18.* Ancharanum *in cit. c. inter alia de immunit. Eccles.* Couar. *2. var. cap. 20.* Boërium *decis. 109 ad fin.* Decianum *tract. crim. lib. 6. cap. 28. num. 20. in fin.* Satpum *cap. 5 fol. 49 de iure Asylorum*, & Ludouicum Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccl. par. 3. num. 16.*

2 Obiicies, raptus est rapina grauior quolibet alio latrocinio, ergo excipitur cum latrocinio.

Respondetur ex dictis, non valere in casu nostro argomentum à paritate, vel maioritate rationis.

3 Instabis, *in cit. auth. de mandatis Principum, §. neque autem, collat. 3.* denegatur talibus delinquentibus immunitas Ecclesiæ, ergo.

Respondetur, concedo totum: at Ius Ciuile correctum est à Canonico, cui in materia de immunitate Ecclesiastica standum est; sicuti *supra dubitat. 5.* dicebamus, & docent Chartarius, Guazzinus, Sperellus, & Ludouicus Correa in locis supra cit. Item alij, quos refert, & sequitur Farinacius *in append. de immunitat. cap. 2. numero 27. & seqq.* & Villalob. *in Summa, tom. 2. tract. 39 diffic. 7, num. 15.*

Et ratio est clara; quia immunitas ad honorem, & reuerentiam rebus sacris exhibendam pertinet, ex 4
leg. præsenti, Codic. de his, qui ad Eccles. confug. ibi: *Vt honor Ecclesiarum conseruetur.* Rerum sacrarum autem honor, & cura ad Superiores Ecclesiasticos spectat; non ad seculares. *ex cap. decernimus de iudiciis, cap. sicut antiquitus 17. q. 4. & ex glos.* ibi. 5

Vrgebis, ita habet consuetudo legitimè introducta, & præscripta, præcipuè videntibus, & tacentibus Prælatis. Ergo, &c. 6

Respondetur ex dictis, si sic est, transeat. At videant ipsi, qui id affirmant: nam credo, quod non sit. Quapropter Farinacius, opinionem, quam tradiderat *in tract de carceribus, quæstio. 28 numero 17. & seqq.* (nempe quod seruanda sit consuetudo) retractauit *in append. de immunit. cit. cap. 6. numero 88.* dicendo, quod nullo modo consuetudini standum sit. 7

Cæterùm ad id, quod pro probabilitate contrariæ sententiæ adducit Raphael de la Torre (quod scilicet iura priuantia immunitate Ecclesiæ raptorem Virginis non sint clara) patet ex dictis, cùm in *cap. inter alia, de immunitat.* & in Constitutione Gregorij XIV. raptor virginis clarè non excipiatur; & in *cap. de raptoribus, 36. q. 1.* expresè immunitate donetur; cuius *can. decretum*, licet non sit Concilij generalis, sed Prouincialis; quia tamen 8 9
ab Ecclesia receptum est, ab omnibus seruari debet.

Ad id verò, quod pro probabilitate eiusdem contrariæ sententiæ adducit Suarez (quod scilicet raptor Virginis veniat nomine publici latronis) patet etiam ex dictis, præsertim cùm id sit valde impropriate vocabulum in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ. Et dato, quod sit propriè publicus latro, tamen ad hoc, quod publicus latro immunitate priuetur, requiritur (vt supra in suo loco 10 11
dicebam) quod non semel, sed pluries in viis publicis cum armis, & violentia depræda tus sit.

SECTIO VII.

An immunitate priuetur Sodomita?

SVMMARIVM.

1 *Sodomita, quamuis Sodomiæ crimen grauissimum sit, non priuatur immunitate.*

2 *Sodomiæ crimen ex iure Cæsareo habet annexam pœnam mortis.*

3 *Clericus exercens Sodomiam ex constitutione Pij V. Curiæ seculari traditur.*

4 *Auctores aliqui censent Sodomitam non gaudere immunitate.*

5 *Auctor ob rationes iam dictas, & quod tale crimen nullibi sit exceptum, sentit Sodomitam non priuari immunitate.*

6 *Non solum laicus Sodomita, sed etiam Clericus non priuatur immunitate.*

7 *Amplia id procedere etiam si Sodomiæ crimen commissum sit in Ecclesia.*

8 *Si in casu, quod Sodomita confugerit ad Ecclesiam, consulatur Summus Pontifex, daturus est facultatem, vt Sodomita ab Ecclesia extrahatur.*

9 *Sodomita vt incidat in constitutionem Pij V. necesse est, vt de pluribus actibus sit infamatus, ponderato verbo (exercens) ibi apposito.*

10 *Decisio*

Digitized by Google

10 *Decisio Castilli, quod in Curia Panormitana Archiepiscopali fuerit exclusus ab immunitate quidam Religiosus, qui in Dormitorio sui Monasterij commiserat sodomiam, processit ex literis arbitrariis a Pontifice concessis; non de iure communi.*

1 REspondetur, quod immunitate neque priue-
2 tur Sodomita(quamuis sodomiæ crimen gra-
3 uissimum sit;ita vt ex iure Cæsareo pœnam mortis
4 annexam habeat;& quamuis ex Constitutione Pij V.clericus tale crimen exercens Curię seculari tradatur;quapropter Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. par.* 3. *num.*40.*q.*17.Rodriguez *in qq.Regul. to.*2.*q* 51.*art.*4.Auendagnus *de exequen. mandatu, par.* 1. *cap.* 229. Phœbus; *to.*1. *decis.*81. *numer.* 7. Barbosa *ad Ordin. tom.* 2. *libro* 2. §.1.*num.* 5.Curtellius *in leg.Martina,c.*17.*n.*5.& *de immunit. Eccles.lib.*1.*q* 2 & Marius Ital.*de immunit. lib.*1.*c.*5. §.3.censent oppositũ)moueor ob easdem rationes
5 dictas;quod scilicet tale crimen nullibi exceptum reperiatur; & in materia pœnali(præsertim si immunitati Ecclesiasticæ præiudicet) non sit faciendа extensio de casu ad casum,etiam ex maioritate, nedum ex paritate rationis; Atque ita in terminis. etiam iuris communis docet præter alios Bonacina *disputat* 3. *quæstio.* 7. *punct.* 5. *numer.* 14. Giurba, *consil.* 100. *num.* 4. Sanch. *in opusc. tom.* 2. *libr.* 6. *cap.* 1. *dub.* 10. *num.* 2. Diana *par.*4 *tract.*1.*resol* 45 Lezana *ver immunitas Eccles. numer.* 16. Elisæus Danza in pugna Doctorum, *tom.* 1. *tit. de immunit. Eccles. cap.* 4. *numer.* 10. &
6 *seq.* (qui hanc sententiam docet non solum in laico, sed etiam in clerico) Anton. Nouarius in Summa Bullarum, *tit. de immunit. Eccles.* (qui
7 id extendit, etiamsi sodomiæ crimen commissum sit in Ecclesia; & meritò; quia in Constitutione Gregorij XIV. excipitur tantum homicidium, & mutilatio commissa in Ecclesia Rouitus *ad pragmat. de Sodomitis in Rubr.in nouis. addit.* & Farinacius *in append. de immunit. cap.*
8 6. *numer.* 98. & *seqq.* qui rectè tamen aduertit, quod si Pontifex in tali casu (sicut & in aliis similiter grauioribus) consulatur, daturus sit facultatem vt sodomita ab Ecclesia extrahatur;
9 præsertim, si de pluribus actibus sit infamatus; quod requirit cit. Constitutio Pij V. per ly *exercens*; vt ex communi contra Ioan. de Vela *de pœnis delict. cap.* 33. Ceuallos *par.* 2. *q.* 87. *numer.* 4. Salzed. *in addit. ad pract. crimin.* Bernardi Diaz,*cap.*8.*lit.C.*Cherubinum in compendio Bullarij, *constit.* 72. *Pij V. schol.* 2.& Aldrete *lib.*2. *cap.* 15. §. 5. *numer.* 18. docent Nauar. *cap.* 27. *numer.* 249. *vers. tertiò dico.* Azor. *par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 19. *numer.* 2. Suar. *de cens. disputat.* 31. *sect.* 4. *num.* 21.Genuens.*in prax.cap.*97.*num.*1.Quaranta, *ver. Sodomia,limit.*4.Portell.*in dub.Regul.ver.pœna,num.* 7.Sayr.*de cens. lib.* 7. *cap.*12.*num.*23.Graff.*p.*1.*lib.*2. *cap.*90.*num.*12 Rodriguez *in sum.par.*1.*cap.*208.*numer.*2.Riccius *in prax.to.*3.*resol.* 58.& Auila *de cens. par.*7.*disp.*4.*concl.*7.

10 Obiicies, adest in contrarium decisio 155.Franciſci de Castillo, *par.* 2. in qua habetur, quod in Curia Archiepiscopali Panormitana fuerit decisum quemdam, qui sodomiam in Dormitorio sui Monasterij commiserat,immunitate non gaudere; ergo

Respondetur ex mox supra dictis; decisio illa fundata fuit in literis arbitrariis à Pontifice Archiepiscopo illi concessis: quapropter stando in terminis iuris, meritò reprobat decisionem illam del Castillo Carolus Maranta *in Controuers.iur. par.*2.*respons.* 36. *numer.*22. & 23.

SECTIO VIII.

An immunitate priuetur, qui furatur in Ecclesia, & sacrilegus?

SVMMARIVM.

1 *Furans in Ecclesia etiam res sacras, & quicunque alius sacrilegus (licet crimen sacrilegij grauissimum sit)non priuatur immunitate.*
2 *Sacrilegium tendit specialiter contra reuerentiam Deo debitam.*
3 *Sacrilegus in sententia multorum Doctorum priuatur immunitate.*
4 *Sacrilegus ob rationes supradictas non priuatur immunitate, & quia in Constitutione Gregorii XIV. excipitur solum sacrilegium ob mutilationem, & homicidium in Ecclesia commissum.*
5 *Amplia id esse verum,licet fur sacrilegus confugiens ad Ecclesiam rem sacram furto sublatam,in Ecclesia contrallet.*
6 *Qui conterit sacra indignus est vt illis tueatur, non tamen inspecta pietate Ecclesiæ.*
7 *Principes seculares non possunt quidquam statuere circa immunitatem Ecclesiasticam.*
8 *Attestantes de consuetudine legitime introducta contra Ecclesiæ Immunitatem,videant quid affirment.*
9 *Fur qualiscumque ille sit siue sacrilegus, siue non sacrilegus rebus furto sublatis,vt possit spoliari recurrendum est ad Iudicem Ecclesiasticum.*
10 *Fur sacrilegus subest Iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici;cum sacrilegium sit mixti fori.*
11 *Fur sacrilegus,& quicunque in Ecclesia delinquit capi potest à Ministris Ecclesiasticis; & datur locus preuentioni.*
12 *Quin ad mentem aliquorum,si videbitur Episcopo, tradi potest potestati seculari, obtenta prius cautione,saltem iuratoria, de salute delinquentis.*

REspondetur, quod immunitate neque priue- 1
tur,qui furatur in Ecclesia, etiam res sacras, vel quicunque alius sacrilegus (quamuis sacrilegium crimen grauissimum sit & specialiter contra 2
reuerentiam Deo debitam tendat,faciendo eam 3
speluncam latronum; ob quas rationes multi Doctores,quos refert,& sequitur Gutier.*pract.qq.lib.*3. *q.*1.*n.*33.Farinacius *de carcerib.q.*28.*n.* 47. sibi contrarius in appendice loc.*infrà* citando, Decian.*to.* 2.*lib.*6.*c.*26.*n.*7.Boerius *decis.*209.*n.*3.Godefredus à Bauo *in prax.crimin lib.*2.§.*sacrilegium n.* 23. Igneus *in leg.*1.*n.*10 *ff.ad Syllian.*Castrus *consil.*458.*n.*1.*lib.* 2.Bobadil.*in Polit.to.*1.*lib.*2.*c.*14.Sarpus *de iure Asylorum c.*5.*fol.*43.Tuschus *ver. Ecclesia.concl.*11.*n.*19. Curtellius *de immunit.Eccles.lib.*1.*q.*2.& *q.*17.*n.*12. & *q.*34.*n.*18.& Petr.Gregor,*Syntagm. iurũ,c.*21.*n.* 2.tenent, quod sacrilegus immunitate priuetur) moueor ob easdem rationes supra dictas;& quia in 4
Cõstitutione Gregorij XIV.excipitur solũ sacrilegium ob mutilationem,& homicidium in Ecclesia commissum, quapropter cætera sacrilegia ex-

cepta

cepta non ſunt, ſed ſub priuilegio immunitatis includuntur; Atque ita docent Cardin. *in cap. fin. de immunit. Eccleſ.* Nauar. *c. 25. n. 19.* Ambroſin. *de immunit. cap. 5 num. 6.* Tuſchus *tom. 3. lit. E. concl. 11. n. 16. & 17.* Conar. *2. var. c. 20. n. 15.* Peregrinus *de immunit. Eccleſ. c. 12. n. 10.* Bonac. *diſp. 3. q. 7. de immunit. punct. 4. num. 3. & punct. 5. n. 7.* Nouarius *in ſumma Bullarum, tit. de immunit. num. 4.* Riccius *part. 1. deciſ. 110.* Lezana *ver. immunitas, n. 8. & 16.* Chartarius *deciſ. crimin. 7. num. 6. & deciſ. 9. num. 7.* Sperellus *deciſ. 59 n. 11.* Diana *part. 1. tract. 1. reſol. 17. & part. 6. tract. 1. reſol. 9* (vbi ex Barboſa *in Collectan. Bullar. ver. immunitas,* refert, ſic determinaſſe ſacram Immunitatis Congregationē in vna Squillacenſi 18. Martij, 1632.) Barboſ. *de iure Eccleſiaſt. lib. 2. c.... num. 123.* Gauantus *in addit. ad.... Epiſcop. ver. Immunitas Eccleſiaſtica n. 8.* qui ex Farinacio contra Naldum, *ver. Eccleſia n. 5.* id etiam extendunt ad furantem in Eccleſia Pixidem Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramenti.) Caſtrus Palaus, *tom. 2. tract. 11. diſp. 1. punct. 9. num. 3.* Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 3. num. 75. & ſeqq.* Genuenſ. *in prax. c. 22. num. 8.* & Farinacius *in append. de immunit. cap. 16. n. 99.* qui ſubdunt, id eſſe

5 verum, etiamſi fur ſacrilegus, confugiens ad Eccleſiam, rem ſacram furto ſublatam in Eccleſia contractet.

6 Obiicies ex Curtellio *loc. ſuprà cit. qui conterit ſacra, indignus eſt, vt illis tueatur, c. frater, 17. q. 4.* ergo.

Reſpondetur: indignus eſt, vt illis tueatur; ſi attendatur Eccleſiæ pietas, quæ ſic magis elucet, nego: indignus eſt, vt illis tueatur, ſi attendatur eius delictum, & concedo. Vnde ſolum ſequitur, quod fuerit quidem fundamentum condendi talem legem, vt ſcilicet talis ſacris non tueatur, non tamen quod de facto condita ſit; præſertim cùm contrarium potius conſtet ex dictis.

7 Obiicies ſecundo, ſtatutum Principum (ſaltem in aliquibus locis, vbi eſt copia furum) eſt in contrarium, vt ſcilicet fur, præſertim, ſi furetur in Eccleſia, immunitate priuetur, ergo. Sic Sarpus *loc. ſuprà cit.*

Reſpondetur, tranſeat antecedens. At hoc nihil obſtat; quia Principes ſeculares non poſſunt quidquam ſtatuere circa immunitatem Eccleſiaſticam. Vide Farinacium *in append. de immunit. cap. 6. num. 25.* Alexandrum *lib. 7. conſil. 145. num. 4.* Decianum *lib. 3. conſil. 80. n. 27.* & Sperellum *deciſ. 59. n. 33.* Vide etiam quæ *lib. de parlamentis, dub. 27. per totam,* & præcipuè *ſect. 5. per ſuas ſubſectiones & ſuprà c. 8. per totum* diffusè dicebantur.

Inſtabis, eſt ſaltem in contrarium conſuetudo legitimè (videntibus ſcilicet, & in odium delicti conſentientibus Prælatis Eccleſiaſticis) introducta; ergo, &c. Ita Sarpus *vbi ſuprà*, Villalob. *in ſum. tom. 2. tract. 39. diffic. 5. num. 2.* Suarez *de relig. tom. 1. lib. 3. cap. 11. num. 4.* & Raphael de la Torre, *tom. 2. in 2. 2. S. Th. quæſt. 99. num. 4. diſp. 7. grad. 8.*

Reſpondetur, nego antecedēs; quia vt *ſuprà ſect. 5. & dubit. 6. & ſeqq.* dicebamus, & dicemus *infrà dubit. 41. ſect. 2. num. 20.* Tridentinum Concilium,

8 & Conſtitutio Gregorij XIV. ſuſtulit omnem conſuetudinem in contrarium; quæ ſi iterum poſtea in aliquo loco legitimè introducta ſit, videant ipſi, qui id affirmant: nam ſi ita eſt, non audeo illam damnare, vt ibidem dicebamus; quamuis probabilius damnent alij, quos *in locis ſuprà cit.* referebam, & alij, quos refert Diana *part. 6. tract. 1. reſol. 9.* vide etiam Valboam de Mogrou. *in cap. 1. de foro compet. num. 6.* Palaum *tom. 2. tract. 11. diſp. vnic. punct. 11. num. 5.* Sperellum *deciſ. 37. num. 63.* & quæ dicebam *ſuprà cit. c. 8. & cit. dubit. 27. per totam de parlamentis.*

Hinc, vt fur, qualiſcunque ille ſit, ſiuè ſacrilegus, ſiuè non ſacrilegus rebus furto ſublatis (ſicut & quilibet alius Reus armis prohibitis, quæ ad Eccleſiam defert) ſpoliari poſſit, recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticum; qui, cùm in Eccleſia iuriſdictionem exercere queat, poterit illum, ſiuè per ſeipſum, ſiuè per Iudicem Laicum, de licentia ta- 10
men ipſius, prædictis rebus ſpoliare, ſicut & capere, etiam extra Eccleſiam, quando Reus delinquendo ſacrilegium commiſit, cùm ſacrilegium ſit mixti fori. Vide Bonacinam *tom. 2. diſp. 3. q. 7. punct. 5. n. 7.* Dian. *part. 6. tract. 1. reſol. 9. in fin.* Sperellum, *deciſ. 3. & 4.*

Itaquè huiuſmodi fur, omniſque alius in Eccleſia delinquens capi poterit à Miniſtris Eccleſiaſticis; quia commiſit, inquam, ſacrilegium, quod eſt mixti fori; quapropter in ipſo datur locus præuentioni, ſicut ex multis probat Farinac. *in append. c. 22. n. 364.* & Mar. Italia *lib. 1. cap. 5. §. 14. n. 7.* Imò multi Doctores putant, delinquentem in Eccleſia, ſi Epiſcopo videbitur, tradi poſſe poteſtati ſeculari, obtenta prius cautione, ſaltem iuratoria, de ſalute delinquentis quoad vitam, & corporis pœnā, *eiid conſtituimus, 17. q. 4.* nam huiuſmodi delictum, vti dicebam, eſt mixti fori, & delinquens non capitur authoritate laicæ poteſtatis, ſed Eccleſiaſticæ, cui Eccleſiarum immunitas non præiudicat, *vt ſuprà dubit. 10. ſect. 12.* dicebatur de Clerico; ſic Suar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 13. n. 3.* Silu. *ver. Immunitas, 3 q. 4.* Peregrin. *de immunit. c. 6. n. 28. & c. 12. dub. 9. n. 9* Mar. Italia *lib. 1. c. 5. §. 3. n. 75. & 76.* & Farinac. *in append. c. 16. n. 117. & 256.* Vide quæ dicebam *dubit. 11. ſect. 6. & dubit. 19. ſect. 1. & 3. in fin.* & quæ dicebam *dubit. 25. 26. & 30.*

SECTIO IX.

An priuetur blaſphemus, & ſuperſtioſus.

SVMMARIVM.

1 *Blaſphemus etiā Dei, & B. Virginis, ac ſuperſtitioſus, niſi de hæreſi ſuſpectus ſit gaudet, immunit.*

2 *Blaſphemus etiam Dei, & B. Virginis cum ſententia multorum Doctorum non gaudet immunitate.*

3 *Qui delinquit aduerſus Eccleſiam ſponſam immunitate priuatur; ergo multo magis immunitate priuabitur qui delinquit aduerſus Chriſtum Ieſum ſponſum, & Caput Eccleſiæ.*

4 *Non quilibet Delinquens contra Eccleſiam ſponſam, niſi mutilando, vel occidendo in illa immunitate priuatur.*

5 *Blaſphemus, ſi Blaſphemia ſit hæreticalis non gaudet immunitate, non vt Blaſphemus, ſed vt hæreticus eſt.*

EX dictis ſect. præcedenti ſequitur primò, 1
quod neque immunitate priuetur blaſphemus, etiam Dei, & B. Virginis, nec ſuperſtitioſus (niſi de hæreſi ſuſpectus ſit, vt *ſuprà dubitatio 22.* dicebatur) Atque ita in terminis docent Nauarrus *capite 25. numero 20.* Nouarius in Summa Bullarum, *titulo*

*de immunit.n.*4.Bonacina *tom.*2.*disp.* 3.*q.*7.*punct.* 5.*num.*13.Ambrosin.*de immunit. Eccles. c.* 8.*num.* 11.Peregrin.*c.*12.*num.*12.Megalius *in* 3.*part.lib.*4.*cap.*2.*n.*6.Farinac.mutans sententiam *in append.de immunit.c.*13.*n.*175.Gambacurta *lib.*4.*n.*9.& Diana *p.*1.*tract.*1.*resol.*31.& 39.Quamuis contrarium sentiant Boërius *decis.*110.Decian.*lib.*6.*c.*26.*num.* 5.& 6.Martha *de iurisdict.part.*2.*c.*51.*n.*30.& 31. Sanchez *in select.disp.*44.*n.*52. Oldrad. *consil.* 154. Remigius *de immunit. fall.* 24. Tusch. *ver. Ecclesia concl.*11.*n.*51.Curtell.*de immunit.Eccles.lib.*1.*q.*39. Baiardus *ad Clarum q.*30.*n.*15. Villalob. *in summa tom.*2.*tract.*39.*diffic.*7.*n.* 20. Ludouicus Correa *in relect.de immunit.part.*3.*n.*35. Lezana *n.* 16. & Farinac.*de carcerib.q.*28.*n.*67. motus ex eo, quod si, qui delinquit aduersus Ecclesiam sponsam, immunitate priuatur, multò magis immunitate priuabitur,qui delinquit aduersus Christum Iesum, sponsum,& Caput Ecclesiæ.At minus rectè; quia non quilibet delinquens contra Ecclesiam Sponsam(nisi mutilando,vel occidendo in illa) immunitate priuatur; & quia in hac materia non valet argumentum à maioritate rationis, & quia alioquin omne crimen (cùm omne crimen sit contra Christum)immunitate priuaretur. Illud tamen rectè aduertit Farinacius *in cit.cap.*13.*n.* 175. quod si blasphemia sit hæreticalis,blasphemus immunitate Ecclesiæ non gaudeat, (ità vt in tali casu à Ministris S. Officij,ad quos solum spectat de hæresi cognoscere, extrahi possit) non quidem quà blasphemus,sed quà hæreticus; vel qua de hæresi suspectus, vt *in cit. dubit.* 22. dicebam,& tradunt Curtellius *loc.cit.* Gambacurta *cit. lib.* 4. *cap.* 9.& Barbosa *de vniu.iure Eccles.tom.*2.*c.*6.*n.* 105. 122 *& seqq.*

SECTIO X.

An priuetur Simoniacus?

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus; nisi sit cum errore intellectus,(quia tunc est hæreticus, & excepta in Constitutione Gregorij) non priuatur immunitate.*

2 *Simoniacus æquiparatur Hæretico; sed in pœnis non valet illatio de casu ad casum.*

3 *Simoniacus æquiparatur Hæretico,si sit cum errore intellectus,si credat sc. res spirituales posse licitè emi,& vendi.*

1 SEquitur secundo, quod neque immunitate priuetur Simoniacus (nisi sit cum errore intellectus; quia tunc est hæreticus; & sic exceptus in Constitutione Gregorij)Atque ita contra Decianum *lib.*6.*c.* 26. *n.* 3.ex communi docent Farinac. *c.* 13. *n.*177. Peregrinus *c.*12.*n.*17.Barbosa *de iure Eccles.lib.*2.*c.*3.*n.*126.Lezana *n.* 16. & Dian.*p.* 1. *tract.*1.*resol.*31.

2 Obiicies,Simoniacus æquiparatur hæretico. *c. Petrus,& cap.cum omnis.*1.*q.*1.*ergo.*

Respondetur, transeat antecedens:at in pœnis (vt sæpius dictum est) non valet illatio de casu ad casum; præsertim in præiudicium causæ fauorabilis,qualis est immunitas Ecclesiarum. Vel Respondetur:æquiparatur hæretico, si sit cùm errore intellectus,scilicet si credat,res spirituales posse licitè emi,& vendi,& tunc concedo,quod immunitate priuetur,vt mox *suprà* dicebamus.

SECTIO XI.

An priuetur deflorans Monialem?

SVMMARIVM.

1 *Deflorans monialem non priuatur immunitate.*

2 *Amplia etiamsi ipsam defloret in Ecclesia Monasterij.*

1 SEquitur tertiò,quod neque immunitate priuetur deflorans Monialem; Atque ita docet præter alios Diana *par.*4.*tract.*1.*resol.*43.contra Ludouicum Corream *in relect.ad c.inter alia, de immunit.Eccles.par.*3.*n.*16. & Barbosam *ad Ordin. Lusitan.tom.*2.*lib.*2.*tit.*5.§. 2.*n.* 5. Idque etiam verum 2 est,si Monialem defloret in ipsa Ecclesia Monasterij; quia(vt *dubit.*19.*per totam* dicebamus) delicta ex eo,quod committantur in Ecclesia,non sunt de exceptis,nisi sit homicidium,vel mutilatio.

SECTIO XII.

An priuetur periurus, & falsus testis?

SVMMARIVM.

1 *Periurus, & falsus Testis non priuatur immunitate.*

2 *Omnes Sacrilegi hodie,præter occidentes,vel mutilantes,gaudent immunitate.*

3 *Omnes publice percutientes,vel occidentes etiam Clericum vel Religiosum, licet sacrilegium committant,non priuantur immunitate.*

4 *Periurus,& falsus testis, æquiparantur homicidæ, sed quoad pœnitentiam;non quoad omnes alios effectus.*

5 *Periurus,& falsus testis,si causa sint vt quis morti damnetur sunt homicidæ proditorij moraliter,non autem physice, & ideo non priuantur immunitate.*

1 SEquitur quartò, quod neque immunitate priuetur periurus,& falsus testis;Atque ita in terminis nostri Casus docent contra Gutierez *lib.* 3. *q.*1.*n.*33.& Igneum *in leg.*1.*n.*30.*ff. ad Syllan.* Decianus *tract.crimin.lib.*6.*c.* 28. *num.* 121. Farinac. *in append.de immunit.c.*9.*n.*140.Peregrin.*de immunit.c.*12.*n.*15.Bonac.*tom.*2.*disp.*3.*q.*7.*punct.*5.*n.*11. & Chartarius,vbi rectè ait, omnes sacrilegos ho- 2 die,præter occidentes,vel mutilantes,immunitate gaudere.Adde tu,& omnes publicè percutientes, 3 vel occidentes etiam clericum,vel Religiosum, licet sacrilegium committant;quia ex dictis nullum sacrilegium immunitate priuat, nisi sit mutilatio,vel occisio in loco sacro. Vide etiam Suar. *de relig.tom.*1.*tract.*2.*lib.* 3. *cap.* 10. *num.*3. Alterium *de censur.tom.*1.*lib.*2.*cap.* 6. & Sperellum, *decis.*22. *num.* 10.

Obiicies,periurus, & falsus testis æquiparantur 4 homicidæ *cap. fin.* 22. *q.*1. ergo priuatur immunitate Ecclesiæ.

Respondetur;nego consequentiam;quia in pœnis (præsertim si sint in præiudicium immunitatis) non valet argumentum à paritate, quia neque à maioritate rationis, vt supra dicebatur.

Respon-

Digitized by Google

Respondetur secundò, distinguo antecedens: æquiparantur homicidæ, quoad pœnitentiam, ita vt possit pro ipsis eadem pœnitentia imponi, ac pro homicida imponitur, concedo: æquiparantur homicidæ, quoad alios omnes effectus, nego; alioquin periurus, & falsus testis essent irregulares, sicut homicida, quod falsum est. Vel æquiparantur homicidæ voluntario tantum concedo, homicidæ proditorio, nego; at huic tantum homicidæ imponitur pœna priuationis immunitatis Ecclesiarum, vt *dubit.* 20. dicebatur.

Instabis, saltem periurus, & falsus testis priuantur immunitate, si causa sint, vt quis morti damnetur, qui alioquin non damnaretur; quia tunc sunt homicidæ proditorij, ergo. Atque ita non omninò improbabiliter docet Marius Ital. *de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. & cap. 5. num. 145. & seqq.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. q. 19. num. 11. & 12.* & inclinat Farinacius *in append. de immunit. cap. 9. numer.* 1 141. quatenus dubius dicit, quod in tali casu consulendus sit Pontifex, videri etiam poterit Clarus *in §. falsum, in princip.* Menoch. *de arbitr. casu 306. centur. 4.* Tiraquel *de pœnis temperandis, causa 31. num. 23. & 24.* Ioseph Ludouic. *decis. 15. num. 32. & seqq.* Barbosa *tom. 2. de iure Eccles. cap. 3. num. 129.* & Zambellus *in Repert. mor. ver. Ecclesia quoad eius immunitatem, n. 10.*

Respondetur, nego antecedens, & ad probationem Respondeo, quod in tali casu periurus, & falsus testis sunt homicidæ proditorij, moraliter, cõcedo: physicè, nego. At homicidæ proditorio physicè tantum (vt *supra cit. dub. 20. sect. 8.* dicebam de mandante homicidium) immunitas Ecclesiarum denegatur. Vide quæ dicebantur *cit. dub. 20. sect. 8. & seqq. & dub. 21. sect. 7.* vbi referebam Doctores nostram sententiam in terminis sequentes.

SECTIO XIII.

An priuetur, qui infert strigia in Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Inferens strigia in Ecclesia, non priuatur Immunitate.*

1 SEquitur quintò quod neque immunitate priuetur, qui infert strigia in Ecclesia; atque ita declarauit S. Congreg Episc. die 16. Nouemb. 1618. Quod intellige in casu, quo absit suspicio hæresis. Vide Lezanam, *n. 16.* & quæ dicebam, *dub. 19. sect. 2. & dub. 22. n. 6. & seqq.*

SECTIO XIV.

An immunitate priuetur parricida?

SVMMARIVM.

1 *Parricida ob rationes recensitas, non priuatur immunitate contra Parisium, & alios.*

2 *In iure nullibi cautum reperitur hominem ex sola Parricidij qualitate priuari immunitate.*

3 *Occidens Patrem insidiosè, & incautè non priuatur immunitate, secus est si inter Patrem, & filium nulla præcesserit inimicitia.*

1 REspondetur negatiuè, ob easdem rationes *supra* dictas; quamuis contrarium minus rectè sentiant Curtell. *de immun. Eccl. lib. 1. q. 34. n. 9.* Parisius *lib. 1. Conf. 96.* & alij, quorum sententia secundùm aliquos non procedit in quouis parricidio, sed tantum in parricidio insidioso, & incauto; Alioquin si simul pater, & filius digladiarentur, & vnus alterum in rixa occideret, immunitate priuaretur, quod non est dicendum (inquiunt ipsi) cùm 2 ex sola parricidij qualitate hominem immunitate priuari, in iure cautum nullibi reperiatur; Ita inter alios Barbos. *de iure Ecclesiast. lib. 2. c. 3. n. 95.* sed etiam minus rectè; quia si secundùm ipsum sola qualitate parricidij reus immunitate non priuatur, neque immunitate priuabitur, si occiderit patrem insidiosè, & incautè, cùm (vt *supra* dicebatur) homicidium insidiosum, & incautum nõ priuet reum immunitate. Secus, si inter patrem, & filiũ nulla præcessisset inimicitia, quia tunc homicidium, vt potè proditorium, absque dubio immunitate priuaret. 3

SECTIO XV.

An immunitate priuetur incendiarius?

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius non priuatur immunitate, cum non excipiatur in iuribus recensitis.*

2 *Incendiarius æquiparatur agrorum Depopulatori, sed vt diximus non valet argumentum à paritate rationis.*

3 *Principibus datur facultas puniendi expressè incendiarium consultis Prælatis Ecclesiasticis in quantum Incendiarius confugit ad Ecclesiam non ad ipsum extrahẽdum ab illa, sed vt Principes prudenter procedant in assignanda pœna Incendiario.*

4 *Constitutio Gregoriana derogat iuri communi, & omnia reducit ad vnicam formam; & sic non obstat aliquid in contrarium.*

5 *Violans Ecclesiam eius fores frangendo, vel comburendo, gaudet immunitate.*

6 *Violans tamen Ecclesiam Regularium, eius, vel Monasterij fores frangendo, vel comburendo, vel in eas quocumque alio modo violentiam exercendo, præter sacrilegium, & pœnas communes, pœnas quasdam alias incurrit ex priuilegiis Religionum, etsi non priuationem immunitatis.*

7 *Qui violat Ecclesiam eius fores frangendo, vel cõburendo peccat non solum in Ecclesia, sed etiam contra Ecclesiam, at non valet argumentum à maioritate rationis, vt supra dictum est.*

8 *Neque valet argumentum ab Incendiario segetum ad Incendiarium forum Ecclesiæ.*

9 *Qui simpliciter violat Ecclesiam, est indignus vt ab illa defendatur & sic eius immunitate gaudeat, si attendatur eius delictum, secus si attendatur Ecclesiæ pietas.*

10 *Persona loquentis cum fert legem, in generali sermone censetur excepta, si aliunde contrarium clare non constet.*

1 REspondetur negatiuè, ob easdem rationes dictas; quod scilicet neque *in cap. inter alia*, vel aliis iuribus, neque in Constitutione Gregorij XIV. excipiatur, & consequenter comprehẽdatur 2 sub regula generali immunitatis; Atque ita docet præter alios Farinac. *in append. de immunit. cap. 9.* 3

Digitized by Google

*num.*105.Diana *part.* 1. *tract.* 1.*resol.*21 *& part.* 6. *tract.*1.*resol.*16.& Bonacina*tom.*1.*disp.*3.*q.*7.*punct.* 6.§.1.*n.*6. quamuis oppositum sentiant Faber. *in l.* 1. *Cod. de his, qui ad Eccles. confugiunt.* Peregrin. *de immunit. cap.*12. *num.* 6. Guazzinus *tom.* 1. *defens.*1.*cap.*38.*num.* 44. Mar.Ital. *lib.* 1. *cap.* 4.§. 3. *numer.* 56. *&* 57. Sarpus *de iure Asylorum cap.* 5. *fol.* 50. Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *num.* 213. & Bobadilla *in Polit. tom.*1.*lib.* 2.*capite* 14.*n.*49.

2 Obiicies, incendiarius æquiparatur agrorum depopulatori,*c.pessimum*,23.*q.*8. Ergo.

Respondetur,solutio patet ex dictis;quin retorquetur argumentum; quia, cùm incendiarij crimen non sit idem crimen, ac crimen agrorum depopulatoris, exceptio vnius non est exceptio alterius, sed potius firmat regulam in non exceptis.

3 Instabis,Incendiarius expressè priuatur immunitate, cit. c. pessimum; ergo. Antecedens patet; quia datur ibi facultas Principibus eum puniendi, consultis Prælatis Ecclesiasticis; quod consilium requiritur, in quantum incendiarius confugit ad Ecclesiam; aliàs enim non requireretur tale consilium; & tamen hoc non obstante conceditur illis facultas eum puniendi,consultis Prælatis Ecclesiasticis;ergo,&c.

Respondetur,nego antecedens:& ad probationem Respondeo,quod consilium Prælatorum Ecclesiasticorum requiratur in dicto casu, non quia incendiarius confugit ad Ecclesiam,sed vt Principes prudenter procedant in assignanda pœna incendiario; cùm secundum ius antiquum variæ in illum pœnæ sint constitutæ,vt notat *glos.ibi.*

4 Adde,quod Constitutio Gregorij XIV.derogat iuri communi,& omnia reducit ad vnicam formã cum particulis taxatiuis & clausulis prohibentibus; & sic non obstat hodie talis textus, etiam si esset in contrarium.

5 Hinc sequitur, quod neque immunitate priuetur,qui violat Ecclesiam, eius fores frangendo,vel comburendo;sicuti Contra Curtellium *de immun. Eccles.lib.*1.*q.* 21.& alios rectè docent in terminis Diana *resol.*16.Nouarius *in Summa Bullarum, tit. de immunit.n.* 9. & ex Aduersarijs Peregrinus *loco supra cit.n.*15.quia, cùm ex dictis *dubit.* 19. solum immunitate priuetur,qui violat Ecclesiam per homicidium,vel mutilationem,consequens est,quod qui alio modo illam violat, immunitate non priuetur, sed gaudeat vt patet ex dictis ibi. Vide etiam,quæ dicebantur *dubit.*16. *&* 17.

6 Cæterum,si Ministri curiæ secularis fores Ecclesiarum,vel Monasteriorum Regularium infringant, aut in eas violentiam exerceant, præter sacrilegium, & pœnas communes, pœnas quasdam alias incurrunt ex Religionum priuilegiis, quæ referunt Cassanubius *in Compend.priuileg. Mendicant.ver.Ecclesia Fratrum,n.*3.Rodrig.*to.*2.*qq regul.q.*50.*ar.*2.& Lezana *ver.immunitas Eccles.n.*20.

7 Obiicies secundò ex Curtellio *loc.supra cit.*Qui violat Ecclesiam,eius fores frangendo,vel comburendo,peccat non solum in Ecclesia, sed etiam in Ecclesiam,ergo immunitate non gaudet.

Respondetur: concedò antecedens; at nego consequentiam; quia in materia hac immunitatis non valet argumentum à paritate, neque à maioritate rationis,vt patet ex dictis *supra cit dubit.*19. *& dubit.*24.

8 Instabis ex eodem Curtellio:Agrorum depopulator,qui incendit segetes,immunitate nõ gaudet, ergo multò minus, quid incendit fores Ecclesiæ.

Respondetur similiter vt suprà:Concedo antecedens: at nego consequentiam, ob rationem dictam.Accedit, quod vt agrorum depopulator, qui incendit segetes,immunitate non gaudeat, requiritur,quod id pluries, non autem semel vel bis fecerit,sicuti dicebam *dubit.*13.

Reinstabis ex eodem Curtellio:Qui simpliciter 9
violat Ecclesiã est indignus,vt ab illa defẽdatur,& sic eius immunitate gaudeat,*c.ad Episcopos*,17.*q.*4. ibi:*Ad Episcopos cunctos direxisse iussionem, & eos, qui Ecclesias violasse perhiberentur,accessu earum iudicarent esse indignos.& in c.frater*,10.*dist.causa* 17. *q.*4.ibi: *Nullus enim inter limina tanta veneratione deputata vtrumq; sibi licere existimet pro sua voluntatis arbitrio,vt & humanitatẽ sibi vendicet,& furorem.* & in *c.omnes cit.*17.*q.*4.ibi:*A limitibus eiusdem matris anathematizamus Apostolica auctoritate, pellimus,damnamus,atque sacrilegos iudicamus*,ergo &c.

Respondetur: distinguo antecedens: est indignus, si attendatur eius delictum, concedo: est indignus,si attendatur matris Ecclesiæ pietas,quæ ex hoc magis elucet;& propter quam correxit ius commune,nego.Quod inde magis patet;quia alioquin nullus delinquens gauderet immunitate Ecclesiæ;quia omnis delinquens, vtpotè delinquens indignus est,qui defendatur ab Ecclesia.

Vrgebis ex eodem Curtellio:Persona loquentis, cùm fert legem,in generali sermone censetur excepta, quod non ferat illam in proprium præiudicium; Doctores communiter, quos citat Barbosa *axiom.*206.*n.*2.ergo,&c.

Respondetur: Distinguo etiam antecedens: si 10
aliunde contrarium clarè non constet, concedo;si constet,sicuti cõtingit in casu nostro,nego. Quod inde confirmatur; quia alioqui quomodocumque quis delinqueret in Ecclesia, immunitate non gauderet Ecclesiæ.

Respondetur secundò,quòd licet id vergat in casu nostro in proprium præiudicium materialiter, seu quoad materiale Ecclesiæ,non tamen vergit in proprium præiudicium formaliter, seu quoad immunitatem,& iurisdictionem Ecclesiæ.

SECTIO XVI.

An immunitate priuetur apostata à Religione?

SVMMARIVM.

1 *Apostata à Religione ob rationes supradictas non excluditur ab immunitate Ecclesiæ, in opinione tamen illorum Doctorum asserentium quod Clerici,& Regulares Delinquentes gaudeant Ecclesiæ immunitate.*

Respondetur etiam negatiuè ob easdem ratio 1
nes iam dictas;quod tamen dico in opinione eorum Doctorum,qui docent,quod clerici, & Regulares delinquentes immunitate Ecclesiarũ gaudeant; cùm ego tamen opinionem oppositam putem probabiliorem,de qua vide *dub.*10.*sect.*15.

SECTIO XVII.

An immunitate priuetur exul, vel capitaliter bannitus?

SVM

SVMMARIVM.

1 *Exul vel Bannitus, dummodo eius delictum non sit de exceptis, non priuatur immunitate.*
2 *Bannitus non potest extrahi ex alieno Territorio, & sic neque ex Ecclesia, cum ea sit de Territorio Episcopi.*
3 *Bannitus vel Exul si sit in Ecclesia suæ Patriæ non dicitur exilium fregisse.*
4 *Ius generaliter loquens generaliter est intelligendum.*
5 *Vbi ius non distinguit neque nos distinguere debemus, præsertim si distinctio sit in præiudicium Ecclesiæ.*
6 *Reus, qui ducitur ad supplicium mortis, si se eximat e manibus satellitum, gaudet Ecclesia immunitate.*
7 *Bannitus, & exul mortuus non potest sepeliri ex doctrina Bartoli in Ecclesiis locorum, de quibus arcetur.*
8 *Non valet argumentum à priuatione sepulturæ ad priuationem immunitatis.*
9 *Excommunicatus non potest sepeliri in Ecclesia, & tamen gaudet immunitate.*
10 *Infidelis non potest sepeliri in Ecclesia, & tamen ex multorum satis probabili opinione gaudet etiam immunitate.*
11 *Opinio Bartoli de sepultura Banniti, & Exulis non est tuta.*
12 *Bannitus, vel Exul, hoc ipso, quod transgrediatur fines vetitos confugiendo ad Ecclesiam committit crimen læsæ maiestatis, sed non in Personam Principis.*
13 *Bannitus, vel exul cum confidenter audeat permanere in loco sacro delinquit in Ecclesia, non tamen occidendo, vel mutilando, & ideo gaudet immunitate.*
14 *Literæ concessæ particularibus locis contra immunitatem, non sunt generaliter ad omnia loca extendendæ.*
15 *Bannitus si vi statuti possit impunè occidi, non solum non debet extrahi ab Ecclesia, sed nec in illa occidi.*
16 *Occidens Bannitum ex permissione statuti, si occidat in Ecclesia licet non possit puniri vt homicida, punitur tamen vt Ecclesiastica Immunitatis violator.*
17 *Occidens tali casu in Ecclesia contrahit excommunicationem constitutionis Gregorianæ latam contra extrahentes ab Ecclesia.*

1 REspondetur, quod immunitate neque priuetur exul, vel capitaliter bannitus (dummodo delictum, pro quo est exul, vel bannitus, non sit de exceptis) ob easdem rationes supra dictas.

2 Et confirmatur; quia bannitus non potest extrahi ex alieno territorio (vt inter alios notauit Azeuedus *lib. 1. cap. 3. num. 7.*) Ergo neque ex Ec-
3 clesia; cùm Ecclesia sit de territorio Episcopi (quapropter, si bannitus, vel exul fuerit in Ecclesia suæ patriæ, non dicitur exilium fregisse; qua de re Diana *par. 4. tract. 1. resol. 91.*) Atque ita contra Sarpum *de iure Asylorum cap. 5. fol. 53.* & quosdam alios docent Sanchez *in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 8. numero 24.* Barbosa *de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. numero 130.* Peregrin. *in tract. de immunitat. cap. 3. numero 11.* Diana *par. 1. tract. 1. resol. 31.* Clarus *in pract. §. fin. q. 30. numero 21.* Farinacius *qu. 28. numero 47.* Castrus Palaus *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 7. numero 9.* Baiardus ad Iulium Clarum, *qu.* 30. *numero 28.* Guazzinus *tom. 1. defens. 1. cap. 38. num. 55.* Bonac *tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 5. num. 15.* Ludouicus Correa *in relect. de immunit. par. 3. num. 40.* Lezana *ver. immunitas, num. 16.* Cochier. *de iurisdict. par. 4. q. 65. num. 2.* & Matius Anton. Macera-
tensis *var. resol. lib 3. resol. 15. n. 9.* Vide etiam quæ dicebantur supra *cit. dub. 10. sect. 5. & seqq.*

Obiicies, Ecclesia non defendit, quos Iudicum sententia damnauit, sed eos solum, quos iustitia insequitur, antequam sententiam ferat; ergo.

Respondetur, nego antecedens; quia iura quoad hoc indefinitè loquuntur; ius autem, quod 4
generaliter loquitur, generaliter est intelligendum. *cap. in fraudem, §. vlt. de testam. militar.* præsertim in fauorabilibus. Item vbi ius non distinguit, nec 5
nos distinguere *debemus, leg. præses. ff. de offic. Præsid.* præsertim, si distinctio sit in præiudicium Eccle-
siæ. Adde, quod, si, quod dicitur, verum esset, 6
sequeretur, quod, si Reus lata sententia, & damnatus ad mortem, cùm ad supplicium ducitur) eximens se è manibus satellitum ad Ecclesiam confugeret, Ecclesiæ immunitate non gauderet, quod est contra praxim, & communem sententiam Doctorum, vt videre est apud Decianum *lib. 6. cap. 28. numero 29.* Gutierez *in qq. pract. lib. 4. q. 4. numero 10.* Tuschum *ver. Ecclesia, 15. numero 197.* Corream *in relect. de immunitat. par. 2. numero 9.* Farinacium *in append. de immunitat. cap. 15. num. 197.* & Castrum Palaum *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 7. numero 12.* & nos dicebamus *supra cit. dub. 10. sect. 7. & seqq.*

Obiicies secundò, bannitus, & exul mortuus ex Bartolo non potest sepeliri in Ecclesiis lo-
corum, de quibus arcetur; adeò quod si in 7
aliqua Ecclesia illorum sepeliatur, exhumandus sit, ergo viuus Ecclesiæ immunitate non gaude-
bit.

Respondetur, transeat antecedens; at nego con-
sequentiam; quia non valet argui de priuatione 8
sepulturæ ad priuationem immunitatis Ecclesiæ; quandoquidem excommunicatus non potest se-
pelliri in Ecclesia, & tamen gaudet immunitate Ec- 9
clesiæ, vt dicebatur *cit. dub. 10. sectio. 3.* Item Infi-
delis similiter non potest sepeliri in Ecclesia, & ta-
men ex multorum satis probabili opinione gau- 10
det etiam immunitate Ecclesiæ; qua de re vide *cit. dub. 10. sect. 4.*

Respondetur secundò, nego antecedens; quia licet Ecclesia sit in territorio Principis secularis, 11
non tamen propriè est de eius territorio, quin (vt alij loquuntur) est extra territorium, & iu-
risdictionem Principis secularis. Atque ita docent Aymon. *Consil. 908. numero 6. lib. 5.* Tuschus, *ver. Ecclesia, conclus. 5. numero 10.* Farinacius *in ap-
pend. de immunitat. cap. 22. numero 356.* Chassanæus *in consuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 5. num. 117.* Spe-
rellus, *dec. 3. n. 11. & 16.* Antonius de Marinis *cap. 116 per totum,* & alij.

Obiicies tertiò, bannitus, vel exul, hoc ipso, quod transgreditur fines vetitos, confugiendo ad Eccle-
siam, committit crimen læsæ Maiestatis; ergo im- 12
munitate Ecclesiæ non gaudet.

Respondetur, transeat antecedens: at non commit-
tit in personam Principis; quod requiritur, vt Ecclesiæ immunitate non gaudeat, sicuti dicebatur 13
supra dub. 32. sect. 4. & seqq.

Obiicies quartò, hoc ipso, quod permanet in Ecclesia (cum in loco sacro sibi interdicto stare cō-
fidenter audeat) in illa actu delinquit, ergo illius immunitate non gaudet.

Respondetur, transeat, quod actu in illa delinquat:at non delinquit in illa occidendo, vel mutilando,quod requiritur, vt immunitate non gaudeat, sicuti dicebatur *suprà dubit. 19. per totam*.

24 Obiicies quintò cum Mario Italia *de immunit. Eccles. lib. 1. cap. 5.§.8.num.1.& seq* & Cuttellio *de immunit Eccles.lib.1.q.17.n.8.* qualdam literas Clementis VIII missas ad Archiepiscopum Bononiæ; & Nuncium Neapolis, in quibus præcipit Regularium Superioribus, ne bannitos, fraudulenter decoctos, fures &c. in suis Conuentibus receptent, & detineant, sed expellant, ergo, &c.

Respondetur,de his litteris vide, quæ dicebantur *suprà sect...dubit.11.sect.6.in fin.*

26 Cæterum aduerte hic,quod exul, vel bannitus non solum non possit ab Ecclesia extrahi, sed nec etiam(non obstante,quod ex forma statuti, vel ex alio capite posset impunè interfici)in Ecclesia occi-
27 di,adeò, quod taliter occidens, licet non possit puniri,vt homicida,puniri tamen debeat vt Ecclesiæ & Ecclesiasticæ immunitatis violator;sicuti rectè ex Remigio de Gonni notauit Peregrinus *de immunit.cap.5.num.11.* & videri potest Farinacius *q.103.num.323.& in append.de immunit.cap.2. num.39.*

An autem in tali casu occidens in Ecclesia exulem,vel bannitum,contrahat excommunicationem Gregorij XIV.contra extrahentes ab Ecclesia latã?

Respondetur affirmatiuè, vt *infrà dubit. 37.* dicetur.

SECTIO XVIII.

An immunitate priuetur cudens falsam monetam,vel bonam tondens?

SVMMARIVM.

1 *Cudens falsam monetam, vel bonam tondens non priuatur immunitate ob rationes supradictas.*

2 *Cudens falsam monetam,vel bonam tondens committit iniustitiam aduersus Rempublicam, & Regem;& sic committit furtum publicum, non tamen dicitur committere latrocinium publicum,quod requiritur ad perdendã immunitatẽ.*

3 *Cudens falsam monetam committit crimen læsæ maiestatis in statum Principis, non autem in Personam eiusdem.*

1 RESPONDETVR negatiuè ob easdem rationes dictas;quod scilicet non sit crimen hoc exceptum in iure communi,neque in Bulla Gregorij XIV. Atque ita contra Sarpum *de iure Asylorum cap.5.fol.52.*docent Guttierez *pract.qq. ciuil.lib.3.q.4.*)vbi in crimine falsæ monetæ sic in Regali Cancellaria Pinciana decisum fuisse testatur)Farinacius *in append.de immunit.c.6.num.91.* Mar.Italia *lib.1.cap.5.§.1.num.15.* Diana, *part.1. tract.1.resol.31.* Villalob.*in summa tom.2. tract.39. diffic.7.num.19.* Trullench.*in decalog.tom.1.lib.1. cap.11.dub.3.num.28.*Peregrin.*de immunit. cap.6. num.11.* Nouarius *in summa Bullarum tit. de immunit.num.4.* Lezana,*num.16.*Bonacina *tom.2.disp. 3.quæst.7. punct.6. §.1. numer.4.* & Barbosa *de iure Ecclesiast. lib.2. cap.3. numer.122.* vbi ait, quod cùm Neapoli in Ecclesiam quidam Monetarij confugissent,Prorex Paulo V.supplicauit, vt eius Nuncio mandaret, quod tales Reos Regiæ Curiæ consignare vellet; & Pontifex sub die 19. Iulij 1619.mandauit,dari literas Nuncio,vt (constito sibi summariè, & ex processu laicorum, quod tales erant Monetarij) eos consignari mander.

Obiicies, talis committit iniustitiam aduersus 2
Rempublicam,& Regem,& sic committit furtum publicum,ergo.

Respondetur, concedo vtramque partem antecedentis:at nego consequentiam; quia non committit latrocinium publicum (cùm non inferat violentiam cum publicitate, seu in loco publico, sed furetur clam,& sine violentia) At latroni publico tantum, vt supra suo loco dicebatur, imponitur pœna priuationis immunitatis. Vide *dubit. 13.*

Instabis committit crimen læsæ Maiestatis,Er- 3
go, &c.

Respondetur, distinguo antecedens: committit crimen læsæ Maiestatis in statum Principis, concedo;in personam Principis, nego. At ex dictis in in hoc casu tantum immunitas Ecclesiarum denegatur.Vide *dubit.23.sect.4.& seqq.*

SECTIO XIX.

An immunitate priuetur Regia tributa, vel fiscum fraudans, aut Reipublcæ pecunias in suos vsus conuertens? Vbi etiam de obstricto ad reddendum rationem ratiocinia ratione tutelæ,vel officij Regij.

SVMMARIVM.

1 *Fraudans Regia Tributa, aut Reipublica pecunias in suos vsus conuertens non priuatur immunitate.*

2 *Authentica de mandatis Principum, vt diximus fuit correcta per ius Canonicum.*

3 *Ius ciuile, cum discordet à Canonico in materia Immunitatis,standum est Iuri Canonico.*

4 *Obligatus ad reddendum ratiocinia ratione tutelæ,vel administrationis si sit in fraude, multo minus priuabitur immunitate.*

5 *Textus in Can.Vxor 17.q.4. non loquitur de homine libero;sed de seruo.*

6 *Officialis Regius,& Debitor ex causa syndicatus multo minus priuatur immunitatẽ.*

RESpondetur etiam negatiuè, ob easdem ratio- 1
nes dictas; atque ita contra Sarpum *de iure Asylorum, cap.5.fol.52.* & Cuttellium *de immunit. Eccles. lib.1.q.32 num.41.& seqq.* docent Angelus,*ver. Immunitas, num.15.* Silu. *eodem ver. 4. num.8.* Tabien. *num.8.*Armilla, *numer.12.* Suarez *de relig. tom.1. lib.3. cap.11. num.3.* Fagundez *præcept. 2. lib.4. cap.4. numer.53.* Villalobos *in summa, tom.2.tract.39. diffic.7.num.17.* (vbi citat Abbatem, Lopez, & Bobadillam) Ambrosinus *de immunit. cap.13. numer.2.* Farinacius *capite 3. numero 61.* Germonius *de sacror. immunit. lib.3. cap.16. numero 110.* & Castrus Palaus, *tom.2. tract.11. disp.vnic. punct.8. num.5.* & videri poterunt, quæ dicebantur *dubit.11. sect.5.& 6.*

Obiicies,

Obiicies, est in contrarium Authent. *de mandatis Princip.* § *publicanorum*, ergo, &c.

1 Respondetur, concedo antecedens. Ad id nihil obstat; quia correcta iam illa est per ius Canonicum; cùm autem in materia immunitatis discordat
3 ius Ciuile à Canonico standum est Iuri Canonico, etiam in foro Ciuili, sicuti ex communi docent Gutierez *in pract. qq. lib. 4. q. 4. num.* 4. Tuschus *ver. Ecclesia, concl.* 10. *num.* 19. *& ver. Immunitas, concl.* 59. *num.* 13. Germonius *de sacror. immunit. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 21. Peguera *in pract. crimin. cap.* 26. *num.* 6. & Sperellus, *decis.* 52. *num.* 32. & nos dicebamus *supra dub.* 5.

4 Hinc sequitur primò contra Curtellium *loc. cit.* quod à fortiori multò minus immunitate priuetur obligatus ad reddendum ratiocinia ratione tutelæ, vel administrationis. Nec obstat textus in
5 *cap. vxor*, 17. *q.* 4. vbi quidam seruus obligatus ad ratiocinia reddenda, confugit ad Ecclesiam; & Gelasius Pontifex mandauit, quod, præstito impunitatis iuramento, ex illa extraheretur. Nam (vt rectè aduertit præter alios Decianus *lib.* 6. *cap.* 28. *nu.* 26.) non loquitur textus ille de homine libero, sed de seruo, qui (cùm sit quid Domini) certum est, quod Domino, præstito impunitatis iuramento, restitui
6 debeat.

Sequitur secundò contra eundem Curtellium, quod similiter à fortiori multò minus immunitate priuetur Officialis Regius obligatus, & debitor ex causa Syndicatus; sicuti notauit præter alios Farinacius *in append. de immunit. cap.* 1. *numero* 66. Vide quæ dicebantur *supra citata Dub.* 11. *sect.* 1. *& seqq.*

SECTIO XX.

An immunitate priuetur Iudex, vel alius minister extrahens ab Ecclesia confugientem ad illam?

SVMMARIVM.

1 *Crimen extrahendi Reos ab Ecclesia non est de exceptis; & ideo extrahens gaudet immunitate contra graues Doctores.*

2 *Iudex, & Minister in tali casu indignus est vt immunitate gaudeat, cum alterum immunitate priuauerit, secus est inspecta Ecclesiæ pietate.*

1 REspondetur etiam negatiuè ob easdem rationes dictas; quod scilicet crimen extrahéndi reũ ab Ecclesia non sit vnum de exceptis; Atque ita docet Farinacius *in append. de immunitat. cap.* 6. *numero* 106. Quamuis contrarium sentiant graues Doctores, inter quos Decianus *tractat. crimin. lib.* 6. *cap.* 25. *numero* 7. *& cap.* 26. *numero* 9. Mar. Ital. *de immunitat. lib.* 1. *cap.* 5. §. 15. Anast. Germon. *de sacror. immunitat. lib.* 3. *cap.* 16. *numero* 104. *& seqq.* Curtellius *de immunitat. Eccles. lib.* 1. *quæstio* 11. & Petr. Gregor. *Syntag. iuris, lib.* 33. *cap.* 21. *num.* 3. *& c.* 22. *n.* 2.

Obiicies, Iudex, vel minister in tali casu indi-
2 gnus est, vt immunitate gaudeat, cùm alterum immunitate priuarit; quapropter conqueri non potest, quod eadem mensura, qua alios, mensus est, remetiatur, ergo, &c.

Respondetur, distinguo antecedens: indignus est, vt immunitate gaudeat, si spectetur ad pietatem Ecclesiæ, nego antecedens: si spectetur ad personam, & delictum, concedo antecedens. Ac hinc tãtũ sequitur, quod potuerit statui, quòd talis Reus immunitate priuetur, non autem quod de facto sic statutũ sit, cùm contrariũ in Gregoriana appareat; Quapropter pro Reo stat regula generalis, quod immunitate gaudere debeat, ità vt si ius commune *in cap. frater*, 10. *causa*, 17. *q.* 4. vel alibi oppositum præceperit, id iam correxerit Gregoriana.

SECTIO XXI.

An immunitate priuetur occidens clericum, vel Regularem, vel etiam Episcopum?

SVMMARIVM.

1 *Occidens Clericum vel Regularem, vel etiam Episcopum, non priuatur Ecclesiæ immunitate, cum non sit homicidium de exceptis.*

2 *Occidens supradictos contrahit excommunicationem, non autem amittit immunitatem, quia priuilegium est concessum loco sacro, non Personæ sacræ.*

3 *Excommunicationi esse annexum effectum priuandi excommunicatos immunitate, non reperitur in iure.*

4 *Occidens Clericum saltem constitutum in sacris est Parricida sed improprie, & dato, quod esset propriè diximus Parricidam gaudere immunitate.*

5 *Occidens Clericum committit sacrilegium, & tamen per ea quæ dicta sunt non eximitur ab immunitate.*

6 *Occidens Clericum committit crimen læsa maiestatis, sed remotè.*

7 *Occidens Clericum licet delinquat in Ecclesiam, non tamen delinquit materialiter, quod oporteret, vt priuetur immunitate.*

8 *Ecclesia cum doceat inimicos, ac se persequentibus benefaciat, occisores amplectitur.*

9 *Immunitas Ecclesiarum est solum in ordine ad Iudices seculares, non item in ordine ad Iudices Ecclesiasticos.*

REspondetur etiam negatiuè ob easdem rationes supra dictas, quod scilicet inter homicidia 1
excepta non ponatur, nisi homicidium proditorium, quale non est homicidium, de quo nunc loquimur; Atque ita docent *Peregrin. de immunitat. Eccles. cap.* 12. *num.* 13. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *resol.* 39. Boërius *decis.* 109. *num.* 7. *in fine*, Farinacius *de immunitat. cap.* 7. *numero* 114. retractans sententiam oppositam, quam prius docuerat *in tract. de carcerib. quæstio* 28. *numero* 29. Marius Ital. *de immunitat. lib.* 1. *cap.* 2. §. *vnic. numero* 6. *& cap.* 5 §. 3. *numer.* 79. Giurba *consil.* 70. *numero* 9. Antonius de Marinis *in quotid. resol. cap.* 170. *numero* 14. & Ceuall. *par.* 2. *qu.* 101. contra Decianum *lib.* 6. *cap.* 28. Riccium *in prax. par.* 2. *resolut.* 209. Sanchez *in select. disp.* 44. *numero* 52. Villadieg. *in Polit. cap.* 3. *numer.* 212. Curtellium *de immun. Eccles. lib.* 1. *q.* 14. Suarez de Paz *in prax. to.* 1. *par.* 5. *c.* 3. *n.* 169. Ludouicum Corteam *in relect. de immun. Eccl. par.* 3. *n.* 37. & Bobadillam *to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 47. qui citat Visquium, & Remigium; videri etiam poterit Barbosa *de iure Eccl. to.* 2. *c.* 3. *n.* 123.

2 Obiicies ex Curtellio *loc.cit.* qui occidit clericum vel Regularem,&c. contrahit excommunicationem,ergo priuatur immunitate Ecclesiæ.

Respondetur,concedo antecedens:at nego consequentiam, quia tale priuilegium concessum est loco sacro,non autem personæ sacræ. Vnde clericidium(vt dicebamus)non reperitur inter homicidia excepta;nec, quod excommunicatio habeat talem
3 effectum,reperitur in iure vnquam expressum. Vide,quæ dicebantur *supra dubit.*10.*sect.*3.

4 Obiicies secundò; qui occidit clericum,saltem constitutum in sacris,est parricida,*c.quis*,9.*dist.* 96. ibi: *Quis dubitet,sacerdotes Christi,Regum, & Principum,omniumque fidelium patres, & magistros censeri?* Ergo priuatur immunitate.

Respondetur:distinguo antecedens:est parricida impropriè,concedo:at in casu nostro ex dictis *supra sect.*3.non est facienda extensio ad alia, præsertim ad impropria.est parricida propriè,nego. Respõdetur secundò; transeat antecedens: at nego consequentiam: quia neque parricida propriè priuatur immunitate Ecclesiæ,sicuti dicebam *supra sect.*14.

5 Instabis,committit sacrilegium,ergo.

Respondetur,concedo antecedens;at nego similiter consequentiam; per ea quæ dicebantur *supra sect.*8.

6 Reinstabis, committit crimen læsæ Maiestatis diuinæ,ergo.

Respondetur,distinguo antecedens:ita vt committat immediatè in Deum,vel in personam Principis(quod requiritur,vt quis immunitate Ecclesiæ priuetur) nego: ita vt committat mediatè,seu remotè(quod nihil obstat) & concedo. Vide,quæ dicebantur *supra dubit.*23.*sect.*4.*& seqq.*

7 Vrgebis,delinquit in Ecclesiam;cùm læsus clericus repræsentet Ecclesiam,ergo.

Respondetur,distinguo antecedens:delinquit in Ecclesiam ita vt delinquat in materialem; in illa scilicet occidendo, vel mutilando (quod requiritur, vt quis immunitate Ecclesiæ priuetur)nego: ita vt delinquat in Ecclesiam alio modo, & transeat.At hinc nihil sequitur contra nos cum in pœnis,præsertim in casu nostro,non valeat argumentum à maioritate,nedum à paritate rationis, vt *supra sect.* 3.dicebamus. Vt omittam, quod Ecclesia, cum diligat inimicos, ac se persequentibus bene faciat,occisores amplectatur.

8 Cæterùm, An saltem, qui occidit,vel quocunque alio modo offendit S.R.E.Cardinalem,immunitate priuetur? Vide *supra dubitat.* 23.*sect.* 1. *num.*37.

Reurgebis ex eodem Curtellio, si Clericus delinquit,& confugit ad Ecclesiam non gaudet immunitate Ecclesiæ,ergò par est,quod si Laicus delinquat in Clericum, neque gaudeat immunitate Ecclesiæ.

Respondetur,transeat antecedens;quod dixi,quia satis probabile est oppositum, vti dicebatur *dubit.* 10.*sect.* 12. Nego tamen consequentiam;quia immunitas Ecclesiarum est solum in ordine ad Iudices seculares,non item in ordine ad Iudices Ecclesiasticos,ob rationes dictas cit.*sect.*12.

SECTIO XXII.

An priuetur immunitate quoad crimina non excepta, delinquens in crimine excepto?

SVMMARIVM.

1 *Delinquens in crimine excepto non priuatur immunitate quoad crimina non excepta,siue ante,siue post commissa.*

2 *Casus procedit si Iudex non intendit punire in eo homicidium proditorium; sed solum casum non exceptum.*

3 *Non est improbabile Reum posse absolute extrahi ab Ecclesia ob alia delicta non excepta, quando ob excepta absolute priuatur immunitate.*

4 *Contrarium videtur probabilius,quia pœnales Constitutiones immunitatem derogantes accipiendæ sunt in rigorosa,& formali significatione.*

REspondetur,quod delinquens in crimine excepto,neque priuetur immunitate quoad crimina non excepta,siuè ante, siuè post commissa,v.g. quod homicida proditorius non priuetur immunitate quoad crimen adulterij,stupri, simplicis furti,&c.siuè ante,siuè post commissi. Casus autem procedit, si Iudex non intendit punire in eo homicidiũ proditorium; quia si illud punire in eo intendat,& ob illius caulam reum ab Ecclesia extrahat,absque dubio in tali casu in eo reliqua crimina punire potest:quia tunc non censetur Iudex reum extrahere ab Ecclesia ob alia crimina,sed iam iustè extractum punit. At si solum non excepta crimina in eo punire intendit (quamuis non improbabile sit,reum extrahi etiam posse;quia absolutè immunitate priuatus existit) tamen probabilius videtur, extrahi non posse;quia pœnales Constitutiones Immunitatem derogantes, accipiendæ sunt in rigorosa,& formali significatione;& sic Constitutio excludens Reum ab immunitate in quibusdam casibus,accipienda est in eadem significatione,ita vt solum comprehendat delinquentes,quatenus tales sunt,id est,quatenus talia crimina commiserunt,& quoad alia crimina securi maneãt; præsertim cùm Constitutio Gregorij XIV. vetuerit extrahi ab Ecclesia delinquentes, nisi pro delictis exceptis,sublata facultate aliter interpretandi. Atque sita contra Peregrinum *de immunit cap.6 num.*20.Ambrosinum *cap.*5.*num.*10.Sanchez *in select.disp.*44.*numer.* 52.& Sarpum *de iure Asylorum cap.*5.*fol.*60.docent Farinacius *de carcerib.qu.*28.*numer.*67.*in fin.*Decian. *tract.crimin.lib.*6.*cap.*26.*num.*6.Diana *par.* 1.*tract.*1. *resol.*39.& Bonacina *disp.*3.*q.*7.*de immunit. punct.* 4. *in fin.num.*24.Vide quæ dicebantur *supra dubit.* 10. *sect.*4.*& dubit.*22.

1

2

3

4

SECTIO XXIII.

An immunitate priuetur, qui vulnerat, vel etiam occidit sacerdoti peccata sua actu confitentem, vel actu quodcumque aliud Sacramentum sumentem?

SVMMARIVM.

1 & 2. *Occidentes pœnitentem sacerdoti sua peccata confitentem,vel quodcumque aliud sacramentum actu sumentem,non priuãtur immunitate;secus si id facinus committant animo hæreticali,aut cum errore intellectus.*

3 *Neque*

3 *Neque valet argumentum in hoc delicto à paritate, vel maioritate rationis.*

4 *Talis Delinquens indignus est vt ab Ecclesia recipiatur spectato delicto, & persona; secus est spectata Ecclesia pietate.*

1 RESPONDETUR etiam negatiuè, ob easdem rationes supradictas; atque ita præter alios in terminis docet Diana *par. 6. tract. 1. resol. 26.* contra Barbosam *de iure Eccles. libr. 1. cap. 3. numer. 98.* & Trullench. *in Decalog. to. 1. lib. 1. cap. 11. dubit. 3. num. 11.*

Obiicies, qui in vilipendium Sacramenti Confessionis, vel cuiuscunque alterius Sacramenti tantum facinus committit, contemnit Ecclesiam, & Christum Dominum auctorem Sacramentorum, ergo immunitate priuatur.

2 Respondetur, distinguo consequens: si id facinus committat animo hæreticali, seu cum errore intellectus, saltem rationabiliter præsumpto, concedo consequens; quia tunc immunitate priuatur, vt hæreticus, vel saltem, vt de hæresi suspectus: Si id facinus committat non tali, sed alio modo, nego consequentiam; quia tunc facinus, licet sit grauissimum, & enorme, non tamen est de exceptis; iura autem antiqua, & maximè Constitutio Gregorij XIV. omninò voluit, extrahi Reum, præterquam in casibus exceptis, sublata etiam facultate aliter interpretandi; Quapropter ad minus censeo in tali casu consulendum esse Summum Pontificem.

Instabis, qui committit homicidium proditorium, vel qui occidit, vel etiam mutilat in Ecclesia; & secundùm aliquos etiam extra Ecclesiam, cum spe confugiendi ad Ecclesiam, immunitate priuatur, ergo multò magis priuabitur, qui in vilipendium Confessionis, vel cuiuscumque alterius Sacramenti tantum facinus committit.

Respondetur, nego consequentiam; quia in pœnis (præsertim in præiudicium immunitatis Ecclesiasticæ, quæ quam maximè fauorabilis est) non
3 valet argumentum à paritate, vel maioritate rationis, vt *supra* dicebamus *sect. 3.*

Vrgebis, indignus est, vt ab Ecclesia recipiatur, *cap. fin. de immunit. Eccles.* ergo.

4 Respondetur, distinguo antecedens: indignus est, vt ab Ecclesia recipiatur, si spectetur delictum, & persona, concedo (quapropter poterat quidem in ipsum talis pœna statuijat esse statutam, nec ex iure antiquo, nec ex nouo Gregorianæ Constitutionis apparet) si spectatur pietas S. Matris Ecclesiæ; in quo magis relucet eius pietas, nego. Vide, quę dicebantur *supra dubit. 19.*

DVBITATIO XXV.

An possit Reus è loco sacro extrahi inuitus?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

4 *Reus è loco sacro extrahi inuitus, & contra voluntatem Ecclesia non potest.*

2 *Reus si liberè à loco sacro egrediatur potest capi, & puniri per Iudicem laicum; eam Immunitas Reo concessa sit tantum ratione loci.*

RESPONDETUR, quod non possit 1
Reus è loco sacro extrahi inuitus; quod si extractus fuerit inuitus, restituendus sit Ecclesiæ; Atque ita habetur *in l. 2. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confug. & in cap. inter alia, de immunit. Eccles. cap. de his, qui ad Eccles. confug. c. sicut antiquitus, c. muror. c. fraternæ. Reum, & c. diffinuit. 17. quæst. 4.*

Dixi, quod *non possit Reus à loco sacro extrahi inuitus*; quia si liberè egrediatur, poterit eũ sic egressum Iudex secularis capere, & punire; cùm immunitas Reo concessa sit ratione loci. Vnde, cum dicitur, non violari immunitatem Ecclesiæ, si capiatur Reus in Ecclesia seipsum offerens, nolens scilicet frui immmunitate Ecclesiæ, intelligitur, dummodo non capiatur in loco sacro, sed postquam exiit è loco sacro; cum immunitas sit directè concessa loco sacro, cuius priuilegio non potest ipse cedere, iuxta ea, quæ dicam *dubit. 26.* & ex communi docent Nauar. *cap. 15. num. 21.* Graff. *lib. 1. cap. 1. num. 47.* Couar. *cit. cap. 10. num. 17.* Farinac. *in append. de immunit. cap. 19. num. 306.* Decian. *cit. lib. 6. cap. 46. numer. 11.* Suar. *lib. 3. cap. 12. num. 5. & 6.* Lezana *ver. immunitas Eccles. n. 18.* Layman *lib. 4. tr. 9. cap. 3. n. 13.* & Bonacina *disputat. 3. quæst. 7. de immunit. punct. 5.* Hinc

SECTIO II.

An, & quid dicendum si egressus fuerit necessitate ductus?

SVMMARIVM.

1 *Reus egressus ab Ecclesia tantum ad exonerandum ventrem statim regressurus, quia indecens est vt Ecclesia Dei his immunditiis sordescat, gaudet immunitate.*

2 *Reus ad necessaria Naturæ, absque eo, quod in Domibus extraneorum se recipiat, potest ab Ecclesia progredi per spatium 30. passuum vltra quod non prodest excusatio.*

EX dictis sequitur primò, quod idem dicendum 1
sit, si necessitate ductus, v. g. ad exonerandum ventré, statim regressurus, egressus fuerit: indecens enim est, quod Ecclesia Dei, & locus sacer; qui omni odore bono olere debet, his immunditiis sordescat; quapropter tunc Iudex non poterit eum capere, & punire; cùm in tali casu non censeatur moraliter egressus è loco sacro; vti docent præter alios Fagundez *de præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. n. 56.* Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. q. 26. n. 11.* & Bonacina *cit. punct. 5. num. 1 in 2. effectu.* Vide etiam Suar. *ver. Immunitas, 3. num. 34.* & Dian. *par. 1. tract. 1. resol. 26.* Vide tandem *cap. diffinuit. 33.* ibi: *Sic tamen, vt hi, qui* 2
ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo absedant, sed in hoc 30. passuũ numero, absque domorũ extranearum receptaculo progredientes aditũ obtinebũt, qualiter ad requisita naturæ vsum debitu excant locis, & nullo teneãtur cuentu necessitudinis, qui Dominicis se defendẽdas cõmiserint locis;

Vnde

Vnde colligi videtur, quod ad hunc finem datum sit hoc spatium, & vltra hoc spatium non prosit excusatio.

SECTIO III.

An,& quid dicendum,si extractus fuerit per vim?

SVMMARIVM.

1 *Reus si per vim extractus sit ab aliquo loco sacro debet à Iudice Ecclesiæ restitui, & sic non puniri; cum talis extractio, vtpote violenta sit nulla.*

2 *Iudex,qui non fuit particeps violentæ extractionis non violat Immunitatem physice; secus est moraliter.*

3 *Iudex secularis si ab alio Reum extractum à loco sacro,Ecclesiæ non restituat, primam iniustam extractionem continuat,& sic Ecclesia immunitatem violat.*

1 SEquitur secundò, quod idem etiam dicendum sit, si per vim ab aliquo inde extractus fuerit; quia tunc Iudex neque poterit eum capere,& punire,sed tenebitur Ecclesiæ restituere;cùm talis extractio,vtpotè violenta,nulla sit,& sic Reo præiudicare non debeat. Vide *infrà sect.4.& 5.*

Confirmatur;quia alioquin facilè posset Iudex confugientes ad Ecclesiam capere,& punire, si per vim ab aliis extractos licitè capere,& punire posset vt docet Valentia,*to.3.disp.6.q.15.punct.1.ad 2.* Genuens.*in prax.cap.17.num.6.*& Bonac.*disp.3.q.7.de immunit.punct.2.* contra Suar.*lib.3.cap.13.num.19.in fin.*

2 Obiicies,Iudex,qui non fuit particeps violentæ extractionis, non violat immunitatem;quia non extrahit delinquentem è loco sacro, sed profano, ergo, Sic Suar.*in loco supra cit.* quamuis fubdat,quod sic primò extrahens teneatur extracto damna omnia,quoad possit, compensare.

Respondetur,nego antecedens;& distinguo probationem:non extrahit delinquentem è loco sacro sed profano;physicè,concedo:moraliter;nego;quia delinquens, quamuis existat extra locum sacrum corporaliter, moraliter tamen reputatur, ac si in loco sacro sit;cùm extractio, vtpotè violenta (vti dicebam)nulla fuerit;& sic priuilegium immunitatis Reus non amiserit;quapropter si Ecclesiæ Iudex eum non restituit,primam iniustam extractionem continuat,& sic Ecclesiæ immunitatem violat.

3

SECTIO IV.

An, & quid dicendum, si egressus fuerit per metum?

SVMMARIVM.

1 *Reus extractus per metum ei incussum, puta ob persuasam extractionem de eo faciendam à Iudice seculari a loco sacro,non potest capi, neque puniri, cum moraliter in tali casu extrahi censeatur.*

SEquitur tertiò,quod idem etiam dicendum sit, si per metum iniustè illatum, & non vanum sed fundatum(quod v.g à Iudice laico extrahendus sit)ex Ecclesia egressus fuerit; quia tunc Iudex neque poterit eum egressum capere,& punire;cùm in tali casu moraliter non tam egredi,quàm per violentiam extrahi ex Ecclesia censeatur. Atque ità docet præter alios Farinac.*in append.de immunit.cap.2. num.55.*& Lezana *ver.immunitas Eccles.num.18.ex c.sicut antiquitus,& c.mirror,17.q.4.* Quidquid in contrarium sentire videantur Abbas,Sylvester; & alij apud Peregrinum *cap.14.num.2.* quatenus aiunt, quod non violet immunitatem Ecclesiæ,& sic non contrahat excommunicationem Iudex, qui verbis iniuriosis,vel minis inducit reum ad egrediendum è loco sacro,egressumque ex illo in carcerem coniicit,ex eo,quia immunitas violatur,& excommunicatio incurritur tantum ob violentam extractionem,vel cooperationem ad illam:Nam ad hoc istorum Authorum fundamentum facile responderi potest ex dictis.

SECTIO V.

An, & quid dicendum,si voluntariè egressus fuerit, rogatus, vel blanditiis, vel doctoris verbis inductus?

SVMMARIVM.

1 *Reus rogatus vel blanditiis,vel dolosis verbis inductus ab Ecclesia voluntarie egressus capi,& puniri potest,cum in tali casu non violenter ab Ecclesia extrahatur.*

2 *Extractio sola violenta in iure prohibetur.*

3 *Adducuntur in medium plures sacri Canones prohibentes dictam extractionem, & iubentes restitutionem,contra nonnullos graues DD.contrarium sentientes.*

4 *Blanditiæ,& precipue dolosa verba violentiæ aquiparantur.*

5 *Beneficium non confertur in inuitum.& volenti non fit iniuria.*

6 *Eccl sia ius proprie immunitatis illæsum curat,non Rei vtilitatem,nisi quatenus sacris adhæret; qua, semel discedente ius coniunctionis cessat, separataque de Reo ratio habetur.*

7 *Blanda, & fallacia verba aquiparantur violentiæ habito respectu ad mulierem,& valde improprie. secus habito respectu ad virum, nam necessarius est metus cadens in virum constantem.*

8 *In iure vani timoris,ac doli ratio non habetur.*

9 *Ecclesia nõ fauet Reis,vt Reis sed quatenus ad ipsã tãquam ad asylum confugiunt, ne ipsa violetur.*

10 *Ecclesia numquam id sibi ad fauorem reputat,quod renuentibus canonibus fit,quia fauorum per iniuriam captatrix non est.*

11 *Ecclesia respuit rescripta fauorabilia contra ius impetrata.*

12 *Excommunicatio non contrahitur si in iure non sit expressum.*

13 *Iudex promittens impunitatem Reo, ad effectum ipsum extrahendi ab Ecclesia, tenetur stare promissis;aliàs posset cogi per Episcopum ad dandam hanc securitatem,cum secus talis cessio immunitatis esset nulla.*

14 *Tenetur*

14 *Tenetur etiam Iudex restituere Reum Ecclesiæ, si priuata persona eum ab Ecclesia extraxerit per deceptionem, cui Iudex consenserit.*

15 *Secus, si Iudex deceptioni non consenserit, qui tamen decepit, tenetur Reo compensare damna, & expensas.*

1 SEquitur quartò, quod è contra, si rogatus, vel blanditiis, vel dolosis verbis inductus ex Ecclesia voluntariè egressus fuerit, capi, & puniri possit, cùm in tali casu nõ violenter ex Ecclesia extrahatur; & ex alio capite sola extractio violenta
2 in citatis iuribus prohibeatur; Atque sic ex communi docent Nauarr. *cap.25.num.21.* Decian. *lib.6. cap.26.num.11.* Farinac. *in append. de immun. cap.19. num* 302. Suar. *lib.3.c.13.n.2.* Filliucius *to.1.tr.15. c.6.n.154* Duardus *in Bull. Cœn. lib.2. can.15.q.16. n.34.* Fagundez *cit. lib.4.c.4.n* 66. Layman. *lib.4.tr. 9.c.3.num.13.* Curtellius *de immun. Eccl. lib.1.q.26.*
3 & Bonac. *disp.3.q.7. de immun. punct. 2. vers. 6. arg. cit. cap. inter alia*, ibi: *Non est violenter extrahendus; & cap. miror. 8. cauſ. 17. q.4.* ibi: *Hominem de Ecclesia rapuisti:* & infra: *Ecclesiæ igitur illæsum reuoca, quem irreligiosissimè rapuisti.* & c. frater, 10. eadem causa, & quæst. ibi: *Vt hominem in Sanctuariis constitutum, captata sacerdotis absentia, reluctantem, reclamantemque violenter abstraherent.* & in Can. si quis contumax, 20. ibi: *De porticibus Ecclesiæ quolibet modo adhærentibus per vim abstraxerit.* & in can. definiuit, 33. ibi: *Nullus audeat confugientes ad Ecclesiam vel residentes inde vi abstrahere, vel quodcumque nocibilitatis, &c. inferre.* & *in Can. constituimus*, 34. ibi: *Timore aliquo, vel ob compositionis spem ab Ecclesia discedens à clericis repeti, non debet.* quasi dicatur sibi imputet, qui vano ductus timore, respectu, vel spe se cum læso componendi, Ecclesiæ refugium deserit, ac alibi se recipit, *argum. l.1. ff. de eo*, per quẽ factum fuerit, *vers. quamuis.* Idemque habetur *in l. 3. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* ibi: *Si quis eos conetur intuadere: & in l. præsenti, Cod. eodem*, ibi: Expelli, aut trahi, vel protrahi confugas; & in Constit. ipsa Gregorij XIV. ibi: *Ne confugas in Ecclesia existentes secularis Iudex eiusque ministri capere, extrahere, vel incarcerare possint*; quæ verba vim propriè continent, ac supponunt, ergo, &c. Quamuis contrariũ sentiant alij nonnulli graues Doctores, vt Megalius *in 3. par. lib.4. cap.2.q.1.n.32.* Bobadilla *in Polit. to.1. lib.2. cap.14. num.80.* Antonius de Marinis *resol. quotid. cap.78.* Mastrillus *lib.2. decis.169. num.* 12. Villadieg. *in Polit. cap.3. num.222.* Lezana *ver. immunitas, num.18.* & Diana *par.1. tract.1. resol.26.* ex eo, quod blanditiæ, & præcipuè dolosa verba, violentiæ æquiparentur; & hæc opinio Ecclesiæ fauorabilis videatur. Vide Suar. *num.17.* Layman. *cit. n.13.*

4 At quod dixi, est multò probabilius, tum ob Canonum, & iurium verba, quæ violentam tantùm extractionem damnant, & improbant; tum ob casum expressum Canonis, *id Constituimus*, clericis præcipientem, nè confugam inde timore exeuntem reduci curarent; tũ ob rationem, quia cùm cõfuga nequeat inuitus extrahi, ne Ecclesia violetur, cessat omnis ratio, vbi ille Ecclesiam volens relin-
5 quat; præsertim, quia beneficium non confertur in inuitum, & volenti non fit iniuria, *l. in diem, ff. de*
6 *aqua pluu. arcenda*, præsertim etiam, quia Ecclesia ius propriæ immunitatis illæsum curat, non Rei vtilitatem, nisi quatenus sacris adhæret, quo semel discedente ius coniunctionis cessat, separataque de Reo ratio habetur, *l. eum actum, ff. de negot. gestis.*

Accedit, quod licet blanda, & fallacia verba aliquando violentiæ æquiparentur, id est per exaggerationem, & valdè impropriè: quapropter ad summum in muliere locum habere potest: nam vbi cum viris agitur, requiritur violentia, vel saltem metus cadens in constantem virum; siquidem in iure vani timoris, & doli ratio non habetur, *cap. cum dilectus, de his, quæ vi, metusque causa fiunt*, ibi: *Non obstante violentia, qua proponebatur illata, cùm neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in constantes, non obstante dolo, quo se proponebant fuisse seductos, cùm talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum, quàm ad fatuitatem eorum debeat retorqueri*, super restitutione petita silentium eis duximus sententialiter imponendum. & *leg. 1. ff. de eo, per quem factum erit*, ibi: *Sibi eum imputare debere, qui credulus fuerit.* 7 8

Quod verò dicitur, quod hæc opinio Ecclesiæ fauorabilis videatur, nego assumptum, cùm Ecclesiæ per id tantum consultum sit, quod fines ipsius non violentur, sed maneant illæsi, & illibati: quapropter quod inde recedentibus confugis damnũ sequatur, Ecclesia non curat, quia non fauet Reis vt Reis, sed quatenus ad ipsam, tanquam ad asylum confugerint, ne ipsa violetur. Accedit quod Ecclesia numquã id sibi ad fauorem reputat, quod renuentibus Canonibus fit, quia fauorum per iniuriam captatrix non est: vnde rescripta fauorabilia contra ius impetrata respuit, *cap. dicenti, 25. q.* 2. ibi: *Concessa præualere, & effectui mancipari, quæ cum iuris, & legum ratione concordant.* Accedit secundò, quod nostro casu contraheretur excommunicatio, quæ est maxima pœna, & propterea vt non contrahatur, sufficit dicere, quod verba canonis id non dicant, vt *in leg. 1. ff. de aleator.* ibi: *Prætor enim simpliciter ait.* & *in l. si verò, §. de viro*, ibi: *Nihil in lege scriptum est, ff. solut. matrim.* 9 10 11 12

Excipe, nisi Iudex punitionis impunitatem promiserit, & sub hac promissione Reus ex Ecclesia egressus fuerit, quia tunc (si delictum non erat exceptum) videtur capi, & puniri non posse, non secus ac si in Ecclesia existeret, cùm ipse immunitatis priuilegio cesserit pro securitate à Iudice promissa, & sic Iudex teneatur, & si nolit, per Episcopum cogi possit, hanc securitatem seruare, cum aliàs talis cessio immunitatis sit nulla, sic tradunt Nauar. *cap.25.num.22. in fin.* Azeued. *lib.1.ti.2. leg. 3.num.13. & seqq.* Farinac. *de carcerib. q.81.num.282. & in append. de immunit. cap.19.num.301.* Barbosa *in tract. de vniuers. iure Eccles. tom.2. cap.3. num.54.* Curtellius *de immun. Eccles. lib.1.q.27.num.11.* Sanchez *tom.2. consil. moral. lib.6. cap.1. dub.12.* Lezana *ver. immunitas Eccles. num.19.* & Azor. *2. par. lib.3. cap. 9.q.11.* Vide etiam Salonium *2.2. q.60. art.4. contr. 2.* Lessiũ *lib.2.c.19. dub.6.n.52.* & Genuẽsem *in praxi c.17.n.5.* qui refert, sic in terminis iudicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana anno 1598. quòd scilicet in casu, quo quis ab Ecclesia, cuius immunitate gaudebat, extractus fuerit sub promissione quod nõ puniretur ipsi à Iudice facta, nõ debeat, nec possit puniri, quia in tali casu fides ipsi seruari debet, vel ad Ecclesiã remitti propter ius, quod habet ad immunitatem Ecclesiæ simul cũ ipsa Ecclesia. Excipe secũdo, nisi Reus à priuata persona per deceptionem extrà Ecclesiam traheretur, & Iudex tali deceptioni consenserit, quia tunc Iudex capiens illum teneretur Ecclesiæ retinere, secus, si talis deceptionis Iudex particeps nõ fuerit, quia, si Reum sic deceptum extrà Ecclesiã inuenerit, pote-
13 14 15

rit

sit illum capere,& contra illum procedere,quamuis priuata illa persona,quæ decepit, teneatur ratione iniustæ actionis Reo decepto damnum, & expensas compensare.

DVBITATIO XXVI.

An possit Reus è loco sacro extrahi contra voluntatem Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Reus è loco sacro extrahi contra voluntatem Ecclesiæ non potest; secus de Ecclesiæ voluntate in delictis exceptis.*
2 *Reus in delictis exceptis nullum ius habet ad immunitatem Ecclesiæ, & sic Prælatus Ecclesiæ tueri illum non potest.*
3 *Prælatus Ecclesiasticus accepta securitate quod Reus pro delictis,non exceptis,non punietur,potest eum Iudici seculari consignare; si expedire iudicauerit,spectato tamen iure loci.*
4 *Prælatus Ecclesiasticus si per consignationem factam Iudici laico de Reo, Iudex nolit stare promissis, potest eum compellere per Ecclesiasticas Censuras.spectato iure communi.*
5 *Prælatus Ecclesiasticus non potest in casibus non exceptis consignare Iudici laico Reum inuitum spectata constitutione Gregoriana.*
6 *Immunitas loci sacri ne violetur debet in casibus non exceptis concurrere consensus Delinquentis, & consensus Ecclesiæ.*
7 *Consensus solius Delinquentis in casibus non exceptis non sufficit,cum tale priuilegium non ratione sui, sed ratione loci sit concessum,nec ab eo etiam cum Iuramento renunciari possit.*
8 *Clericus non potest in præiudicium status Clericalis renunciare priuilegium canonis etiam cum Iuramento.*
9 *Clericus potest in ciuilibus se subiicere Iudici seculari, qui tamen non potest exequi mandatum à se relaxatum contra ipsum,sed debet adiri superior Ecclesiasticus.*
10 *Clericus in causa reconuentionis potest iudicari à Iudice seculari.*

RESPONDETVR, quod non possit Reus è loco sacro extrahi contra voluntatem Ecclesiæ;patet ex iuribus adductis *supra dubit. 25. sect. 1. num. 1.*

Cæterùm ex voluntate Ecclesiæ extrahi potest;& quidem quod possit in delictis exceptis, docent Doctores omnes; cùm tunc Reus nullum ius habeat ad immunitatem Ecclesiæ; & sic Prælatus Ecclesiæ tueri illum non possit; In delictis autem non exceptis,docent Suar.*lib. 3. cap. 33. num. 3.* Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 1. q. 32. n. 24. & seqq. & q. 40. numer. 4.* & Layman *libr. 4. tract. 9. cap. 3. num. 13.*)iuramento tamen,vel simili cautione à mortis,& omni alia corporali pœna jmmunitatis è Iudice accepta) ex eo,quia in *in c. Reum*, & *in c. id constituimus, 17. q. 4.* dicitur:*Reus abstrahere non liceat, sed neque alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis de morte,debilitate,& omni pœnarum genere sunt securi*; Ergo data hac securitate poterit Ecclesiæ Prælatus(si expedire iudicauerit) Reum Iudici laico consignare, etiam inuitum; Ita Layman,Curtellius & Suarez,qui subdit,quod in tali casu Iudex laicus teneatur promissum seruare & si seruare noluerit,compelli debeat ad illud seruãdum ab Ecclesiæ Prælato per censuras.Vide etiam Abb.*in cap. inter alia,in fin. de immunit Eccles.* Silu. *ver. Immunitas, 3. quæst. 4.* & Azor.*to. 2. lib. 9. cap. 9. q. 10.*

At licet,quod docent Suarez,Curtellius & Layman,verum sit,spectato iure communi,spectata tamen Constitutione Gregorij XIV. probabilius videtur oppositum(quod scilicet Ecclesiæ Prælatus non possit Reum inuitum consignare Iudici seculari extra casus exceptos)ex eo,quia in cit. Constitutione solum in casibus exceptis datur Ecclesiæ Prælatis talis facultas, ergo tacitè in aliis casibus denegatur;præcipuè cùm in eadem Constitutione subdatur,esse irritum,& inane,quod contra actum fuerit. Vide quæ dicentur *infra dubit. 39. & 40. per totam.*

Itaquè ne immunitas loci sacri violetur, debet in casibus non exceptis concurrere consensus delinquentis,& consensus Ecclesiæ: non enim sufficit consensus solius delinquentis; cùm tale priuilegium non sit ipsi concessum ratione sui,sed ratione loci;& sic ab ipso,etiam cum iuramento (quidquid in contrarium dicat Curtellius *de immunit. Eccles. lib. 1. q. 30. num. 14.* & Barbosa *de iure Eccles. to. 2. cap. 3. num. 58.*)renunciari non potest in præiudicium loci;sicuti,etiam cum iuramento,renunciari non potest priuilegium Canonis,vel fori à clerico (cùm ipsi illud nõ ratione sui,sed ratione ordinis, cõcessum sit)v g. quod iniuriosè grauiter percutiatur, vel licitè,aut validè à Iudice seculari, siuè in criminalibus, siuè etiam in ciuilibus iudicetur,c. inolita,11. *q. 1. & c. placuit, ibid. & c. si diligenti, de foro cõpet.* Quamuis possit clericus se subiicere in ciuilibus Iudici seculari,vt arbitro,qui tamen Clericum nolentem stare sententiæ non potest per se cogere, Et quamuis possit clericus vt actor, laicum pertrahere ad Iudicem secularem,nõ autem vt Reus pertrahi;item & possit Clericus in casu reconuentionis à Iudice seculari iudicari;vt si dum laicum pertrahit ad Iudicem secularem, laicus vicissim illum in causa ciuili reconueniat, vt expressè docet gl. communiter recepta in *cap. 2. de mutuis petitionibus* & colligitur tum ex *illo cap. tum ex 3. quæst. 8. cap. 1.* Vide Farinacium *in append. de immunitate,cap. 19. num. 304.* Vide etiam quæ dicebam *lib. de parlamentis Dubit. 4. sect. 19. subsect. 27. & Dubit. 27. sect. 8. subsect. 3.* & *supra cap. 9. dubit. 34.*

DVBITATIO XXVII.

An possit Reus in Ecclesia incarcerari,vinculis alligari, vel alio modo vexari? vbi etiam quid interim fieri possit, donec examinatur causa?

SVMMARIVM.

1 *Reus in Ecclesia carcerari, vinculis alligari, vel alio quocumque modo vexari non potest.*
2 *Reus neque potest in Ecclesia vinculis alligari saluo iure restituendi loco sacro.*
3 *Reus etiam quando dubitatur an delictum sit exceptum*

Digitized by Google

ceptum nec ne, non debet in Eccleſia vinculis alligari; ſed poteſt Iudex laicus mittere cuſtodiam extra locum ſacrum.

4 *Cuſtodiam ponere extra locum ſacrum, non eſt ipſam obſidere, neque Reum ibidem vexare; ſed profanum locum obſeruare, & in illo cuſtodiam conſtituere.*

5 *Index Eccleſiaſticus in delictis exceptis caſu quo nolit conſignare Curiæ ſeculari Reum, debet illum cuſtodire in carcere Eccleſiaſtico, dum cauſam examinet.*

6 *Reus dum cauſa examinatur an gaudere debeat nec ne immunitate, gaudet ipſa immunitate Eccleſia.*

7 *Eccleſia dum cauſa examinatur habet pro ſe regulam, quod quilibet cuiuſcumque conditionis ad ipſam confugiat, ſit in ipſa tutus.*

8 *Eccleſia debet conſeruari in ſua poſſeſſione, cum ibi Reus reperiatur, donec de veritate conſtiterit.*

9 *Reus regulariter etiam de iure communi, non eſt conſignandus Curiæ ſeculari vt in eius carceribus detineatur, ſed tutus manere debet penes Iudicem Eccleſiaſticum.*

10 *Iudex Eccleſiaſticus non poteſt donec articulus diſcutitur cuſtodire Reum in carceribus Iudicis laici, licet id fiat nomine Epiſcopi, contra nonnullos.*

11 *Iudex laicus, qui extrahit Reum in caſibus exceptis non poteſt etiam dando cautionem de immunitate, in ſuis carceribus detinere; ſed debet Eccleſiæ reſtituere, etiamſi Reus ſic extractus iuri ſuo cedere velit.*

12 *Iudex laicus non poteſt ligare Reum in Eccleſia, neque de Epiſcopi licentia; Niſi forſan, id faciat ad inſtantiam Epiſcopi, ſeu nomine Epiſcopi, & non proprio.*

1 RESPONDETVR, quod nõ poſſit Reus in Eccleſia incarcerari, vinculis alligari, vel alio quocunque modo vexari; quia hoc eſſet locum ſacrum è loco ſacro carcerem fieri, & in loco exempto iuri dictionem exerceri; ſic habetur *in cit. l. præſenti, Cod. de hiꝰ, qui ad Eccleſ. confugiunt*, & *in cit. c. definiuit*, 17. *quæſtio.* 4. & docent ex communi Couar. *numer.* 17. Tuſch. *ver. Eccleſia, concl.* 10. *numer.* 12. & 16. Suar. *libro* 3. *cap.* 11. *numer.* 2 & *ſeqq.* Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 27 *num.* 6. Farinac. *de carcerib. quæſtio.* 28. *numer.* 9. & *in append. de immunit. cap.* 19. *num.* 297. Mar. Ital. *de immunit. libro* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 51. Scorria *theor.* 385. Layman *num.* 13. Bonac. *diſp.* 3. *q.* 7. *de immunit.* punct. 5. & alij paſſim.

2 An autem poſſit vinculis alligari in Eccleſia, vel alia via cuſtoditi; verbi gratia extrahi (ſaluo iure reſtituendi loco ſacro) ex Eccleſia, donec ab Ordinario examinetur cauſa, vtrum debeat Reus immunitate gaudere?

Reſpondetur negatiuè; tum ob rationes iam dictas; tum quia *in cit. l. præſenti* indefinitè præcipitur, ne ipſi requies denegetur; & in cit. *cap. definiuit*, *indefinitè* præcipitur, ne ipſi aliqua vis, nocibilitas, vel damnum inferatur, quin & poſſit, quod modo non eſt in vſu) per triginta paſſus ab Eccleſia egredi; ergo ſupponitur, quod vinculis ibi alligari, vel alio modo vexari non poſſit. Atque ita docent Suarez *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 2. Fagundez *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 55. Diana *par.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 29. & Bonacina *diſputat.* 3. *quæſt.* 7. *de immunit. punct.* 5. in ſecundo effectu. Quamuis contrarium tenent Clar. *in pract. §. fin. quæſtio* 30. Sarpus *de iure aſylorum c.* 6. *fol.* 65. Farinacius *de carcerib. q.* 28. *num.* 10. & eſſe probabile ex vi conſuetudinis defendat Fontanella, *deciſ.* 200. & 201.

Obiicies ex Claro, Sarpo, & Farinacio in locis *ſupra* citatis; dum cauſa examnatur, dubium eſt, ad cuiuſnam iuriſdictionem ſpectet delinquens, ergo Iudex ſecularis, vt ſe ſeruet indemnem, poterit eum, ne fugiat, vinculis ibi alligare, vel in cuſtodiam tradere.

Reſpondetur, tranſeat antecedens: at nego conſequentiam; quia hoc non eſt, Iudicem ſecularem ſeruare ſe indemnem, ſed falcem mittere in meſſem alienam; cùm Reus, dum eſt in Eccleſia, ſit extra territorium, & iuriſdictionem Iudicis ſecularis; & præterea Iudex ſecularis alio modo poſſit 3 ſe indemnem ſeruare apponendo ſcilicet cuſtodiam extra locum ſacrum, vt ſi fortè inde egrediatur, 4 capi poſſit; cùm hoc non ſit locum ſacrum obſidere, neque Reum ibidem vexare, ſed profanum locum obſeruare, & in illo cuſtodiam conſtituere; ſi, cuti docent idem Farinacius *in append. de immunit. cap.* 19. *num.* 69. *in fin.* Mar. Ital. *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *numer.* 52. Suarez *libro* 3. *cap.* 11. *numer.* 4. Megalius *in* 3. *par. lib.* 4. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *numer* 29. Peregr. in *de immunit. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 10. Diana *par.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 8. *in fin.* Fagundez *par.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num* 55. Perſicus *de offic. ſacer. lib.* 1. *cap.* 9. *dub.* 12. *num.* 118. Raphael de la Torre *to.* 2. *in* 2. 2. *quæſt.* 99 *art.* 3. *diſp.* 7. & Bonac. *diſp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 5.

Inſtabis, in Conſtitutione Gregorij XIV. dicitur: *Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam, vt præfertur, ab Eccleſiis, locisve extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac oportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit, per Curiam ſecularem attineri, neque inde extrahi, &c.*

Reſpondetur, ſermonem ibi eſſe, non de alligatione facta in Eccleſiâ, ſed in carcere Eccleſiaſticæ 5 iuriſdictionis; & hoc in criminibus exceptis, caſu quo requiſitus Iudex Eccleſiaſticus noluerit Reum dum cauſam examinat ſub tuto loco habere:

At, quod dum cauſa examinatur (vtrum ſcilicet 6 Reus gaudeat immunitate) non poſſit Iudex ſecularis illum ab Eccleſia extrahere, & in ſuis carceribus detinere (ſaluo iure reſtituendi loco ſacro, quando immunitate gaudere iudicatus fuerit, vt præcipuè Sarpus *loc. cit.* contendit) patet ex rationibus iam ſupra adductis; Et probatur vlteriùs; quia extrahens extraheret ab Eccleſia Reum ſine licentia Epiſcopi, quod (vt dicetur *infra ſect.* 9. *ſubſect.* 1. per totam) eſt contra ſacros Canones, & Bullam Gregorij XIV. tum quia Eccleſia habet pro ſe regulam, quod quilibet cuiuſcum- 7 que conditionis ad Eccleſiam confugit, ſit in ipſa tutus; tum quia; cùm Reus ſit in Eccleſia, Eccle- 8 ſia eſt quaſi in ipſius Rei poſſeſſione; & ſic debet Eccleſia conſeruari in ſua poſſeſſione, donec de veritate conſtiterit; Atque ita præter Suar. Fagund. Dian. & Bonacinam in *locis ſupra cit.* docent Decianus *lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 2. Peregrinus *de immunit. c.* 18. *num.* 29. & etiam Farinacius *in append. cap. vlt. num.* 370. qui ſubdunt, quod regulariter, etiam de iu- 9 re communi, Reus non ſit conſignandus Curiæ ſeculari, vt in eius carceribus detineatur, ſed tutus manere debeat penes Iudicem Eccleſiaſticum, Quod (poſt Conſtitutionem Gregorij XIV. vbi decernitur, quod delinquẽtes, poſtquã ab Eccleſia, in caſu quod Epiſcopus, eos extrahi recuſauerit,

à seculari extracti,& capti fuerint, ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponantur,& ibi sub tuto,& firmo carcere, custodia, si opus fuerit, apposita per Curiam secularem detineantur) dubium esse non debet. Vide,quæ dicentur *infra cit. dub.* 40. *per totam*; Vide etiam determinationem Sacræ Congregationis Episcop. in vna Neapol.die 30.Septembr. 1616.quæ habet.quod delinquentes, qui ab Ecclesiis,aliisque locis immunibus extrahuntur, debeant,dum articulus, an immunitate Ecclesiastica gaudeant discutitur, per Ecclesiasticos ministros sub custodia, iuxta citatam Constitutionem Gregorij XIV.retineri.

An autem possit Iudex laicus in casibus exceptis,nomine Episcopi reponere Reos in carceribus laicis,vt ibi tutiùs custodiantur?

10 Respondetur quod (quamuis nonnulli affirmẽt, ex eo,quia in tali casu, cùm nomine Episcopi ibi detineantur,censentur reponi in carceribus Curiæ Ecclesiasticæ) negari tamen debeat; quia Constitutio Gregorij XIV. præscribit, quod Reus reponendus sit in carceribus Ecclesiasticis,& postquam Episcopus declarauerit,eum immunitate gaudere, non possit, nisi consentiente Magistratu seculari,è carceribus liberari, ergò à fortiori non poterit Iu-
11 dex laicus,qui extrahit Reum in casibus exceptis, eum,etiam dando cautionem de immunitate, in suis carceribus,dum causa discutitur,detinere, sed debet Ecclesiæ restituere;etiamsi Reus sic extractus iuri suo cedere velit. Vide Bonac.*to.* 2. *disp.* 3.*qu.*7. *punct.*4.*n.*11.& quæ dicentur *infra dub.* 33. & 34.

Vrgebis,saltem quod Reus compedibus in Ecclesia detineatur,viget consuetudo diuturna, ergo.

Respondetur de hac re vide, quæ dicebantur *dub.*6.& *dub.*24.*sect.*4. & 8. & quæ dicentur *dub.* 41.*sect.*2.*num.*18.

Cæterùm licet Mar.Italia *lib.*1.*c.*6.§. 2.*n.*51.& Peregrin.*c.*13.*n.*2.putent,Iudicem Laicum non esse Reum violationis immunitatis Ecclesiæ, si delinquentem in Ecclesia liget de Episcopi licentia, ex eo quod id faciat non authoritate laica,sed Ecclesiastica,iuxta illud : *omnia nostra facimus, quibus authoritatẽ impertiamur,l.*1.§.*sed neq.Cod.de vet.iur. enucl.*Mihi tamẽ id probabile nõ videtur,nisi Iudex Laicus faciat bona fide,quod certum est apud omnes;cũ in tali casu non intercedat peccatũ mortale nedum non intercedat præsumptio, vel nisi faciat, ad instãtiã Episcopi,&non proprio nomine Romano,quia Episcopus nõ potest in iure cõmuni dispẽsare concedendo Iudici laico facultatem non seruãdæ immunitatis,quamuis id probabile sit, si faciat authoritate Episcopi,& ad instantiam illius,seu nomine Episcopi,& non proprio, quia probabile est, quod immunitas concessa sit Ecclesiis, ne ibi existentes capiantur à laica potestate tantũ, non item ab Ecclesiastica,sicuti dicebam *dub.*10.*sect.*14.

DVBITATIO XXVIII.

An possit Iudex laicus immittere satellites,vel milites in locum immunem,vt ob metum Reus inde discedat,&capi possit?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non potest immittere satellites, vel milites in locum immunem, vt ob metum Reus inde discedat,& capi possit contra nonnullos.*

2 *Nullum genus nocumenti inferri potest confugienti ad locum immunem,nec directè, nec indirectè.*

RESpondetur,quod (quamuis nonnulli affirment ex eo quia id non est extrahere Reum è loco immuni,nec ei vim inferre,vel prohibere, quo minus immunitate loci fruatur, sed tantũ facere quid vnde is occasionem sumat discedẽdi de loco immuni,quod dat occasionẽ solũ,vt possit capi) negãdũ tamen sit,quia ex dictis supra nullum genus nocumenti inferri potest confugienti ad locum immunem,*cit.c.definiuit*,17.*q.*4. sed immittere satellites, vel milites in locum immunem, vt inde Reus discedat,& sic habeat occasionem,quod possit capi,est maximum nocumentum ipsi inferre,quia indirectè cogitur ad relinquẽdum locum immunitatis,quod est valde ipsi præiudiciale,cùm sic non solum non sit securus,quia patitur vim moralem,sed etiam indirectè cogatur exire, & sic indirectè priuetur beneficio immunitatis,ex quibus patet ad ea,quæ in oppositum dicebantur. Vide etiam *dub.*25.*sect.*4.

DVBITATIO XXIX

An possit Reus in Ecclesia victu, & vestitu, & reliquis vitæ necessariis impediri? Vbi etiam, An ad Ecclesiam custodia apponi possit?

SVMMARIVM.

1 *Reus,dum in Ecclesia existit,victu, & vestitu, & reliquis vitæ necessariis impediri non debet. Impedientes variis pœnis, & censuris, non tamen latis,sed ferendis, afficiuntur.*

2 *Reus,si in Ecclesia existens,non habeat vnde neque de suo, neque de bonis consanguinei, vel amici viuat, tenetur Ecclesia illi alimenta præstare.*

3 *Reus,cum sub Ecclesiæ protectione sit,par est,vt Ecclesia, vtpotè pia, ipsum non derelinquat, ne ipse necessitate seculari Iudici se tradat. Idẽ in iure statuitur de custode in ordine ad captiuos. Idemque possunt facere Regulares,non obstante in contrarium Bulla quadam Sixti V.*

4 *Reus si habeat bona ad se alendum debet cõpensare expensas Ecclesiæ, quia tunc Ecclesia præsumitur solum velle subuenire præsenti necessitati,non autem absolutè donare.*

5 *Reus si simpliciter non habeat bona, cum quibus possit se sustentare, tenetur Ecclesia ei subuenire vel de proprio, vel applicando aliquid pro vsu Pauperum deputatum,secus si possit laborando se alere.*

6 *Rectores Ecclesiarum subministrantes alimenta Reo,possunt ipsum compellere ad laborandum pro Ecclesia,seu Conuentu in victus compensationem,secus si non possit,aut non soleat.*

7 *Iudex secularis potest apponere Ecclesiæ custodiam ne Reus inde liberè aufugiat, & si extra Ecclesiæ fines constitutus sit,eum capere,& incarcerare.*

8 *Immunitas Ecclesiæ violatur si Reus,cum solã vestẽ extra Ecclesiã posuit,extrahatur & capiatur.*

9 *Item dic si capiatur per aliquam palij partem, qua prominet extra tectum, vel valuas, vel quemcumque alium locum immunem.*

10 *Item dicendum si pedem,vel manum (capite,& aliis præcipuis mẽbris intra Ecclesiã existẽtib.) extra Ecclesiã posuit,secus si ambobus pedibus*

in

in via publica exiſtat,& humeris ſolum Eccleſiæ parietes attingat.

11 *Reus,qui manibus ferrum, vel valuam Eccleſiæ apprehendit,gaudet immunitate.*

12 *Reus vt gaudeat immunitate ſufficit quod præcipuas corporis partes habeat in loco ſacro.*

1 RESPONDETVR, quod non poſſit Reus; dum in Eccleſia exiſtit,victu,& veſtitu,& reliquis vitæ neceſſariis impediri ;Atque ita expreſsè habetur *in l. 2. & l. præſenti Cod.de his,qui ad Eccleſ.confug.*ibi:*Vt el aliquid, vel victualium rerum,vel veſtis denegetur,aut requies,*&c. & in *c.definimus,c.nullus,c.ſi quis contumax,c.miror,& c.id conſtituimus,*17.*q.*4.vbi mandatur,ne ei quodcũque nocibilitatis, vel damni inferatur : & docent ex communi Couar.2.*var.cap.*20.*num.* 17. Farinac. *de carcerib.q.*28.*num.*9.Azor.*lib.*9.*par.*2. *cap.*8.*quæſt.* 9. *numer.* 14. Anton. Gom. *tom.* 3. *cap.* 10. *tit.* quando Reus gaudet immunitate, *num.* 1. Clar. *§.læſæ Maieſtatis,num.*11.Abb. *cap. inter alia,de immunit.* Scortia, *Theor.*385.Layman. *num.*13.Suar. *lib.* 3.*cap.*12.*num.*2.Lezana *ver.immunitas Eccleſiæ.* 18.& Bonacina *diſp.* 3. *q.* 7.*de immunis.punct.*5. Et probatur;quia alioquin eſſet illum per indirectum ab Eccleſia extrahere(cogeretur enim, quod ipſe-met ſe poteſtati ſeculari tradat, & moriatur)& ſic ceſſet per indirectũ aduerſus Eccleſiarũ immunitatem operari ; quapropter Reum in perſona, vel in bonis lædentes,etiam obſidendo,vel prohibendo,nè eis victus, aut veſtitus deferatur variis pœnis afficiuntur,tum de iure ciuili,vt *in cit. l. 2.& l. præſenti Cod.de his,qui ad Eccleſ.confug.*tum etiam de iure canonico,vt in *in cit.c.definimus,*& aliis iuribus ſuprà allegatis.Vide Suar. *cap.* 13. *num.* 7.& Azorium *loc. cit.* Non tamen in dictis iuribus cenſuræ feruntur ipſo facto,ſed ſunt ferendæ.

2 Hinc ſequitur,quod,ſi Reus in Eccleſia exiſtens, non habeat vnde, neque de ſuo, neque de bonis conſanguinei,vel amici viuat, teneatur Eccleſia alimenta illi præſtare,ex dict.*l.præſenti,§. ſane,Cod.de his,* 3 *qui ad Eccleſ. confugiunt* ; & à ſimili de Cuſtode carceris, qui prouidet captiuis, *Cod. de Epiſcop. audientia,*vt Iudices & gloſ.*in c.diffiniuit*;17.*q.*4.Et ratio eſſe poteſt;quia,cùm ſub Eccleſię protectione ſit,par eſt;quod Eccleſia, vrpotè pia,eum non derelinquat,ne ductus neceſſitate, ſeculari Iudici ſe tradat; Atque ita docent Abb. *in cap. inter alia,de immunit.Eccleſ.nu.*28.Archidiacon.*in cap. definiuit,* 17.*q.*4.Hugo;ibidem,Igneus *in l.*1.*nu.*47.Angelus *ver.immunitas qu.*12.Syl. *eodem verb.*3.*num.*5.Azor. 2.*par.lib.*9.*cap.*9.*q.*13.Decian *tract.crim.lib.*6.*cap.*29. *num.*3.Boërius *deciſ.*303.*num.* 3. & Farinacius *cit.q.* 28.*num.*9.& *in append.de immunit. cap.*19.*n.*299.& Peregrinus *cap.*13.*num* 11.quidquid in contrarium dicat Sarpus *de iure Aſylorum cap.* 2. *fol.* 30. Vide etiam Rodriguez *tom.* 2. *qq. Regular.q.* 50.*art.*1.& Sorbum *in addition. ad Compend. priuileg. Mendicat. ver. Eccleſia Fratrum*, qui ſubdunt,id poſſe facere etiam Regulares ,non obſtante excommunicatione quadam Sixti V. pro Regno Neapolis ;cum hæc vt inquiunt ipſi,reuocata ſit per Conſtitutionem Gregorij XIV.

Dixi , ſi Reus in Eccleſia exiſtens, non habeat, vnde neque de ſuo,neque de bonis conſanguinei vel amici viuat; quia ſi habet propria,vel conſanguinei,vel amici bona , debet ex his ſe ſuſtentare; 4 quæ ſi tamen præſto non habet ; tenetur Eccleſia ſupplere ; ipſe tamen manebit obſtrictus ad compenſandas expenſas ; quia tunc Eccleſia præſumitur ſolum velle ſubuenire præſenti neceſſitati , non autem abſolutè donare ; S. Thom. 5 *Quodlib.* 5. *art.* 17. & Silu.*ver.immunitas*, 3.*num.*5. Quod , ſi autem ſimpliciter non habet bona , ex quibus poſſit ſe ſuſtentare , tenetur Eccleſia ſimpliciter ſubminiſtrare ,quia tunc ille ſe habet tanquam pauper , cui Eccleſia , ſeu Eccleſiaſticæ perſonæ tenentur ſubuenire , vel de proprio , vel applicando aliquid pro vſu pauperum deputatum. Quod tamen intelligo,ſi Reus non poſſit manibus laborando victum ſibi quærere ; quia ſi poteſt , & ſit ſolitus , debet laborando ſibi prouidere ; cùm priuilegium immunitatis non debeat eſſe occaſio otiandi ; quapropter à Rectoribus Eccleſiæ cogi poterit , quod verbi gratia in Eccleſia, 6 Conuentu , vel in alio loco immuni laboret, inſeruiendo fabricæ , vel alteri operi , quando non poteſt alio modo ſibi victum comparare; quia cùm Eccleſia illi ſubminiſtret alimenta , par eſt , quod in compenſationem operam illius exigat , ſi eam tamen præſtare poſſit , & ſoleat. Vnde fit , quod poſſit etiam à Rectoribus Eccleſiæ cogi quod reſarciat expenſas pro ipſo factas , vel det cautionem de reſarciendo antequam à loco immuni exeat , aliàs ipſum non dimittere, ſed retinere poterit ; quia non debet Eccleſia detrimentum pati ex beneficio præſtito : quod tamen intellige , ſi Reus non erat ſimpliciter pauper, ſed pauper ſecundùm quid , id eſt , non habebat præſto bona , ex quibus ſe poſſet ſuſtentare ; & præterea Eccleſia liberaliter non ſuſtentaſſet quia in vtroque tali caſu non ſunt reſarcienda expenſæ : non enim in priori ; quia datæ ſunt pro eleemoſyna;neque in poſteriori ; quia donatæ ſunt ſimpliciter.

Aduerte tamen hic,quod poſſit Iudex ſecularis 7 cuſtodiam Eccleſiæ apponere,ne Reus inde liberè aufugiat,& ſi extra Eccleſiæ fines conſtitutus ſit, eum capere,& incarcerare.

Dixi , Si extra Eccleſiæ fines conſtitutus 8 ſit ; quia meritò Couar. *citat. cap.* 20. *numer.* 17.cum Ioan.Andrea,& Io.Igneo monet,immunitatem Eccleſiæ violari,ſi Reus ,cùm , ſolam veſtem extra Eccleſiam poſuit , extrahatur , & capiatur. Idem dicendum , rectè ait Villalob.*in ſum. to.* 9 2. *tract.* 39. *diſc.* 5. *num.*4.vbi citat Couarruuiam, Paz , & Bobadillam ,ſi capiatur per aliquam pallij partem , quæ prominet extra rectum , vel valuas, vel quemcumque alium locum immunem Idem- 10 que dicendum,rectè ait Suarez *cit.cap.*12. *numer.*4. Peregrin.*cap.*4.*nu.*61.& Bonacina, *diſp.*2.*q.*7.*punct.* 4.*num.*20. ſi pedem,vel manum(capite,& aliis præcipuis corporis membris intra Eccleſiam exiſtentibus) extra Eccleſiam poſuit ; quia adhuc in tali caſu non extra Eccleſiam;ſed in Eccleſia conſtitutus dicitur. Vnde cum Bonacina loc.*ſupra* cit.contrariũ dicendũ videtur de eo qui ambobus pedibus in via publica exiſtit & humeris ſolum Eccleſiæ parietes attingit;quam is ſacrus,ſi manibus ferrum, vel valuam Eccleſiæ attingat, ſeu apprehendat , vt *dub.*9.*ſect.*6.dicebatur) contra Ægidium Trullech *to.*1.*lib.*1.*c.*11.*dub.*1.*n.*12.& Dian. *par.*6.*tr.*1.*reſ.*6. *in fin.*vbi non improbabiliter defendunt, eum, qui fugiens è manibus ſatellitũ cadit ſuper limen portæ Eccleſiæ,& humeris,ac capite illam tangit, licet ſibias,& pedes extrà habeat,immunitate gaudere; talis,inquiunt ipſi,præcipuas corporis partes , ſcilicet caput,& humeros,habet in loco ſacro.

DVBITATIO XXX.

An possit Reus in Ecclesia bonis suis, & iustè possessis, quæ secum ad Ecclesiam transtulit, spoliari? Vbi etiam de bonis aliis, & an possit his per iudicem laicum spoliari?

SVMMARIVM.

1 *Reus bonis suis, quæ secum ad Ecclesiã transtulit, & iustè possessis, spoliari non debet, adeò quod si quis eum in Ecclesia spoliauerit dictis bonis, quin & armis, saltem non prohibitis, puniri debeat tanquam immunitatis Ecclesiasticæ violator.*

2 *Reus, si bona sint aliena, vel alteri obligata potest probabiliter ipsis spoliari à Iudice seculari, cum hoc non sit illi nocumentum inferre.*

3 *Item Reus potest à Iudice spoliari armis prohibitis cum quibus ad Ecclesiam confugit, cum hoc etiam non sit Reo nocumentum inferre, sed peccandi occasionem auferre.*

4 *Item dic si fœminam secum ad Ecclesiã rapuerit.*

5 *Iudex laicus secundum probabiliorem opinionem non potest Reum in Ecclesia receptum spoliare bonis, & armis, nisi de licentia Prælati Ecclesiastici; nam quod simpliciter possit, est de iure ciuili, non autem de iure Canonico.*

Seruus indebitè fugiens ad Ecclesiam à domino, extrahi potest ab isto, at non propria authoritate, sed cum licentia Episcopi, & præstito iuramento de non offendendo.

6 *Accessorium sequitur naturam sui Principalis, & Dispositio facta de superiore, comprehendit etiam officialem.*

7 *Reum armis prohibitis, & rebus furtiuis spoliare se habet, nõ per modum Iurisdictionis exercẽdæ, sed per modum facti, & iuris defensionis naturalis.*

8 *In praxi obseruandum sẽper est, quod in spoliando Reum in Ecclesia rebus alienis seu armis semper intercedat licentia Prælati Ecclesiastici quo tamen recusante per se ipsum poterit.*

9 *Vbi parti aliquid tribuitur vt se vindicare sine Iudice possit, Iudex vt quid gerat, non censetur Iurisdictionem exercere, sed maius periculum vitare, ne priuatus id prosequatur.*

10 *Iudex incompetens ob competentis defectum procedere potest.*

11 *Contra nocturnum furem vnusquisque est Iudex.*

12 *Nõ obstat in casu, quod Reus debeat spoliari à Iudice laico, quod sequatur aliqua irreuerentia cõtra Ecclesiam, quia maior irreuerentia est non auferre ab eo occasionem delinquendi.*

13 *Furis receptio cum furto, furtum censetur.*

14 *Reus in quocunque euentu Parti læsæ satisfacere debet.*

15 *Opinio Gambacurtæ, quod satellites Curiæ secularis possint quando Reus est in Ecclesia ne inde fugiat, brachio apprehensum illum tenere, reiicitur.*

RESPONDETVR, quod non possit Reus in Ecclesia bonis suis, & iustè possessis, quæ secũ ad Ecclesiã trãstulit, spoliari: Atque ita habetur in *cit. c. definiuit.* ibi: *Aut quodcũq; nocibilitatis, & dãni seu spolij residentibus in loco sacro inferre.* Et docẽt Cou. *lib. 2. var. resol. c. 20. n.* 16. Scortia *Theor.* 85. Laymã. *lib. 4. tr. 9. c. 2. n.* 13. Farin. *cit. c. 19. n.* 100. Suar. *lib. 3. c. 12. n. 3.* Lezana *ver. immun. n.* 18. & 19. & Bonac. *disp. 3. q. 7. de immun. punct. 5.* Quapropter Congregatio super controuersiis iurisdictionalibus 13. Ianuarij 1632. declarauit, quod aduersus auferentes hæc, etiam arma (saltem non prohibita) à confugiẽtibus ad Ecclesiam procedendum sit, vti aduersus violatores immunitatis Ecclesiasticæ.

Dixi; *bonis suis, & iustè possessis*; quia si bona sint aliorum, vel aliis obligata, poterit probabiliter illis à Iudice seculari spoliari; cùm hoc non sit ei nocumentum inferre, sed potius prohibere, ne ipse aliis nocumentum inferat: sicuti potest etiam armis prohibitis (cum quibus ad Ecclesiam confugit) ab eodem spoliari, cùm hoc etiam non Reo nocumentum inferre, sed peccandi occasionem auferre; Atque ita docent Suarez *cit. lib. 3. c. 12. numer. 3.* Layman *num.* 13. Cuttellius *de immun. Eccles. lib. 2. q. 8.* & videri etiam poterit Couar. *loco supra cit.* propè finem. Idemque dicendum, si fœminam secum ad Ecclesiam rapuerit, quod possit etiam ea à Iudice seculari spoliari *cap. de raptoribus 36. q. 1.* & docent Suarez, & Layman *in locis supra cit.* Vide etiam præter Suarez, Couar. & Layman vbi supra Graff. *tom. 1. lib. 3. consil. vnic. nu. 19. de immunit. Eccl.* Sanchez *in opusc. to. 2. lib. 6. cap. 1. dub. 14.* Villalob. *to. 2. tract. 34. diffic. 5. n. 11.* Sarpum *de iure Asylorum c. 5. fol. 43.* Naldum *ver. Ecclesia, n. 5.* Franciscum Cespedes *in dub. Militar. dub. 21.* Fagundez *de præc. Eccles. præc. 2. lib. 4. c. 4. n. 55.* Portell. *ver. Ecclesia immunit. n. 15.* Io. de la Cruz, *par. 1. præcept. 8. q. 3. art. 1. concl. 3.* Gambacurt. *lib. 4. cap. 16. n. 11. c. 17. & c. 26. num. 11.* Villadieg. *in Polit. c. 3. n. 214.* qui omnes in eandem sententiam affirmatiuam conueniunt.

Quamuis etiam quo ad hæc contrarium, si non fiat de licentia Prælati Ecclesiastici, multò probabilius doceant Peregrin. *de immunit. cap. 13. num. 5.* Diana *par. 6. tract. 1. resol. 8.* (vbi refert sic determinasse sacram Episcoporum Congregationem in Salernitana, die 30. Septemb. 1616. Maranta *in controuers. iur. par. 2. respons. 37. num. 1.* Zambellus *in Repert. Mor. ver. Ecclesia, quoad eius immunitatem, num. 9.* Nouarius *in sum. Bullar. tit. de immun. num. 6.* Palaus *to. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 9. num. 10.* Ciarlinius *in controuers. forens. c. 10. n. 16.* Lezana *cit. nu. 19.* & Farinac. *in append. c. 16. n. 248.* vbi ait, quod contraria sententia procedat de iure ciuili, iuxtà *l. 3. §. arma Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* ibi: *arma quoque in quouis telo, ferro, vel specie eos, qui confugiunt, minimè intrà Ecclesiam habere præcipimus*, non autem procedat de iure Canonico. Et probatur, quia *in c. 1. extrà de immun. Ecclesiarum, & in c. 2. de immun. Ecc. in 6.* expressè prohibetur sub pœna excommunicationis Iudici seculari iurisdictionem aliquam in Ecclesia exercere, tum quia, licet seruus à domino ad Ecclesiam indebitè fugiens, ei obtento iuramento de securitate, seu de non offendendo restituendus sit, adhuc non tamen, potest propria authoritate ex Ecclesia extrahi à domino, *cap. nullus clericorum, 17. quæstio. 4.* & videri potest Azor. *p. 2. lib. 9. q. 9.* Dec. *lib. 6. c. 26. n. 9.* Suar. *de Statu Relig. lib. 3. c. 10.* & Farin. *c. 4. n. 67. & seqq.* tũ quia nõ potest, Iudex secularis, & in delictis exceptis, Reum ab Ecclesia extrahere sine licentia Episcopi, vel eius Officialis (vti determinat Constitutio Gregor. XIV. & nos *infra dubit. 39. & 40.*

Digitized by Google

& 40. dicemus) ita nec poterit armis, & cæteris rebus prohibitis in Ecclesia Reum spoliare sine licentia eiusdem Episcopi, vel eius Officialis; cùm accessorium sequatur naturam sui principalis. Vide, quæ dicebantur *supra dubit. 11. sect. 6. dubit. 19. sect. 3. & dubit. 24. sect. 8.*

7 Quamuis Responderi possit ad hoc, quod Reum armis prohibitis vel rebus furtiuis spoliare se habeat non per modum iurisdictionis exercendæ, sed per modum facti, & iuris defensionis naturalis; & sic ea, quæ pro posteriori sententia dicebantur, nihil obstent.

At quidquid sit, an prior, vel posterior sententia in puncto iuris sit probabilior, illud (in quo conueniunt multi prioris, & posterioris sententiæ Doctores, Couar. Farinac. *q. 28. n. 58.* Curtellius *n. 18.* & alij) in praxi sequendum mihi videtur, quod semper Ecclesiæ superior requirendus sit, vt ipse hoc præstet; quod si renuat præstare, occurri periculo; atque per laïcos ministros armorum prohibitorū, & rerum furtiuarum ablatio fieri possit, arg. ipsius Constitutionis Gregorianæ, per quam etiam permittitur, si Ecclesiæ superior renuat Reum extrahi, ac laicis ministris tradi, ac mancipari: quapropter si in personæ extractione permittitur, multò magis in armorum prohibitorum, & rerum furtiuarum ablatione permitti debebit. Accedit, quod vbi parti aliquid tribuitur, vt se vindicare sine Iudice possit, Iudex si quid gerat, non censetur iurisdictionem exercere, sed malos periculum vitare, ne priuatus id prosequatur; ideoque etiam non habenti iurisdictionem id permittitur, vt dicitur de incompetente, quod ob competētis defectum procedere possit; 10 Doctores communiter, quos citat, & sequitur Curtellius *in Cod. Nota 24. ad leg. Feder. vers. item pro Regibus fol 145.* & de debitore à creditore (absente Iudice) retento, aliisque exemplis *ad l. 1. Cod. quando liceat vnicuique sine Iudice vindicare*, Doctores etiam communiter, quos citabam, & sequebar *lib. de Parlam. dub. 4. sect. 19. subsect. 6. & supra c. 9 dub. 8.* 11 Vnde etiam fit, quod contra nocturnum furē vnusquisque sit Iudex, *l. si in pignore, §. furem, ff. de furtis, & l. furtum, ff. ad leg. Cornelium, de sicariis*, ob defectum scilicet illius, qui iniuriam auertere possit.

12 Neque obstat, quod hinc aliqua irreuerentia ex ministrorum secularium opere sequatur; quia in tali casu timoris, quod arma prohibita in damnum commune, vel res furtiuæ in damnum Domini abscondantur, permitti ea debebit; sicuti permittitur eadem in simili casu timoris, quod Reus aufugiat; vel quod ab Ecclesiasticis dimittatur, & per hoc ipsum permittitur etiā laicis clerici personæ ipsius captura; præsertim quia ex opposito (quod scilicet Reus armis prohibitis, vel rebus furtiuis non spolietur) sequitur non minor Ecclesiæ irreuerentia, cùm per hoc faueatur Reo in rebus prauis, & peccaminosis, & furi sic aliquid largiri, (species furti sit, 13 *l. si pignore, ff. de furtis*; & furis receptatio cum furto, furtum quoque sit: quapropter licet quoad pœnam personalem pro Reo Ecclesia, ne ei infligatur, intercedat, tamen quoad armorum prohibitorum, & rerum furtiuarum restitutionem attinet, nō intercedit, cùm id ipsius Rei non damnum, sed luctum 14 sit, quod nullo pacto conuenit; quin Canones expressè præcipiunt quod Reus in quocumque euentu parti læsæ satisfacere debeat, *id constituimus, 17. q. 4.* & alibi pluries.

Hinc minus probabile mihi videtur, quod docet Gambacurta *loco supra cit. n. 14. 15. & 18.* (nempe quod possint semper tartellites Curiæ secularis, quando Reus est in Ecclesia, ne inde fugiat, brachio apprehensum illum tenere, donec licentia Episcopi obtineatur. Item quod possint semper, si quis Ecclesiasticus attenter, & quærat Reum dimittere, & saluum facere, non expectata licētia Episcopi, eum capere, & ab Ecclesia extrahere, & ad Episcopum ducere) moueor tum ob rationes suprà dictas pro posteriori sententia; tum quia exinde passim multa scandala, & incommoda sequerentur in detrimentum reuerentiæ locis sacris debitæ sine necessitate; cum in securitatem Iudicum secularium aliud remedium adhiberi possit, scilicet ad Ecclesiā custodiam apponi, ne inde Reus liber aufugiat; ita vt si extra fines Ecclesiæ exeat, capiatur; cùm in tali casu nulla vis inferatur existenti in loco sacro (vt esset in oppositā sententia) sed solū custodiatur locus nō sacer; vt si volūtariè eò ex Ecclesia deueniat, ibi teneatur, & sic vis ei inferatur in loco non sacro, vbi licitè inferri potest, vt *supra dubit. 27.* dicetamus

DVBITATIO XXXI.

An possit Reus in Ecclesia existens ad pœnam aliquam corporalem damnari? Vbi etiam, An possit saltem ad aliquam aliam, & per quem.

SVMMARIVM.

1 *Reus dum in Ecclesia existit, morte vel pœna aliqua corporali non damnetur per Iudicem secularem neque etiam per Ecclesiasticum, quin potius de morte, debilitate, & omni pœnarum corporalium genere securus esse debet.*

2 *Reus in Ecclesia affici potest solū pœna pecuniaria.*

3 *Reus existens in Ecclesia damnari non potest pœna seruitutis, exilij, aut triremis, quia sunt ha valde graues pœne, & corporalibus equiparantur.*

4 *Opinio Gambacurtæ, quod Reus existens in Ecclesia possit puniri pœna Triremis etiam in perpetuum, dummodo non debeat ibi remigare, refellitur.*

5 *Item reiicitur etiam eius opinio de pœna seruitutis.*

6 *Dispositio C. de Raptoribus 36. q. 1. specialis est in raptu Virginis propter atrocitatem talis delicti, sed non est vsu recepta.*

7 *Confugiens ad Ecclesiam non est libere dimittendus, sed de crimine, quod iniquè gessit puniendus, pœna pecuniaria, quod si egeat, aliquali pœna corporali, nō multum tamen corporis afflictiua.*

8 *Reus si nolit ab Ecclesia egredi eò quod timeat iudicem secularem & fidem non seruaturum, potest dicta pœna puniri per Iudicem Ecclesiasticum, qui si omittat, peccat.*

9 *Reus existens in Ecclesia procurare debet vt Iudex Ecclesiasticus ipsum condemnet; quia sic à Iudice multatus non poterit amplius de eodem delicto ab vllo accusari, inquiri, vel indicari.*

10 *Reus si Iudici seculari consignetur modo supradicto Iudex secularis pœnam inferre poterit.*

11 *Reus, cum ad Ecclesiam confugit in casibus non exceptis, consuetudine receptum est, vt Iudex laicus seruatis seruandis contra eum delicto condignam, etiam capitalem proferat sententiam, quam tamen executioni non mandat.*

12 *In omnibus casibus, in quibus confugiens ad Ecclesiam extrahi potest, non est ei seruanda fides super impunitate delicti.*

13 *Secus,si de iure extrahi non poterat.*

14 *Opinio Silvestri, & multorum Doctorum quod confugiens ad Ecclesiam, licet postea ex illa egrediatur,immunitate semper gaudere debeat reiicitur.excepris quatuor casibus vt ibi diffusius.*

15 *Reus confugiens ad Ecclesiam, licet non possit à Iudice laico spoliari bonis, quæ possidet in Ecclesia; potest tamen spoliari bonis quæ possidet extra Ecclesiam.*

16 *Potest etiam dum existit in Ecclesia, affici pœna bonorum,quæ possidet in Ecclesia, quin & omni alia pœna,etiam capitali,quæ tamen, pro tunc quod Reus existit in Ecclesia executioni non mandetur.*

17 *Non violatur immunitas Ecclesiæ, si Reus, qui in Ecclesia captus fuit, & in carcere fori secularis nomine Episcopi detinebatur, è carcere fugit,& postea ab eodem foro iterum capitur, & morti traditur, non expectata Episcopi sententia.*

RESPONDETVR, quod non possit Reus, dum in Ecclesia existit, ad mortem,vel ad pœnam aliquam corporalem damnari, neque per Iudicem secularem, neque per Ecclesiasticum,sed quod,debeat de morte,debilitate,& omni pœnarum corporalium genere securus esse; Atque ita habetur *ib c.in constituimus,* & in aliis multis *cap.17.q.4.& in cap.inter alia, de immunit. Eccles.*vbi id explicat Abb.*num.*3. monétque, (quod 1
est contra Curtellium *loc.infrà* citando *num.* 23.)
pecuniaria solum Reum affici posse, sicuti colligitur ex verbis *cit.cap.inter alia,* ibi:*Super hoc tamen, quod iniquè fecit,est aliàs legitimè puniendus.* Idem contra Gambacurtam *lib.4.cap.* 33.& 35. Curtellium *de immunit. Eccles.lib.1.q.12.per totam,*& Sarpum *de iure Asylorum cap.2.fol.*30. docent Silvest. *ver.Immunitas.*3.q.4 Azor.*to.2.lib.9.cap.9.quæst.*12. & Suarez *cit.cap.*12.vbi subdit, nec pœnam seruitutis,exilij, aut triremis (etiamsi ibi verberandus non esset)decerni posse; quia valde graues hæ pœ- 2
næ sunt,& corporalibus æquiparantur, immò earum quasdam excedunt.Idemque docent Salon.2. 2.q.60.*art.*4.*contr.*2.Less. *de iustit. & iur. lib.*2.*cap.* 29.*dub.*6.*numer.*52. Clar.*in pract. crimin. quæst.*30. Scortia *Theorem.*385. Layman. *lib.*4. *tract.*9.*cap.*3. *num.*13.Barbosa *de iur.Eccles.lib.* 2.*cap.* 3.*num.*56. Tuschus *ver.Ecclesia,concl.*10. *num.*5.8. 14.*&* 66. Bonacina *de sp.*3.*q.*7 *de immunit.punct.*3.*num.*8.Peregrin. *cap.* 13.*numer.* 13. Lezana *ver. immunitas Ecclesiast.numer.* 18. Persicus *de offic. sacerd.lib.* 2. *cap.*9.*dub.*12.*num.*119.& Fagundez *par.*2.*lib.*4.*nu.* 48.Vide etiam Glossam,Innocentium,& Hostiens. *in cit.cap.inter alia,*Ancharan.& Zabarel.*in Clem.*1. *de pœnit.& remiss.*Bellugam *in Specul. Princip.rubr.* 24.§.*mixtum,& §.videamus num.* 4. Farinacium *in append.de immunit.Eccles.cap.*21. *nu.* 333.*&* 336. Dian.*par.*1.*tract.*1.*resol.*12. & Marium Ital. qui similiter(vt Suarez *loco supra cit.*) contra Gambacurtam,Curtellium,& Sarpum docent, quod dum Reus in Ecclesia existit,non possit per Iudices puniri pœna exilij,vel perpetui carceris, ex eo,quod exilium,& perpetuus cancer (vti dicebatur) sint 4
pœnæ valde graues,& corporalibus comparentur.

Vnde cum Curtell.*n.*19. mihi minus probatur, quod docet Gambacurt.*c.*34.*n.*9.nempe,quod possit Reus in casu posito per Iudices pœna triremis, etiam in perpetuum,puniri, dummodo non habeat ibi remigare;quod adhuc Gambacurta non negat in homine robusto,& laboribus assueto,etiamsi in remigatione verberandus esset.

Nec etiam cum Curtellio *n.* 20. mihi probatur, quod docet idem Gambacurta *c.*32.*n.*2.*& seqq.*nempe,quod possit per Iudices puniri pœna seruitutis, vt scilicet seruiat ei,cui iniuriam intulit,*arg.cap.de raptoribus,*36.*q.*1.Nam(vt omittam rationem supra dictam dispositio illa cit.Canonis, vti rectè notauit Suar.*loc.sup.cit.*specialis est in raptu virginum, propter atrocitatem talis delicti. Adde, quod non est vsu recepta;& sic si non est vsu recepta in raptu virginum,multò minus recepta erit in casu nostro. 3 6

Obiicies,confugiens ad Ecclesiam non est liberè dimittendus,sed de crimine,quod iniquè gessit, puniendus, *cit.c.inter alia,*ergo. 7

Respondetur,distinguo antecedens: puniendus (vt supra dicebatur)pœna pecuniaria,& ad damna, & interesse passa ab eo,in quem deliquit,concedo: puniendus pœna corporali,vt vitæ, triremis, verberum,vel exilij,&c.nego. Quamuis, si pecuniam non habeat,vt sententiæ satisfacere possit, improbabile non sit, quod tunc aliqua pœna corporali, non multum tamen corporis afflictiua, puniri queat;cùm tunc non per se,sed quasi per accidens in corpore puniatur;vti docent Mar. Ital. Suar. *in locis cit.n.*6.& Farinac *n.*334.336.*& seqq.* Vide etiã glossam,Innoc.Hostiens.Abbatem,Ioan.Andream, Ancharanum,Butrium,Ananiam,Zabarellam *in c. inter alia,de immunit.Eccles.*& Decianum,*lib.*6 *cap.* 27.*n.*3.

Instabis,non est qui hanc pœnam inferat, ergo. Antecedens probatur; quia non est maior ratio, quod inferat eam Iudex Ordinarius loci sacri,quã Iudex secularis, cui laicus Reus extra locum sacrum subditus est,ergo,&c.

Respondetur,nego antecedens; & ad probationem Respondeo, quod si nolit Reus ab Ecclesia egredi, & Iudici seculari tradi, eo quod timeat, quod is seruaturus ipsi non sit securitatis promissionem ad Iudicem Ecclesiasticũ spectet hanc pœnam inferre;quia ratione loci ab Ecclesia puniendus est;sicuti contra Curtell *nu.*21.docent Doctores,quos refert,&sequitur Farinac.*in append.de immun.c.*21.*n.*338.*&* 339,& patet ex *textu in c.inter alia,de immunit.*ibi:*Qui ad Ecclesiam confugit,legitimè,*id est canonicè,*puniendus sit de eo, quod iniquè fecit,&c.*Quapropter Iudex Ecclesiasticus non solum potest,sed etiam tenetur id facere,ita vt,si non faciat peccet contra Iustitiam, & officium suum omittendo;vti rectè notarunt communiter Canonistę *in dict.c.inter alia,*Hostiensis.*n.*1.Io.Andreas, *n.*5.Ancharanus,*n.*2.Abbas.*n.*13.Zabarella,*num.*3. & alij,quos citat,& sequitur Farinacius *in append. de immun.c.*21.*nu.*329.& Castrus Palaus,*to.*2.*tract.* 11.*disp.unic. punct.* 11. *n.* 9. Quod & Reus in se 9
fieri, procurare debet;quia sic à Iudice Ecclesiastico mulctatus,non poterit amplius de eodem delicto criminaliter ab vllo accusari, inquiri, vel iudicari, &c. alioquin enim priuilegium immunitatis Ecclesiæ nihil, vel parum prodesset,vt mox infra dicemus.

At si Iudici seculari Reus consignetur modo, 10
quo supra(alio enim modo non potest ei Reus in casibus non exceptis consignari) propterea quod scilicet ipse è loco sacro egredi velit, in tali casu,in quo consentio cum Curtellio *loc supra cit.*Iudex secularis pœnam inferre poterit sicuti docent Abb.*in c.inter alia,num,*8.*& seqq.* & alij Doctores,

quos

quos refert,& sequitur Farinacius *loc. supra cit.* Reus tamen, hac pœna imposita,& sic iudicatus, iudicari ab vllo amplius non poterit; alioquin priuilegium immunitatis parum, vel nihil prodesset, sicuti *supra* dicebamus.& docent *gl. in cap. Reum, ver. ad mortem*, 17. q. 4.& ibidem Archidiaconus, *numer.* 3. Bellamera, *nu.* 3. Hostiensis, Io. Andr. Ancharan. Butrius, & Zabarella *in cap. inter alia, de immunit.* Decian. *lib. 6. cap. 29. num. 6 in fin.*& Farinacius *in append. de immunit. cap. 21. num. 340.*

11 Quamuis consuetudine nunc receptum esse videatur, quod cùm Reus ad Ecclesiam confugit in casibus non exceptis, Iudex secularis eum inquirat,& citari faciat; &, si non comparet, tanquam in absentem, condignæ iuxta delicti qualitatem pœnæ, etiam capitalis, proferat sententiam, quam tamen executioni non mandat; quia ob immunitatem mandare non potest; Atque ita testantur Clarus *lib. 5. pract. §. fin. q. 3* &Farinac *de carcerib. q. 28. n. 77. in fin. vbi num. 78.* subdit, quod in omnibus casibus, in quibus confugiens ad Ecclesiam extrahi
12 potest, non sit ei seruanda fides à Iudice data super impunitate delicti, ad finem, vt ipsum extraheret, quamuis secus dicendum sit, quando iure non potuisset sic confugiens ab Ecclesia extrahi.

13 Cæterùm, quod Silu. *ver. Immunitas q. 4.* Angel. *eod. ver q 16.* Abb. *in cap. inter alia, num. 8 de immunit. Eccles.* Bos. *sub tit. de captura, num. 14.* Armilla, *num. 12.* Decian. *consil. 80 numer. 9. lib. 3.* Oldradus *consil. 154. in fin.* Azor. *par. 1. lib. 9. cap. 9. q. 12.* Fagundez *pr. 2. lib. 4. cap. 4. n. 18.* Persicus *de offic. sacerd. lib. 1. cap. 9. dub. 12. num. 12.* & alij relati per Boer. *decis. 109 nu. 8.* docent, nempe quod confugiens ad Ecclesiam,
14 licet postea ex illa egrediatur, immunitate semper propterea quod ad Ecclesiam semel confugerit, gaudere debeat, ita vt de iure nou possit ob illud delictum amplius corporaliter, sed solum pœna pecuniaria, puniri,& condemnari, vniuersaliter mihi (vt verum fatear) non probatur; sed solum in quatuor casibus. Primò, quando Reus fuit condemnatus à Iudice Ecclesiastico vel seculari, modo quo *supra* dicebamus. Secundò, quãdo fuit extractus ab Ecclesia in casibus non exceptis, in quibus scilicet gaudet immunitate. Tertiò, quando fuit extractus in casibus etiam exceptis, sed sine licentia Episcopi. Quartò, quando fuit consignatus ab Episcopo in casibus similiter exceptis cum cautione impunitatis quoad vitam, membra, & alias pœnas corporales, iuxta *cap. id constituimus, & cap. Reum*, 17. q. 4. Quamuis hodie hic vltimus casus post Cõstitutionem Gregorij XIV. quæ decernit, quòd in casibus exceptis Reus liberè Curiæ seculari puniendus tradatur, ac si nunquam ad Ecclesiam confugisset, locum nõ habeat, vt rectè obseruauit Boer. *loc supra cit.* Clar. *in pract. crim. §. fin. qu. 30. in fin.* & Ambrosinus *de immunit. cap. 11. num. 6.*& nos dice-
15 mus *infra dubit* 40.

Ex dictis sequitur, quod Reus confugiens ad Ecclesiam, licet non possit à Iudice laico spoliari bonis, quæ possidet in Ecclesia, possit tamen spoliari bonis, quæ possidet extra Ecclesiam, si scilicet citatus sub pœna confiscationis bonorum negligat coram Iudice comparere; quia *text. in cap. inter alia, de immunit. Eccles.* ibi: *Neque damnari debet ad mortem, vel ad pœnam*, &c loqui solum videtur de pœnâ coporali, non vero de pœna pecuniaria; tum quia hoc modo non agitur contra ipsum ratione confugij ad Ecclesiam, sed ratione delicti, propter quod lex pœnam imponit; sic contra glossam *loc. cit.* & Ioannem de Vischis *tract. de immunit. num. 57. vers. nunquid*, docent Abbas, Decianus, Farinac. Suar. Gambacurta, Peregrinus, & alij, quos citat,& sequitur Bonacina *de excomm. in partic. extra Bullam Cœnæ disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 4. n.* 16
9 qui subdunt,& nos dicebamus supra, Iudicem secularem consueuisse citare delinquentem, illumque iuxta delicti qualitatem, etiam ad mortem, nedum ad quamcunque aliam pœnam condemnare; quæ consuetudo,& praxis comprobari potest ex ratione mox supradicta, quod scilicet hoc modo non damnetur Reus, vt mors, vel alia pœna corporalis executioni in ipsum mandetur de præsenti, dum scilicet existit in Ecclesia, sed in futurum, cum scilicet licitè in eum pœna illa statuta inferri poterit; & sic cessat præiudicium Ecclesiæ.

Sequitur secundò, quod immunitas Ecclesiæ 17
non violetur, si Reus, qui in Ecclesia captus fuit,& in carcere, seu custodia fori secularis nomine Episcopi detinebatur, donec cognosceret, an Reus immunitate Ecclesiæ gaudere deberet, è carcere, seu custodia fori secularis fugit, & postea ab eodem foro iterum capitur,& morti traditur, non expectata Episcopi sententia; quia in hac secunda vice nõ est captus in loco sacro, sicuti suppono,& Reus sibi imputare debet damnum, quod patitur ratione fugæ, quæ ipsi abstulit priuilegium primæ detentionis, Farinac. *in append. cap. 39. num. 306.* licet alij contrarium sentiant. Vide Decianum *tract. crim. lib. 6. cap. 29. numer. 7.* Farinacium *loc. cit. num. 52.*& 396. & Marium Italiam *lib. 1. cap. 6. §. 2. num. 28.*

DBITATIO XXXII.

An Iudici tentanti extrahere Reum è loco sacro resistere quis possit?

SVMMARIVM.

1 *Iudici tentanti extrahere Reum è loco sacro vltra casus permissos, resistere potest, & Reus, & Ecclesia; cum sic vtrique Iudex iniuriam faciat.*

2 *Vim vi repellere, & Ecclesiasticam immunitatem tueri licet.*

3 *Reus in Ecclesia ad defendendam immunitatem, resistere potest armis, & quacumque alia vi, quia cuilibet ius suum armis defendere licet.*

4 *Ecclesia resistere potest ostia claudendo, & quælibet alia media extrema ad impediendam vim apponendo, sine armis tamen.*

5 *Raro auxilium laicorum, etiam cum armis adhibendum est ad Ecclesiam defendendam.*

6 *Ordinarius modus defendendi immunitatem est censura Ecclesiastica.*

RESPONDETVR, quod Iudici tentanti 1
extrahere Reum è loco sacro vltra casus permissos, resistere possit & Reus, & Ecclesia; cùm sic vtrique Iudex iniuriam faciat,& ex alio capite vim vi 2
repellere,& Ecclesiasticam immunitatem tueri liceat; Atque ita docent Farinac. *in append. de immunit. c. 2. n. 46.* Mar. Italia. *de immunit. Eccles. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 45. in fin.* Diana *part. 6. tract. 1. resol. 32.* Suarez *lib. 3. c. 13. n. 4.* Layman *lib. 4. tract. 9. cap. 3. n. 14.* & Bonac. *disp. 3. q. 7. de immunitat. punct. 5. in princ.*

& colligitur ex l. prohibitum, Cod. de iure fisci, lib. 10. vbi Officiali iniustè exequenti licitè de facto resistitur.

3 Cæterum Reus ei resistere potest armis,& quacumque alia vi; quia cuilibet ius suum armis defendere licet; cum talis non sit aggressio, sed defensio; Ecclesia autem eidem resistere potest, ostia claudendo, & quælibet alia media externa ad impediendam vim apponendo, sine armis tamen (cum 5 Ecclesiasticis non liceat arma sumere; cum exinde maiora scandala, & mala exoriri soleant) saltem quibus ipsimet clerici vtantur; quia in raro necessitatis casu auxilium laicorum, etiam cum armis, adhiberi potest ad Ecclesiam defendendam; Atque ita docent Fagundez *lib. 4. cap. 4. n. 59. de præcept. Eccles.* Suarez *cit. c. 13. n. 4* Layman *n. 14.* Azabed. *lib. 1. tit. 2. leg. 3. n. 30.* Bobad. *lib. 2. c. 15. n. 3. p. 1.* & Curtellius *de immun. Eccles. lib. 1. q. 37. in fin. & lib. 2. quæst. 10.*

6 Ordinarius autem modus defendendi Ecclesiasticam immunitatem, & arcendi Iudicem ab iniqua violentia, est per censuras Ecclesiasticas præsertim excommunicationis, si desistere, vel Reum iam extractum restituere Iudex recuset, iuxta *cap. mirer, 17. q. 4.* vt rectè tradunt Abb. *c. inter alia, n. 62. de immunit. Eccles.* Couar. *c. 10. in fin.* Suarez *c. 13. n. 6.* Layman, *n. 14* & alij passim. Vide, quæ dicentur *dubit. 39.*

DVBITATIO XXXIII.

An debeat Reus è loco sacro extractus ante omnia Ecclesiæ restitui? Vbi etiam an extrahentes immunitate priuentur?

SVMMARIVM.

1 *Reus è loco sacro (extra casus exceptos) extractus debet ante omnia Ecclesiæ restitui.*

2 *Iudex secularis non potest Reum sic extractum, neque n. ob alia delicta post carcerationem, v. g. in carceribus secularibus commissa, illum detinere.*

Iudex laicus extrahendo indebite Reum ab Ecclesia, semper tenetur iniuriam factam Ecclesiæ compensare.

3 *Ecclesia in tali casu est prior in tempore, & sic potior esse debet in iure.*

Idem dic, si Iudex extraxerit in casibus exceptis, sed non seruata forma præscripta in Bulla Gregorij XIV.

4 *Iudex tenetur satisfacere Ecclesiæ pratia rei Restitutione; neque excusatur Iuramento, vel cautione exhibita, quod Reus non plectetur corporali pœna.*

5 *Item tenetur satisfacere Ecclesiæ, etiam si Reus violenter extractus, postea extractioni consentiat, & priuilegium immunitatis renunciet.*

6 *Idem dicendum, si renunciet existens in loco sacro.*

7 *Idemque dicendum, si renunciet existens in carcere Curiæ secularis, dum agitur, an immunitate gaudere debeat.*

8 *Reus ad hoc vt renunciare possit priuilegium Immunitatis requiritur, vt prius Ecclesiæ, ex qua extractus fuit, restituatur, & postea voluntarie exilia eligat.*

9 *Iudex non excusatur à restitutione Rei faciendæ Ecclesiæ per petitionem termini ad probandum, quod Reus in casu excepto deliquerit.*

10 *Spoliatus ante omnia est restituendus, maximè quando agitur de præiudicio Ecclesiæ.*

11 *Priuilegium Immunitatis vniuersale, & generale est ad omnes Ecclesias, & sic iniuria vni facta, censetur omnibus facta; & satisfactione vni præstita censetur omnibus præstita.*

12 *Episcopus, quia Ecclesiam repræsentat, vel eius Vicarius loco Ecclesiæ restitui potest in Rei possessione.*

13 *Episcopus est in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo.*

14 *Offensa facta Episcopo dicitur facta Ecclesiæ.*

15 *Qui seruit Episcopo dicitur quod seruiat Ecclesiæ.*

16 *Pœna pecuniaria imposita pro offensa facta Ecclesiæ ob violatam eius immunitatem causa extractionis Rei ex ipsa solui debet Episcopo.*

17 *Quando Iniuria fit Ecclesia, siue eius loco, sufficit si satisfactio fiat Episcopo.*

18 *Restitutio propter exactionem Pedagiorum faciendæ Ecclesiæ sufficit, si similiter fiat Episcopo.*

19 *Restitutio faciendæ à Visitatoribus, quod indebitam procurationem, seu munera extorserint, sufficit, si fiat etiam Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam contra Barbosam, qui affert pro se Declarationem sacræ Congregationis immunitatis, sed de ea non constat authentice.*

20 *Vide conciliationem vtriusque opinionis factam per Farinacium.*

21 *Cognitio an crimen commissum sit exceptum, & an fuerit legitime probatum spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem ad secularem.*

22 *Opinio Nouarij refellitur innixa illi fundamento, quod sicut Ecclesia, quæ fuit spoliata habet interdictum de libero homine restituendo, ita etiam habeat Curia secularis interdictum restitutionis.*

23 *Vbi Iura non distinguunt, neque nos distinguere debemus, præsertim in fauoribus, qui potius sunt ampliandi, quam restringendi.*

24 *Reus ex hoc ipso quod non sit in manibus Curiæ, etiamsi violenter sit ab aliis extractus, habet ius confugiendi ad Ecclesiam.*

25 *Extractio violenta non potest priuare Reum iure, quod habet ad vitam, libertatemque suam tuendam.*

26 *Ecclesia excipiendo, & defendendo Reum vi à Satellitibus subductum, non facit contra iustitiam, nec fouet iniustam, spoliationem.*

27 *Si quis exiens è carcere sub iuramento redeundi ad carcerem, confugiat ad Ecclesiam, immunitate eius gaudet, & non dicitur quod Ecclesia non restituendo foueat sacrilegium Rei.*

28 *Princeps vnius Territorij non dicitur quod faciat iniuriam Principi alterius Territorij non restituendo Reum, qui illuc confugit, cum liber in illius Territorium intrauerit.*

29 *Princeps extrahens Reum sibi subditum à Territorio alterius violat iurisdictionem ipsius.*

30 *Reus immunitate gaudet, etiamsi delentus à satellite simul cum satellite ad Ecclesiæ confugiat.*

31 *Satelles si capiat aliquem extra Domum, & captus satellitem capientem trahens, ingressus fuerit Domum, vel intra clausuram Domus partem corporis immiserit, non debet inde quoquis extrahi.*

Reus

32 *Reus à Satellitum manibus extractus, nec Reum satellitem secum ad Ecclesiam trahens non excipiuntur in Constitutione Gregoriana.*

33 *Reus captus antequam deducatur ad carcerem, non intelligitur ita perfectè captus, vt sit in tuto sub dominio, & potestate iustitiæ.*

34 *Reus è manibus Curiæ secularis violenter ab aliis extractus, si confugerit ad Ecclesiam quod Ecclesiæ immunitate gaudeat, & consequenter Curiæ seculari restituendus non sit decisum fuit in Hispaniarum Regnis.*

35 *Assignatur disparitas, quæ est in argumento Nouarij nempe de homine libero, & non libero.*

36 *Iudex laicus debet restituere Reum Ecclesiæ spoliatæ, quia per talem spoliationem Ecclesia non amittit ius protectionis acquisitum.*

35 *Curia secularis capiens reum, ladit ius Ecclesiæ; ex iniusta autem læsione oritur restituendi obligatio.*

38 *Quisque vti potest iure suo, licet per accidens impediatur ius alterius; quin licet per accidens sequatur damnum alterius.*

39 *Argumentum non valet de casu priuilegiato ad casum non priuilegiatum, & de fauoribus ad odia.*

40 *Extrahentes Reum à manibus satellitum etiam cum vulneribus ipsorum gaudent Ecclesiæ immunitate.*

1 RESPONDETVR, quod Reus è loco sacro extra casus exceptos, siuè à satellitibus, siuè ab aliis, extractus, debeat ante omnia Ecclesiæ restitui; Atque ita habetur *ex cap. inter alia, de immunit. Eccles cap. conquerente, & cap. item cum quis, de restitut. spoliatorum, c. sicut antiquitus, c. miror*, & aliis multis *c. 17. q. 4.* (vbi dicitur, extrahentem compellendum esse per excommunicationem ad restitutionem) & docent ibi glossa, Abb. Ancharan. Bellamera, & alij Canonistæ passim. vide etiam Clarum *in pract. crimin. q. 30.* Salonium *quæst. 60. art. 4. contr. 2.* Scortiam *Theor. 385.* & Lessium *lib. 2. cap. 29. dubit. 6. num. 52.*

2 Et hoc adeò verum est, vt non possit Iudex secularis Reum sic extractum, neque etiam ob alia delicta post extractionem, v. g. in carceribus seculuribus commissa, illum detinere; quia sic extractus habet ius, vt restituatur Ecclesiæ, ac per consequēs, vt nihil Contra ipsum agatur; & Iudex semper in obligatione est, vt iniuriam factam Ecclesiæ compenset, & sic statim ac potest, compensare illam tenetur; tum quia Ecclesia prior est in tempore, & sic potior esse debet in iure; & non est conueniens, quod propter iniustam extractionem illa in sua immunitate detrimentum patiatur. Atque ita docent, Farinac. *in append. de immunit c. 2. n. 49.* Mar. Ital. *de immunit. Eccles. lib. 1 cap. 6. §. 2. num. 49.* Peregrin. *cap. 15 num. 25.* Bonacina, *tom. 2. disp. 3. q. 7. punct. 4. num. 13.* Genuensis *in praxi, cap. 17. num. 5.* Lezana *ver. Immunitas, num. 19.* & Diana *part. 6. tract. 1. resol. 32.* contra Gamam *decis. 57.*

3 4 Neque ab hac restitutione Rei facienda Ecclesiæ excusatur Iudex, esto iuramentum præstet, & cautionem, seu securitatem exhibeat, quod ipse illum corporali pœna plecturus non sit; quia prius satisfacere debet Ecclesiæ, quæ spoliata fuit; aut debitam satisfactionem non præstat Ecclesiæ, nisi prius ei faciat actualem restitutionē *c. mir, 17. q. 4.* & docent Archidiaconus, Turrecrem. Bellam Angelus, Silu. & alij, quos citat, & sequitur Farinacius *in loco suprà cit. num. 50.* Couar. *2. var. cap. 20. num. 6.* Decian. *lib. 6. cap. 25. num. 1.* Suarez *lib. 3. cap. 13. n. 6. in fin.* Villalob. *in Summa, tom. 2. tract. 59. diffic. 8. num. 4.* & Diana *part. 6. tract. 1. resol. 32.*

Quinimò Remig. de Gonni *in tract. de immunit. q. 15.* Peregrin. *cap. 15. num. 21.* & alij. Idem dicendum sentiunt, si Iudex extrahit in casibus exceptis, sed non seruat formam præscriptam in Bulla Gregorij XIV. & meritò: quia adhuc in tali casu Iudex immunitatem Ecclesiæ violat, extrahendo, v. g. causa nondum cognita, vel ab Episcopo licentia nō obtenta; tum quia Ecclesia Canonica Iudicem potest agere de spolio, Doctores quos citat, & sequitur Tuschus *to. 3. lit. E. concl. 10. n. 20.* ergò signum est, quod Iudex teneatur de spolio; tum quia in dicto casu extractio iuridicè nulla est ex textu in cit. Bulla ibi; *nec non irritum decernimus, & inane, si secus super his per quoscunque quauis authorit. scienter, vel ignoranter contigerit* attentari, ergo nullo modo potest Iudex in dicto casu Reum extractum retinere; cum ex actu irrito nullum ius acquiratur.

5 Neque secundo à dicta restitutione Rei facienda Ecclesiæ excusatur Iudex, esto Reus, qui fuit extractus violenter ab Ecclesia, & deductus v. g. ad carceres seculares, priuilegio immunitatis ibi renunciet; quia tale priuilegium principaliter, & directè Ecclesiæ (licet secundariò, & indirectè Reo) concessum est; & sic renunciare illud non potest Reus, sicuti renunciare non potest clericus priuilegium fori, vel Canonis, quod ipsi non ob ipsum, sed ob dignitatem clericatus principaliter concessum est; Atque ita docent Decianus, & Mar. Ital. quos citat, & sequitur Farinacius *in append. de immunit. cap. 19. num. 304.* Suar. *num. 11.* Peregrin. *cap. 15. num. 22.* Castrus Palaus, *tom. 2. tract. 11. disp. vnic. punct. 11. num. 5.* Mastrillus, *lib. 2. decis. 169.* & Trullench. *in Decalog. tom. 1 lib. 1. cap. 11. dub. 1. numero 14. & 15.* contra Remigium de Gonni *in tract. de immunit. fallent. 11. ad fin.* Barbosam *de iure Eccles. lib. 2. capite 3. numer. 58.* & Salgadum *in tract. de Bull. Pontific. part. 1. cap. 3. num. 64.*

6 Idem ob eandem rationem dico de eo, qui renunciat existens in loco sacro: hic enim, licet possit voluntariè exinde exire, vt extra locum sacrum capiatur, non tamen potest consentire, vt è loco sacro à laica potestate extrahatur; Decianus *cap. 26. num. 12.* Peregrinus *num. 23.* Mar. Ital. *lib. 1 cap. 6. §. 2. num. 82.*

7 Idemque ob eandem rationem dico de eo, qui legitimè extractus ex Ecclesia nomine Episcopi, in carceribus Iudicis secularis detinetur: hic enim etiam (dum, agitur an deliquerit in casibus à Gregorio expressis) non potest renunciare; quia fieri potest, quod fuerit extractus in casu, in quo immunitas loco sacro concessa fuerit; & ipse, sicuti dicebam, non potest loci sacri immunitati cedere; Decianus, Mar. Ital. & Peregrin. *in locis suà prà cit.*

8 Itaque vt possit Reus immunitatis priuilegio renunciare, requiritur, vt prius Ecclesiæ, ex qua extractus fuit, restituatur; & posteà voluntariè ex illa exeat, & sic à ministris laicis capiatur; quia tunc non fit præiudicium Ecclesiæ; secus, dum ia Ecclesia existit; quia tunc ob rationem dictam nō potest renunciare priuilegio immunitatis, quapropter licet consentiat in Ecclesia, se ligari, & extrahi,

extrahi, talis consensus non excusat extrahentes à censuris iuris, & Constitutionis Gregorij XIV. sicuti nec excusat consensus Prælati Ecclesiastici; nisi simul cum consensu Rei coniungatur, vt dicebatur *supra dubit.* 26. & dicetur *infra dub.* 39 & 40.

Neque tertio à dicta restitutione Rei facienda Ecclesiæ excusatur Iudex, esto petierit terminum
9 ad probandum, quod Reus in casu excepto deliquerit; quin esto, id probauerit per confessionem ipsius Rei Rario, quia non fuit seruata forma, nec talis est sufficiens probatio; cùm non agatur de præiudicio tantum Rei, sed etiam Ecclesiæ; & semper procedat regula, *quod spoliatus ante omnia sit restituendus*; Atque ita docent Remigius *de immunit. Eccles. 9. fin.* Suarez *in prax. 1. p. tom. 1. cap. 3.*
10 *§. 3. num. 16.* & Genuens *in prax Archiepisc. cap. 22. num. 6.*

Quapropter cum Ecclesia spoliata sit iure detinendi Reum, prius ipsa restitui debet in sua possessione, & posteà fieri causa, an legitimè possideat; restitui verò debet Ecclesia in sua possessione, siue eadem numero, siue alia, dummodo sit æquè tuta, & æquè commoda Reo; quia hoc priuilegium vnicum est omnibus Ecclesiis, & sic iniuria
11 vni facta, censetur omnibus facta; & satisfactione vni præstita, censetur omnibus præstita; siquidem immunitas Ecclesiæ non magis respicit hanc, quam illam Ecclesiam, cum in vniuersum omnibus Ecclesiis concessa sit; tum quia qui homicidij, vel mutilationis delictum in vna Ecclesia commisit, potest in alia à Ministris laicæ potestatis capi, & in carcerem deduci, ergo similiter qui captus est in vna Ecclesia, poterit alteri Ecclesiæ restitui, si in hac cum æquali commodo æquè tutus, & securus sit; cum in tali casu extractus nullum damnum sentiat, & Ecclesia, ex qua fuit extractus, facta alteri Ecclesiæ restitutione, nullum detrimentum patiatur.

Quin ob eandem iam dictam rationem restitutio fieri poterit Episcopo, vel eius vicario; quia
12 Episcopus Ecclesiam repræsentat,, ipsiquè cura incumbit seruandæ immunitatis Ecclesiæ, *cap. scire debes, 7. q. 1.* & docent Bonif. *in Clem. attendentes, §. hoc autem, num. 17. de statu Monachor.* Farinac. *cit. cap. 2 num 48.* & Bonacina *disp. 3. q. 7. de immunit punct. 5. circa fin.* Vnde in *cit. cap. scire debes,*
13 *& in cap. 1. de restitut. in integrum in 6.* dicitur, quod
14 Episcopus sit in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo;
15 Item offensa facta Episcopo, dicitur facta Ecclesiæ, *Clem. 1. de foro compet.* & docent ibi Card. & Bonif. Item qui seruit Episcopo, dicitur quod seruiat Ecclesiæ, *cap. de cætero, de clericis non residentibus.* Item ly *dic Ecclesia*, intelligitur *dic Episcopo,*
16 cap. nouit, de iudiciis. Item pœna pecuniaria imposita pro offensa facta Ecclesiæ ob violatam eius immunitatem causa extractionis Rei ex ipsa, solui debet Episcopo, *C. si quis contumax, 17. q. 4.* & docet ibi Archidiaconus, quem sequens Ioan. Andr.
17 *in cap. quamquam, de censib. in 6.* ait, quod quando
18 iniuria fit Ecclesiæ, seu eius loco, sufficit, si satisfactio fiat Episcopo; subditque, quod restitutio propter exactionem pedagiorum facienda Ecclesiæ iuxta *cit. cap. quamquam*, sufficit, si similiter fiat Episcopo; & Mariah. *in tract. de visitatione lib. 11. in fin.* ait, quod restitutio facienda à visitatoribus,
19 ex eo, quod contra formam *cap. 2. de censib. in 6.* indebitam procurationem, seu munera extorserint, sufficit, si fiat etiam Episcopo, qui repræsentat Ecclesiam; ergò sic & in casu nostro.

Quamuis Barbosa *de iure Eccles. lib. 2. c. 3. n. 54.* probabiliter contrarium sentiat, quod scilicet restitutio fieri debeat eidem Ecclesiæ, & non sufficiat, fieri alteri Ecclesiæ, vel Episcopo, aut eius Vicario, loco Ecclesiæ; & affert pro se declarationem sacræ Congregationis immunitatis anno 1632. cui tamen, cùm de ipsa non constet authenticè, necessario standum nõ est; præsertim quia dici potest quod illa iuxta dicta intelligatur in casu, quo, restitutione tali facta, extractus non sit cum æquali commodo, & æquè tutus, ac si restitutio facta fuisset eidem Ecclesiæ; nam cum immunitas cõcessa sit locis sacris, vt ad ipsa confugiens securus sit; cumque inde extractus passus sit iniuriam, & sic habeat ius petendi, vt in suam libertatem pristinam restituatur, par est, vt in loco æquè commodo, ac æquè tuto cõstituatur; quæ Farinacius probabiliter etiam distinguit, & sic vtramque opinionem 20
conciliat, quod scilicet, aut Reus petit se restitui Ecclesiæ, ex qua fuit extractus, & sic procedit posterior opinio; aut non petit; & sic procedit prior, nempe quod restitui possit alteri Ecclesiæ, vel loco Ecclesiæ etiam Episcopo, aut eius Vicario, non, vt eum inclusum in carcere detineat, sed vt liberum in Palatio, vel in Ecclesia reponat; alioquin enim immunitatis priuilegium frustratorium esset, seu, vt dici solet, seruiret de vento.

Cæterùm cognitio, an commissum crimen sit exceptum; & an fuerit legitimè probatum, &c. spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, non autem ad 21
secularem, vt *dubit. 41.* dicetur.

Obiicies; Ecclesia Reo spoliata restituenda est in sua possessione; ergo Curia secularis similiter, si spoliata fuerit Reo, qui detinebatur à suis ministris, restituenda erit in sua possessione; quo argumento conuictus Nouarius *in summa Bullar. tit. de* 22
immunit. num. 14. non omninò improbabiliter ait quod licet Reus, si è carceribus, vel è satellitum manibus se eximens, confugiat ad Ecclesiam, immunitate gaudeat, & curiæ seculari restituendus non sit; tamen si inde exemptus ab aliis ad eam confugiat, immunitate non gaudeat, & curiæ seculari restitui debeat; sicut & non gaudet, si detentus à satellite, simul cum satellite ad Ecclesiam confugiat; quia in tali casu non liber, & solutus ad Ecclesiam confugit, sed captiuus, & detentus ab aliis; & probat vltrius; quia sicut Ecclesia, quæ fuit spoliata, habet interdictum de libero homine restituendo, ita etiam habet Curia secularis interdictum restitutionis; & adducit pro se Franchum, *decis. 709. num. 3.* & videri etiam poterit Pasqualigus *decis. 486. per totam.*

Respondetur concedo antecedens. At nego consequentiam; quia licet extrahentes malè faciant; & digni sint propterea, vt maxima pœna puniantur, extractus tamen, si ad Ecclesiam confugiat, immunitate gaudet, & Curiæ seculari restituendus non est; quia liber, & solutus ad Ecclesiam confugit; & sic non est, cur immunitate priuetur, cùm omnia intra, tam antiqua (*vt cap. inter alia, de immunit. c. definiuit, 17. quæst. 4. lex. 1. Cod. de his, qui ad Eccles. confug.*) quàm noua (vt Constitutio Gregorij XIV.) absolutè dicant, quod Rei confugientes ad Ecclesiam immunitate 23
gaudeant; & ex alio capite, vbi iura non distinguunt, nec nos distinguere debemus ex vulgatis textibus (quos adducit Iason *in l. non dubium, num. 58. ff. de legibus*, Surdus *consil. 51. num. 7.* & alij passim) præsertim in fauoribus, qui potius sunt ampliandi, quam restringendi.

Confirmatur, quia si quis se eximens, ad Eccle-

siam

fiam confugit, gaudet; ergo & gaudebit, qui ad eandem confugiet exemptus ab aliis; cùm in vtroque caſu liber, & ſolutus, non autem detentus, &
24 captiuus ad Eccleſiam confugiat; & cum hoc ipſo quod Reus non eſt amplius in manibus Curiæ (etiamſi violenter ab aliis è manibus illius extractus fuerit) habeat ius confugiendi ad Eccleſiam;
25 ſiquidem extractio illa violenta non potuit ipſum priuare iure, quod habet ad vitam, libertatémque ſuam tuendam; alioquin ſi ſic extractus, remaneret adhuc ſub dominio Curiæ ſecularis, teneretur fugam non arripere, ſed permittere, & expectare, iterum ſe à ſatellitibus capi; quod dicere, abſurdum eſt; ergo dicendum, quod licitè pro ſui defenſione
26 ad Eccleſiam confugere poſſit; & ſic quod Eccleſia ipſum excipere, & defendere debeat; atque adeò quod eundem excipiendo, & defendendo, non faciat (vti contendunt aduerſarij) contra iuſtitiam, nec foueat iniuſtam ſpoliationem (ſicut faceret contra iuſtitiam, & foueret iniuſtam ſpoliationem, qui rem ab alio furatam apud ſe retineret, & nollet illam reſtituere Domino) ſed præſtet tantum patrocinium Reo, iam in priſtina libertate repoſito, & liberè ad ipſam confugienti; quamuis ipſi extrahentes in extractione illa violenta peccauerint; quorum improbitas (vti dicebam) tollere non poteſt, quin Reus ſic extractus, & in priſtina libertate repoſitus, non poſſit vti iure ſuo pro ſui defenſione ad Eccleſiam confugiendi; & quin Eccleſia non teneatur illum, quem liberum recipit, defendere, & ſuo patrocinio iuuare; quia ſi Reus habet ius pro ſui defenſione violenter ſe extrahendi è manibus Curiæ, & ad Eccleſiam confugiendi, multò magis habebit ius id faciendi ab aliis extractus, & ſic in ſua priſtina libertate repoſitus. Quapropter dicendum, quod Eccleſia in tali caſu præſtet tantum auxilium ſuum Reo libero, & liberè ad ipſam confugienti; non autem, quod non reſtituendo, foueat iniuſtam ſpo-
27 liationem laico Iudici factam. Sicuti, ſi quis exiens è carcere ſub iuramento rédeundi ad carcerem, confugiat ad Eccleſiam, immunitate eius gaudet, & non dicitur, quod Eccleſia non reſtituendo, foueat ſacrilegium Rei, & iniuſtum damnum, quod indè cuſtos carceris recipit; ſed tantum quod Eccleſia tueatur ius, quod Reus habet pro ſui defenſione ad Eccleſiam confugiendi vt *ſupra dubit.* 10. *ſect.* 10. dicebatur. Item ſicuti, ſi quis ex manibus Curiæ etiam violenter extractus ex territorio vnius Principis recipiat ſe ad territorium alterius, etiam im-
28 munitate gaudet, & non dicitur, quod Princeps illius territorij, ad quod Reus liberè confugit, non reſtituendo, faciat iniuriam alteri Principi, & foueat iniuſtam ſpoliationem illi factam; ſed quod tantum licitè reum defendat; quia non tenetur requiſitus Reum reſtituere; cùm ille liber in ipſius territorium intrauerit; quin immò Princeps alter, ſi inde violenter extrahit, violabit iuriſdictionē Prin-
29 cipis iſtius, ex cuius territorio extrahit; Quapropter rectè dixit Ludouicus Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccleſ. part.* 3. *num.* 21. quod licet delinquens prius eſſet in manibus Curiæ, nihilominus nunc, cùm exiſtat in Eccleſia, fiat Eccleſiæ præiudicium in ſuo priuilegio, ſi ex illa extrahatur, ſicut qui in alienum territorium fugit, fiet alienæ iuriſdictionis offenſio, ſi exinde ſimiliter violenter extrahatur. Vide, quæ dicebantur *ſupra cit. dubit.* 10. *ſect.* 6 *per totam, & dubit.* 19. *ſect.* 2.

30 Confirmatur ſecundò; quia Reus immunitatè gaudet etiamſi detentus à ſatellite, ſimul cum ſatellite ad Eccleſiam confugiat, vt in *locis cit.* probabamus.

31 Confirmatur tertiò, ex doctrina Mariani Soccini *in tract. de cit. art.* 17. *in* 2. *membr.* vbi docet, quod, ſi ſatelles capit aliquem extra domum, & captus ſatellitem capientem trahens ingreſſus fuerit domum, vel intra clauſuram domus partem corporis immiſerit, non debeat inde inuitus extrahi.

32 Confirmatur quartò; quia in cap. inter alia, & in conſtitutione Gregorij XIV nominatim excluduntur Rei, qui ad Eccleſiam confugientes, immunitate non gaudent, inter quos non numeratur Reus è ſatellitum manibus extractus, nec Reus ſatellitem ſecum ad Eccleſiam trahens, ergo non eſt, cur ab immunitate hi excludantur; præſertim quia (vt fatetur ipſe Nouarius, *num.* 47.) verba Conſtitutionis Gregorij XIV. (cùm tollat omnem facultatem aliter interpretandi) licet non ſint amplianda, nec extendenda, non ſunt tamen limitanda, nec declaranda, ſed intelligenda, prout ſonant.

33 Confirmatur quintò, ex doctrina Ægidij Bortij *tit. de captura, num.* 23. vbi dicit, quod Reus captus, antequam deducatur ad carcerem, non intelligitur ita perfectè captus, vt ſit in tuto ſub dominio, & poteſtate iuſtitiæ, quapropter ſibi imputet Curia ſecularis, ſi non tutè, & ſecurè Reum in carcerem traduxerit; Vnde, quod Reus è manibus Cu-
34 riæ ſecularis violenter ab aliis extractus, ſi confugerit ad Eccleſiam, Eccleſiæ immunitate gaudeat, & conſequenter Curiæ ſeculari reſtituendus non ſit, in Hiſpania deciſum fuiſſe, teſtatur Gutierez *in qq. præct. lib.* 3. *q.* 4 *n.* 10.

35 Ad id verò, quod dicit Nouarius, quod ſicut Eccleſia in ſua poſſeſſione reſtitui debet, ita & Curia ſecularis ſimiliter in ſua poſſeſſione reſtitui debeat. Reſpondetur, diſparitatem eſſe; quia in caſu Eccleſiæ ipſe Iudex ſecularis illam ſpoliauit, extrahendo ab ipſa, vel retinendo extractum ab ipſa, Reum violenter; & ideò iure Reus eſt ei reſtituendus. At in alio caſu ipſa Eccleſia non ſpoliauit Curiam ſecularem; quia recepit eum liberum, & ius habentem pro ſui defenſione ad ipſam confugiendi; Quapropter Iudex laicus debet reſtituere 36
Reum Eccleſiæ ſpoliatæ; quia per talem ſpoliationem Eccleſia non amittit ius protectionis acquiſitum: & ideò Curia capiens Reum lædit tale ius ex 37
iniuſta autem læſione oritur reſtituendi obligatio. At Eccleſia protegens Reum violenter ereptum Curiæ, non lædit ius Curiæ, licet quodammodo Reus in tali caſu ſit ſub dominio Curiæ; quia protegit Reum vtentem iure ſuo atque adeò protegit in eo, in quo poteſt illum protegere; quia ſine iniu- 38
ria alterius vnicuique ius proprium protegi poteſt. Quod ſi ex hac protectione impediatur ius alterius, per accidens eſt, atque quiſque poteſt vti iure ſuo, licet per accidens impediatur ius alterius, quia licet per accidens ſequatur damnum alterius, *l. ſi cui, §. denique.* Marcellus *ff. de aqua, & aquæ pluu. arcenda.* Adde, non valere argumentum de caſu priuilegiato ad non priuilegiatum, & de fauoribus ad odia; præſertim quia Gregorius XIV. prohibet 39
actiones iſtas, *extrahere, capere, vel incarcerare,* diſiunctiuè per particulam *vel*: & ſic, licet Eccleſia poſſit tueri Reum è Curiæ manibus violenter extractum (quia ſic extractus habet etiam ius, vti dicebam, pro ſui defenſione confugiendi ad Eccleſiam) non tamen in caſu, quod Reus fuerit violenter extractus ex Eccleſia ab aliis, poterit Iudex laicus illum ſic extractum capere, vel incarcerare;

quia

quia hoc ipsum ei à Pontifice in Bulla prohibetur, cùm disiunctiuè dictæ actiones prohibeantur, vti dicebam.

Instabis, saltem Ecclesiæ immunitate non gaudent extrahentes (præsertim qui damnatum iam, vel è carceribus Reum in illis manentem extraxerint) si hi ad Ecclesiam confugiant; quia committunt crimen læsæ Maiestatis, *ex textu in l. cuiusque, ff. ad l. Iul. Maiest.* Et docet ex communi Alexander *Consil. 35. num. 4. vol. 2.* Bursat. *Consil. 216. num. 1. & 5. vol. 2.* Vivius *decis. 92. num. 4.* Mastrillus *de indulto cap. 59. num. 1. & 2.* Et alij passim.

Respondetur, nego antecedens; maximè in terminis Constitutionis Gregorij XIV. vbi tantum ab Ecclesiæ immunitate excluduntur Rei læsæ Maiestatis in personam Principis. Vide, quæ dicebantur *supra dubit. 23 sect. 4. & seqq.*

40 Ex quibus vlterius sequitur, quod ipsi extrahentes Ecclesiæ immunitate etiam gaudeant, si in ipso actu extrahendi ipsos satellites, quin & quoscumque Regios officiales vulnerent, & occidant; quia adhuc (licet crimen læsæ Maiestatis committant, *ex l. 1 ff. ad leg. Iul. Maiest.* & notant communiter Doctores apud Farinacium, *q. 112. num. 136.* & Antonium de Amatis, *decis. 1. & 4.*) non tamen in personam Principis committunt. Vide *cit. dub. 23. per totam.*

DVBITATIO XXXIV.

An, si Reus extractus Ecclesiæ non restituatur, omnia acta sint nulla? Vbi etiam quinam alij effectus inde sequantur?

SVMMARIVM.

1 *Si Reus extra casus exceptos extractus, Ecclesia non restituatur omnia acta sunt nulla.*

2 *Ecclesia est locus exemptus à Iurisdictione Iudicis secularis quoad actum extrahendi Reum ab ipsa extra casus exceptos, & propterea extractio, & sic omnia subsequentia sunt nulla.*

3 *Iudex præter casus exceptos non potest Reum ab Ecclesia extractum incarcerare, vel interrogare, vel torquere, vel quidquam aliud iudiciale in eum facere.*

4 *Iudex secularis per capturam iniustam non acquirit iurisdictionem in Reum.*

5 *Fundamentum Iudicij si iure non subsistat, omnia, quæ in eo fundantur irrita sunt.*

6 *Non potest Iudex in tali casu iuridicè Reum interrogare, qui propterea non tenetur respondere, ad mentem Iudicis interrogantis.*

7 *Extrahens illegitimè, vel contra ita extractum vlterius procedens tenetur ex iustitia compensare Reo omnia damna quæ ex tali extractione ei contigerunt.*

8 *Extrahens illegitimè absolui non debet nisi prius restituerit Ecclesiæ extractum, & refecerit ei omnia damna, & interesse.*

9 *In indebita Rei extractione intercedit solum sacrilegij culpa primario & per se, secundario vero & consecutivè obligatio restituendi*

10 *Nullus extrahens est, qui talem extracti restitutionem faciat vel quia fecit bona fide vel quia si, mala putat tantum esse sacrilegium*

RESPONDETVR, quod si Reus extra casus exceptos extractus, Ecclesiæ non restituatur, omnia acta sint nulla; Atque ita expressè definitur in Cõstitutione Gregorii XIV. ibi *nec non irritum decernimus, & inane, si secus super his per quoscumque quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; & docent* Bartol. *in l. presenti Cod. de his, qui ad Eccles.* Oldradus *cons. 53.* Sylu. *ver. immunitas, 3. q. 4.* Angel. *eod. ver. num. 20.* Abb. *cap. inter alia, de immunit.* Mar. Itulia *lib. 1 cap. 6. §. 2. num. 21.* Ambrosin. *cap. 15. num. 7.* Peregrin. *cap. 15. n. 21.* Lezana *ver. immunitas, num. 18.* Suar. *lib. 3. cap. 13. num. 12. & seqq.* Clar. *in pract. crimin. q. 30.* Salon. *q. 60. art. 4. contr. 2.* Less. *lib. 2. cap. 29. dubit. 6. num. 52.* Farinacius *tom. 1. de carcerib. q. 28. num. 5. & in append. de immunit. cap. 2. num. 56.* Scortia *epit. 152. & Theor. 385.* Layman *lib. 4. cap. 3. in fin.* & Bonacina *cit. q. 7. punct. 5. num. 2.* & probatur; 2 quia, cùm Ecclesia sit locus exemptus à iurisdictione Iudicis secularis quoad actum extrahendi Reum ab ipsa extra casus exceptos, extractio est nulla (vtpotè facta ab eo, qui non habet iurisdictionem extrahendi, tum ob rationem dictam; tum quia Reus habet ius, ne à loco sacro inuitus extrahatur) & sic omnia subsequentia sunt nulla.

Hinc sequitur, quod Iudex secularis non possit 3 extractum Reum in tali casu in carcerare, vel torquere, vel quidquam aliud iudiciale in eum exercere; quia cùm ad hæc omnia requiratur, vt prius acquisiuerit in Reum iurisdictionem (quam per 4 capturam sacrilegam, & iniustam non acquisiuit) consequens est, quod omnia ibi fundata, nulla, & irrita sint. Vnde fit, quod processus iudicij post hu- 5 iusmodi sacrilegam, iniustam, & violentam extractionem institutus, ipso facto sit irritus; quia si fundamentum iudicij (sicuti dicebam) iure non subsistit, omnia, quæ in eo fundantur, irrita sunt; consequenter, cum omnis vlterior iudicij processus fundetur in captura, per quam veluti possessio in Reum acquiritur, consequens est, quod, si captura illegitimè sine iurisdictione, & per sacrilegam, & iniustam violentiam attentata fuit; reliquus etiam processus ipso iure irritus sit; Atque ita docent Farinacius, Suarez, Layman, Bonac. & alij *in locis supra cit.* contra nonnullos paucos, quos innuit Suar. & Bonacina *in tract. de excommun. in particulari disp. 2. q. 3. punct. 16. §. 3. numer. 17.*

Sequitur secundò, quod Iudex secularis neque possit in dicto casu iuridicè Reum interrogare, & consequenter Reus non teneatur interroganti ad mentem eius respondere, quia Iudex secularis, vti dicebam, non habet iurisdictionem in Reum eo modo captum, & Reus eo modo captus habet ius se eximendi ab eius potestate, & procurandi, vt loco sacro liber restituatur; tum quia sicut Reus, dum in Ecclesia existit, potest sine culpa resistere, nè inde extrahatur, & non tenetur Iudici seculari interroganti ad mentem eius respondere (cum sit extrà eius territorium & ius dicenti extrà territorium impunè non pareatur, *l. vlt. ff. de iurisdict. omnium Iudic. & c. 2. de constitut. in 6.* ità neque tenetur respondere, postquam, per vim extractus fuit; cum idem ius, quod ipsi ante extractionē competebat, post extractionem retinere videatur, Farinacius, Suar. & alij, *quas supra citabam.*

Sequitur tertiò, quod illegitimè extrahens, vel 6 contra

contra ita extractũ vlterius procedens, rencatur ex iuſtitia compenſare Reo, vel eius hæredibus, omnia dãna, quæ ex tali extractione Reo contigerunt; quia nõ ſolũ Eccleſiæ, ſed etiam ipſi Reo talis extractio iniurioſa eſt; cùm etiam Reus (cui ſaltem ſecundario, *vt ſuprà dicebam*, priuilegium immunitatis conceditur) ius habeat, nè in loco ſacro capiatur (& ſic ſi opus fuerit, capienti per vim poſſit reſiſtere, *vt ſuprà etiam dicebatur*) & cum Iudex in Reum, dum in Eccleſia exiſtit, iuriſdictionem non habeat. Vide Valentiam *to.3.diſp.6.* 7 *& 15.punct.1.q.2.* Medinam *in ſum.lib.1.c.16.* Suarez *cit.c.13.n.15.* Farinacium *de carceribus q.28.n.5. & in append.de immunit.c.20.n.221.* Bonac *cit.q.7. punct.6. n.1. & 2.* Sanchez *to.1.conſil moral.lib.3.c.vnic.dub.17.* Scortiam *Theor.385.* Layman *lib.4.tract.9.c.3.n.14.* Villalob. *in ſumma tom.2.tract.39.diffic.8.n.4.* Lezanam *ver.immunitas, n.20.* Peregrinum, *c.15.n.26.* & Ambroſinum *de immunit.c.15.n.7.* Vide etiam S. Auguſtinum in perſona Bonifacij Regis *c.miror, 17.q.4.* Silueſtrum *ver.Immunitas, 3.in fin.* Ioannem de Vichis *de immunit. n.651.* Marium Ital *lib.1.c.6.§.11.n.23.* Capell. Tholoſan. *deciſ.423.n.3.in addit.* & Decianum *lib.6.c.27. in princip.* qui propterea, *& arg.c.conquer.de reſt.ſpoliat.* & aliorum iurium tradunt, quod illegitimè extrahens, abſolui non debeat, niſi prius reſtituerit Eccleſiæ extractum, & refecerit ei, vel eius hæredibus, omnia damna, & intereſſe.

8 Obiicies, *S.Th.2.2.q.99.art.2.ad 3.* docet, quod in indebita Rei extractione è loco ſacro, intercedat ſolum ſacrilegij culpa, ergo.

Reſpondetur, diſtinguo ad mentem S. Th. antecedens: intercedat ſolum ſacrilegij culpa per ſe, & primariò, concedo; ſecundariò, & conſecutiuè etiã (quatenus ſcilicet, ſuppoſita immunitate, competit Reo, ne inuitus ab Eccleſia extrahatur) nego.

9 Inſtabis, nullus extrahens eſt, qui talem extracto reſtitutionem faciat, ergo.

Reſpondetur, id eſſe, vel quia extrahens bona fide extrahit, putando in caſu, quo extrahit, extrahere ſibi licere ex probabili aliqua opinione Doctorũ; vel dato, quod mala fide extrahat, id eſſe, quia ſequitur opinionẽ eorũ, qui dicunt, quod in indebita Rei extractione è loco ſacro, intercedat ſolũ ſacrilegij culpa contra locum ſacrũ, & non etiã iniuſtitiæ contra Reũ extractũ; quorũ Doctorum opinionẽ probabilẽ putant Suarez, Sãchez & Bonac *in locis ſuprà cit.* licèt alij quos citat, & ſequitur Diana *part.6.tract.1.reſol.33.* meritò ad id ex rationibus ſuprà adductis nõ cõſentiant; Et ſi contra eos obiicias, talẽ reſtitutionem non eſſe vſu receptã; reſpondent, eſſe tamen illã vſu recipiendam, & Iudicibus reſtitutionis obligationem imponendam, non obſtante cõſuetudine in contrarium; quia huiuſmodi conſuetudo, quandiu durat priuilegium immunitatis locis ſacris conceſſum, eſt contra ius naturæ, contra quod induci non poteſt conſuetudo. Vide Valentiam *loc.cit.verſ.ad primum argumentum,* & Suar. *cit.num.15.*

DVBITATIO XXXV.

An, & quã, culpam, & pœnam incurrat, indebitè Reum extrahens è loco ſacro? Et quis?

SECTIO I.

Dubitationis reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Extrahens indebitè Reum à loco ſacro incurrit culpã ſacrilegij grauiſſimam; quia in re grauiſſima facit contra ſanctitatem Eccleſiæ, & infert iniuriam grauiſſimam Deo, cui Eccleſia dicata eſt.*

2 *Extrahens indebitè Reum è loco ſacro incurrit infamiã ex legibus Caroli IV. & inhabilitatem ad conſilia publica, & priuationem bonorum ex iiſdem legibus.*

3 *Item incurrit pœnam capitalem, quia reputatur crimen iſtud crimen læſæ maieſtatis; cum Diuinam maieſtatem offendat, qui eius Domum violat.*

4 *Extrahens indebitè Reum ab Eccleſia, vſurpat iuriſdictionem Pontificis, de cuius licentia ſolum Reus in Eccleſia exiſtens extrahi inde poteſt.*

5 *Pœna Iuris ciuilis circa punitionem extrahentis Reum ab Eccleſia non videtur vſu recepta; quia tam in puniendo, quam in iudicando talẽ crimen, non iuri ciuili, ſed iuri canonico ſtandum eſt.*

6 *Item incurrit de iure canonico pœnã pecuniariam aliquando 30. librarum examinati argenti, aliquando 100. naginterum ſolidorum.*

7 *Pœna pecuniaria in tali caſu inſpecta qualitate delicti, & Perſonæ poterit arbitrio Iudicis moderari.*

8 *Pœna lata contra Immunitatis Eccleſiæ Violatores non eſt antiquata contra nonnullos Doctores; quia per Tridentinum, & conſtitutionem Gregorianam renouantur circa id omnes pœnæ in antiquis canonibus latæ.*

9 *Item incurrit pœnam excommunicationis non latæ, ſed ferendæ ſententiæ tam vigore Iuris communis, quam etiam conſtitutionis Gregorianæ.*

10 *Auctor exiſtimat ponderanda verba conſtitutionis, & præſertim particulam (ipſo facto quod ſic Extrahentes ſint ipſo iure excommunicati.*

11 *Clemens VIII. & Paulus V. declarauerunt ſic extrahentes eſſe ipſo iure excommunicatos.*

12 *Pœnas, & cenſuras dictas incurrit, qui extrahit in caſibus non exceptis; vel extrahit, non ſeruata forma Bullæ Gregorianæ.*

13 *Quapropter incurrit, qui extrahit abſquè licentia Epiſcopi, vel, ſi cum licentia Epiſcopi, abſquè interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, ad hoc ab Epiſcopo deputatæ.*

14 *Idque in opinione multorum, etiam ſi extrahat ad bonum finem; quod Authori non probatur.*

15 *Item, ſi extrahat, quem notoriè conſtat, commiſiſſe delictum in Gregoriana exceptum.*

16 *Incurrit etiam pœnas, & cenſuras dictas qui, cum quem notoriè conſtat commiſiſſe delictum exceptum, & Epiſcopus extrahendi facultatem indebitè negauit, extrahit cum magno ſcandalo quem ſine malo ſcandalo extrahere potuiſſet.*

17 *Item, qui captum, & extractum de licentia Epiſcopi, vel etiam ſine licentia Epiſcopi indebitè denegata, reponit in carceribus Curiæ ſecularis.*

18 *Limitant nonnulli, dummodo id fiat nomine proprio, ſecus ſi reponant in propriis carceribus nomine Epiſcopi, vt ibi tutius cuſtodiatur. Quod Author non facilè conceſſerit.*

19 *Poteſt Iudex apponere debitam cuſtodiam ad carcerẽ Curiæ Eccleſiaſticæ, ſi ibi res ſitus fuerit extractus.*

20 *Non poteſt tamen inde Reum extrahere, donec Epiſcopus cognouerit, an Reus crimen exceptum commiſerit.*

21 *Poſtquam autem Epiſcopus id cognouit, debet eum conſignare Curiæ ſeculari.*

22 *Incurrit etiam cenſuras dictas qui extrahit perſonam Eccleſiaſticam, etiam ſi hæc commiſerit crimen exceptum; dummodo ſeruauerit requiſita Concilij Tridentini.*

23 *Item incurrit, qui cognoſcit de crimine ad forum Eccleſiaſticum pertinenti.*

24 *Iudex mandans extrahi Reum à loco ſacro in caſibus non exceptis, & etiam ſic extractum Eccleſia non reſtituens, Birruarij mandatum exequentes, conſanguinei, & amici ipſius occiſi incurrunt excommunicationem contra Gambacuriam.*

25 *Iudex qui non reſtituit Reum ab Eccleſia ipſo iu-*

scio etiam extractum, incurrit pœnas Gregoriana constitutionis.

26 *In legem committit non solum qui contra ius verba facit, sed etiam qui contra mentem.*

27 *Constitutio Gregoriana, ne elusoria reddatur, extendenda est ad mandantes & non restituentes, etiam si de his in illa mentio non fiat.*

28 *Verba (qua vis dignitate præfulgeat) apposita in Constitutione Gregoriana, non de Extrahentibus, cum ij vtiles sint, sed de mandantibus intelligi debent.*

29 *Confugiens ad Ecclesiam neque à Persona privata extrahi potest contra Gambacurtam.*

30 *Iura generaliter loquëtia generaliter sũt intelligẽda.*

31 *Carceratus in alieno Territorio, vel in Ecclesia, non potest etiam pro alia iusta causa ad instantiam cuiusuis in carcere detineri.*

32 *Res transit cum onere suo, & res furtiua transit ad quemcumque cum onere restitutionis.*

33 *Peccatum, quod ex confessione etiam mediatè scitur, transit ad quemcumq; cũ onere sigilli sacramẽtalis*

34 *Reus ab Ecclesia iniustè extractus, si postea à carcerib. aufugiat, & iterum capiatur in loca etiã nõ immuni, Ecclesiæ restitui debet propter rationẽ dictam.*

35 *Verba Cõstitutionis Gregoriana, videlicet (extrahunt, capiunt, incarcerant) vt inania, & superflua non sint, suum operentur effectum, valent ac si ab aliis extractum non restituant.*

1 REsponderur (quidquid sit de culpa iniustitiæ contra Reum extractum, de qua dixi *dub. præced.*) incurrit culpam sacrilegij grauissimam (sicut & quãdocunque alia ratione violat immunitatem Ecclesiasticam) quia in re grauissima facit contra sanctitatem Ecclesiæ, in cuius honorem immunitas hæc introducta est; & consequenter infert iniuriam grauissimam Deo, cui Ecclesia dicata est. Atque ita constat ex *cap. Sacrilegium*, 17. q. 4. & ex pœnis subsequentibus grauissimis, sub quibus prohibetur talis extractio, & docet S. Th. cõmuniter receptus in 2. 2. *q.* 99. *art.* 2. *ad* 3.

2 Secundò, incurrit infamiam ex legibus Caroli IV. de quibus Scortia Epit. 29. & inhabilitatem ad consilia publica, & priuationem honorum ex iisdẽ legibus.

3 Tertiò, incurrit pœnam capitalem, vt habetur *in l. præsenti, & l. fideli, C. de his, qui ad Eccl. confugiunt*; quia reputatur crimen istud, crimen læsæ Maiestatis, cùm diuinam Maiestatem offendat, qui eius domum violat; tum quia vsurpatur iurisdictio Pontificis, de cuius licentia solum Reus in Ecclesia existens, extrahi inde potest. Atque ita docent Bacconus *in 4. dist.* 12. *art.* 1. *n.* 5. Tuschus *ver. Eccl. concl.* 8. *n.* 2. & 4. Azor. 2. *par. lib.* 9. *c.* 9. *q.* 11. Clar. *in pr. q.* 68. Dec. *lib.* 6. *c.* 18. *n.* 4. Scortia *Epit.* 152. & *Theor.* 387. Suar. *de relig. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 360 *num.* 68. Thesaurus *in praxi par.* 2. *ver. immunitas cap.* 1. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *num.* 2. & *in append. de immunit. cap.* 20 *num.* 309. Anast. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 2. *c.* 16. *num.* 6. & Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 6. *num.* 5. & alij passim.

5 Quamuis hæc pœna (vt aduertunt Suarez, *cit. c.* 13. *num.* 6. Bonac. *cit. num.* 5. Clarus §. *fin. q.* 50. & Decian. citato *num.* 4.) non videatur vsu recepta, ex eo, quia tam in puniendo, quàm in iudicando tale crimen non iuri Ciuili, sed iuri Canonico standum sit, sicuti rectè docent Doctores, quos refert, & sequitur Conar. 2. *var. cap.* 20. *num.* 3. Item & docent Decian. *loco supra cit. n.* 16. & *c.* 25. *n.* 7. & Farinac. *de carcerib. cit. q.* 28. *n.* 6.

6 Quartò, incurrit de iure Canonico pœnam pecuniariam, aliquando 30. librarum examinati argenti, aliquando non argentorum solidorum, vti tradit Hostiens. *in sum. de immunit. num.* 14. Quam tamen pœnam pecuniariam poterit Iudex pro suo arbitratu, pensata delicti qualitate, & delinquentis conditione, moderari, & suo iudicio eum pœnitentia publica mulctare, sicut habetur in *c. quisquis, & c. si quis contumax*, 17 *q.* 4 *ver. Componas*, & docent Hostiens. *loco supra cit.* Gutier. *pract. qq. ciuil. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 11. Farin. *de carcerib. q.* 28. *num.* 5. & *in append. de immunit. c.* 20. *num.* 320. Suar. *n.* 7. Lezana *n.* 21. & Ambrosin. *de immunit. c.* 15 *n.* 7. 7

8 Et quamuis nonnulli Doctores (quos refert, & sequitur Clarus *supra*, & Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 4.) velint, pœnam hanc esse antiquatam, dicendum tamen contrarium est, quia per Tridentinũ *sess.* 25. *c.* 20. & per Constitutionem Gregorij XIV. renouantur omnes pœnæ in antiquis Canonibus latæ contra immunitatis violatores, tum quia hæc pœna (si scilicet in Ecclesiæ cultum applicetur, vt de iure applicari debet) efficacius Ecclesiæ satisfit. Atque ita docent Tuschus *ver. Ecclesia, concl.* 8. *n.* 11. Farin. *de carcerib. cit. q.* 28. *n.* 5. & *in append. de immun. cit. c.* 20. *num.* 319. Ambrosin. *cit. c.* 15 *num.* 1. & 2. & Bonac. *disp.* 5. *q.* 7. *de immun. punct.* 6. *n.* 5.

9 Quintò, incurrit pœnam excommunicationis, *cap. nouerit, de sent. excomm. c. sicut antiquitus, cap. frater, c. definiuit, c. miror, c. quisquis, c. si quis contumax*, 17. q. 4. In his tamen iuribus non est excommunicatio ipso facto lata, sed ferenda, & comminatoria sub conditione, si violator immunitatis Ecclesiasticæ Reum non restituat, nec satisfaciat, vti notat Suar. *loc. cit. cap.* 13. *n.* 3. Zerola *in praxi ver. immunitas, vers.* 24. Peregrinus *c.* 15. *n.* 1. Silu. *ver. immunitas*, 2. *q.* 8. & Farin. *de immun. Ecclesiast. c.* 20. *n.* 312. Quapropter Socin. Turrecremata, Gofred & alij apud Farinacium *in append. de immun. c.* 20. *n.* 312. item & Suarez *n.* 7. putant, quod spectato iure communi, nulla censura de facto lata tali crimini annexa sit, & fortasse (sicuti præter alios docet Zambellus *in Repert. Mor. ver. Ecclesia quoad eius immunitatem n.* 123.) de facto lata, neque etiam annexa est, spectata Constitutione Gregorij XIV. ex eo, quod in ea sic statuitur: *Si quis quouis prætextu quidquid præterea aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto censuras & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, Conciliorumque generalium, & nostrorum Predecessorum Constitutiones sunt promulgatæ*, &c. Ex quibus verbis (cùm intendat ibi Pontifex antiquas pœnas renouare) solum sequitur, quod talis violator excommunicationem incurrat, si per sacros Canones, vel Concilia lata sit; Quapropter cùm nullibi lata ipso facto reperiatur, dicendum videtur, quod ipso facto etiam spectata Constitutione Gregorij XIV. illam non incurrat.

10 Nihilominùs contrarium probabilius dicendum sentio, sicut & sentiunt Farinacius *in append. de immun. c.* 20. *n.* 313. & *seqq.* Diana *par.* 6. *tract.* 3. *resol.* 34. Mar. Ital. *de immun. Eccl. lib.* 1. *c.* 6. §. 2. *num.* 29. & *seqq.* Larrea *de immun. par.* 4. *n.* 8. Thesaurus *in praxi, par.* 2. *ver. immunitas c.* 1. Lezana *eodem ver. n.* 21. Bonac. *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 6. *n.* 5. & inclinat Naldus *ver. casus reseruatus, n.* 1. & probatur, quia illa verba Constitutionis *ipso facto* (ne superflua esse dicantur) aliquid operari debent, sed si excommunicationem ipso facto non inferrent, nihil operarentur (siquidem excommunicatio ferenda iam habebatur in *cit. cap. antiquitus, cit. c. frater, & cit. c. definiuit*, 17. *q.* 4.) ergo, &c. tũ quia in cit. Constitutione dicitur, quod talis violator incurrat ipso facto censuras aduersus libertatis, iuris & immunitatis Ecclesiasticæ violatores à sacris

Canonibus

Canonibus, Conciliis & Pontificũ Conſtitutionibus promulgatas, ſed promulgata eſt iam excommunicatio cit. iuribus aduerſus illos, ergo ipſo facto excõmunic
11 tionẽ incurrit; tum quia ita declarauit Clemens VIII. & Paulus V. (vti teſtantur Farinac. Mar. Ital. Diana, & Bonac. *in locis ſuprà cit.*) Ergo, &c.

12 Cæterum has dictas pœnas incurrit primò, qui extrahit in caſibus non exceptis (de quibus dixi dubit. 13 & ſeqq.) & qui extrahit non ſeruata forma Bullæ Gregorij XIV. ibi: *Volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſecularis, eiuſque Iudices, & Officiales ab Eccleſiis, Monaſteriis, locisque ſacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſuprà dictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius Officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & nõ alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alij Ordinarij ſint; aut nullius diœceſis, aut conſeruatores, ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat: occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum vicinjorem deuoluatur hac cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare non poſſunt niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dicta perſona Eccl. requiſita, illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint; tuncque reuerentia Eccleſiæ, & locis ſacris debita memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent.*

13 Vnde ſequitur, dictas pœnas incurrere Miniſtros Curiæ ſecularis, ſi extrahant abſq; licentia Epiſcopi, vel ſi cum licentia Epiſcopi, abſque interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ, ad hoc ab Epiſcopo deputatæ; quia in vtroque caſu non ſeruatur forma in Bulla Gregorij
14 præſcripta; Doctores, quos citat, & ſequitur Gãbacurta *lib.* 8. *c.* 10 *n.* 8. Idq; ampliant Farinac. *in Append. c.* 20. *n.* 325. & Genuenſ. *in praxi c.* 22. *n.* 9. etiamſi fiat
15 ad bonũ finem; quia Gregorius prohibet extrahi pro quacunque cauſa: qua de re tamen vide *Dubit. ſequent. in fine.* Ampliant ſecundò alij iuxta ea quæ dicam *dub.* 40. *ſect.* 2. contra Gambacurtam *lib.* 6. *c.* 10. *n.* 2. etiamſi extrahatur is, quem notoriè conſtat cõmiſiſſe delictũ
16 in Gregoriana exceptum; quia, cum ſummus Pontifex abſolutè, & indiſtinctè prohibeat vllũ capi, vel extrahi abſque licentia Epiſcopi, adhuc in tali caſu nõ ſeruatur forma in dicta Bulla Gregorij præſcripta.

Sequitur ſecundò, dictas pœnas incurrere Miniſtros Curiæ ſecularis, ſi (etiã quẽ notoriè conſtat, cõmiſiſſe delictũ exceptũ; & Epiſcopus eũ extrahendi facultatẽ renuit concedere) extrahant cũ magno ſcandalo, quẽ alioquin ſine magno ſcandalo extrahere potuiſſent, vt ſi vulnera, vel mortẽ infligant, cum alioquin cõmodè illæſum, & viuum capere potuiſſent; quia ſimiliter in hoc caſu nõ ſeruatur forma in Bulla Gregorij præſcripta; Doctores, quos ſequitur Gãbacurta *cit. c* 10. *n.* 11.

17 Sequitur tertiò, propter eandẽ rationem idẽ dicendũ eſſe, ſi captum, & extractum de licentia Epiſcopi, vel etiã ſine ipſius licentia, quã renuit cõcedere in caſibus in Bulla exceptis, reponãt in carceribus Curiæ ſecularis; quia in Bulla præſcribitur, reponi in carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ: quare ſi miniſtri Curiæ ſecularis reponãt in propriis carceribus, excõmunicationẽ incurrent; quia attentant aliquid contra formã in Bulla
18 præſcriptã. Quod tamen quidã limitãt, modò Miniſtri Curiæ ſecularis id faciãt auctoritate, vel nomine proprio, ſecus, ſi reponant in propriis carceribus nomine Epiſc. vt ibi tutius cuſtodiatur: in hoc enim caſu putãt, excõmunicationẽ nõ incurri; quia tunc cenſetur Reus reponi in carceribus Curiæ Eccleſiaſticę, cũ ibi nomine Epiſc. reponatur. Doctores, quos ſequitur Gãbacurta *loc. cit. n* 12. quamuis horũ Doctorum opinionem non facilè in praxi conceſſerim, cùm in Bulla præſcribatur, extractum reponi in carceribus Eccleſiaſticis.

Additur primò in Bulla, quod poſt dictam actionẽ, 19
à Curia ſeculari in extractum è loco ſacro, & repoſitum in carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ debita cuſtodia adhibeatur. Quod intellige, non præceptiuè, ſed permiſſiuè, ne Reus interim effugiat, vt patet ex forma loquendi, ibi: ſub tuto, & ſimo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi quis per Curiã ſeculariũ, &c.

Additur ſecundo, quod non liceat Miniſtris Curiæ 20
ſecularis huiuſmodi delinquẽtẽ repoſitũ in carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ inde extrahere donec Epiſcopus, aut alius ab eo deputatus cognouerit, an is commiſerit crimen in Bulla exceptum; quare ſi ſecus fiat, excommunicatio incurretur à Miniſtris Curiæ ſecularis.

Aduerte tertiò, quod huiuſmodi delinquens, poſtquã 21
Epiſcopus cognouit, eum commiſiſſe crimen exceptũ, conſignandus ſit Curiæ ſeculari: quare ſi Miniſtri dictæ Curiæ ſecularis propria auctoritate dictum delinquentem extrahant è carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ excommunicationem incurrent; quia faciunt præter formam in Bulla præſcriptam.

Et ſimiliter excommunicationẽ incurrent, ſi capiãt, 22
vel extrahãt &c. perſonã Eccleſiaſticã, etiãſi cõmiſerit crimen exceptũ; quia licet ob hoc non gaudeat priuilegio immunitatis laicalis gaudebit tamen priuilegio immunitatis perſonalis, quod cõpetit perſonę ratione ſtatus Eccleſiaſtici, ſi ſeruauerit requiſita Cõcilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *c.* 6. quæ ſi non ſeruauerit, neq; gaudebit priuilegio perſonali. Vide *Dub.* 10. *ſect.* 11. *& ſeqq.* 23
& c. 4. *per tot.* Excommunicationem etiam incurrent Miniſtri Curiæ ſecularis, ſi cognoſcant de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus in caſibus, qui ex iuris diſpoſitione non permittuntur. Vide *cap.* 3. 9. *&* 10. *per totum.*

Secundo contra nonnullos dictas pœnas incurrit Iudex, qui mandat extrahi, vel iam ab aliis extractum Eccleſiæ non reſtituit, in caſibus ſimiliter non exceptis; quia in vtroque caſu operatur Iudex contra, vel præter Bullam Gregorij XIV. ob quã eandem rationẽ, 24
vti dicebam, eaſdem pœnas incurrunt Birruarij mandatum exequentes, & (non renuente Currellio *de Immun. Eccl. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 14.) quælibet aliæ priuatæ perſonæ (vt conſanguinei, vel amici ipſius occiſi; cum Bulla generaliter loquatur de facientibus aliquid cõtra, vel præter formam in ipſa præſcriptam, & non tantum de miniſtris Curiæ; quidquid in contrarium quoad hoc dicat Gambacurta, *lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 4. & 5.) Reum extrahentes, vel ad id aliquo modo iuuantes; atque ita docent Suar. *tom.* 1. *de Relig. tract.* 2. *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 17. Farinacius *in Append. de immunit. c.* 20. *n.* 324. Peregrinus *de Immunit. Eccl. c.* 14. *n.* 10. Mar. Ital. *de Immun. lib.* 1. *c.* 6. §. 2. *n.* 38. & 39 & Genuenſ. *in prax. c.* 26. *n.* 7. & colligitur *ex c. Reum, & c. definiuit,* 17. *q.* 4.

Has, inquam, ſecundò dictas pœnas incurrit Iudex, 25
qui Reum è loco ſacro extrahi mandat Doctores communiter, etſi nonnulli contrarium ſentiant quin & Iudex, qui illũ ab ipſius familia, vel ab occiſi cõſanguineis, aut amicis (etiam ipſo inſcio) extractum Eccleſiæ non reſtituit, vel mori facit; quia per quamlibet iſtarũ actionum (vti ſuprà dicebam) operatur cõtra Conſtitutionem Gregorij XIV. in qua de facto excõmunicã- 26
tur attentãtes facere aliquid præter, vel contra formã ipſius Conſtitutionis, quæ, cùm velit, cõfugientes ad Eccleſiam immunitate gaudere, Iudex etiã non reſtituens, videtur non ſolum præter, ſed etiã contra Cõſtitutionem attentare, & operari, maximè, ſi extractum mori faciat; cùm illum reducat ad terminum, vt non poſſit amplius immunitate gaudere; tum quia in legem committit, non ſolum qui contra eius verba facit, ſed etiam qui contra mentem *l. non dubium Cod.*

Digitized by Google

de lepib.& docent ibi Bart.& alij Iuristæ passim; Tum
27 quia alioquio Constitutio de facili eluforia redderetur;ergo ne talis illa reddatur, extendenda est ad mãdantes, & non restituentes, etiamsi de his in illa mentio non fiat,& etiamsi de censuris,quæ stricti iu-
28 ris sunt,agatur,*c.si sententia,§. fin. & cap. si ciuitas, de sententia excommun.in* 6. & docent ibi Franchus, & Probus.gl.*in c.quamquam,de vsuris in* 6.& Imola *in l. si verò,§. vire,ff. solut. matrim.* tum quia verba illa, quæ apponuntur in Constitutione. *Quauis dignitate præfulgeant*, intelligi non possunt de extrahentibus (cùm tales vilis conditionis esse soleant) ergo necessariò intelliguntur de iudicibus mandantibus Reum extrahi,vel illum Ecclesiæ non restituentibus; Quapropter etiamsi Reus à personis priuatis, vt ab amicis,vel consanguineis occisi(Iudice, & eius ministris inscijs)ex Ecclesia extractus fuerit,Iudex,& eius ministri illum de manibus eorum accipientes, vt dictas pœnas non incurrant, tenentur extractum Ecclesiæ restituere,vt patet ex dictis.

Confirmatur,quia confugiens ad Ecclesiam,neque
29 à persona priuata extrahi potest(vt supra cõtra Gambacurtam dicebatur,& vlterius probatur ex *c. Reum, c.definiunt*, 17.*q.*4.*& ex l.*2.*Cod.de his qui ad Ecclesiam confugiunt*;cùm enim hæc iura generaliter intelligenda sunt,*l.*1.*§. generaliter.ff.de legatis præstandis*) ergo
30 extractio,etiam in tali casu,fuit, non solum illicita, sed etiam irrita, & nulla; & consequenter sic extractus non poterit iuridicè à Iudice seculari incarcerari(quamdiu per extractum non steterit,vt in Ecclesia reponatur)sed debet statim Ecclesiæ restitui, vel reponi in carcere Curiæ Ecclesiasticæ, donec Iudex Ecclesiasticus cognouerit, an ille delictum exceptum perpetrauerit.Vide quæ *dub.*33.*&* 34. dicebantur.

Confirmatur secundò; quia carceratus in alieno
31 territorio,vel in Ecclesia(prout in casu nostro) non potest,etiam pro alia iusta causa,ad instantiam cuiusuis in carcere detineri,sicuti rectè docet Bart.*in qu.*6. *incipiente* Lapus Item & Baldus *in l.fin. de iurisdict. omn.Iudi c.& in consil.*90.*volum.*5.Parisius *consil.*101. *volum.*3. Brun.*de cess bonorum*,11.*q.* 4. *in princip.* Anton.Gom.*lib.var.resolut.tit.de captura Reorum*, *n.*4.& nos etiam *supra cit.dub.*33.dicebamus, ergò nec poterit etiam in casu nostro.

Confirmatur tertiò, quia sic extractus est affectus
pro restitutione Ecclesiæ, quæ per iniuriam spoliata fuit;ergo ad quemcumque transierit, cum tali onere transit,*argum.l.si obducta,C.de furtis, & §.furtiuæ Instit.de vsucap.*vbi res furtiua transit ad quemcumque cum onere restitutionis cui de iure competit,scilicet
32 domino suo;& similiter peccatum, quod ex Confessione,etiam mediatè,scitur, transit ad quemcunque cum onere sigilli sacramentalis;Quapropter rectè di-
33 xit Antonius de Marinis *resolut.quotid.c.*80. & Diana *par.*4.*tr.*1.*resol.*34 quod Reus ab Ecclesia iniustè extractus,si posteà è carceribus aufugit,& iterum capia-
34 tur in loco,etiam non immuni, Ecclesiæ restitui debeat,propter rationem dictam.

Confirmatur quartò,quia hoc ipsum expressè præ-
35 cauetur videtur à Gregorio XIV.in his verbis, *extrahunt,capiunt,vel incarcerant*,scilicet extractũ, ad hoc, vt omnia verba operentur effectum,& inania, seu superflua non sint;iuxta *cap. Pastoralis de appellat.* vbi Ant.Abb.Præpositus Franch. & alij passim. Accedit, quod ly *vel* facit propositionem alternatiuam, quæ verificatur adimpleta altera parte.

Atque ita docent Farinacius, Marius Ital. & Genuens.in *locis supra cit.*Item Megalius *in* 3.*par.lib.*4. *c.*2.*q.*1.*n.*32 Diana *par.*1.*n.*1.*resol.* 16. Bonac. *in Decalog.disp.*3.*q.*7.*de immun.punct.* 9.*n.*10. & Valentia *to.*3 *disp.*6.*q.*15.*punct.*1.*ad* 2. contra Suar. *de relig.to* 1.*tract.*2.*lib.*3.*c.*13.*n.*17 *&* 19. *in fin.* Gambacurtam *cit.lib.*8.*c.*7.& Curtell.*vbi sup.* qui contrarium sentiunt ex eo,quia Iudex secularis & eius Ministri in tali casu (cum Reum reperiant extrà Ecclesiam ab aliis extractum) exercent suam potestatem extrà locum sacrum. Ad quod tamen fundamentum facilè. Respõdetur ex dictis.Vide,quæ dicentur *infra dub.*37.

SECTIO II.

Difficultates, earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Iudex,qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia,si tamen restituat,cum sit sub eius potestate, non peccat ratione mandati,sed ratione indebitæ retentionis.*

2 *Iudex, qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia,sed extractum non restituit, cum sit sub eius potestate,peccat violando reuerentiam debitam, Ecclesiæ,& immunitatem eius, & quoad vtrumque facit contra Gregorianam.*

3 *Iudex,qui Reum nulliter, & inualide extractum etiam ipso inscio,Ecclesia non restituit,censetur primo extrahere, seu capere ab Ecclesia.*

4 *Ratificãs percussionẽ Clerici non factã suo nomine peccat,sed non incurrit excommunicationẽ Canonis.*

5 *Ratificans tamen extractionem Rei, indebitæ detentioni cooperando non solum peccat, sed incidit in excommunicationem.*

6 *Consulens extractionem Rei non incurrit censuras,& & pœnas Gregoriana.*

7 *Neque etiam,qui illam ratam solum habet.*

8 *Neque Episcopus,aliusve Prælatus, qui extrahi,vel extrahi mandat,si id faciat quatenus vtitur potestate Ecclesiastica,secus si prout vtitur potestate laica.*

9 *Respondetur ad opposita.*

OBiicies ex Curtell.*loc.sup.cit.* saltem Iudex, qui
1 sine mandato proprio extractum Reum, iáque in suo posse sine propria culpa existentem nõ restituit,non peccat,ergo non incurrit excommunicationem,cùm hæc necessariò supponat peccatũ mortale.

Respondetur ex dictis,nego antecedens.

Instabis:non peccat violando reuerentiam debitam Ecclesiæ,nec violando immunitatem eius, qui ad Ecclesiam confugit,iuxta *c.sicut antiquitus*,ibi:*Qui antè confinia eorum confringere tentauerit.& c.miror.*ibi:*Hominem ab Ecclesia rapuisti.*& paulò post:Ecclesiæ igitur illæsum reuoca,quem irreligiosè rapuisti. & *in c. frater*,ibi:*In contumeliam religionis, acerba nimis, & plectibili contumacia prosiluisse,qui confugientẽ ad Ecclesiæ septa Curialem suum nec ibi quidem tutum de iniuria sua securum esse dimiserunt.*& infra: *Hi,qui in iniuriã sanctorum locorum prosiluisse probantur.*& in Can. Si quis contumax, ibi:*Timorem Dei, vel reuerentiam sanctarum Ecclesiarum non habuerit*, ergo, &c.

Respondetur:nego antecedens, sed peccat quoad 2
vtrumque, siquidem Ecclesiæ, quæ per iniuriam est spoliata,Reũ per iniuriam extractum non restituit:& sic quoad vtrumque facit contra Gregorianam.Accedit,quod cùm extractio fuerit nõ solũ illicita sed et- 3
iam nulla,& inualida,sicuti supra dicebam, Iudex,qui Reum sic extractum Ecclesiæ non restituit,ipse censetur primò extrahere,seu capere ab Ecclesia.

Vrgebis,qui approbat percussionem clerici factam, 4
licet peccet,non incurrit excõmunicationem,nisi illa nomine suo fuerit facta,vel ab ipso mandata, *cap.cùm quis,*23.*de sentent.excom.in* 6. ergo & Iudex, qui approbat extractionem Rei ab Ecclesia, licet peccet,

excom

excõmunicationẽ similiter nõ contrahet, niſi extractio ſimiliter nomine ſuo fuerit facta, vel ab ipſo mãdata.

Reſpondetur: concedo antecedens: at nego conſequentiam; & diſparitas eſt, quia poſterior excommunicatio, vt patet ex dictis, fertur diuerſo modo, quo fertur prior: non enim omnis excommunicatio fertur eodem modo, ſcilicet in eaſdem perſonas, vel actiones.

5 Reſpondetur ſecundò; diſtinguo conſequens: ergo & Iudex, qui approbat extractionẽ Rei ab Eccleſia, licet peccet, excõmunicationem ſimiliter nõ contrahet, niſi extractio ſimiliter nomine ſuo fuerit facta, vel ab ipſo mandata; diſtinguo: ſi approbet quoad effectum tantũ, concedo: ſi approbet, vlterius etiam quoad effectum, Reum ſcilicet ſic ab aliis extractum retinẽdo, & incarcerando, nego; quia ſic progreditur ad actum cui, etiã à Gregorio XIV. eadem excõmunicatio allegata eſt, vt patet ex dictis: ſicuti excõmunicationem contraheret, qui percuſſionem clerici nomine ſuo non factam, non ſolum approbaret quoad affectum, ſed etiã quoad effectum, vlterius ſcilicet clericum percutiendo.

Petes primo. An pœnas, & cenſuras dictas incurrat, qui conſulit aliquid contra, vel præter formam iſtius Bullæ?

6 Reſpondetur negatiuè; quia pœnæ, & cenſuræ latæ contra facientem, vel attentantem non complectuntur conſulentem, quapropter, vt eum complectantur ſolet legiſlator in eis explicare.

Petes ſecundo. An incurrat, qui ſolum ratam habet extractionem Rei?

7 Reſpondetur etiam negatiuè; quia, cum ratihabitio ſit poſterior facto, qui ratum habet non dicitur attentare, ſed approbare factum; quapropter vt excommunicatio can. *ſi quis ſuadente*, cum complectatur explicuit legiſlator.

Petes tertio. An incurrat Epiſcopus, vel alius Prælatus, qui extrahit, vel extrahi mandat contra vèl præter formam præſentis Bullæ?

Reſpõdetur, quod (licet Gambac. *lib.* 8. *c.* 9. *n.* 7. *& ſeq.* ſimpliciter affirmet; quia ſi Eccleſiaſtici immunitatẽ, nõ ſeruant, neque eã ſeruabunt Miniſtri Curiæ ſeculatis ob prauum Eccleſiaſticorũ exemplum: tum quia poſt-
8 quam Gregorius in hac Bulla expreſſit nonnulla ſeruanda tã à laicis, quam à Clericis, abſolutè excõmunicat omnes temerarios huius Bullæ tranſgreſſores, qui aliquid contra, vel præter formam in ea expreſſam attentare præſumpſerint) tamen diſtinguendum ſit: vel Epiſcopus, aliuſque Prælatus id facit, quatenus vtitur poteſtate laica; vt ſi dominium temporale habeat, vel Principis officialis ſit, & hoc titulo procedat; vel quatenus vtitur poteſtate Eccleſiaſtica, ſiuè ordinaria, ſiuè delegata. Si primum, abſque dubio incurrit excõmunicationẽ præſentis Bullæ; quia tũc procedit, vt laicus. Si ſecundum, ſatis probabiliter nõ incurrit, quia ſatis probabiliter præſens Bulla ſolũ introducta eſt in præjudicium poteſtatis laicæ, ad refrænandam, ſcilicet temeritatem, & audaciam laicorum, qui confugientes ad Eccleſiam propria authoritate extrahebant, vti *dubit.* 10. *ſect.* 12. dicebam.

9 Quapropter ad primum Gambacuræ argumentum Reſpondetur, quod Laici arriputi ſint occaſionem ſcandali, ſi Eccleſiaſtici non ſeruent immunitatem, cũ procedunt authoritate laica, ſecus cùm procedunt authoritate Eccleſiaſtica; cum immunitas Eccleſiæ, vti dicebam, introducta ſit ſolum in ordine ad poteſtatem laicam, non item Eccleſiaſticam.

DVBITATIO XXXVI.

An ad dictas pœnas, & præcipuè Gregorij XIV. Excommunicationem, incurrendas requiratur Extractio Rei è loco ſacro ſecuta, vel ſufficiat ſolum attentata? vbi etiam, an ſufficiat quæcunque ſcientia?

SVMMARIVM.

1 *Ad incurrendas pœnas Conſtitutionis Gregorianæ, & excommunicationẽ ipſi annexam ſufficit attentare per illã clauſulã ibi appoſitam (ſi quis prater, vel contra attentare præſumpſerit) modo attentatio ad actum proximũ externũ reducta fuerit.*

2 *Exempla attentatorum adducuntur, hoc eſt dare mandatum, portas aperire, & huiuſmodi. Non item capiendi, vel extrahendi ſola tractatio.*

3 *Ad incurrendas in foro conſcientiæ pœnas conſtitutionis Gregorianæ requiritur ſcientia earum, nec ſufficit ignorantia culpabilis, etiam craſſa, & affectata, ſiue iuris, ſiue facti.*

4 *Difficulter in foro externo admittitur excuſatio.*

5 *Tentans extrahere, quin & etiam extrahens, non improbabiliter excommunicationem euitat ſi ſtatim, vel ſaltem mox requiſitus, ſatisfaciat Eccleſiæ, & Reum reſtituat.*

REſpondetur, quod (cùm in Conſtitutione Gregorij XIV. dicatur; *Si quis prater, vel contra attentare præſumpſerit.*) probabilius, cũ ſimus in materia immunitatis, quæ eſt fauorabilis, ſufficiat attentatio, modò attentatio, ad actum proximum externum aliquem reducta fuerit, v. g. ſi dediſti mandatum, & mandatarius 1 2
acceperit: ſi Eccleſiam clauſam tentaſti aperire, vt inde Reum extraheres (etiamſi ob reſiſtentiam non poſſueris) quia per talem conatum contra tenorem dictæ Conſtitutionis Gregorij XIV. cum effectu attentata præſumpſiſti; & ex alio capite cenſura incurritur, dum exercetur actio ſub cenſura prohibita; quæ ſicuti dicebam, in caſu noſtro eſt conatus, & attentatio externa capiẽdi, &c. cum in textu dicatur, *attentare præſumpſerint*; & delictum dicatur attentatum, etiamſi effectu ipſo perpetratum non ſit, modò iunctus ſit aliquis actus conſummationi proximus, non autem ceſſerit ſolum capiendi, vel extrahendi tractatio, quæ cum non ſit propriè, & proximè attentatio, ad contrahendam cenſurã non ſufficit. Atque ita contra nõnullos (inter quos Gambacurta *lib.* 8. *c.* 13. & Cortellius *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *q.* 35.) docent gloſſa *in l.* 2. *Cod de his, qui ad Eccleſiam confugiunt, ver. tentauerit*, Farinacius *de carceribus q.* 28. *n.* 4. *& in append. de immunit. Eccleſ. c.* 20. *n.* 321. *ex tex. in cit. l.* 2. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 27. *n.* 5. Marius Italia *de immunit. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 60. Megalius *in* 3. *part. lib.* 4. *c.* 2. *quæſt.* 1. *n.* 30. *in fin.* Peregrinus *de immunit. Eccleſiæ, cap.* 14. *n.* 7. Ambroſinus *de immunit. Eccleſiaſt. c.* 15. *num.* 6. Diana 1. *part. tract.* 1. *reſolut.* 15. & Menochius *de arbitr. caſ.* 350 *numero* 68. vbi recenſet multos alios caſus, in quibus punitur conatus, non ſecuto effectu.

At ob eandem rationem (quia in dicta Conſtitutione Gregorij XIV. dicitur: *Si quis prater, vel contra attentare præſumpſerit*) dicendum eſt, quod 3
ad dictas pœnas in foro conſcientiæ incurrendas non ſufficiat ignorantia culpabilis, etiam craſſa, & affectata (ſiue iuris, ſiue facti) & multò minus probabilis, ſeu bona fides, ſed requiratur vera ſcientia (ſicuti *lib. de parlamentis dubit.* 4 *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. *pag.* 78. dicebamus, *& infra capite* 17. *dubitatio* 1. *numero* 10. *& capite* 19. *dubitatio* 59. dicemus) ità vt operans verè ſciat, ſe nullo pacto licitè id poſſe facere, cum nulla iuris congrua interpretatione, nulloque remedio, vel exceptione iu-

ridica ad id faciendum fulciri, se videat & tamen cum malitia & dolo (legem, saltem virtualiter, contemnendo) faciat, atque ità saluant, & rectè, multas oppositiones Flam. Paris. *de resignat. benef. lib. 8. q. 7. n. 169.* Marchesan. *de Cõmissionib. par. 2. fol. 422.* Martha *claus. 314. par. 1. n. 9.* Barbos. *claus 91. n. 5.* & videri poterit Sayr. *in Thesaur. lib. 1. c. 7.* Malderus 2. *q. 1. ar. 10. dub. 8.* Mar. Ital. *lib. 1. c. 6. §. 2. n. 88.* & *seqq.* & Caiet. *ver. præcepti transgressio, in fin.* vbi hanc vniuersalem regulã tradit, quod in iis, quæ sũt positiui iuris, si absque cõtemptu, ac refutatione finis ex ignorantia, pura, vel ex apparente sibi excusatione transgressio fiat ab eo, qui animum habet nullo pacto consentiendi contra præceptum obligans ad mortale, non incurratur peccatũ mortale, neq; censura in foro conscientiæ, quia nõ est intentio piæ, ac iustæ mentis Ecclesiæ bonas huiusmodi animas illaqueare tam horrili vinculo, etsi putet Caietanus, talem absoluendum esse ad cautelam.

Dixi, *in foro conscientiæ*, quia in foro externo nõ sine difficultate ita excusatio admittitur: cũ enim præsumptio ster (pro lege (quam constat publicatam fuisse, & qua Gregorius intendit, ità obligare, & afficere, ac si cuilibet personaliter intimata fuisset, vt dicitur in dicta Bulla Gregorij XIV.) sequitur ignorantiam prædictæ Bullæ in foro externo non posse, nisi saltem cum magna difficultate allegari, Doctores, quos sequitor Farin *in append. c. 20. n. 326.* contra Mar. Ital. *loc. suprà cit.* 4

Cæterum, cum contrauenientes aduersus dictam Constitutionem Greg. XIV. de iure non excõmunicentur ait soluté, sed sub conditione, si Ecclesiæ nõ satisfaciant, & Reum non restituant, sicuti dicebã præcedenti *dub. 9. n. 9.* & docet Turrecrem. *in c. mirar. 17. §. 4.* & Suar *de relig. to. 1. tr. 1. lib. 3. c. 13. n. 7. circa fin.* sequitur, quod esto, ipso facto vigore dictæ Cõstitutionis excõmunicationem contrahant, probabiliter tamen dici videatur, quod excommunicationem nõ incurrãt eo ipso, quod cõfugientẽ ad Ecclesiam inde extrahere attentent, quin & extrahant, sed solũ, si Ecclesiæ non satisfaciant, & Reum nõ restituant, quia, vt ait Suar. ibidem, pro tali delicto commisso, nõ fertur excommunicatio, nisi quatenus pendet in futurum cum habeat tractum successiuum quo ad emendationẽ. Vnde sic extrahentes, nè dũ extrahere attentantes, si statim, vel saltem mox requisiti, Reum restituant, & Ecclesiæ satisfaciant, in censurã huiusmodi nõ videntur incidere, eo magis, quia dicta Constitutio Gregorii XIV. quo ad hoc non disponit nouiter, sed tantum declarat, sic delinquentes ipso facto censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores per sacros Canones, Conciliorum generalium, & aliorum prædecessorum Pontificũ Constitutiones sunt promulgatæ, vt patet ex illis verbis: *declaramus, eum ipso facto censuras, & pœnas easdem &c. Vide* quæ *in cit. dub. præced. n. 11. & seqq.* dicebantur. 5

DVBITATIO XXXVII.

An ad easdem pœnas, & præcipuè Gregorii XIV. Excommunicationem, incurrendas, sufficiat, quod, remota extractione, Iudex laicus solum iubeat, Reum occidi in Ecclesia, & ministri ibi eum occidant?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus mandans Reum solum occidi in Ecclesia incurrit pœnas & excommunicationem Constitutionis Gregoriane si ministri illum ibi occidant.*

2 *Iudex laicus iubens occidi Reum in Ecclesia, non solum facit prater, sed etiam contra Constitutionem.*

3 *In legem committit non solum qui contra eius verba, sed etiam qui contra mentem.*

4 *Certum est quod is committit in legem, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem.*

5 *Recedere debemus à verbis legis ad hoc vt mentem seruemus idq; non solum quando mens, seu ratio legis est expressa, sed etiam quando non est expressa.*

6 *Mens, & ratio finalis Constitutionis Gregorianæ fuit reuerentia debita sacris templis, & sic indemnitas confugientium ad illa.*

7 *Maiorem offensionem in confugientes ad Ecclesiam præstat, qui iubet occidi, vel occidit in illis, quam qui extrahit ex illis.*

8 *Lex frequẽtioris vsus causa aliquid decernens, casum minus frequentem non excludit, sed cõprehendit.*

9 *Quis admitti non debet per aliam viam, quando per vnam prohibetur illud facere.*

10 *Vbicũq; etiã in odiosis, & pœnalibus est eadẽ ratio, & omnimoda similitudo, debet esse eadẽ Iuris dispositio, quia tunc non fit extensio, sed declaratio Iuris.*

11 *Vbicumque est eadem ratio (licet non simus in eadem materia) sit idẽ casus formalis ex mẽte Iuris.*

12 *Constitutio pœnalis non dicitur extendi, vbi extenditur ex mente eiusdem Constitutionis.*

13 *Lex licet prohibeat extensionem, tamen non vetuit extensionem de similibus ad similia.*

14 *Similia sunt in quibus est eadem ratio, vel maior.*

15 *Vbicumque & in quacumque materia ratio legis locum habet, ibi etiam locum habet ipsa lex.*

16 *In his, quæ per rationẽ legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extẽsiua, sed cõprehẽsiua.*

17 *Lex pœnalis licet extendenda non sit de casu ad casum à paritate, vel maioritate rationis, extendenda tamen est etiam quando agitur de censuris, quando alioquin redderetur elusoria.*

18 *Interdictum ciuitatis, ne remaneat elusorium extenditur ad suburbana.*

19 *Glossa in Clem. 1. de sepult. & in cap. quamquam de vsuris in 6. extendit constitutionem illam odiosã de testamẽto ad Codic. Iles, & omnem vltimam voluntatem.*

20 *Excommunicatio lata contra confringentes & spoliantes Ecclesiam extẽditur contra comburentes.*

21 *Lex extendenda est quando primario est fauorabilis, licet secundario sit odiosa.*

22 *Dispositio ex primario fine attendenda est.*

23 *Glossa in c. si propter de rescriptis in 6. vers. primi anni, Constitutionẽ illam fructus vacaturos Episcopo mortuo reseruantẽ appellat fauorabilẽ, quia edita est in fauorem Episcopi, quamuis redundet in dãnum eorum quibus fructus obuenire debebãt.*

24 *Excommunicatio lata in Canone si quis suadente, licet pœnam contineat, non pœnalis, sed fauorabilis est, atque ideo extendenda.*

25 *Leges latæ pro defensione Immunitatis Ecclesiasticæ, etiam si pœnas infligant, fauorabiles sunt, & inter priuilegia computari debent.*

26 *Reus dum in Ecclesia existit, non potest vinculis alligari, vel alio quocumque modo vexari.*

27 *Quatuorsecumq; est opinio hinc, & inde probabilis, opinio illa amplectenda est, quæ facit pro Ecclesia, cum in dubio fauendum sit Ecclesiæ.*

RESPONDETVR ex dictis affirmatiuè; Atque ita docent Naldus in Annotationibus practicis ad eius Canonicum, fol. 61. 1
Io. Maria Nouarius *tract. de elect. fori, to. 2. par. 2.*

*part.2.q.14.*Paulus Squillante *tr. de obligat. cleric. part.5.dub.14.n.90.*vbi teſtatur, ita etiam fuiſſe obſeruatum in facti contingentia.

Prima Probatio.

2 Probatur primò; quia ſic,& præcipuè, fit contra Conſtitutionem Gregorij XIV. in qua de facto excommunicantur attentantes facere aliquid præter vel contra formam ipſius Conſtitutionis,quæ cùm ſtatuat confugientes ad Eccleſiã immunitate gaudere, Iudex iubens,ibi Reum occidi,& miniſter ibidem occidens, videtur non ſolum præter ſed contra Conſtitutionem(& præcipuè)attentare, & operari ergo,&c.

Secunda Probatio.

3 Secundò probatur; quia in legem committit, non ſolum qui contra eius verba, ſed etiam (& magis) qui contra mentem facit, vt habetur *in l.non dubium Cod.de legib.* & docẽt ibi Bartol.& alij Iuriſtæ communiter. Item & vt habetur ex *regul.iuris, certum,*
4 88. *lib.6.* ibi *Certum eſt, quod is committit in legem, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem;*& docent ibi glo.Dynus, Pechæus, & alij cõmuniter,quos ſequitur Thomas Vallaſcus,*tom.1. alleg 67.n.41. Item,& vt habetur ex l.ſcire,ff.de legi. l.non aliter,ff.de legat.3.l.nominis,& rei,§. verbum ex legibus, ff.de verbor.ſignific.* & tradunt Surdus *deciſ.* 35 *n.*14 Ferrerius *in Conſtitut.Cathol.gloſ.*4.*n.*66. & alij communiter; Quod adeò verum eſt, vt dixerit Bald.*in dict l.ſcire,*Bartol.*in l.cùm mulier.ff.ſolus matrim.* Iaſon *in l.iuris gentium,§. aut Prator, n.*15 *ff. de pactis,* Alb.*conſil.*1.*n.*7.*volum.*1. & Bartholomæus Humada *in ſchol.ad gloſſ.* Lopez *leg.*57.*tit.*5.*part.*1.
5 *gloſſ.*2.*n.*7. quod recedere debemus à verbis legis, ad hoc vt mentẽ ſeruemus(idque nõ ſolum,quando mens,ſeu ratio legis eſt expreſſa,ſed etiã quando nõ eſt expreſſa)ergo cùm mens, & ratio finalis Conſti-
6 tutionis Gregorianæ fuerit (vt patet etiam ex ipſo contextu) reuerentia debita ſacris Templis, & ſic indemnitas confugientium ad illa, dicendum eſt, ad hoc vt Conſtitutionis dictæ mens, ſeu intentio, & ratio ſeruetur, quod, licet verba Conſtitutionis dirigantur in extrahentes, interpretanda tamen (& à fortiori) ſint in occidi iubentes, &
7 occidentes; quia certè maiorem irreuerentiam in ſacra Templa, & maiorem offenſionem in confugientes ad illa præſtat, qui iubet occidi, vel occidit in illis, quàm qui extrahit ex illis.

Neque obſtat, ſi dicatur, quod extrahi ex Eccleſia,ſit frequentius, quàm occidi iubere, vel occidere in Eccleſia, & ſic quod excommunicatio feratur in extrahentem ex Eccleſia, & non in iubentem occidi vel occidentem in Eccleſia;quia in caſu
8 noſtro,& in omni alio ſimili,propter rationem dictam lex frequentioris vſus cauſa aliquid decernẽs, caſum minus frequentem non excludit,ſed comprehendit,gl.*in l.vnic.Cod.de raptor.Virgin.l.verbo Dei, Cod.de his,qui ad Eccleſ. confug.*& Clementin.1.*ver. Præſidentes de reſcript.*& ibi communiter Doctores. Item Valaſc.*tom.*1.*conſil.*8.*n.*2.Peralta *in l.Lucius* 1. *n.*22 *ff.de legat.*2. & Sanch. *de matrim.lib.*3.*diſp.*20.
9 *n.*3.*& lib.*9.*diſp.*14.*n.*16. Et confirmatur;quia non debet quis admitti per aliam viam (præſertim peiorem, vt eſſet in caſu noſtro) quando per vnam prohibetur illud facere,*l. oratio,ff.de ſponſal. Regul. cùm quid* 84.*lib.*6. & ibi gloſſ.Dynus,Pecheus, Ioſeph Seſſe,*deciſ.Aragon.*28.*num.*12.& alij, quos citat,& ſequitur Larrea *in deciſ.Granatenſ.part.*2. *deciſ.*67.*num.*13.

Tertia Probatio.

Tertiò probatur; quia licet lex pœnalis extendenda non ſit de caſu ad caſum à paritate, quin neque à maioritate rationis, vt *ſupra dub.*24.*ſect.*3.dicebamus (etſi contrarium non improbabiliter,ſaltem pro foro externo, doceant alij ex *text. in l.*2. *verſ.ſi curatores. ff.ad* Tertull. *in cap ſi poſtquam cum gloſſ.de elect in* 6.& ex eo,quia vbicumque,etiam in 10
odioſis,& pœnalibus,eſt eadem ratio,& omnimoda ſimilitudo,debet eſſe eadem iuris diſpoſitio; quia tunc non dicitur fieri iuris extẽſio,ſed potius quædam declaratio,*gl.in c.*1.*verb. Italia,de tempor. ordinand.lib.*6. quam pro ſingulari cõmendat Abb. *in c. nihil,de elect.& in c.fin.de reſcript.* Cynus *in l.*1.*Cod. de interdict.* vbi Bald. allegando illam gloſſam, ait, quod vbicumque eſt eadem ratio, ibi licet non ſimus in eadem materia, ſit idem caſus formalis ex
mente iuris;& *in l.illud,& l.ſi quis ſeruo,Cod.de furtis,*dicit quod Conſtitutio pœnalis non dicitur ex- 11
tendi, vbi extenditur ex mente eiuſdem Conſtitutionis, iuxta gloſſ. *in c. ſi poſtquam de elect. in* 6.*vbi gl.ver mente,& Cod.de ſacroſanct.Eccleſ* docet,quod, 12
licet lex prohibeat extenſionem, tamen adhuc fiat extentio de ſimilibus ad ſimilia; ſimilia autem ſubdit Baldus,ſunt illa,in quibus eſt eadem ratio, vel 13
maior, *l.non ſolum,* §. *qua priuilegium, ff.de excuſat. Tutor.*& allegat Cynum ibi,& gloſſ.*in dict.c.*1. Quæ 14
omnia latè tradit etiam Alphonſus Moditius *in* §. *lex eſt, inſtit. de iure gent. dub.*54.*n.*1.& Gutierez *in pract.qq.lib.*3.*q.*17.*n.*83.probans,quod vbicumque, 15
& in quacumque materia ratio legis locum habet, ibi etiam locum habeat ipſa lex,ex *l.illud ff.ad leg.* Aquiliam & ex *l. à Titio, ff.de verbor. obligat.* Tiraquell. *de cauſa ceſſant.part.*1.*n.*151.Decian.*conſil.*76. *n.*10.*lib.*2.Maſcard.*de probat.concl.*313.*n.*9.*& concl.* 1162.*n.*4.Mantica *de coniect.vlt.volunt.lib.*2.*cap.*11. *n.*30.Becc.*conſil.*89.*n.*10.& Barb, *conſil.*10.*n.*11.*& ſeqq.lib.*2.Vnde in his,quæ per rationem legis com- 16
prehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extenſiua, ſed comprehenſiua,Tiraquellus *cit. part.*1. *de cauſa ceſſante n.*136.*& ſeqq.* Roland.à Valle *conſil.*27.*num.*6. *& ſeqq.lib.*1.Becc.*conſil.*62.*n.*17.& alij multi,quos citat,& ſequitur Molin. *lib. de Hiſpan. primogenit c.*5.*n.*12.Et dicitur fieri interpretatio intellectiua,non autem extenſiua,Baldus *in l. Quamuis in princip.Cod.de fideicomm.* Tiraquell. *loco ſupra cit.num.*155.Decian.*cit.conſil* 76.*n.*20.*lib.*2. Et non dicitur lex extendi,ſed caſus ſub eiuſdem legis diſpoſitione includi, Pariſius *conſil.*32.*n.*20. *lib.*2. & Crauetta *de antiquit.temp.*4 *part. in princip.n.*91.*& ſeqq.*) licet,inquam,lex pœnalis extendenda non ſit 17
de caſu ad caſum à paritate, quin neque à maioritate rationis,extendenda tamen eſt,etiamſi agatur de cenſuris,quando alioquin,ſi non extenderetur (vt eſſet in caſu noſtro) reſtaret eluſoria, *cap.ſi ſententia* 18
§.*fin.& cap.ſi ciuitas,de ſent.excommun.in* 6.vbi interdictum ciuitatis,ne reſtet eluſorium,extenditur ad 19
ſuburbana,*gl.in cap.Clement.*1.*de ſepult.& gl.in cap. quamquam,de vſuris in* 6.vbi extendit,ne ſit eluſoria, conſtitutionem illam odioſam de teſtamẽto ad codicillos,& omnem vltimam voluntatem;Felin.*in c. tranſlato de Conſtitut.n.*14.Tiraquell.*in legib. connubialib.gloſſ* 5.*n.*115. Nauar.*c.*27.*num.*51. Sarmient. *lib.*1.*ſelect. interpretat. cap.*12.*n.*7. Couar. *var.reſol. lib.*3.*cap.*3.*n.*9. Suarez *lib.*4.*cap.*2.*n.*7. Maſcard. *de probat.concl.*596.*n.*2.& Valaſc.*to.*2.*cõſult.*159.*n.*10.

Item extendenda eſt, quando eſt lata (vt in caſu noſtro) in fauorem animarũ, Bartol.*in Auth.Sacramenta puberum n.*19.*Cod.ſi aduerſus venditionem, &*

ibid Iason *num.*72 Francus *cap. sciant cuncti, de elect. in 6 n.6.* addens, *Quantumcumque lex correctoria sit*, Hostiensis *in c. penult in fin. qui filii sint legitimi*, & ibid. Io. Andreas, *num.*5. Anton. *n.*9. Ancharan. *nu.*5. Abb *num.*5. & 6. Henricus *n.*10. Alexander de Neuo *num.*7 Præpositus, *num.*3 Castill. *leg.*40. *Tauri, nu* 14. Couar. 4. *decret. part. 2. c.6. num* 12 Perez *lib.*5. *Ordin. tit. lib.*1. *fol.*39 *col.*1. Gratianus, *regul.*111. *num* 6 Flaminius *de resignat. benef. lib.*11. *q* 2. *num.*17. Azeued. *lib.*5. *recopil. tit.*1. *l.*2. *n.*4 & Sanchez *de matrim. lib.*3. *diff.*1. *num* 8.

Itē extendenda est, quando est lata (vt etiā in casu nostro) in fauorē Ecclesiæ. gl *in cit. c. sciāt cuncti, ver. alios*, & ibid Dominicus, *nu.*6. Francus *n.*6 & Lessius *de iust. & iur. libr* 2. *cap.*35. *Dubitat* 4. *num.*22. vbi ex Suarez excommunicationem in *cap. conquestus, de sent. excommun*, latam contra infringentes, & spoliātes Ecclesiam, extendit contra comburentes (licet comburens non sit propriè infringens, & spolians) quia lata est in fauorem Ecclesiæ. 20

Item extendenda est, quando (vt etiam in casu nostro) lex, licet secundariò sit odiosa, & pœnalis, primario tamē est fauorabilis; quia tunc simpliciter est fauorabilis, & sic extendenda; cùm dispositio ex primario fine attendenda sit, *gl in cap. si propter, de rescript in 6. vers. primi anni* (vbi Constitutionem illam fructus vacaturos Episcopo mortuo reseruantem, appellat fauorabilem; quia principaliter edita est in fauorem Episcopi, vt debita persoluat; quamuis redundet in damnum illorum, quibus fructus obuenire debebant) ibidem Dominicus *num.*9. & Francus *num.*6 Item *gl. in cap. sciant cuncti de election. in 6. ver. alios*, ibid. Dominicus, & Francus *in fin.* Item Bartol. *in l. qui exceptionem, num.*2. *de condict. indeb.* ibid. Albericus *num.*1. & Salicetus, *nu.*1. Idem Bartol. *in l. si quis nec causam, num.*6. *ff. si certum petat.* & ibid Paulus *nu.*4. Felin. *in cap.*4. *de sponsal. num.*14. *& in cap. non dubium, de sentent. excommunic. num.*2. adducens textum *in cap.*2. *§. statuimus de decimis in* 6. ibi: *Cùm non sit dicendum asserum, sed pium, potius, ac benegnum*; Item Siluest. *ver. Interpretatio in fin.* Couar. *var. resol. lib.*1. *cap.* 11. *num.*5. Flaminius *de resignat. beneficior. lib.*12 *q* 2. *num.*23. *& seqq.* Mandosius *regul.*10. *de Annali, q.* 3. *n.* 7. Alphonsus Moditius *in §. lex est. Institut. de iur. gentium, dub.*21. *num.* 4. docens, quod excommunicatio in *cap. si quis suadente*, 17. *q.*4. (licet pœnam cōtineat) non pœnalis, sed fauorabilis sit, atque adeò extendenda; ex eo, quod principalis intentio disponentis ibi fuerit fauor clericatus; Item Merolla *to.*1. *diff.*6. *cap* 6. *dub* 1. *num.*14. in terminis dicens, quod leges latæ pro defensione immunitatis Ecclesiasticę (etiāsi pœnas infligant (fauorabiles sint, & inter priuilegia computari debeāt; Quapropter Constitutio Gregorij XIV cùm principalis intentio Pontificis ibi fuerit fauor Ecclesiæ, & Reorum ad illam confugientium, dicendum est, quod (licet pœnas in extrahentes inferat) non odiosa, sed fauorabilis sit, atque adeò extendenda. 21 22 23 24 25

Quarta Probatio.

Quartò probatur; quia Reus dum in Ecclesia existit, non potest vinculis alligari, vel alio quocūque modo vexari, *l. presenti Cod. de ss. qui ad Eccles. confug.* (vbi indefinitè præcipitur, ne ei requies denegetur) & *cap. id cōstituimus*, 17. *q.*4. (vbi præcipitur, ne ad mortem vel ad aliquā pœnā corporalē dānetur, sed de morte, debilitate, & omni pœnarū corporaliū genere securus sit) & *c. definimus*, 17. *q.*4 (vbi præcipitur, de ei aliqua vis, nocibilitas, vel damnum inferatur Ergo multò minus poterit, dum in Ecclesia existit, ibi occidi. Vide, quæ dicebantur *supra dub.* 27. *& seqq. vsque ad* 31. 26

Quinta Probatio.

Quintò probatur; quia quotiescumque est opinio hinc, & inde probabilis, opinio illa amplectenda est, quæ facit pro Ecclesia, cùm in dubio fauendum sit Ecclesiæ (vt omittam, quod in dubio fauendum sit etiam Reo) *cap. fin. de sent. & re iudicata, l. fin. t. persona, ff. de relig. & sumpt. funer.* & docet Iason *in l. filius familias, §. diui, n.*28. & *in rep. et. num.*110 *ff de legat.* 1 Felin. *in cap.*1. *num.*104. *de Constitut.* Decian. *lib.*3. *cons.*80. *n.*12. Hondedeus, *lib.*1. *cons.*3. *num.*24. Bellertus *in disquis. cleric. par.*1. *tit.*6. *§.*4. *num.*13. Maynardus *de priuilegiis Eccles. par.*2 *art.*22, *num.* 61. Riccius *in prax. par.*2. *resol.*42. *num.*2. Diana *par.*1. *tract.*2, *resol.*7. Io. Solorzanus *de Indiarum iure, to* 1 *lib.*2. *cap.*24. *num.* 39. Farinac. *in append. de immunit. cap.*8. *num.*123 *in fin.* Maranta *par.*2. *resp. cons.*36. *num.*11. *& resp.* 51. *num.* 12. Giurba *consil.*10. *num* 25. *in fin.* Guazzinus *defens.*20. *num* 20. & Sperellus *decis.*60. *num.*13. Vide etiam quæ dicentur *infra dub.*46. 27

SECTIO II.

Difficultates in oppositū, earūq; solutiones.

SVMMARIVM.

1. *In Constitutione Gregoriana quando excipiuntur casus ob quos est licita extractio, apponitur particula taxatiua (tantum) quæ non apponitur quando pœna statuitur.*
2. *Ecclesia violatur si Iudex existens extra illam emisso iaculo occidat Reum in ea manentem.*

OBiicies primò, si nostra Responsio affirmatiua vera esset, sequeretur, quod, dum *in c. inter alia de immunit. Eccles. & in Constitutione Gregorij XIV.* excipiuntur propter grauitatem suam, ne gaudeant immunitate quidam casus, intelligerentur excepti alij à paritate, vel saltem à maioritate, & identitate rationis, sed hoc est contra id, quod *supra dub.*24. *sect.*3. dicebamus; ergo. 1

Respondetur, nego sequelam maioris; quia dum in cap. inter alia, & in Constitutione Gregorij XIV. excipiuntur ab immunitate quidam casus, apponitur ibi particula taxatiua ly *tantum* quæ non apponitur in casu nostro, vt v.g. dicatur: Excommunicati sint extrahentes tantum; Quapropter retorquetur argumentum.

Respondetur secundò (dato, quod quando in iuribus citatis excipiuntur propter grauitatem suam ab immunitate quidam casus, non excipiantur ibi cum particula taxatiua ly *tantum*, sed simpliciter) adhuc nego sequelam maioris, & do disparitatem ex singulis rationibus *supra* adductis, præcipuè ex tertia.

Obiicies secundò, non violatur Ecclesia, si Iudex extra Ecclesiā existens, Reipublicæ perturbatorē in Ecclesia existentem, quem capere non potest, emisso iaculo occidit; cùm actum debitum & iure sibi concessum exerceat, & sic vtatur iure suo, vt dicit Henriquez in summa *lib.*4 *cap.*17. *n.*4. *in fine*; ergo. 2

Respondetur, nego antecedens, & antecedentis probationem; cùm quoad hoc, minus rectè locutus sit Henriquez, teste Fogūdez eiusdē Societatis Iesu *in Decalog. to.*2. *lib.*6. *cap.*3. *n.*14. Vide, quæ dicebantur *supra dubit.*19 *sect.*7.

DVBI

DVBITATIO XXXVIII.

An à cenſura tali, caſu quod contracta fuerit, poſsit ſolum abſoluere Pontifex, vel etiam poſsit Ordinarius, & ſic de illius facultate quilibet Confeſſor.

SECTIO I.

Dubitationis reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius probabiliter, & de illius facultate, quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere à cenſura incurſa propter Rei extractionem; quia nullibi reperitur Pontifici reſeruata.*

2 *Multò magis, ſi delictum fuerit occultum.*

REſpondetur, quod probabiliter poſſit etiam Ordinarius, & ſic de illius facultate quilibet Confeſſor, facta reſtitutione, & ſatisfactione ab eo, qui cẽſuram contraxerat, modò eam præſtare poſſit iuxta regulas, quas tradunt Doctores in tractatu de cenſuris in communi. Probatur; quia nullibi talis cenſura reperitur Pontifici reſeruata; ergo conceditur etiam Ordinario, & ſic de illius licentia cuilibet Confeſſori, ex *textu in cap. nuper de ſent. excomm.* & docent Genuenſis *in prax. cap. 12. num. 3. & ſeq.* Bonac. *diſp. 3. q. 7. de immunit. punct. 6. num. 8.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 51. caſ. 3. n. 72. in impreſſione Romana*, Gratian. *in diſcept. tom. 3. cap. 414. num. 12.* Graff. *tom. 1. lib. 3. conſil. unic. n. 29. in fin. de immunit.* Megal. *in 3 part. lib. 4. cap. 2. reſol. 333. num. 1.* Bellett. *in diſquiſit. Cler tit. de fauore Cleric. §. 4 num. 39.* Rainer. in Catal. *cenſ. cap. 9. excomm. 31.* Macerat. *reſol. 15. lib. 3.* Riccius *in praxi, part. 2. reſol. 333.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 1. q. 41.* Naldus, *ver. caſus reſeruatus, num 1.* Homobon. *de exam. Eccleſ. part. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. ſuppoſ. 3.* Marius Anton. *var. reſol. lib. 3. reſol. 15.* & Zipæus *lib. 3. tit. de immunit. Eccleſ. num. 13.* contra Farinacium *in append. de immunit. cap. 20. n. 315.* Graffium *in conſil. unic. de immunitate*, Filliucium, *tom. 1. tract. 15. cap. 6. n. 155.* Barboſam *de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 167.* Marantam *in controuerſ. iur. part. 2. reſponſ. 36. n. 14.* Dian. *part. 6. tract. 1. reſol. 34.* Scortiam *in Bullar. Epitom. 152. Theorem. 387.* Marium Ital. *de immunit. Eccleſ. cap. 6. §. 2. num. 3.* Theſaurum *in prax. part. 2. ver. immunitas, cap. 1.* Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 16. num. 19.* Ciarlinium *in controuerſ. forenſ. cap. 10. num. 38.* Lezanam & Peregrinum *de immunit. cap. 15. n. 16.* Ex his ſequitur, quod à fortiori poſſit Epiſcopus, aliuſve Confeſſarius ab ipſo ſpecialiter deputatus ab hac cenſura abſoluere, ſi delictum ſit occultum, ex decreto Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 6.* iuxtà ea, quæ dicebam *lib de parlamentis dubit. 4 ſect. 19. ſubſect. 34. & 35.* & dicam *cap. vlt. dubit. 28. 69. 81. & 82.*

SECTIO II.

Difficultates in oppoſitum, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Offenſa Eccleſiaſtica libertati facta, eſt reſeruata per extrauag. Pauli II.*

2 *Nomine libertatis Eccleſiaſticæ non venit Immunitas, ſi quidem libertas refertur ad Perſonas, immunitas autem ad locum.*

3 *Cenſuræ latæ contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ, non extẽduntur ad violatores Immunitatis.*

4 *In Decreto Clementis VIII. aliquantulum poſtea moderato à Paulo V. prohibetur quibuſcumque Confeſſariis, ne abſoluant in caſibus in Bulla Cœnæ ſiue claris, ſiue dubiis tã iuris, quam facti.*

5 *Item ab iis, quos ſibi ſpecialiter reſeruant Epiſcopi.*

6 *Item à ſex aliis, inter quos numeratur violatio Immunitatis Eccleſiæ in terminis conſtitutionis Gregoriana. ſed ibi eſt ſermo in ordine ad Regulares, non autem in ordine ad Ordinarios.*

7 *In Bulla Cœnæ fertur cenſura reſeruata contra violatores non quidem Immunitatis, ſed libertatis Eccleſiaſticæ, & non cuiuſcumque libertatis, ſed ſpecialis.*

8 *In Conſtitutione Gregoriana ſolum expreſſè renouantur cenſuræ, & non expreſsè renouantur earũ reſeruatio, quapropter non manent reſeruatæ.*

9 *Reſeruatio vtpote pœnalis, nunquam adeſſe cenſetur, niſi expreſsè facta fuerit.*

10 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

11 *Relatum non eſt in referente, quando qualitas relati acquirit ſpecialem mentionem, prout eſt abſolutio, quæ debet expreſſe reſeruari Papæ.*

12 *Curiæ Romanæ Stylus, & Cardinalium declarationes, quando nam dari debeat abſolutio.*

13 *Et quomodo?*

OBiicies, in Extrauag. Pauli II. de pœnit. & remiſſ. *cap. 3.* inter caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos apponitur offenſa Eccleſiaſticæ libertati facta; Ergo.

Reſpondetur, concedo antecedens: at nego conſequentiam, & retorqueo argumentum; quia, cùm ibi ſolum reſeruetur generaliter violatio libertatis Eccleſiaſticæ, ſub qua in rigore immunitas nõ comprehenditur (ſiquidem libertas refertur ad perſonas, immunitas autem ad loca) conſequens eſt, quod cenſuræ latæ contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ (vtpotè pœnæ) non extendantur ad violatores immunitatis; Qua de re Couar. *2. var. c. 20. num. 1.* Villagut, *de extenſ. legum, cap. fin. num. 3.* & etiam ipſe Farinac. *in append. de immunit. cap. 1. n. 4.* & ipſe Marius Italia, *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 6 & ſequent.* 1 2 3

Inſtabis, in decreto Clementis VIII. (quod poſtcà innouatum, ſed āliquantulum moderatum fuit à Paulo V.) apud Quaranta in Bullario, *ver. caſus reſeruati*, & apud Marium Ital. *cit. cap. 6. §. 2. num. 31.* prohibetur quibuſcumque Confeſſariis, ne abſoluant à caſibus in Bulla Cœnæ, ſiuè claris, ſiuè dubiis, tam iuris, quàm facti. Item ab iis, quos ſibi ſpecialiter reſeruant Epiſcopi. Item à ſex aliis, inter quos numeretur violatio immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. percuſſio clerici contra Canonem, *ſi quis ſuadente diabolo*, &c. ergo. 4 5 6

Reſpondetur, quod ibi tantum ſermo ſit in ordine ad Confeſſarios, qui virtute ſuorum priuilegiorum prætendebant, poſſe abſoluere à dictis caſibus, non autem in ordine ad ordinarios; Quapropter cum dictum decretum Clementis VIII. limitatè procedat quoad ſacerdotes inferiores, extendi non debet ad ordinarios, ex vulgata regula *l. in agris, ff. de acquir. rer. dominio.* Et cõfirmatur; quia alioquin exui

dicti

dicti decreti Clementis VIII, non posset ordinarius absoluere, neque à casibus dubiis Cœnæ, neque etiam ab excommunicatione ob percussionem clerici, vel leuem, &c. quod falsum est, qua de re vide, quæ *lib. de Parlamentis dub. 4. sect. 19. sub sect. 31. 32. & 35.* diffusè dicebamus.

Reinstabis, In Constitutione Gregorij XIV. infliguntur contra violantes immunitatem Ecclesiasticam omnes censuræ latæ contra libertatis Ecclesiasticæ violatores; sed in Bulla Cœnæ fertur cēsura reseruata contra istos, ergo etiam fertur contra illos; Ita Peregrinus, & Scortia in *locis supra cit.*

Respondetur, quod in Bulla Cœnæ feratur censura reseruari contra violatores, non quidem immunitatis, sed libertatis Ecclesiæ, & non cuiuscumque libertatis, sed specialis, vt si quis statuat, seu statuta condat vel quædam alia ibi expressa operetur contra libertatem Ecclesiasticam, non item, si quomodocumque alio modo operetur contra libertatem, & præsertim immunitatem Ecclesiasticam (de qua non est ibi sermo) vt patet ex *cap. vnic. de his, quæ vi, metusque causa, in 6. & ex cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.* & docet ex Vgolino, Gratiano, & aliis nouissimè Fontanella *to. 1. dec. 201. num. 38.* & nos dicebamus *cap. 16. dubit. 1.* Adde quod (licet in Constitutione Gregorij XIV. infligantur contra violatores immunitatis ibi præscriptæ ipso facto censuræ latæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores) illis nominibus, *libertatis, iuris, & immunitatis* idem exprimitur, & claritatis maioris gratia simul apponuntur. Adde secundo, quod esto in Cōstitutione Gregorij XIV. infligantur contra violantes immunitatem omnes censuræ, quæ in Bulla Cœnæ latæ sunt contra violantes libertatem Ecclesiasticam, hinc tamen non sequitur, quod tales censuræ habeant reseruationis qualitatem, quam habet Bulla Cœnæ; quia in Constitutione Gregorij XIV. solum expressè renouantur censuræ, & non expressè renouatur earum reseruatio quapropter non manent reseruatæ; cùm reseruatio (vtpotè pœnalis) nūquam adesse censeatur, nisi expressè facta fuerit, *cap. nuper de sent. excommun.* & ex alio capite relatum in referente non includatur expressè, sed tacitè, *cap. fenuit. de iureiurando*; Vnde, quamuis relatum includatur in ferente cum omnibus suis qualitatibus (vt ait Bart. *in l. ff. si familia furtum fec.* & habetur in *l. 1. ff. de arbitris*) tamen quando qualitas relati requirit specialem mentionem, prout est absolutio, quæ debet expressè reseruari Papæ, *cit. cap. nuper, de sent. excommun.* non includitur in dispositione referente, *cit. cap. cum alias de iureiurando.* & docet Gambarus *de auctoritate legati in princip. num. 35.*

Vrgebis, ita fuit Romæ declaratum, vti testantur Farinacius, Maranta, Diana, Thesaurus, Lezana, & Peregrin. *in locis supra citatis*, ergo.

Respondetur, quod talis declaratio non constet authenticè, faciat tamen opinionem nostræ contrariam satis probabilem, quin consulendam vtpotè tutiorem in praxi; præsertim, cum eam sequatur stylus Pœnitentiariæ, & Curiæ Romanæ; quapropter Congregatio Immunitatis fertur 1631. 16. Iunij ita ad Vicarium generalem Capuæ respondisse: *Non essendo permesso all' Ordinarij senza facoltà espressa di questa santa sede d'assolvere l'excommunicato per causa di violata immunità o giuri dittione, & libertà Ecclesiastica, per ciò vi donete astenere dal dare in questo assolutione, etiam dio cum reincidentia, madi quanto inciò occorresse, ò dal istesso fosse fatta instanza, ne darete auiso distinto à questa Santa Congregatione, che pigliarà gl'ordini necessary, è che saranno stimati, è di giustitia.*

Vide, quæ *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 19. sub sect. 35. & supra cap. 14. dubit. 4. sect. 2.* dicebantur.

Cæterum incurrens dictam excommunicationem absoluendus non est, nisi restituerit Reum loco sacro, Doctores, quos citat, & sequitur Farinacius *de immunit. Eccles. num. 311.* & Thesaurus *loc. supra cit.* & declarauit S. Congregatio Immunitatis Eccles. 11. Augusti, 1638. Quæ eadem S. Congregatio declarauit in vna Neapolitana 20. Iunij 1630. & 16. Septembris 1625. quod ex praxi Curiæ Romanæ non absoluitur, saltem in foro exteriori, Iudex laicus, qui Reum extraxerit ab Ecclesia, & pœna capitis damnauerit; Et Congregatio super controuersiis iurisdictionalibus declarauit 7. Septembris 1638. quod Breuia Pœnitentiariæ non sufftragentur in foro exteriori, sed in foro conscientiæ, præuia tamen satisfactione in materia violationis libertatis, ac iurisdictionis Ecclesiasticæ. 15

DVBITATIO XXXIX.

An Reus laicus ad locū sacrum confugiens, Iudici seculari puniendus aliquando tradi possit, & debeat, & qua ratione? Vbi etiam quid dicendum de Episcopo, si extrahendi licentiam indebitè concedat?

SVMMARIVM.

1 *Reus laicus confugiens ad locum sacrum potest etiam in casibus non exceptis tradi à prælato Iudici seculari, recepto tamē iuramento vel fideiussione, de securitate pœna corporalis, secus Reo nolente, non obstante impunitatis cautione.*

2 *Immunitas Rei consistit, vt non possit à loco sacro inuitus extrahi, & iudicari.*

3 *Extractio quia in Constitutione Gregoriana explicite conceditur in casibus exceptis, implicite negatur in casibus non exceptis.*

4 *Immunitatis Priuilegium primario est concessum Ecclesiæ, secūdario autem videtur concessum etiā Reo.*

5 *Debent Ecclesiastici, etiam Regulares, contra Ministros iustitiæ secularis Reum defendere, ianuas claudendo, eum absondendo, & etiam extrahendo ex manibus eorum, si opus fuerit, & censuras iuris contra eosdem intimando.*

6 *Non tamen debent defendere armis.*

7 *Quin, si faciant pœnam irregularitatis incurrent, casu, quod mors, vel mutilatio indè alicui sequatur.*

8 *Possunt tamen Ecclesiæ Pastores, si necessitas expostulet, & sine scandalo fieri possit, vti ad id auxilio, & armis laicorum.*

9 *Debent semper Reum defendere censuris.*

10 *Quapropter in casu, quod Reus gaudet immunitate, si illum Curia seculari tradant, vel extrahendi licentiam concedant, irregularitatem incurrent, si inde extractio mors, vel mutilatio sequatur.*

11 *Etiam si id faciant cum protestatione impunitatis circa corpus illius.*

12 *Non tamen incurrent irregularitatem, si solum non defendant, sed permittant eum extrahi.*

13 *Quamuis contrarium sentiant alij, si loquamur de Ecclesiasticis, qui defendere, & extrahi, non permittere tenebantur ex officio.*

14 *Episcopus indebitè concedens licentiam, in casibus non exceptis Reum extrahendi ab Ecclesia, probabiliter non incidit in censuras, & pœnas Bullæ Gregoriana.*

15 *Multò*

15 *Multò magis non incidit dans licentiam extrahendi nomine proprio pro delictis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus.*

16 *Quomodo sint recipiendi, detinendi banniti, qui non commiserint delicta excepta.*

17 *Prælatus in casibus exceptis potest sine nota irregularitatis, & cēsura, quin & debet, Iudici seculari Reum puniēdum tradere, si fuerit requisitus.*

18 *Non tenetur exigere cautionem, qua Iudex secularis promittat, illum non esse puniendum pœna sanguinis.*

19 *Tenetur tamen, non statim ac is captus fuerit, laicæ potestati tradere, sed nomine proprio in carcerem conicere, & detinere, donec ipse, vel ipsius deputatus cognouerit, an is crimen exceptum commiserit.*

20 *Et etiam si aliunde crimen exceptum Reum commississe, notorium sit.*

1 REspondetur, & dico primò, si simus in casibus non exceptis, (quamuis Silu. *ver. Immunitas*, 3. *n.*4 Alexander *consil.* 145. *n.*3 *lib.*7. Correa *in relect. de immunit. part.*4. *n.*10. Raphaël de la Torre *tom.*2. *in* 2.2. *q.*99. *art.*3. *disp.*7 *grad.*8. Villalobos *in summa tom.*2. *tract.*59. *diffic.*8. *n.*3 Villagut. *de extens. legum, cap. fin. n.*8. *& seqq.* Azor. 2 *p. lib.*9. *cap.*9. *q.*10 Peregrin. *de immunit. cap.*12. *n.*9. Curtellius *de immunit. Eccles. lib.*1. *q.*32. *n.*24. *& seqq. & q.*40. *n.*4. & Suar. *lib.*3. *c.p.*13 *n.*4. censeant, quod Prælatus possit, & debeat eum Iudici seculari puniendum tradere; quia sic videtur colligi ex *c. definimus*, 17. *q.*4. & ibi glossa, Archidiacono, & Turrecremata; obtenta tamen prius cautione de salute Rei, quoad vitam, membra, & omnem pœnam corporalem, iuratoria, si non dubitatur de violatione iuramenti, si verò dubitetur, an Iudex seruaturus sit iuramentum; fideiussoria; sicut in simili colligitur *ex cap. transmissa, de restitut. spoliat.*) contrarium tamen dicendum est in casu, quod Reus nolit tradi, quamuis Iudex secularis quamlibet securitatem præstet de eius impu-
2 nitate. Ratio est, quia immunitas, qua Reus in dictis casibus gaudet, consistit, vt non possit inuitus è loco sacro extrahi, & iudicari, ergo &c. Quod saltem in terminis Constitutionis Gregor. XIV. dubiū
3 esse non debet; cùm in illa solum in casibus exceptis extractio concedatur; & sic implicitè, seu virtualiter in casibus non exceptis denegetur; maximè, quia in dicta Cōstitutione dicitur esse irritū, & inane, quod contra actū fuerit; & ibi Pōtifex omnes alias facultates abrogat, & cuncta ad vnā tantū formā reducit, & moderatur; Quapropter ne immunitas violetur in casibus non exceptis, concurrere debet cōsensus Rei, & cōsensus Ecclesiæ; quia licet priuilegiū concessum sit Ecclesiæ; primariò tamen concessum est etiam Reo, ita vt ab Ecclesia inuitus extrahi nō possit. Vide Abb. *in c. inter alia, de immun. Eccles.* Gambacurtā *lib.*8. *c.*11 *&* 12. *n.*4. Bonac. *to.*2. *disp.*3. *q.*7. *punct.*7. *n.*3. & Farin. *in appēd de immun. c. vlt. n.*344. Vide quæ dicebantur *supr. dubit.*26. *in fin. dub.*32 *&*
4 Vide etiā Suar. *to* 1. *de relig. tract.*2. *lib.*3. *c.*8. Sanch. *dub.*7. Thesaur *in prax ver. Immunitas cap.*1. Rodriq. *tom.*2. *qq. reg. q.*50. *art.*3. Sorb. *in addition. ad compēd. priuileg. Mediolan. ver. Ecclesiæ Fratrum.* & Layman. *lib.*4. *tract.*9. *c.*3. qui subdūt, quod Ecclesiastic. etiam
5 Regulares, debeāt contra Ministros iustitiæ secularis extrahere volētes Reū defendere, ianuas claudēdo, cūabscondendo (etsi iā fuerit captus) eū abstrahendo ex eorū manibus, & eisdem censuras, ac pœnas contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ in iure & Constitutione Gregor. XIV. impositas intimando; quāuis nō debeāt etiā eum defendere armis (cum Ecclesia nō sit defendenda more castrorum; &
6 personis Ecclesiasticis id armis efficere sit prohibitū sine speciali dispensatione, quæ in casu nostro non cōceditur, & regulariter necessaria nō est, adeo quod si id armis efficiant, & mors, vel mutilatio alicuius sequatur, irregularitatem incurrant; Thesaur. *supra*
7 possint tamen ad id interdū Ecclesiæ pastores auxi-
8 lio & armis laicorum vti, si sine scādalo id fieri potest, & grauis necessitas sic expostulat; quia licitum est, vim vi repellere, seruato moderamine inculpatæ tutelæ, & seruatis regulis prudentiæ; Couar. 2. *var. c.*20. *n.*18 Remig. *de immunit. c.*12. Peregrin. *cap.*14. *n.*11 Farinac. *in append. c.*1. *n.*47. Suar. *sup. n.*5. & Bonac. *cit.* §. 5. *n.*1.) sed bene debeant defendere eū censuris, si scilicet adsit Episcopus, vel alius superior,
9 qui illas inferre possit in seculares, *c. miror* 11. 7. *q.*4. Sāch. *cit dubit.*7. & Layman *supra n.*14. Quapropter si in casibus, in quibus Reus gaudet immunitate Ecclesiæ, illū Curiæ seculari tradant, seu extrahendi licentiam concedant, irregularitatē contrahēt, casu, quod inde Reo tradito mors, vel mutilatio sequa-
10 tur; quia Curiæ seculari eum tradendo censentur ipsius morti, vel mutilationi cooperari, Rodriq. & Sorbus in locis supra cit.

Idque ex probabiliori sententia Doctorū, etiamsi tradant, præmissa cautione, & protestatione impu-
11 nitatis circa corpus ipsius, quia talis protestatio est cōtraria facto, nec iura in tali casu excusant sic operantes, præmissa protestatione, præsertim cum grauiter peccent; Doctores, quos citat, & sequitur Bonacin. *de irregul. disp.*7. *q.*4. *punct.*1. *n.*19. & Thesaur. *loc. supra cit.* irregularitatem tamen nō contrahent, si solum non defendant, sed permittant eū extrahi; Thesaur. ibid. quamuis oppositum sentiat Bonacina quoad Prælatos, ex eo quod hi teneantur ex officio,
12 & sic ex iustitia Ecclesiasticam Immunitatē defendere. Sed quod simpliciter, & indistinctè dixi, est adhuc satis probabile; cū in dicto casu, etiam Prælati,
13 negatiuè solum se habeant, & positiuè nō influant, quod posterius ad contrahendam irregularitatem iuxta Canones necessarium esse, suo loco probaui.

An autem, si in dictis casibus Episcopus indebitè concedat licentiam extrahendi Reum, contrahat præter irregularitatem, etiam pœnas, & censuras Constitutionis Gregor. XIV.

Respondeo: videtur dicendum ex iis, quæ dice-
14 bantur *dubit.* 26 *&* 35. affirmatiuè, & ità tenent Farinacius, Palaus, & alij, quos citat, & sequitur Thesaur. *in praxi part.*2. *ver. immunitas, c.*1. Lezana *eodem ver. n.*18. & Gambacurta *loc. supra cit.* ex eo, quia in tali casu Episcopus violat immunitatem in Bulla præscriptam: licet alij satisprobabiliter negēt, ex eo, quod illæ latæ sint contra violantes immunitatem per extractionem, consequenter non cōtra Episcopos cōcedētes licentiam extrahēdi; cùm pœnæ nō sint ampliandæ, sed potius restringēdæ: Accedit, quod satis probabiliter immunitas Ecclesiarū introducta est in ordine ad potestatē laicā, nō itē in ordine ad Ecclesiasticā, vti dicebā *dub.*10. *sect.*12.

At, his nō obstantibus, est etiam probabile, quod docent Farinac. Palaus, Thesaur. Lezana, & Gambacur. *in locis supra cit.* præsertim in opinione nostra, quam contra Syluestrum, & alios *suprà* tradidimus, quod scilicet non possit Iudex Ecclesiast. in casibus non exceptis, quacumque cautione de securitate pœnæ corporalis accepta, tradere Reum Curiæ seculari. Vide, quæ dicebantur *est. dub.*26. *&* 35. aduerte tamen, quod etiam satis, quin magis, probabiliter ob rationes suprà dictas Episcopus non incurrat excommunicationem dando facultatem Curiæ seculari Reum ab Ecclesia suo nomine extrahendi 21
pro delictis ad forum Ecclesiasticū pertinentibus)

quam

quamuis Decianus,& alij ,quos citat Farinacius *in append. c.12.n.32.* contrarium sentire videantur.

61 Aduerte secundò,quod licet banniti, qui nõ commiserint delicta excepta in Constitutione Gregorij XIV. gaudere possint immunitate Ecclesiæ, nihilominus circa eorum receptionem,detentionẽ,& traditionem seruanda sint,quæ ex præscripto S.Cõgregationis Concilij in litteris ad Episcopos , & Nuncios mitti consuetis dixi *dub.11.sect.6.in fine.*

Dico secundo,Si simus in casibus exceptis,Prælatus potest,sine nota irregularitatis,& censuræ,quin
17 & debet,Reum Iudici seculari puniendũ tradere , si fuerit requisitus.quia,cùm tunc immunitas Reo nõ prosit,non est,cur is detineri possit,& nõ tradi; Atque ita habetur in dict.Cõstitutione Gregorij XIV. in qua Prælatis,& Superioribus Ecclesiarũ districtè præcipitur,quod sic delinquentem Curiæ seculari, quãdo à Iudice seculari requisiti fuerint.consignẽt; vbi autem habemus Pontificiam Constitut.non est cur vlteriùs inuestigemus rationem Vide Farin. Dec.Bonac.*q.7.punct.7.n.1.* Suar.& alios.

18 Ex his sequitur,quod Episc.(ante quam delinquẽtem,qui ob aliquod delictum immunitatis priuilegiũ amisit,curiæ seculari trãdat)nõ teneatur exigere cautionem ,qua Iudex secularis promittat delinquentẽ pœna sanguinis nõ esse puniendũ;quia Gregorius in sua Constitutione id non requirit,sed absolutè præcepit Reũ in tali casu tradi. Decian *lib.6. c.29.n.6.* Peregr.*c.16.n.21.* Farin.*de carcer. q.28.n.77.* qui rectè subdunt , hanc cautionem fore superfluam,& inanem; quia curia secularis eam non seruaret propter criminis atrocitatem.

Tenetur tamen Episcopus delinquentem,non statim,ac captus fuerit,laicæ potestati tradere,sed no-
19 mine proprio in carcerem coniicere,& detinere,donec ipse,vel ipsius deputatus cognouerit,an ille delictum immunitate non gaudens commiserit,vti patet ex Gregorij na,ibi: *Quodque delinquentes laici predicti postquã vt præfertur,ab Ecclesijs,locisvè sacris extracti,& capti fuerint,ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi,& inibi sub tuto,& firmo carcere,ac opportuna custodia,data illis si opus fuerit,per Curiam secularem ,detineri nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eius deputato, in ipsi verè crimina superius expressa commiserint,tunc que demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ seculari,quacunque appellatione postposita,consignentur.* Vide Farinacium *in append. c.12.n.367.& seqq.*& Mariũ Italiã *lib.1.c.5.§.14.n.7.*

Ex quo patet,delinquentem non esse tradendum
20 Curiæ seculari,donec Episcopo cõstiterit de perpetrato delicto excepto,etiam si alioquin tale delictũ notoriũ sit, vti dicã *infrà dubit.seq.sect.2.n.3.& seqq.*

DVBITATIO XL.

Quonam modo Reus in casibus exceptis Curiæ seculari tradi debeat?

SECT. I. *Dubitationis Resolutio.*

SVMMARIVM.

1 *Reus(sclusa constitutione Gregoriana)tradi debet à Prælato Ecclesiastico Iudici laico,accepta cautione de non puniendo illo corporaliter.*

2 *Iudex secularis vigore tã cõstitutionis Gregorianæ,quã cõsuetudinis hodie nõ tenetur præstare iuramentũ Prælato Ecclesiastico de non puniendo Reũ corporaliter pro casibus exceptis.*

3 *Prælatus Ecclesiasticus ex dicta constitutione non debet requirere in consignatione Rei dictum Iuramentum.*

4 *Traditio Rei ex vi dictæ Constitutionis,fieri debet de mandato Episcopi,aut eius officialis per aliquam Ecclesiasticam Personam ab eo deputatam omni appellatione remota cognito tamen de crimine prius an sit de exceptis.*

5 *Iudex secularis nõ potest in dictis casibus exceptis reũ extrahere sine expressa licentia Episcopi,vel eius officialis,seu Vicarij.*

6 *Ad Iudices Inferiores Ecclesiasticos etiam quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes dare huiusmodi facultatem Reos in casibus exceptis extrahendi,non pertinet.*

7 *Si casus contingens in loco exempto,& nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum vicinierem deuoluitur cognitio(vtrum scilicet delictum sit exceptum,nec ne)& non ad alios.*

8 *Episcopus propria auctoritate potest extrahere Clericum sibi subditum ab Ecclesia Vicinioris Prælati nullius Diœcesis,sine licentia Prælati illius Ecclesiæ.*

9 *Iudex laicus, Episcopo vel eius Officiali recusante tradere Reum,potest propria auctoritate in casibus tamen exceptis extrahere ab Ecclesia,quod fieri debet remoto scandalo,& tumultu,& sic extractum in carcere Ecclesiastico custodire.*

10 *Nomine Episcopi hic intelligitur verus Episcopus vel eius Officialis,seu Vicarius generalis.*

11 *Si duo Episcopi sint vicini,licentia extrahendi Reum ,qui se recepit in locum exemptum,& nullius diœcesis, petenda est ab Episcopo vicinori qui ad habitationem,modo iste vicinam etiam diœcesim habeat.*

12 *In casu sedis vacantis licentia petẽda est à Vicario capitali.*

13 *Licitia extrahẽdi Reũ requiritur expressa,& nõ sufficit tacita.*

14 *Episcopus,vel Vicarius remouens in ipsis concedere licentiam extrahendi Reum,non incurrit excommunicationem Constitutionis Gregorianæ.*

RESPONDETVR,quod,secluſa Cõstitutione Gregorij XIV.tradi debet,recepto à seculari Iudice iuramẽto de nõ puniẽdo illo corporaliter;Atq; ita habetur *in c.Reũ,& in c.sid constituimus,17.q.4.* quamuis attenta Constitutione Gregorij XIV.& etiam attenta consuetudine iam recepta,hoc iuramentum hodie non recipiatur, quin neq;exigatur neq; Iudex secularis illud prẽstare teneatur,sed liberè(ac si ad Ecclesiã nõ confugisset) Reus pro qualitate criminis puniẽdus ipsi tradatur; ex eo,quia fuga ad Ecclesiã in casibus exceptis nihil reo prodesse debet;Atq; ita docẽt Dec.& Ambrosin. *in loc.sup.cit.* Boër.*dec.109.n.8* Far.*de carcer.q.28.n.77.* 1

Traditio autem hæc ex vi Constitutionis Gregor. XIV.fieri debet de mãdato Episcopi,aut eius officialis(id est Vicarij generalis,vt *ex C emẽt.2.de rescript.* &glossa ibi *ver.officialis* benè docet Sanch.*de matrim. lib.8.disp.27.n.29.* per aliquam Ecclesiasticã personã ab eo deputatã,*omni appellatione remota,* cognito tamẽ prius per Episcopũ , vel per personam,ab illo deputatã,an reus verè crimẽ exceptum commiserit. Quapropter Iudex secularis nõ poterit in dictis casibus exceptis reũ extrahere sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis,seu vicarii,& sine interuentu 2 3 4 5 personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis, 6 ad quos solos(& non ad alios Episcopis inferiores, vt Abbates locorum Regularium Superiores,cæterosque Ecclesiarum secularium Prælatos;etiamsi ordinarii sint,vel nullius diœcesis,vel Conseruatores à sede Apostolica specialiter,vel generaliter deputati)talem licentiam dandi facultas pertinet; adeò vt quælibet facultas,quę Curię seculari olim fuerat concessa extrahendi talem reũ propria auctoritate,nunc reuocetur;Et si casus contigerit in loco exempto,& 7 nullius diœcesi,tũc ad Episcopũ viciniorem deuoluatur cognitio(vtrum scilicet delictum sit exceptũ, nec ne)& non ad alios;Et sic ipse,si inuenerit delictum esse exceptum,& non alius,det licẽtiam extrahendi.Vnde si illuc confugerit clericus sibi subdi- 8 tus,qui ex probabiliori,si non ex communiori sententia Doctorum,vt *dub.10.sect.14.* dicebam, Ecclesiarum immunitate non gaudet propria auctoritate, sine licentia Prælati Ecclesiæ illius,poterit inde illũ extrahere;Quod si Episc. eiusq; officiales requi- 9 siti culpabiliter recusauerint Reum in casibus exceptis Iudici seculari tradere,vel eius capturæ,& carcerationi interuenire , tunc Iudex secularis poterit reũ(minori,quo id fieri possit,scandalo , & tumultu pro reuerentia Ecclesiæ)ab Ecclesia extrahere ,etsic extractũ ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ,nõ autẽ secularis,deferre;vbi sub tuto,& firmo carcere,ac opportuna custodia adhibita(si placuerit)per Curiam seculare m

Digitized by Google

secularem detineri debet, donec Episcopus; vel eius officialis, vel deputatus iudicauerit, an extractus delictum immunitate priuans commiserit; hæc omnia Gregorius XIV. *in cit. sua constitutione*; quæ etiam ante illam, vsu & consuetudine fuisse seruata, testantur Guido Papa, *decis.* 121. & Remigius Gogni *de immunit. fallent.* 13. & videri poterunt, quæ dicebam *dubit.* 35. *num.* 12.

10 *& seqq.* Dixi, quod si casus contingat, vt delinquens se recipiat in locum exemptum, & nullius diœcesis, licentia extrahendi petenda sit ab Episcopo, vel eius officiali, id est Vicario generali vicinori, & non ab alio Prælato, qui sit Episcopo inferior, etiam si sit Ordinarius, aut nullius diœcesis; quia nomine Episcopi hic intelligitur verus Episcopus, vel eius Officialis, id est Vicarius generalis, & non alius Prælatus Episcopo inferior, etiamsi sit ordinarius, vel nullius diœcesis, vt patet ex præcitata Bulla Gregorij XIV. Circa quod

Petes primo; quid dicendum, in casu quod duo Episcopi sint vicini, seu proximi, sed vnus proximus quo ad diœcesim, non verò quoad habitationem; alter proximus quoad habitationem, non verò quo ad diœcesim?

Respondetur licentiam tunc petendam esse ab Episcopo viciniori quo ad habitationem, modo etiam ipse proximam habeat diœcesim; quia Gregorius XIV. principaliter respexit personam Episcopi, secundario diœcesim: ob id enim Pontifex non dixit ad Episcopum proximioris, diœce-

11 sis, sed *ad Episcopum viciniorem*; tum quia sic occurritur incommodis, quæ aliàs sequi possent, si adeundus esset Episcopus existens in remotiori loco. Quod tamen intellige, modo Episcopus, qui aditur, habeat etiam ipse diœcesim proximam; alioquin Iudex posset licentiam extrahendi petere ab Episcopo titulari, vel ab alio in sua domo causa recreationis existente; quod non videtur conforme menti Pontificis, qui, dum voluit licentiam ab Episcopo viciniori obtineri, respexisse videtur personam Episcopalem, & diœcesim Episcopi.

Petes secundo, quid dicendum in casu, quod sedes Episcopalis vacet ob mortem Episcopi, vel ob aliam rationem?

12 Respondetur, licentiam tunc petendam esse à Vicario Capituli; quia sede vacante hic succedit in iurisdictionem Episcopi. Et dum Gregorius requirit licentiam vicinioris Episcopi, vel eius Officialis, intelligendus videtur solum respectu loci nullius diœcesis, non verò respectu loci alicuius diœcesis, cuius Episcopalis sedes vacet.

Petes tertiò, An licentia requiratur expressa, & non sufficiat tacita?

13 Respondetur affirmatiuè; patet ex dictis *suprà*, ex Bulla Gregorij XIV. ibi: *sine expressa licentia, &c.* quapropter minus rectè dixit Gambacurta *lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 7. sufficere taciram.

Petes quartò, an Episcopus, vel eius Officialis renuens concedere facultatem extrahendi in casu, in quo confugiens ad Ecclesiam priuilegio immunitatis gaudere non debet, incurrat excommunicationem præsentis Bullæ Gregorij XIV.

14 Respondetur, quod (licet Gambacurta *lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 3 affirmet) negandum tamen sit; quia quamuis Episcopus, postquam cognouerit confugientem ad Ecclesiam non gaudere priuilegio immunitatis ex eo, quod commiserit delictum exceptum, debeat facultatem Reum extrahendi concedere, non tamen facultatem istam denegando, excommunicationem incurrit, cum hæc imponatur ob violationem immunitatis, quam hic, & nunc Episcopus non violat, sed potius nimis seruare prætendit.

SECTIO II.

An possit iudex laicus confugientem ad Ecclesiam in casibus exceptis ex illa extrahere sine expressa licentia Episcopi?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non potest sine sacrilegio & censura reseruata sine licentia Episcopi, vel eius officialis extrahere; secus est illis culpabiliter in casibus exceptis consentire nolentibus.*

2 *Iudex secularis, donec non fuerit cognitum an delictum sit de exceptis, non potest ad proprios carceres Reum ita extractum ducere, sed debet interim eum custodire in carcere Ecclesiastico.*

3 & 4 *Iudex laicus etiamsi notoriè constet delictum esse de exceptis, adhuc non potest propria auctoritate sine Episcopi licentia attenta Constitutione citata Reum extrahere. alioquin sacrilegium committit, & excommunicationem ipso facto Papæ reseruatam incurreret; & Reus Ecclesiæ restituendus erit.*

5 *Notorium regulariter relenat ab onere probandi; secus tamen est quando probatio requiritur pro forma.*

6 *Publicatio resignationis Beneficij est facienda; licet notoria sit resignatio.*

7 *Reus extractus ab Ecclesia non seruatis seruandis etiamsi confessus fuerit se delictum exceptum commisisse, adhuc est restituendus Ecclesiæ, ob non seruatam formam Gregorij.*

8 *Iudex ex recepta consuetudine aliquibus in locis legitimè præscripta potest in casibus tamen exceptis sine licentia Episcopi Reum extrahere à loco sacro.*

9 *Ecclesia videtur in tantum posse Reum defendere, in quantum gaudet immunitate, qua si non gaudeat, non est cur ipsum defendat.*

10 *Ecclesia non est locus exemptus à iurisdictione laicali in casibus exceptis, qui eius immunitatem non concernunt; sed solum in casibus non exceptis.*

11 *Iudex secularis nec licite, nec valide potest iudicium exercere, nec sententiam ferre in Ecclesia.*

EX dictis sequitur, quod non possit (absque 1
eo quod sacrilegium committat, & censuram Gregorij XIV. reseruatam contrahat) iudex laicus confugientem ad Ecclesiam in casibus exceptis, ab illa extrahere sine expressa licentia Episcopi, 2
vel eius officialis (id est Vicarij generalis, vt *ex Clement. II. de rescript.* dicebam *sect. precedenti num.* 4.) quamuis si Episcopus, vel eius officiales in tali casu requisiti, culpabiliter noluerint consentire, possit iudex laicus Reum è loco sacro extrahere, & in carcere Ecclesiastico reponere, quousque per Episcopum, vel eius superiorem,

vtrum Reus gaudere debeat immunitate, cognitum fuerit; Numquam tamen poterit iudex sæcularis Reum ad proprios carceres interim transferre, ibique condemnare. Vide citat. Constitutionem Gregorij XIV. & Farinacium *in append. de immunit. cap. vlt. num.* 359. Mar. Ital. *libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *& seqq.* Genuensem *in praxi cap.* 17. Bonacinam *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 7. *n.* 3. Scott. *Theor.* 386. Ambrosin. *de immunit. cap.* 11. *num.* 1. *& cap.* 14. *per totum*, Dianam *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 42. & Lezanam *ver. immunitas Eccles. num.* 28.

Et hoc, quod modò dixi, quod scilicet non possit Iudex laicus confugientem ad Ecclesiam in casibus exceptis, ab illa extrahere sine expressa licentia Episcopi vel eius officialis (si loquamur attenta Constitutione Gregorij XIV. quæ, vt dicebamus, ex probabiliori sententia Doctorum vbique obligare videtur; etsi nonnulli Doctores 3 (inter quos Curtellius *lib.* 1. *de immunit. Eccles. quæst.* 1. *num.* 50. *& quæst.* 14. *num.* 3. *& seqq.*) negent illam obligare in Portugallia, in Hispania & quibusdam aliis locis, ex eo, quod ibi non sit vsu recepta) certum, & indubitatum videtur, etiam si notoriè constet, Reum confugientem ad Ecclesiam delictum exceptum commisisse; quia adhuc seruanda est forma dictæ Constitutionis Gregorij XIV. quod scilicet Episcopus debeat prius cognoscere, an Reus confugiens ad Ecclesiam commiserit delictum exceptum, & postea 4 Curiæ sæculari illum resignare; alioquin extrahentes sacrilegium committent, excommunicationemque ipso facto Papæ reseruatam incurrent; & Reus Ecclesiæ restituendus erit.

5 Ratio; quia, licet notorium regulariter releuet ab onere probandi, *cap. manifesta, & cap. seq.* 112. *quæst.* 1. *cap. euidenter de accusat. cap. vestra, de cohabitat. cler. & mulier. & l.* 1. *ff. ex quibus causis maiores*, & docent ex communi Farinacius *q.* 116. *num.* 66. & Curtell. *in Cod. Siculo ad legem Martini nota* 50. *num.* 7. id tamen non releuat, quando probatio requiritur pro forma.

Atquè sic docent Sarnesis *in regula de publicandis resignationib. quæst.* 9. Parisius *de resignat.* 6 *beneficij, lib.* 11. *quæst.* 6. *num.* 81. (qui dicit esse communem, & propterea ait à simili publicationem resignationis beneficij esse faciendam, licet notoria sit resignatio) Genuensis *in prax. cap.* 22. *num.* 5. Riccius *part.* 5. *collect.* 1792. Lazar. *tract. de blasphem. quæst.* 5. *n.* 71. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 6. *num.* 154. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 16. *num.* 31. Chartarius *decis. crimin.* 46. *num.* 87. Ciarlinius *in controuers. forens. libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 22. *num.* 359. Megalius *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 1. *num.* 31. Rayner. *in Catal. censur. cap.* 9. *excom.* 31. *notab.* 3. Zipæus *libr.* 3. *de immunit. Eccles. num.* 12. Ambrosin. *de immunit. cap.* 116 *num.* 1. Simon Rao *in respons. ad dubia super immunit. Eccles. fol.* 27. citans Cynum Auferium, Vulpellum, & Siluestrum; Peregrinus *de immunit. cap.* 14. *num.* 6. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 14. Remigius *de immunit. Eccles.* 9. *fin.* & Suarez *in prax.* 1. *part. tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 16. (ità vt 7 & subdant hi vltimi Doctores, quod etiamsi Reus ipse postea confessus fuerit se delictum exceptum commisisse, restituendus adhuc Ecclesiæ sit: quia adhuc in extractione forma Constitutionis Gregorij XIV. seruata non fuit; & Ecclesia spoliata ante omnia restitui debet, cap. conquirente, & cap. item cùm quis, de restitutione spoliatorum) quamuis contrarium teneant Couar. *lib.* 2. *var. c.* 20. *n.* 18. Clarus *lib.* 5. *q.* 30. *§. fin. n.* 20. Decian. *lib.* 6. *c.* 29. *num.* 4. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *n.* 75. retractans tamen seipsum *in appendice loc. suprà cit.* Boërius, *decis.* 109. *num.* 2. Acugna *in decret. Gratiani part.* 1. *dist.* 87. *cap.* 6. *num.* 7. Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part.* 4. *num.* 10. Guillelmus de Benedictis *in repet. cap. Raynutius, ver. & vxorem, num.* 444. Gambacurta *libr.* 6. *cap.* 14. *& libr.* 8. *cap.* 10. Villadiego *in Polit. cap.* 3. *num.* 238. Guido Papa *decis.* 121. *num. num.* 1. Sarpus *de iure Asylorum, cap.* 6. *fol.* 61. 62. *&* 67. Iustus Oldesob. *in pract. crimin. tit.* 3. *cant.* 17. *num.* 3. Martinus del Rio *disquis. Magicar. libr.* 5. *sect.* 7. *vers.* Capisortiarios, Carasc. *ad recopilat. cap.* 3. Heuia *part.* 3. §. 12. *num.* 57. Bellug. *in specul. Princip. rubr.* 11. §. *sed quia lit. I*, Bobadilla *libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 94. Curtellius *de immunit. Eccles. libr.* 1. *quæst.* 1. *num.* 50. *& q.* 14. *num.* 3. & Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. quorum tamen aliqui loquuntur ante Cõstitutionem Gregorij XIV. aliqui autem, licet loquantur etiam post illam, id asserunt, quia prætendunt, dictam Constitutionem Gregorij XIV. quoad hoc, vel non esse vsu receptam; vel dato, à principio fuerit vsu recepta, nunc contra ipsam legitimè esse præscriptum; quod, an sit alicubi verum, viderint ipsi, qui id affirmant; quia si ita est, non audeo id ibi damnare, sicuti dicebam etiam *dubit.* 6. *dubit.* 24. *sect.* 5. *&* 8. *dubit.* 26.

At (si loquamur, Constitutione Gregorij XIV. 8 præcisa, vel alicubi ea à principio non vsu recepta vel licet à principio fuerit vsu recepta, modò ibi legitimè præscripta) probabile est etiam oppositum, quod scilicet possit Iudex secularis in casibus clarè exceptis Reum sine expressa licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo ab Ecclesia extrahere, saltem ex recepta sic quadam consuetudine; Atque ita docent Abb. Ancharan. Bart. & alij, quos refert, & sequitur Boërius, *decis.* 109. *num.* 1. *&* 2. Couar. Clar. Suar. Curtellius Sarpus *in locis supra cit.* Guido Papa, *decis.* 121. Fagundez *in Decal. tom.* 1. *libr.* 5. *cap.* 1. *num.* 22. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 4. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *num.* 75. & Azeued. *libr.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 29. idquè ex eo, ne Ecclesiastici faciant interim Reum aufugere; & quia Ecclesia in tan- 9 tum videtur, quod possit defendere Reum, in quantum ille gaudet immunitate, ergo si non gaudet, non est, cur eum defendat.

Neque obstat, quod Ecclesia sit locus exemptus à iurisdictione laicali (vti probat Tuschus *ver. Ecclesia concl.* 5. *num.* 10.) quapropter non possit iudex laicus ibi Rei capturam (quæ est actus iurisdictionis) exercere.

Respondetur enim, quod Ecclesia non sit lo- 10 cus exemptus à iurisdictione laicali in casibus exceptis, qui eius immunitatem non concernunt; sed solum in casibus non exceptis, vbi colligitur ex *cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. *verb. etiam ipsa Ecclesia*; vbi habetur, quod Ecclesiæ sint in territorio Principis secularis; quod saltem intelligi debet circa casus eius immunitatem non concernentes; quamuis non possit ibi Iudex secula- 11 ris, nec licitè, nec validè iudicium exercere, vel sententiam ferre, vti statuitur *in cap. decet*,

§. *Ordina*

§. ordinarij de immunit. Eccleſ. in 6. ibi : *Proceſſus Iudicum ſecularium, ac ſpecialiter prolata ſententia in eiſdem locis* (ſcilicet Eccleſiis) *omni careant robore firmitatis.*

SECTIO III.

An, & quid dicendum ſit de iure communi?

SVMMARIVM.

1 *De iure communi probabilius eſt quod Iudex ſecularis non poſſit in caſibus clare exceptis Reum ſine licentia Epiſcopi, ſeu inconſulto Epiſcopo ab Eccleſia extrahere.*

2 *Tam in lege ciuili quam canonica prohibetur Poteſtatibus ſecularibus inuitum ab Eccleſia extrahere captata ſacerdotis abſentia.*

3 *Neque de iure Canonico permittitur in caſibus exceptis Reum Curiæ ſeculari tradi, niſi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali.*

4 *Item de iure canonico datur facultas iudici ſeculari reddendi Eccleſiæ Reum extractum ſine conſenſu ſacerdotis, quod etiam procedit in publico latrone.*

5 *De iure caſareo ſi maritus inuenerit in Eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum Vxore ſua loquentem, debet ambos Defenſori Eccleſiæ tradere, vt ſeruentur, donec ſecularis iudex, qui de hoc cognoſcere debet inquirat Epiſcopum, vt illos ipſi tradat.*

6 *De iure Caſareo licet Reus per iudicem laicum poſſit, ſi cum armis ad Eccleſiam confugerit inde extrahi, non tamen poterit inconſulto Epiſcopo.*

7 *Captura Reorum eſt actus iuriſdictionis, qui in Eccleſia, vt potè de alieno Territorio, à iudice laico exerceri non poteſt.*

8 *Crimina excepta ab Eccleſia non proteguntur, non tamen Rei in ipſa poſſunt capi, ligari, & extrahi ſine licentia Prælati Eccleſiaſtici.*

9 *Licentia licet regulariter peti debeat ex illo, à quo negari poteſt, tamen debet peti à iudice Eccl. qui illam negare non poteſt, ne generetur confuſio.*

10 *Epiſcopus non poteſt denegare licentiam Regularibus prædicandi in ſuis Eccleſiis, & tamen illam ab eo petere debent; & ex Tridentino ſufficit petita, & non obtenta.*

11 *Prælatus Religionis ſaltem de iure communi, non poteſt ſuis Religioſis negare licentiam tranſeundi ad Religionem ſtrictiorem & tamen illam ab eo petere debent, & ſufficit petita, & non obtenta.*

12 *Damnatur capitulum 75. Alphonſi Regis in Sicilia de indebita extractione Reorum contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

13 *Reus dum non conſtat an immunitate gaudere debeat nec ne, non poteſt per Iudicem laicum extrahi ſine Epiſcopi licentia.*

1 REſponderur, dixi, præciſa Conſtitutione Gregorij XIV. probabile eſſe, quod poſſit iudex ſecularis in caſibus clarè exceptis, Reum ſine expreſſa licentia Epiſcopi ex Eccleſia extrahere, ſaltem ex recepta ſic quadam conſuetudine; quia ſpectato iure communi etiam probabilius eſt, quod non poſſit iudex ſecularis in caſibus clarè exceptis Reum ſine expreſſa licentia Epiſcopi, ſeu inconſulto Epiſcopo, ab Eccleſia extrahere; quod & docet Salicetus *in l. ſi quis ei n. 6. Cod. de adulter.* Belluga *in ſpecul. princip. rubr.* 11. 2
§. & quia num. 27. & probatur, quia *in cap. frater.* 17. *q.* 4. prohibetur Poteſtatibus ſecularibus inuitum ab Eccleſia extrahere, captata Sacerdotis abſentia; ergo ſignum eſt, quod requiratur ſacerdotis præſentia, & conſenſus; in idem eſt ſenſus *cap. inter alia de immun. Eccleſ.* & in cap. id conſtituimus, *in cap. Reum*, non permittitur in caſibus exceptis Reum Curiæ ſeculari 3
tradi, niſi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali (qua de re vide etiam Doctores, quos refert, & ſequitur Decian. *lib. 6. cap. 29. num. 6.*) Ergo; ſi Curia ſecularis tenetur hoc iuramentum præſtare, priuſquam Reus ſibi tradatur, ſignum eſt, quod non poſſit inconſulto Epiſcopo (in cuius manibus iuramentum præſtare tenetur) Reum ab Eccleſia extrahere; & *in c. definiuit. 17. q. 4.* datur facultas Iudici ſeculari reddendi Eccleſiæ Reum extractum ſine conſenſu ſacerdotis; ergò è contrario ſignum eſt, quod denegetur facultas extrahendi eum ſine conſenſu illius; vbi Archidiaconus, & alij notant, hoc procedere etiam quoad publicum latronem, & ſic quoad caſus exceptos; Et in *Authent. ſi quis, Cod. ad leg. Iul. de adulter. in §. fin.* ſtatuitur, quox ſi 5
maritus inuenerit in Eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum vxore ſua loquentem, debeat ambos defenſori Eccleſiæ, vel aliis clericis (vt ſeruentur) tradere, donec ſecularis Iudex, qui de hoc cognoſcere debet, requirat Epiſcopum, vt illos ipſi tradat; Quod etiam probatur *ex Auth. vt liceat matri, & auia coll. 8. tit. 18. num. 117. cap. 15.* ibi : *donec index hoc cognoſcens mittat ad Epiſcopum Quitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum ſecundum leges, qua interdicunt adulteros à ſanctiſſimis Eccleſiis vindicari;* & ex *Authent. de mandat. Princip. §. ſed neque*, ibi *Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles Eccleſiarum defenſores, & œconomi.* Et *ex l. pateant in fin. Cod de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi Imperator, licet ſtatuerit, confugientem ad Eccleſiam cum armis, ſi monitus arma non depoſuerit, inde extrahi poſſe; voluit tamen, id iuconſulto Epiſcopo fieri non licere; & reddit rationem, ne ſcilicet, ſi multis paſſim id liceat, confuſio generetur; Et licet ibidem Imperator requirat ſimul cum conſenſu Epiſcopi conſenſum Iudicum ſuorum, id tamen nihil obſtat; quia in materia immunitatis, præſertim contra ſacros Canones, ſtatuere nihil poteſt; Sufficit tamen nobis per dictum textum demonſtrare, quod etiam de iure Ciuili Imperatores voluerint; confugientem ad 6
Eccleſiam, inconſulto Epiſcopo inde extrahi non poſſe. Et ratio eſt; quia captura Reorum eſt actus 7
iuriſdictionis, qui in Eccleſia vtpotè de alieno territorio, à iudice laico exerceri non poteſt, ex *l. extra territorium, ff. de iuriſdict.* & *ex cap. 2. de Conſtitut. in 6.* Eccleſia enim (vt latè probant Tuſchus *loco ſupra cit.* Carolus de Graſſis *effect. 1. num. 617.* Farinacius *conſil. 214. num. 3. lib. 3.* &

ibid Iason *num.*72 Francus *cap. sciant cuncti, de elect. in 6 n.6.* addens, *Quantumcumque lex correctoria sit,* Hostiensis *in c. penult in fin. qui filij sint legitimi,* & ibid. Io. Andreas, *num.*5. Anton. *n.*9. Ancharan. *nn.*5. Abb *num.*5. & 6. Henricus *n.*10. Alexander de Neuo *num.*7 Præpositus, *num.*3 Castill. *leg.*40 *Tauri, nu* 14. Couar. 4. *decret. p. ri c. 6. n.*12 Petz *lib.*5. *Ordin. tit. lib.*1. *fol.*39. *col.*1. Gratianus, *regul.*111. *num* 6 Flaminius *de resignat. benef. lib.*11. *q* 2. *num.*17. Azeued. *lib.*5. *recopil. tit.*1. *l.*2. *n.*4 & Sanchez *de matrim. lib.*3. *disp.*1. *num* 8.

Itē extendenda est, quando est lata (vt etiā in casu nostro) in fauorē Ecclesiæ gl *in cit. sciāt cuncti, ver. alios,* & ibid Dominicus, *n.*6. Francus *n.*6 & Lessius *de iust. & iur. libr* 2 *cap.*5. *Dubitat* 4. *num.*22. vbi ex Suarez excommunicationem in *cap. conquesti, de sent. excommun,* latam contra infringentes, & spoliātes Ecclesiam, extendit contra comburentes (licet comburens non sit propriè infringens, & spolians) quia lata est in fauorem Ecclesiæ. 20

Item extendenda est, quando (vt etiam in casu nostro) lex, licet secundariò sit odiosa, & pœnalis, primario tamē est fauorabilis; quia tunc simpliciter est fauorabilis, & sic extendenda; cùm dispositio ex primario fine attendenda sit; *gl in cap. si propter, de rescript. in 6. vers. primi anni* (vbi Constitutionem illam fructus vacaturos Episcopo mortuo reseruantem, appellat fauorabilem; quia principaliter edita est in fauorem Episcopi, vt debita persoluat; quamuis redundet in damnum illorum, quibus fructus obuenire debebant) ibidem Dominicus *num.*9. & Francus *num.*6 Item *gl. in cap. sciant cuncti de election. in 6. ver. alios,* ibid. Dominicus, & Francus *in fin.* Item Bartol. *in l. qui exceptionem, num.*2. *de condict. indeb.* ibid. Albericus *num.*1. & Salicetus, *nu.*1. Idem Bartol. *in l. si quis nec causam, num.*6. *ff. si certum petat.* & ibid Paulus *nu.*4. Felin. *in cap.*4. *de sponsal. num.*14. *& in cap. non dubium, de sentent. excommunic. num.*2. adducens textum *in cap.*2. *§. statuimus de decimis in* 6. ibi: *Cùm non sit dicendum affirmum, sed potius, ac benegnum;* Item Siluest. *ver. Interpretatio in fin.* Couar. *var. resol. lib.*1. *cap.*11. *num.*5. Flaminius *de resignat. beneficior. lib.*12 *q* 2. *num.*23. *& seqq.* Mandosius *regul.*10. *de Annali, q.* 3. *n.*7. Alphonsus Moditius *in §. lex e, Instit. de iur. gentium, dub.*21. *num.* 4. docens, quod excommunicatio in *cap. si quis suadente,* 17. *q.*4. (licet pœnam cōtineat) non pœnalis, sed fauorabilis sit, atque adeò extendenda; ex eo, quod principalis intentio disponentis ibi fuerit fauor clericatus; Item Merolla *to.*1. *disp.*6. *cap* 6. *dub.*1. *num.*14. in terminis dicens, quod leges latæ pro defensione immunitatis Ecclesiasticæ (etiāsi pœnas infligant (fauorabiles sint; & inter priuilegia computari debeāt; Quapropter Constitutio Gregorij XIV cùm principalis intentio Pontificis ibi fuerit fauor Ecclesiæ, & Reorum ad illam confugientium, dicendum est, quod (licet pœnas in extrahentes inferat) non odiosa, sed fauorabilis sit, atque adeò extendenda. 21 22 23 24 25

Quarta Probatio.

Quartò probatur; quia Reus dum in Ecclesia existit, non potest vinculis alligari, vel alio quocúque modo vexari, *l. presenti Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* (vbi indefinitè præcipitur, ne ei requies denegetur) & *cap. id constitutum.*17. *q.*4. (vbi præcipitur, ne ad mortem vel ad aliquā pœnā corporalē dānetur, sed de morte, debilitate, & omni pœnarū corporaliū genere securus sit) & *c. definimus,* 17. *q.*4. (vbi præcipitur, ne ei aliqua vis, nocibilitas, vel damnum inferatur Ergo multò minus poterit, dum in Ecclesia existit, ibi occidi. Vide, quæ dicebantur *supra dub.* 27. *& seqq. vsque ad* 31. 26

Quinta Probatio.

Quintò probatur; quia quotiescumque est opinio hinc, & inde probabilis, opinio illa amplectenda est, quæ facit pro Ecclesia, cùm in dubio fauendum sit Ecclesiæ (vt omittam, quod in dubio fauendum sit etiam Reo) *cap. fin. de sent. & re iudicata, l. sicut personæ, ff. de relig. & sumpt. funer.* & docet Iason *in l. filiusfamilias, §. diui, n.*28. & *in rep. et num.*110 *ff. de legat.*1 Felin. *in cap.*1. *num.*104. *de Constitut.* Decian. *lib.*3. *cons.*80. *n.*12. Hondedeus, *lib.*1. *cons.*3. *num.*24. Bellettus *in disquis. cleric. par.*1. *tit.*6. *§.*4. *num.*13. Maynardus *de priuilegiis Eccles. par.*2 *art.*22. *num.* 61. Riccius *in prax. par.*2. *resol.*42. *num.*2. Diana *par.*1. *tract.*2. *resol.*7. Io. Solorzanus *de Indiarum iure, to* 1 *lib.*2. *cap.*24. *num.* 39. Fatinac. *in append. de immunit. cap.*8. *num.*123. *in fin.* Maranta *par.*2. *resp. cons.*36. *num.*11. *& resp.* 51. *num.* 12. Giurba *consil.*10. *num* 25. *in fin.* Guazzinus *defens.*20. *num* 20. & Sperellus *decis.*60. *num.*13. Vide etiam quæ dicentur *infra dub.*46. 27

SECTIO II.

Difficultates in oppositū, earūq; solutiones.

SVMMARIVM.

1. *In Constitutione Gregoriana quando excipiuntur casus ob quos est licita extractio, apponitur particula taxatiua (tantum) qua non apponitur quando pœna statuitur.*
2. *Ecclesia violatur si Iudex existens extra illam emisso iaculo occidat Reum in ea manentem.*

OBiicies primò, si nostra Responsio affirmatiua vera esset, sequeretur, quod, dum *in c. inter alia de immunit. Eccles. & in Constitutione Gregorij XIV.* excipiuntur propter grauitatem suam, ne gaudeant immunitate quidam casus, intelligerentur excepti alij à paritate, vel saltem à maioritate, & identitate rationis, sed hoc est contra id, quod *supra dub.*24. *sect.*3. dicebamus, ergo. 1

Respondetur, nego sequelam maioris; quia dum in cap. inter alia, & in Constitutione Gregorij XIV. excipiuntur ab immunitate quidam casus, apponitur ibi particula taxatiua ly *tantum* quæ non apponitur in casu nostro, vt v.g. dicatur: Excommunicati sint extrahentes tantum; Quapropter retorquetur argumentum.

Respondetur secundò (dato, quod quando in iuribus citatis excipiuntur propter grauitatem suam ab immunitate quidam casus, non excipiantur ibi cum particula taxatiua ly *tantum,* sed simpliciter) adhuc nego sequelam maioris, & do disparitatem ex singulis rationibus *supra* adductis, præcipuè ex tertia.

Obiicies secundò, non violatur Ecclesia, si Iudex extra Ecclesiā existens, Reipublicæ perturbatorē in Ecclesia existentem, quem capere non potest, emisso iaculo occidit; cùm actum debitum & iure sibi concessum exerceat, & sic vtatur iure suo, vt dicit Henriquez in summa *lib.*4 *cap.*17. *n.*4. *in fine;* ergo. 2

Respondetur, nego antecedens, & antecedentis probationem; cùm quoad hoc, minus rectè locutus sit Henriquez, teste Fegūdez eiusdē Societatis Iesu *in Decalog. to.*2. *lib.*6. *cap.*3. *n.*14. Vide, quæ dicebantur *supra dubit.*19 *sect.*7.

DVBI

DVBITATIO XXXVIII.

An à cenſura tali, caſu quod contracta fuerit, poſsit ſolum abſoluere Pontifex, vel etiam poſsit Ordinarius, & ſic de illius facultate quilibet Confeſſor.

SECTIO I.

Dubitationis reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius probabiliter, & de illius facultate, quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere à cenſura incurſa propter Rei extractionem; quia nullibi reperitur Pontifici reſeruata.*

2 *Multò magis, ſi delictum fuerit occultum.*

REſpondetur, quod probabiliter poſsit etiam Ordinarius, & ſic de illius facultate quilibet Confeſſor, facta reſtitutione, & ſatisfactione ab eo, qui cẽſuram contraxerat, modò eam præſtare poſsit iuxta regulas, quas tradunt Doctores in tractatu de cenſuris in communi. Probatur; quia nullibi talis cenſura repetitur Pontifici reſeruata; ergo conceditur etiam Ordinario, & ſic de illius licentia cuilibet Confeſſori, ex *textu in cap. nuper de ſent. excomm.* & docent Genuenſis *in prax. cap. 22. num. 3. & ſeq.* Bonac. *diſp. 3. q. 7. de immunit. punct. 6. num. 8.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 2. alleg. 51. caſ. 3. n. 72. in impreſſione Romana*, Gratian. *in diſcept. com. 3. cap. 414. num. 12.* Graff. *tom. 1. lib. 3. conſil. vnic. n. 29. in fin. de immunit.* Megal. *in 3. part. lib. 4. cap. 2. reſol. 333. num. 1.* Bellett. *in diſquiſit. Cler tit. de fauore Cleric. §. 4 num. 39.* Rainer. in Catal. *cenſ. cap. 9. excomm. 31.* Macerat. *reſol. 15. lib. 3.* Riccius *in praxi, part. 2. reſol. 333.* Curtellius *de immun. Eccleſ. lib. 1. q. 41.* Naldus, *ver. caſus reſeruatus, num 1.* Homobon. *de exam. Eccleſ. part. 2. tract. 11. cap. 12. q. 26. ſuppoſ. 3.* Marius Anton. *var. reſol. lib. 3. reſol. 15.* & Zipæus *lib. 3. tit. de immunit. Eccleſ. num. 13.* contra Farinacium *in append. de immunit. cap. 20. n. 315.* Graffium *in conſil. vnic. de immunitate*, Filliucium, *tom. 1. tract. 15. cap. 6. n. 155.* Barboſam *de iure Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. num. 167.* Marantam *in controuerſ. iur. part. 2. reſponſ. 36. n. 14.* Dian. *part. 6. tract. 1. reſol. 34.* Scortiam *in Bullar. Epitom. 152. Theorem. 387.* Marium Ital. *de immunit. Eccleſ. cap. 6. §. 2. num. 3.* Theſaurum *in prax. part. 2. ver. immunitas, cap. 1.* Duardum *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. q. 16. num. 19.* Ciarlinium *in controuerſ. forenſ. cap. 10. num. 38.* Lezanam & Peregrinum *de immunit. cap. 15. n. 16.* Ex his ſequitur, quod à fortiori poſsit Epiſcopus, aliuſve Confeſſarius ab ipſo ſpecialiter deputatus ab hac cenſura abſoluere, ſi delictum ſit occultum. ex decreto Tridentini Concilij *ſeſſ. 24. cap. 6.* iuxtà ea, quæ dicebam *lib. de parlamentis dubit. 4. ſect. 19. ſubſect. 34. & 35.* & dicam *cap. vlt. dubit. 28. 69. 81. & 82.*

SECTIO II.

Difficultates in oppoſitum, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Offenſa Eccleſiaſtica libertati facta, eſt reſeruata per extrauag. Pauli II.*

2 *Nomine libertatis Eccleſiaſtica non venit Immunitas, ſi quidem libertas refertur ad Perſonas, immunitas autem ad locum.*

3 *Cenſuræ latæ contra violatores libertatis Eccleſiaſtica, non extẽdũtur ad violatores Immunitatis.*

4 *In Decreto Clementis VIII. aliquantulum poſtea moderato à Paulo V. prohibetur quibuſcumque Confeſſariis, ne abſoluant in caſibus in Bulla Cœnæ ſiue claris, ſiue dubiis tã Iuris, quam facti.*

5 *Item ab iis, quos ſibi ſpecialiter reſeruant Epiſcopi.*

6 *Item à ſex aliis, inter quos numeratur violatio Immunitatis Eccleſiæ in terminis conſtitutionis Gregoriana. ſed ibi eſt ſermo in ordine ad Regulares, non autem in ordine ad Ordinarios.*

7 *In Bulla Cœna fertur cenſura reſeruata contra violatores non quidem Immunitatis, ſed libertatis Eccleſiaſticæ, & non cuiuſcumque libertatis, ſed ſpecialis.*

8 *In Conſtitutione Gregoriana ſolum expreſſè renouantur cenſuræ, & non expreſsè renouatur earũ reſeruatio, quapropter non manent reſeruatæ.*

9 *Reſeruatio vtpote pœnalis, nunquam adeſſe cenſetur, niſi expreſsè facta fuerit.*

10 *Relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*

11 *Relatum non eſt in referente, quando qualitas relati acquirit ſpecialem mentionem, prout eſt abſolutio, quæ debet expreſſe reſeruari Papæ.*

12 *Curiæ Romanæ Stylus, & Cardinalium declarationes, quando nam dari debeat abſolutio.*

13 *Et quomodo?*

OBiicies, in Extrauag. Pauli II. de pœnit. & remiſſ. *cap.* 3. inter caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos apponitur offenſa Eccleſiaſticæ libertati facta; Ergo.

Reſpondetur, concedo antecedens: at nego conſequentiam, & retorqueo argumentum; quia, cùm ibi ſolum reſeruetur generaliter violatio libertatis Eccleſiaſticæ, ſub qua in rigore immunitas nõ comprehenditur (ſiquidem libertas refertur ad perſonas, immunitas autem ad loca) conſequens eſt, quod cenſuræ latæ contra violatores libertatis Eccleſiaſticæ (vtpotè pœnæ) non extendantur ad violatores immunitatis; Qua de re Couar. *2. var. c. 10. num. 1.* Villagut, *de extenſ. legum, cap. fin. num. 3.* & etiam ipſe Farinac. *in append. de immunit. cap. 1. n. 4.* & ipſe Marius Italia, *de immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 6. §. 2. n. 6 & ſequent.* 1 2 3

Inſtabis, in decreto Clementis VIII. (quod poſteà innouatum, ſed aliquantulum moderatum fuit à Paulo V.) apud Quaranta in Bullario, *ver. caſus reſeruati*, & apud Marium Ital. *cit. cap. 6. §. 2. num. 31.* prohibetur quibuſcumque Confeſſariis, ne abſoluant à caſibus in Bulla Cœnæ, ſiuè claris, ſiuè dubiis, tam iuris, quàm facti. Item ab iis, quos ſibi ſpecialiter reſeruant Epiſcopi. Item à ſex aliis, inter quos numeratur violatio immunitatis Eccleſiæ in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV. percuſſio clerici contra Canonem, *ſi quis ſuadente diabolo*, &c. ergo. 4 5 6

Reſpondetur, quod ibi tantum ſermo ſit in ordine ad Confeſſarios, qui virtute ſuorum priuilegiorum prætendebant, poſſe abſoluere à dictis caſibus, non autem in ordine ad ordinarios; Quapropter cum dictum decretum Clementis VIII. limitatè procedat quoad ſacerdotes inferiores, extendi non debet ad ordinarios, ex vulgata regula *l. in agris, ff. de acquir. rer. dominio.* Et cõfirmatur; quia alioquin exul dicti

dicti decreti Clementis VIII. non posset ordinarius absoluere, neque à casibus dubiis Cœnæ, neque etiam ab excommunicatione ob percussionem clerici, vel leuem, &c. quod falsum est, qua de re vide, quæ *l.b de Parlamentis dub. 4. sect. 19. sub sect. 31. 32. & 35.* diffusè dicebamus.

Reinstabis. In Constitutione Gregorij XIV. infliguntur contra violantes immunitatem Ecclesiasticam omnes censuræ latæ contra libertatis Ecclesiasticæ violatores; sed in Bulla Cœnæ fertur cēsura reseruata contra istos, ergo etiam fertur contra illos; Ita Peregrinus,& Scortia in *locis supra cit.*

Respondetur, quod in Bulla Cœnæ feratur censura reseruata contra violatores, non quidem immunitatis, sed libertatis Ecclesiæ,& non cuiuscumque libertatis, sed specialis, vt si quis statuat, seu statuta condat vel quædam alia ibi expressa operetur contra libertatem Ecclesiasticam, non item, si quomodocumque alio modo operetur contra libertatem,& præsertim immunitatem Ecclesiasticam (de qua non est ibi sermo) vt patet ex *cap. vnic. de his, quæ vi, metusque causa, in 6.& ex cap. fin. de immunit. Eccles. in 6.*& docet ex Vgolino, Gratiano,& aliis nouissimè Fontanella *to. 1. decis. 201. num. 38.*& nos dicebamus *cap. 16. dubit. 1.* Adde quod (licet in Constitutione Gregorij XIV. infligantur contra violatores immunitatis ibi præscriptæ ipso facto censuræ latæ contra libertatis, iuris, & immunitatis Ecclesiasticæ violatores) illis nominibus, *libertatis, iuris, & immunitatis* idem exprimitur,& claritatis maioris gratia simul apponuntur. Adde secundo, quod esto in Cōstitutione Gregorij XIV. infligantur contra violantes immunitatem omnes censuræ, quæ in Bulla Cœnæ latæ sunt contra violantes libertatem Ecclesiasticam, hinc tamen non sequitur, quod tales censuræ habeant reseruationis qualitatem, quam habet Bulla Cœnæ; quia in Constitutione Gregorij XIV. solum expressè renouantur censuræ,& non expressè renouatur earum reseruatio quapropter non manent reseruatæ; cùm reseruatio (vt potè pœnalis) nūquam adesse censeatur, nisi expressè facta fuerit, *cap. nuper de sent. excommun.* & ex alio capite relatum in referente non includatur expressè, sed tacitè, *cap. fenult. de iureiurando*; Vnde, quamuis relatum includatur in ferente cum omnibus suis qualitatibus (vt ait Bart. *in l. ff. si familia furtum fec.*& habetur in *l. 1. ff. de arbitris*) tamen quando qualitas relati requirit specialem mentionem, prout est absolutio, quæ debet expressè reseruari Papæ, *cit. cap. nuper, de sent. excommun.* non includitur in dispositione referente, *cit. cap. fenult. de iureiurando.*& docet Gambarus *de auctoritate legati. in princip. num. 35.*

Vrgebis, ita fuit Romæ declaratum, vti testantur Farinacius, Maranta, Diana, Thesaurus, Lezana,& Peregrin. *in locis supra citatis*, ergo.

Respondetur, quod talis declaratio non constet authenticè, faciat tamen opinionem nostræ contrariam satis probabilem, quin consulendam vtpotè tutiorem in praxi; præsertim, cum eam sequatur stylus Pœnitentiariæ,& Curiæ Romanæ; quapropter Cōgregatio Immunitatis fertur 1631. 16. Iunij ita ad Vicarium generalem Capuæ respondisse: *Non essendo permesso all' Ordinary senza facoltà expressa di questa santa sede d'assolvere l'excommunicato per causa di violata immunità, giuri dictione,& libertà Ecclesiastica, per ciò vi donete astenere dal dare in questo assolutione, etiam dio cum reincidentia, madi quanto inciò occorresse, ò dal istessi fosse fatta instanza, ne darete auiso distinto à questa Santa Congregatione, che pigliarà gl' ordini necessary, è che saranno istimati, è di giustitia.*

Vide, quæ *lib. de Parlamentis Dubit. 4. sect. 19. subsect. 35.& supra cap. 14. dubit. 4. sect. 2.* dicebantur.

Cæterum incurrens dictam excommunicationem absoluendus non est, nisi restituerit Reum loco sacro, Doctores, quos citat,& sequitur Farinacius *de immunit. Eccles. num. 311.* & Thesaurus *loc. supra cit.* & declarauit S. Congregatio Immunitatis Eccles. 11. Augusti, 1638. Quæ eadem S. Congregatio declarauit in vna Neapolitana 20. Iunij 1630. & 16. Septembris 1625. quod ex praxi Curiæ Romanæ non absoluitur, saltem in foro exteriori, Iudex laicus, qui Reum extraxerit ab Ecclesia,& pœna capitis damnauerit; Et Congregatio super controuersiis iurisdictionalibus declarauit 7. Septembris 1638. quod Breuia Pœnitentiariæ non suffragentur in foro exteriori, sed in foro conscientiæ, præuia tamen satisfactione in materia violationis libertatis, ac iurisdictionis Ecclesiasticæ.

DVBITATIO XXXIX.

An Reus laicus ad locū sacrum confugiens, Iudici seculari puniendus aliquando tradi possit,& debeat,& qua ratione? Vbi etiam quid dicendum de Episcopo, si extrahendi licentiam indebitè concedat?

SVMMARIVM.

1 *Reus laicus confugiens ad locum sacrum potest etiam in casibus non exceptis tradi à prælato Iudici seculari, recepto tamē iuramento vel fideiussione, de securitate pœnæ corporalis, secus Reo nolente, non obstante impunitatis cautione.*

2 *Immunitas Rei consistit, vt non possit à loco sacro inuitus extrahi,& iudicari.*

3 *Extractio quia in Constitutione Gregoriana explicite conceditur in casibus exceptis, implicite negatur in casibus non exceptis.*

4 *Immunitatis Priuilegium primario est concessum Ecclesiæ, secūdario autem videtur concessum etiā Reo.*

5 *Debent Ecclesiastici, etiam Regulares, contra Ministros iustitiæ secularis Reum defendere, ianuas claudendo, eum abscondendo,& etiam extrahendo ex manibus eorum, si opus fuerit,& censuras iuris contra eosdem intimando.*

6 *Non tamen debent defendere armis.*

7 *Quin, si faciant pœnam irregularitatis incurrent, casu, quod mors, vel mutilatio indè alicui sequatur.*

8 *Possunt tamen Ecclesiæ Pastores, si necessitas expostulet,& sine scandalo fieri possit, vti ad id auxilio,& armis laicorum.*

9 *Debent semper Reum defendere censuris.*

10 *Quapropter in casu, quod Reus gaudet immunitate, si illum Curia seculari tradant, vel extrahendi licentiam concedant, irregularitatem incurrent, si inde extracto mors, vel mutilatio sequatur.*

11 *Etiam si id faciant cum protestatione impunitatis circa corpus illius.*

12 *Non tamen incurrent irregularitatem, si solum non defendant, sed permittant eum extrahi.*

13 *Quamuis contrarium sentiant alij, si loquamur de Ecclesiasticis, qui defendere, & extrahi, non permittere tenebantur ex officio.*

14 *Episcopus indebitè concedens licentiam, in casibus non exceptis Reum extrahendi ab Ecclesia, probabiliter non incidit in censuras, & pœnas Bullæ Gregorianæ.*

15 *Multò*

Digitized by Google

15 *Multò magis non incidit dans licentiam extrahendi nomine proprio pro delictis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus.*

16 *Quomodo sint recipiendi, detinendi banniti, qui non commiserint delicta excepta.*

17 *Prælatus in casibus exceptis potest sine nota irregularitatis, & cẽsura, quin & debet, Iudici seculari Reum puniẽdum tradere, si fuerit requisitus.*

18 *Non tenetur exigere cautionem, qua Iudex secularis promittat, illum non esse puniendum pœna sanguinis.*

19 *Tenetur tamen, non statim ac is captus fuerit, laicæ potestati tradere, sed nomine proprio in carcerem conicere, & detinere, donec ipse, vel ipsius deputatus cognouerit, an is crimen exceptum commiserit.*

20 *Et etiam si alibunde crimen exceptum Reum commisisse, notorium sit.*

1 REspondetur, & dico primò, si simus in casibus non exceptis, (quamuis Silu. *ver. Immunitas*, 3. *n.* 4 Alexander *consil.* 145. *n.* 3 *lib.* 7. Correa *in select. de immunit. part.* 4. *n.* 10. Raphaël de la Torre *tom.* 2. *in* 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. *disp.* 7 *grad.* 8. Villalobos *in summa tom.* 2. *tract.* 59. *diffic.* 8. *n.* 3 Villagut. *de extens. legum, cap. fin. n.* 8. *& seqq.* Azor. 2 *p. lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 10 Peregrin. *de immunit. cap.* 12. *n.* 9. Curtellius *de immunit. Eccles. lib.* 1. *q.* 32. *n.* 24. *& seqq. & q.* 40. *n.* 4. & Suar. *lib.* 3. *cap.* 13 *n.* 4. censeant, quod Prælatus possit, & debeat eum Iudici seculari puniendum tradere; quia sic videtur colligi ex *c. definimus*, 17. *q.* 4. & ibi glossa, Archidiacono, & Turrecremata; obtenta tamen prius cautione de salute Rei, quoad vitam, membra, & omnem pœnam corporalem, iuratoria, si non dubitatur de violatione iuramenti, si verò dubitetur, an Iudex seruaturus sit iuramentum; fideiussoria; sicut in simili colligitur *ex cap. transmissa, de restitut. spoliat.*) contrarium tamen dicendum est in casu, quod Reus nolit tradi, quamuis Iudex secularis quamlibet securitatem præstet de eius impu-
2 nitate. Ratio est, quia immunitas, qua Reus in dictis casibus gaudet, consistit, vt non possit inuitus è loco sacro extrahi, & iudicari, ergo &c. Quod saltem in terminis Constitutionis Gregor. XIV. dubiũ
3 esse non debet; cùm in illa solum in casibus exceptis extractio concedatur; & sic implicitè, seu virtualiter in casibus non exceptis denegetur; maximè, quia in dicta Cõstitutione dicitur esse irritũ, & inane, quod contra actũ fuerit; & ibi Põtifex omnes alias facultates abrogat, & cuncta ad vnã tantũ formã reducit, & moderatur; Quapropter ne immunitas violetur in casibus non exceptis, concurrere debet cõsensus
4 Rei, & cõsensus Ecclesiæ; quia licet priuilegiũ concessum sit Ecclesiæ; primariò tamen concessum est etiam Reo, ita vt ab Ecclesia inuitus extrahi nõ possit. Vide Abb. *in c. inter alia, de immun. Eccles.* Gambacurtã *lib.* 8. *c.* 11 *&* 12. *n.* 4. Bonac. *to.* 2. *disp.* 3. *q.* 7. *punct.* 7. *n.* 3. & Farin. *in appẽd. de immun. c. vlt. n.* 344. Vide quæ dicebantur *supr. dubit.* 26. *in fin. dub.* 32. &
5 Vide etiã Suar. *to.* 1. *de relig. tract.* 2. *lib.* 3. *c.* 8. Sanch. *dub.* 7. Thesaur *in prax. ver. Immunitas cap.* 1 Rodriq. *tom.* 2. *qq. reg. q.* 50. *art.* 3. Sorb. *in addition. ad compẽd. priuileg. Medicant. ver. Ecclesia Fratrum*, & Layman. *lib.* 4. *tract.* 9. *c.* 3. qui subdũt, quod Ecclesiastic. etiam Regulares, debeãt contra Ministros iustitiæ seculares extrahere volẽtes Reũ defendere, ianuas claudẽdo, eũ abscondendo (etsi iã fuerit captus) eũ abstrahendo ex eorũ manibus, & eisdem censuras, ac pœnas contra violatores immunitatis Ecclesiasticæ in iure & Constitutione Gregor. XIV. impositas intimando; quãuis nõ debeãt etiã eum defendere armis (cum Ecclesia nõ sit defendenda more castrorum; &

personis Ecclesiasticis id armis efficere sit prohibitũ sine speciali dispensatione, quæ in casu nostro non cõceditur, & regulariter necessaria nõ est, adeo quod si id armis efficiant, & mors, vel mutilatio alicuius sequatur, irregularitatem incurrant; Thesaur. *supra*; possint tamen ad id interdũ Ecclesiæ pastores auxi- 7
lio & armis laicorum vti, si sine scãdalo id fieri po- 8
test, & grauis necessitas sic expostulat; quia licitum est, vim vi repellere, seruato moderamine inculpatæ tutelæ, & seruatis regulis prudentiæ; Couar. 2. *var. c.* 20. *n.* 18 Remig. *de immunit. c.* 12. Peregrin. *cap.* 14. *n.* 11 Farinac. *in append. c.* 1. *n.* 47. Suar. *sup. n.* 5. & Bonac. *cit. q.* 5. *n.* 1.) sed bene debeant defendere eũ censuris, si scilicet adsit Episcopus, vel alius superior, 9
qui illas inferre possit in seculares, *c. mirer* 11. 7. 4. Sãch. *cit dubit.* 7. & Layman *supra n.* 14. Quapropter si in casibus, in quibus Reus gaudet immunitate Ecclesiæ, illũ Curiæ seculari tradant, seu extrahendi licentiam concedant, irregularitatẽ contrahẽt, casu, quod inde Reo tradito mors, vel mutilatio sequatur; quia Curiæ seculari eum tradendo censentur 10
ipsius morti, vel mutilationi cooperari, Rodriq. & Sorbus in locis supra cit.

Idque ex probabiliori sententia Doctorũ, etiamsi tradant, præmissa cautione, & protestatione impunitatis circa corpus ipsius, quia talis protestatio est 11
cõtraria facto nec iura in tali casu excusant sic operantes, præmissa protestatione, præsertim cum grauiter peccent; Doctores, quos citat, & sequitur Bonacin. *de irregul. disp.* 7. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 19. & Thesaur. *loc. supra cit.* irregularitatem tamen nõ contrahent, si solum non defendant, sed permittant eũ extrahi; Thesaur. ibid. quamuis oppositum sentiat Bonacina quoad Prælatos, ex eo quod hi teneantur ex officio, 12
& sic ex iustitia Ecclesiasticam Immunitatẽ defendere. Sed quod simpliciter, & indistinctè dixi, est adhuc satis probabile; cũ in dicto casu, etiam Prælati, 13
negatiuè solum se habeant, & positiuè nõ influant; quod posterius ad contrahendam irregularitatem iuxta Canones necessarium esse, suo loco probaui.

An autem, si in dictis casibus Episcopus indebitè concedat licentiam extrahendi Reum, contrahat præter irregularitatem, etiam pœnas, & censuras Constitutionis Gregor. XIV.

Respondeo: videtur dicendum ex iis, quæ dice- 14
bantur *dubit.* 26. *&* 35. affirmatiuè, & ità tenent Farinacius, Palaus, & alij, quos citat, & sequitur Thesaur. *in praxi part.* 2. *ver. immunitas, c.* 1. Lezana *eodem ver. n.* 28. & Gambacurta *loc. supra cit.* ex eo, quia in tali casu Episcopus violat immunitatem in Bulla præscriptam: licet alij satis probabiliter negẽt, ex eo, quod illæ latæ sint contra violantes immunitatem per extractionem, consequenter non cõtra Episcopos cõcedẽtes licentiam extrahẽdi; cùm pœnæ nõ sint ampliandæ, sed potius restringẽdæ: Accedit, quod satis probabiliter immunitas Ecclesiarũ introducta est in ordine ad potestatẽ laicã, nõ itẽ in ordine ad Ecclesiasticã, vti dicebã *dub.* 10. *sect.* 12.

At, his nõ obstantibus, est etiam probabile, quod docent Farinac. Palaus, Thesaur. Lezana, & Gambacur. *in locis supra cit.* præsertim in opinione nostra, quam contra Syluestrum, & alios *supra* tradidimus, quod scilicet non possit Iudex Ecclesiast. in casibus non exceptis, quacumque cautione de securitate pœnæ corporalis accepta, tradere Reum Curiæ seculari. Vide, quæ dicebantur *cit. dub.* 26. *&* 35. aduerte tamen, quod etiam satis, quin magis, probabiliter ob rationes suprà dictas Episcopus non incurrat excommunicationem dando facultatem Curiæ seculari Reum ab Ecclesia suo nomine extrahendi 15
pro delictis ad forum Ecclesiasticũ pertinentibus;

quam

quamuis Decianus,& alij ,quos citat Farinacius *in append. c.1.n.32.* contrarium sentire videantur.

61 Aduerte secundò,quod licet banniti, qui nõ commiserint delicta excepta in Constitutione Gregorij XIV. gaudere possint immunitate Ecclesiæ, nihilominus circa eorum receptionem,detentionẽ,& traditionem seruanda sint,quæ ex præscripto S.Cõgregationis Concilii in litteris ad Episcopos , & Nuncios mitti consuetis dixi *dub.11.sect.6.in fine.*

Dico secundo,Si simus in casibus exceptis,Prælatus potest,sine nota irregularitatis,& censuræ,quin
17 & debet,Reum Iudici seculari puniendũ tradere , si fuerit requisitus.quia,cùm tunc immunitas Reo nõ prosit,non est,cur is detineri possit,& nõ tradi; Atque ita habetur in dict.Cõstitutione Gregorij XIV. in qua Prælatis,& Superioribus Ecclesiarũ districtè præcipitur,quod sic delinquentem Curiæ seculari, quãdo à Iudice seculari requisiti fuerint.consignẽt; vbi autem habemus Pontificiam Constitut.non est cur vlteriùs inuestigemus rationem Vide Farin. Dec.Bonac.*q.7.punct.7.n.1.* Suar.& alios.

18 Ex his sequitur,quod Episc.(ante quam delinquẽtem,qui ob aliquod delictum immunitatis priuilegiũ amisit,curiæ seculari trãdat)nõ teneatur exigere cautionem ,qua Iudex secularis promittat delinquentẽ pœna sanguinis nõ esse puniendũ;quia Gregorius in sua Constitutione id non requirit,sed absolutè præcepit Reũ in tali casu tradi. Decian *lib.6. c.29.n.6.* Peregr.*c.16.n.21.* Farin.*de carcer. q.28.n.77.* qui rectè subdunt , hanc cautionem fore superfluam,& inanem; quia curia secularis eam non seruaret propter criminis atrocitatem.

Tenetur tamen Episcopus delinquentem,non statim,ac captus fuerit,laicæ potestati tradere,sed no-
19 mine proprio in carcerem conijcere,& detinere,donec ipse,vel ipsius deputatus cognouerit,an ille delictum immunitate non gaudens commiserit,vti patet ex Gregorij tna,ibi:*Quodque delinquentes laici prædicti postquã vt præfertur,ab Ecclesiis,locisvè sacris extracti,& capti fuerint,ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ reponi,& sibi sub tuto,& firmo carcere,ac opportuna custodia,data illis si opus fuerit,per Curiam secularem ,detineri nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eius deputato, in ipsi verè crimina superius expressa commiserint,tuncque demum de mandato Episcopi per Iudicem Ecclesiasticum Curiæ secularis,quacunque appellatione postposita,consignentur.* Vide Farinacium *in append. c.22.n.367.& seqq.*& Mariũ Italiã *lib.1.c.5.§.14.n.7.*

Ex quo patet,delinquentem non esse tradendum
20 Curiæ seculari,donec Episcopo cõstiterit de perpetrato delicto excepto,etiam si alioquin tale delictũ notoriũ sit, vti dicã *infrà dubit.seq.sect.2.n.3.& seqq.*

DVBITATIO XL.

Quonam modo Reus in casibus exceptis Curiæ seculari tradi debeat?

SECT. I. *Dubitationis Resolutio.*

SVMMARIVM.

1 *Reus(seclusa constitutione Gregoriana)tradi debet à Prælato Ecclesiastico Iudici laico,accepta cautione de non puniendo illo corporaliter.*

2 *Iudex secularis vigore tã cõstitutionis Gregoriana, quã cõsuetudinis hodie nõ tenetur præstare iuramentũ Prælato Ecclesiastico de non puniendo Reũ corporaliter pro casibus exceptis.*

3 *Prælatus Ecclesiasticus ex dicta constitutione non debet requirere in consignatione Rei dictum Iuramentum.*

4 *Traditio Rei ex vi dictæ Constitutionis,fieri debet de mandato Episcopi,aut eius officialis per aliquam Ecclesiasticam Personam ab eo deputatam omni appellatione remota cognito tamen de crimine prius an sit de exceptis.*

5 *Iudex secularis nõ potest in dictis casibus exceptis reũ extrahere sine expressa licentia Episcopi,vel eius officialis,seu Vicarij.*

6 *Ad Iudices Inferiores Ecclesiasticos etiam quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes dare huiusmodi facultatem Reos in casib.ns exceptis extrahendi,non pertinet.*

7 *Si casus contingens in loco exempto,& nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluitur cognitio(vtrum scilicet delictum sit exceptum,nec ne)& non ad alios.*

8 *Episcopus propria auctoritate potest extrahere Clericum sibi subditum ab Ecclesia Vicinioris Prælati nullius Diœcesis,sine licentia Prælati illius Ecclesiæ.*

9 *Iudex laicus, Episcopo vel eius Officiali recusante tradere Reum,potest propria auctoritate in casibus tamen exceptis extrahere ab Ecclesia,quod fieri debet remoto scandalo, & tumultu,& sit extractum in carcere Ecclesiastico custodiæ.*

10 *Nomine Episcopi hic intelligitur verus Episcopus vel eius Officialis,seu Vicarius generalis.*

11 *Si duo Episcopi sint vicini,licentia extrahendi Reum ,qui se recepit in locum exemptum,& nullius diœcesis, petenda est ab Episcopo viciniori qui ad habitationem,modo iste vicinam etiam diœcesim habeat.*

12 *In casu sedis vacantis licentia petẽda est à Vicario capitali.*

13 *Licitia extrahẽdi Reũ requiritur expressa,& nõ sufficit tacita.*

14 *Episcopus,vel Vicarius remouens in loco concedere licentiam extrahendi Reum,non incurrit excommunicationem Constitutionis Gregorianæ.*

RESPONDETVR,quod,secluſa Cõstitutione Gregorij XIV.tradi debet,recepto à seculari Iudice iuramẽto de nõ puniẽdo illo corporaliter; Atq; ita habetur *in c.Reũ,& in c.id constituimus,* 17.*q.*4.quamuis attenta Constitu- 2
tione Gregorij XIV.& etiam attenta consuetudine iam recepta,hoc iuramentum hodie non recipiatur, 3
quin neq;exigatur neq; Iudex secularis illud prẽstare teneatur,sed liberè(ac si ad Ecclesiã nõ confugisset) Reus pro qualitate criminis puniẽdus ipsi tradatur; ex eo,quia fuga ad Ecclesiã in casibus exceptis nihil reo prodesse debet; Atq; ita docẽt Dec.& Ambrosin. *in loc.sup.cit.* Boër.*dec.*109.*n.*8 Far.*de carcer.q.*28.*n.*77.

Traditio autem hæc ex vi Constitutionis Gregor. 4
XIV.fieri debet de mãdato Episcopi,aut eius officialis(id est Vicarij generalis,vt *ex C emẽt.* 2.*de rescript.* &glossa ibi *ver.officialis* benè docet Sanch.*de matrim. lib.*8.*disp.*27.*n.*29.per aliquam Ecclesiasticã personã ab eo deputatã,*omni appellatione remota,*cognito tamẽ prius per Episcopũ , vel per personam,ab illo deputatã,an reus verè crimẽ exceptum commiserit. Quapropter Iudex secularis nõ poterit in dictis casibus 5
exceptis reũ extrahere sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis,seu vicarii,& sine interuentu personæ Ecclesiasticæ ab eo auctoritatem habentis; 6
ad quos solos(& non ad alios Episcopis inferiores, vt Abbates locorum Regularium Superiores,cæterosque Ecclesiarum secularium Prælatos;etiamsi ordinarii sint,vel nullius diœcesis,vel Conseruatores à sede Apostolica specialiter,vel generaliter deputati)talem licentiam dandi facultas pertinet; adeò vt quęliber facultas,quę Curię seculari olim fuerat concessa extrahendi talem reũ propria auctoritate,nunc reuocetur; Et si casus contigerit in loco exempto,& 7
nullius diœcesi,tũc ad Episcopũ viciniorem deuoluatur cognitio(vtrum scilicet delictum sit exceptũ, nec ne)& non ad alios; Et sic ipse,si inuenerit delictum esse exceptum,& non alius,det licẽtiam extrahendi. Vnde si illuc confugerit clericus sibi subdi- 8
tus,qui ex probabiliori,si non ex communiori sententia Doctorum,vt *dub.*10.*sect.*14.dicebam, Ecclesiarum immunitate non gaudet propria auctoritate, sine licentia Prælati Ecclesiæ illius,poterit inde illũ extrahere; Quod si Episc. eiusq; officiales requi- 9
sîti culpabiliter recusauerint Reum in casibus exceptis Iudici seculari tradere,vel eius capturæ,& carcerationi interuenire , tunc Iudex secularis poterit reũ(minori,quo id fieri possit,scandalo , & tumultu pro reuerentia Ecclesiæ)ab Ecclesia extrahere ,et sic extractũ ad carceres Curiæ Ecclesiasticæ,nõ autẽ secularis,deferre; vbi sub tuto,& firmo carcere,ac opportuna custodia adhibita(si placuerit)per Curiam

seculare m

ſecularem detineri debet, donec Epiſcopus; vel eius officialis, vel deputatus iudicauerit, an extractus delictum immunitate priuans commiſerit; hæc omnia Gregorius XIV. *in cit. ſua conſtitutione*; quæ etiam ante illam, vſu & conſuetudine fuiſſe ſeruata, teſtantur Guido Papa, *deciſ.* 121. & Remigius Gogni *de immunit. fallent.* 13. & videri poterunt, quæ dicebam *dubit.* 35. *num.* 12. *& ſeqq.* Dixi, quod ſi caſus contingat, vt delinquens ſe recipiat in locum exemptum, & nullius diœceſis, licentia extrahendi petenda ſit ab Epiſcopo, vel eius officiali, id eſt Vicario generali viciniori, & non ab alio Prælato, qui ſit Epiſcopo inferior, etiam ſi ſit Ordinarius, aut nullius diœceſis; quia nomine Epiſcopi hîc intelligitur verus Epiſcopus, vel eius Officialis, id eſt Vicarius generalis, & non alius Prælatus Epiſcopo inferior, etiamſi ſit ordinarius, vel nullius diœceſis, vt patet ex præcitata Bulla Gregorij XIV. Circa quod

Petes primo; quid dicendum, in caſu quod duo Epiſcopi ſint vicini, ſeu proximi, ſed vnus proximus quo ad diœceſim, non verò quoad habitationem; alter proximus quoad habitationem, non verò quo ad diœceſim?

Reſpondetur licentiam tunc petendam eſſe ab Epiſcopo viciniori quo ad habitationem, modo etiam ipſe proximam habeat diœceſim; quia Gregorius XIV. principaliter reſpexit perſonam Epiſcopi, ſecundario diœceſim: ob id enim Pontifex non dixit ad Epiſcopum proximioris, diœceſis, ſed *ad Epiſcopum viciniorem*; tum quia ſic occurritur incommodis, quæ aliàs ſequi poſſent, ſi adeundus eſſet Epiſcopus exiſtens in remotiori loco. Quod tamen intellige, modo Epiſcopus, qui aditur, habeat etiam ipſe diœceſim proximam; alioquin Iudex poſſet licentiam extrahendi petere ab Epiſcopo titulari, vel ab alio in ſua domo cauſa recreationis exiſtente; quod non videtur conforme menti Pontificis, qui, dum voluit licentiam ab Epiſcopo viciniori obtineri, reſpexiſſe videtur perſonam Epiſcopalem, & diœceſim Epiſcopi.

Petes ſecundo, quid dicendum in caſu, quod ſedes Epiſcopalis vacet ob mortem Epiſcopi, vel ob aliam rationem?

Reſpondetur, licentiam tunc petendam eſſe à Vicario Capituli; quia ſede vacante hic ſuccedit in iuriſdictionem Epiſcopi. Et dum Gregorius requirit licentiam viciniorís Epiſcopi, vel eius Officialis, intelligendus videtur ſolum reſpectu loci nullius diœceſis, non verò reſpectu loci alicuius diœceſis, cuius Epiſcopalis ſedes vacet.

Petes tertiò, An licentia requiratur expreſſa, & non ſufficiat tacita?

Reſpondetur affirmatiuè; patet ex dictis *ſuprà*, ex Bulla Gregorij XIV. ibi: *ſine expreſſa licentia, &c.* quapropter minus rectè dixit Gambacutta *lib.* 8. *cap.* 10. *num.* 7. ſufficere taciram.

Petes quartò, an Epiſcopus, vel eius Officialis renuens concedere facultatem extrahendi in caſu, in quo confugiens ad Eccleſiam priuilegio immunitatis gaudere non debet, incurrat excommunicationem præſentis Bullæ Gregorij XIV.

Reſpondetur, quod (licet Gambacutta *lib.* 8. *cap.* 11. *num.* 3 affirmet) negandum tamen ſit; quia quamuis Epiſcopus, poſtquam cognouerit confugientem ad Eccleſiam non gaudere priuilegio immunitatis ex eo, quod commiſerit delictum exceptum, debeat facultatem Reum extrahendi concedere, non tamen facultatem iſtam denegando, excommunicationem incurrit, cum hæc imponatur ob violationem immunitatis, quam hic, & nunc Epiſcopus non violat, ſed potius nimis ſeruare prætendit.

SECTIO II.

An poſſit iudex laicus confugientem ad Eccleſiam in caſibus exceptis ex illa extrahere ſine expreſſa licentia Epiſcopi?

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus non poteſt ſine ſacrilegio & cenſura reſeruata ſine licentia Epiſcopi, vel eius officialis extrahere; ſecus eſt illis culpabiliter in caſibus exceptis conſentire nolentibus.*

2 *Iudex ſecularis, donec non fuerit cognitum an delictum ſit de exceptis, non poteſt ad proprios carceres Reum ita extractum ducere, ſed debet interim eum cuſtodire in carcere Eccleſiaſtico.*

3 & 4 *Iudex laicus etiamſi notoriè conſtet delictum eſſe de exceptis, adhuc non poteſt propria auctoritate ſine Epiſcopi licentia attenta Conſtitutione citata Reum extrahere. alioquin ſacrilegium committit, & excommunicationem ipſo facto Papæ reſeruatam incurreret; & Reus Eccleſiæ reſtituendus erit.*

5 *Notorium regulariter relenat ab onere probandi; ſecus tamen eſt quando probatio requiritur pro forma.*

6 *Publicatio reſignationis Beneficij eſt facienda; licet notoria ſit reſignatio.*

7 *Reus extractus ab Eccleſia non ſeruatis ſeruandis etiamſi confeſſus fuerit ſe delictum exceptum commiſiſſe, adhuc eſt reſtituendus Eccleſiæ, ob non ſeruatam formam Gregorij.*

8 *Iudex ex recepta conſuetudine aliquibus in locis legitimè præſcripta poteſt in caſibus tamen exceptis ſine licentia Epiſcopi Reum extrahere à loco ſacro.*

9 *Eccleſia videtur in tantum poſſe Reum defendere, in quantum gaudet immunitate, quæ ſi non gaudeat, non eſt cur ipſum defendat.*

10 *Eccleſia non eſt locus exemptus à iuriſdictione laicali in caſibus exceptis, qui eius immunitatem non concernunt; ſed ſolum in caſibus non exceptis.*

11 *Iudex ſecularis nec licite, nec validè poteſt iudicium exercere, nec ſententiam ferre in Eccleſia.*

EX dictis ſequitur, quod non poſſit (abſque eo quod ſacrilegium committat, & cenſuram Gregorij XIV. reſeruatam contrahat) iudex laicus confugientem ad Eccleſiam in caſibus exceptis, ab illa extrahere ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis (id eſt Vicarij generalis, vt *ex Clement. II. de reſcript.* dicebam *ſect. precedenti num.* 4.) quamuis ſi Epiſcopus, vel eius officiales in tali caſu requiſiti, culpabiliter noluerint conſentire, poſſit iudex laicus Reum è loco ſacro extrahere, & in carcere Eccleſiaſtico reponere, quouſque per Epiſcopum, vel eius ſuperiorem, vtrum

vtrum Reus gaudere debeat immunitate, cognitum fuerit; Numquam tamen poterit iudex sæcularis Reum ad proprios carceres interim transferre, ibique condemnare. Vide citat. Constitutionem Gregorij XIV. & Farinacium *in append. de immunit. cap. vlt. num.* 359. Mar. Ital. *libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 8. *& seqq.* Genuensem *in praxi cap.* 17. Bonacinam *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 7. *n.* 3. Scott. *Theor.* 386. Ambrosin. *de immunit. cap.* 11. *num.* 1. *& cap.* 14. *per totum*, Dianam *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 42. & Lezanam *ver. immunitas Eccles. num.* 28.

Et hoc, quod modò dixi, quod scilicet non possit Iudex laicus confugientem ad Ecclesiam in casibus exceptis, ab illa extrahere sine expressa licentia Episcopi vel eius officialis (si loquamur attenta Constitutione Gregorij XIV. quæ, vt dicebamus, ex probabiliori sententia Doctorum vbique obligare videtur; etsi nonnulli Doctores 3 (inter quos Curtellius *lib.* 1. *de immunit. Eccles. quæst.* 1. *num.* 50. *& quæst.* 14. *num.* 3. *& seqq.*) negent illam obligare in Portugallia, in Hispania & quibusdam aliis locis, ex eo, quod ibi non sit vsu recepta) certum, & indubitatum videtur, etiam si notoriè constet, Reum confugientem ad Ecclesiam delictum exceptum commisisse; quia adhuc seruanda est forma dictæ Constitutionis Gregorij XIV. quod scilicet Episcopus debeat prius cognoscere, an Reus confugiens ad Ecclesiam commiserit delictum exceptum, & posteà 4 Curiæ sæculari illum resignare; alioquin extrahentes sacrilegium committent, excommunicationemque ipso facto Papæ reseruatam incurrent; & Reus Ecclesiæ restituendus erit.

5 Ratio; quia, licet notorium regulariter releuet ab onere probandi, *cap. manifesta, & cap. seq.* 112. *quæst.* 1. *cap. cuidenter de accusat. cap. vestra, de cohabitat. cler. & mulier. & l.* 1. *ff. ex quibus causis maiores*, & docent ex communi Farinacius *q.* 116. *num.* 66. & Curtell. *in Cod. Siculo ad legem Martini nota* 50. *num.* 7. id tamen non releuat, quando probatio requiritur pro forma.

Atquè sic docent Sarnesis *in regula de publicandis resignationib. quæst.* 9. Parisius *de resignat.* 6 *beneficij, lib.* 11. *quæst.* 6. *num.* 81. (qui dicit esse communem, & propterea ait à simili publicationem resignationis beneficij esse faciendam, licet notoria sit resignatio) Genuensis *in prax. cap.* 22. *num.* 5. Riccius *part.* 5. *collect.* 1792. Lazar. *tract. de blasphem. quæst.* 5. *n.* 71. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 15. *cap.* 6. *num.* 154. Duard. *in Bull. Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 16. *num.* 31. Chartarius *decis. crimin.* 46. *num.* 87. Ciarlinius *in controuers. forens. libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Farinac. *in append. de immunit. cap.* 22. *num.* 359. Megalius *in* 3. *part. lib.* 4. *cap.* 2. *quæst.* 1. *num.* 31. Rayner. *in Catal. censur. cap.* 9. *excom.* 31. *notab.* 3. Zipæus *libr.* 3. *de immunit. Eccles. num.* 12. Ambrosin. *de immunit. cap.* 111 *num.* 1. Simon Rao *in respons. ad dubia super immunit. Eccles. fol.* 27. citans Cynum Auferinum, Vulpellum, & Siluestrum; Peregrinus *de immunit. cap.* 14. *num.* 6. Diana *part.* 1. *tract.* 1. *resol.* 14. Remigius *de immunit. Eccles.* 9. *fin.* & Suarez *in prax.* 1. *part. tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 16. (ità vt 7 & subdant hi vltimi Doctores, quod etiamsi Reus ipse posteà confessus fuerit se delictum exceptum commisisse, restituendus adhuc Ecclesiæ sit: quia adhuc in extractione forma Constitutionis Gregorij XIV. seruata non fuit; & Ecclesia spoliata ante omnia restitui debet, cap. conquirente, & cap. item cùm quis, de restitutione spoliatorum). quamuis contrarium teneant Couar. *lib.* 2. *var. c.* 20. *n.* 18. Clarus *lib.* 5. *q.* 30. §. *fin. n.* 20. Decian. *lib.* 6. *c.* 29. *num.* 4. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *n.* 75. retractans tamen seipsum *in appendice loc. suprà cit.* Boërius, *decis.* 109. *num.* 2. Acugna *in decret. Gratiani part.* 1. *dist.* 87. *cap.* 6. *num.* 7. Correa *in relect. ad cap. inter alia, de immunit. Eccles. part.* 4. *num.* 10. Guillelmus de Benedictis *in repet. cap. Raynutius, ver. & vxorem, num.* 444. Gambacurta *libr.* 6. *cap.* 14. *& libr.* 8. *cap.* 10. Villadiego *in Polit. cap.* 3. *num.* 238. Guido Papa *decis.* 121. *num. num.* 1. Sarpus *de iure Asylorum, cap.* 6. *fol.* 61. 62. *&* 67. Iustus Oldesob. *in pract. crimin. tit.* 3. *cant.* 17. *num.* 3. Martinus del Rio *disquis.* Magicar. *libr.* 5. *sect.* 7. *vers.* Capisortiarios, Carasc. *ad recopilat. cap.* 3. Heuia *part.* 3. §. 12. *num.* 57. Bellug. *in specul. Princip. rubr.* 11. §. *sed quia lit. l*, Bobadilla *libr.* 2. *cap.* 14. *num.* 94. Curtellius *de immunit. Eccles. libr.* 1. *quæst.* 1. *num.* 50. *& q.* 14. *num.* 3. & Suarez *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *libr.* 3. *cap.* 13. *num.* 1. quorum tamen aliqui loquuntur ante Cõstitutionem Gregorij XIV. aliqui autem, licet loquantur etiam post illam, id asserunt, quia prætendunt, dictam Constitutionem Gregorij XIV. quoad hoc, vel non esse vsu receptam; vel dato, à principio fuerit vsu recepta, nunc contra ipsam legitimè esse præscriptum; quod, an sit alicubi verum, viderint ipsi, qui id affirmant; quia si ita est, non audeo id ibi damnare, sicuti dicebam etiam *dubit.* 6. *dubit.* 24. *sect.* 5. *&* 8. *dubit.* 26.

At (si loquamur, Constitutione Gregorij XIV. 8 præcisa, vel alicubi ea à principio non vsu recepta vel licet à principio fuerit vsu recepta, modò ibi legitimè præscripta) probabile est etiam oppositum, quod scilicet possit Iudex secularis in casibus clarè exceptis Reum sine expressa licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo ab Ecclesia extrahere, saltem ex recepta sic quadam consuetudine; Atque ita docent Abb. Ancharan. Bart. & alij, quos refert, & sequitur Boerius, *decis.* 109. *num.* 1. *&* 2. Couar. Clar. Suar. Curtellius Sarpus *in locis suprà cit.* Guido Papa, *decis.* 121. Fagundez *in Decal. tom.* 1. *libr.* 5. *cap.* 1. *num.* 22. Decian. *tract. crim. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 4. Farinac. *de carcerib. q.* 28. *num.* 75. & Azeued. *libr.* 1. *tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 29. idquè ex eo, ne Ecclesiastici faciant interim Reum aufugere; & quia Ecclesia in tan- 9 tum videtur, quod possit defendere Reum, in quantum ille gaudet immunitate, ergo si non gaudet, non est, cur eum defendat.

Neque obstat, quod Ecclesia sit locus exemptus à iurisdictione laicali (vti probat Tuschus *ver. Ecclesia concl.* 5. *num.* 10.) quapropter non possit iudex laicus ibi Rei capturam (quæ est actus iurisdictionis) exercere.

Respondetur enim, quod Ecclesia non sit lo- 10 cus exemptus à iurisdictione laicali in casibus exceptis, qui eius immunitatem non concernunt; sed solum in casibus non exceptis, vbi colligitur ex *cap.* 1. *de immunit. Eccles. in* 6. *verb. etiam ipse Ecclesia*; vbi habetur, quod Ecclesiæ sint in territorio Principis secularis; quod saltem intelligi debet circa casus eius immunitatem non concernentes; quamuis non possit ibi Iudex secula- 11 ris, nec licitè, nec validè iudicium exercere, vel sententiam ferre, vti statuitur *in cap. decet*,

§. *Ordina*

Digitized by Google

§. ordinarij de immunit. Eccleſ. in 6. ibi : *Proceſſus Iudicum ſecularium, ac ſpecialiter prolatæ ſententiæ in eiſdem locis* (ſcilicet Eccleſius) *omni careant robore firmitatis.*

SECTIO III.

An, & quid dicendum ſit de iure communi?

SVMMARIVM.

1 *De iure communi probabilius eſt quod Iudex ſecularis non poſſit in caſibus clare exceptis Reum ſine licentia Epiſcopi, ſeu inconſulto Epiſcopo ab Eccleſia extrahere.*

2 *Tam in lege ciuili quam canonica prohibetur Poteſtatibus ſecularibus inuitum ab Eccleſia extrahere captata ſacerdotis abſentia.*

3 *Neque de iure Canonico permittitur in caſibus exceptis Reum Curiæ ſeculari tradi, niſi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali.*

4 *Item de iure canonico datur facultas iudici ſeculari reddendi Eccleſiæ Reum extractum ſine conſenſu ſacerdotis, quod etiam procedit in publico latrone.*

5 *De iure cæſareo ſi maritus inuenerit in Eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum Vxore ſua loquentem, debet ambos Defenſori Eccleſiæ tradere, vt ſeruentur, donec ſecularis index, qui de hoc cognoſcere debet inquirat Epiſcopum, vt illos ipſi tradat.*

6 *De iure Cæſareo licet Reus per iudicem laicum poſſit, ſi cum armis ad Eccleſiam confugerit inde extrahi, non tamen poterit inconſulto Epiſcopo.*

7 *Captura Reorum eſt actus iuriſdictionis, qui in Eccleſia, vt potè de alieno Territorio, à iudice laico exerceri non poteſt.*

8 *Crimina excepta ab Eccleſia non proteguntur, non tamen Rei in ipſa poſſunt capi, ligari, & extrahi ſine licentia Prælati Eccleſiaſtici.*

9 *Licentia licet regulariter peti debeat ex illo, à quo negari poteſt, tamen debet peti à iudice Eccl. qui illam negare non poteſt, ne generetur confuſio.*

10 *Epiſcopus non poteſt denegare licentiam Regularibus prædicandi in ſuis Eccleſiis, & tamen illam ab eo petere debent; & ex Tridentino ſufficit petita, & non obtenta.*

11 *Prælatus Religionis ſaltem de iure communi, non poteſt ſuis Religioſis negare licentiam tranſeundi ad Religionem ſtrictiorem & tamen illam ab eo petere debent, & ſufficit petita, & non obtenta.*

12 *Damnatur capitulum 75. Alphonſi Regis in Sicilia de indebita extractione Reorum contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

13 *Reus dum non conſtat an immunitate gaudere debeat nec ne, non poteſt per Iudicem laicum extrahi ſine Epiſcopi licentia.*

1 REſpondetur, dixi, præciſa Conſtitutione Gregorij XIV. probabile eſſe, quod poſſit iudex ſecularis in caſibus clarè exceptis, Reum ſine expreſſa licentia Epiſcopi ex Eccleſia extrahere, ſaltem ex recepta ſic quadam conſuetudine; quia ſpectato iure communi etiam probabilius eſt, quod non poſſit iudex ſecularis in caſibus clarè exceptis Reum ſine expreſſa licentia Epiſcopi, ſeu inconſulto Epiſcopo, ab Eccleſia extrahere; quod & docet Salicetus *in l. ſi quis ei n. 6. Cod. de adulter.* Belluga *in ſpecul. princip. rubr. 11.* 2
§. & quia num. 27. & probatur, quia *in cap. frater.* 17. *q.* 4. prohibetur Poteſtatibus ſecularibus inuitum ab Eccleſia extrahere, captata Sacerdotis abſentia; ergo ſignum eſt, quod requiratur ſacerdotis præſentia, & conſenſus; in idem eſt ſenſus *cap. inter alia de immun. Eccleſ.* & in cap. id conſtituimus, *in cap. Reum*, non permittitur in caſibus exceptis Reum Curiæ ſeculari 3
tradi, niſi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali (qua de re vide etiam Doctores, quos refert, & ſequitur Decian. *lib. 6. cap. 29. num. 6.*) Ergo; ſi Curia ſecularis tenetur hoc iuramentum præſtare, priuſquam Reus ſibi tradatur, ſignum eſt, quod non poſſit inconſulto Epiſcopo (in cuius manibus iuramentum præſtare tenetur) Reum ab Eccleſia extrahere; & *in c. definimit.* 17. *q.* 4. datur facultas Iudici ſeculari redden- 4
di Eccleſiæ Reum extractum ſine conſenſu ſacerdotis; ergò è contrario ſignum eſt, quod denegetur facultas extrahendi eum ſine conſenſu illius; vbi Archidiaconus, & alij notant, hoc procedere etiam quoad publicum latronem, & ſic quoad caſus exceptos; Et in *Authent. ſi quis, Cod. ad leg. Iul. de adulter. in §. fin.* ſtatuitur, quox ſi 5
maritus inuenerit in Eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum vxore ſua loquentem, debeat ambos defenſori Eccleſiæ, vel aliis clericis (vt ſeruentur) tradere, donec ſecularis Iudex, qui de hoc cognoſcere debet, requirat Epiſcopum, vt illos ipſi tradat; Quod etiam probatur *ex Auth. vt liceat matri, & ante coll. 8. tit. 18. num. 117. cap. 15.* ibi : *donec index hoc cognoſcens mittat ad Epiſcopum Ciuitatis, quatenus ei iſti tradantur, vt debeant ſuſtinere tormentum ſecundum leges, qua interdicunt adulteros à ſanctiſſimis Eccleſiis vindicari;* & ex *Authent. de mandat. Princip. §. ſed neque*, ibi *Auxiliabuntur autem tibi ad hoc etiam Deo amabiles Eccleſiarum defenſores, & œconomi.* Et *ex l. pateant in fin. Cod de his, qui ad Eccleſ. confug.* vbi Imperator, licet ſtatuerit, confugientem ad Eccleſiam cum armis, ſi monitus arma non depoſuerit, inde extrahi poſſe; voluit tamen, id iuconſulto Epiſcopo fieri non licere; & reddit rationem, ne ſcilicet, ſi multis paſſim id liceat, confuſio generetur; Et licet ibidem Imperator requirat ſimul cum conſenſu Epiſcopi conſenſum Iudicum ſuorum, id tamen nihil obſtat; quia in materia immunitatis, præſertim contra ſacros Canones, ſtatuere nihil poteſt; Sufficit tamen nobis per dictum textum demonſtrare, quod etiam de iure Ciuili Imperatores voluerint; confugientem ad 6
Eccleſiam, inconſulto Epiſcopo inde extrahi non poſſe. Et ratio eſt; quia captura Reorum eſt actus 7
iuriſdictionis, qui in Eccleſia vtpotè de alieno territorio, à iudice laico exerceri non poteſt, ex *l. extra territorium, ff. de iuriſdict.* & *ex cap. 2. de Conſtitut. in. 6.* Eccleſia enim (vt latè probant Tuſchus *loco ſupra cit.* Carolus de Graſſis *effect. 1. num. 617.* Farinacius *conſ. 214. num. 3. lib. 3.* &

Ciarlinius *Controuers. forens. cap.* 10. *num.* 5.) licet sit in territorio Principis secularis, non tamen est de territorio, seu districtu illius, sed de territorio iudicis Ecclesiastici.

Atque ità; quod scilicet iudex secularis in casibus clarè exceptis, non possit, etiam præcisa Constitutione Gregorij XIV. de iure communi Reum sine expressa licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo, ab Ecclesia extrahere, docent præter Salicetum suprà citatum Anton. Gomez *var. resol. lib.* 3. *cap.* 10. *Rubr. quando Reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, num.* 2. *ad fin.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 1. Bolius *de captura, num.* 24. Tusch. *ver. Ecclesia, concl.* 11. *num.* 47. *& seqq.* Farinacius *in append. de immun. cap. vlt. num.* 370. Caballus *in qq. crimin. cap.* 194. *num.* 12. Guazzinus, *tom.* 1. *defens.* 1. *c.* 31. *num.* 3. Rolandus à Valle *lib.* 1. *consil.* 24. *num.* 15. Ioan. VVigers *de iust. & iur. tract.* 8. *cap.* 6. *dub.* 26. *num.* 172. Diana *part.* 6. *tract.* 1. *resol.* 28. & alij suprà.

8 Ad oppositum Respondetur, quod, licet crimina excepta ab Ecclesia non protegantur, non tamen hinc sequatur, Reos in illa posse comprehendi; & ex illa extrahi sine licencia Prælati Ecclesiastici, vt patet ex rationibus iam adductis, ex quibus etiam patet ad Confirmationem.

Instabis, facultas, seu licentia peti debet ex illo, à quo negari potest: at iudex Ecclesiasticus in nostro casu talem licentiam (cùm ea tribuatur à iure) negare non potest, ergo. &c.

9 Respondetur, quod, licet talem licentiam in dicto casu Iudex Ecclesiasticus negare non possit, tamen ex illo peti debeat, ob rationem quam adducit ipse Imperator in cit. leg. pateant nempe ne generetur confusio, & irreuerentia in Ecclesias à ministris laicis in captura Reorum.

10 Et confirmatur à simili, quia Episcopus non potest negare licentiam prædicandi Regularibus in suis Ecclesiis, & tamen illam petere debent ex illo; quapropter ex Tridentino Concilio sufficit

11 petita, & non obtenta. Item Prælatus Religionis non potest (saltem de iure communi) suis Religiosis negare licentiam transeundi ad Religionem strictiorem, & tamen etiam petere illam debent ex illo; quapropter ex *cap. licet, de Regularibus*, sufficit similiter petita, & non obtenta; & sic de aliis, &c. Ergo non est semper verum, quod dicunt Aduersarij, petendam scilicet esse solum licentiam ex illo, qui eam negare potest.

12 Ex dictis sequitur, cauendum esse à capitulo 75. Alphonsi Regis in Sicilia, quatenus ibi vult, quod delinquentes extrahi possint ex Ecclesia per Iudices, & officiales suos seculares in casibus ibidem recensitis.

13 Dixi secundò. *in casibus clarè exceptis*, quia in dubiis (si scilicet simus in dubio, an casus sit exceptus) absque dubio non poterit iudex secularis Reum, sine expressa licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo, ab Ecclesia extrahere; quia dum non constat, quòd is immunitate sit exclusus, immunitate gaudet; cùm immunitas concedatur cuicumque delinquenti extra casus exceptos; & consequenter, dum probatum non fuerit, quod delinquens casum exceptum commiserit, immunitate pri[illegible] non poterit; Atque ita ex communi sententia Doctorum docent Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 2. & Farinac. *in append. de immunit. c. vlt. n.* 370.

DVBITATIO XLI.

Ad quemnam iudicem spectet cognoscere, vtrum casus sit exceptus, nec ne?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ad iudicem Ecclesiasticum spectat absque dubio cognoscere vtrum casus sit exceptus nec ne, non solum attenta Constitutione Gregoriana, verum etiam iure communi.*

2 *Causæ Ecclesiasticæ cognitio, qualis est immunitatis, non potest nisi ad Iudicem Ecclesiasticum spectare.*

3 *Causa Immunitatis Ecclesiasticæ pertinet ad honorem, est reuerentiam Rei.*

RESPONDETVR, quod absque dubio spectet ad iudicem Ecclesiasticum; idque non solum attenta Constitutione Gregorij XIV. (in qua expressè dicitur. *Nisi cognito prius per Episcopum, vel ab eo deputatum, an delinquentes vere crimina excepta commiserint*) sed etiam attento iure communi. Et probatur; quia causæ Ecclesiasticæ (qualis est causa immunitatis Ecclesiarum) cognitio non potest, nisi ad Iudicem Ecclesiasticum spectare, per textum *in c. Ecclesia sanctæ Mariæ, de constitut.* 1 2

Confirmatur, quia, cum agere de immunitate Ecclesiastica pertineat ad honorem, & reuerentiam Dei, & Ecclesiæ, absque dubio cura hæc ad iudicem Ecclesiasticum spectare debet. Confirmatur secundo ex *cap. fin. de immunit. Eccles. cap. metuentes, cap. ad Episc.* 17. *q.* 4. *cap. ex parte, de verb. significat.* ex *l. pateant, §. hoc verò*, & *ex l. præsenti, Cod. de his, qui ad Eccles. confugiunt*, ex quibus iuribus etiam ciuilibus clarè colligitur, quod dicebam, & docent Anastas. Germon. *de immunit. sacror. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 21. Gutierez *pract. qq. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 5. Azcued. *lib.* 1. *noue compilat. tit.* 2. *leg.* 3. *num.* 20. Farinacius *de carcerib. q.* 28. *num.* 76. & *in append. de immunit cap. vlt. num.* 366. *&* 367. Rodriguez *in qq. Regular. tom.* 2. *q.* 51. *art.* 3. Peregrinus *cap.* 3. *num.* 1. Guazzinus *tom.* 1. *defens.* 1. *cap.* 31. *num.* 3. Mar. Ital. *de immunit. lib.* 1. *cap.* 5. *§.* 14. *num.* 7, *& cap.* 6. *§.* 1. *num.* 4. *& seqq.* Lotherius *de Benef. tom.* 1. *lib.* 1. *q.* 13. *num.* 96. *& seqq.* Diana *part.* 4. *tract.* 1. *resol.* 49. Correa *in relect. de immunit. Eccles. part.* 4. *num.* 2. Barbosa *de iur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 155. *& seqq.* & Bonacina *disp.* 3. *q.* 7. *de immunit. punct.* 7. *num.* 2. *vers.* 3. contra Vulpellum *cons.* 130. *num.* 6. & quosdam alios, vt Petrum Bellugam, & Remigium Gogni, quos refert Anastas. Germon. *in loco suprà cit.* Item contra 3

Petrin.

Digitized by Google

Pereir. *de manu Regia part.* 2. *cap.* 16. *n.* 12 Suarez de Paz *in prax. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. § 3. *num.* 8. Bobadillam *in Polit. tom.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 40 & Sarpum *de iure Asylorum, cap.* 6. *fol.* 62. Vide, etam Martham *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. & Fagundez *de præceptis Eccles. prec.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 57.

SECTIO II.

Difficultates in oppoſitum, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Nemo in cauſa propria eſt iudex competens.*
2 *Immunitatis cauſa non eſt propria Epiſcopi, ſed communis cum Eccleſia.*
3 *Inconueniens non eſt quod cauſa Immunitatis ſpectet ad Epiſcopum, & quod ipſe in illa dicat ius, ſicut & quod in eadem dicat teſtimonium.*
4 *Rector, Beneficiatus, vel Religioſus poteſt teſtificari in cauſa ſua Eccleſiæ.*
5 *Iudex debet eſſe medius, ac veluti diremptor inter partes contendentes.*
6 *Limitatur primò in Prælato Eccleſiaſtico.*
7 *Limitatur ſecundo in Principe ſupremo, ſeu magiſtratu ſupremo.*
8 *Princeps ſupremus à ſubditis cogi non poteſt vt alteri ſe ſubiiciat.*
9 *Non præſumitur à ſupremo Principe tanquam legum, & iuſtitiæ fonte, atque Conſiliariis optimis munito, poſſit quidquam iniuſtum promanare.*
10 *Limitatur tertiò Regula ſupradictaratione iniuriæ accepta cauſa exercendi officium iudicis, dummodo ſit notorium de ipſa; quia tunc poteſt punire etiam ſine alio proceſſu.*
11 *Limitatur quartò, ſi iudex à parte requiſitus, dubitetur, an cognoſcendi poteſtatem habeat, quia, tunc id ipſum ante omnia poterit diſcutere.*
12 *Prætoris eſt æſtimare an ſua ſit iuriſdictio.*
13 *Regula quod nemo in propria cauſa iudex eſſe debet intelligenda eſt in ſenſu ne directe quis id faciat in propriam vtilitatem ſententiam ferendo.*
14 *Iudex Ordinarius ſuborto dubio an ſit iudex competens, poteſt id ipſum cognoſcere, & dubio pro affirmatiua reſoluto, ad cauſam principalem determinandam procedere.*
15 *Epiſcopus non ſolum poteſt compellere laicos ad obſeruandas conſuetudines Eccleſiæ laudabiles ſed etiam poteſt, exorto dubio, num conſuetudo laudabilis ſit, idipſum determinare.*
16 *Epiſcopus poteſt examinare vires iuramenti à ſe præſtiti de obſeruandis capitulis in ſua electione, quouſque illud extendere ſe debeat.*
17 *Iudex ſi à parte contendente allegetur ſuſpectus, iuſtitiam huius allegationis cognoſcere non poteſt, ſi notoria friuola non eſt, & ſuperſedere debet in cauſa principali.*
18 *Dato quod extractio in caſibus exceptis ſpectet ad iudicem ſecularem, non tamen ſpectat ad eumdem cognitio, an caſus ſit exceptus.*
19 *Refellitur argumentum Sarpi ex eo quod ſi verum eſſet, iudex Eccleſiaſticus neque poſſet cognoſcere delicta mixti fori.*
20 *Non obſtat conſuetudo in contrarium, ſi non ſit præſcripta legitimè ante Conſtitutionem Gregorianum, quod non creditur.*
21 *Pontifices, & Epiſcopi ſciunt, & tolerant aliquid fieri contra immunitatem, non conſentiendo, & approbando; ſed diſſimulando ad maiora mala vitanda, & incommoda.*

OBiicies, cauſa immunitatis eſt cauſa propria Epiſcopi, ergo non ſpectat ad Epiſcopum. Conſequentia probatur; quia nemo in cauſa propria eſt iudex competens. 1

Reſpondetur, nego antecedens; quia potius eſt cauſa communis, & Eccleſiæ; quapropter inconueniens non eſt, quod ſpectet illa ad Epiſcopum, & quod Epiſcopus in illa dicat ius, ſicut & quod in eadem dicat teſtimonium; quod teſtimonium Rector etiam, aliuſue beneficiatus, vel Religioſus dicere poteſt in cauſa ſuæ Eccleſiæ, ſicuti notauit Layman *lib.* 3 *tract.* 5 *cap.* 2. *num.* 5. 2 3 4

Itaque cùm dicitur, quod quis in propria cauſa iudex competens non ſit, ſeu iudex eſſe non poſſit; vt etiam ſumitur ex *l. vnic. Cod. ne quis in ſua cauſa iudicet*, & patet ex eo; quia iudex debet eſſe medicus, ac veluti diremptor inter partes contendentes, *cap.* 1. *iuncta gloſſ. cauſa* 4. *quæſt.* 4. 5

Excipitur primò, quod ſcilicet Prælatus iudex eſſe poſſit in cauſa ſuæ Eccleſiæ, ſicuti modò ſuprà dicebam, & docet gloſſ. communiter recepta *in c. ſi ergà ver. priuetur*, 2. *q.* 7. & Abb. *in cap. ad audientiam, de appellat. n.* 8. 6

Excipitur ſecundò, ſi ſit in ordine ad ſubditos ſuos Princeps, ſeu iudex ſupremus, qui, niſi aliud conſtitutionibus Regni receptum ſit, cum conſiliariis ſuis cognoſcere, & definire litem poteſt; ſicuti colligitur ex *l. vn. Cod. ſi quis Imperatori maledixerit, & l. proximè, ff. de his, quæ in teſtamento delentur.* Et ratio eſt; tum propter plenitudinem poteſtatis, ſecundùm quam à ſubdito cogi non poteſt, vt alteri ſe ſubiiciat; tum quia non præſumitur à ſupremo Principe, tanquam legum, ac iuſtitiæ fonte, atque conſiliariis optimis munito, poſſe quidquam iniuſtum promanare. 7 8 9

Excipitur tertiò, ſi notorium ſit, quod iudex ratione publici officij iniuriam ab aliquo paſſus fuerit; quia tunc poteſt ſine alio iuris proceſſu in continenti illum punire, ad hoc, vt iuriſdictio ſua, & poteſtas publica defenſa permaneat; ſicuti docet præter alios Andr. Gaill. *lib.* 1. *obſeruat.* 39. exemplum afferens de eo, qui literas iniuriarum plenas ad Senatum ſcripſit, ob quod facinus iuſtè à Senatu ipſo punitus fuit. 10

Excipitur quartò, ſi iudex à parte requiſitus dubitetur, an cognoſcèdi poteſtatem habeat; quia tunc id ipſum ante omnia poterit diſcutere, *l. ſi quis exaliena, ff. de iudic.* vbi dicitur, quod *Prætoris ſit æſtimare, an ſua ſit iuriſdictio*; & *l.* 2. *ff. ſi quis in ius vocatus*, vbi dicitur, quod *ex quacumque cauſa ad Prætorem, vel alios, qui iuriſdictioni præſunt, in ius vocatus venire debeat, vt hoc ipſum ſciatur, an iuriſdictionis eius ſit.* Quod tamen intellige, ſi rationabiliter id dubitetur; ſecus, ſi notorium ſit, quod à iuriſdictione citantis exemptus exiſtat (v. g. clericus à iuriſdictione laici) quia tunc citatus comparere non tenetur, ſicut docet gloſſ. 11 12

commu

communiter recepta *in cap. veniens, ver. propter contumaciam, de accusat.* Innocent. *in cap. præterea, de dilation.* Abb. *in cap. ex parte, de rescript.* & Martha *de iurisdict. part. 2. cap. 4*

13 Ex quibus sequitur, dictum illud, quod *nemo in propria causa index esse debeat*, intelligendum esse in sensu, ne directè quis id faciat in propriam vtilitatem, sententiam ferendo; sicuti rectè notauit gloss. *in cit. l. si quis ex aliena, ver. æstimare*; interim tamen poterit iudex ordinarius suborto dubio, vtrum causa aliqua, quæ ad ipsum defertur, suæ iurisdictionis sit necnè, id ipsum cognoscere, & dubio in partem affirmatiuam resoluto, ad causam principalem determinandam procedere, *argum. cap. ad Apostolicam, de simon. vbi num. 3.* 14 15 *ait* Abbas, quod Episcopus non solum possit compellere laicos ad obseruandas consuetudines Ecclesiæ laudabiles, sed etiam possit, exorto dubio, num consuetudo aliqua laudabilis sit, id ipsum determinare; quia tunc non est, nisi indirectè (quatenus scilicet id necessarium est, vt ordinario suo iudicandi officio satisfaciat) in causa propria iudicare.

16 Quapropter idem dicas de Episcopo, qui in sui electione, proposita sibi capitulatione, præter alia Capitulo iurare debuit, quod in tali rerum genere nihil immutare velit; & post confirmationem diœcesani ius sibi ab ipso dici petunt; quod scilicet possit etiam Episcopus in tali casu, cum consilio prudentum, cognoscere de viribus iuramenti sui præstiti, & quousque illud extendere se debeat, vt deinde appareat, vtrum in causa principali ad instantiam partis progrediendi ius habeat; quia alioquin Episcopus (si scilicet exorto dubio circa fundamentum suæ iurisdictionis, illud determinare non posset) in consistorio suo ad gubernandam diœcesim sufficiens sibi non esset.

17 Quamuis, si iudex à parte contendente tanquam suspectus recusetur, iustitiam huius recusationis cognoscere non possit, sed causa supersedere debeat; quia exceptio suspicionis, sicuti (si notoriè friuola non sit) reddit inhabilem iudicem quominus super principali cognoscere possit; ita, & multo magis reddit inhabilem super incidente; cùm per talem exceptionem ad indignationē prouocetur, sicuti rectè notauit Abb. in *c. requiris, n. 12. de appellat.* & Gaill. *libr. 1. obseruat. 34. n. 6*

Obiicies secundò, extrahere Reum in casibus exceptis est causa secularis, non Ecclesiastica (cùm per secularem potestatem extractio fiat) ergo eius cognitio spectat ad Iudicem secularem, & non ad Ecclesiasticum.

18 Respondetur; esto, extractio in casibus exceptis spectet ad iudicem secularem, non tamen hinc sequitur, quod cognitio, an casus sit exceptus ab immunitate, spectet ad eundem, vt patet ex dictis; præsertim cùm vnum sit quid facti, alterum autem quid iuris, & circa ea quæ sunt extra sphæram potestatis secularis.

Instabis, vt iudex Ecclesiasticus id assequatur, & cognoscat, debet certa cognitione cognoscere omnia, quæ acciderunt, item & cognoscere delicti grauitatem, & leuitatem; at hæc discutere est minus alienum ab Ecclesiastico iudice, cui tantum res spirituales committuntur; ergo, &c. Ita Sarpus *loco supra cit.* & alij.

19 Respondetur; nego minorem, cùm ex dictis causa hæc sit Ecclesiastica, & spiritualis. Adde, quod si verum esset, quod dicit Sarpus, sequeretur, quod iudex Ecclesiasticus neque posset cognoscere delicta mixti fori; quod est omninò falsum.

Instabis secundò, adest consuetudo in contrarium; ita vt saltem ratione consuetudinis cognitio de tali re sit mixti fori, & sic spectet ad vtrumque iudicem, tam secularem, quàm Ecclesiasticum, in ordine ad diuersos effectus; Ita Pereira, & Correa *in locis supra cit.*

Respondetur; nego consequentiam; quia Constitutio Gregorij XIV. reuocat *omnes consuetudines* in contrarium, *vt supra dubit. 7.* dicebamus. Vide etiam Tuschum, *ver. immunitas, concl. 59. n. 19. & seqq.* Bonacinam *disp. 3. quæst. 7. punct. 10. n. 2.* & Cenedum *in qq. Canon. quæst. 42. num. 11.* Quod si contendant Aduersarij, quod post dictam Constitutionem Gregorij XIV. iterum legitimè consuetudo in contrarium introducta sit, videant ipsi, qui id affirmant; quia, si ita est, *non audeo* (*vt supra dubit. 6. & dubit. 24. & sect. 5. & 8.* dicebam) illam damnare. 20

Vrgebis, Pontifices, & Episcopi sciunt, & tolerant, ergo, &c. 21

Respondetur cum Farinacio *in append. de immunit. cap. 1. num. 15.* Paciano *de probationib. lib. 1. c. 29. num. 87.* & Laudensi *par. 1. decis. Pisan. 36. n. 265.* distinguendo antecedens: sciunt, & tolerant consentiendo, seu approbando, nego: dissimulando, ad maiora scilicet vitanda mala, & incommoda, concedo. Vide *cap. iam dudum, de præbendis*; & quæ dicebantur *cap. 1. dub. 15. sect. 5. & lib. de parlamentis dub. 4. sect. 19. subsect. 3. & 4. dubit. 15. & dubit. 27. sect. 9. & seqq.*

SECTIO III.

An cognoscere locum, vtrum sit sacer ad gaudendum immunitate, spectet ad iudicem Ecclesiasticum tantum?

SVMMARIVM.

1 *Cognoscere locum an sit sacer vel religiosus, & capax immunitatis Ecclesia spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiue quoad laicos.*

2 *Cognitio an territorium Ecclesiæ sit violatum nec ne, spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*

3 *Vicarius Capituli in probabiliori sententia, sede vacante, potest cognoscere, vtrum delicti casus sit exceptus.*

4 *Limita modo commissum fuerit in sua diœcesi, & non in loco exempto.*

5 *Capitulum, vel is, ad quem Episcopalis iurisdictio tunc temporis pertinere noscitur, potest facere omnia, quæ posset Episcopus si tunc viueret.*

6 *Episcopus electus & confirmatus sed nondum consecratus potest cognoscere ea quæ diximus circa immunitatem; quia potest omnia, quæ sunt iurisdictionis.*

7 *Episcopus electus, & confirmatus tantum; sed nondum consecratus potest absoluere ab omnibus censuris, & dispensare ab omnibus irregularitatibus, à quibus possunt cæteri Episcopi vigore Concilij.*

8 *Ea, quæ sunt actus iurisdictionis tantum, &*

non ordinis, & ſic in abſoluente, & diſpenſante non indigent conſecratione, poſſunt exerceri etiam per Epiſcopum electum, & tantum confirmatum.

1 EX dictis ſequitur, quod cognoſcere locum, an ſit ſacer, vel religioſus, ad gaudendum immunitate, nec ne, ſpectet etiam ad iudicem Eccleſiaſticum tantum, ſeu priuatiuè; Atque ita docent Martha *de iuriſdict. part. 2. cap. 50. numer. 4.* Raudenſis *vol. 2. conſil. 17. num. 12.* Marius Giurba *conſil. 10. num. 7.* Peregrinus *de immunit. cap. 13. numer. 18.* Bonac. *diſput. 3. quæſt. 7. punct. 3. numer. 16.* & Diana *part. 4. tractat. 1. reſol. 49.* contra Pereiram in *loco ſupra citato.* Et patet ex rationibus, & iuribus *ſupra* adductis; item etiam
2 patet *ex cap. ex parte, de verbor. ſignific.* vbi, cùm agatur, An territorium Eccleſiæ ſit violatum, nec ne, dicitur, quod huius rei cognitio ſpectet ad iudicem Eccleſiaſticum. Quinimmò Comitiſſa, cuius intereſſe ibi tractabatur, appellat ad Archiepiſcopum. Vide etiam, quæ dicentur *infrà dubit. 46.*

3 An autem, ſede vacante, poſſit etiam Vicarius Capituli cognoſcere; vtrùm delicti caſus ſit exceptus, nec ne?

Negat Marius Italia *de immunit. lib. 1. cap. 6. §. 1. num. 42.* & mouetur ex Conſtitutione Gregorij XIV. in illis verbis: *Ad quos ſolos, & non an alios Epiſcopis inferiores, &c.*

4 Affirmat autem probabilius Peregrinus *de immunit. cap. 3. num. 33. & ſeqq.* (ſi ſcilicet delictum commiſſum fuerit in ſua diœceſi, non autem in loco exempto, vel nullius diœceſis) Et probatur; quia facultas, de qua loquimur, competit Epiſcopo iure ordinario, *c. quiſquis, & c. contumax, 17. quæſt. 4.* ergo, &c. Conſequentia probatur;
5 quia *ex cap. vnic. de maioris. & obedient. in 6.* Sede vacante, poteſt Capitulum, vel is, ad quem Epiſcopalis iuriſdictio tunc temporis pertinere noſcitur, facere omnia, quæ poſſet Epiſcopus, ſi tunc viueret.

6 Cæterùm certum eſſe debet contra Marium Ital. *loco ſupra cit. num. 88.* quod id poſſit Epiſcopus electus, & confirmatus tantum, etſi nondum conſecratus; ſicuti ex communi docet Peregrinus *num. 39.* Et ratio eſt; quia talis cognitio eſt actus iuriſdictionis; & Epiſcopus electus, ac confirmatus tantum, etſi nondum conſecratus, poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis, per textum *in cap. tranſmiſſa, de elect.* Quapropter rectè dixit
7 Suarez *tom. 3. diſp. 41. ſect. 2. num. 7.* quod Epiſcopus electus, & confirmatus tantum, quamuis nondum conſecratus, poſſit abſoluere ab omnibus cenſuris, & diſpenſare ab omnibus irregularitatibus, à quibus poſſunt cæteri Epiſcopi vigore
8 Concilij Trident. *ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.* quia hæc omnia ſunt actus iuriſdictionis tantum, & non Ordinis; & ſic in abſoluente, & diſpenſante non indigent conſecratione.

***

DVBITATIO XLII.

Qualiternam Epiſcopus cognoſcere debeat delictum eſſe exceptum, vt poſſit Reum tradere, remittere, ſeu conſignare Curiæ ſeculari?

SECTIO I.

Dubitationis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ad probandum id quod in iudicio incidenter & ſecundario, & per modum cauſæ deducitur, quauis probatio etiam lenis, & præſumptiua dicetur ſufficiens.*

2 *Is, cuius iudicio res committitur, non tenetur informationem iuridicam facere, ſed poteſt prout ſibi placuerit, informationem ſumere & quomodocumque de veritate ſibi conſtet, iudicium ferre.*

3 *Epiſcopus tamen in caſu noſtro debet cognoſcere concludenti probatione Delictum eſſe exceptum, vel non exceptum.*

4 *Eccleſia ius habet defendendi Reum in caſibus non exceptis, & Reus ius habet ne in talibus caſibus à loco ſacro extrahatur, & ob id Prælatus non cognoſcendo exactè, iniuriam Eccleſiæ, & Reo faceret.*

5 *Coniectura non ſufficiunt vt vincant præſumptionem ortam ex poſſeſſione immunitatis, & iure fundatæ.*

6 *Ad tollendum ius ab aliquo acquiſitum, non ſufficit coniectura, ſed requiritur plena probatio.*

7 *Ex conſtitutione Gregoriana requiritur quod Prælatus priuſquam Reum puniendum iudici ſeculari tradat, cognoſcat vere, quod is exceptum delictum commiſerit.*

8 *Quod per coniecturas talis cognoſcitur, non vere ſed probabiliter tantum cognoſcitur; neque illud eſt propriè, & abſolutè verum, ſed ſub dubio verum.*

9 *Vera ſunt ea, quæ oculis inſpicimus, & indubitanter nouimus, non autem quæ præſumptiue credere poſſumus.*

10 *Lex, quotieſcumque probationem requirit de probatione concludenti, & perfecta intelligi debet.*

11 *Probatio coniecturalis, quando ſufficit, cauetur ab ipſo legiſlatore.*

12 *Commiſſum delictum eſſe exceptum, eſt conditio neceſſario requiſita ad hoc vt delinquens immunitate priuetur.*

13 *Probatio conditionis, ſeu forma ad actum requiſita, debet eſſe plena, & concludens.*

14 *Sententia contumacialis (cum hæc non probet delictum) ſed requiratur plenior probatio non ſufficit ad extrahendum Reum à loco immuni.*

RESPONDETVR, quod (quamuis videatur ſufficere, quod cognoſcat ex præſumptionibus, & coniecturis rem probabilem efficientibus; quia ad probandum id, quod in iudicio incidenter, & 1

secundariò,& per modum causæ deducitur,quæ-tis probatio,etiam levis; & præsumptiua dicitur sufficiens;& quia in Constitutione Gregorij XIV conceditur Episcopo remissio Rei, qui sibi videbitur delictum exceptum commisisse; cùm autem alicuius iudicio res committitur, non tene-
2 tur is informationem iuridicam facere,sed potest, prout sibi placuerit, informationem sumere, & quomodocumque de veritate sibi constet, iudicium ferre, sicuti tradidit Menochius *de arbitr.*
3 *quæst.* 13. *num.* 2. *& quæst.* 19. *num.* 10. ergo, &c.) tamen dicendum sit, requiri, quod cognoscat ex concludenti probatione, seu ità quod probationes sint certæ, quamuis summariè, & quam primum fieri potest, expediendæ; sicut ex declaratione sacræ Congregationis refert Naldus, *ver.Ecclesia, num.*32. Atque ita contra Senatum Lusitanum apud Gammam *decis.* 171. & 182. Gratianum *tom.*3. *cap.* 596. *num.*23. Peregrinum *de immunit.cap.* 3. *numer.* 3. *& seqq.* & Giurbam *consil.*50. *num.* 10. *& consil.* 100. docent præter Naldum *suprà* Farinacius *libr.* 1. *consil. cons.* 76. *num.* 3.*& cons.* 168. *num.* 8.*& in append de immunit. cap. vlt. num.* 8.*& seqq.* Ambrosin. *de immun. cap.* 11. *n.*4.Mar.Ital.*de immunit. Eccles. cap.* 6. §. 1.*num.*80.*& seqq.*Bonac.*disp.*3.*q.* 7. *de immun. punct.*7.*circa fin.*Riccius *collect.* 1792.Gambacurta *lib.* 6. *cap.* 14. *&* 15.Castillus *decis.* 156. *num.* 5. Gutierez *pract. qq. lib.* 3. *quæst.* 1. *num.* 36. Barbosa *de iure Eccles.lib.*2.*cap.*3.*num.*168.Auendanus *de exequend. Mand.part.*1.*cap.* 12. *num.* 9. *& seqq.*Sanchez *in opusc.tom.*2.*lib.*6.*cap.*1.*dub.*11. *num.* 2. Lezana *ver. immunitas Eccles.num.* 28. & Diana *part.* 3. *tract.* 1. *resol.* 38. *& part.*4.*tract.*1. *resol.* 112.

Prima Probatio.

4 Probatur primò; quia Ecclesia ius habet defendendi Reum in casibus non exceptis; & Reus etiam ius habet, ne in talibus casibus è loco sacro extrahatur, *cap.* inter alia, *cap. fin de immunit. Eccles. & c.sicut antiquitus*, 17. *quæstion.* 4. Ergo Prælatus, dum concludenter non cognoscit quod Reus crimen exceptum commiserit, iniuriam Ecclesiæ, & Reo faceret (Ecclesiam scilicet, & Reum suo iure priuando)si Reum Iudici seculari puniendum traderet.

Dices, Episcopus per præsumptiones, & coniecturas probabiles sufficienter cognoscit, ergò (ne Ecclesiæ, & Reo iniuriam faciat, tradendo Reum puniendum Iudici seculari) non requiritur cognitio maior, seu certior, & euidentior.

5 Respondetur, negò antecedens; quia dictæ coniecturæ non sufficiunt, vt vincant præsumptionem ortam ex possessione immunitatis, & iure fundato, *l. fin. ff. quod metus causa*,& docent
6 ibi communiter Iuristæ, & Abb. *in cap. quia verisimile in* 2. *not ab.de præsumptionib.* tum quia ad tollendum (præsertim irreparabiliter) ius ab aliquo acquisitum, non sufficit coniectura, sed requiritur plena probatio, Bald. *in l. iudices.num.*2. *Cod.de iudiciis.* & Speculator *tit. de offic. omnium Iud.*§.*fin.num.*18.

Secunda Probatio.

7 Secundò probatur;quia in Constitutione Gregorij XIV. exigitur, quod Prælatus, priusquam Reum puniendum Iudici seculari tradat, cognoscat verè, quod is exceptum delictum commiserit; ergo non sufficit, quod cognoscat per præsumptiones, & coniecturas probabiles. Con- 8
sequentia probatur; quia quod per coniecturas tales cognoscitur, non verè, sed probabiliter tantum cognoscitur, seu præsumitur, & putatur; neque illud est propriè,& absolutè verum, sed sub dubio verùm; sicuti rectè docent Doctores, quos citat, & sequitur Farinacius *cons.* 168. *num.* 10. *& cons.*76.*num.* 6. Et confirmatur ex doctrina Innocentij *in c.cum.causam*, *col.*2.*vers.* illud autem, de iuramento calumniæ, vbi ait, quod vera sint 9
ea, quæ oculis inspicimus, & indubitanter nouimus, non autem quæ præsumptiuè credere possumus; Quapropter quotiescumque lex pro- 10
bationem requirit, de probatione concludenti,& perfecta intelligi debet;*l. Iudices Cod.de Iudiciis*, & docent Decius *in Rubr.*10.*de probationibus num.* 133. & Mascard. *de probat.* q. 4. *num.* 12. Præsertim quia quando sufficit probatio coniecturalis,id 11
à legislatore ipso cauetur, vt in *l. non omnes.*§. *à barbaris*, *ff.de re militari*, ibi: *Argumentis tantum cognoscendum est*; & *in cap. pro humani, de homicidio in* 6. ibi *Et postquam probabilius constiterit argumentis.*

Tertia Probatio.

Tertiò probatur; quia commissum delictum 12
esse exceptum, est conditio necessario requisita ad hoc; vt delinquens immunitate priuetur (vt ex se patet,& iubet Gregor XIV.*in cit.* sua Constitutione; ibi: *Nisi cognito prius per Episcopum, aut eius deputatum, vt ipsi vera crimina superius expressè commiserint*) ergo debet constare. Con- 13
sequentia probatur; quia probatio conditionis, seu formæ ad actum requisitæ debet esse plena,& concludens, *l.ius alimentorum*,*ff. vbi pupilli educari debeat*, *& l. Lucius*, *ff. de conditionib.* demonstrat, & docet ibi Bartol.& Farinac.*in cit.co* 76. *&* 168. Vide Congregationem Episcop. qua in vna Cremonensi die 27.Iulij 1618.decreuit;quod ad delinquentem extrahendum à loco immuni;& consignandum Curiæ seculari, non sufficiat sententia contumacialis (cùm hæc non probet delictum) sed requiratur plenior probatio. Vide etiam Guazzinum *in defens. Reorum,tom.*1.*defens.*1.*cap.* 31.*n.* 9 Castillum *decis.* 156.*num.* 9.Riccium. *in prax.tom.*2.*resol.* 450. *num.* 3. Regentem Constantium *in supplic. ad Paul. V. num.* 69. Curtellium *in Notis politicis ad Leges Siculas* Martini Regis *controuers.*5. *&* 7.*fol.*432.*& de immun. Eccles.lib.*1. *quæst.* 38. *& lib.* 2. *q.*24. & Gambam, *decis.* 179.qui tamen tenere videntur, quod probatio illa, quæ sufficit ad torturam super delicto, sufficiat etiam,vt quis declaretur non gaudere immunitate fori,& Ecclesiæ.

SECTIO II.

Responsium ad fundamentum oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicio Episcopi remittitur quænam delicti probatio sufficiens sit;non tamen remittitur Iudicio eiusdem derogare iuri, & perfectæ probationi delicti.*

2 *Episcopus*

Digitized by Google

2 *Epiſcopus in tali cognitione tenetur ſeruare ordinem iudiciarium, & omnes regulas iuris.*

3 *Soluuntur oppoſita.*

4 *Epiſcopus ſi errauerit in iudicando delictum eſſe exceptum, cum reuera non ſit, tenetur repetere Reum, & iudex ſecularis reſtituere.*

5 *Error vnius non debet alteri præiudicare, præſertim Reo & Eccleſiæ, pro quorum fauore clamant omnia iura.*

6 *Item dic ſi Epiſcopus iudicauerit contra Curiam ſecularem, ſed per errorem, quia tunc etiam tenetur tradere Reum.*

7 *Iudex ſecularis, vel Reus lata ſententia per Epiſcopum an gaudere debeat, nec ne, poteſt appellare, ſi habeat ſufficiens & rationabile fundamentum, contra Peregrinum, & alios.*

1 REſpondetur ex dictis, quod licet in dicta Cõſtitutione Gregorij XIV. remittatur iudicio Epiſcopi, quænam delicti probatio ſufficiens ſit, non tamen remittitur iudicio eiuſdẽ, derogare veræ, & perfectæ probationi delicti; Quinimmò Menoch. *q.* 8. *de arbitr. indic. lib.* 1. ait, quod, cùm remittatur iudicio Epiſcopi, verba hæc denotent arbitrium boni viri, *l. fideicommiſſaria, §. cæterum, ff. de fideicomm. & l. fideicommiſſa, §. ſi fideicommiſſum, ff. de legat.* 3. quod & docet etiam Bart. *in extrau. ad reprimendum, ver. videbitur, in princip.* & *num.* 4. & ſic quod teneatur Epiſcopus ſeruare ordinem iudiciarium, & omnes regulas iuris, idem Bartol. *in dict. ver. videbitur, num.* 8. Alexand. *conſil.* 33. *lib.* 1. *num.* 3. Ial. *in l. ſi ſic legatum, ff. de legat.* 1. *num.* 26. Idque etiam in criminalibus, vbi quoquè liberum arbitrium eſt legibus ſubiectum, Ial. *ibid. num.* 24. Farinacius *in fragment. part.* 1. *lit. A, num.* 244. & idem Menochius *de arbitr. indic. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 3. & 4. *quæſt.* 13. 20. & 77. & *conſil.* 69. *num.* 63. & & 69. & *conſil.* 1131. *num.* 8. *lib.* 11. Inſtabis ex Giurba *loc. cit.* In Conſtitutione Gregorij XIV. non præſcribitur forma ſeruanda in huiuſmodi cognitione, ſed generaliter, & abſolutè dicitur, niſi cognitio prius per Epiſcopum, an ipſe verè crimina ſuperius expreſſa commiſerit, ergò, cum huiuſmodi verba generalia ſint, generaliter intelligenda ſunt, conſequenter in quauis cognitione
3 verificantur, *l. cognitionem, ff. de vir. & extraord. cognit.* Præterea, ſicut Iudex, cui imponitur, vt cognitionem reiiciat, poteſt cognitionem reiicere per informationem ſine proceſſu, & extraiudicialiter, ex gloſſ. *in l. ius alimentor. §.* 1. *ver. cognitio, ff. vt pupillus educ. deb.* ità & in caſu noſtro. Denique in quæſtionibus emergentibus ſufficit cognitio extraiudicialis, & non requiritur cognitio cauſæ plenaria ex Bartolo, & Baldo *in cit. l. ius alimentorum*, ergò, &c.

Reſpondetur, quod ad hæc pateat ex dictis.

Cæterum dicendum, quod, ſi Epiſcopus in iudicando errauerit, v. g. iudicauerit Reum commiſiſſe crimen exceptum (& ſic dederit licentiam
4 iudici ſeculari illum extrahendi) poſteà verò nouerit oppoſitum, v. g. Reum commiſiſſe crimen non exceptum, teneatur illum repetere, & iudex ſecularis teneatur illum reſtituere, vti rectè notarunt Regens Conſtantius in ſupplicatione ad
5 Paulum V. pro moderanda Bulla Gregorij XIV. *num.* 70. Anton. de Marinis *reſol. quotid. cap.* 175. *num.* 4. & *ſeqq.* Diana *part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 34. Et ratio eſt; quia non debet error vnius alteri præiudicare; præſertim Reo, & Eccleſiæ, pro quorum fauore clamant omnia iura.

Idemque propter eandem rationem dicas, ſi 6
Epiſcopus in iudicando errauerit in præiudicium Curiæ ſecularis, quod debeat ſimiliter poſtea Reum Curiæ ſeculari tradere. Vnde non improbatur mihi, quod Farinac. *in append. de immunit. cap.* 22. *num.* 372. Gambacurta *lib.* 6. *cap.* 17. *n.* 3. & Ciarlinius *in controuerſ. forenſ. cap.* 116. *n.* 68. docent, nempe, quod ſi lata fuerit ſententia iu- 7
dicis Eccleſiaſtici, quod Reus gaudeat, vel non gaudeat immunitate Eccleſiæ, poſſit iudex ſecularis, vel Reus (ſi habeat ſatis ſufficiens, & rationabile fundamentum appellandi) de tali ſententia appellare; quidquid in contrarium ſentiant Peregrinus *de immunit. cap.* 16. *num.* 33. & Diana *part.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 38. & videri etiam poterit Guazzinus *de modo defen. Reus, tom.* 1. *defenſ.* 1. *cap.* 31. *num.* 11. & Bonacina *de legibus diſput.* 3. *quæſt.* 7. *punct.* 7. *num.* 11.

SECTIO III.

Altera difficultas, eiuſque ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Gregoriana, quod non detur appellatio, non habet locum quando eſt ſatis ſufficiens, & rationabile fundamentum appellandi, & ſic non tollit, ſiue Reo, ſiue fiſco appellationem, quando notoriè vel ſatis fundatè de lata ſententia iniuſtitia conſtat.*

OBiicies, in Conſtitutione Gregorij XIV. explicitè Reo prohibetur appellatio; quapropter etiam prohibita implicitè cenſetur fiſco, & Actori, vt ſeruetur in iudicio æqualitas; quæ, ſi ſeruanda non eſſet, potius ad Rei (cuius partes ſunt fauorabiles) quàm ad fiſci fauorem, ſeruari non deberet; vt contra Gambacurtam, & Bonacinam in *locis ſupra cit.* docent Peregrinus, Ciarlinius, & Sperellus *in deciſion. forenſ. Eccleſiaſt. deciſ.* 65. *num.* 2. & *ſeqq.* qui *num.* 7. *ſubdit*, quod in dicto caſu non ſolum denegari debeat fiſco appellatio, ſed etiam recurſus, & affert pro ſe ſacræ Congregationis immunitatis declarationem, die 6. Iunij 1619. & alteram die 15. Decembris 1634. & præterea Reſponſionem Vrbani VIII. priuatim ſibi datam (cuius iuſſu, inquit ipſe, de Codice Gambacurtæ de leta fuit ſententia contraria) & ſic, quod, licet prohibita appellatione, non cenſeatur de iure communi prohibitus recurſus (vti docet Minadous *deciſ.* 27. & alij, quos citat & ſequitur Martha *de iuriſdict. part.* 4. *centur.* 1. *caſ.* 56. *num.* 7.) id tamen non procedat in terminis Conſtitutionis Gregorij XIV.

Reſpondetur ex dictis, quod Conſtitutio Gre- 1
goriana non procedit, quando eſt ſatis ſufficiens, & rationabile fundamentum appellandi; & ſic non tollit, ſiuè Reo, ſiue fiſco appellationem, quando notoriè, vel ſatis fundatè de latæ ſententiæ iniuſtitia conſtat; quia clauſula illa, *appellatione remota*, non prohibet appellationem à ſententia notoriè iniuſta, vt præter Doctores, quos citat,

citat,& sequitur Ciarlinius *loco supra citato, n.*69. docet Scaccia *de appellat. lib.*3. *cap.* 2. *quæst.* 16. *limitat.*1. *num.*84.& Gloritices *in cap. super literis de rescript. num.*333. Vide etiam Franciscum Zipæum *libr.*3. *titul. de immunit. Ecclesiast. consil.*3. Vbi rectè etiam docet, quod, quando iudex Ecclesiasticus ex præparatoriis informationibus, inaudito Reo, declarauit immunitate eum non gaudere, possit Reus appellare, idquè probat ex ipsa Constitutione Gregorij XIV.

DVBITATIO XLIII.

An Iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione stare processui facto à iudice laico, vt possit Reum remittere Curiæ seculari?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui fabricato à iudice laico, vt possit Reum remittere Curiæ seculari.*

2 *Acta instructoria vnius iudicij non probant in alio; nisi fiant inter easdem Personas in iisdem causis, & ad eumdem effectum.*

3 *Cui delegatur alicuius causæ cognitio, prout in causa immunitatis delegatur Ordinario, ei delegatur facultas sumendi probationes pro tali cognitione.*

4 *Probationes, quæ fiunt sine citatione partis vim non habent.*

5 *Iudex secularis cum probationes facit de delinquentis delicto, Ecclesiam, vt pote ei non subiectam non citat, neque ipsum delinquentem.*

6 *Ampliatur nostra opinio negatiua, si vergat aliqua suspicio contra testes examinatos à iudice seculari.*

7 *Episcopus si processui delinquentis factus fuerit antequam de immunitate ageretur potest stare processui iudicis laici non tamen tenetur.*

1 RESPONDETVR negatiuè; Atque ita contra Giurbam, *consil.*50. *num.* 2. *& consil.* 100. (qui contrarium tenet ex Breui Clementis VIII. mox *infrà* adducendo) docent Farinacius *in append. de immunit. Eccles. cap.*22. *num.*373. *& in cit. consil.*76. *num.*1.*&* 2. *& cit. cons.*168. *num.*26.*& seqq.* Clar. *§. fin. q.*30. *vers. vltimo quæro,* Ambrosin. *de immunit. cap.*11. *num.*3. Scortia *Theor.*386. Diana *part.*4. *tract.* 1. *resol.*112. Peregrin. *de immunit. cap.*3. *numer.* 2. Mar. Italia *lib.*1.*cap.*6. *§.*1. *num.*79. Ciarlinius *in controuers. forens.tom.*1.*cap.*10. *num.*92. Ægidius Trullench. *in decalog. tom.*1. *lib.*1. *cap.*11. *dub.*6. *num.*4. *&* 5. Guazzinus *tom.*1. *defens.* 1.*cap.*30. *num.*7.*&* 8. Riccius *in praxi tom.* 2. *resolut.* 285. *num.* 3.*& collect.* 1792. Bellettus *in disquis. Cler. part.*1. *tit. de fauore Cler. reali §.*4. *num.* 50. Vulpius *in prax. cap.*3. *num.*22. Naldus, *ver. Ecclesia num.*32. Lezana *num.* 28. & Bonacina *disp.* 3. *quæst.*7. *punct.*7. *num.* 3. Et probatur; quia acta instructoria vnius iudicij non probant in altero, nisi fiant inter eisdem personas, in iisdem causis & ad eundem effectum, *cap. inter dilectos, §. in omnibus, de fide instrument.* & docet gloss. *in cap.*2. *de ordine cognit.* & alij multi Doctores, quos citat, & sequitur Farinacius *in cit. cons.*168. *num.*26.*& seqq.* Sed forum seculare respicit Reum, vt seculari iurisdictioni subiectum, & vt taliter pro delicto puniendum; forum verò Ecclesiasticum respicit Ecclesiæ immunitatem, quam defendat; quæ sunt causæ, & personæ diuersæ; ergo acta instructoria, seu probationes vnius iudicij non probant in altero. Vide Farinacium *cit. consil.* 76. *in princip.* Clarum *in pract. crim. §. fin. quæst.*36. *n.* 49. & Grammaticum *cons.*41. *num.* 1. qui propterea generaliter docent, quod regulariter Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularem; quamuis (vti notant Naldus, & Lezana *locis supra cit.*) possit ei stare, si prudenter credat legitimè esse factum, & se posse vti eo ad suam conscientiam informandam. 2

Secundò probatur; quia in Constitutione Gregorij XIV. conceditur Episcopo facultas cognoscendi, an delictum sit exceptum; ergo non tenetur stare probationibus iudicis secularis. Antecedens patet ex Gregoriana ibi: *cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi crimina superius expressa commiserint.* Consequentia probatur; quia cui delegatur alicuius causæ cognitio eidem delegatur facultas sumendi probationes pro tali cognitione, sicuti probat Farinacius *dict. consil.* 76. & Ambrosin. *dict. num.*3. & patet *ex cap. præterea. de offic. delegat.* & ibi gloss. *ver. delegatus, & l. vbi falsi,* & ibi gloss. *ver. relationes, Cod. de falsis.* Quapropter poterit Episcopus sumere suas probationes; & non stare probationibus iudicis secularis; præcipuè cùm agatur de proprio interesse. 3

Tertiò probatur; quia probationes, quæ fiunt sine citatione partis, vim non habent, *cap. de testibus*; sed iudex secularis, cùm probationes facit de delinquentis delicto, Ecclesiam (vt potè sibi non subiectam non citat, quinimmò sæpe neque citat ipsum delinquentem) ergo contra immunitatem Ecclesiæ vim non habent. 4 5

Et hæc nostra negatiua Responsio multò magis locum habet, si vergeret (quod & concedit Giurba in loco supra cit.) aliqua suspicio contra testes examinatos à iudice seculari, vel dubius aliquo alio modo esset Episcopus (quod ferè semper contingit; cùm iudex laicus aduersarium agat, & nimio affectu vt plurimum protrahatur) quia tunc certum est, quod ille non teneatur stare processui facto à iudice seculari, sed potent, quin & debebit, maiorem diligentiam adhibere, curando scilicet examinari testes priores diligentius, vel alios de nouo pro informatione suæ conscientiæ examinati; sicuti, rectè tradit, & testatur de praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ Anton. Nouarius *in summa Bullarum tit. de immunit. Eccles. num.* 81. 6

Quapropter aduertat Episcopus, an formatus processus à iudice seculari, formatus ille sit, antequam delinquens ad Ecclesiam confugerit, & sic antequam de immunitate tractaretur; vel postquam delinquens ad Ecclesiam confugerit; & sic 7

causa

cauſa immunitatis tractari cœperit: nam ſi formatus ſit ante, quamuis Epiſcopus tunc non ſit obligatus illi ſtare, ob rationes iam dictas; debet tamen quamprimum poterit, teſtes illos apud ſe examinare, (ſi examinare velit, ac proceſſui à iudice ſeculari facto non ſtare; quod regulariter eſſe debet, & delinquentem iudici ſeculari remittere; quia tunc nonapparet ſuſpicio falſi in proceſſu; at ſi formatus ſit poſt, ſuſpicionem non leuem falſitatis, tunc proceſſus habebit, eo quod formatus fuerit in cauſa propria, ſeu in defenſionem proprij iuris & diminutionem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. Vide, quæ dicebantur *cap.* 10. *dubit.* 1. *ſect.* 1. *in fin.* & *dubit.* 9. *per tot.* Vide etiam Farinacium *in append de immunit. cap. vlt. num.* 375. & *conſil.* 76. & 79. *lib.* 1. *num.* 1. & 2. & *conſ.* 168. *lib.* 2. *num.* 26. & *ſeqq.* Bonacinam, Naldum, & Lezanam *in locis ſupra cit.*

SECTIO II.

Difficultates in oppoſitum, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Examinantur clauſula Breuis Clementis VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum directi.*

2 *Clauſula (ſit tibi ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tua conſcientia informatione, ſufficere tibi videbitur) videtur importare non plenam probationem.*

3 *Quod alicuius conſcientia committitur non dicitur commiſſio iudicialis, ſed conſcientialis.*

4 *Commiſſio eſt exequenda ſecundum veritatem, & ſatis eſt ſi iure gentium ſuſtineatur.*

5 *Ex dicta commiſſione ſufficit qualitercumque inquirere, ac probationem ipſi ſoli, cui eſt demandata, concludere.*

6 *Talis Commiſſarius habet iure Ordinario ſolum Deum cogniterem, & iudicem.*

7 *Item ſequi poteſt animi ſui proprium motum ſola naturali æquitate moderatum.*

8 *Item poteſt Epiſcopus vti Iudicis laici proceſſu, qui in foro Eccleſiaſtico facit probationem extraiudicialem.*

9 *Eccleſiaſtica, & ciuilis iuriſdictio adinuicem iuuare ſe debent, cum ſint ad inuicem confœderata.*

10 *Bannitus à iudice ſeculari, pro Bannito etiam habetur ab Eccleſiaſtico.*

11 *Ex Breui Clementis VIII. citato non ſequitur quod Epiſcopus teneatur ſtare proceſſui facto à iudice ſeculari; ſed tantum quod tollatur longinquitas temporis.*

12 *Clauſula dicti Breuis (ſummarie, ſimpliciter, & extraiudicialiter, ſeu de plano) non excludunt concludentem probationem; ſed excludunt ſolum modum probandi.*

13 *In caſu dicti Breuis, conſtabat de delicto; & tantum difficultas erat, an illi gauderent Eccleſiæ immunitate, & ideo Clemens VIII. ne videretur approbare proceſſum iudicis ſecularis, diſpenſauit in illo caſu particulari.*

14 *Quid ſtatuitur à Principe per Epiſtolam, ad conſultationem priuatorum, publici iuris vim obtinet; ſecus quando fuit pro vno caſu locali tantum.*

15 *Tale Breue, tanquam lex localis, & particularis non ligat extra illum locum, & illum caſum.*

16 *Regula (quod Principi placuit legis habet vigorem) procedit quando Princeps habuit animum legem condendi, & facit publicare.*

17 *Tale Breue Clementis VIII. licet eſſet generale, & generaliter obligaret, non tollit tamen conſtitutionem Gregorianam, qua requiritur concludentem probationem.*

18 *Clauſula (ſummariè, & extraiudicialiter, & quantum pro ſua conſcientia informatione ſufficere videbitur) tollunt ſolum iuris ſolemnitates, & apices, non item veras, plenas, & concludentes probationes.*

19 *Clauſula recenſita non efficiunt, quod ius gentium, vel natura ſeruandum non ſit.*

20 *Epiſcopus pro informatione ſua conſcientiæ non poteſt quid ſufficienter habere; niſi habeat probationem veram, plenam, & concludentem.*

OBlicies Breue Clementis VIII. ad Archiepiſcopum Panormitanum dic 6. Febr. 1597. directum in illis verbis: *Sit tibi ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tua conſcientia informatione ſufficere tibi videbitur,* (quod Breue ad literam refert Genuenſis *in prax. Archiepiſcop. c.* 94. & Farinac. *conſil.* 168. *lib.* 2. *addit.* 1.) Ergo cùm ſummus Pontifex ex dictis verbis contentus ſit extraiudiciali probatione (quod inſinuat non ſolum dictio illa *extraiudicialiter*, ſed etiam clauſula; *Quantum pro tua conſcientia informatione*, &c. quia cùm quid alicuius conſcientiæ committitur, non dicitur commiſſio iudicialis, ſed conſcientialis, Baldus *in l. certum Cod. vnde leg. num.* 7. *in fin.* Roman. *num.* 25. Franch. *in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem de reſcript. in* 6. *num.* 6. Et propterea non requiritur cognitio, Lapus *alleg.* 60. *num.* 4. Eſt enim commiſſio exequenda ſecundum veritatem, & ſatis eſt, ſi iure gentium ſuſtineatur, Baldus *in l.* 2. *Cod. de fideicommiſſ. num.* 2. Franch. *loco ſupra cit.* Et ſufficit qualitercumque inquirere, ac probationem ipſi ſoli, cui eſt demandata, concludere, Franch. *ibid.* & Felin. *in cap.* 1. *de conſtitut. num.* 51. *prope fin.* Et habet is iure ordinario ſolum Deum cognitorem, & iudicem, gloſſ. *in cit. §. aſſeſſorem verb. relinquitur*, Franch. *n.* 6. & Abb. *in cap. ſuper his, de accuſat. num.* 16. Et tandem ſequi poteſt animi ſui proprium motum ſola naturali æquitate moderatum, Mandoſius *Addit. vlt. ad allegat.* 15. *Lapi.*) poterit Epiſcopus Iudicis laici proceſſui (cui in foro Eccleſiaſtico facit probationem extraiudicialem, Det. *in cap. at ſi clerici, num.* 90. *de iudiciis*; & meritò; quia Eccleſiaſtica, & ciuilis iuriſdictio adinuicem iuuare ſe debent; cum ſint adinuicem confœderatæ; quapropter Bannitus à iudice ſeculari, pro Bannito etiam habetur ab Eccleſiaſtico, vt bene per Alciatum *in cap.* 1. *n.* 121. *de offic. ordin.*) ſtare, & acquieſcere; maximè, ſi ex perſonarum grauitate fides videatur teſtibus adhibenda; vel ſi ex tempore exceptarum probationum videatur ſuſpicio tolli;

tolli; vel si exhibeatur processus, immunitatis controuersia nondum orta, formatus; quamuis secus, si formatus fuerit postea, vti *supra* cum Farinacio dicebamus.

Respondetur, ex dictis verbis Breuis Clementis VIII. non sequi; quod Episcopus teneatur 11 stare processui facto à iudice seculari; neque sequi (vt rectè ex multis notauit Nouarius in *loco supra cit.*) quod tollatur substantia probationis, sed tantum quod tollatur longinquitas temporis; 12 cùm ly *summariè, simpliciter, & extraiudicialiter, seu de plano*, non excludant concludentem probationem, sed excludant solum modum probandi.

13 Adde quod in tali casu Breuis Clementis VIII. planè constabat de delicto, & tantum difficultas erit, an illi gauderent Ecclesiæ immunitate; & ideò Clemens VIII. ne videretur approbare processum Iudicis secularis, dispensauit in illo casu particulari, vt Archiepiscopus Panormitanus traderet aliquos ex illis Reos Curiæ seculari cum summaria, simplici, & extraiudiciali informatione tantum; quod ad alios casus, vt faciat regulam generalem, trahendum non est: satis enim ex ipso contextu dignoscitur, dictum Breue datum fuisse in illa causa Panormitana ex rationabilibus causis animum Papæ mouentibus, & cum clausulis derogatoriis ad Constitutionem Gregorianam, & alias iuris Constitutiones; præsertim quia tractabatur de crimine assassinij, quod propter grauitatem, & enormitatem suam habet multa specialia, iuxta *textum in cap. 1. de homicid. in 6.* & ex communi tradit Mascardus *concl.* 137.

Instabis, ita declarauit sacra Congregatio; ergo, sic Gturba *loco supra cit.*

Respondetur dupliciter etiam, vt supra; præsertim quia talis ordo emanauit à Pontifice, media Congregatione ipsum repræsentante.

Vrgebis, Quod statuit Princeps per Epistolam 14 ad consultationem priuatorum, publici iuris vim obtinet *l. 1. ff. de constitut. Princip. & §. sed & quod Principi placuit, institut. de iur. natur. gent. & Ciuil.* & docet gl. *in cap. ex tua, de fil. presbyt.* Abb. *in cap. Pastoralis, de except. num. 1. not. 1.* & Felin. *in cap. 1. de constit. num. 17.* ergo dictum Breue seu Epistola Pontificis dicenda est, quod sit edita, tanquam lex ad declarationem Bullæ Gregorij XIV.

Respondetur cum Ciarlinio *in cit. cap. 10. num. 92. & seqq.* nego consequentiam; quia dictum Breue fuit locale pro ciuitate Panormi, & pro illo casu tantum; nec voluit Pontifex in illo Breui condere legem generalem; quod apparet; quia dirigitur ad Archiepiscopum illius Ciuitatis, vt videre est ex inscriptione, quæ ait: *Venerabili fratri Archiepiscopo Panormi Clemens VIII.* Et sic solum deseruit pro illo casu, pro quo Papa fuit requisitus, vti colligitur ex illis verbis: *Supplicando, vt quid in huiusmodi causa faciendum sit, tibi præscribere dignaremur.* Quapropter tale Breue, 15 tanquam lex localis, & particularis non ligat extrà illum locum, & illum casum, vt rectè dixit Farinacius *in append. de immunit. cap. 22. num. 351.* & Peregrin. *cap. 11. num. 10. & seqq.* quia si voluisset Pontifex per illud facere legem generalem, fecisset illud Romæ publicari sicuti 16 fieri solet, cùm publicatio sit de essentia legis. Et quamuis quod placet Principi, etiam per epistolam, vim legis habeat (vt dixit etiam Mar. Ital *de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 6.*) id tamen procedit, quando Princeps habuit animum legem condendi; & fecit publicari, vt modò supra dicebam, & docent Farinac. & Peregrin. in *locis supra cit.* Adde; quod licet tale Breue Clementis VIII. 17 sit generale, & generaliter obliget, non tamen (vt supra etiam dicebam) tollit Constitutionem Gregorij XIV. quæ requirit veram, & concludentem probationem; & sic non efficit, quin necessaria sit plena probatio: licet enim in dicto Breui dicatur, posse Episcopum se informare summariè, & extraiudicialiter, & quantum pro suæ conscientiæ informatione sufficere videbitur; hæc tamen verba tollunt solum iuris solemnitates, & apices, non item veras, plenas, & concludentes 19 probationes; ita vt ius gentium, vel naturæ (iuxta quod in ore duorum vel trium stat omne verbum, *l. vbi numerus, ff. de testibus, & cap. si quis testes, §. vbi 1. quæst. 3.* & tradunt Cephal. *consil. 651.* Mascard. *de probat. in præfat. quæst. 5. num. 117.* & Farinac, *quæst. 63. num. 232.*) seruandum non sit, sicuti rectè docent etiam Oiascus *decis. 1. num. 1. & 15.* Farinac. *q. 8. num. 68. & cit. q. 63. num. 13.* & Martha, *clauf. 160. num. 10. part. 1.* Quapropter non poterit Episcopus pro 20 informatione suæ conscientiæ quid sufficienter habere, nisi habeat probationem veram, plenam, & concludentem, quam omnia iura requirunt; præsertim, si tractetur de præiudicio Rei, & Ecclesiæ, quorum partes sunt valdè fauorabiles.

DVBITATIO XLIV.

An iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione citare Reum, vt possit illum remittere Curiæ seculari?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Index Ecclesiasticus cum hac cognitione tenetur citare Ecclesiam, seu nomine Ecclesiæ defendere, cum directe de eius præiudicio agatur.*

2 *Item tenetur citare Reum, cum non possit inuitus ab Ecclesia à Prælato Ecclesiastico extrahi.*

3 *Reus potest extrahenti resistere, & extractus iam agere vt Ecclesiæ restituatur.*

4 *Iudex Ecclesiasticus sine citatione Delinquentis non potest illum remittere Curiæ seculari.*

5 *Quotiescumque directe agitur de præiudicio alicuius, agitur de præiudicio eiusdem ad ipsum condemnandum.*

DIXI, *an obligatus sit citare Reum;* 1 quia quod obligatus sit citare Ecclesiam, seu nomine Ecclesiæ promotorem fiscalem, ad quem spectat iura Ecclesiæ defendere, indubitatum videtur; cùm directè de eius præiudicio

agatur

agatur, *l. de vnoquoque ff. de re iudicata*; *l. nam ita Diuus, ff. de adoption. & cap. 2. de teſtibus*, & docet Farinac. *in conſ. 168. num. 42. & in append. de immunit. capit. vlt in fin.* Hoc poſito.

2 Reſpondetur affirmatiuè; Atque ita contra Remigium Gogni *de immunit. Eccleſ. q. 2. num. 3. & 11.* Gratianum *diſp. 596. num. 26.* Giurbam *conſil. 100. de immunit. n. 28.* & Antonium Nouarium *in ſumma Bullarum tit. de immunit. Eccleſ. num. 96.* (vbi pro ſua ſententia teſtatur de praxi Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, & citat Merlinum in Controuerſiis forenſibus) docent Doctores, quos citat, & ſequitur Farinacius *in appendice, cap. 22. num. 376. & conſil. 168. num. 48.* Peregrin. *de immunit. Eccleſ. cap. 5. num. 9. & ſeqq.* Bonac. *tom. 2. diſp. 3. quæſt. 7. punct. 7. num. 10.* & Diana *part. 4. tract. 1. reſol. 112.* & probatur; quia priuilegium immunitatis, quamuis competat primo, & per ſe Eccleſiæ, competit tamen immediate, directè, & per ſe etiam delinquenti; cùm ipſe non poſſit inuitus ex Eccleſia à Prælato Eccleſiſtico extrahi (vt tradit etiam Gambacurta *lib. 4. cap. 22. num. 16.*) quin & poſſit (vt *ſuprà dubit. 25. ſect. 1. dubit. 26. & 32.* dicebam) extrahenti reſiſtere, & extractus iam agere, vt Eccleſiæ reſtituatur; ergo ſine citatione delinquentis non poteſt iudex Eccleſiaſticus illum remittere Curiæ ſeculari. Conſequentia probatur; quia quotieſcumque directè agitur de præiudicio alicuius, requiritur citatio eiuſdem ad ipſum condemnandum.

3 4 5

SECTIO II.

Difficultates in oppoſitum, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium immunitatis competit primo & per ſe Eccleſia, nec non competit immediate, directe, & per ſe etiam Reo.*

2 *Priuilegium immunitatis potius dicendum eſt competere Reo, quam Eccleſia, cum Eccleſia intuitu ei concedatur, & homo capax ſit beneficij.*

3 *Citatio Delinquentis non videtur neceſſaria quotieſcumque probatio fit ad iudicis inſtructionem, ſi ſimus in cauſis Tertio non præiudicantibus, aliàs ſecus.*

4 *In crimine aſſaſinij ad excommunicationem, depoſitionem vel aliam cenſuram ferendam requiritur etiam partis citatio.*

5 *In crimine aſſaſinij ad ferendam ſententiam ſufficiunt probabilia argumenta; quæ tamen in caſu immunitatis non ſufficiunt.*

6 *Ferre ſententiam ſine Partis citatione eſt contra ius naturale, nec poteſt conſuetudine aliqua firmari.*

7 *Reus ſi ſponte compareat non citatus, petatque audiri pro ſui iuris defenſione, audiri debet; & quouſque audiatur, opponere poteſt ſententiæ Ordinarij declaratiuæ immunitatem ipſi non competere.*

1 OBiicies, priuilegium immunitatis competit primò, & per ſe Eccleſiæ; Reo autem competit tantum in conſequentiam (vti docent Couar. *2. var. cap. 20. num. 11.* & Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 29. num. 1. in fin.*) Ergo non eſt, cur citetur Reus, Conſequentia probatur; quia quotieſcumque priuilegium alicui competit in conſequentiam, & non immediatè, ſeu directè, & per ſe, non debet is citari, ſed ſufficit, ſi citetur principalis.

Reſpondetur, concedo priorem partem antecedentis, quod ſcilicet priuilegium immunitatis competat primò, & per ſe Eccleſiæ; at nego poſteriorem partem illius quod ſcilicet competat tantum delinquenti in conſequentiam, & non immediatè, directe, & per ſe etiam vti *ſuprà* dicebam; Quin immò dicendum eſt, quod potius competat delinquenti, intuitu tamen Eccleſiæ; cùm non Eccleſia, quæ eſt res inanimata, capax beneficij ſit, ſed potius homo, in honorem tamen, & reuerentiam Eccleſiæ. 2

Obiicies ſecundò, probatio, an delictum ſit exceptum, fit ad inſtructionem Iudicis (cùm ipſi tantum id conſtare debeat, vt poſſit delinquentem remittere Curiæ ſeculari; & patet ex Conſtitutione Greg. XIV. ibi: *Cognito prius per Epiſcopum, an vere ſupradicta crimina commiſerint.* & quia nullibi ab illa requiritur, vt parti etiam conſtet) Ergo non eſt, cur delinquens citetur. Conſequentia probatur, quia quotieſcunque probatio fit ad iudicis inſtructionem, non videtur neceſſaria citatio delinquentis; ità Innocent. Bart. & Bald. quos citat Farinacius *in cit. conſ. 168 n. 48.*

Reſpondetur, concedo antecedens; at nego conſequentiam; & ad probationem Reſpondeo, diſtinguendo: non videtur neceſſaria citatio delinquentis, quotieſcumque probatio fit ad iudicis inſtructionem; ſi ſimus in cauſis tertio non præiudicantibus concedo: ſi ſimus in cauſis tertio præiudicantibus (vt in caſu noſtro) nego. Neque obſtat; quod ſoli iudici dicatur debere de veritate conſtare; quia id dicitur; quia probatio (quamuis citetur pars, *cap. ſtatutum, §. cùm verò de reſcriptis in. 6.*) fit iudici, & non parti, etſi conſtando Iudici, ex conſequentia etiam conſtet & parti. 3

Obiicies tertiò, in crimine aſſaſinij ad excommunicationem, depoſitionem, vel aliam cenſuram ferendam, non videtur neceſſaria citatio partis, Hoſtienſ. *in cap. vnic. de homicid. in 6. num. 37. ver. Conſtiterit.* & *ibi* Ioan. Andr. & Geminian. Ergo neque neceſſaria eſt in caſu noſtro; cùm hic de minori præiudicio delinquentis agatur.

Reſpondetur, nego antecedens, quia licet ad condemnationem ibi argumenta probabilia ſufficient, hæc tamen plenè, & in forma iudicij probari debent, & conſequenter cum citatione partis. 4

Reſpondetur ſecundò, tranſeat antecedens: at nego conſequentiam; & diſparitas eſt, quia in crimine aſſaſinij (cùm propter grauitatem ſuam habeat multa ſpecialia, *cap. 1. de homicid. in 6.* & ex communi tradit Maſcard. *concl. 137.*) ad ferendam ſententiam ſufficiunt probabilia argumenta, quæ tamen in caſu immunitatis non ſufficiunt; cùm verè, plenè, & perfectè de delicto excepto conſtare debeat, vt ſupra dicebamus. 5

Obiicies quartò, videtur receptum, vt informationes fiant ſecretè, ſine citatione partis; ergo.

Respondetur, nego antecedens.Et esto,ita alicubi receptum sit, abrogari id deberet, vt potè
7 contrarium iuri naturali. Quinimmò addo,quod, si Reus sponte compareat non citatus, peratque audiri pro sui iuris defensione, audiri debeat; & quousque audiatur, opponere possit sententiæ Ordinarij declarantis immunitatem ipsi non competere; quia agitur de eius præiudicio; & ex alio capite de iure naturæ ipsi competit,se posse defendere,& iudici defensiones ipsius admittere. Vide Farinac. *cit. cons.*168. *n.*61. *&* 62. & Peregrinum *cit. cap.*3.

SECTIO III.

An testes examinati in processu informatiuo sint postea repetendi, & quomodo?

SVMMARIVM.

1 *Testes examinati in processu informatiuo sunt postea repetendi citato,& audito fisco Ecclesiastico, & ipso Reo, nisi forsan habeantur pro repetitis.*
2 *Repetitio testium multum Ecclesiæ,& Reo, cum rei veritate potest prodesse.*
3 *Solus processus informatiuus non facit fidem,cum testes examinati, parte non citata, non probent, nec faciant iudicium etiam in criminalibus.*
4 *Testes, non obstat,quod deponant super crimine, licet non sint repetiti.*
5 *Ratio Guazzini, quod sc. in criminalibus exceptis,parte non citata, patitur difficultatem.*

1 EX dictis sequitur, quod testes examinati in processu informatiuo, sint postea repetendi, citato, & audito fisco Ecclesiastico, & ipso Reo, nisi forsan habeantur pro repetitis; Atque ita in terminis contra Guazzinum,*tom.*1.*defens.cap.*31. *numer.* 19. docet Ciarlinius *in controuers. forens. cap.*10.*num.*150. & meritò;quia repetitio testium
2 multum Ecclesiæ, & Reo cum rei veritate prodesse potest; cùm testes repetiti sæpe dictis suis quid addant, vel minuant vel alio modo se declarent ita vt quod prius Ecclesiæ, & Reo noxium
3 erat, incipiat esse vtile, & proficuum; tum quia solus processus informatiuus non facit fidem,cùm testes examinati, parte non citata, non probent, nec faciant iudicium, etiam in criminalibus, vt docent Farinac. *quæst.*72. *num.* 87. & ipse etiam Guazzinus *defens.*24. *cap.*9.

4 Neque obstat, quod dicunt idem Guazzinus *cit. defens.*1. *cap.*30. & Giurba *consil.*50. sufficere in nostro casu, quod testes deponant super crimine, licet non sint repetiti; quia ratio Guazzini,
5 quod scilicet in criminibus exceptis probent testes parte non citata (præterquam quod Doctores per eum allegati loquuntur solum in crimine assassinij, & læsæ Maiestatis,quæ propter grauitatem suam habent multa specialia, vt supra dicebam)patitur difficultatem;cùm multi alij teneant, etiam in dictis criminibus requiri citationem; vt per Farinacium *q.*72. *n.*87. Mascardum *concl.*137. & etiam per eundem Guazzinum *cit. defens.*24. *cap.*9. videre est.

DVBITATIO XLV.

Qualiternam iudex Ecclesiasticus obligatus sit in hac cognitione procedere?

SVMMARIVM.

1 *Oblatio libelli, & litis contestatio non videtur necessaria in hac cognitione.*
2 *Oblatio libelli, & litis contestatio non est necessaria quando agitur ad cognitionem qualitatis delicti,& non ad pœnam illius.*
3 *Idem procedit quando agitur ex officio, & nullo accusatore interueniente maximè quando decisio committitur arbitrio, & cum clausula (summariè.)*
4 *Iudex Ecclesiasticus in casu supradicto tenetur Reo, & Ecclesiæ concedere dilationes, quæ vt iura sua defendat, necessaria sibi visa fuerint.*
5 *Iudex Ecclesiasticus in tali cognitione facienda, non potest denegare dilationes ad probandum, cum id sit de iure naturæ, & aliàs delictum non esset plene probatum.*
6 *Item tenetur fabricatum processum publicare, ne Reo, & Ecclesiæ defensio, & allegandi si quid habeat in sui iuris fauorem, potestas tollatur.*

RESPONDETVR, non videtur necessarium, quod procedat, libellum exhibendo, & litem contestando; quia 1 2
agitur ad cognitionem qualitatis delicti, & non ad pœnam illius; tum 3
quia agitur ex officio,& nullo accusatore interueniente; tum quia committitur arbitrio Episcopi huius causæ decisio; tum quia potest summariè, & extra ordinem iuris hæc causa tractari,ergo,&c. Consequentia probatur;quia in his omnibus non requiritur libellus, & litis contestatio, vt ex communi tradunt Menoch. *de arbitr. quæst.*18. & Farinacius *cit. consil.*168.*num.*63. Tenetur tamen 4
iudex Ecclesiasticus Reo, & Ecclesiæ concedere dilationes, quæ vt iura sua defendant, necessariæ sibi visæ fuerint; quia, etsi eius iudicio & arbitrio delicti probatio commissa sit,non tamen propterea tollitur, quin teneatur dictas dilationes concedere; cùm id sit de iure naturæ, & aliàs delictum non esset plenè probatum; Atque ita docent Farinac. *loco supra cit. num.*64. Speculat.*in tit. de offic. omn.iudic. §. fin. num.* 18. & Ciarlinius *in contr.* 6
*forens. cap.*10. *n.* 151. contra Giurbam *cons.*50. *num.*5. Tenetur etiam iudex Ecclesiasticus, cùm processum fecerit, illum publicare,ne Reo, & Ecclesiæ defensio, & allegandi, si quid habent in sui iuris fauorem,potestas tollatur.Vide Doctores,quos citat,& sequitur Farinac. *loco supra cit.*

***

DVBITATIO XLVI.

An in dubio, quod delictum sit exceptum, possit iudex Ecclesiasticus iudicare, quod Reus non gaudeat, sed priuetur immunitate?

SVMMARIVM.

1 *In dubio amplectenda est ea opinio, quæ magis fauet Ecclesiæ & Reo etiam in casu priuilegij immunitatis.*
2 *Episcopus in omni casu dubio consulere debet Pontificem.*
3 *Episcopus tradēs indebitè Reū Curiæ seculari præter peccatum mortale sacrilegij, & iniustitiæ, & sic damnorum obligationem, si Reus morte puniatur, incidit etiam in irregularitatem.*

1 RESPONDETVR negatiuè; quia (vt perse patet, & supra dicebam *dubit.* 37. *sect.* 1. *num.* 27.) in dubio ea opinio tenenda est, quæ magis fauet Ecclesiæ, & Reo; Atque ita in terminis casus dubij de immunitate Ecclesiæ docent Farinac. *in append. cap.* 8. *num.* 123. *in fin.* Maranta *part.* 2. *respons.* 36. *num.* 11. & *respons.* 51. *num.* 12. Giurba *consil.* 10. *num.* 25. *in fin.* & Speculus *decis.* 60. *num.* 13. Vide etiam Guazzinum *defens.* 20. *num.* 20. vbi rectè
2 ait, quod Episcopus in omni casu dubio consulere debeat Pontificem.
3 Cæterum Episcopus, si Reum Curiæ seculari tradit in casu, quo debet ille gaudere, præter peccatum mortale sacrilegij, ac iniustitiæ, & sic damnorum obligationem, & irregularitatem (si Reus ad mortem damnatur) incurret; quia in casibus non exceptis nullam potestatem in Reum habet; & consequenter, si tunc Curiæ seculari eum tradit, Reo, & Ecclesiæ iniuriam maximam infert contra virtutem iustitiæ, & Religionis. Vide Nouarium *in sum. Bull. tit. de immunit. num.* 31.

DVBITATIO XLVII.

Ad quemnam iudicem spectet cognitio, si captus à satellitibus, affirmet, se captum fuisse in loco sacro, illi autem negent?

SVMMARIVM.

1 *Cognitio controuersiæ Rei capti, & satellitum capientium asserentium contra Rei depositionem se non executos capturam in loco sacro, spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*
2 *Accessorium sequitur naturam sui Principalis.*
3 *Reus si captus à iudice laico, alleget Clericatum de hoc cognoscere spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*
4 *Melior est conditio possidentis quando sumus in dubio, & cetera sint paria.*
5 *In casu posito index Ecclesiasticus non debet facile credere satellitibus, quia agitur de graui præiudicio tertij, & ideo est cauendum hac de re deligenter.*
6 *Per iudicem Ecclesiasticum hic intelligitur Episcopus, & non Prælatus regularis.*

RESPONDETVR, quod spectet ad iudi- 1
cem Ecclesiasticum; Atque ita docent Farinacius *in append. cap.* 2. *numer.* 54. Gambacurta *lib.* 4. *cap.* 22. *num.* 25. Peregrinus *in tract. de immunit. Eccles. cap.* 13. *n.* 18. Antonius Nouarius in summa Bullarum, *tit. de immunit. num.* 95. & Marius Italia *lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 100. *& seqq.* Et probatur; quia ad iudicem Ecclesiasticum spectat cognoscere causas immunitatis principales, vt potè Ecclesiasticas, & spirituales; ergo ad eundem spectabit cognoscere alia ad illas concernentia; quia accessorium se- 2
quitur naturam sui principalis, *cap. accessorium de regul. iuris in* 6. Quapropter *in cap. si index de sententia excommun. in* 6. decidituir, quod, si Reus captus à iudice laico, dicit se esse clericum, huius 3
rei cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum: qua de re tamen nos dicebamus *cap.* 4. *dubit.* 25. *vsquè ad* 30.

Dices, Reus est in possessione iudicis laici, ergo cognitio spectat ad iudicem laicum. Consequentia probatur; quia melior est conditio possidentis.

Respondetur, concedo antecedens; at nego con- 4
sequentiam, & ad probationem eius Respondeo, quod melior est conditio possidentis, si simus in dubio, & cætera sint paria (quod non est in casu nostro, vt dicebamus) Vnde *in cit. cap. si index*, licet Reus sit in manibus iudicis secularis, decidi-
tur tamen, quod cognitio de clericatu spectet ad iudicem Ecclesiasticum.

Aduerte tamen hic cum Doctoribus (quos ci- 5
tat, & sequitur Tuschus *ver. Ecclesia concl.* 10. *num.* 17. Farinac. *in append. cap.* 2. *num.* 44. Mar. Italia *de immunit. lib.* 1. *cap.* 6. §. 2. *num.* 98. Decianus *in tract. crim. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 29. *num.* 10.) quod in casu posito non debeat iudex Ecclesiasticus de facili credere satellitibus, seu Birruariis affirmantibus; quia agitur de graui præiudicio tertij & de graui præiudicio loci sacri, quorum partes sunt valde fauorabiles; quamuis debeat prudenter attendere verba illorum, & considerare omnes circumstantias, & secundùm illas se regulare, & rem exequi; siquidem in obscuris, quod verisimile est, ex coniecturis inspici solet, *l. in obscuris, ff. de regul. iur.* huiusmodi verò coniecturæ desumuntur primò; si omnes satellites id affirment, præsertim ipsorum dux, seu vulgò dictus Capitaneus. Secundo, si satellites Reum acceperint, non accepto pretio, vel mercede. Tertio, si alij etiam affirment Reum captum fuisse in loco non sacro.

Aduerte secundo, quod etiam in dubio, an Reus in loco sacro, vel prophano captus sit spectet ad Episcopum, & non ad alios Prælatos regu- 6
lares id decidere, prout ex Peregrino, Correa, & aliis tradit Barbosa *de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 15. *& seqq.*

DVBITATIO XLVIII.

An Reus ad locum sacrum confugiens, in casibus non exceptis, expelli inde possit, & debeat?

SVMMARIVM.

1 *Reus confugiens ad locum sacrum in casibus non exceptis non potest inde expelli.*

2 & 3 *Qui dat immunitatẽ alicui loco dat etiam cuilibet ius confugiendi ad illum locum; quapropter qui eum expellit, priuat eum iure suo, & grauiter peccat contra iustitiam. item dic, de impedientibus ne recipiatur.*

4 *Reus non est expellendus à loco immuni prætextu, quod alibi possit se recipere; quia habet ius ad quem maluerit locum sacrum.*

5 *Clerici, & Regulares non possunt expellere confugientes ad suos Conuentus, & Domos, etiam reiiciendo illos ad Ecclesiam, quia in Ecclesia naturæ necessaria ministrare non licet.*

6 *Reus non seruans debitam reuerentiam Ecclesiæ vel in ea cibum sumens, & quid simile, potest cum violentia ad loca circumiacentia immunia impelli, si renuat obedire.*

7 *Reus turbans quietem, inficiens disciplinam Regularem, vel indecenter se gerens, potest expelli etiam à Domibus, & Conuentibus ipsorum.*

8 *Quod conceditur in fauorem, non debet in dispendium retorqueri.*

1 RESPONDETVR negatiuè; quin debet eius defensio suscipi, *cap. miror. cap. Reum, cap. id constituimus, c. definit. c. sicuti antiquitus, 17. quæst. 4. c. de raptoribus. 36. quæst. 1. cap. inter alia de immunit. Eccles. & l. præsenti Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* Et 2 ratio est, quia qui dat immunitatem alicui loco, dat etiam cuilibet ius confugiendi ad illum locum: quapropter qui eum expellit, priuat eum iure suo; atque adeò grauiter peccat contra iusti- 3 tiam, quod extendendum etiam est ad omnes, qui quomodocumque impediunt, ne Reus recipiatur in loco immuni; quia impediunt ius confugientis in re graui.

4 Neque obstat, quod Reus possit confugere ad alium locum immunem (qua ratione nonnulli Reum expellunt, vel non recipiunt) quia cum omnis locus sacer sit immunis, Reus ius habet confugiendi ad omnem talem locum, ita vtè nullo possit expelli, vel impediri, quod ibi recipiatur, sed sit in potestate ipsius eligere quemcumque locum voluerit, cùm quilibet sit ipsi concessus, ad quem possit confugere.

5 Hinc sequitur, quod clerici, & Regulares non possint expellere Reum à domibus, vel conuentibus immunitate gaudentibus, etiam reiiciendo illum ad Ecclesiam; quia cùm dictæ domus, vel conuentus immunitate gaudeant, habet ius confugiendi non solum ad Ecclesiam, sed etiam ad dictas domus, & conuentus, quo iure non potest priuari; cùm quod est concessum à superiori non possit auferri ab inferiori; præsertim quia ob reuerentiam Ecclesiæ non potest in illa exercere quædam, quæ sunt ad vitæ conseruationem necessaria, vt cibum capere, dormire, & similia: quapropter ad hæc exercenda concedi debet ipsi alius locus: ob quam causam Imperatores concesserunt certum spatium extra Ecclesiam, in quo Reus hæc exercere possit, sicuti constat *ex l. pateant, Cod. de his, qui ad Eccles. confug.* & notat Rittershusius *de iure Asyl. cap. 7. num. 7.*

Quod si Reus non seruet debitam reuerentiam 6 Ecclesiæ, vt si in illa cibum sumat, dormiat, aut quid simile gerat, moneri debet à clericis, quod ad hæc præstanda extra Ecclesiam, v.g. ad circumiacentia loca immunia, se conferat, ita vt si renuat obedire, etiam cum violentia ad id cogi possit, *cit. l. pateant, §. proinde*; quia vt ibi dicitur, *præferenda humanitati religio est*; & cùm spectet ad clericos cura Ecclesiarum, ad ipsos etiam spectabit impedire, ne Ecclesiæ indecenter tractentur. Nouarius *in sum. Bullar. tit. de immunit. num. 40.* asserens ita declarasse S. Congregationem, & Farinac. *de immunit. cap. 2. num. 40.*

Quin, si Reus indecenter in domibus, conuen- 7 tibus, vel aliis locis immunibus se gerit, v.g. turbat quietem, vel inficit disciplinam regularem expelli licitè ex illis potest; quia cùm immunitas sit priuilegium loci, non debet redundare in de- 8 trimentum loci, & eorum qui sunt in loco; siquidem quod conceditur in fauorem, non debet in dispendium retorqueri, *cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6.* quapropter tunc prævalet ius illorum conseruandi propria loca cum debita quiete, præsertim cùm tale ius sit naturale, & primæuum, & cùm Reus confugiat ad illa vt protegendus, & sic vt supplex, & protectionem implorans: quapropter si taliter se non gerat, indignum se reddit protectione.

DVBITATIO XLIX.

An, si laicus delinquat in loco sacro, possit iudex Ecclesiasticus cognoscere de delicto, & delinquentem secularem punire?

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus cognoscere, & punire potest simpliciter, etiam si delictum in loco sacro commissum non sit Ecclesiasticum, sed seculare, & à seculari commissum.*

2 *Delictum in loco sacro commissum, ratione loci sacri, in quo est commissum, sortitur naturam mixti fori, & datur locus præuentioni.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Olibanus *de iure fisci cap. 11. num. 7. & seqq.* & Antonius Ripol. *de iurisdict. omn. ind. cap. 1. num. 170.* asserant, quod iudex Ecclesiasticus, si habet iurisdictionem, & territorium in rebus secularibus; possit cognoscere per seculares de delicto intra locum sacrum à seculari commisso, & delinquentem illum punire; ex eo, quia ad dominum habentem omnem iurisdictionem, & imperium in ciuitate, pertinet cognitio, & punitio

secularis

ſecularis delinquentis intra Eccleſiam; ſecus ſi ta-
1 lem iuriſdictionem non habeat) tamen dicendum ſit, quod cognoſcere, & punire poſſit ſimpliciter etiamſi delictum in loco ſacro commiſſum, non ſit Eccleſiaſticum, ſed ſeculare, & à ſeculari commiſſum. Et probatur (vnde patet Reſponſio fundamentum aduerſariorum) quia (vt ſupra dicebam) delictum in loco ſacro commiſſum, ratione loci ſacri, in quo eſt commiſſum, ſortitur naturam mixti fori, cùm propterea induat naturam ſacrilegij; quapropter in tali caſu vterque iudex,
2 tam ſecularis, quàm Eccleſiaſticus, cognoſcere, & punire poterit; ita vt detur locus præventioni, & ſic punire poſſit is iudex, qui in captura prævenit, atque ita docent Doctores, quos refert, & ſequitur Farinac. *in appendice de immunit. Eccleſ. cap. 16. num. 236.* Vide etiam, quæ dicebantur *cap. 10. dubit. 6. ſect. 1. & ſeqq.*

CAPVT XVII.

De bonis Eccleſiaſticis non alienandis.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur immunitas Eccleſiaſtica per alienationem bonorum Eccleſiaſticorum?

SVMMARIVM.

1 *Laicus, ſiue Eccleſiaſticus habens adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, ſi ſcienter in quantitate notabili alienet, deſtruat, vel demoliatur in effectu bona, quæ ſunt immobilia, vel mobilia pretioſa eiuſdem Eccleſiæ quæ ſeruando ſeruari poſſunt, violat Eccleſiaſticam immunitatem.*

2 *Bona Eccleſiaſtica alienationis immunitate gaudent; & propterea inalienabilia dicuntur.*

3 *Alienans bona Eccleſiaſtica ſine iuſta cauſa, & ſolemnitate, & denique Romano Pontifice inconſulto, incurrit ipſo facto excommunicationem, aliaſque pœnas, vt Beneficij priuationem.*

4 *Adducuntur ad id probandum multa iura, præcipuè extrauag. Ambitioſæ Pauli II.*

5 *Enumerantur pœna contra alienare præſumentem, & contra eum, qui rem alienatam receperit.*

6 *Alienatio declaratur eſſe nullius valoris.*

7 *Vrbanus VIII. derogat omnia priuilegia Regularium in contrarium.*

8 *Infert in Regulares contrauenientes cenſuras, & alias nouas pœnas.*

9 *Declarat omnem actum eſſe nullum.*

10 *Accipiens non poteſt in conſcientia rem acceptam retinere, neque etiam fructus rei acceptæ.*

11 *Monaſterium non poteſt cedere iuri ſuo.*

12 *Ex vi dicti decreti Vrbani VIII. Regulares ſuper bonis Monaſterij neque poſſunt accipere pecuniam ad cambium, vel mutuo cum ſolutione lucri ceſſantis, vel damni emergentis.*

13 *Neque poſſunt bona iuriſdictionalia in feudum vel emphyteuſim concedere, vel vltra triennium locare.*

14 *Alienationis prohibitio extenditur etiam ad bona loci pij, v.g. Confraternitatis, Collegij, Congregationis, Capellæ, vel Hoſpitalis, ſi auctoritate Epiſcopi ſint erecta.*

15 *Loca pia, & Eccleſia hac in re æquiparantur.*

16 *Confraternitatis, Collegium, Congregatio, vel Hoſpitale ſine autoritate Epiſcopi erecta, non cenſentur loca pia propriè, & qualibet horum bona poſſunt ſine ſolemnitate iuris alienari.*

17 *Capella, quæ non fuit auctoritate Epiſcopi erecta, non cenſetur Eccleſiaſticum beneficium.*

18 *Extrauagans Ambitioſæ, & Clementina I. de rebus Eccleſiæ non alienandis loquitur de Prælatis, Beneficiariis, & aliis adminiſtrationem habentibus.*

19 *Religioſus ſubditus, vel quicumque, alius, nullo iure adminiſtrationem habens alienans aliquid Eccleſiæ, deſtruens, vel demoliens, excommunicationem, & pœnas dicta Extrauagantis non incurrit.*

20 *Præſumptio ſupponit dolum, & ſcientiam.*

21 *Alienans, deſtruens, vel demoliens ex ignorantia iuris, vel facti excommunicationem, & pœnas dicta extrauagantis non incurrit. ſecus forſitan ſi ignorantia coniuncta ſit cum ingenti temeritate.*

22 *Ignorantia coniuncta cum ingenti temeritate, ſcientiæ æquiparatur.*

23 *In alienatione quantitatis parui momenti, puta 25. aureorum non requiritur iuris ſolemnitas, nec Romani Pontificis conſultatio, & conſenſus.*

24 *Quantitas parui momenti; æſtimatur etiam ea, quæ centum aureos non attingit.*

25 *In parui momenti quantitate poſſunt etiam alienari ſine ſolemnitatibus, & conſenſu ſummi Pontificis, res immobiles Eccleſiæ.*

26 *Amplia id eò magis procedere, ſi res non patiatur moras.*

27 *Amplia, ſi alienetur ſumma pecuniaria ad pium vſum, quantumuis ea magna ſit, dummodo ad menſam Prælati pertineat; quia dicta pecunia non eſt res Eccleſiæ; ſed Prælati.*

28 *Prælatus etiam Regularis licet non habeat dominium bonorum ſuæ Eccleſiæ; quia tamen habet adminiſtrationem, poteſt ad cauſas pias liberè diſponere de redditibus Eccleſiaſticis.*

29 *Verbum (alienare) lato ſumpto vocabulo, amplectitur omnes contractus, quibus directè rei traditæ Dominium tranſfertur, vel Dominium vtile, per feudum, emphyteuſim, locationem in longum tempus; & multo magis per contractum conſualem, per quem Dominium, ſeu directum, ſeu vtile in alterum tranſfertur conſtituta penſione annua.*

30 *Nomine alienationis in materia hac Eccleſiæ, & priuilegiatis Perſonis fauorabili; comprehenditur etiam quæuis conſtitutio pignoris, & hypotheca ſpecialis, non tamen generalis.*

31 *Per generalem hypothecam non tantum iuris in rem, cum periculo eam alienandi, tranſfertur, quantum per ſpecialem.*

32 *Nomine alienationis in materia odioſa non comprehenditur hypotheca, vel pignus niſi ſit conſtitutum pro tanta quantitate, vt non ſit ſpes facilis redemptionis.*

33 *Prohibito actu, cenſetur prohibitum omne illud per quod perueniatur ad actum.*

34 *Si res prohibetur alienari, non ſolum prohibetur Domini directi tranſlatio; ſed pignoris etiam obligatio, vſusfructus, & ſeruitutis conſtitutio.*

35 *Si res aliqua ab antiquo tempore in feudum, vel emphyteuſim concedi ſolita erat, poterit à Prelato, dummodo non fuerit Eccleſiæ incorporata ſine alia ſolemnitate concedi, ſi Eccleſia expedire videatur.*

36 *Vt res dicatur ſolita concedi, ſufficit ſi ſemel conceſſa fuerit.*

37 *Decime, quæ ante Lateranenſe Concilium laicis dabantur, ſi poſtea ad Eccleſiam reuertantur, poſſunt ante ipſarum incorporationem, iterum eiſdem concedi.*

38 *Conſuetudo obtinet in multis locis, vt fundi Eccleſiaſtici ſine iuris ſolennitatibus in emphyteuſim licitè, & validè tradantur.*

39 *Pœna impoſita facienti non incurritur ob criminis attentationem.*

40 *Attentans, tractans, vel promittens alienare, dum modo in effectu non alienet, licet tradat rei pacificam poſſeſſionem non incurrit excommunicationem, & pœnas dicta extrauagantis.*

41 *Clericus ſubſcribens alienationem bonorum Eccleſiæ, excommunicatur, niſi alienans, & recipiens rem Eccleſiæ, celeri reſtitutioni ſibi proſpiciant.*

42 *Celeri reſtitutione ſibi proſpicit, qui reſtituit antequam Eccleſia ex tali alienatione ladatur.*

43 *Reuocans alienationem rei Eccleſiæ, antequam alter pacificam poſſeſſionem rei venditæ recipiat, non incurrit excommunicationem dictæ Extrauagantis.*

44 *Excommunicatio, & Pœna dictæ extrauagantis non incurruntur; niſi etiam rei pacifica poſſeſſio habita ſit; in quo caſu tamen dictæ pœnæ incurrentur, etiam ſi contractus ſit factus ſaluo aſſenſu ſedis apoſtolicæ; & non aliter.*

45 *Aſſenſus ſuperioris debet præcedere contractum, quia quando aliquid pertinet ad formam actus, debet præcedere ipſum actum.*

46 *Factum tempore inhabili, ſed relatum in tempus habile validum eſt ſaltem pro tempore habili, ſi iure illud non irritetur.*

47 *Conſenſus ſuperioris requiritur tanquam forma ad valorem alienationis; ſecus eſt de tractatu alienationis faciendæ, ſi Papa, ſeu ſedes Apoſtolica conſenſerit.*

48 *Conſentiens in alienationem bonorum Eccleſiaſticorum, non incurrit excommunicationem, & pœnas dictæ extrauagantis; quia conſentire in alienationem, non eſt alienare.*

49 *Cenſura lata contra facientem, non ligat conſentientem, niſi expri matur.*

50 *Nomine bonorum immobilium vel mobilium in hac materia alienationis, veniunt vaſa aurea, argentea, gemmæ, caſulæ pretioſæ, tapetes: item quæcunque triennio non corrumpuntur, & ſimul fructificant, vt integer Grex ouium, caporarum, &c.*

51 *Item veniunt mobilia omnia quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; item quæ triennio vſu corrumpuntur vel breui tempore inueteraſcunt, quales ſunt pleraque veſtes, vinum, oleum, frumentum, & alij fructus, pecudes, & cetera animalia, &c.*

52 *Reliquiæ ſanctorum non veniunt ſub diſpoſitione dictæ extrauagantis.*

53 *Reliquias vendere (niſi vendantur ratione Capſæ, vel vaſis pretioſi) eſt ſimonia, quæ conſumpta infert excommunicationem in opinione aliquorum licet minus probabili.*

54 *Si reliquiæ alicubi traditæ ſint perpetuæ ſepulturæ, vt inde nunquam extrahantur, vſus & ſtylus Curiæ Romanæ habet, vt non poſſint abſque conſenſu Apoſtolico extrahi & aliis tradi.*

55 *Et ſi fiat, actus, tanquam irritus, erit impugnandus.*

56 *Reliquiæ modica poterit licitè alicui Eccleſiæ, vel Oratorio donari ſine aſſenſu Apoſtolico.*

57 *Regulares poſſunt alienare ſine aſſenſu Apoſtolico mobilia non pretioſa, vt vinum, frumentum, veſtes, præſertim attritas, & ſimilia.*

58 *Item poſſunt ſimiliter alienare bona mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vt quæ non durant triennio, vel vſu conſumuntur, & non fructificant.*

59 *Regularium ſuperiores poſſunt ſine aſſenſu Apoſtolico ex bonorum Monaſterij fructibus facere pingues eleemoſynas.*

60 *Item poſſunt Regulares ſine aſſenſu Apoſtolico accommodare, præſertim ad tempus breue, bona quæcunque, & quantumcumque pretioſa.*

RESPONDETVR, violari, ſi quis (ſiuè laicus, ſiue etiam Eccleſiaſticus, vt *infra dub.* 22. & 32. dicetur) Eccleſiæ bonorum adminiſtrationem habens, ſcienter in quantitate notabili alienet, deſtruat, vel demoliatur in effectu bona, quæ ſunt immobilia, vel mobilia pretioſa, & ſeruando ſeruari poſſunt. 1 Ratio; quia talia bona alienationis immunitate gaudent, & propterea inalienabilia dicũtur; & ſub 2 pœna excommunicationis, aliiſque pœnis, vt beneficij priuationis, ipſo facto incurrendis, alienari, 3 prohibentur, præterquam ob iuſtam cauſam, & interueniente certa ſolemnitate; ac denique Romano Pontifice conſulto, cap. nulli de rebus Eccleſ. non alienandis *l. inbemus*, 2. *Cod. de ſacroſ. Eccleſiis*, Authent. *de non alienandis*, *coll.* 2. *Clement.* 1. & *Extrauag. Ambitioſa Pauli II. eodem tit.* ibi: *Omnium rerum, & bonorum Eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium, conceſſionem, hypothecam, lo-* 4 *cationem, & conductionem vltra triennium, nec non infeudationem, vel contractum emphyteuticum præterquam in caſibus iure permiſſis, ac de rebus, & bonis in emphyteuſim ab antiquo concedi ſolitis, & tunc cum Eccleſiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, hac perpetuo valitura Conſtitutione fieri prohibemus Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutionibus, prohibitionibus, & decretis aliis ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilominus robore permanſuris.*

Quapro

Quapropter poſtea Pontifex excommunicationis ſententiam, contra eum, qui alienat, & qui alienatas res receperit, fulminat; Prælatum verò alienantem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ab ingreſſu Eccleſiæ interdicit; alios verò Prælatos inferiores ſuis officiis, & dignitatibus ipſo facto, abſque vlla declaratione, priuatos eſſe denunciat. Contractuſque huiuſmodi nullius valoris eſſe declarat; quod & facit Paulus IV. in Bulla quæ incipit. *iniunctum nobis*, vbi ſimiliter ipſe alienationem, & locationem quorumcunque bonorum Eccleſiaſticorum in damnum Eccleſiarum, vel non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, aut aliàs nulliter factas, reſcindit, & annullat. Quia tamen poſt hæc iura ſunt varia priuilegia Religionibus conceſſa (de quibus Rodriq. *tom. 1. qq. regul. quæſt. 27.*) quale eſt illud, quod poſſint Religioſi, & Moniales quædam vendere, & alienare quæcunque bona, etiam ſtabilia, dummodo hoc fiat in commodum, & vtilitatem ipſarum Religionum, vel Monaſteriorum, & ex conſenſu duarum ex tribus partibus Religioſorum, vel Monialium Monaſterij accedente etiam conſenſu, vel ratihabitione Generalis: ideo S. Congregatio Tridentini Concilij in decreto iuſſu Vrbani VIII. edito, 1624. abrogatis omnibus indultis, & priuilegiis quomodolibet Religionibus conceſſis, ſic ſtatuit in his verbis: *Sacra Congregatio Cardin. Concilij Tridentini interpretum rerum experimento edocta, quantum Religiones accipiant detrimenti ex bonorum immobilium, & pretioſorum mobilium diſtractionibus, quas crebrò faciunt Regulares Apoſtolicis priuilegiis iunixi, opera pretium putat, illorum facultatem aliqua ratione compeſcere. Quapropter ſpeciali S.D.N. iuſſu Generalibus, & Prouincialibus Capitulis, vel Congregationibus, Abbatibus, Generalibus, & quibuſcunque aliis ſuperioribus Regularibus cuiuſuis Ordinis, Congregationis, Societatis, vel Inſtituti intra fines Europæ exiſtentibus, omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretioſorum mobilium alienationem omneque pactum, per quod ipſorum dominium tràsfertur, cenſus perpetuos, ſeu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, conceſſionem in feudum, vel emphyteuſim, præterquam in caſibus à iure permiſſis, fieri perpetuò prohibet, atque interdicit, abſque ipſius Congregationis Concilij expreſſa licentia, in ſcriptis, & gratis concedenda, ſub pœna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vociſque activæ, & paſſiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, quam ipſo facto abſque alia declaratione incurrant; ſublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate; pœnis nihilominus Apoſtolicarum* Conſtitut. & præſertim fel. rec. Pauli II. quæ incipit: *Ambitioſæ*, in ſuo robore permanſuris. *Alienationes vero, & pacta, cenſus, hypothecas, locationes, conductiones, & conceſſiones quaſcunque contra huiuſmodi prohibitionem faciendas, ſanctitatis ſuæ auctoritate ipſo iure nullas, atque irritas decernit.* Ex quibus vltimis verbis colligitur, contractus factos alienationis ſine prædictis conditionibus, & ſolemnitatibus, eſſe irritos abſque vlla ſententia, & declaratione, cum irritatio hæc non ſit pœna, ſed natura ipſorum poſita lege. Vnde, qui accepit hoc modo bona alienata à Monaſterio, non poteſt illa in conſcientia retinere, nec etiam fructus illorum, ſed ſi ſit in mora reſtituendi tenetur ad damna Monaſterij. Molina *tom. 2. de Inſtitut. à diſp. 466.* Suarez *4. tom. de Relig. tract. 8. libr. 2. cap. 27. n. 20. & 21.* Addens, & rectè, neque Monaſterium poſſe cedere iuri ſuo, quia hoc eſt intentum Eccleſiæ, propter indemnitatem bonorum Eccleſiaſticorum. 11

Poſt quæ (cum compertum eſſet, Regulares, qui tali decreto prohibebantur cenſus imponere ſuper bonis ad ipſorum Monaſteria pertinentibus loco cenſuum huiuſmodi, pecunias ad cambium, vel mutuò accipere cum ſolutione lucri ceſſantis, & damni emergentis) eodem Vrbano VIII. approbante decreuit, ac declarauit S. Congregatio; *Huiuſmodi contractum etiam eſſe contra mentem Decreti, vt ſupra editi; ideoque non licere Regularibus pecunias, vt proponitur, accipere, ac ſi acceperint, in ipſius decreti pœnas ipſo facto incidere*; Laurentius de Peirinis *tom. 2. priuileg. Minim. in Conſtit. 8.* Vrbani VIII. Vrbanus VIII. etiam in Conſtit. *humanæ ſalutis*, anno 1625. prohibet bona iuriſdictionalia in feudum, vel emphyteuſim concedere, aut vltra triennium locare. Vide *4. tom.* Bullar. inter Bullas Vrbani *n. 51.* & quæ dicentur *dubit. 8.* 12 13

Ex his itaque habetur ſub pœnis enumeratis bonorum Eccleſiaſticorum alienationis prohibitio, quæ alienationis prohibitio extenditur etiam ad bona loci pij, v.g. Confraternitatis, Collegij, Congregationis, Capellæ, vel Hoſpitalis, ſi auctoritate Epiſcopi ſint erecta; quia tunc in omnium opinione ſunt loca pia, & in *cit. Extrauag. Ambitioſæ*, ſit ſermo etiam de locis piis; tum quia ſic expreſsè habetur in *cap. hoc ius porrectum, 10. q. 2.* & docent Abb. *in cit. cap. nulli, num. vlt.* Riccius *in praxi part. reſol. 37. num. 1. & 2.* & alij communiter; tum quia loca pia, & Eccleſiæ in eiuſmodi æquiparantur, *argum. cap. requiſiſti, §. ſecus autem de teſtam.* ſecus viderur dicendum de confraternitate, Collegio, Congregatione, vel Hoſpitali, ſi ſine auctoritate Epiſcopi ſint erecta; quia tunc non cenſentur propriè loca pia; & ſic quod iſtorum locorum bona immobilia, & mobilia pretioſa poſſint ſine ſolemnitate iuris alienari; Ita Pariſius *conſ. 35. tom. 3.* Quaranta *num. 28. & 41.* Riccius *deciſ. 48.* Redoanus, *quæſt. 28.* Sopranus *cap. 4. num. 19.* Idemque dicas cum Riccio de bonis capellæ, quæ non fuit auctoritate Epiſcopi erecta; quia huiuſmodi capella non cenſetur Eccleſiaſticum beneficium. Sed de hac re vide, quæ dicebantur *cap. 2. dubit. 2. ſect. 7. n. 15. & ſeqq. & cap. 4. dubit. 20.* 14 15 16 17

An autem in dubio Hoſpitale, vel Capella, vel quicumque alius locus pius auctoritate Epiſcopi erectus præſumi debeat, vide, quæ dicebantur *cit. cap. 2. dubit. 2. ſect. 7. num. 38. & ſeqq. & cit. cap. 4. dubit. 20.*

Dixi *in principio num. 1. ſi quis Eccleſiæ bonorum adminiſtrationem habens*; quia *in cit. Extrauag. Ambitioſæ*, & *cit. Clement. I. de rebus Eccleſiæ non alienandis*, ſermo eſt de Prælatis beneficiariis, & aliis adminiſtrationem habentibus (qui etiam adminiſtratione priuantur alienando) Quapropter ſi Religioſus ſubditus, vel quicumque alter nullo iure adminiſtrationem habens, aliquid Eccleſiæ alienet, deſtruat, vel demoliatur, v. g. arbores fructiferas incidat, domum deſtruat, fundum in quid peius immutet, &c. excommunicationem, & pœnas dictæ extrauagantis non incurrit quamuis grauiter peccet. Zabarella *in cit. Clement. I. quæſt. 21. num. 28.* Felinus, Sopranus, 18 19

& alij, quos citat Filliucius; *part.3. tract. 44. cap. 6. queſtion. 4. numer. 4.* An autem ex alio capite talis excommunicationem incurrat, dicam alibi.

20 Dixi ſecundò, *ſcienter*; quia in *cit. Extrauag.* dicitur: *Quidquam alienare præſumpſerit.* Sed præſumptio ſupponit dolum, & ſcientiam. Ergo,

21 &c. Quapropter ſi quis alienet, deſtruat, vel demoliatur ex ignorantia iuris, vel facti, excommunicationem, & pœnas dictæ Extrauagantis neque incurrit; niſi forſan ignorantia coniuncta ſit cum ingenti temeritate; quia tunc ex non improbabili

22 ſententia Doctorum, Nauarri *conſ.19. de rebus Eccleſ. non alien.* Quaranta *ver. alienatio, n.9. & 10.* Sopranı apud Filliucium *tract.44. cap.6. queſt.4. num.5.* & aliorum, ignorantia ſcientiæ æquiparatur. Vide, quæ lib. de Parlamentis *dubit.4. ſect.19. ſubſect. 31. Corollar. 2. & 3. & ſuprà capit. 16. dubit. 36. num. 3.* dicebantur, *& infrà cap. 19. dubit. 59.* dicentur.

23 Dixi tertiò, *in quantitate notabili*; quia in quantitate parui momenti, v.g. 25. ſcutorum aureorũ (ſicuti dicam *dubit. 2. ſect. 2.* & declarauit S. Congregatio teſte Naldo *ver. Prælatus, num.7.* Gauanto *in man. Epiſcop. ver. alienatio, n.24.* Diana *par.4. tract. 4. reſol. 223.* Homobono *in conſt. conſult. Caſ. Conſcient. vol.2. part.6. reſponſ.98.* & Peregrino *in compend. priuileg. ver. alienatio bonorum in*

24 *ſcholio*; quamuis Palaus *tom.2. diſp. vnic. punct.15. §. 2. n. 2.* dixerit, eſſe etiam quantitatem parui momenti, ſi centum aureos non attingat) non requiritur iuris ſolemnitas, nec Pontificis Romani conſultatio, & conſenſus. Molina *diſp.468. §.*

25 *licet prædicta*, Sà *ver. alienatio, n.7.* aliique com-

26 muniter, qui id intelligunt, & rectè, de quibuſcunque rebus Eccleſiæ modicis, tametſi immobiles ſint, *argum. c. terrulas, 12. q.2.* Idem dicas, ſi res non patiatur moram, Abbas *in cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alien. num.15.* & *in cap. fin. de*

27 *Eccleſiis ædif. num.8.* & merito; nè id, quod in beneficium Eccleſiæ conceſſum eſt, in detrimentum eiuſdem conuerratur. Idemque dicas, ſi alienetur ſumma pecuniaria ad pium vſum, quan-

28 tumuis ea magna ſit, dummodo ad menſam Prælati pertineat; quia dicta pecunia non eſt res Eccleſiæ, ſed Prælati, de qua ad cauſas pias liberè diſponere poteſt Prælatus, etiamſi ſit Regularis; quia talis, etſi non habeat dominium, habet tamen ad cauſas pias adminiſtrationem. Silu. *verb. alienatio, n.7.* & alij paſſim.

29 Dixi quartò, *alienet*, non ſolum per venditionem, permutationem, donationem, precarium (vt rectè Riccius *deciſ. 64.* Quaranta *ver. alienatio, num.15.* & Bonacina *de alien. bonorum Eccleſ. punct. 2. num.9.*) & ſimiles contractus, quibus directè rei traditæ dominium transfertur, iuxta *l.1. Cod. de fundo dotali*, & *l. alienatum, ff. de verbor. ſignif.* & iuxta gloſſam *in cap. cum nulli liceat de reb. Eccleſ. non alien.* Sed etiam (cùm ſimus in materia Eccleſiæ, & priuilegiatis perſonis fauorabili) per feudum, emphyteuſim, & locationem in longum tempus (ſcilicet vltra triennium, ſi res ſingulis annis fructificet; vel vltra ſexennium, ſi binis; vel vltra nouennium, ſi ternis annis fructificet) quibus rei vſusfructus, ſiuè dominium vtile transfertur, & multò magis per contractum cenſualem, per quem dominium, ſeu directum, ſeu vtile in alterum transfertur, conſtituta penſione annua. Redoanus *de rebus Eccleſ. non alien. cap.27.* Andr. Gaill. *lib.2. obſeruat. 10.* Mol. *de iuſtit. tract.2. diſput. 464. & ſeqq.* Azor. *tom.1. lib.9. cap.1. quæſt.2.* Couar. *2. var. cap.2. §.2.* & alij paſſim ex Extrauag. Ambitioſæ, & S. Congregationis Decreto *ſuprà cit.*

Quod adeò verum eſt, vt nomine alienationis 30
in materia hac Eccleſiæ, & priuilegiatis perſonis fauora[illegible] comprehendatur etiam ex dictis iuribus quæuis conſtitutio pignoris, & hypothecæ, ſpecialis tamen, non item generalis, vti contra Rodriguez *qq. Regular. quæſt.7. art.1.* Vaſquez *dub.8. num.7.* Quaranta, *n.16. & 27.* Sopranum apud Filliucium *tract.44. cap.4.* & Bonacinam *punct 2. num.23.* dicam diffuſius *infra dub.3.* & colligitur ex *cit. cap. nulli*, & docent ibi Abbas *num.3.* Couar. *2. var. cap.16. n.7.* Rodoanus *cap.6.* & Mol. *diſp.446.* Et ſuadet ratio; quia per generalem hy-
pothecam non tantum iuris in rem, cum periculo 31
eam alienandi, transfertur, quantum per ſpecialem. Quamuis ſi loquamur de alienatione pro- 32
hibita in materia odioſa, nomine alienationis non comprehendatur hypotheca, vel pignus, niſi ſit conſtitutum pro tanta quantitate, vt non ſit ſpes facilis redemptionis, ideoque probabili periculo alienationis exponatur; quia prohibito actu, cenſetur prohibitum omne illud, per quod peruenitur ad actum; ſicuti rectè dixit Rodoanus *num.2.* 33
& 11. & in hoc ſenſu procedit Rubrica Saliceti *in l. vlt. Cod. de rebus alienis non alien. ſi res prohibetur alienari, non ſolum prohibetur domini directi* 34
tranſlati, ſed pignoris etiam obligatio, vſusfructus, & ſeruitutis conſtitutio.

At, ſi res aliqua ab antiquo tempore in feudum, 35
vel emphyteuſim concedi ſolita erat (ad quod 36
ſufficit, vt ſcilicet dicatur ſolita, ſi ſemel conceſſa fuerit, teſte Claro *§. feudum, q.13. num.4.* & Mol. *diſp.648. concl.8.*) poterit etiam deinceps (dummodo poſt traditionem expirante contractu non fuerit, quoad fructus, Eccleſiæ incorporata) ſine alia ſolemnitate à Prælato concedi, ſi Eccleſiæ expedire videatur, ſicuti expreſsè habetur *in cit. extrauag. Ambitioſa Pauli II.* Et probatur; quia hæc non eſt noua alienatio, quæ iure prohibetur, ſed potius continuatio alienationis prius factæ, ſeu executio alienationis antiquæ. Sic Abb. *in cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alien. num.11.* & Doctores communiter, vt refert Clarus de Emphyteuſi, *quæſt.6. & de feudo, quæſt.13.* Couarr. *lib.2. var. cap.17. num.4.* Quaranta *num.39.* & Barboſa *de poteſt Epiſcop. allegat.19. num.22.* Quapropter infert gloſſa communiter recepta *in cap. prohibemus, de decimis*, Couar. *num.5.* quod decimæ, quæ ante Lateranenſe Concilium laicis, 37
dabantur, ſi poſteà ad Eccleſiam reuertantur, poſſint ante ipſarum incorporationem iterum eiſdem concedi, *argum. cap.2. de feudis*; & docent contra Andream Fachinæum *libr.7. controuerſ. iuris, cap.7.* gloſſa, & Doctores *in cit. cap. 2. de feudis*, 38
& Iulius Clarus *§. emphyteuſis, q.28. num.7. §. etſi dicas*, vbi teſtatur, quod in multis locis conſuetudo ſit, vt fundi Eccleſiaſtici ſine iuris ſolemnitatibus in emphyteuſim licitè, ac validè tradantur. Vide, quæ dicentur *infra ſect. 15.*

Dixi quintò, *in effectu*; quia pœna impoſita 39
facienti (vt eſt in caſu noſtro, ſicuti patet ex cit. iuribus) non incurritur ob criminis attentationem. Quapropter ſi quis cogiter, tractet, attentet, vel promittat alienare; dummodo in effectu non alienet, ita vt tradendo etiam rei pacificam

cificam poſſeſſionem, conſummet actum, neque excommunicationem, & pœnas dictæ Extrauagantis incurrit; quia odia ſunt reſtringenda: tum quia in cap. ſi presbyterorum de rebus Eccleſ. 41 non alien. decernitur, quod clericus ſubſcribens alienationem bonorum Eccleſiæ excommunicetur, niſi alienans, & recipiens rem Eccleſiæ celeri reſtitutione ſibi proſpiciat, & iuxta gloſſ. ibidem, ver. celeri, celeri reſtitutione ſibi proſpicit, qui reſtituit, antequam Eccleſia ex tali alie- 42 43 natione lædatur. Ergo à fortiori excommunicationem euader, qui Eccleſiæ rei alienationem reuocat, antequam alter pacificam illius rei venditæ poſſeſſionem recipiat. Sic Iaſon *in l. fin. Cod. de iure emphyt.* Nauar. *conſil.* 18. *de rebus Eccleſ. non alien.* Couar. *var. reſol. cap.* 16. *n.* 7. Riccius *deciſ.* 65. Quaranta *ver. alienatio, num.* 50. Filliuc. *tract.* 14. *n.* 119. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44 44. *cap.* 7. *quæſt.* 5. Etſi quidam alij quoad eum, qui alienat, ſed pacificam poſſeſſionem nondum tradidit, contrarium ſenſerint, ex eo, quod licet non ſit tradita pacifica poſſeſſio, conſummatus ſit tamen alienationis actus: ſed quod dixi (tum ob rationem dictam; tum quia tunc poſſeſſio manet apud Eccleſiam, & alter non habet ad rem, niſi ius conditionatum, nempe ſuppoſito aſſenſu ſedis Apoſtolicæ, non autem abſolutum, & ſic non habet ſemper ius in rem) videtur probabilius; nempè excommunicationem; & pœnas cit. Extrauagantis non incurri, niſi etiam rei pacifica poſſeſſio tradita ſit; in quo caſu tamen dictæ pœnæ incurrentur, etiamſi contractus ſit factus ſaluo aſſenſu ſedis Apoſtolicæ, & non aliter. Ratio; quia licet adſit talis proteſtatio, eſt tamen proteſtatio contraria facto: tum quia aſſenſus ſuperioris debet præcedere contractum; quia quando aliquid pertinet ad formam actus, debet præcedere ipſum actum. Atque ita declarauit (Clemens VIII. apud Genuenſem in praxi Archiep. *cap.* 50. *& cap.* 44. & docent ex communioti ſententia Doctorum Abbas *in cap. nulli de rebus Eccleſ. non* 45 *alien.* Genuenſis *loc. cit.* (quamuis *in cap.* 88. *n.* 4. videatur ſibi contrarius) Peirinus *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 9 *Iulij II. num.* 14. Bonacina *de alienat. bonor. Eccleſ. diſp.* 2. *q. vnic. punct.* 4. *n.* 5. Lezana *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 61. & alij apud Riccium *deciſ.* 24. *contra ipſum Riccium deciſ.* 56. & apud Sopranum *num.* 5. *quæſt.* 9. *num.* 9. & apud Quarant. *num.* 8. & 9.

46 Neque obſtat, ſi dicas, quod factum tempore inhabili, ſed relatum in tempus habile, validum ſit ſaltem pro tempore habili, *l. in tempus, ff. de hæredum inſtitut.* Ergo contractus alienationis rei Eccleſiaſticæ factus ſub forma, *ſaluo aſſenſu ſedis Apoſtolicæ*, dicendus eſt, quod ſit validus; quia refertur ad tempus habile, in quo ſcilicet obtentus fuerit aſſenſus ſedis Apoſtolicæ.

Reſpondetur enim, quod factum tempore inhabili, ſed relatum in tempus habile, validum ſit, ſaltem pro tempore habili, ſi iure illud non irritetur, vti contingit in caſu noſtro; cùm conſenſus ſuperioris requiratur tanquam forma ad valorem 47 alienationis, vti dicebam. Secus dicendum de tractatu alienationis faciendæ, ſi Papa, ſeu ſedes Apoſtolica conſenſerit; quia hic actus non eſt alienatio. Vide Quarant. *num.* 10. vbi oſtendit, rationem, & modum, quo poſſit contractus alienationis celebrari ſub forma, ſaluo aſſenſu ſummi Pontificis, ſeu ſedis Apoſtolicæ.

Et, quod dictum eſt de tractante, attentante, promittente alienare, quin & de ipſo alienante, quod ſcilicet non contrahat cenſuras, & pœnas extrauagantis Ambitioſæ, niſi tradiderit pacificam poſſeſſionem, idem dico de conſentiente in 48 alienationem, quia conſentire in alienationem 49 non eſt alienare; & cenſura lata contra facientem, non ligat, vt potè odioſa, & ſic ſtricti iuris, conſentientem, niſi exprimatur, vt communiter Doctores in tractatu de cenſuris. Vide Riccium *in cit. deciſ.* 65.

Dixi ſextò, *bona immobilia, vel mobilia; quæ* 50 *ſeruando ſeruari poſſunt*; qualia ſunt vaſa aurea, argentea, gemmæ, catulæ pretioſæ, tapetes, copioſa bibliotheca librorum; item quæcumque triennio non corrumpuntur, vel fructificant, vt in grex ouium, captarum, &c. ex quo Eccleſia reditus annuos accipere conſueuit: mobilia enim, pretioſa, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt; vt quæ triennio vſu corrumpuntur, vel breui tem- 51 pore inueteraſcunt (quales ſunt pleræque teſtes, præſertim tritæ, vinum, oleum, frumentum, & alij fructus, pecudes, & cætera animalia: item pecunia vſui quotidiano deſeruiens, etiam ex venditione rei immobilis redacta; vel etiam ad emptionem rei immobilis deſtinata, deſtinatione ſaltem reuocabili, ſi non etiam irreuocabili, vt per votum, iuramentum, vel ſuperioris præceptum; quia tunc forſan inter immobil[illegible], vel mobilia pretioſa numeratur; ſicut & fo[illegible]n etiam inter pretioſa numeratur, ſi ſit fructifera, ſcilicet in montibus, banchis, vel in cenſibus collocata, ſicuti dicetur *infra dub.* 2. *ſect.* 3. ſine iuris ſolemnitate licitè, & validè alienantur; qua de re dicetur *cit. dub.* 2. *ſect.* 1. *& ſeqq.* & docent Couar. 2. *var. cap.* 17. *num.* 2. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 19. *num.* 39. Lezana *part.* 2. *cap.* 19. *n.* 55. Sylu. *ver. alienatio, q.* 7. Leſſ. *de iuſt. & iure lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 62 Mol. *diſp.* 468. Quaranta *ver. alienatio, num.* 24. Riccius *deciſ.* 61. Bonacina *diſp. de alien. bonorum Eccleſ. q. vn. punct.* 2. *n.* 2. Genuenſis *in prax. cap.* 44. 60. *&* 88. & alij paſſim.

Dixi ſeptimò, *pretioſa*, quia cit. Extrauag. Pauli 52 II. loquitur de bonis temporalibus pretio æſtimabilibus, & ſic reliquiæ ſanctorum, etiam inſignes, vt caput, pes, manus, & ſimilia, quin & pars crucis, vel ſpina Coronæ Domini Ieſu Chriſti, cùm non ſint res pretioſæ, ſeu pretio æſtimabiles, non prohibentur ſub pœna excommunicationis ipſo iure latæ alienari ex hoc capite, ſeu non comprehenduntur ſub prohibitione dictæ Extrauag. Pauli II. Vide Bordonum *in conſil. Regular. reſol.* 27. *num.* 62. Dianam *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 223. Riccium *deciſ.* 63. *num.* 6. Peregrinum *in compend. priuilegiorum, ver. alienatio bonorum, dub.* 4. Lezanam *num.* 57. Bonacinam *tract. de alienat. diſp.* 2. *q. vn. punct.* 2. *num.* 31. Quamuis ipſi oppoſitam ſententiam putent probabiliorē quam Paſqualigus *tom.* 2. *deciſ.* 181. putat eſſe certam; ſed minus rectè, vt patet ex dictis.

Reliquias tamen vendere (niſi vendantur ra- 53 tione capſæ, vel vaſis pretioſi) eſt ſimonia; quæ ſi conſummatur, infert excommunicationem ex iſto capite in opinione aliquorum, quamuis minus probabili; quia ex probabiliori non inducit pœnas iuris ipſo facto ſimonia, niſi ſolum in Ordine, beneficiis, vel Religione; ſicuti docent Nauar. *cap.* 23. *num.* 111. Silu. *ver ſimonia, q.* 19.

Leſſi.

Lessi. *de inst. & iur. libr.2.cap.35. dub.* 23. & alij passim, præsertim Recentiores.

54 Cæterùm,si reliquiæ alicubi traditæ sint perpetuæ sepulturæ,vt inde nunquam extrahantur,vsus & stylus Curiæ Romanæ habet, vt non possint absque consensu Apostolico extrahi, & aliis tradi itaut si id fiat actus tanquam irritus, impugnandus sit, Cherubin. *in Compend. Bullar. in constitutione q.* 8. *Pij V.* Quod intellige de dictis Reliquiis perpetuæ sepulturæ traditis,&de insignibus

55 exiguarum enim reliquarũ alienatio non videtur exigere consensum Apostolicum; quapropter sa-

56 cra Congregatio, teste Barbosa *in collectan. Bullar. ver.reliquiæ*, declarauit, reliquiam modicam iam factam alienabilem posse donari alicui Ecclesiæ, vel Oratorio. Vide Armillam,*ver. Religio, num.* 4. Siluestrum *ver. Reliquiæ*, & Riccium *decis.* 65. *num.*1. *& 6.*

Ex dictis sequitur, quod alienari possint, & à Regularibus, sine licentia S.Congregationis mobilia non pretiosa, vt dictum est *supra n.* 41.v. g.

57 vinum,frumentũ,vestes præsertim tritę,& similia; quia in dicto Sacræ Cõgregationis decreto solum prohibetur sine licentia eiusdem sacrę Congregationis alienatio bonorum mobilium pretiosorum

Item alienari possunt sine prædicta S.Congregationis licentia bona mobilia pretiosa, quæ seruando seruari non possunt; vt dictum est ibidem;v.g.quæ non durant triennio, vel vsu consumuntur, & non fructificant; quia, licet non exprimatur in dicto decreto sacræ Congregationis, colligitur tamen satis *ex cit.Extrauag.Ambitiosæ*, (quam roborare intendit dictum decretum) cum in ea expressè concedatur alienatio talium bonorum, quæ seruando seruari non possunt, DD.

58 quos sequitur Mol. *de contractib. disp.* 465. *n.*1. Vnde declarauit S. Congregatio superiores Mo-

59 nasteriorum, non obstante decreto de rebus Regularium non alienandis posse ex fructibus bonorum pingues eleemosynas facere, v.g. decem rubiorum tritici, & similium; quia fructus non comprehenduntur in dicto decreto. Vide Barbosam *in collectan. Bullar. ver. superior Regularis.*

60 Item possunt accommodari, præsertim ad breue tempus,bona Monasteriorum quæcumque, ità vt talium bonorum transferatur solum vsus, non autem dominium directum, vel indirectum; quia perdictam Extrauag.Ambitiosę,& dictum Decretum S. Congregationis solum prohibentur alienationes; At quod accommodatur, non alienatur;ergo,&c. Ricc. *decis.*68.*&* 74.& Bonac. *n.*32.

Sed, vt quæ dixi, distinctius intelligantur,sit

DVBITATIO II.

Quænam bona dicantur immobilia, & mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt,vt proinde sine solemnitate iuris alienari non possint,

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Nomine bonorum immobilium veniunt fundi, Prædia, domus,& similia, quæ fixam radicem habent.*

2 *Immobilia reputantur annui redditus, census, iura ad ipsos, & ad quæslibet alias seruitutes, Cathedræ, Commendæ, beneficia Ecclesiastica,iura patronatus, vsusfructus longi temporis, & similia.*

3 *Tale iudicatur ius, seu actio, qualis est res, ad quam est ius, seu actio.*

4 *Ius, & actio non comprehenditur sub bonis mobilibus, neque sub immobilibus, vbi expresse verba intelliguntur; secus autem est in hac materia prohibitionis de non alienando in fauorem Ecclesiæ.*

5 *Ius Ecclesiæ percipiendi fructus aliquos per decennium, connumeratur inter bona immobilia.*

6 *Tempus decennij longum tempus, & quasi perpetuum à iure reputatur.*

Hinc annui redditus, si sint citra decennium, & credita Montium, vulgò dicta loca Montium, reputantur bona mobilia; quamuis oppositum sit etiam probabile.

7 *Mancipium, & iumenta rusticana etiam inter bona immobilia connumerari debent; si tamen ista affixa sint Prædiis tanquam illorum pars, alias secus.*

8 *Mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt quæque inter immobilia ad hunc effectum computantur,sunt vasa aurea,argentea,gemmæ, casulæ pretiosæ, calices, tapetes, & vestes, quæ difficile consumuntur, & generaliter sunt omnia illa, quæ fructificant, & triennio non corrumpuntur.*

9 *Quæ diximus non posse alienari sine iuris solemnitate locum habent etiam in relictis Ecclesiæ factis sine expressa conditione, vt in perpetuum seruentur.*

10 *Conditio expressa vt in perpetuum seruentur, seu numquam alienentur, necessaria non est ad legalem inalienationem.*

11 *Nec possunt alienari bona hæreditaria accepta de manu laici, & ex necessitate soluendi eis alieni alienanda.*

12 *Pretiosa res dicitur,quæ valet pluris,quam* 25. *scutis aureis; & sic tunc solum alienari non potest sine iuris solemnitate.*

13 *Requiritur tamen ad hoc vt sine iuris solemnitate possit alienari res modica, quæ scilicet valet minoris, quam* 25. *scutis aureis quod sit etiam minus vtilis, & an sit alienandi necessitas, & sit, si sit stabilis, disiuncta ab aliis terrulis Ecclesiæ.*

14 *Serui fugitiui,qui reuocati retineri non possunt, possunt sine consensu Pontificis alienari,etiam in casu, quod sint affixi prædiis rusticis, vel vrbanis.*

15 *Idem dicendum de seruis ebriosis, latronibus,vel inhonestis.*

16 *Si seruus sit relictus Ecclesiæ ea conditione,quod non vendatur, alioquin pertineat ad hæredem testatoris, venditus pertinebit ad hæredem testatoris.*

17 *Oblationes imagini Regularium factæ sine solemnitate iuris alienari possunt, nisi sint vota aurea,vel argentea magni valoris.*

RESPONDETVR, Et dico primo immobilia propriè sunt fundi, prædia, domus & similia, quæ fixam radicem habent: item immobilia reputantur annui redditus, cen-

sus

ſus, iura ad ipſos, & ad quaſlibet alias ſeruitutes cathedræ, commoda, beneficia Eccleſiaſtica, iura patronatus, vſusfructus longi temporis, & ſimilia; quia huius generis iura de ſe ſunt perpetua, & præterea tale iudicatur ius, ſeu actio, qualis eſt res, ad quam eſt ius, ſeu actio, ita vt ſi
3 ſit ius, ſeu actio rerum immobilium, vel mobilium pretioſarum: ſine ſolemnitate iuris alienari non poſſit; poſſit autem, ſi ſit aliarum rerum mobilium, v. g. debitum pecuniarum. Sic Abb. *in cap. nulli. de rebus Eccleſ. non. alien.* Silu. *ver. alienatio. q.* 9. Mol. *diſp.* 468. Gomez, 2. *var. c.* 14. *n.* 14. (vbi id probat, tum auctoritate Bartholi, & Baldi, tum *ex l. ſi ad reſoluendum. Cod. de prædiis Minorum)* Vaſquez *in opuſc. de reditib. cap.* 2. §. 1. *num.* 44 Suar. *tom.* 4. *de relig. tractat.* 8. *lib.* 2. *c.* 27. *n.* 16. *&* 17. Quaranta *ver, alienatio, num.* 26. *&* 39. Riccius *deciſ.* 44. Barboſa *alleg.* 95. *&* 96. & expreſsè traditur *in Clement. Exiui de paradiſo* §. *cumque annui reditus.* & tradit gl. *ver. iura ex textu*
4 *in cap.* 2. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6.

Obiicies, ius, & actio non comprehenditur ſub bonis mobilibus, neque ſub immobilibus, *l. à Dino Pio,* §. *in venditione, ff. de ſent. & re iudic.* Ergo.

Reſpondetur, diſtinguo antecedens: non comprehenditur in teſtamentis, & aliis diſpoſitionibus, in quibus verba expreſsè intelliguntur, concedo: in hac præſenti materia prohibitionis de non alienando in fauorem Eccleſiæ; nego. Sic communiter Doctores teſte Azorio 2. *part. lib.* 9. *cap.* 1. *quæſtion.* 6. & Barboſa 2. *part. alleg.* 95. *num.* 46.

Obiicies ſecundò, ſaltem id dici ſolum debebit de iure pertuo; non item de iure ad decen-
5 nium, vel vltra; ergo.

Reſpondetur, nego antecedens; ita vt ſi Eccleſia habet ius percipiendi fructus aliquos per
6 decennium, tale ius etiam inter bona immobilia connumerabitur. Ratio; quia tempus decennij longum tempus, & quaſi perpetuum à iure reputatur. Vide Molinam *de iuſt. tract.* 2. *diſput.* 46. & Naldum *ver. annus num.* 7. & *ver. bona, num.* 16. qui tamen ait, annuos redditus, ſi ſint citrà decennium, & credita Montium, vulgò dicta *loca Montium.* eſſe bona mobilia, atque adeò poſſe alienari ſine aſſenſu Apoſtolico; quamuis contrariù doceat Lezana ex Curiæ vſu, qui eſt naturæ ipſorum conformis; cum poſſit illa perpetuò durare. Accedit, quod licet non ſint bona immobilia, ſunt ſaltem mobilia pretioſa, quin & fructifera; quapropter de ipſis, quoad alienationem, iudicandum eſt, ac ſi eſſent bona immobilia.

7 Idemque tradunt alij de mancipio, & iumento ruſticano, quod ſcilicet & hoc etiam inter bona immobilia cõnumerari debeat; & ſic quod hoc etiam ſine ſolemnitate debita iuris alienari non poſſit. Vide *cap. nulli de rebus Eccleſ. non alien.* Vide etiam Gloſſam *ibi*, & Molinam *diſp.* 465. Quod tamen intellige, ſi mancipium, iumentum, & ſimilia affixa ſint prædiis, tanquam illorum pars; quia tunc cenſentur pars prædij, & conſequenter inter bona immobilia computantur. Secus, ſi non ſint affixa prædiis, tanquam illorum pars, ſed liberè ibi ponantur; quia tunc nõ cenſentur bona immobilia, neque mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, cùm ob morbum, mortem, & alios caſus multos ſeruari non poſſint. Sic Abb. *in cit. cap. nulli*, Mol. *loco ſupra cit.* & Sopranus apud Filliucium *tractat.* 44. *capit.* 4. *quæſt.* 21. *num.* 27. & Lezana *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 57.

Dico ſecundo: Mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quæque inter immobilia ad 8
hunc effectum computantur, ſunt vaſa aurea, argentea, , gemmæ, caſulæ pretioſæ, calices, tapetes, veſtes, quæ difficilè conſumuntur, & generaliter ſunt omnia illa, quæ fructificant & triennio non corrumpuntur. Sic dicebam *ſupra dubit.* 1. *n.* 40. *& ſeqq.* & tradit gl. *in l.* 1. *Cod. ſi aduerſus vſuras*, Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* 5. *&* 7. Barboſa *de poteſt. Epiſc.* 3. *part. allegat.* 95. *numer.* 38. & alij paſſim.

Quapropter omnia hæc, quæ dixi in primo, 9
& ſecundo Dicto, ſine ſolemnitate iuris alienari non poſſunt; etiamſi ſine expreſſa conditione, vt 10
in perpetuum ſeruentur, Eccleſiæ relicta ſint, Ratio; quia talis expreſſa conditio, vt in perpetuum ſeruentur, ſeu numquam alienentur; neceſſaria non eſt ad legalem inalienationem, de qua loquimur, vt communiter Doctores. Quid autem operetur dicta conditio, ſi quando fuerit appoſita, dicam *infra dub.* 11.

Item, etiamſi ſint bona hæreditaria, accepta 11
de manu laici, & ex neceſſitate ſoluendi æris alieni alienanda; quia per aditionem hæreditatis iam ſunt facta bona Eccleſiaſtica, ac proinde ad ipſorum alienationem Sedis Apoſtolicæ licentia requiritur; Rota, quam citat Naldus *ver. bona, num.* 7.

Petes, quantinam valere res debeat; vt pretioſa dicatur, & ſic alienari ſine iuris ſolemnitate non poſſit.

Reſpondetur, vt *in cit. Dubit.* 1. *n.* 13. dicebam, valere debere eam pluris, quam viginti quinque ſcutis aureis, vti S. Cardinalium Congre- 12
gatio determinauit, quamuis Filliucius *tom.* 3. *tract.* 44. *cap.* 4. *num.* 4. Quaranta *ver. alienatio, num.* 41. Peirinus *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 9. *Iulij II. num.* 15. & Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 95. *n.* 51. Satis probabiliter putent, id relinquendum eſſe arbitrio Iudicis, vel prudentis viri.

Ratio autem, cur è contra res, quæ non excedit ſummam viginti quinque ſcutorum aureorum poſſit ſine licentia ſedis Apoſtolicæ vendi (& ſic, teſte Riccio *in praxi deciſ.* 113. *n.* 5. *edit.* 1. *& reſol.* 98. *num.* 5. *edit.* 2. & Barboſa *loc. ſupra cit.* multò magis vltra triennium locari, vel alio modo alienari) eſt, quia res talis (etiamſi ſit immobilis) modica, ſeu modici valoris eſſe cenſetur, & ſic vendi, & alienari ſine dicta licentia permittitur, *c. terrulas*, 12. *q.* 2. cui textui, neque conſtitutionem Pauli II. neque decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 11. *& ſeſſ.* 25. *etiam de reformat, cap.* 11. (vbi ſimiliter prohibetur alienatio bonorum Eccleſiaſticorum) derogaſſe, declarauit S. Congregatio, teſte Quaranta *cit. n.* 41. & Gauanto in Man. Epiſc. *ver. alienatio, n.* 22. Idemque (ſcilicet prædicto textui neque derogaſſe) dicendum eſt de decreto S. Congregationis, quod referebam *dubit.* 1. *n.* 4. cum tale decretum ſit conforme Conſtitutioni Pauli, illius explicatio, & confirmatio pro Regularibus, ſublatis eorum priuilegiis, vt cit. loco dicebam.

Cæterum in *dict. cap. terrulas*, vt res prædicta, tanquam

13 tanquam res modici valoris, alienari, vel quocunque alio modo distrahi possit requiritur præterea, quod sit minus vtilis, & adsit alienandi necessitas, & sit disiuncta ab aliis prædiis, vel terris Ecclesiæ; si enim fuerit coniuncta cum illis, ita vt illorum sit pars, sapiet naturam illorum quorum est pars; quapropter alienari non poterit sine dicta licentia, sicuti non possunt illa; alioquin enim daretur occasio, vt totũ ipsum prædium magnũ paulatim, & diuisim per partes modicas possit, alienari.

14 Quia tamen in eodem *c. terrulas, & c. fugitiui*, 12. *q.* 2. conceditur Episcopis posse alienare seruos fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, sequitur, quod mancipia fugitiua, quæ reuocata retineri non possunt, vendi possint sine licentia Pontificis, vel S. Congregationis, etiam in casu, quo alias illa alienari non possent, iuxta dicta *supra n.* 7. ex eo scilicet, quod sint annexa, vel affixa prædiis rusticis, vel vrbanis, tanquam illorum pars; Doctores, quos sequitur Portell. *in Dubia Regul. v. alienatio in addit. n.* 3. qui subdit, idem ob eandem rationem dicendum esse, si seruus sit ebriosus, latro, vel inhonestus: subdit

15 secundò: quòd si tamen seruus relictus sit ea conditione, ne vendatur, & si venditur, pertineat v.g. ad hæredes testatoris, in tali casu, vendi non pos-

16 sit; ita vt si in dicto casu vendatur, pertineat ad hæredes illius; ratio, quia lex canonica derogare non debet legi naturali, quæ hic, & nunc præscribit obseruantiam illius conditionis, alias rationabilis. Quod tamen intellige, nisi obtenta sit dispensatio in dicta conditione.

Petes secundò, An oblationes Imagini Regularium factæ, sine solemnitate iuris, alienari possint?

17 Respondetur ex dictis, posse, nisi sint vota aurea, vel argentea magni valoris, excedentia scilicet summam viginti quinque scutorum aureorum Sic Bonacina *de alienat. bon. Eccles. punct. 2. n.* 6. Riccius *decis.* 10. 102. Nouarius *in summa Bullar. tit. de alienat. num.* 22. & Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 223.

SECTIO II.

An, & quid dicendum de re, quæ valorem 25. aureorum non attingit, vel quæ non durat triennio, nec fructificat?

SVMMARIVM.

1 *Res, qua non attingit valorem viginti quinque aureorum non est pretiosa, & sine iuris solemnitate alienari potest.*

2 *Item res, qua non durat triennio, sed vsu consumitur, & non fructificat quale est vinum frumentum, oleum, hordeum, lana, vestes ordinaria, & similia.*

1 EX dictis sequitur primò, quod pretiosa non sit, & sic sine iuris solemnitate alienari possit res illa, quæ valorem 25. aureorum non at-

2 tingit, quæque non durat triennio, sed vsu consumitur, & non fructificat, quale est vinum, frumentum, oleum, hordeum, lana, vestes ordinariæ, vel tritæ & similia. Sic colligitur *ex l. quæ lex, §. vlt. Cod. de administrat. tutor. cap. vestra de locato*; & docent gl. *in l.* 1. *Cod. si aduersus vsucap.* Silu. *ver. alienatio, num.* 7. Azor. *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* 5. Less. *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 62. Nauarr. *de alienat. rerum Ecclesiast. num.* 4. Mol. *disp.* 465. Genuensis *in praxi cap.* 60. *num.* 7. Quaranta *ver. alienatio, num.* 28. & Barbosa *de potest. Episc.* 3. *part. allegat.* 95. *num.* 38. *& seq.* & nos dicebamus *supra cit. dub.* 1. *num.* 13.

SECTIO III.

An, & quid dicendum de pecunia, quæ in capsa, & domo testatoris reperitur? Vbi etiam, quid dicendum, si ad immobilia, vel pretiosa mobilia emenda destinata fuerit; vel in banchis, montibus, aut censibus reperta?

SVMMARIVM.

1 *Pecunia, quæ in Capsa etiam, & in Domo Testatoris reperitur, non est res pretiosa; quia hæc vsui quotidiano deseruit, & seruata fructum non parit.*

2 *Limita nisi pecunia (auctoritate Prælati Ecclesiam, vel monasterium administrantis) ad emptionem immobilium, vel pretiosorum mobilium destinata sit ex relicto, & dispositione alicuius, secus si dispositio sit reuocabilis, & non confirmata iuramento, & superioris præcepto.*

3 *Qualibet destinatio pecuniarum præter supradictas, præsertim reuocabilis, accidentaria censetur, vt sic pecuniæ conditionem mutare non possit.* 1

4 *Pecunia si ad supradictum effectum à Testatore fuerit relicta, vel redacta ex redemptione census Ecclesiæ, vel ex aliqua re Ecclesiæ immobili, vel mobili pretiosa vendita, vt reponatur in aliqua alia re, non potest sine solemnitatibus iuris alienari.*

5 *Pecunia Pupilli destinata ad emenda Prædia, non potest alienari nisi intercedente solennitate, qua requiritur ad alienationem immobilium.* 2 3

6 *Quod succedit in loco alterius, seu subrogatur in locum alterius induit conditiones illius.*

7 *Si fundus legatus post mortem Testatoris euincatur dato pretio, hoc pretium tanquam subrogatum in locum fundi, debetur legatario.*

8 *Res & actus indicatur ex suo principio, & in omnibus attendi debet, principium & finis.*

9 *Finis tanquam mensura, & forma, ostendit, quales sint censenda res.* 4

10 *Via sicut non facit statum; ita nec sufficit vt secundum ipsam de re iudicemus.*

11 *Pecunia vt supra relicta & destinata non dicitur de fructibus Ecclesiæ; sed de proprietate illius.*

12 *Prælatus non potest disponere de rebus, quæ sunt de proprietate Ecclesiæ, sed solum de fructibus.*

13 *Pecunia est illius, cuius est res, ex qua desumitur.*

14 *Prælatus*

14 *Prælatus, quod possit disponere de pecunia à testatore ad res immobiles, vel mobiles pretiosas emendas relicta, est valde absurdum.*

15 *Limitatur secundo ab aliis, nisi pecunia in Banchis, montibus vel censibus posita sit; quia tunc vt potè negotiationi exposita est fructifera. Secus in sententia auctoris si nondum sit posita in dictis montibus.*

16 *Limitatur tertio ab aliis, nisi pecunia destinata sit pro futura aliqua necessitate Ecclesiæ, vel eius patrimonij conseruandi; quia tunc in rei immobilis, vel mobilis pretiosæ, vel in patrimonij locum succedit. Secus in sententia auctoris si non actu iam fuerit applicata.*

17 *Pecunia vt supra relicta, & destinata non potest conuerti in extinctionem debitorum eiusdem Ecclesiæ.*

18 *Causa extinctionis debitorum Ecclesiæ, non est causa sufficiens alienandi res Ecclesiæ nisi debitum sit vrgens, ita vt illud extingui, sit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ.*

19 *Res Ecclesiæ debita necessitate intercueniente, alienari possunt, seruatis tamen debitis iuris solemnitatibus, quæ remittuntur, si necessitas sit adeo vrgens, vt non patiatur eas seruari.*

20 *Ad alienandum res Ecclesiæ non adhibitis debitis solemnitatibus; non sufficit vtilitas, & necessitas qualiscumque sed requiritur euidens.*

21 *Vtilitas, vel necessitas, examinari debet an sit sufficiens, & debet authorizari, & declarari quod sit ex illis quæ iura requirunt; & tunc obtenta à Papa facultate alienandi, poterit res Ecclesiæ legitimè alienari.*

22 *Necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ debita extinguendi non potest esse talis, quæ cogat debita extingui; siquidem potest continuari solutio debiti interesse, vel alio modo prouideri.*

23 *Semper recipiendum est ad vtilitatem Ecclesiæ, & ideo præmittenda sunt solemnitates, quæ institutæ sunt pro seruanda Ecclesia indemni, & procuranda eius vtilitate.*

24 *Necessitas facit licitum quod aliàs non erat licitum, & necessitas non habet legem, debet intelligi de necessitate sic vrgenti, quæ non permittat legem seruari.*

25 *Necessitas quando compatitur conseruationem legis, non præualet contra legem.*

26 *Pecunia vt supra relicta, & dispositæ non potest conuerti ad emenda mobilia vsualia pro Monasterio, vel Ecclesia.*

27 *Pecunia supradicta non potest conuerti in censum vitalitium; quia census vitalitius non computatur inter bona immobilia.*

28 *Res, quæ sunt in continuo periculo, cum consistant in hominis vita, censentur bona mobilia.*

29 *Census breui duraturus computatur inter bona mobilia.*

30 *Census redimibilis etiam computatur inter bona mobilia.*

31 *Fundatio census vitalitij tendit ad alienationem; siquidem respicit alienationem, quæ sit posita morti conditione, & licet de præsenti sit emptio, de futuro tamen est alienatio.*

32 *Qualitas aduenies qualificat diuersum ens, & reponit in nouæ speciei, vnde res qualibet considerari debet cum sua qualitate.*

33 *Prohibitio alienandi res Ecclesiasticas est ad effectum, vt res conseruentur suæ Ecclesiæ; vt illis ipsa Ecclesia, Monasteria, & pia loca sustententur.*

34 *Quando aliquid est prohibitum, censentur etiam prohibita omnia, quæ ad ipsum conducunt.*

35 *Fundatio census vitalitij eò tendit, vt Ecclesia remaneat priuata & pecunia, & censu.*

36 *Pecunia non habet alium vsum, nisi vt consumatur, secus si loquamur de pecunia in montibus, censibus perpetuis collocata.*

37 *Prohibitio dicta Extrauagantis licet sit solum de alienandis quæ possidentur, amplectitur etiam pecuniam, quæ habetur pro re immobili, vel mobili pretiosa, quia possidetur.*

38 *Fundatio census vitalitij licet sit quædam emptio, est tamen emptio qualificata, quæ continet etiam alienationem per pactum quod ius acquisitum per emptionem transferatur post mortem.*

39 *Census vitalitius dicitur vtilis ex vno capite, & ex alio damnosus Ecclesiæ, quia tendit ad priuationem intra certum tempus necessario futurum, & Ecclesia de præsenti exponitur periculo perdendi capitale.*

40 *Vtilitas, vel necessitas non sufficit, vt res Ecclesiæ possit alienari; sed sufficit solum vt possit obtineri à sede Apostolica licentia de alienando.*

SEquitur secundò, quod neque res pretiosa sit, & sic alienari possit, pecunia, & quæ in capsa, & domo testatoris reperitur, quia hæc vsui quotidiano deseruit, & seruata fructum non parit; Sic Molin. *citat. disput.* 465. *ad fin.* Azor. 2. *part. libr.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 5. Mantica *de coniecturis, lib.* 9. *tit.* 3. Riccius *in praxi, resol.* 56. *numer.* 1. & Barbosa *loco suprà cit. numer.* 49. & colligitur ex *capit. eticiens dominus*, 88. *distinct.* & ex gloss. *in l. cùm plures ff. de administrat. tutor. & in cap. nulli, de rebus Eccles. non alien. num.* 11. 1

Limitatur ab aliquibus, nisi pecunia (auctoritate Prælati Ecclesiam, vel Monasterium administrantis) ad emptionem immobilium, vel pretiosorum mobilium destinata sit; quia tunc ratione talis destinationis loco rei immobilis, vel mobilis pretiosæ succedit; sic Azor. *q.* 5. Barbosa *num.* 41. & Bonacina *disput.* 3. *de contractu locati quæst.* 8. *punct.* 4. *n.* 2. 2

Quam tamen limitationem admitto, si pecunia sic, seu ad talem effectum destinata sit, ex eo quod sic, seu ad dictum effectum ab aliquo relicta fuit (sicuti contingit in pecunia, quæ Moniali traditur in dotem, cùm ex voluntate dantis Monasterio detur, vt pro Monialis sustentatione perseueret: quæ ipsa pecunia, an postea sine assensu Apostolico alienari possit ad immobilia emenda, dicam *infra dub.* 23. *num.* 14.) vel si redacta sit ex

redemptione census Ecclesiæ, vel ex aliqua alia re Ecclesiæ immobili, vel mobili pretiosa vendita ad hoc, vt in alia re immobili, vel mobili pretiosa renouaretur, vel melioraretur; sicuti docent Silu. *ver. alienatio, quæst. 6.* Rodoan. *quæst. 16.* Boër. *decis. 299.* Quaranta *verb. alienatio, num. 3. & 25.* Vasquez *in loco infra cit. num. 45.* Genuensis *in prax. cap. 60. num. 8. & 9.* Bonacina *de alienat. bonor. Eccles. disp. 2. quæst. vnic. punct. 2. num. 6.* Peirin. *de priuileg. Minor. ad Constitut. 9. Iuly II. num. 11.* Riccius *in prax. part. 1. resol. 58. num. 2.* Tamburin. *de iure Abbat. tom. 3. disp. 13. quæst. 1. num. 4.* Lezana *part. 2. cap. 19. num. 59.* & colligitur ex decisionibus Rotæ apud Genuensem *loc. supra cit. num. 14.* & apud Riccium *in prax. §. alienatio, dec. 50. 61. 70. 74. & 96.* (quidquid in contrarium nonnulli apud Manticam *de coniecturis vlt. voluntat. lib. 9. tit. 3. num. 2.* Pasqualigum *tom. 2. decis. 173.* Bordonum *resol. 27. num. 57.* & Genuensem *cit. c. 60.* sentire videantur etiam de pecunia sic redacta, & ad emenda immobilia, vel mobilia pretiosa destinata) quia tunc concedo, quod pecunia in locum rei immobilis, vel mobilis pretiosæ succedat. At secus, si aliter, seu alio modo destinata fuerit, etiam ad prædictos effectus, præsertim destinatione reuocabili, vt sine
3 voto, iuramento, & Superioris præcepto: cùm omnis alia destinatio præter supra dictas, præsertim reuocabilis, accidentaria censeatur; & sic pecuniæ conditionem mutare non possit. Ita Vasquez *in opusc. de reditib. capit. 2. §. 2. num. 44.*

4 Quod autem pecunia, si ad supra dictum effectum à testatore fuerit relicta, vel redacta ex redemptione census Ecclesiæ, vel ex aliqua alia re Ecclesiæ immobili, vel mobili pretiosa vendita, ad hoc vt in alia re immobili, vel mobili pretiosa renouaretur, vel melioraretur, computetur inter bona immobilia, vel mobilia pretiosa, & sic non possit sine solemnitatibus iuris alienari, tradunt, præter Doctores supra citatos, Raphaël Cuman. *in l. à Diuo Pio, §. fin. ff. de re iudic.* & *in l. cætera, §. sed si separauit, ff. de legat. 1.* Roman. *in l. quid ergo, §. vsuras, ver. quid ergo, ff. de contr. & vt. act. tutelæ,* & *in singular. 103. & consil. 188. dubit. vlt. & in l. si ex legati causa, ff. de verb. obligat.* Aretin. ibidem, *ver. addit. etiam* Barbat. *verb. adde etiam in quantum*, Baldus *in l. etiam, Cod. de fideicom. & cons. 14. lib. 2.* Fulgosus *in l. eadem, Cod. de collat.* Alexand. Aretin. & alij *ibid.* Firmian. *tract. de gabel. part. 2.* Ioan. Lupus *in Repet. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. ver. & pecunia,* Franc. Ripa *in l. 1. num. 9. ff. ad Senatus cons. Trebel.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 106.* Viuius *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. num. 278.* Ceuallos *commun. contra commun. q. 312.* Pereir. *de empt. & vendit. c. 13. n. 32.* Ioseph. Ludouic. *tom. 3. tit. de verb. signific. concl. vnic. ampliat. 3.* Gomez *§. item Seruiana, num. 21. Instit. de actionib.* Menoch. *consil. 114. num. 32.* Redoan. *de rebus Eccles. non alien. quæst. 16. n. 13.* Boër. *decis. 209.* Gaill. *lib. 1. pract. obseruat. c. 11.* Thesaur. *decis. 160. n. 6.* Riccius *in praxi part. 1. resol. 67. num. 5.* & Foller. *in praxi ver. annotentur bona.* Quod præsertim verum est, si debeat conuerti in res immobiles, vt notat Silu. *ver. alienatio, quæst. 6.* Mol. *de iustit. & iur. tract. 2. disp. 465. num. 4.* Vasquez *opusc. de reditib. Ecclesiast. c. 2. §. 2. dub. 13. num. 45.* Quaranta *ver. alienatio, n. 3. & 25.* Bonac. *de alien. Bonor. Eccles. disp. 2. punct. 2. n. 6.* & Rota in vna Veneta Nullitatis contractus in fin. 13. Nouembr. 1602. coram Pamphilio. Et desumitur ex *cit. l. à Diuo Pio, in fin. §. fin. ff. de re iudic.* & *ex cit. l. quid ergo, si de re, ff. de contract. tut. & vt act.* vbi supponitur, quod pecunia pupilli destinata ad emenda prædia non possit alienari, 5
nisi interueniente solemnitate, quæ requiritur ad alienationem immobilium. Et ratio est, quia tunc res repræsentatur in illa pecunia, *l. quia qui pretio, ff. de vsufruct.* siquidem tunc substituitur pecunia pro re, cum qua fieri debet commutatio: quapropter quamuis de se pecunia mobilis sit, induit tamen conditiones rei immobilis; quia succedit loco illius, *argum. ex l. ita constante, ff. de iure dotium*, & per ea, quæ tradunt Doctores *in l. fin. ff. eod. tit.* & *in cap. 1. causa 12. q. 3.* Quod autem 6
succedit loco alterius, seu subrogatur in locum alterius, induit conditiones illius, vt habetur etiam in *l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut.* & *cap. Ecclesia, 1. vt lite pendente*, & ibi Doctores: 7
Vnde, si fundus legatus post mortem testatoris euincatur dato pretio, hoc pretium tanquam subrogatum in locum fundi, debetur legatario, *l. qui solidum, §. 1. ff. de legat. 3.*

Accedit, quod in omnibus attendi debet prin- 8
cipium, & finis; quia res, & actus iudicatur ex suo principio, *l. Pomponius, ff. de negot. gest. l. si procuratorem, ff. mandati, & l. nam origo, ff. quod vi, aut clam.* est enim principium de substantia principiati, & fundamentum illius, vt notant Oldrad. *cons. 200.* & Tusch. lit. P. *concl. 702. n. 1.* Finis 9
verò, tamquam mensura, & forma determinans ostendit, quales sint censendæ res, *l. sed & si quid, §. 1. ff. de vsufr. & c. fraternitatis, §. fin. de frigid. & malefic.* Quare cùm dicta pecunia habeat pro sui principio rem immobilem, vel saltem rem absque iuris solemnitatibus inalienabilem, & sit conuertenda in rem immobilem, vel mobilem pretiosam, debet cēseri inalienabilis absque dictis solemnitatibus iuris, vt pote iudicanda secundum principium, & finem: & quia in illa pecunia consistunt bona Ecclesiæ non tamquam in statu permanenti, sed tanquam in via ordinata ad terminum, non debemus de ipsa iudicare, vt est in via; quia via, 10
sicut non facit statum, ita nec sufficit, vt secundùm ipsam de re iudicemus; siquidem via computatur inter ea, quæ se habent per accidens, & sunt extra terminum; ergo, &c.

Accedit etiam; quod dicta pecunia à testatore 11
ad res immobiles, vel mobiles pretiosas emendas relicta, vel ex redemptione census, vel ex alia re immobili, vel mobili pretiosa desumpta, non est de fructibus Ecclesiæ, sed de proprietate illius: quapropter est destinata ad fructificandum in vtilitatem Ecclesiæ, & debet conseruari in ordine ad finem, ad quem est destinata, vel in se, vel in aliis bonis fructiferis: sed Prælatus non potest disponere de rebus, quæ sunt de proprietate Ecclesiæ, 12
sed solum de fructibus, vt ex *Clement. I. in fin. de reb. Eccles. non alien.* notat gl. *in cap. fin. 5. q. 3. & in cap. generali de elect. in 6.* pecunia enim est 13
illius cuius est res, ex qua desumitur, *l. mater, §. 1. C. de rei vendit. l. fin. Cod. de negot. gest. & l. si cum seruum ff. si cert. pet.* Et esset valde absurdum, quod Prælatus posset disponere de pecunia à te- 14
statore ad res immobiles, vel mobiles pretiosas emendas relicta, vel ex redemptione census, vel ex aliqua alia re immobili, vel mobili pretiosa desumpta,

Digitized by Google

ſumpta, cùm non potuerit diſponere de his, ad quæ eſt relicta, vel ex quibus eſt deſumpta ipſa talis pecunia.

15 Limitatur ſecundò, ab aliis, niſi pecunia in banchis, montibus, vel cenſibus poſita ſit; quia tunc, vtpote negotiationi expoſita, eſt fructifera. Sic Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *numer.* 214. Bajard. ad Clarum §. *fin. quæſt.* 38. *numer.* 151. Bonacina *de alienat. bonorum Eccleſ. punct.* 2. *numer.* 5. & alij, quos citat, & ſequitur Barboſa *cit. allegat.* 95. *numer.* 44.

Quam limitationem etiam admitto, ſi iam in banchis, montibus, vel cenſibus poſita ſit. At ſecus, ſi nondum ſit poſita, quandoquidem licet pecunia fuerit collecta ex rebus Eccleſiæ, & multò magis ſi ab aliquo fuerit Eccleſiæ ad ſumptus quotidianos relicta, non eſt, cur inter immobilia vel mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, numerari debeat; cùm illam in banchis, montibus, vel cenſibus conſeruari, non ſit obligatio. Sic Leo in *Theſaur. fori Eccleſ. deciſ.* 160. & Riccius *deciſ.* 70. *in* 1. *edit.*

16 Limitatur tertiò ab aliis, niſi pecunia deſtinata ſit pro futura aliqua neceſſitate Eccleſiæ, vel eius patrimonij conſeruandi; quia tunc in rei immobilis, vel mobilis pretioſæ vel in patrimonij locum ſuccedit. Sic colligitur *ex l. ſi laicus* §. 1. *ff. de legat.* 3. & docent Boër. *deciſ.* 209. Rodoan. *queſtion.* 16. Sopran. apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 4. *queſtion.* 16. *num.* 25. & 26. & Barboſa *cit. allegat.* 95. *n.* 45. Quam limitationem etiam admitto ſolum modis, quibus explicabam ſupra limitationem primam; & non aliter.

17 An autem pecunia ab aliquo ad res immobiles, vel mobiles pretioſas emendas relicta, vel ex redemptione cenſus, aut ex aliqua alia re immobili, vel pretioſa mobili, Eccleſiæ deſumpta, ad hoc vt in alia re immobili, vel mobili pretioſa renouaretur, poſſit ſine ſolemnitatibus iuris conuerti in extinctionem debitorum eiuſdem Eccleſiæ?

Reſpondetur negatiuè; & ita tenet Turrecrem. *in ſumm. lib.* 12. *quæſt.* 2. (qui rectè id extendit etiam in caſu neceſſitatis) Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. q.* 16. *num.* 15. Beroius *in cap. nulli, num.* 83. *de reb. Eccleſ. non alien.* Riccius *in prax. part.* 1. *reſol.* 70. *num.* 3. Genuenſ. *in prax. Archiepiſc. cap.* 60. *num.* 14. & Rota in vna Veneta Nullitatis contractus, 13. Nouembr. 1602. coram Pamphilio. Et ratio ex dictis eſt; quia cùm talis pecunia ſucceſſerit loco talis rei, ſcilicet immobilis, vel mobilis pretioſæ, ſequitur, quod ſicut ſine ſolemnitatibus iuris non poterat pro extinctione debitorum alienari talis res, ita nec poſſit ſine iiſdem ſolemnitatibus iuris alienari talis pecunia.

18 Quin quando agitur de extinctione debitorum Eccleſiæ, non eſt cauſa huiuſmodi cauſa ſufficiens alienandi res Eccleſiæ, niſi debitum ſit vrgens, ita vt illud extingui, ſit neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ, ſicuti dicemus *infrà dubit.* 9. & docet Bellamera *in cap. non liceat verſ. tertiò probatur,* 12. *q.* 2. per Authent. hoc *Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* & hac neceſſitate, vel vtilitate Eccleſiæ in-
19 tercueniente, licet iura concedant, alienari res Eccleſiæ, id tamen non concedunt fieri non ſeruatis debitis ſolemnitatibus, niſi ſolum, quando neceſſitas eſt adeò vrgens, vt non patiatur, eas ſeruari, ſicuti dicam *infra dub.* 23. & habetur ex *cap. placuit,* 12. *q.* 2. & tradunt Cardinal. *in Clement.* 1. *num.* 29. *de reb. Eccleſ. non alien.* Abb. *in c. fin. de Eccleſ. ædiſ. vel reparand.* Villadiego *de legib. q.* 11. *in fin.* Turrecrem. *cit. q.* 2. & Redoanus *de reb. Eccleſ. non alien. q.* 19. *num.* 34. Et 20
non ſufficit vtilitas, vel neceſſitas qualiſcumque ſed requiritur euidens, vt dicam citata *dub.* 9. & & habetur expreſsè *in cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alien. in* 6. & notant ex communi Couar. *lib.* 2. *var. reſol. cap.* 16. *num.* 8. Quapropter debet vti- 21
litas, *vel* neceſſitas examinari, vt conſtet, an ſit ſufficiens, & debet autorizari, & declarari, quod ſit ex illis, quas iura requirunt, & tunc obtenta à Papa facultate alienandi res Eccleſiæ, poterit res Eccleſiæ legitimè alienari, iuxta ea, quæ dicentur infra *cit. dub.* 9.

Quod à fortiori militat in caſu noſtro, quia 22
non adeſt neceſſitas, nec vtilitas, quæ cogat, debitum Eccleſiæ extingui; ſiquidem poteſt continuari ſolutio intereſſe conſueti, vel alio modo debitum extingui: & aliàs poteſt cedere in maiorem vtilitatem Eccleſiæ, quod illa pecunia in aliud conuertatur, vt in ſimili dixit Marian. Socin. *tract. de oblat. lib.* 3. *n.* 15. Quapropter cùm ſemper reſpiciendum ſit ad vtilitatem Eccleſiæ, præmittendæ ſunt ſolemnitates, quæ inſtitutæ 23
ſunt pro ſeruanda Eccleſia indemni, & procuranda eius vtilitate. Et hinc quando dicitur, quod 24
neceſſitas facit licitum, quod aliàs non erat licitum, *cap. quod non eſt licitum, de reg. iur.* & quod neceſſitas non habet legem, *l. ſi quis propter, Cod. de patrib. qui fil. ſu. diſtrax.* id intelligi debet de neceſſitate ſic vrgenti, quæ non permittat legem ſeruari, ſicuti dicebam ſupra, & dicam infra *cit. dub.* 23. & tradit Archidiac. *in cap. ea enim,* §. *hortus, ver. conſtat.* 10. *quæſt.* 2. quan- 25
doquidem ſi neceſſitas compatitur conſeruationem legis, neceſſitas non prævalet contra legem.

Ex dictis ſequitur contra Bordonum *in Conſil. Regular. reſol.* 27. *numer.* 21. quod pecunia, de qua ſupra loquebamur, non poſſit conuerti ad emenda mobilia vſuaria pro Monaſterio vel Eccleſia; quia dicta pecunia computatur inter bona immobilia, vel mobilia pretioſa. 26

Sequitur ſecundò contra eundē Bordonū *loc. cit.* 27
n. 56. quod neque poſſit conuerti in cenſum vitalitium, idque propter eandem rationem, ſaltem ſi pecunia ſit relicta ad emendas res immobiles vel deſumpta ex re immobili ad hoc, vt renouaretur in alia re immobili, ſiquidem cenſus vitalitius non computatur inter bona immobi- 28
lia; quia quæ ſunt in continuo periculo, vt amittantur (qualis eſt cenſus vitalitius, cùm conſiſtat in hominis vita) cenſentur bona mobilia, Angel. *in l. non ſolet, ff. de pet. hæredit.* Bald. *in cap. contingit. de dolo, & contumac.* & Corneus *conſil.* 173. *vol.* 3. tum quia cenſus breui duraturus 29
computatur inter bona mobilia, Barbat. *conſil.* 22. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 3. *caſu* 233. *num.* 2. Federic. de Senis *conſil.* 12. *num.* 5. Feder. Martin. *de iure cenſ. cap.* 1. *num.* 101. & Duardus *de cenſib. in proœm. Conſtit. Pij V. quæſt.* 10. *num.* 40. Ergo & cenſus vitalitius qui etiam eſt breui duraturus, vtpote de ſui natura non per-

petuus, ſed ſequens vitam hominis, & ſic non ſtabilis,vel immobilis, ſed temporalis, & mobilis,
30 qualis eſt vita hominis, ſuper qua fundatur iſte cenſus, tum quia cenſus redimibilis etiam computatur inter bona mobilia; Anton. Gomez *de cenſib. cap.3. num.4.* Marienſus *l.2. gloſſ.1. n.83. tit.9. lib.5. noua Recopil.* Garſias *de benefic.part.2. cap.5. numer.95. in fin.* & Molin. *de primogenit. lib. 2. cap.10. numer.3.* ex eo, quia non habet ſtatum ſtabilem,ſed eſt temporaneus; ergo & cenſus vitalitius, cùm fundetur in hominis vita,quæ nec habet ſtatum ſtabilem, ſed eſt etiam tempo-
31 ranea.

Confirmatur; quia fundatio cenſus vitalitij tendit ad alienationem, ſiquidem reſpicit alienationem, quæ ſit poſita mortis conditione; quapropter licet de præſenti ſit emptio iuris percipiendi fructus ex re fructifera, eſt tamen etiam alienatio pro tempore futuro; cùm ergo res iudicanda ſit ex euentu, & fine, ad quem ordinatur, *l.ſed & ſi quid, §.1. ff.de vſufruct. & cap. fraternitatis, §. fin. de frigid. & malefic.* ſequitur, quod fundatio cenſus vitalitij non tam ſit dicenda emptio, quàm alienatio pecuniæ, atque adeo fieri
32 prohibita per Extrauag. *Ambitioſa.*

Confirmatur ſecundò;quia (cùm qualitas aduenies qualificet diuerſum ens, & reponat in noua ſpecie, *§.præterea,inſtit.de inutil. ſtipulatione, cap. cum Martha, §. quæſiuiſti, de celebrat. Miſſar. & capit. ſtatutum, de elect. in 6.* & tradunt Hippolyt. *ſingul. §.20.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. Remed. 6. n.8.* Surdus *conſil.321. num.12.* & Gomez *§.perſonam, Inſtit. de actionib.*) ſit quod res quælibet conſiderari debeat cum ſua qualitate; atque adeò, quod cenſus conſiderari debeat, non præcisè vt emptio quædam, neque vt emptio cuiuſcumque cenſus,ſed vt talis cenſus,ſcilicet vitalitij; quod eſt,eſſe emptionem iuris extinguibilis ad tempus in fauorem venditoris, & continet reuerſionem iuris acquiſiti per emptionem ad ipſum venditorem; quod ſanè eſt alienatio, quia dicit tranſlationem iuris ipſius Eccleſiæ finita hominis vita, ſuper qua fundatur cenſus; & de hac tranſlatione fit pactum de præſenti, quando inſtituitur cenſus.

33 Confirmatur tertiò, quia prohibitio alienandi res Eccleſiaſticas eò tendit, quod res conſeruentur ſuæ Eccleſiæ,vt illis ipſæ Eccleſiæ,Monaſteria, & pia loca ſuſtententur, Extrauag. *Ambitioſa, de reb. Eccleſ. non alien.* At per fundationem cenſus italitij res non conſeruantur ſuæ Eccleſiæ,vt illis ipſæ Eccleſiæ, Monaſteria, & pia loca ſuſtententur, ſed conſtituuntur in ſtatu, vt infra certum tempus debeat Eccleſia neceſſariò remanere iis priuata; ergo fundatio cenſus vitalitij ex pecunia ſaltem, quæ ſuccedit loco rei immobilis, eſt prohibita alienari per dict. Extrauag. *Ambitioſa*: quia quando aliquid eſt prohibitum, cenſentur etiam
34 prohibita omnia, quæ ad ipſum conducunt, *l. ratio, ff.de ſponſalib. l. pupillus, §.ſi per interpoſitum, ff. de auctor. tutor. l. fin. Cod. de reb. alien. vel non alien. cap. præterea de offic. deleg. & cap. cùm quid prohibetur, de regul. iur. in 6.* fundatio namque cenſus vitalitij eò tendit,vt Eccleſia remaneat priuata & pecunia, & cenſu.

35 Obiicies: pecunia non eſt de iis, quæ prohibentur alienari, cùm non ſit res immobilis, nec res pretioſa mobilis; ſiquidem non poteſt ita inſtruire, vt ſeruando ſeruetur; quia non habet alium vſum, niſi vt conſumatur; ergo, &c.

Reſpondetur: ſi loquamur de omni alia pecunia, concedo, ſi loquamur de pecunia, de qua ſupra dicebatur, nego; quia cùm talis pecunia, vt patet ex dicti: ſuccedat loco rei immobilis, vel mobilis pre ..ſæ, prohibetur diſtrahi tanquam res immobilis, vel mobilis pretioſa: quo ſtante alienatio ipſius æquiualenter eſſet 36
alienatio rei immobilis, vel mobilis pretioſæ. Neque obſtat, quod res immobilis, vel mobilis pretioſa emenda non poſſideatur, & prohibitio ſit ſolum de alienandis, quæ poſſidentur. Reſpondeo enim, quod poſſidetur ipſa pecunia, quæ habetur pro re immobili, vel pretioſa; Armilla *ver. alienatio, numer.4.* Conrad. *part. 2. Reſp. caſ. conſcient. quæſt. 25.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.3. allegat. 95. numer.40.* Homobon. *part. 4. reſp. 44.* & Bonacina *de alien. bonor. Eccleſ.diſp.2. quæſt. vnic. punct.2. num.5.* qui teſtatur de communi.

Obiicies ſecundò; fundatio cenſus vitalitij non eſt alienatio, ſed emptio iuris exigendi fructus ſuper re fructifera, ergo non eſt de prohibitis. Conſequentia probatur;quia non prohibetur pro Eccleſia emptio, ſed tantum alienatio bonorum Eccleſiæ.

Reſpondetur; quod licet fundatio cenſus vi- 37
talitij ſit quædam emptio, eſt tamen emptio, qualificata, quæ continet etiam alienationem, ſiquidem continet pactum, quod ius acquiſitum per emptionem transferatur poſt mortem illius, ſuper cuius vita fundatur, ad venditionem. Aut ſaltem ordinatur ad alienationem,quod ſufficit,vt prohiberi comprehendatur in dict.Extrauag. *Ambitioſa.*

Obiicies tertiò: cenſus vitalitius, licet extin- 38
guatur morte contrahentis, eſt tamen vtilis Eccleſiæ, ſiquidem vtilitas attenditur tempore contractus, *gl.in cap. ad aures, ver. tunc de reb. Eccleſ. non alien.* Genuenſ. *in prax.Archiep. c.89. n.3.* & Bonac.*de alien. bonor.Eccleſ.diſp.2.q.vnic.punct.3. num.2.* quinimò adeſt etiam vtilitas pro tempore futuro; quia durante cenſu percipiuntur fructus.

Reſpondetur; quod fundatio cenſus vitalitij, licet de præſenti ſit ex vno capite Eccleſiæ vtilis, eſt tamen ex alio capite etiam de præſenti ei damnoſa; tum quia abſolutè tendit ad priuationem intra certum tempus neceſſariò futurum; tum quia de præſenti Eccleſiæ exponitur periculo amittendi capitale, & fructus ad breue tempus; cùm vita hominis ſit in continuo, & quotidiano periculo. Vnde bona certa Eccleſiæ commutantur in ſpem incertam fructuum percipiendorum ex tali cenſu.

Accedit, quod vtilitas, vel etiam n ..i- 39
tas non ſufficit, vt res Eccleſiæ poſſit alienari, ſed ſufficit ſolum, vt poſſit obtineri à Sede Apoſtolica licentia de alienando, ſicuti patebit ex iis, quæ dicam *infrà diffusè dubit. 9.*

SECTIO

SECTIO IV.

An, & quid dicendum de grege ouium vel de armento boum, & similibus?

SVMMARIVM.

1 *Inter mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt, numerari debet Grex Ouium, & Caprarum; Armentum Boum, Præsepium equorum, & similia.*

2 *Secus dic de fructibus Gregis, & Armenti, & similium; quia hæc non computantur inter bona pretiosa, quæ seruando, seruari possunt.*

3 *Fructus gregis, Armenti, & similium alienari possunt sine iuris solemnitate sicut alienari possunt fructus agrorum.*

1 SEquitur tertiò, quòd è contra inter mobilia pretiosa quæ seruando seruari possunt, numerari debeat grex ouium, & caprarum, armentum boum, præsepium equorum, & similia; quia est quid magni valoris, & per continuam fœtuum
2 multiplicationem conseruari potest. Secus dicas de fructibus gregis, armenti, & similium; quia hæc non computantur inter bona pretiosa; quæ seruando seruari possunt; sicut nec computaretur
3 fructus agrorum: quapropter hæc alienari poterunt sine solemnitate iuris; sicut sine solemnitate iuris alienari possunt fructus agrorum. Sic Doctores communiter, Mol. *tract.* 2. *disp.* 456. *in fin.* Rodoanus *de alienat. quæst.* 2. Quaranta, *n.* 25. Sopranus *cap.* 4. *quæstio* 19. *num.* 24. & alij passim. Vide, quæ dicebantur *suprà dub.* 1.

SECTIO V.

An, & quid dicendum de arboribus.

SVMMARIVM.

1 *Inter bona immobilia numerari debent arbores, si prædio sint necessariæ; ita vt illis sublatis Prædium notabiliter deterioretur.*

2 *Secus dic si non sunt necessariæ, vel prædio damnum aliquod inferant; vel loco illarum reponantur alia fructifera, vel magis fructifera*

3 *Conseruari posse non debet dici id, cuius conseruatio Ecclesiæ potius damnosa est.*

4 *Prælatus scindens arbores, easq. vendens in vtilitatem Ecclesiæ non peccat in casu, quo talis scissio damnum Prædio non inferat.*

5 *Damnum in scissione arborum; non consideratur, si in Prædio relicta sint arbores sufficientes.*

6 *Idem dicas si scindat arbores caduas, quales sunt, quæ tantum vtiles sunt ad lignandum.*

7 & 8 *Silua cædua, nemus, arundinetum, & similia censentur potius fructus Prædij, quam Prædium; & ideo nullam exigunt solemnitatem in earum alienatione. Secus de silua, arboribus, vel luco consito in prædio ad amœnitatem Prædij, & non consito ad lignandum, nisi fieret transmutatio in quid aliud magis fructiferum.*

9 *Quod dixi de incisione arborum, idem dic de incisione vineæ, vel alterius rei similis.*

SEquitur quartò, quod etiam inter bona immo- 1
bilia numerari debeant arbores, si scilicet prædio sint necessariæ; ita vt illis sublatis prædium notabiliter deterioretur: Secus, si non sint necessariæ, v.g. sint vel ferè mortuæ, vel ita densæ, vt 2
potius prædio damnum inferant; vel loco illarum reponantur aliæ fructiferæ, vel magis fructiferæ; quia hæc omnia vtilia sunt, & secundum regulas agriculturæ; Et dici non debet, conseruandum 3
esse id, cuius conseruatio Ecclesiæ potius damnosa est. Quapropter neque peccabit Prælatus, si 4
scindat arbores, easque vendat in vtilitatem Ecclesiæ, in casu, quod talis scissio possit, vel saltem damnum prædio non inferat: sicuti de facto non infert, si in prædio sufficientes arbores relinquat. 5
Idemque dic, si scindat arbores cæduas, quales 6
sunt, quæ tantum vtiles sunt ad lignandum, vt est silua cædua, nemus, arundinetum, & similia; 7
quia hæc censentur potius fructus prædij, quàm prædium: quapropter poterunt sine solemnitate iuris scindi, & alienari. Secus dicendum de silua, 8
arboribus, luco consito in prædio ad amœnitatem prædij, & non consito ad lignandum, seu cædendum, nisi talis silua, arbores, vel lucus transmutetur in vineam, vel quid aliud. Magis fructiferum, & Ecclesiæ vtilius, iuxta ea, quæ dicentur *infra dub.* 2. Sic Nauar. *lib.* 1. *consil.* 6. & 7. *de rebus Eccles. non alien.* Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 18. Rodriguez *lib.* 1. *qq. Regul. quæst.* 27. *art.* 4. Quaranta *ver. alienatio, num.* 37. *lit. F.* Bonacina *disp.* 3. *de contract. quæst.* 8. *punct.* 4. *num.* 18. Peirinus *tom.* 1. *privileg. Mimm. in constit.* 9. *Iulij II. num.* 18. & *seqq.* Farinacius *part.* 2. *decis.* 553. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 3. *disp.* 13. *quæst.* 3. Bordonus *resol.* 27. *num.* 14. Lezana *ver. alienatio, num.* 16.

Et quæ dixi de incisione arborum, eadem dico 9
de incisione vineæ, vel alterius rei similis.

DVBITATIO III.

Quænam alienatio prohibeatur?

SVMMARIVM.

1 *In extrauag. Ambitiosa non solum prohibetur alienatio strictè sumpta, per quam fit translatio dominij directi rei alienatæ; sed etiam alienatio latè sumpta, per quam fit translatio cuiuscumque iuris, & dominij.*

2 *Item in citata Extrauaganti prohibentur venditio, Donatio, consumptio, permutatio, precarium, census, feudum, emphyteusis & locatio ad longum tempus.*

3 *Census impositio fieri potest à Capitulo pro sustinendis litis expensis.*

4 *Per feudum, & emphyteusim, seu locationem transfertur dominium vtile in feudatarium, emphyteutam, & conductorem.*

5 *Item prohibetur actio pignoratitia, & hypothecaria*

ratione periculi translationis dominij, casu, quo deficiat, vnde principali obligationi satisfiat.

6 *Alienationis prohibitio fauore Ecclesiæ comprehendit omnem actum, per quem in extraneum ius aliquod vtile transfertur, & per quem in rebus Ecclesiæ seruitus aliqua constituitur, licet probabiliter comprehendat tantum hypothecam specialem.*

7 *Per Generalem hypothecam non tantum res, quam persona remanet obnoxia obligationi.*

8 *Qui sua bona tantum hypotheca generali obligauit, non impeditur ea alienare, cum eadem sic alienata creditori non submittantur.*

9 *Seruus, si per generalem tantum hypothecam obligatus fuerit manumitti potest; licet aly probabiliter sentiant oppositum.*

10 *Res sterilis, & domus, ex qua nihil vtilitatis percipitur, non potest alienari.*

11 *Regulares non possunt vendere stabilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt nec etiam pro fabrica Monasterij, vel ad effectum emendi census.*

12 *Nec possunt dicta bona vnius Monasterij transferre in aliud.*

13 *Possunt tamen, si sint bona non pretiosa, vel quæ seruando seruari non possunt.*

14 *Quod dictum est de translatione, idem dicendum de permutatione.*

1 RESPONDETVR, prohiberi, non solum alienationem strictè sumptam, nempè per quam fit translatio dominij directi rei alienatæ, *l.* 1. *Cod. de fundo dotali*, & ibi gl. & colligitur ex *l.* 1. *Cod. de iure emphyt.* Sed etiam alienationē latè sumptam, per quam fit translatio cuiuscumque iuris, & dominij, etiam vtilis, vel indirecti (retento directo) vsufructus, vel possessionis, &c. iuxta *cap. nulli de rebus Eccles. non alien. & l. sancimus, eod. tit.* Et sic prohiberi in rebus Ecclesiæ non solum venditionē, donationem, consumptionem, permutationem, precarium (vt rectè dixit Riccius *dec.* 64. Quaranta, *ver. alienatio, num.* 15. & Bonacina *de alien. bonorum Eccles. punct.* 2. *num.* 9.) sed etiam prohiberi censum, sinè perpetuum, siuè viralitium (quamuis census impositio fiat à Capitulo pro sustinendis litis expensis, vt ex Baldo, & aliis probat Riccius *dec.* 49. & 71.) feudum emphyteusim, locationem per longum tempus, contractum superficiarium, libellarium, & similem; quia per hæc transfertur dominium vtile in feudatarium, emphyteutam, conductorem, &c. Sic dicebam *supra dub.* 1. *num.* 19. *& seqq.* & constat *ex cit. cap. nulli, ex toto titulo de rebus Eccles. non alien.* Extrauag. *Ambitiosæ*, cum decreto S. Congregationis, & *Clement. I. eodem tit.* & docent præter Siluestrum *ver. Alienatio n.* 6. & Molinam *de contract. tract.* 2. *disp.* 464. *n.* 1. *& seqq.* communiter Doctores, quos citat, & sequitur Quaranta *cit. num.* 15. & 16. Bonacina *cit. punct.* 2. *num.* 1. & Rodriguez *tom.* 1. *qq. regular. q.* 27. *art.* 1. Quin addo. prohiberi etiam pignoratitiam actionem, & hypothecam, ratione periculi translationis dominij, casu scilicet, quod deficiat, vnde principali obligationi satisfiat, tum quia hypotheca expressè ponitur inter contractus prohibitos, tam in *cit.* Extrauag. *Ambitiosæ*, quam in cit. decreto S. Congregationis, quæ referebam *cit. dubit.* 1. *num.* 4. tum quia, qui non potest alienare, nec etiam posit hypothecare, DD. apud Barbosam *de offic. & potest. Episc. allegat.* 19. *num.* 85. Sic Couar. 2. *var. cap.* 16. *num.* 7. Vasquez *de reditib. cap.* 2. §. 2. *num.* 35. Mol. *de iust. tractat.* 2. *disp.* 464. *& seqq.* & Azorius *tom.* 2. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 2. Et ratio horum omnium est; quia, fauore Ecclesiæ, alienationis prohibitio comprehendit omnem actum, per quem in extraneum ius aliquod vtile transfertur; & per quem in rebus Ecclesiæ seruitus aliqua constituitur; quamuis probabiliter comprehendat tantum hypothecam specialem, non item generalem, ex eo, quia per generalem non tam manet obligata res, quam persona. Vnde, qui sua bona tantum hypotheca generali obligauit, non impeditur ea alienare, & eadem sic alienata creditori non submittuntur. Similiter seruus, si per generalem tantum hypothecam obligatus fuerit, manumitti potest. Vide Abbatem *cit. cap. nulli, num.* 3. Rodoanum, *cap.* 6. Couar. 2. *var. cap.* 16, *num.* 7. & Molinam *de iust. tract.* 2. *disp.* 466. Vide etiam, quæ dicebam *supra dubit.* 1. *n.* 19. quamuis alij, quos ibi citabam, sentiant, & etiam probabiliter, oppositum, ex eo, quia sumus in materia fauorabili Ecclesiæ, & Extrauagans Ambitiosæ absolutè loquitur; sed quod dixi, ob rationes dictas (ex quibus patet ad oppositum) est etiam satis probabile.

10 His adde, prohiberi etiam alienationem rei sterilis, seu domus, ex qua nihil vtilitatis percipitur; quia adhuc res hæc est immobilis; Doctores, quos citat, & sequitur Quaranta *n.* 37. & Bonac. *num.* 9.

11 Adde secundò, non posse Regulares stabilia, vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt vendere, nec etiam pro fabrica Monasterij, vel ad effectum emendi census; Doctores apud Barbos. *in Collect. Bullar. ver. Stabilia.*

12 Adde tertiò, nec posse Regulares bona vnius Monasterij transferre in aliud; quia huiusmodi translatio est quæ damalienationis species; Doctores, quos sequitur Bonac. *cit. n.* 9. quapropter priuilegia, quibus id Regularibus permitti videtur (vt legere est apud Rodriq. *tom.* 2. *quæst.* 125. *art.* 9. & Petrinum *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Constit.* 11. *Iulij II. n.* 76.) quoad huiusmodi bona transferenda, modò cessant propter dictum decretum S. Congregationis, cum in eo reuocentur omnia priuilegia Regularium in ordine ad alienationes prædictorum bonorum faciendas; quamuis non cessent quoad bonorum mobilium non pretiosorum, quæ seruando seruari non possunt, horum enim alienatio non est prohibita, vt patet ex dict. Extrauag. *Ambitiosæ*, & dict. decreto S. Congregationis. Et quod dixi de translatione, idem dico de permutatione, seu commutatione; quia permutatio etiam est alienatio, & expressè prohibetur in dictis iuribus; vnde nec ista fieri potest à Regularibus sine licentia S. Congregationis, nisi similiter de rebus mobilibus non pretiosis, vel quæ seruando seruari non possunt.

13

14

DVBITA

DVBITATIO IV.

An, & quid dicendum ſit, ſi Prælatus in ordinatione ſui ſummo Pontifici iurauerit, ſe bona Eccleſiæ non alienaturum?

SECTIO I.

Suppoſitum.

SVMMARIVM.

1 *Iure antiquo in alienatione bonorum Eccleſiæ Cathedralis requirebatur conſenſus ſedis Apoſtolicæ, non quidem vt alienatio eſſet valida, ſed ſolum vt eſſet licita; etiam ſi Epiſcopus in ſui conſecratione iurauiſſet, ſe bona Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, non alienaturum.*

2 *Epiſcopus, & Abbas à ſummo Pontifice creatus periuri ſunt alienando bona Epiſcopatus, & Monaſterij reſpectiue, ad quæ non alienanda iuramento adſtringantur, inconſulto ſummo Pontifice.*

3 *Alienatio prædicta non tamen de iure antiquo de conſenſu ſummi Pontificis obtento eſt inualida, ſi ſolum conditio hæc deſit; quia nullo iure antiquo illa irritatur.*

4 *Aliud eſt aliquid eſſe illicitum, ac eſſe inualidum.*

5 *Iurans ſe rem ſuam non venditurum, ſi poſtea vendat, illicitè facit, non tamen inualidè.*

6 *Iure nouo per extrauagantem Ambitioſæ Pauli II. requiritur conſenſus apoſtolicus non ſolum in rebus Eccleſiæ Cathedralis; ſed etiam cuiuſcumque alterius Eccleſiæ, & loci pij, vbi tamen dicta extrauagans, eſt recepta.*

7 *Conſenſus apoſtolicus ſufficit ſine alia ſolemnitate, ſi ſic vellet Pontifex, quia cum talis ſolemnitas ſit de iure canonico, Papa poteſt diſpenſare.*

8 *Conſenſus Apoſtolicus, licet ſuppleat ſolemnitates poſitiuas; non tamen ſupplet alienandi cauſam, niſi Pontifex exprimat.*

9 *Pontifex ſemper conſenſum præſtat ſub conditione, ſi alienatio ſit in euidentem Eccleſiæ vtilitatem; quod forſan etiam non expreſſum tacite intelligitur.*

10 *Alienatio, etiam cum dicto conſenſu Apoſtolico ſupplente facta impugnari poterit, niſi euidenter conſtet illam in vtilitatem Eccleſiæ celebratam fuiſſe.*

11 *Conſenſus Apoſtolicus, ſicut & omnis alia iuris ſolemnitas, præſumitur ex lapſu triginta vel quadraginta annorum in alienatione rei Eccleſiæ, vel loci pij, ſi contrarium aliunde non conſtet.*

12 *Conſenſus Apoſtolicus in dubio non præſumitur, niſi demonſtretur, ſecus eſt ſi de iure requiratur aliunde non rebatur.*

13 *Delictum, & defectus non præſumitur, niſi demonſtretur.*

14 *Homo, quando conſtat Deo vouiſſe, iuraſſe, vel contractum feciſſe; præſumitur deliberationem ſufficientem & conditiones, & ſolemnitates requiſitas, ſeu neceſſarias adhibuiſſe.*

VPPONO, in alienatione bonorum Eccleſiæ Cathedralis iure antiquo 1
requiri cõſenſum ſedis Apoſtolicæ, non quidem, vt alienatio ſit valida, ſed ſolum, vt ſit licita; etiamſi Epiſcopus in ſui conſecratione iurauerit, ſe bona Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice non alienaturum, neque oppignoraturum, neque in feudum vel emphyteuſim de nouo daturum; quapropter Epiſcopus (idemque dico de Abbate, qui à Papa creatur, quia & hic etiam ſimiliter, ſicut & Epiſcopus, iuramentum emittit de non alienando bona ſui monaſterij) periurus quidem eſt, alienando bona ſuæ Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice; non tamen alienatio iure dicto antiquo attento eſt inualida, ſi ſolum conditio hæc de conſenſu ſummi Pontificis obtento deſit; quia nullo iure antiquo illa irritatur; & ex 2 3
alio capite aliud eſt, aliquid eſſe illicitum, 4
ac eſſe inualidum, vt patet ſi quis iuret rem 5
ſuam non venditurus, & poſtea tamen vendat; in quo caſu illicitè quidem vendit, non tamen inualidè. Abb. *in cit. c.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælat.* Mol. *de iuſt. diſp.* 468. *n.* 8 & 16. Riccius *deciſ.* 11. & 49. Sopranus *cap.* 1. *quæſtion.* 10. & alij paſſim. Vide, quæ dicentur *infra dub.* 19.

Dixi, *iure antiquo*; quia iure nouo Extrauag. 6
Ambitioſæ Pauli II. requiritur conſenſus Apoſtolicus, non ſolum in rebus Eccleſiæ Cathedralis (ſicut etiam iure antiquo requirebatur ad licitam ſolum alienationem talium bonorum) ſed etiam in rebus cuiuſcumque alterius Eccleſiæ, & loci pij (in locis tamen, in quibus dicta Extrauagans quoad hanc partem recepta eſt) ad hoc vt talium rerum alienatio ſit licita, & valida ſimul. Sic communiter Doctores, Leo *in theſaur. fori cap.* 15. *num.* 7. & Quaranta *ver. alienatio, num.* 5. contra Rodoanum *quæſt.* 42. & 46. 7
Sufficeret tamen conſenſus Apoſtolicus ſine alia iuris ſolemnitate, ſi ſic vellet Pontifex: quia talis ſolemnitas requiritur de iure Canonico, in quo Pontifex poteſt diſpenſare. Accedit, quod bona Eccleſiæ ſubſunt arbitrio ipſius Pontificis, ergò, &c. ſic Ruinus *conſ.* 157. Riccius *conſ.* 242. & Sopranus *cap.* 5. *q.* 4. Qui tamen conſenſus Apoſtolicus ſupplens, licet ſuppleat ſolemnitates poſitiuas, non tamen ſupplet alienandi cauſam, niſi Pontifex exprimat? quia Pontifex ſemper conſenſum præſtat ſub conditione, *ſi alienatio ſit in euidentem vtilitatẽ Eccleſiæ*, 8 9
ò quod, ſi quando fortè non exprimit, tacitè ſuppleri intelligat. Rota 2. *part. diuerſ. deciſ.* 178. *num.* 2. Quaranta *num.* 7. Rodoanus *quæſt.* 22. *num.* 75. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap* 5. *quæſt.* 11. Quapropter 10
alienatio etiam cum dicto conſenſu Apoſtolico ſupplente celebrata impugnari poterit, niſi euidenter conſtet, illam in vtilitatem Eccleſiæ celebratam fuiſſe. Menochius, Quaranta, & alij in *locis ſuprà cit.*

Cæterùm, an conſenſus Apoſtolicus, ſicut & 11
omnis alia iuris ſolemnitas, præſumatur ex lapſu XXX. vel XL. annorum in alienatione rei Eccleſiæ, vel loci pij interceſſiſſe, ſi contrarium aliundè non euidenter conſtet?

Respondetur affirmatiuè: Sic Felinus, & alij quos citat, & sequitur Genuensis *in praxi cap.*88. Riccius *decis.* 34. *&* 35. Mascardus *de probation. concl.*416. *num.* 1. & videtur esse vsu receptum in Rota Romana; quamuis contrarium teneant Baldus *in l.*2. *Cod. de legit. hæred.* Menoc. *lib.* 3. *præsumpt.*132.*num.*70. *&* 71. Quaranta *num.* 46. & Redoanus *quæst.* 38. *num.* 16. Sed quod dixi, est multò probabilius, iuxtà regulam apud Mascardum *vol.*2.*de probation.concl.*734.*&* *gloss.l.in contrahenda,ff. de regul. iuris*: factum (licet in dubio non præsumatur, nisi demonstretur, vt colligitur *ex l. in bello §. facta,ff. de captiuis, & postliminio reuersis, & l.*2. *ff. de probat.*) tamen præsumitur, si illud de iure faciendum erat; quia magis est, vt existimemus, aliquem munus suum rectè obiisse atque in eo, quod egit, nihil necessarium omisisse, quàm non: quia delictum, & defectus non præsumitur, nisi demonstretur,

12 13

14 Vndè similiter si constet, hominem quippiam egisse, v.g. Deo vouisse, iurasse, vel contractum fecisse, &c. præsumitur delibetationem sufficientem, & conditiones, ac solemnitates requisitas, seu necessarias adhibuisse. His suppositis sit

SECTIO II.

Difficultatis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus si iurauit simpliciter non alienare bona suæ Ecclesiæ, dicitur quod intellexit solum de illicita alienatione.*

2 *Episcopus,si iurauit se non alienaturum bona suæ Ecclesiæ, inconsulto summo Pontifice, censetur intellexisse de alienatione licita,& iure concessa.*

3 *Iuramentum debet aliquid operari.*

4 *Solus defectus consultationis Papæ sufficit ad incurrendas pœnas à iure statutas, licet seruaretur tenor præscribi solitus.*

5 *Ad disiunctionem sufficit alterutram partem verificari.*

6 *Episcopus, vel Abbas alienantes in casu posito res suæ Ecclesiæ, etiam in casibus, quas iura concedunt, fiunt periuri; cum tale iuramentum sit de re licita.*

7 *Excipitur primò casus magnæ necessitatis, quæ dilationem non patiatur, vt Pontifex, aliusve superior prius consuli possit.*

8 *Excipitur secundo casu in rebus modicis, vel Ecclesiæ parum vtilibus, quas Prælatus potest alienare non obstante iuramento.*

9 *Excipitur tertio casu locationis ad longum tempus,& concessionis in pignus seu hypothecam vel in feudum, & emphyteusim; in quo potest Prælatus non obstante iuramento, inconsulto summo Pontifice, ad actum deuenire sine periurij periculo, & sic non ualidè, nec licitè ex alio capite.*

10 *Iuramentum est stricti iuris,& stricta interpretationis; & ideo in tali casu alienationis appellatione non venit, nisi alienatio strictè sumpta, per quam directum dominium transfertur.*

11 *Nomine alienationis strictè sumptæ, non venit locatio etiam ad longum tempus, vel pignus, vel hypotheca vel in feudum, vel emphyteusim concessio, contra Abbatem, & alios.*

12 *Iuramentum simpliciter prolatum, intelligi debet secundum subiectam materiam, & secundum iuris dispositionem.*

13 *Nomine alienationis ex iuris dispositione venit etiam locatio ad longum tempus, & in pignus, seu hypothecam, vel in feudum, & emphyteusim concessio.*

14 *Nomine alienationis per extrauagantem Pauli II. venit etiam locatio ad longum tempus, & in pignus seu hypothecam,vel in feudum, & emphyteusim concessio.*

15 *Extrauagans Pauli II. pluribus in locis, quoad dictum rigorem non fuit recepta, saltem quoad pœnas,& censuras,& etiam quoad locationem vltra triennium; & quoad concessionem in pignus, seu hypothecam, vel in feudum, & emphyteusim.*

16 *Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. in quibusdam locis recepta non est quoad assensum Apostolicum in alienatione quorumdam bonorum Ecclesiasticorum.*

17 *Iuramentum Prælati de non alienando bona suæ Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, non est improbabile, quod intelligatur de alienatione tantum illicita, & contra formam iuris.*

18 *Iurans non infeudare bona Ecclesiæ, inconsulto summo Pontifice, non intelligitur de feudo dato, & ad Ecclesiam deuoluto, quod est licitum; sed tantum de nona feudi concessione, quæ est illicita.*

19 *Iurans non alienare res Ecclesiæ, inconsulto summo Pontifice non intelligitur, quod non possit alienare in casu necessitatis, vel quod non possit alienare res modicas, aut parum vtiles.*

20 *Prælatus iurans perpetuo in Ecclesia se permansurum, non intelligitur,quod non possit abesse ex causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ.*

21 *Iuramentum factum in materia iuris, ad iuris terminos restringi debet.*

22 *Consensus summi Pontificis iuxta extrauagantem Ambitiosæ, requiritur in illis casibus, in quibus Prælati consensus, & tractatus à iure expostulatur. Secus vbi consensus Prælati non requiritur.*

23 *Iuramentum Prælati in dictis casibus non est eluforium, operatur n. vt Prælatus sit firmior in obseruandis iuris statutis.*

24 *Iuramentum extendi potest ad quamlibet alienationem, etiam licitam, & iure concessam, de facto tamen non extenditur.*

25 *Defectus consultationis summi Pontificis,sufficit ad incurrendas pœnas in illis casibus, in quibus consultatio illius expostulatur; non tamen requiritur in omnibus casibus.*

26 *Legatus à latere non potest relaxare iuramentum factum à Prælato de non alienandis bonis Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, quia id esset in præiudicium summi Pontificis*

RESPONDETVR ad difficultatem positam distinguendo: vel Episcopus iurauit simpliciter, se bona Ecclesiæ non alienaturum, vel non alienaturum, inconsulto summo Pontifice. Si primo modo iurauit, iuramentum 2

Digitized by Google

mentum intelligitur de alienatione ſolum illicita, vt perinde ſit, ac ſi Prælatus iurafſet, ſe bona Eccleſiæ non alienaturum ſine iuſta cauſa; & præter iuris formam; in quo non eſt difficultas & conueniunt Doctores. Si ſecundo modo iurauit ex probabiliori ſententia Doctorum intelligitur de alienatione etiam licita, & iure conceſſa. Sic
2 Abb. *in cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alien.* Silu. *ver. alienatio, quæſt.* 16. Molina *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 468. Azor. 2. *part. lib.* 9. *cap.* 1. *quæſt.* 9. Scottia *Theorem.* 118. & Nauarr. *comment. de alienat. rerum Eccleſ. num.* 13. & in Man. *cap.* 27. *n.* 149. & colligitur ex verbis, quæ Prælatus, ſcilicet Epiſcopus, & Abbas, qui vigore literarum Apoſtolicarum conſecratur, in ordinatione ſui profert; ibi: *Poſſeſſiones ad menſam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum conſenſu Capituli Eccleſiæ meæ, inconſulto Romano Pontifice.* Et probatur etiam ra-
3 tione; quia iuramentum debet aliquid operari: at ſi ad ſolas alienationes prohibitas extenderetur, nihil operaretur; tum quia, ſi dicatur extendi ad omnes alienationes, etiam licitas, & non prohibitas, cautius, & conſultius in fauorem Eccleſiæ proceditur; tum quia in Extrauag. *Ambitioſæ* ſtatuuntur pœnæ aduerſus eos, qui inconſulto Papa, vel contra illius conſtitutionis præſcriptum tenorem res Eccleſiæ alienare præſumpſerint. Ergo ſolus defectus conſultationis Papæ, tametſi ſeruetur ibi præſcriptus tenor, ſufficiet
4 ad incurrendas prædictas pœnas. Conſequentia probatur; quia in cit. Conſtitutione diſiunctiuè
5 ſit ſermo; & ex alio capite ad diſiunctionem ſufficit, alterutram partem verificari, *l. plerumque, ff. de iure dotium, & cap. in alternatiuis de regul. iuris in 6.*

6 Itaque, ſi Epiſcopus, vel Abbas in caſu poſito res ſuæ Eccleſiæ, etiam in cauſis, quas iura concedunt, alienent inconſulto Pontifice, fiunt periuri; cum tale iuramentum, ſit de re licita (nempe vt alienatio cautius fiat.) & poſſit ſeruari; ideoque ſit complendum, iuxta *cap. ſi verò de iureinr. & cap. quamuis de pactis in 6. niſi* velint eſſe periuri.

7 Excipitur primò caſus magnæ neceſſitatis, quæ dilationem non patiatur, vt Pontifex, aliúſve ſuperior prius conſuli poſſit, *vt ſupra dub.* 1. dicebatur. Et hoc nota (inquit Silu. *loco ſupra cit. q.* 17.) quia facit pro exemptis habentibus ſuperiorem in locis valde remotis.

8 Excipitur ſecundò caſus in rebus modicis, vel Eccleſiæ parum vtilibus: has enim Prælatus, qui iurauit ſe non alienaturum inconſulto ſummo Pontifice, poteſt nihilominus alienare; quia tales in tali materia non cenſentur comprehenſæ nomine alienationis ſolemnitatem aliquam, & ſummi Pontificis conſenſum poſtulantis; vt *cit. dub.* 1. dicebam ex textu *in cap. terrulas*, 12. *q.* 11. & docet glo. ſa *ex cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alien.* Calderin. *conſil.* 7. *eod. tit.* Federicus de Senis *conſil.* 210. & Abb. *in cap. vlt. de Eccleſ. ædificandis, numer.* 9. *& in cit. capit. vt ſuper numero* 15.

Excipitur tertiò caſus locationis ad longum
9 tempus, & conceſſionis in pignus, ſeu hypothecam, vel in feudum, & emphyteuſim; adeo vt licet Prælatus iurauerit, ſe non alienaturum res Eccleſiæ inconſulto Pontifice, poſſit adhuc tamen ſine periurij periculo, etſi non validè, nec licitè ex alio capite, illas ad longum tempus, inconſulto Pontifice, locare, vel in pignus ſeu hypothecam, vel in feudum, & emphyteuſim concedere; quia cùm iuramentum ſit ſtricti iuris, & ſtrictæ interpretationis, *arg. cap. penult. de iureiurando*, alie- 10
nationis appellatione nõ venit, niſi alienatio ſtrictè ſumpta, per quam directum dominium transfertur (vt venditio, donatio, & permutatio) non item locatio (etiamſi illa ſit ad longum tempus) 11
vel in pignus, ſeu hypothecam, vel in feudum, & emphyteuſim conceſſio. Sic Couar. 2. *reſol. cap.* 16. *num.* 2.

Quamuis contrarium quoad hoc ſatis probabiliter ſentiant Abb. *in cap. intellecto, de iureiur. num.* 9. Silu. *ver. alienatio, q.* 17. Mol *diſp.* 466. *§. ex dictis*, & Vaſquez *de reditibus cap.* 2. *§.* 2. *dub.* 3. *num.* 24. ex eo quod iuramentum ſimpli- 12
citer prolatum intelligi debeat ſecundùm ſubiectam materiam, & ſecundum iuris diſpoſitionem & ex alio capite in noſtro caſu alienationis nomine veniat ex diſpoſitione iuris, etiam locatio ad 13
longum tempus, & in pignus, ſeu hypothecam vel in feudum, & emphyteuſim conceſſio, vt patet ex *cap. ad audientiam de rebus Eccleſiaſt. non alien.* & ex iis quæ *ſupra* dicebantur; iuxta Conſtitutionem Extrauagantis *Ambitioſæ* Pauli I I. in qua certum eſt, quod alienationis appellatione veniat etiam locatio ad longum tempus, & in
pignus, ſeu hypothecam, vel in feudum, & em- 14
phyteuſim conceſſio, ſicuti rectè adnotarunt Rodoanus *de rebus Eccleſ. non alien. rubr.* 8. *n.* 50. Leſſ. *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 60. Rodrig. *in Compend. qq. Regul. reſol.* 7. *num.* 23. Caſtr. Palaus *tom.* 2. *tract.* 12. *diſp. vn. punct.* 15. *§.* 1. *n.* 2. Barboſa *de poteſt. Epiſc. part.* 3. *allegat.* 95. *num.* 38. Bonacina *de alienat. diſp.* 2. *q. vn. punct.* 3. *num.* 30. Diana *part.* 5. *tr.* 13. *reſol.* 6. & alij quos *ſupra dub.* 1. referebam.

Cæterùm Silu. *ver. Excommunicatio*, 7. *num.* 83. Nauar. *lib.* 3. *conſil.* 10. *eod. tit. edit.* 2. & in Summa *cap.* 27. *num.* 149. Couar. 2. *reſol. cap.* 16. *num.* 6. Azor. 2. *p. Inſtit. Moral. lib.* 2. *c.* 2. *verſ. quod attinet*, Vaſquez *in opuſc. de reditib. cap.* 2. *§.* 2. *num.* 32. & alij quos *infra ſect* 22. citabo, teſtantur, Extra- 15
uag. iſtam pluribus locis ſecundùm hunc rigorem receptam non eſſe, ſaltem quoad pœnas, & cenſuras, & etiam quoad locationem vltra triennium & quoad conceſſionem in pignus, ſeu hypothecam, vel in feudum, & emphyteuſim. Vide, quæ dicentur. *infra cit. dub.* 22. 23. *& cap. ſequenti dub.* 1. Vide etiam, Bonacinam *punct.* 5. *num.* 4. vbi ſubdit, quod neque dicta Extrauagans *Am-* 16
bitioſa Pauli I I. recepta ſit quoad aſſenſum Apoſtolicum in alienatione quorumdam bonorum Eccleſiaſticorum; quia bona aliqua Eccleſiaſtica vendi conſueuerunt de licentia ſolius Epiſcopi, non petito aſſenſu Apoſtolico.

Dixi ſupra in Reſponſione ad Difficultatem, *ex probabiliori ſententia Doctorum, iuramentum Prælati intelligi de alienatione, etiam licita, & iure conceſſa*; quia improbabile non eſt, quod intelligatur de alienatione tantum illicita; & contra for- 17
mam iuris. Sic defendit Abb. *in cap. vlt. de Eccleſ. ædificand. n.* 3. & Azor. *cit. lib.* 9. *c.* 1. *q.* 17. & probari 18
poteſt à ſimili; quia iurans non infeudare bona Eccleſiæ, inconſulto Summo Pontifice, non intelligitur de feudo dato, & ad Eccleſiam deuoluto; quod eſt licitum, ſed ſolum de noua

feudi

19 feudi concessione, quæ est illicita. Item iurans non alienare res Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, non intelligitur, quod non possit alienare in casu necessitatis, vel quod non possit alienare res modicas, aut parum vtiles; quod etiam est
20 licitum, vti supra dicebam. Item iurans Prælatus perpetuò in Ecclesia se permansurum, non intelligitur, quod non possit abesse ex causa necessitatis,
21 vel vtilitatis Ecclesiæ, quia iuramentum factum in materia iuris, ad iuris terminos restringi debet; Ergo similiter iuramentum factum de non alienando bona Ecclesiæ, nisi consulto summo Pontifice, non intelligitur, nisi de non alienando illa in iis casibus, in quibus summi Pontificis consensus à iure requiritur.

Quod si petas, in quibus casibus iuxta Extrauag. *Ambitiosæ* summi Pontificis consensus requiratur.

22 Respondetur, requiri in illis casibus in quibus Prælati consensus, & tractatus à iure expostulatur: tunc enim Pontifex in cit. Extrauag. consensum suum secundum requiri, addidit: at non in aliis casibus, in quibus, si res Ecclesiæ alienetur, nullus tractatus, nullus consensus superioris, nullaque iuris solemnitas expostulatur.

23 Vnde ad opposita facilè Respondetur. Ad primum, nego iuramentum nihil operari: operatur enim, vt Prælatus sit firmior in obseruandis iuris
24 statutis. Ad secundum, concedo iuramentum extendi posse ad quamlibet alienationem, etiam licitam, & iure concessam; at nego de facto extendi. Ad tertium, concedo, defectum consultationis
25 summi Pontificis sufficere ad incurrendas pœnas in illis casibus, in quibus consultatio illius expostulatur; at nego, in omnibus casibus illam expostulari; sed solum in iis, in quibus requiritur tractatus, & Episcopi consensus.

26 Si petas secundò, an Legatus à latere possit dare licentiam operandi contra iuramentum prædictum?

Respondetur negatiuè; quia id esset in præiudicium Romani Pontificis, cui tale iuramentum Prælatos obstringit. Atque ita docent Speculator & Abbas, quos citat & sequitur Silu. *ver. Alienatio, num. 16. in fin.*

DVBITATIO V.

An possit Prælatus suæ Ecclesiæ præiudicare? Vbi etiam de Prælato Religionis & de Religioso.

SVMMARIVM.

1 & 2 *Prælatus sine Capituli consensu, aliisque solemnitatibus iure requisitis non potest Ecclesiæ suæ præiudicare in bonis, vel iuribus acquisitis. Secus est in acquirendis, quibus etiam sine Capituli consensu potest renunciare.*

3 *Prælatus validè repudiat donationem Ecclesiæ sua oblatam & validè repudiat legatum, & donationem, si non adimpleat conditionem legati, vel donationis.*

4 *Res relicta sub conditione non acquiritur legatario, vel Donatario, ante conditionis euentum.*

5 *Res relicta sub modo acquiritur legatario, vel donatario etiam non adimpleto modo, quamuis legatario, vel donatario remaneat grauamen & obligatio aliquid faciendi.*

6 *Donatio, vel legatum sub modo habet esse suum substantiale absolutum, independenter quodammodo à modo, seu grauamine accessorio.*

7 *Promissum, seu legatum sub modo statim etiam non impleto modo, peti potest; quamuis promissarius, vel legatarius satis dare debeat de illo implendo.*

8 *Promissarius, vel legatarius, licet modum nondum impleuerit, tamen ius omne suum transmittit ad haredem, qui etiam modum implere potest, & debet, & tam actiuè quam passiuè transmittit.*

9 *Modus, seu grauamen, vt promissioni accessorium censeatur, ideoque à promissario implendum sit, requiritur 1. fieri in continenti. 2. modum adiectum esse possibilem, secus non tenet.*

10 *Modus promissioni, donationi, vel alteri dispositioni adiectus, est veluti accessoria pactio seu obligatio, quapropter ipsa corruente propter sui impotentiam, non etiam corruit pactio, seu obligatio principalis; cum principale non pendeat à suo accessorio.*

11 *Modus adiectus tanquam causa finalis, ac principalis resoluitur in conditionem sine qua non, quia tunc corruit donatio, vel legatum.*

12 *Modus adiectus non tanquam causa finalis, ac principalis sicut non resoluitur in conditionem sine qua non; ita etiam non efficit promissionem, vel donationem reuocabilem. Obligat tamen ad præstandam eius æstimationem.*

13 *Donatio Ecclesiæ facta sub modo, eo non seruato, neque reuocari potest, nisi id ipsum in donatione fuerit expressum; quia in dubio præsumitur facta propter Deum, & in remedium peccatorum.*

14 *Amplia etiam si idipsum in donatione fuerit expressum, quod propter modum non seruatum, esset reuocata.*

15 *Prælatus Ecclesiæ nocere non potest, si solus sine Capituli consensu eius donationis transgrediatur.*

16 *Prælatus nocere potest Ecclesiæ in casu, quo donatio facta fuerit sub conditione, & conditionem Prælatus, qui res Ecclesiæ administrat, non adimpleat.*

17 *Promittens Ecclesiæ se donaturum centum, si pro eius Patre anniuersarium celebretur, si Ecclesiæ Prælatus nolit implere conditionem, promissor liberatur obligatione.*

18 *Si quis leget, vel donet centum cum modo, seu obligatione vt anniuersarium celebretur; relictum reuocari non potest ob non adimpletum postea modum, sed agi potest ad implementum.*

19 *Res semel Ecclesiæ acquisita, est quasi sacra facta, & in speciali dominio Christi constituta, ideoque reuocari non potest.*

20 *Donans, vel legans Ecclesiæ, licet conditionem apposuerit, vt res ab ipso relicta alienari non possit, adhuc non censetur alienari prohibita in casu necessitatis.*

21 *Superior Religionis, cum Nouitium in Religionem suscipit, validè repudiat hereditatem, quæ post eius professionem, & Patris obitum Religioni obuentura esset.*

22 *Tenetur tamen in dictis casibus de mala administratione sui muneris.*

23 *Prælatus*

Digitized by Google

23 *Prælatus habet se ad Ecclesiam, tamquam Tutor, seu Curator.*

24 *Monachus, seu Religiosus acceptans rem sibi testamento legatam sine licentia Prælati, licet valide acceptet, peccat tamen.*

25 *Si vero legatum sine consensu repudiat, non valide repudiat, quia ius est acquisitum Religioni.*

26 *Monachus, vel Religiosus in iure quærendo non solum prodesse sed etiam obesse potest Religioni se. si donationem sibi faciendam respuat, valide renunciat; & sic sine violatione voti Paupertatis rogare potest offerentem vt alteri dare velit.*

27 *Prælatus, licet absque Capituli consensu, cæterisq; iuris solemnitatibus, non possit obesse alienando res Ecclesiasticas, potest tamen obesse in iudicialibus, permittendo aduersus suam Ecclesiam sententiam ferri.*

28 *Item potest obesse in vsucapionibus, permittendo res Ecclesiæ ab alio tẽporis diuturnitate præscribi*

29 *Ecclesia læsa restituitur in integrum intra quatriennium.*

30 *Quæ alienari iure prohibentur, præscribi non possunt; si alienari simpliciter prohibeantur ratione ipsius rei.*

31 *Fundus dotalis, cum sit sub administratione mariti, & vxor agere prohibeatur, non præscribitur contra mulierem.*

32 *Præscriptio incipere non potest contra filium, dum bona ipsius aduentitia sunt penes Patrem, & filius pro his agere impeditur.*

33 *Præscriptio aliquando suspenditur, ac quodammodo dormit.*

34 *Quæ alienari non prohibentur simpliciter, sed solum limitate, tunc præscribi interdum non impediuntur.*

1 RESPONDETVR, quod, licet Prælatus sine Capituli consensu, aliisque solemnitatibus iure requisitis, non possit Ecclesiæ suæ præiudicare in bonis, vel iuribus acquisitis, possit tamen sine Capituli consensu, & omni alia iuris solemnitate præiudicare in bonis, ac iuribus
2 acquirendis, & sic illis valide renunciare. Ita glossa communiter recepta *in cap. vlt. 16. q. 6.* Iuristæ *in l. iubemus Cod. de sacrosanctis Eccles.* Abbas, & Canonistæ *in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis*, Silu. *ver. alienatio, n.* 18. Et probatur, quia (sicuti colligitur *ex l. si sponsus, §. si maritus hæres, ff. de donation. inter virum, & vxorem*) aliud est nocere, aliud verò est non prodesse,

3 Ex dictis sequitur primo, quod Prælatus valide repudiet donationem Ecclesiæ suæ oblatam; &
4 valide repudiet legatum, vel donationem, si non adimpleat conditionem legati, vel donationis; quia res relicta sub conditione non acquiritur legatario, vel donatario, ante conditionis euentum.

5 Non sic, si non adimplet modum; quia res relicta sub modo acquiritur legatario, vel donatario etiam nondum adimpleto modo; quamuis legatario, vel donatario restet grauamen, seu obligatio aliquid faciendi, ac præstandi; sicuti colligitur *ex tit. Cod. de donationibus*, quæ sub modo; & docet glossa communiter recepta *in cap. verum, ver. conditione, de condition. appositis*, Abb. *ibid. num.* 2. Mol. *de iust. tom.* 1. *tract.* 2. *disp.* 208. & Rebell. *part.*
6 2. *lib.* 18. *q.* 13. Et ratio est; quia donatio, vel legatum sub modo habet esse suum substantiale absolutum, independenter quodammodo à modo, seu grauamine accessorio.

Vnde subsequitur primò, quod promissum, seu 7
legatum sub modo statim, etiam non impleto modo, peti possit, quamuis promissarius, vel legatarius satis dare debeat de illo implendo, *l. quibus diebus, §. Hermus, ff. de condition. & demonstrat.*

Subsequitur secundò, quod licet promissarius, 8
vel legatarius modum nondum impleuerit, tamen ius omne suum transmittat ad hæredem, qui etiam modum implere potest, & debet, *l. à testatore, iunct. gl. ver. conditio, ff. eodem.* Quin, si promissarius, vel legatarius ante cautionem, quam dare debuisset, moriatur, hæres ipsius, si cautionem det, in possessionem mittendus erit.

Subsequitur tertiò, quod, vt tamen modus, seu 9
grauamen promissioni accessorium cẽsеatur, ideoque à promissario implendum sit, requiratur primò, modum in continenti, veluti vnica pactione promissioni, donationi, alterive dispositioni adiectum fuisse; quia si prorsus perfecta, seu simpliciter facta fuerat donatio, modum, vel conditionem illa amplius non recipit, donatario inuito, *l. perfecta, Cod. de donation. quæ sub modo.* Secundo requiratur, modum adiectum esse possibilem: nam, si impossibilis sit, iure, vel facto, v.g.
dono tibi centum, vt blasphemes, vel vt cœlum digito tangas, valet promissio, donatio, vel legatum, 10
perinde ac si modus adiectus non esset; quia modus promissioni, donationi, vel alteri dispositioni adiectus, est veluti accessoria pactio, seu obligatio; quapropter ipsa corruente propter sui impotentiam, non etiam corruit pactio, seu obligatio principalis; cùm principale non pendeat à suo accessorio. Vide Molinam *disp.* 208.

Dubium autem est, an si modus possibilis, ac 11
honestus à donatario, vel legatario non seruetur, donatio, vel legatum corruat; vel solum reuocari possit?

Respondetur, inuestigandam esse mentem donantis, vel legantis, partim ex verbis, partim ex circumstantiis, vtrum modus ab illo adiectus fuerit tanquam causa finalis, ac principalis, quæ in euentu resolui debeat in conditionem, sine qua non: nempe *dono, vel lego tibi centum ea lege, vt hoc vel illud præstes, alioquin donatum, vel legatum retinere non possis*; quia tunc corruit donatio, vel legatum. An verò non fuerit causa finalis, ac 12
principalis donandi, vel legandi, etsi interim donator, vel legator aliquam obligationem imponere intenderit; quia tunc reuocari non potest donatio, vel legatum, sed solum compelli donatarius, vel legatarius ad modum seruandum, vel ad præstandam æstimationem eius, quod interest, modum non seruari. Sic Abb. *in cit. cap. verum, de condition. appositis, n.* 3. & Molina *cit. disp.* 208.

Quamuis id peculiariter fauore causæ piæ sta- 13
tutum sit *in cap. verum, de condition. appositis*, vt scilicet donatio Ecclesiæ facta sub modo, eo nõ seruato, neque reuocari possit, nisi idipsum in donatione fuerit expressum; ex eo, quia in dubio præsumitur donatio facta principaliter propter Deum, & in remedium peccatorum. Abb. *loco supra cit.* Quin, etsi idipsum in donatione fuerit expressum, 14
vt scilicet, si non seruetur modus, reuocetur Ecclesiæ facta donatio, & de facto non seruetur modus (v.g. fundus Ecclesiæ donatus, & alienari pro- 15
hibitus, de facto alienetur) neque poterit Prælatus Ecclesiæ nocere, si solus sine Capituli consensu modum donationis transgrediatur; sicuti no- 16
cere potest in casu, quod donatio facta fuerit sub

conditio

16 conditione;& conditionem Prælatus, qui res Ecclesiæ administrat,non adimpleat;quo casu corruit donatio; qua (sicuti dicebam) res donata sub conditione non acquitur donatario ante eius euentum, sed donata sub modo statim acquiritur, etiam nondum impleto modo; & ex alio capite (sicuti etiam dicebam) Prælatus Ecclesiæ nocere potest in iure acquirendo, non item in iure acquisito; Sic Abbas *in cit. cap. verum, de foro*
17 *compet. numer.* 28. Quapropter si quis promisit Ecclesiæ, se donaturum centum, si pro suo patre anniuersarium celebretur, sed Ecclesiæ Prælatus nolit adimplere conditionem, promissor liberatur obligatione. Sin verò leget, vel do-
18 net centum cum modo, seu obligatione, vt anniuersarium celebretur, relictum reuocari non potest,ob non adimpletum postea modum,sed agi potest, & debet ad eius implerionem; idque non solum, quia (sicuti dicebam) Prælatus non po-
19 test obesse Ecclesiæ iniure acquisito; sed etiam, quia res semel Ecclesiæ acquisita, est quasi sacra facta, & in speciali dominio Christi constituta; ideoque reuocari non potest. Innocent. *in cit. cap. verum,de foro compet.*

20 Illud etiam hic obiter nota cum Abbate *in cap. verum de condit. appositis*, *num.* 4. quod, licet donans, vel legans conditionem apposuerit, vt res ab ipso Ecclesiæ relicta alienari non possit, adhuc non censeatur alienari prohibita in casu necessitatis, si scilicet ius naturale charitatis, &c. talem alienationem postulet fieri, verbi gratia ad captiuorum redemptionem, vel ad quid aliud similis rationis,saltem in casu, quod alia bona non suppetunt; De qua re distinctius dicetur *infrà dubit.* 11.

21 Sequitur secundo, quod Superior Religionis, cùm Nouitium in Religionem suscipit, validè repudiet hæreditatem, quæ post eius professionem, & patris obitum Religioni obuentura esset. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *lib.7. moral. cap. 6. num.4.* Quamuis in dictis
22 casibus (quod & de Episcopo, & omni alio Prælato dicendum est) obligatus maneat, quod munere suo administrationis malè functus sit, iuxta *cap. 2. causa 12. quæst. 4.* & docet Abb. *in cap. 1. de in integr. restit. num.9.* Silu. *loco supra cit.* San-
23 chez *de matrim. lib.6. disp. 4. n.15.* & Less. *lib.2. cap. 24. dub. 10. n.65.* & meritò; quia Prælatus habet se ad Ecclesiam tanquam tutor,seu curator, vti rectè adnotauit gl. *in cap. auditis,ver. iure minoris, de in integr. restitut.*

24 Sequitur tertiò, quod monachus,seu Religiosus (qui quidem ex communi sententia Doctorum Religioni suæ prodesse potest, non tamen obesse in iure quæsito; v. g. si rem sibi testamento
25 legatam sine licentia Prælati acceptat, quamuis
26 peccet, validè acceptat ita vt legatum acquiratur Religioni, sin verò legatum sine consensu Prælati repudiat, non validè repudiat) in iure quærendo non solum potest prodesse, sed etiam obesse; scilicet si donationem sibi faciendam respuit, validè renunciat, & sic sine violatione voti paupertatis rogare potest offerentem, vt alteri dare velit. Abb. *in cap. cùm ad monasterium, de statu monach.* Nauar. *consil.2. de Regularib. n.32.* & Sanchez *de matrim. lib.6. disp.4.*

27 Cæterum, licet Prælatus absque Capituli consensu, cæteris que iuris solemnitatibus non possit obesse alienando res Ecclesiasticas, potest tamen obesse in iudicialibus, permittendo aduersus suam Ecclesiam sententiam ferri. Item potest obesse 28
in vsucapionibus, permittendo res Ecclesiæ ab alio temporis diuturnitate præscribi; quamuis in vtroque casu apparentis læsionis restitutio in in- 29
tegrum intra quadriennium Ecclesiæ concedatur. Abbas *in cap.1. n.9. de præscript.* & alij passim.

Obiicies, quæ alienari iure prohibentur, præ- 30
scribi non possunt. Ergo.

Respondetur cum Abbate *in cap.cùm non liceat, de præscription.num.7.* distinguo antecedens: si alienari simpliciter prohibentur, fauore ipsius rei,concedo, quod tunc præscribi etiam impediantur. (Qua ratione, dum fundus dotalis est sub ad- 31
ministratione mariti, & vxor agere prohibetur, præscriptio inchoari non potest, *l. si fundum, ff. de fundo dotali,* & *l. in rebus, Cod. de iure dotium.* Item, dum bona filij aduentitia sunt penes pa- 32
trem,& filius pro iis agere impeditur, præscriptio incipere non potest, *l.1. Cod. de annali except.* & docet Abb. *in cap. 2. de præscript. numer.11.* Dixi, *incipere non potest*; quia si ante cœpta præscriptio rei, postea perueniat in statum, quo præscribi non potest, v. g. marito in dotem detur, præscriptio interim suspenditur, ac veluti dormit, vt inquiunt Doctores.) Sin verò alienari non prohibentur simpliciter, sed solum limitatè, 33
vt scilicet certa forma, & solemnitate alienentur 34
(prout contingit in rebus Ecclesiæ, & minorum) tunc præscribi interdum non impediuntur,vti rectè adnotauit gl. in *l.vlt.C.in quibus cas. restitutio non est necessaria.*

DVBITATIO VI.

An possit Prælatus legatum, vel hæreditatem Ecclesiæ suæ delatam non acceptare?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus non potest sine Capituli consensu aliisque iuris solemnitatibus rei immobilis, vel mobilis pretiosæ legatum, vel hæreditatem Ecclesiæ suæ delatam, non acceptare, seu repudiare.*

2 *Repudiatio, seu non acceptatio est quædam alienatio, quandoquidem ipsa res repudiata transit ad hæredem.*

3 *Ecclesia, cui legatum, vel hæreditas est delata, habet ius,& actionem ad illam ex dispositione testatoris.*

4 *Fauore Ecclesiæ talia relicta ipso iure transeunt in Ecclesiam,etiam absque traditione.*

5 *Legatum quodlibet generaliter in specie relictum transit à morte Testatoris in dominium legatarij; neque requiritur expectare hæreditatis additionem.*

6 *Pupillus non potest sine Prætoris auctoritate repudiare fundum sibi legatum, nam rem suam alienare non potest.*

7 *Repudiatio, seu iuris abdicatio species alienationis censeri debet in causa Ecclesiæ fauorabili.*

8 *Nomine alienationis in aliis prohibitionibus, non venit repudiatio legati, vel hæreditatis.*

9 *Marito permittitur repudiatio legati, vel hæreditatis, vt vxori obueniat.*

10 *Alienatio legati, vel Hæreditatis non cenſetur facta in fraudem creditorum.*

11 *Opinio multorum Doctorum quod Prælatus poſſit recuſare hæreditatem, vel legatum Eccleſiæ, ſuæ delatum non eſt improbanda.*

12 *Legatum, vel hæreditas delata, & Eccleſia non incorporata, non eſt ius Eccleſiæ acquiſitum; ſed acquirendum.*

13 *Repudiatio non eſt alienatio; ſed ſolum non acquiſitio.*

14 *Paria non ſunt lucrum non capere, & acquiſita perdere.*

15 *Repudiatio ſimpliciter non eſt alienatio; quia ius legati, vel hæreditatis adeunda non eſt abſolutum; ſed conditionatum pendens à voluntate acceptantis.*

16 *Facta rei repudiatione, conuincitur numquam res Eccleſia fuiſſe.*

17 *Hæreditas non tranſit ipſo iure ad Hæredes; ſed tranſit prauia acceptatione propter pericula, quæ incurrit Hæres adeundo hæreditatem.*

18 *Repudiatione facta res tranſit ad hæredes non ex repudiatione, ſed ex ſucceſſione, quæ impediabatur legatione facta.*

19 *Eccleſia, cui legatũ, vel hæreditas eſt delata non habet ius abſolutum ad illa; ſed ſub tacita conditione, ſi ſcil. legatario placuerit.*

20 *Fauore Eccleſiæ relicta ipſo iure, etiam abſque traditione tranſeunt in Eccleſiam, non abſolutè, ſed reuocabiliter.*

21 *Pupillo, ſeu minori prohibita eſt non ſolum alienatio bonorum ſed etiam omiſſio lucri: at Prælato ſolũ prohibita eſt acquiſiti lucri alienatio.*

22 *Prælatus, quin & capitulum, peccat graniter; non admittendo legatum, vel hæreditatem, niſi forſan ex cauſa rationabili non admittat.*

23 *Eccleſia laſa negligentia, vel facilitate Prælati non ſolum damno accepto; ſed etiam lucro amiſſo, poteſt petere beneficium reſtitutionis in integrum, quia ei competit tale priuilegiũ.*

24 *Limitatur modo res non fuerit acquiſita alteri Eccleſiæ; quia tunc melior eſt conditio Eccleſiæ poſſidentis.*

25 *Eccleſia poteſt etiam agere contra Prælatum, quia ex officio tenebatur rem Eccleſiæ agere, eiuſque vtilitati conſulere.*

26 *Repudiatio hæreditatis, vel legati, facta à Prælato non eſt valida ſine iuris ſolemnitatibus, ſi facta ſit in fauorem illius, ad quem hæreditas nõ perueniret; ſed peruenit ſolum ex eo, quia Prælatus in eius fauorem repudiauit.*

27 *Prælatus non poteſt valide hæreditatem iam aditam repudiare; quia hæc eſt alienatio; cum ſit iuris iam acquiſiti in alterum tranſlatio.*

28 & 29 *Si maritus, qui iure prohibetur donare vxori, & è contra repudiet hæreditatem, ſeu legatum ſibi delatum, & nondum acceptatum vt perueniat ad vxorem, repudiatio valet ſi ſe. Vxor alias erat ſucceſſura. Secus ſi nullum ius habebat, & maritus repudiet in fauorem vxoris*

30 *Eo ipſo, quod quis cedit alteri cenſetur tacite, & natura prius adiiſſe, ſeu acceptaſſe.*

31 *Repudiatio, qua fit à marito de re ſibi delata, quam rogat dari vxori, valet, ſecus ſi iubeat donari vxori; quia ex mandato ſupponitur acceptatio tacita.*

32 *Idem operatur tacitum, ac expreſſum.*

33 *Legatarius rei certæ ſtatim per mortem legantis acquirit dominium legati.*

34 *Ea, qua legantur recta via ab eo, qui legauit, ad eum, cui legata ſunt, tranſeunt.*

35 *Dominium predictum tranſit fictè à die mortis, verè à die adita hereditatis.*

36 *Dominium predictum non eſt omnino perfectum, & abſolutum ante acceptationem; ſed habet hanc imperfectionem eſſe repudiabile.*

37 *Quamuis legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cum repudiatur, retro noſtrum non fuiſſe palam eſt.*

38 *Hæres ſuus accipit dominium hæreditatis abſque aditione; vnde & ad ſuos Hæredes eam tranſmittit; ſed reuocabiliter, ita vt poſſit repudiare.*

39 *Repudiatio valet in dictis caſibus, licet bona omnia repudiantis ſint hypothecata vel fiſco iure addicta ob crimen; aut quamuis faciat in fraudem creditorum.*

40 *Religioſus, cum per profeſſionem ceſſerit bonis, qua ſolum erant obligata pro debito, non tenetur, vt ſoluat ſi quid debiti ſuperfuerit, artem exercere, in ſententia tamen auctoris peccat contra inſtitiam repudiando hæreditatem.*

RESPONDETVR, quod Prælatus non poſſit ſine Capituli conſenſu, aliiſque iuris ſolemnitatibus, rei immobilis, vel mobilis pretioſæ legatum, vel hæreditatem Eccleſiæ ſuæ delatam non acceptare, ſeu repudiare, abſque eo, quod incurrat pœnas Extrauag. *Ambitioſa* & Decreti S. Congregationis Tridentini, de quo dicebam *dubit. 1. num* 4. quia talis non acceptatio, ſeu repudiatio eſt quædam alienatio; quando quidem, ipſa facta, res tranſit ad hæredem: ſecundò, quia Eccleſia, cui legatum, vel hæreditas eſt delata, habet ius, & actionem ad illa ex diſpoſitione teſtatoris: ergo non poteſt hoc ius, & hanc actionem alienare. Conſequentia probatur; quia ex dictis inter bona immobilia, & mobilia pretioſa computantur iura, & actiones, quæ ſunt ad ipſamet immobilia, vel mobilia pretioſa. Tertiò, quia fauore Eccleſiæ talia relicta ipſo iure tranſeunt in Eccleſiam, etiam abſque traditione, *l. fin. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* Accedit, quod generaliter quodlibet legatum in ſpecie relictum tranſit à morte teſtatoris in dominium legatarij, neque requiritur hæreditatis aditionem expectari, *l. huiuſmodi, §. ſtrictum, ff. de legat. 1. l. à Titio, ff. de furtis, & l. 1. §. ſed vtrum, ff. ſi quid in fraudem patroni:* & probat fusè Guillel. de Benedictis *in cap.* Raynaldus *§. ſi abſque liberis num.* 150. Quartò, quia pupillus non poteſt ſine Prætoris auctoritate repudiare fundum ſibi legatum: nam rem ſuam alienare non poteſt, *l. magis puto §. ſi pupillus ff. de rebus eorum*; Ergo ſic etiam in caſu noſtro, præſertim, cùm meritò huiuſmodi repudiatio, ſeu iuris abdicatio ſpecies alienationis cenſeri debeat in cauſa Eccleſiæ fauorabili, ſicuti ex *cit. l. magis puto, §. ſi pupillus*, dicebatur de pupillo; etſi in aliis prohibitionibus nomine alienationis non veniat repudiatio legati vel hæreditatis, vti conſtat ex *l. ſi ſponſus ff. de donation. inter virum & vxorem*, vbi permittitur marito repudiatio legati, vel hæreditatis, vt vxori obueniat; & ex *l. qui autem, ff. qua in fraudem creditorum,*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

creditorum, vbi repudiatio legati, vel hæreditatis non censetur alienatio facta in fraudem creditorum. Sic docent Geminianus *in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. num. 19.* Molin. *de iust. tract. 2. disput. 468. numer. 10.* Quaranta *ver. alienatio, numer. 23.* Lambertin. *de iurepatronat. libr. 3. quæst. 9. art. 1. num. 31.* Corneus *lib. 3. consil. 11. numer. 2.* Sopranus *capit. 4. numer. 34.* Barbosa *de potestat. Episcop. allegat. 95. numer. 54.* & Menchaca *de success. progressu libr. 3. §. 27. num. 23.*

11 Contrarium tamen non improbabiliter docent Abb. *in cap. tua de his, quæ fiunt à Prælatis, num. 8.* Menoch. *de arbitr. iudicum qq. libr. 2. casu 171. num. 52.* Anton. Gomez *2. var. cap. 14. num. 13.* Silu. *ver. alienatio, quæst. 19.* Armilla *eodem verb. num. 17.* Rebell. *lib. 18. quæst. 14. n. 5.* Scortia *in selectis Constitut. Epith. 1. theorem. 2.* Sanchez *de matrim. libr. 7. disp. 4. numer. 12. & libr. 7. moral. cap. 6. num. 4.* Azor. *2. part. lib. 9. cap. 1. quæst. 12.* Riccius *in praxi decis. 96. 1. edit.*

12 & Bonacina de contractu feudi, *disp. 3. quæst 8. punct. 4. num. 38.* ex eo, quia legatum, vel hæreditas delata, & Ecclesiæ non incorporata, non est

13 ius Ecclesiæ acquisitum, sed acquirendum: tum ex eo, quia repudiatio non est alienatio, sed solum non acquisitio, *l. alienationis, ff. de verbor. signi-*

14 *ficat.* Vnde paria non sunt, lucrum non capere, & acquisita perdere, *l. si sponsus, §§. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et confirmatur; quia alioquin debitor repudians legatum, censeretur alienare in fraudem creditorum, contra textum *in l. qui autem, ff. de his, qui in fraudem credit.* Quod si dicatur, ex his tantum sequi, dictam repudiationem non esse alienationem legati, vel hæreditatis, non item, non esse alienationem iuris seu actionis ad ipsa, quod ius, & actio ex dictis inter immobilia, vel mobilia pretiosa com-

15 putatur. Respondeti potest, dictam repudiationem simpliciter alienationem non esse; quia ius legati, vel hæreditatis adeundæ non est absolu-

16 tum, sed conditionatum pendens à voluntate acceptantis; quapropter facta repudiatione, conuincitur numquam Ecclesiæ fuisse, *argum. l. 1. vers. mirum autem, si quid in fraudem patroni*, vbi dicitur; *Quamuis legatum retro nostrum sit, nisi repudietur, attamen cùm repudiatur, retro nostrum*

17 *non fuisse palam est*; quod à fortiori dicendum est in repudiatione hæreditatis; quia hanc perspicuum est, non transire ipso iure ad hæredem, sed solum transire præuia acceptatione, propter pericula, quæ incurrit hæres adeundo hæreditatem.

18 Hinc ad opposita dici potest; Ad primum, nego antecedens, & ad probationem Respondeo, quod, repudiatione facta, res transeat ad hæredem, distinguo: ita vt transeat ex repudiatione, nego: ita vt transeat ex successione, quæ impe-

19 diebatur legatione facta, concedo. Ad secundum Respondetur: distinguo antecedens: Ecclesia, cui legatum vel hæreditas est delata, habet ius, & actionem ad illa ex dispositione testatoris: habet ius absolutum, nego: habet ius sub tacita conditione, si scilicet legatario placuerit (vt proinde sit ius reuocabile, & imperfectum) concedo; Quapropter non dicitur esse inter bona legatarij;

20 *l. pretia rerum, ff. ad leg. Falcidiam.* Ad tertium Respondetur, distinguo similiter antecedens: fauore Ecclesiæ, relicta ipso iure, etiam absque traditione, transeunt in Ecclesiam, absolutè, nego: reuocabiliter, concedo. Ad quartum, omissis aliis solutionibus, Respondetur cum Sanchez *cit. disp. 4. num. 12.* & Gomesio *num. 14.* concedo antecedens: at nego consequentiam: & disparitas est; quia pupillo, seu minori prohibita est non 21
solum alienatio bonorum, sed etiam omissio lucri: at Prælato solum prohibita est acquisiti lucri alienatio, non item lucri omissio.

Cæterum, quidquid sit de hac quæstione, in 22
eo tamen conueniunt primo Doctores, quod possit Prælatus, quin & ipsum Monasterium, grauiter peccare, tum non admittẽdo tale legatum, vel 23
hæreditatem; nisi ex causa valde rationabili id efficerent; Prælatus quidem contra iustitiam; quia ex iustitia tenetur consulere vtilitati Monasterij; Monasterium autem saltem contra charitatem, vel aliam virtutem, prodigè scilicet renunciando dictum legatum, vel hereditatem, in damnum aliorum Religiosorum succedentium; DD. quos citat, & sequitur Bonacina *de contract. lib. disp. 3. quæst. 8. punct. 4. num. 38*

Conueniunt secundò Doctores, quod possit Monasterium, vel Ecclesia in casu posito, vel petere beneficium restitutionis in integrum; quia tale priuilegium ei competit, quotiescumque negligentia, vel facilitate Prælati, non solum damno accepto, sed etiam lucro amisso, læsa est (sicuti docet gl. *in cap. auditis, verb. restituimus, de in integrum restitut.* Couar. *lib. 1. var. cap. 3. n. 10. & 11.* Bonacina *de contract. lib. disp. 3. q. 8. punct. 4. n. 38.* Lezana *part. 2. cap. 14. num. 60* & Lessius *de iust. & iure lib. 2. cap. 17. dub. 9. n. 66.* modo res non 24
fuerit acquisita alteri Ecclesiæ; quia tunc melior est conditio Ecclesiæ possidentis. Angel. *ver. donatio, num. 48.* Mol. *loco cit. num. 14.* Vasquez *de redditib. cap. 2. § 2. dub. 4. num. 39.* Quaranta *ver. alienatio, num. 43.* Riccius *decis. 22.* Sanchez *loco cit. num. 15.* Tabiena, & alij, quos citat, & sequitur Beia *1. p. cas. 41. vers. respondemus*, & Sopranus *cap. 5. quæst. 9. num. 15.* vel agere contra Prælatum; quia is ex officio tenebatur rem Ecclesiæ 25
agere, eiusque vtilitati prospicere, *cap. quicumque 12. q. 4.* & docet ex communi Sanchez *loco supra cit. n. 15.*

Conueniunt tertiò Doctores, quod valida 26
non sit sine solemnitatibus iuris repudiatio hæreditatis, vel legati facta à Prælato, si facta sit in fauorem illius, ad quem hæreditas non peruenirer, sed peruenit solum ex eo, quia Prælatus in fauorem talis repudiauit. Ratio; quia huiusmodi repudiatio non est pura repudiatio; cùm fieri non possit sine additione hæreditatis: Prælatus 27
autem non potest validè sine solemnitatibus iuris hæreditatem iam aditam repudiare; quia hæc est alienatio: cùm sit iuris iam acquisiti in alterum translatio; Ergo, &c. Sic Rota apud Puteum *dec. 519. lib. 2.* apud Quarant. *ver. alienatio, n. 23.* & 43. apud Caputaquens. *decis. 359. part. 9.* & apud Sopranum *q. 29. num. 35.*

Hinc quamuis si maritus (qui iure prohi- 28
betur donare vxori, & è contra, vt communiter Doctores *ex l. cùm hic status, ff. de donat. inter virum, & vxorem, & ex capit. fin. eodem titul.* ex eo, ne coniuges mutuo amore se bonis suis spoliarent) repudiet hæreditatem, legatum, vel fideicommissum sibi delatum, & nondum acceptatum, vt perueniat ad vxorem, repudiatio valeat, *l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat inter virum,*

&

& vxorem (ſi ſcilicet vxor aliàs erat ſucceſſura, vt quia v. g. marito erat ſubſtituta, vel quia ab inteſtato debebat ſuccedere, ſicuti notauit Gomezius *tom. 2. c. 4. num. 23. & ſeqq.* quia tunc non immediatè accipit à marito, ſed iure proprio,
29 quod habebat marito non acceptante) tamen non valet repudiatio, ſi ipſa nullum ius habebat, & maritus repudiet in fauorem vxoris; quia tunc potius erit ceſſio, quàm repudiatio; ſiquidem ipſa tunc immediatè accipit à marito; & conſequenter talis ceſſio in fauorem vxoris non valet: quia continet tacitam acceptationem naturæ priorem:
30 nam hoc ipſo, quod cedit alteri, cenſetur tacitè, & naturæ priùs adiiſſe, ſeu acceptaſſe; ſicuti colligitur ex *l. ſi auia, Cod. de iure deliberandi.* Similiter, quamuis valeat repudiatio, ſi maritus quid ſibi oblatum non acceptet, ſed roget dari vxori; quia tunc non acquirit, non tamen valet repu-
31 diatio, ſi maritus quid ſibi donatum iubeat dari vxori; quia hoc ipſo, quod id mandat, ſupponitur is tacitè acceptaſſe; & ex alio capite idem ope-
32 ratur tacitum, ac expreſſum, vt colligitur ex *l. 1. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela*, vbi dicitur: *Si minor emat prædium obligans illud pignori, donec ſoluat integrè pretium, obligatio non valet; quia hoc ipſo, quod dominium acquiſitum eſt minori, incipit non poſſe obligari*: cenſetur autem acquiſitum tacitè, & priùs naturæ, quam poſſit oppignorari.

33 Neque obſtat, ſi dicas, quod legatarius rei certæ ſtatim per mortem legantis acquirat dominium legati; quia vt habetur *in cit. l. à Titio, ff. de furtis, ea quæ leguntur, recta via ab eo, qui le-*
34 35 *ganit, ad eum, cui, legata ſunt, tranſeunt.* Vbi Bartolus dicit, hoc dominium tranſire fictè à die mortis, veùm die aditæ hæreditatis. Ergo repudiatio talis legati eſt alienatio, & donatio, ac proinde non valet.

36 Reſpondetur enim, nego conſequentiam; quia, vti dicebam, hoc dominium non eſt omnino perfectum, & abſolutum ante acceptationem, ſed habet hanc imperfectionem, quod ſit repudiabile, adeò vt ſi repudietur, retrotrahatur repudiatio, & fingatur nunquam acquiſitum, vt *ſupra* etiam dicebam ex *cit. l. ff. ſi quid in fraudem*
37 *patroni* ibi. *Quamuis legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur; attamen cum repudiatur, retro no-*
38 *ſtrum non fuiſſe palam eſt.* Idem cernitur in hæreditate reſpectu hæredis ſui: hic enim ſtatim accipit dominium hæreditatis abſque aditione (vnde & ad ſuos hæredes eam tranſmittit) ſed reuocabiliter; ita vt poſſit repudiare ſicuti conſtat ex *l. apud hoſtes, Cod de ſuis, & legitimis hæredibus*, & ex *l. ſi fratri, Cod. de iurè deliberat.* & docet ex communi Gomezius *tom. 1. cap. 9. num. 17. & 20.*
39 Quapropter valet in dictis caſibus repudiatio, quamuis bona omnia repudiantis ſint hypothecata, vel fiſco iure addicta ob crimen; aut quamuis faciat in fraudem creditorum, quibus potuiſſet ſoluere; ſi non repudiaſſet; in quo poſtremo caſu (etſi Gomez. *tom. 2. cap. 4. num. 22.* putet, illum etiam licitè id poſſe facere, forſan quia, vt ex S. Thoma notat Sanchez *de matrim. lib. 6. diſp. 4.* creditoribus ſint tantum obligata bona, non item perſona debitoris, quæ libera eſt pro ære alieno ſoluendo: vnde com-
40 plures Doctores docent, quod Religioſus, cum per profeſſionem ceſſerit bonis, quæ ſolum erant obligata pro debito, non teneatur, vt ſoluat, ſi quid debiti ſuperfuerit, artem exercere) puto peccare contra iuſtitiam, quia eadem virtute quis obligatur ad finem ac ad media neceſſaria, ſed debitor obligatur ex iuſtitia ad finem; nempe ad debiti ſolutionem; ergo ex iuſtitia etiam obligatur ad acceptationem hæreditatis, quæ hic, & nunc eſt medium neceſſarium ad talem finem, nempe ad dictam debiti ſolutionem; repudiatio tamen erit valida ob dictam rationem.

DVBITATIO VII.

An, ſi relictum ſit legatum rei immobilis monaſterio incapaci retinendi rem immobilem, poſſit Prælatus monaſterij in proprios, & quotidianos vſus monaſterij ſine ſolemnitate iuris talem rem legatam alienare?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus monaſterij incapacis legatorum poteſt ſine ſolemnitatibus in proprios, & quotidianos vſus monaſterij rem legatam alienare.*
2 *Extranagans ambitioſa loquitur de bonis Eccleſiæ incorporatis.*
3 *Legata res immobilis, non eſt monaſterio ob eius incapacitatem incorporata.*
4 *Relinquens legatum rei immobilis monaſterio incapaci, tacitè videtur illud voluiſſe relinquere ad vſum monaſterij eo modo, quo poteſt. ſecus dicendum eſt ſi fuerit legatum rei mobilis pretioſæ.*
5 *Monaſterium licet legatorum incapax non dicatur, tamen incapax retinendi rem mobilem pretioſam; & propterea ea eſt monaſterio per acceptationem incorporata.*

RESPONDETVR affirmatiuè, quia prohibitio alienationis ex Extrauag. *Ambitioſa* eſt ſolum pro bonis Eccleſiæ incorporatis; at dicta legata res immobilis non eſt monaſterio, ob eius incapacitatem, incorporata, ex Clement. *Exiui, de verbor. ſignificat*, Ergo, &c. 1 2 3

Confirmatur; quia qui relinquit legatum rei immobilis monaſterio incapaci, tacitè videtur illud voluiſſe relinquere, vt illo monaſterium vtatur modo, quo poteſt; quia præſumitur voluiſſe legatum ſuum eo modo, quo poteſt, eſſe firmum, & ratum. Sic Riccius in praxi, *deciſ. 56. in edit. 1.* Quaranta *verb. alienatio num. 41.* & Barboſa *de poteſtat. Epiſcopi part. 3. allegat. 95. num. 59.* 4

An autem idem dicendum ſit, ſi fuerit legatum rei mobilis pretioſæ? 5

Reſpondetur (quamuis nonnulli affirment ex eo, quia tota ratio prohibitionis alienandi res mobiles pretioſas, quæ ſeruando ſeruari poſſunt eſt; quia computantur inter bona immobilia, quorum alienatio, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, omnino prohibita eſt.) negandum tamen eſſe; quia è contra rei mobilis pretioſæ retinendæ capax eſt monaſterium; & propterea ob dictam rationem, ea eſt Monaſterio per acceptationem incorporata;

incorporata; Exgo, &c. Vide, quæ dicentur *infra dubit.*22. Vide etiam Riccium, & Barbosam *in locis suprà citatis.*

DVBITATIO VIII.

An possint Regulares, inconsulto summo Pontifice, accipere pecuniam ad cambium, vel ad mutuum, cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis, vel fundare censum?

SVMMARIVM.

1 *Non possunt Regulares inconsulto summo Pontifice fundare censum, & accipere pecunias ad cambium, vel ad mutuum, cum solutione lucri cessantis, aut damni emergentis.*

2 *Afferuntur multæ resolutiones, & præsertim Declaratio S. Congregat. Concilij de mandato Vrbani VIII. quæ ad literam rescribitur.*

Excipe, nisi excuset urgens necessitas, & interim non possit adiri S. Pontifex; quia in tali casu possunt impignorari lampades, candelabra argentea, & similia.

3 *Excipe secundo, nisi excuset consuetudo legitimè præscripta.*

4 *Ratio editionis talis decreti fuit, ne quod per vnam viam prohibetur per alteram concederetur in fraudem legis.*

5 *Sine assensu Apostolico licet alienari possit prædiolum, vel vineola; tamen non potest alienari pars prædij magni, & pretiosi; quia sic successiuè posset alienari totum in fraudem legis.*

6 *Probatur, quod Regulares non possint fundare censum, neque perpetuum, neque vitalitium.*

7 *Neq; possint vendere censū pro solutione æris alieni.*

8 *Possunt tamen emere, v. g. fundum, vel domum mille aureis ad censum super ipsum fundum, vel domum impositis.*

9 *Dummodò dictus census non imponatur cum hypotheca, etiam super alia bona Ecclesiæ, speciali.*

10 *Etsi non obstat dictorum bonorum Ecclesiæ hypotheca generalis.*

1 2 RESPONDETVR negatiuè. Sic habetur expressè in decreto sub die 21. Maij, 1624. & declaratione S. Congregationis Concilij, de quibus dicebam *dub.*1. *n.* 4. & tradunt Homobonus *in consult. cas. conscient. vol.*2. *part.*6. *respons.* 97. Pasqualig. *tom.*2. *dec.*172. Peyrinus *in Priuileg. Minim. tom.*2. *Constitut.*8. *Vrbani VIII.* & Nouarius *in summa Bullar. tit. de alienat. n.*3. ità vt si id faciant, incurrant pœnas Extrauag. *Ambitiosæ*, & dicti decreti S. Congregationis *de rebus Regular. non alien.*

3 Excipe, nisi excuset vrgens necessitas, & interim adiri non possit S. Pontifex, aut S. Congregatio; quia tunc fieri potest, etiam impignoratio lampadum, candelabrorum argenteorum, & similium, Peyrinis *in formulario lit. A. cap.* 11. *num.*3. & Diana *part.*5. *tract.*13. *ref.*6.

4 Excipe secundò, nisi excuset (vt adnotauit Lezana *in summa q. Regul. c.*10. *n.*4.) aduersus dictum decretum, & dictam sacræ Congregationis declarationem consuetudo legitimè præscripta.

5 Cæterum, ratio editionis talis decreti, & talis declarationis S. Congregationis fuit, nè, quod per vnam viam prohibetur, per alteram concederetur in fraudem legis. Ob quam similem rationem rectè dixit Gennensis, quod licet sine assensu Apostolico possit alienari Ecclesiæ prædiolum, vel vineola, *argum. cap. sterrulas*, 12. *q.*2. & docent Molin. *disp.*468. §. *licet prædicta*, Sà *verb. alienatio*, & alij passim; tamen non possit alienari pars prædij magni, & pretiosi; quia sic successiuè posset alienari totum prædium magnum, & pretiosum in fraudem legis.

Quod autem Regulares non possint fundare 6
censum, neque perpetuum, neque vitalitium, patet expressè, si non ex Extrauaganti, saltem ex decreto prædicto; & probatur; quia impositio cēsus est quædam alienatio, *l. fin. Cod. de reb. Eccles. non alien.* & ex decisione Rotæ docet Naldus *ver. census n.*3. impositio namque census est veluti quædam bonorum libertatis, venditio; quapropter, pecuniam ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis (quod est multò minus, quam impositio census) prohibuit Regularibus S. Congregatio, Sanctissimo approbante, sicuti *suprà* dicebam, & refert & Gauantus *in Man. Episcop. ver. alienatio, n.*35.

Hinc etiam declarauit S. Congregatio, non posse Regulares facere alienationem, seu venditionem census pro solutione æris alieni, Gauantus *loc. cit. n.*40. & Io. Maria Nouarius *in lucerna Regular. ver. alienatio num.*3.

An autem possint Regulares, aut alij Ecclesiastici 7
emere v. g. fundum vel domum, mille aureis ad censum super ipsum fundum, vel domū impositis?

Respondetur affirmatiuè; quia in tali casu Ec- 8
clesia non tam alienat, quam aquirit bonum illud stabile, tali onere affectum secus dicendum, si ille 9
census imponeretur cū hypotheca speciali, etiam super alia bona Ecclesiæ; quia hoc esset alienatio quædam libertatis bonorum Ecclesiæ; quod est iure prohitum.

Dixi, *hypotheca speciali*; quia si id fieret per hy- 10
pothecam generalem, licitè fieret, quia iuxta dicta *dubit.*1. *n.*20. *& dub.*3. *n.*7. *& seqq.* probabile est hypothecam generalem bonorum Ecclesiæ non esse prohibitam Ecclesiasticis, & Regularibus.

DVBITATIO IX.

An, & quomodo sit licita Ecclesiæ rerum alienatio?

Suppositum Primum.

SVMMARIVM.

1 *Adlicitam rerum Ecclesiæ alienationem requiritur semper causa legitima, hoc est euidens Ecclesiæ necessitas, aut vtilitas.*

2 *Necessitas est, vt si Ecclesia grauetur ære alieno, & non possit soluere, nisi alienet, vel si reparanda sit Ecclesia, fundus instaurandus, vel domus suffulcienda, quæ alioquin corrueret.*

3 *Vtilitas, vt si vendatur aliquid, vt melius aliud habeatur; vel si alienetur res inutilis, aut in qua plures sumptus insumuntur, quam sint redilitus.*

4 *Ecclesia necessitate, aut vtilitate cessante requiritur ad alienandum quod saltem id exigat pietas sc. ad propagandam fidem, ad redimendos captiuos, & huiusmodi alia.*

Digitized by Google

5 *Pro alendis Pauperibus, ne frigore vel fame pereant, licet vasa sacra infringere, & pretium erogare, si alia non suppetant. Refertur mos S. Ambrosij & laudatur.*

6 *Absurdum non est animas hominum quibuscumque vasibus, vel vestimentis præferri.*

7 *Rerum alienatio vt Ecclesiæ sit licita, tempore, quo fit, necesse est interueniat altera ex duabus dictis causis; quia ex illis alienatio honestatur.*

8 *Item necesse est quod alienanti constet causam alienationis vere existere; quia ex dubia causa alienare non debet; cum tunc non constet de euidenti vtilitate.*

9 *Item secundum probabiliorem sententiam id ipsi debet per informationem testium constare; quia alioquin non potest reddere rationem de sua recta administratione.*

10 *Episcopus non debet præstare assensum alienationi, nisi præmissa prius huiusmodi informatione, & citatis his, quorum interest.*

11 *Is cui à Papa cõmittitur vt rebus Ecclesiæ alienandis, &c. si ei legitime constiterit alienationem cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ debet de ijs informationem sumere, alioquin non dicetur eidem legitime constare.*

12 *Alienatio, si fiat ob Ecclesiæ vtilitatem, vtilitas ob quam alienatur res Ecclesiæ debet esse quam maxima haberi possit.*

13 *Res Ecclesiæ, quæ alienatur dari semper debet plus offerenti, quatamen non sic data, alienatio adhuc sustinetur.*

14 *Alienatio facta à Prælato decepto in eo, quod ipsum putauerit faciendum ex causa legitima, adhuc non existente legitima causa sustinetur.*

15 *Ecclesia non præsumitur velle alienationem inualidam esse ob causam non legitimam, si legitima putabatur bona fide.*

16 *Ecclesia etiam ex se decepta ob bonam fidem in sententia nonnullorum gaudet beneficio restitutionis in integrum, sed contrarium est multo probabilius.*

17 *Alienatio an facta fuerit ex legitima causa nec ne in dubio semper præsumendum est pro parte affirmatiua, præsertim si Commissarius consensum præstiterit.*

18 *In dubio standum est pro valore actus, & quia in dubio nemo præsumitur malus, & non præsumitur delictum, nisi demonstretur.*

19 *Ecclesia volens gaudere beneficio restitutionis in integrum, debet probare inualiditatem actus.*

20 *Alienatio quando fit pro soluendis debitis Ecclesiæ, cogitur venditor probare pretium versum esse in talem effectum.*

21 *Emptor eximitur ab onere probationis si præmisso tractatu, aliisque solemnitatibus à iure requisitis, pretium solverit.*

22 *Redditibus Ecclesiæ sufficientibus debitorum extinctioni, vel Pauperum necessitati, &c. etiam applicatis in ministrorum sustentationem, non dicitur adesse causa necessaria alienandi.*

23 *Fructus Beneficij in sustentationem ministrorum applicati, eorum congruæ sustentationi superfint, conuerti debent in Pauperum vtilitatem.*

24 *Alienatio Bonorum Ecclesiæ pro Pauperibus alendis fieri non debet pro quacumque necessitate; sed pro extrema; vel saltem valde grani.*

25 *Alienatio bonorum Ecclesiæ facienda etiam est pro extrema necessitate vel valde grani illorum Pauperum, qui culpabiles sunt in eorum paupertate.*

26 *Culpa antecedens non impedit obligationem charitatis, qua est de subueniendo Proximo in extrema, vel etiam valde grani necessitate.*

27 *Limita nisi contrarium exigat iustitia, vt scil. delicta non maneant impunita, & satisfiat Reipublicæ læsæ, & scandalizatæ.*

28 *Necessitas Reipublicæ læsæ, & scandalizatæ præferri debet necessitati particularis Personæ iuste condemnatæ.*

VPPONO ad hoc, vt Ecclesiæ rerum alienatio sit licita, requiri semper causam legitimam ad alienandum, nempe, quod sic exigat euidens Ecclesiæ necessitas, aut vtilitas: *necessitas*, vt si Ecclesia grauetur ære alieno, & non possit soluere, nisi alienet, *authent. hoc ius & authent. Sancimus, Cod. de sacrosanct. Eccles.* Vel si reparanda sit Ecclesia, fundus instaurandus, vel domus suffulciẽda, quæ alioquin corrueret; quinimmo dari potest talis necessitas, vt licita sit alienatio, etiam sine solemnitate, & assensu Apostolico, vt *infra* suo loco dicetur; & docent ex Rebuffo, & aliis Redoanus, *q.* 13. Quaranta *ver. alienatio, num.* 42. Mol. *disp.* 648. Sopranus *tract.* 44. *cap.* 5. *q.* 11. *num.* 11. *Vtilitas*, vt si vendatur aliquid, vt melius aliud habeatur, v.g. vendatur ager, vt vtilior ematur, aut vendatur calix, vt pretiosior obtineatur, *c. sine exceptione*, 12. *q.* 2. vel, si alienetur res inutilis, aut res, in qua plures sumptus insumuntur, quam sit eius vtilitas, vt quia v. g. multum distat, *argum. c. seruulas*, 12. *q.* 2. *cit. c. sine exceptione, Clemen. 1. de rebus Eccles. non alien. & l. iubemus, Cod de sacrosanct. Eccles.*

1 2 3

At, si sic non exigit euidens Ecclesiæ necessitas aut vtilitas, requiritur, quod saltem sic exigat pietas, v.g. necessaria sit Ecclesiæ rerum alienatio pro fide propaganda, pro redimendis captiuis, *§. sacra instit. de rerum diuisione*, vel pro alendis pauperibus, ne frigore, aut fame pereant: ob quam causam etiam vasa sacra infringere, & pretium erogare (si alia nõ suppetant) quãdoque concessũ est, exemplo S. Ambrosij sub tyranno Maximo; quod factum laudauit S. Augustinus apud Posidonium in vita illius *c.* 24. Vide *c. aurum, c. currum habet Ecclesia, & c. sanctorum*, 12. *q.* 2. ipsumque Ambrosium *lib.* 2. *offic. cap.* 28. quia (vt dicitur in *l. sancimus, Cod. de sacros. Ecclesiis.*) absurdum non est, animas hominum quibuscumque vasibus vel vestimentis præferri. Vide etiam glossam in *Sum. causæ* 12. *q.* 2. Abb. *in cap. nulli de rebus Eccles. non alien.* Silu. *ver. alienatio*, *q.* 2. Nauar. *de alien. rer. Comment. n.* 3. Azor. 2. *p. lib.* 9. *c.* 1. *q.* 3. Couar. 2. *var. c.* 17. *n.* 2. Mol. *de iust. disp.* 468. Lessium *de iust. & iur. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 11. *n.* 63. *& seqq.* Layman. *lib.* 3. *tr.* 4. *c.* 10. *n.* 4. *& seqq.* Vasquez *de reditib. c.* 2. §. 2. *dub.* 9. Quaranta *n.* 12. Genuensem *cap.* 89. Bonacinam *punct.* 3. *n.* 1. & Barbosam *de potest. Episc.* 3. *p. alleg.* 95. *n.* 23.

4 5 6

Aduerte tamen hic, quod, vt dicta Ecclesiæ rerũ alienatio sit licita, necesse sit, tempore, quo fit, causa aliqua, vna saltem, ex dictis existat; si quidẽ ex illa causa alienatio honestatur; cùm, quod nõ existit,

7

Digitized by Google

non possit honestare; & cùm alioquin non diceretur alienatio cum euidenti vtilitate fieri, sed potius cum spe vtilitatis. Surdus *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 58. *num.* 78, Rebuff. *in compend. alienat. num.* 73. Genuens. *in praxi, cap.* 89. *num.* 3. & 8 Barbosa *alleg.* 95. *num.* 27 Necesse est etiam, quod alienanti constet, causam alienationis vere existere; quia ex dubia causa alienare non debet, cum tunc alienatio non cedat in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, *cit. c. fine exceptione*, 12. *quæst.* 2. & docent Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *cas.* 172. Caluacan. 1. *part. decis.* 45. *n.* 53. *& decis.* 46. *n.* 26. & Bo- 9 nac. *punct.* 3. *n.* 2. constare præterea, saltem secundùm probabiliorem sententiam, id ipsi debebit per informationem testium; quia alioquin non poterit reddere rationem de sua recta administratione; & Episcopus non præstabit assensum, nisi præmissa prius huiusmodi informatione, & citatis his, quorum interest; Riccius *in praxi decis.* 94. 11 *edit.* 1. Vnde, cùm alicui à Papa committitur, vt rebus Ecclesiæ alienandis (si ei legitimè constiterit, alienationem cedere in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, vel eam necessariam esse pauperibus alendis, vel captiuis redimendis) assensum præstet, debet de iis informationem sumere; alioquin non dicetur ei legitimè constare. Genuensis *in praxi, cap.* 60. *num.* 21. Quaranta, Riccius *in locis supra cit.* Pasqualigus *tom.* 2. *decis.* 174. & Bonacin. *de contractu feudi, disp.* 3. *quæst.* 8. *punct.* 4. *num.* 5.

12 Aduerte secundò, quod, si alienatio fiat ob Ecclesiæ vtilitatem, vtilitas, ob quam alienatur res Ecclesiæ, debeat esse, quam maxima haberi potest, 13 vt scilicet detur plus offerenti, quia semper, quoad fieri potest, prospiciendum est Ecclesiæ, præsertim ab eo, qui operatur ex officio; quamuis si non alienetur cum maxima vtilitate, quæ haberi potest, scilicet non detur plus offerenti, valida sit alienatio, quia adhuc adest causa alienationis, scilicet vtilitas, etsi non maxima, quæ haberi potest; & Prælatus non præuideat Ecclesiæ in acquisitis, sed solum in acquirendis, in quibus, vt infra dicetur, præiudicare potest. Sic Quaranta *num.* 12. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 5. *quæst.* 4. *num.* 4.

14 Aduerte tertiò, quod non omninò improbabiliter valida sit etiam alienatio, si eam fecerit Prælatus credens, causam esse legitimam, quamuis posteà comperiatur non fuisse legitima. Sic gl. *in cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alien.* Vasquez *de redditib. cap.* 2. *§.* 2. *dub.* 4. *num.* 39. & alij apud Couar. 2. *var. cap.* 17. *num.* 10. apud Molinam *disp.* 468. *num.* 14. & apud Riccium *loco supra cit. decis.* 15. Et ratio esse potest; quia Ecclesia non præsumitur velle alienationem inualidam esse ob causam non legitimam, si legitima putabatur bona fide: quamuis detur Ecclesiæ, etiam 16 in istorum sententia, in tali casu beneficium restitutionis in integrum. Sed de hac re vide *infrà* 17 *dub.* 20. vbi contrarium multò probabilius esse ostendam: illud tamen interim admitto, quod in dubio, an alienatio facta sit ex legitima causa, & 18 in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, præsumendum sit in partem affirmatiuam, præsertim si commissarius, seu deputatus consensum præstitit; quia 19 in dubio standum est pro valore actus; & quia in dubio nemo præsumitur malus; & non præsumitur delictum, nisi demonstretur: quapropter in tali casu Ecclesiæ incumbet onus probandi contrarium, si velit vti beneficio restitutionis in integrum. Mascardus *de probat. concl.* 488. *&* 1112 Redoanus *quæst.* 78. Sopranus *cap.* 5. *quæst.* 9. Menochius *lib.* 2. *præsumpt.* 75. *num.* 15. & determinauit Rota Romana 1. *p. diuers. decis.* 716. Vide etiam Layman *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 4.

Aduerte quartò, quod, cùm alienatio fit pro 20 soluendis debitis Ecclesiæ, cogatur venditor probare pretium versum esse in talem effectum, *c.* 2. *§. hoc ius correctum*, 10. *quæst.* 2. & tradunt Baldus Innocent. Imola, & alij, quos citat, & sequitur Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *num.* 3. Quamuis ab hoc onere probationis eximatur emptor, si præmisso 21 tractatu, aliisque solemnitatibus à iure requisitis, pretium soluerit, & rem Ecclesiæ receperit; quia tunc pro ipso præsumitur, in Ecclesiæ vtilitatem pretium versum esse. Sic Couar. *loc. supra cit.*

Aduerte quintò, quod si satisfactioni debito- 22 rum Ecclesiæ, vel necessitati pauperum, aut redemptioni captiuorum, &c. prouideri possit redditibus beneficij (tametsi hi in sustentationem ministrorum sint applicati) cesset tunc causa necessaria, vel vtilis alienandi res Ecclesiæ; quia superest tunc alia via minus damnosa Ecclesiæ prouidendi dictis necessitatibus. Neque obstat, quod 23 fructus beneficij in sustentationem ministrorum applicati sint; quia applicati sunt ad talem effectum sub onere, vt dicti ministri (si sine suo magno incommodo possunt.) Ecclesiæ, pauperibus, aliisque grauiter oppressis de dictis fructibus prouidere teneantur. Sic sæpius definiuit Rota Romana; & tradunt Genuensis *cap.* 89. *num.* 4. Tabiena *ver. alienatio, num.* 4. Riccius *eodem ver.* §. *causa, num.* 3. *& decis.* 103. & Bonac. *num.* 5.

Aduerte sextò, quod, vt dicta alienatio rerum 24 Ecclesiæ licita sit, non sufficiat quælibet pauperum, aliorumue oppressiorum necessitas, sed requiratur eorum necessitas extrema, vel saltem valde grauis; præsertim, si ex dicta rerum Ecclesiæ alienatione diminutio cultus diuini facienda sequatur. Sic Couar. *cap.* 16. *numer.* 8. & Mol. *disput.* 468. quod tamen arbitrio Prælati relinquitur.

Aduerte septimò, non obstare, quod tales cul- 25 pa propria, v.g. ludis, conuiuiis, vel luxuriis, &c. in dictam necessitatem deuenerint; quia si reuerà eorum necessitas hic, & nunc sit extrema, vel valde grauis, vt scilicet nuditatem, famem, carcerem, vel carceris periculum patiantur, tenetur adhuc hic, & nunc Ecclesia illis alienatione suorum bonorum prouidere; quia culpa antecedens non impedit obligationem charitatis, quæ est 26 de subueniendo proximo in extrema, vel etiam in valde graui necessitate; præsertim, si præsumi potest, illius culpæ tales pœnituisse; Sic Couar. *loc. supra cit.* Mol. *disp.* 468. *concl.* 2. & Vasquez *cap.* 2. *§.* 2. *dub.* 10. *num.* 37. *& seq.* Et fauet textus *in cap. pasce.* 88. *dist.*

Excipe nisi contrarium exigat iustitia, vt scilicet 27 delicta non maneant impunita, & satisfiat Reipublicæ læsæ, & scandalizatæ; vti contingit, si quis ob delicta sua damnatus sit ad carcerem perpetuum, triremes, vel etiam ad mortem subeundam; quia tunc iis Ecclesia, non solum non tenetur alienatione suorum bonorum prouidere, sed etiam non potest; quia necessitas Reipublicæ læsæ, & scandalizatæ præferri debet necessitati particularis personæ iustè condemnatæ. Sic Couar. 28 Molina,

Digitized by Google

Molina, & Vaſquez *in locis ſupra citatis* Redoanus *q.* 11. *& ſeq.* & Bonacina *punct.* 3. *num.* 1.

Suppoſitum Secundum.

SVMMARIVM.

1 *Rerum Eccleſiæ alienatio, vt licita ſit, præter legitimam cauſam ad illas alienandas, requirit alias iuris ſolemnitates; ſed non pro alienatione rerum mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

2 *Rerum Eccleſiæ adminiſtrator poteſt mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ſine ſolemnitatibus iuris alienare, ſi ſic Eccleſiæ, vel piis operibus expedire iudicauerit.*

3 *Item dic de rebus immobilibus, ſi ſint modicæ quantitatis hoc eſt infra 25. aureorum valorem.*

4 *Rei non vtilis, vel modica alienatio pro nihilo reputatur.*

5 *Epiſcopus ſine conſenſu Capituli poteſt alienare res modicas, vel parum vtiles Eccleſiæ, licet de non alienandis rebus Eccleſiæ, iramentum præſtiterit.*

6 *Iuramentum Prælati de non alienandis bonis Eccleſiæ non extenditur ad caſus iure non prohibitos; ſed permiſſos.*

7 *Pro alienatione rerum immobilium, & mobilium pretioſarum ſtatuuntur à iure quædam particulares conditiones.*

1 SVppono ſecundò, ad hoc, vt dicta rerum Eccleſiæ alienatio ſit licita, præter legitimam cauſam ad illas alienandum, requiri alias iuris ſolemnitates, non pro alienatione rerum mobilium, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt (vt patet *ex cap. nulli de rebus Eccleſ. non alien.* Clement. 1. & Extrauag. *Ambitioſæ*, & Authent. *eod. tit.* vbi de his nulla fit prohibitio, ſed potius conceſſio;
2 Quapropter rerum Eccleſiæ adminiſtrator, poterit mobilia, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, ſine ſolemnitatibus iuris alienare, ſi ſic Eccleſiæ, vel piis operibus expedire iudicauerit. Gloſſ. *in cit. cap. nulli, verb. immobilium*, Abb. *ibid. num.* 8. & gloſſ. *in cap. tua*, de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, *ver. tractatu*, Abb. ibidem, *num.* 7. Mol. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 468. *concl.* 1. Vaſquez *opuſc. de redditib. c.* 2. §. 2. *dub.* 13. *n.* 44. & Barboſa *de poteſt. Epiſc.* 3. *part. alleg.* 95. *num.* 37.
3 Et quod dixi de mobilibus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, idem dico de rebus immobilibus, ſi ſint modicæ, ſcilicet infra 25. aureorum valorem, vt *ſupra dub.* 1. *& dubit.* 2. *ſect.* 2. dicebam, vel parum vtiles Eccleſiæ; quia harum alienatio pro ni-
4 hilo reputatur; neque vult Eccleſia cum ſuorum bonorum adminiſtratore ita rigidè tractare; ſicuti dicebam *locis cit.* & habetur *in cap. terrulas*, 12. *quæſt.* 5. & tradunt communiter Doctores, inter quos Mol. *cit. diſp.* 468. Malcardus *de probation. concl.* 277. *num.* 12. Riccius *in praxi deciſ.* 59. *edit.* 1. Quaranta *ver. alienatio, num.* 41. Barboſa *alleg.* 95. *num.* 50. & Bonacina *quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 7.
5 Quapropter Epiſcopus abſque conſenſu Capituli poteſt alienare res modicas, vel parum vtiles Eccleſiæ; tametſi de non alienandis rebus Ec-
6 cleſiæ iuramentum præſtiterit; quia huiuſmodi iuramentum non extenditur ad caſus iure non prohibitos, ſicuti dicebam *ſupra dub.* 4. & docent Molina, Riccius, Quaranta, Barboſa, Redoanus, Sopranus, & Bonacina *in locis ſupra cit.*) Sed pro alienatione rerum immobilium, & mobilium pre- 7
tioſarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt: pro his enim tantum ſtatuuntur à iure quædam aliæ conditiones, vti conſtat ex *c. ſine exceptione*, 12. *q.* 2. *cap. tua*, de his, quæ fiunt à Prælato, *cap. nulli, de rebus Eccleſ. non alien.* Clement. 1. & Extrauag. *Ambitioſæ, eodem tit.* His ſuppoſitis ſit

Difficultatis Reſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum immobilium, vel mobilium pretioſarum quæ ſeruando ſeruari poſſunt, eſt licita, ſi præter legitimam alienandi cauſam, adſint quinque ſequentes conditiones.*

2 *Primo ſi adſit tractatus, ſeu communis examinatio de neceſſitate, vel vtilitate alienationis inter eos, ad quos rem Eccleſia alienare ſpectat, propoſitis & diſcuſſis hinc inde, ex vtraque parte rationibus, exceptis tamen rebus parui momenti, & neceſſitate alienandi.*

3 *Secundo ſi adſit conſenſus Collegij, vel Capituli ſc. Canonicorum; ſi res alienanda ſit Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ; Religioſorum ſi ſit Conuentus, & ſic de ſingulis.*

4 *Eccleſia Parochialis ſi plures beneficiatos non habeat ſolum Doctor de conſenſu Epiſcopi, poteſt alienare.*

5 *Conſenſus Capitularium eſſe debet expreſſus; vocatur n. talis conſenſus collaudatio, quæ approbationẽ, & conſenſum expreſſum importat.*

6 *Item debet eſſe à maiori parte Capituli, ſeu Capitularium, qui ſc. tunc præſentes ſunt, abſentium enim conſenſus non requiritur.*

7 *Capitulum tunc conſentire cenſetur; cum merito maior pars trahere debeat minorem.*

8 *Conſenſus Capituli debet eſſe à Canonicis in Capitulo congregatis, & non ſufficit, ſi ſit à ſingulis ſeorſim ſumptis.*

9 *Canonici vt ſinguli ſeorſim ſumpti, non faciunt Capitulum; nec talis conſenſus ſingulorum eſt conſenſus Capituli.*

10 *Tractatus, & conſenſus à iure requiſiti debent eſſe inter Congregatos.*

11 *Capitulum ſi ob bellum, vel aliam cauſam vrgentem abſit, Prælatus debet loco Capituli ſubſtituere alios clericos, quibuſcum tractet, & conſulat de re Eccleſiæ alienanda, & quorum conſenſu obtento, rem Eccleſiæ alienet.*

12 *Alienatio facta à Prælato ſine conſenſu Capituli eſt irrita; niſi Capitulum poſtea ratificauerit, & tunc vires ſumet ab ipſa ratificatione & non aliàs.*

13 *Capitulum poteſt interim contrahentem ad contractus obſeruationem compellere; quia fauore Eccleſiæ contractus interim claudicat.*

14 *Tertio ad validam alienationem requiritur conſenſus ſuperioris, id eſt eius, qui ex munere publico Eccleſiæ præeſt.*

15 *Superior pro alienatione rei Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, eſt Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus in ſua Diœceſi.*

16 *Pro alienatione rei Religionis eſt Prælatus*

Digitized by Google

exemptus, vt Abbas in Monaſteriis Monachorum; Prouincialis in ordinibus mendicantium, & in Theatinorum Religione ſolus Generalis.

17 *Prælatus Religionis, ſeu Abbas, ſi Epiſcopo ſubiectus ſit, etiam Epiſcopi conſenſus requiritur idem dic de quouis inferiore Eccleſiæ Rectore.*

18 *Conſenſus inferiorum præter Capitulares, non requiritur quod ſit expreſſus; ſed ſufficit ſi ſit tacitus ad differentiam conſenſus Capituli.*

19 *Superior v.g. Epiſcopus nunquam poteſt alienare bona Eccleſiæ inferioris, ſine illius Eccleſiæ Rectoris conſenſu, ſaltem tacito.*

20 *Deficiente Rectore Eccleſiæ, ſi Prælatus bona illius Eccleſiæ alienare duxerit, debet illius Eccleſiæ defenſorem conſtituere, qui partes Rectoris gerat, & cum eius conſenſu ſaltem tacito alienare.*

21 *Prælatus, Rector, vel Defenſor ſi procul abſint & res non patiatur morã, vt ſi adſit periculũ ab Hæreticis cõfiſcari, ſufficit cõſenſus præſumptus.*

22 *Quod in priuilegium, & Beneficium conceſſum eſt non debet in odium, & detrimentũ conuerti.*

23 *Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur etiam quando Epiſcopus eſt principalis auctor alienationis bonorum alicuius Eccleſiæ ſecularis, non Cathedralis,*

24 *Quarto ad dictam alienationem requiritur etiam in caſibus expreſſis ſubſcriptio Clericorum.*

25 & 26 *Caſus expreſſi tres ſunt tantum ſc. venditio, permutatio, & donatio, hi tantum contractus ſunt alienatio propriè dicta, per quam rei Dominium transfertur.*

27 *Subſcriptio predicta nihil releuat an fiat manu propria Clericorum, & Religioſorum; vel manu Notarij.*

28 *In multis locis dicta ſubſcriptio neque eſt in vſu; quare ſtandum eſt locorum conſuetudini, quæ poteſt legem inducere, & abrogare.*

29 *Quinto demum requiritur conſenſus Apoſtolicus, vbi eſt acceptata Extrauag. Ambitioſæ Pauli II.*

30 *In omnibus caſibus alienationis rerum, quæ veniũt in citata Extrauaganti, præter caſus à iure expreſſos, requiritur Pontificis conſenſus.*

31 *Conſenſus Pontificis concedi non ſolet, niſi prauia delegatione aliquorum in dignitate exiſtentium, quibus committitur, vt ſi ipſis de vtilitate alienationis conſtiterit, aſſenſum nomine Pontificis præſtent, ſin minus denegent.*

32 *Conſenſus Pontificis, & alia extrinſeca requiſita ſolemnitates, interceſſiſſe præſumuntur per lapſum triginta, vel quadraginta annorum, licet de ipſis ſolemnitatibus nulla mentio in Inſtrumento facta fuerit.*

33 *Ex temporis diuturnitate præſumuntur omnia legitimè geſta, niſi ex inſtrumento facto, vel alibunde contrarium comtincatur.*

34 *Etiam ſi alienatio ſit euidenter vtilis, & neceſſaria Eccleſiæ, adhuc licitè fieri non poteſt ſine conſenſu Pontificis; ſed ad ipſum ſpectat iudicare de vtilitate, & neceſſitate alienationis.*

35 *Obtento conſenſu Pontificis, poſſunt Regulares alienare, non ſeruatis aliis requiſitis iuris communis, iuxta formam priuilegiorum, quæ poſt Extrauag. Ambitioſa, à ſede Apoſtolica obtinẽt.*

36 *Nam hæc à Decreto Vrbani VIII. ſunt ſolum reuocata quo ad alienationes ſine conſenſu Pontificis faciendas non vero quo ad alias iuris communis ſolemnitates.*

37 *Solus conſenſus ſummi Pontificis ſufficit ad valide, & licitè alienandum.*

38 *In ſolemnitatibus requiſitis de iure canonico ſummus Pontifex poteſt diſpenſare.*

39 *Bona Eccleſiæ ſubſunt arbitrio ipſius ſummi Pontificis.*

40 & 41 *Conſenſus ſummi Pontificis, ſeu ſedis Apoſtolicæ, licet ſuppleat ceteras iuris ſolemnitates, non tamen ſupplet cauſam legitimam alienandi; quia conſenſus predictus eſt conditionatus, & conditio, ſit ſi inueniens etiam non expreſſa intelligitur.*

42 *Alienatio facta etiam cum tali conſenſu ſummi Pontificis, conſtito de ſubreptione gratiæ, poteſt impugnari.*

43 *Alienatio ſine conſenſu Sum. Pontificis fieri poteſt, ſi res alienanda ſit modici valoris.*

44 *Item, ſi ſit conſuetudo legitimè præſcripta contra Extrauag.* Ambitioſæ, *& Decretũ Vrb. VIII.*

45 *Item, ſi ſit neceſſitas vrgens, & non poſſit expectari conſenſus ſummi Pontificis.*

46 *Item, ſi res alienanda ſit relicta Religioni, quæ non poteſt poſſidere, neque etiam in communi.*

47 *Item, ſi ſit relicta cum tali onere, vt debeat certo tempore, vel caſu alienari.*

48 *Item, ſi ſit ſolita in feudum, vel emphyteuſim concedi.*

49 *Item, ſi fiat vnio Eccleſiæ loco Regulari.*

RE'pondetur ad difficultatem poſitam, quod alienatio rerum immobilium, & pretiolarum, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſit licita, ſi præter legitimam alienandi cauſam, quam *ſupra* dicebam adſint quinque ſequentes conditiones, de quibus vide Doctores *infrà* citandos præcipuè Tamburinum *de iure Abbat. tom. 3. diſp. 13. q. 8.* 1

Prima, ſi adſit tractatus, ſeu communis examinatio de neceſſitate, vel vtilitate alienationis inter eos, ad quos rem Eccleſiæ alienare ſpectat, propoſitis, & diſcuſſis hinc inde ex vtraque parte rationibus, *cap. ſine exceptione, 12. q. 2. Clem. I. de rebus Eccleſ. non alien. cap. 1. & 2. eod. tit. in 6. cap. 1. & 2. de his, quæ fiunt à Prælato*, &c. Quod tamen intellige, ſicuti *ſupra* dicebam, non in rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, neque in rebus parui momenti, neque ſi alienationem conſtet eſſe neceſſariam, vt ſi res non patiatur moram, vt docet Abb. *in c. vt ſuper, de rebus Eccleſ. non alien. num. 15. & in cap. fin. de Eccleſiis ædificandis, n. 8.* ſed ſolum in rebus maioris momenti, in quibus poſſit eſſe aliqua ambignitas: in his enim ſolum modo locum habet conſultatio, ſeu tractatus: quamuis ſufficiat vnicus tractatus; quia in *cit.* iuribus fit mentio de tractatu, ſolum in ſingulari. Abb. Silu. *verb. alienatio, n. 10.* Couar. *c. 17. n. 1.* Mol. *de inſt. tract. 2. diſp. 468.* Vaſquez *de reddit. b. cap. 2. § 2. dub. 12. n. 41.* Azor. *2. part. lib. 9. cap. 1. q. 4* Leſſi. *lib. 2. cap. 24. dub. 11. n. 63.* Riccius *deciſ. 51.* & Bonacina *quæſt. 8. punct. 4. num. 7.* 2

Secunda, ſi adſit conſenſus Collegij, vel Capituli; ſcilicet Canonicorum, ſi res alienanda ſit Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ; Religioſorum, ſi ſit Conuentus; Clericorum Beneficiatorũ ſi ſit Eccleſiæ parochialis plures beneficiatos habentis, *cit. cap. ſine exceptione, cap. tua de his, quæ fiunt à Prælato, & cap. vt ſuper de rebus Eccleſ. non alienand.* & docent Sil. *ver. alienatio, q. 4* Gama *deciſ. 49. n. 2.* Vaſquez *num. 42.* & Mol. *cit. diſp. 468.* Quamuis, ſi plures beneficiatos non habeat ſolus 3 4

Digitized by Google

ſolus Rector de conſenſu Epiſcopi poſſit alienare, *cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. & docent Molin. *loco ſuprà cit. concl.* 5. & alij paſſim. Conſenſus tamen Capitularium eſſe debet expreſſus, 5 vti colligitur ex *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato:* vocatur enim talis conſenſus collaudatio, quæ approbationem, & conſenſum expreſſum importat, vti notant Abb. Mol. Vaſquez, Leſſius, & Bonacina 6 *in locis cit.* Item debet eſſe à maiori parte Capituli ſeu Capitularium, qui ſcilicet tunc præſentes ſunt (abſentium enim conſenſus non requiritur, *cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælato, & cap. ſine exceptione* 12. *quæſt.* 2.) & talis conſenſus ſufficit, vti ex communi docent Abb. *in cap.* 1. *de iis, quæ fiunt à Prælatis, n.* 5. Mol. *diſp.* 468. §. *tertiò* 7 *dictum eſt*, & Leſſius *loco ſuprà cit.* quia tunc Capitulum conſentire cenſetur; cùm meritò maior 8 pars trahere debeat minorem. Item debet eſſe à Clericis in capitulo congregatis, & non ſufficit, ſi ſit à ſingulis ſeorſim ſumptis; quia ſinguli ſeorſim ſumpti non faciunt Capitulum, nec talis conſenſus ſingulorum eſt conſenſus Capituli: in iuribus autem requiritur conſenſus Capituli; quia in *cap. ſine exceptione*, dicitur: *Et cum totius Cleri tractatu, atque conſenſu.* Et *in cap. continebatur*, de his, quæ fiunt à Prælato, dicitur: *Si Conuentu ſciente, & non contradicente.* Et *in cap. cùm nos iam pridem eod. tit.* dicitur: *Reclamante Capitulo,* 10 &c. Accedit, quod tractatus debet eſſe inter Congregatos, ergo & conſenſus; quia eodem modo vterque à citatis iuribus requiritur. Sic Hoſtienſ. & alij, quos citat Silu. *loco ſupra cit. q.* 5. *ad fin.* quamuis ipſe Silu. ſentiant oppoſitum, & ſequantur Vaſquez *dub.* 12. *num.* 42. & Bonacina *punct.* 4. *num.* 7. Vide etiam Abb. *in cap. irrita de his, quæ fiunt à Prælato, numer.* 7. & Molinam, 11 qui rectè aduertunt, quod ſi Capitulum ob bellum, vel aliam cauſam vrgentem abſit, Prælatus debeat loco Capituli ſubſtituere alios clericos, quibuſcum tractet, & conſultet de re Eccleſiæ alienanda, & quorum conſenſum petat, & illo obtento rem Eccleſiæ alienet, & non aliter.

12 Quod, ſi Capitulo non conſentiente, Prælatus rem Eccleſiæ alienauerit, alienatio erit irrita, *cap. continebatur*, & *cap. irrita de his, quæ fiunt à Prælato.* Excipe, niſi Capitulum, ſiue prius non conſenſerit, ſiuè etiam contradixerit, poſteà ratam illam habeat, *cap. cùm nos pridem, eod. tit.* quia tunc rata erit; à tempore tamen, quo ratam illam habuit Capitulum; quia à tunc tantum adſunt requiſita ad alienandum. Sic Abb. *in cit. cap. irrita, numer.* 5. & Molin. *diſp.* 468. Quin 13 poteſt Capitulum contraheptem ad contractus obſeruationem compellere; quia fauore Eccleſiæ contractus interim claudicat, vt inquit Abb. *in cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. & colligitur ex *cap. cùm nos, de his, quæ fiunt à Prælatis.*

14 Tertia, ſi adſit conſenſus Superioris, id eſt, eius, qui ex munere publico Eccleſiæ præeſt, *cap. ſine exceptione*, 12. *quæſt.* 2. *cap.* 1. 2. & 3. *de his, quæ fiunt à Prælato, & cap. nulli, de rebus Eccleſ. non alien.* Qualis ſuperior pro alie- 15 natione rei Eccleſiæ ſibi ſubiectæ eſt Epiſcopus, ſeu Archiepiſcopus in ſua diœceſi; pro alienatione rei Religionis eſt Prælatus exemptus, vt Abbas 16 in Monaſteriis Monachorum; Prouincialis in Ordinibus Mendicantium; & in noſtra Religione Theatinorum ſolus Generalis. Vide Nauarrum *conſil.* 8. *de alienat.* Quarant. *num.* 5. Sopranum apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 5. *q.* 6. *n.* 12. & 13. Molinam *diſp.* 468. Vaſquez *cap.* 2. §. 2. *dub.* 12. Azorium *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* 4. & Bonac. *q.* 8. *punct.* 4. *num.* 7.

Quod, ſi Prælatus Religionis, ſeu Abbas Epiſ- 17 copo ſubiectus ſit, etiam Epiſcopi conſenſus requiritur: idemque dicendum de quouis inferioris Eccleſiæ Rectore cuius conſenſus, ſi Collegium, ſiuè Capitulum clericorum is non habeat, ſufficit ad alienationem cum Epiſcopi conſenſu, teſte Abbate *in cit. cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. qui conſenſus, ad differentiam conſenſus 18 Capituli, non requiritur, quod ſit expreſſus, ſed ſufficit, ſi ſit tacitus, id eſt, cum ſcientia, & patientia eius, quod agitur. Sic ex communi Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 10. *num.* 4.

Numquam tamen ſuperior, v.g. Epiſcopus, alie- 19 nare poteſt bona Eccleſiæ inferioris ſine illius Eccleſiæ Rectoris conſenſu, ſaltem tacito, *cap. placuit*, 12. *quæſt.* 2. *cap. ſi quis Epiſcopus*, 10. *q.* 2. *& cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. Quod 20 adeò verum eſt, vt ſi contingat, Eccleſiam inferiorem Rectore carere, & Prælatus bona illius alienare neceſſarium iudicet, conſtituere debeat Eccleſiæ illius defenſorem, qui partes Rectoris gerat, & cum conſenſu defenſoris, ſaltem tacito, alienet, alioquin alienare non poterit, *cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien. in* 6. & docent Abb. *in cap.* 1. *ne ſede vacante, num.* 7. Mol. *cit. diſp.* 468. *concl.* 5. Riccius *deciſ.* 6. & Bonacina *quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 7.

Quin, vtſi Prælatus, Rector, vel defenſor procul 21 abſit, & res non patiatur moram, & ſi ſit periculum, nè ab hæreticis confiſcetur, ſufficit conſenſus præſumptus. Sic Abb. *in cap. fin. de rebus Eccleſ. non alien.* Silueſt. *ver. alienatio, num.* 16. Armilla *eod. verb. num.* 18. & Leſſ. *numer.* 63. & probatur; quia alioquin quod in priuilegium, & 22 beneficium Eccleſiæ conceſſum eſt, in odium, & detrimentum eiuſdem verteretur, quod eſt maximum abſurdum.

An autem præter conſenſum Epiſcopi requira- 23 tur etiam tractatus, & conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis, quando Epiſcopus eſt principalis auctor alienationis bonorum alicuius Eccleſiæ ſecularis, non Cathedralis?

Reſpondetur affirmatiuè. Atque ſic habetur expreſsè *in cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien.* & meritò ſic ibi ſancitur, ne ſcilicet Epiſcopus, quando eſt auctor alienationis, poſſit facilè bona Eccleſiæ alienare. Vide Abbatem *in cap.* 1. *de his, quæ fiunt à Prælatis, n.* 5. *& in cap. placuit*, 12. *quæſt.* 2. Molin. *diſp.* 468. *numer.* 13. & Riccium *deciſ.* 6.

Quarta, ſi adſit ſubſcriptio clericorum, in caſi- 24 bus tamen à iure expreſſis, qui tres tantum ſunt 25 venditio, permutatio, & donatio, *cit. cap.* 1. & *cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælatis*; & tradunt Abbas, Mol. Leſſius, & Bonacina *in locis ſuprà cit.* 26 & Azor. *libr.* 9. *capit.* 1. *quæſt.* 4. quia hi tantum contractus ſunt alienatio propriè dicta, per quam 27 rei dominium transfertur. Quæ tamen ſubſcriptio non eſt neceſſe, quod fiat manu propria clericorum, vel Religioſorum, ſed ſufficit, ſi fiat manu 28 Notarij; quia ſic habet conſuetudo: quin in multis locis neque vlla ſubſcriptio requiritur: quare ſtandum erit conſuetudini locorum: hæc enim

poteſt

potest legem inducere, & abrogare. Vide Abbatem *in cit. cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6. Molinam, Lessium, Quarant. Bonacinam *supra*, & Armillam *ver. alienatio*, §. 6.

29 Quinta, si adsit consensus Apostolicus (vbi Extrauag. *Ambitiosæ* fuerit recepta quoad hanc
30 partem) quia sic in ipsa Extrauag. cauetur. Quapropter in omnibus casibus, in quibus requiritur tractatus, consensus clericorum, & Prælati, id est, quotiescumque est res aliqua cuiuscumque Ecclesiæ (etiam non cathedralis) immobilis, vel mobilis pretiosa alienanda, hypothecanda, impignoranda, vel in feudum, & emphyteusim tradenda, præter casus à iure permissos, consensus Pontificis etiam debet expostulari. Sic Leo *in Thesaur. for. cap.* 15. *n.* 7. Quarant. *num.* 5. Barbosa *de potestat. Episc. part.* 3. *alleg.* 95. *num.* 66. Bonacina *in loco supra cit.* & alij
31 passim contra Redoanum *q.* 42. & 46. Qui consensus Pontificis concedi non solet, nisi præuia delegatione aliquorum in dignitate existentium, quibus committitur; vt si ipsis de vtilitate alienationis constiterit, assensum nomine Pontificis præstent, sin minus, denegent. Riccius *in praxi,*
32 *decis.* 94. *edit.* 1. & Barbosa *supra.* vbi aduertè, quod consensum Pontificis, & alias extrinsecè requisitas solemnitates inter fuisse præsumitur, si post alienationem triginta, vel quadraginta anni
33 lapsi fuerint; quamuis earum in instrumento nulla mentio reperiatur; quia ex diuturnitate temporis præsumuntur omnia legitimè gesta nisi ex instrumento facto, vel aliunde contrarium conuincatur. Sic Ancharanus *consil.* 139. Felin. *in cap. sicut, numer.* 30. & 33. §. *contrarium, de re iudicata.* Riccius *decis.* 34 & 35. Barbosa *cit. alleg.* 95. *num.* 72. Bonac. *punct.* 4. *num.* 7. *ad fin.* Genuens. *cap.* 88. Mascardus *de probation. concl.* 416. *num.* 1. *volum.* 1. Sicque videtur vsu receptum in Rota Romana contra Baldum *in l.* 2. *Cod. de legit. hæredib.* Menochium *lib.* 3. *præsumpt.* 132. *num.* 70. & 71. Quarantam *num.* 7. & Redoanum *quæst.* 38. *num.* 16.

Ex dictis sequitur, quod etiamsi alienatio sit euidenter vtilis & necessaria Ecclesiæ, adhuc licitè fieri non possit sine consensu sum. Pontificis, sed ad eum spectet iudicare de vtilitate, & ne-
34 cessitate alienationis; quia finis, propter quem iure prohibetur dicta alienatio sine consensu summi Pontificis, est, quia ipse Pontifex ad obuiandum detrimento Ecclesiarum (cum sub prætextu vtilitatis plures alienationes inutiles fieri soleant) vult iudicare de vtilitate, vel inutilitate ipsarum. Quapropter alienationem esse euidenter vtilem, aut necessariam Ecclesiæ, solum est causa iusta, & sufficiens ad impetrandam licentiam à summo Pontifice, non autem vt fiat ipsa alienatio independenter à dicto consensu summi Pontificis, vel etiam sine prædicta iuris solemnitate.

Aduerte tamen hic, quod, licet iure communi ad alienationem rerum, Ecclesiasticarum faciendam requiratur prædicta iuris solemnitas (quæ
35 præter assensum Apostolicum, continet quatuor, scilicet tractatum circa alienationem faciendam, consensum Capituli, auctoritatem Prælati, & Capitularium subscriptionem, de quibus *supra* dicebam) nihilominus; quia plures Religiones habent priuilegia faciendi alienationes sine prædicta iuris solemnitate; qualiter non-

nullæ Religiones habeat à Gregorio XIII. in Bulla, *Ex incumbenti*, facultatem illas faciendi, dummodo sint in vtilitatem Monasteriorum, & ex consensu duarum ex tribus partibus Capitularium Religiosorum, vel Monialium, accedente etiam consensu, vel ratihabitione Generalis: & Patres è Societate Iesu habent alium modum solemnitatis ab eodem Gregorio XIII. ipsis præscriptum (de quo Mol. *de contract. disp.* 468. §. *quarta conclusio*) ideo quælibet Religio potest iuxta formam priuilegiorum, quæ post Extrauag. *Ambitiosæ*, à sede Apostolica habent, prædictas alienationes, obtenta tamen licentia Sedis Apostolicæ, vel S. Congregationis facere; quia quoad hoc reuocata non sunt ipsorum priuilegia, si illa habent; si quidem decretum S. Congregationis 36
Concilij de quo dicebam *dubit.* 1. *num.* 4.) solum reuocat priuilegia Regularium quoad alienationes sine consensu Sedis Apostolicæ, vel eiusdem S. Congregationis faciendas, non autem quoad alia, quæ pertinent ad solemnitatem illarum. Pro Regularibus tamen non habentibus priuilegium alienandi cum sola licentia sedis Apostolicæ requiruntur ad alienandum præter Sedis Apostolicæ licentiam prædictæ conditiones quatuor, de quibus dicebam *supra*.

An autem solus consensus summi Pontificis 37
ad validè, & licitè alienandum sufficiat?

Respondetur affirmatiuè: tum quia solemnitates requiruntur de iure Canonico, in quo summus Pontifex potest dispensare; tum quia bona 38
Ecclesiæ subsunt arbitrio eiusdem summi Pontificis. Sic Ruinus *consil.* 157. Riccius *consil.* 242. 39
Sopranus *cap.* 5. *quæst.* 4. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 3. *disp.* 13. *quæst.* 1. *num.* 9. Bordonus *resol.* 27. *num.* 11. *& seqq.* Lezana *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 61. & alij passim. Vbi tamen aduertè, quod licet consensus summi Pontificis, seu sedis Apostolicæ suppleat cæteras iuris solemnitates, non tamen supplet causam legitimam alienandi; quia semper summus Pontifex præstat consensum sub conditione, si sit alienatio in euidentem vtilitatem Ecclesiæ; adeò, quod si dictam conditionem non exprimat, tacitè semper subintelligat. Rota 2. *part. diuers. decis.* 178. *num.* 2. 41
Quaranta *num.* 7. Redoanus *quæst.* 22. *num.* 75. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 5. *q.* 11. 42
Quapropter alienatio cum tali consensu summi Pontificis seu Sedis Apostolicæ celebrata poterit adhuc impugnari, nisi probetur fuisse in euidentem vtilitatem Ecclesiæ celebrata. Menochius, Quaranta, & alij in *locis supra citatis*

Cæterum casus à iure permissi in quibus licita est alienatio sine vlla summi Pontificis, vel sacræ Congregationis licentia, sunt: Primus si alienanda sit res modici valoris, iuxtà *c. terrulas*, 12. *q.* 2. & quæ dicebã *dub.* 1. *n.* 13. *& dubit.* 2. *sect.* 2. & docent DD. quos citat, & sequitur Bonac. *tract. de restit. disp.* 3. *q.* 8. *punct.* 4. *num.* 7. Luciannus *in man. Episc. ver. alienatio.* 25. est consuetudo legitimè præscripta contra Extrauag. *Ambitiosa*, (idemque dico de decreto S. Congreg. quod referebam *dubit.* 1. *num.* 4.) iuxtà ea quæ dicebam *dubit.* 8. & docent DD. quos citat, & sequitur, Azor. *lib.* 2. *cap.* 9. *quæst.* 1. *n.* 35. est necessitas tam vrgens, vt non possit expectari licentia sedis Apostolicæ, vel sum. Pontificis, vt si essent citò redimendi captiui à piratis detenti, vel alendi pauperes in graui, & repentina necessitate, iuxta ea

quæ

Digitized by Google

46 quæ dicebam *cit. dubit. 1. n. 13.* & dicam *dubit. 23. n. 2. & seqq.* & docent Mol. *disp. 468.* & alij Quartus, ſi bona ſint relicta Religioni incapaci bonorum in communi, iuxta ea, quæ dicam *dubit. 22.* & docent DD. quos citat, & ſequitur Sanch. *lib. 7. moral. cap. 26. n. 30. & c. 27. n. 17.* Quintus ſi fiat
47 relicta cum tali onere, vt debeant certo tẽpore, vel caſu alienari, vel ex obligatione iuſtitiæ reſtitui, iuxta ea, quæ dicam *dubit. 10.* Sextus ſi bona ſolita ſint infeudari, vel in emphyteuſi concedi, iuxta ea quæ dicam *dubit. 15.* & docent Mol. *diſp. 468.* & Rodriq. *tom. 1. q. 27. art. 13.* Septimus ſi fiat vnio Eccleſiæ loco Regulari, iuxta Clement. *ſi vna de rebus Eccleſ. non alien.* iuxta ea, quæ dicam *dubit. 13.* Vide etiam, quæ dicentur *cit. dub. 23.*

DVBITATIO X.

An in alienatione rei relictæ loco pio capaci, vel Eccleſiæ capaci cum ea clauſula, vt quotieſcumque Eccleſia voluerit eam alienare, vel in proprios vſus conuertere, poſſit id etiam non ſeruatis iuris ſolemnitatibus facere, ſeruandæ ſint conditiones, ſeu ſolemnitates iuris?

SVMMARIVM.

1 *Alienatio fieri poteſt ſi in diſpoſitione relicti, expreſſa fuerit licentia per diſponentem poſſe nempe alienari ſine ſolemnitatibus, & in proprios vſus conuerti, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus.*

2 *Teſtator poterat res ſuas in teſtamento relictas alienare ſine ſolemnitatibus, & ita dicendum eſt de Eccleſia iure tranſmiſſo.*

3 *Teſtator poteſt hæreditatem ſuam Eccleſia relinquere ad certum tempus quo elapſo teneatur illam transferre in aliquem ex Conſanguineis ab ipſa Eccleſia eligendum.*

4 *Ad recenſitam tranſlationem, licet ſit quoddam fidei commiſſum, nullius conſenſus ſummi Pontificis, nulluſque tractatus requiritur.*

5 *Clauſula recenſita non eſt iuri contraria, quia ius prohibet alienari quando bona ſunt Eccleſiæ abſolute.*

6 *Eccleſia, quæ ſit incapax poſſidendi, reiecta conditione retinendi per diſponentem appoſita, tanquam turpi, poteſt rem relictam alienare.*

7 *Qui relinquit Eccleſiæ incapaci retinendi, ea conditione, vt retineat, manifeſtè contradicit iuris diſpoſitioni, & ad id talis conditio tanquam turpis eſt reiicienda.*

8 *Is, qui relinquit Eccleſiæ, ea conditione, vt alienare poſſit quandocumque voluerit non contradicit iuri Eccleſiæ, quia Eccleſia non impeditur in omni caſu rem ſuam alienare.*

1 RESPONDETVR, negatiuè contra Armillam, *ver. alienatio, num 19.* Couarruuiam *in cap. tua de teſtam. num. 6.* Riccium *in praxi, deciſ. 67.* Quarantam *ver. alienatio. numer. 31. & 32.* & Bonacinam *diſp. 3. de contract. queſtion. 8. punct. 4. num. 8.* ita vt dicta Eccleſia poſſit rem ſibi ſub hac conditione relictam, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, alienare. Probatur; quia teſtator poterat ſine huiuſmodi ſolemnitatibus rem 2
ſuam alienare: ergo in tali caſu poteſt etiam Eccleſia: antecedens patet: conſequentia probatur; quia in tali caſu Eccleſia alienat ex poteſtate acepta à teſtatore, qui transferens rem ſuam Eccleſiæ, potuit cum ea poteſtate transferre. Confirmatur; quia teſtator potuit hæreditatem ſuam Eccleſiæ relinquere, ea clauſu- 3
la, vt poſt aliquod tempus teneatur illam transferre in aliquem ex conſanguineis, quem Eccleſia elegerit; ad quam tranſlationem etiam- 4
ſi ſit quoddam fideicommiſſum, nullus conſenſus ſummi, Pontificis, nulluſque tractatus requiritur, *argum. l. 1. & 3. Cod. quando decreto opus non eſt*, & tradunt Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap. 14. §. 7. numer. 5.* Quaranta, *numer. 45. limit. 16.* & Barboſa *alleg. 95. num. 61.* Ergo neque in caſu noſtro requiritur.

¶ Obiicies fundamentum Aduerſariorum. Talis 5
clauſula ſeu conditio eſt iuri contraria; ergo reiicienda tamquam turpis, & habenda pro non apoſita.

Reſpondetur, nego antecedens; quia ius prohibet ſolum, Eccleſiæ rem alienari; quando illa eſt Eccleſiæ abſolutè, & in perpetuum: ſecus, ſi ſit Eccleſiæ non abſolutè, & in perpetuum: ſed quamdiu Eccleſiæ placuerit illam retinere.

Obiicies ſecundò, rem relictam Eccleſiæ incapaci retinendi, ea clauſula, vel conditione, vt re- 6
trineat, & non alienet, Eccleſia non tenetur retinere, ſed reiecta tali conditione, tanquam turpi poteſt alienare. Rebuffus *Compend. de alien. n. 23.* Franchus *de rebus Eccleſ. non alien. in 6. verſ. 12.* Quaranta *num. 41.* & Sopranus *num. 32.* Ergo è contra rem relictam ea clauſula, vel conditione, vt poſſit alienare, non ſeruata iuris ſolemnitate, tenetur illam retinere, & non alienare, niſi in alienatione ſeruet iuris ſolemnitatem.

Reſpondetur, concedo antecedens; at nego 7
conſequentiam: & diſparitas eſt; quia qui relinquit Eccleſiæ incapaci retinendi ea conditione, vt retineat, manifeſtè contradicit iuris diſpoſitioni; & conſequenter talis conditio, tanquam turpis, eſt reiicienda. Non ſic contradicit qui re- 8
linquit Eccleſiæ ea conditione, vt alienare poſſit quandocumque voluerit; quia Eccleſia iure non impeditur ſine ſolemnitate alienare rem ſuam in omni, caſu ſed ſolum, quando illa eſt Eccleſiæ abſolutè, & non pro tempore limitato; ſicuti eſt in caſu noſtro; quandoquidem relinquitur pro tempore, quo ipſa Eccleſia illud retinere voluerit.

***

DVBITA

DVBITATIO XI.

An, si è contra res relicta sit Ecclesiæ cum ea clausula, seu conditione, vt numquam alienetur, possit adhuc, existente tamen iusta causa, & seruatis iuris solemnitatibus, alienari? Vbi etiam, quandonam incurratur pœna caducitatis?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia prohibita per disponentem alienare bona sibi relicta, adhuc potest alienare si non habeat quomodo possit vtilitati, necessitati, vel pietati prouidere.*

2 *Ecclesia prohibita per disponentem alienare, si habeat quomodo possit prædictis prouidere, debet conditionem seruare.*

3 *Conditio recensita non aduersatur in tali casu iuri concedenti alienationem rerum Ecclesiæ in casu vtilitatis, necessitatis vel pietatis.*

4 *Opinio in oppositum Hostiensis, Innocentij, & Abbatis est satis probabilis, & vide eorum fundamenta.*

5 *Res relicta sub conditione, quod non possit alienari, operatur tamen vt non possit alienari pro quacumque necessitate; sed pro graui.*

6 *In opinione prædictorum quando requiritur Consensus summi Pontificis in alienatione rei vt supra relictæ, non est necesse narrare conditionem Testatoris, nisi impetrandus sit consensus per modum dispensationis.*

7 & 8 *Conditio apposita à disponente, quod bona relicta Ecclesiæ non possint alienari, debet exprimi in impetratione consensus summi Pontificis, alias rescriptum vitiaret; secus si impetrandus sit per modum approbationis causarum ad alienationem requisitarum.*

9 *Pœna caducitatis adiecta rei, quæ donata fuit Ecclesiæ capaci, cum clausula, seu conditione, vt nõ alienetur, nõ incurritur semper, sed solũ quando sine iusta causa alienatur, vel etiam sine debita solemnitate, & consensu Pontificis.*

10 *Quilibet est rei suæ moderator, & arbiter.*

11 *Qui potuit liberè non donare, sic etiam potuit cum tali onere donare.*

1 RESPONDETVR (quamuis possit, si Ecclesia non habeat alia bona, quibus possit vtilitati, necessitati, vel pietati prouidere: in quo casu conueniunt Doctores, non posse tamen
2 si habeat; quia in tali casu conditio seruari potest;
3 & non aduersatur iuri concedenti alienationem rerum Ecclesiæ in casu vtilitatis, necessitatis, vel pietatis. Et fauet textus in Authent. *de alienat. & emphyteusi. collat. 9. §. sanctissimus*, vbi dicitur, res Ecclesiæ alienari posse pro captiuis redimendis, nisi eo pacto relictæ sint, ne alienari possint.

4 Contrarium tamen, & satis probabiliter, sentiunt Hostiensis, Innocentius, & Abbas, quos sequitur Silu. *verb. alienatio, q.* 28. Sopranus apud Filliucium *tr.* 44. *c.* 4. *q.* 25. *n.* 31. & Azor. 2. *p. lib.* 9. *cap.* 24. *q.* 9. ex eo, quia habere Ecclesiam alia bona, quæ alienare possit, non impedit, quominus rei sic relictæ alienatio ex causa pietatis, vtilitatis, vel necessitatis, & seruatis iuris solemnitatibus, fiat, Ergo. Consequentia probatur; quia quotiescumque alienatio fit ex causa pietatis, vtilitatis, vel necessitatis, & seruatis iuris solemnitatibus, permittitur à iure; ergo non potest testator conditionem contrariam apponere; quia si apponeret, apponeret contra ius, & consequenter ea, tanquam turpis, reiicienda erit. Vnde videtur quodammodo ad nostrum fundamentum Responderi posse; & ad textum in Authent. *de alienat.* Respondent, non posse rem relictam alienari pro captiuis redimendis, si relicta fuerit ea clausula, seu conditione, vt non alienetur, nisi captiui extremã vel valde grauem necessitatem patiantur: id enim 5
operatur conditio, vt scilicet res sic relicta non possit alienari pro quacumque necessitate.

Hæc opinio est, inquam, ob dicta satis probabilis, & iuxta eam, cùm à superiore impetrandus 6
est consensus, vt res sic relicta possit alienari, non est manifestanda talis clausula, seu conditio; nisi impetrandus sit à superiore consensus per modum dispensationis, qualiter solet impetrari à Pontifice quia tunc Pontifex, vel non concederet rescriptum vel si concederet, non concederet eodem modo, si 7
scilicet talis clausula, seu conditio ipsi manifestaretur: quapropter est exprimenda, alioquin eius taciturnitas vitiaret rescriptum, iuxta *c. super literis extra de rescriptis*; & docent communiter Doctores, quos citat, & sequitur Riccius *decis.* 45. & Bonacina *punct.* 4. *num.* 12. Secùs, si impetrandus 8
sit per modum approbationis causarum ad alienationem requisitarum; quia tunc non est necesse quod dicta clausula, seu conditio manifestetur: quandoquidem illa apposita in istorum Doctorum opinione non immutat potestatem alienandi ex iusta causa, & seruatis iuris conditionibus, magis quàm si apposita non esset, ac proinde quoad hanc partem habetur pro non adiecta.

Ex dictis sequitur, quod non semper incurratur pœna caducitatis adiecta rei, quæ donata fuit 9
Ecclesiæ capaci cum clausula, seu conditione, vt non alienetur, alioquin ad aliam transeat; sed solum, quando alienatur sine iusta causa, vel etiam sine debita solemnitate, & consensu Pontificis, quando hæc requiruntur, iuxta ea, quæ *supra* dicebantur. Prior pars patet ex dictis: posterior pars probatur; quia quilibet est rei suæ moderator, 10
& arbiter, *l. in re mandata, Cod. mandati*; & consequenter, sicuti potuit liberè non donare, 11
sic etiam potuit cum tali onere donare. Vide Siluestrum *verb. alienatio, q.* 28. Nauarrum *consil.* 8. *de vendit.* Azorium *lib.* 9. *c.* 2. *quæst.* 9. & Sopranum *cit. cap.* 4. *q.* 25. *n.* 31.

DVBITATIO XII.

An seruandæ sint iuris solemnitates in cessione iuris, vel actionis? Vbi etiam, quid dicendum in transactione rerum, quæ possidentur ab Ecclesia, & in remissione pœnæ caducitatis?

SVMMARIVM.

1 *In cessione iuris acquirendi non sunt seruanda iuris solẽnitates; secus autẽ est in cessione iuris acquisiti.*

2 *Pialatus*

Digitized by Google

2 *Prælatus in iure acquirendo poteſt præiudicare Eccleſiæ.*

3 *Tranſactio, remiſſio, vel concordia, de rebus ab Eccleſia poſſeſſis, fieri non poteſt ſine iuris ſolemnitate.*

4 *Tranſactio, remiſſio, vel concordia, probabiliter fieri poſſunt de rebus in quarum poſſeſſione nondum exiſtit Eccleſia, & conſequenter de re litigioſa, præſertim ſi ſit magni diſpendij Monaſterio.*

5 *Tranſactio, remiſſio, vel concordia probabiliter fieri poteſt, etiam de rebus, in quarum poſſeſſione iam exiſtit Eccleſia, ſi iniuſtè poſſideat.*

6 *Tranſactio, remiſſio, vel concordia de Decimis futuris fieri non poteſt, ſicut licet poſſit de præteritis; non ſic ceſſio iuris acquiſiti circa res futuras.*

7 *Ceſſio litis, vel cauſæ fieri non poteſt ſine ſolemnitate iuris, quia & talis ceſſio eſt quædam alienatio, cum & ipſa ſit ceſſio iuris iam acquiſiti.*

8 *Ceſſio legati, vel hæreditatis relictæ fieri non poteſt ſine iuris ſolemnitate; quia talis ceſſio eſt etiam alienatio, cum ſit iuris acquiſiti, & non acquirendi.*

9 *Prælatus, vel Beneficiatus, qui eſt Dominus directus emphyteuſis facere poteſt ſine ſolemnitate iuris remiſſionem caducitatis Emphyteutæ, qui incidit in commiſſum obnon ſolutum canonem.*

10 *Limita dummodo Prælatus, vel Beneficiatus non declarauerit ſe velle incurſam eſſe caducitatem; quia in tali caſu non videtur poſſe illum remittere.*

11 *Emphyteuta incidit in caducitatem à die, qua proprietarius declarat ſe velle caducitatem incurſam eſſe.*

12 *Caducitas cenſetur remiſſa, ſi Prælatus vel Beneficiarius recipiat penſionem, & canonem pro tempore elapſo.*

1 RESPONDETVR, diſtinguendo, ſeruandas non eſſe in ceſſione iuris acquirendi; ſeruandas autem eſſe in ceſſione iuris acquiſiti. Prior pars probatur; quia in
2 priori caſu non eſt alienatio; & Prælatus poteſt præiudicare Eccleſiæ iuri acquirendo. Sic communiter Doctores. Vide *ſupra ſect.* 5. Poſterior pars probatur; quia in poſteriori caſu eſt alienatio; & ius acquiſitum computatur inter immobilia, vel mobilia pretioſa. Vide *ſupra dubit.* 1. *&* 2.
3

Ex dictis ſequitur primò, quod fieri non poſſit ſine ſolemnitate iuris tranſactio, remiſſio, vel con-
4 cordia de rebus ab Eccleſia poſſeſſis: & in hoc conueniunt Doctores; quia tunc alienatur ius acquiſitum: quamuis probabiliter fieri poſſit de rebus in quarum poſſeſſione nondum exiſtit Eccleſia; quia tunc non alienatur, quod habet Eccleſia, ſed quod ſperatur ſub dubio haberi, remittitur pro alicuius rei certæ acquiſitione; ſicuti ex probabili dicebam *ſupra dubit.* 6. & docent Rebuff. *in compend. alienat. n.* 21. Quaranta *ver. alienatio, n.* 20. *&* 43. Barboſa *de poteſt Epiſc. allegat.* 95. *n.* 63.
5 Bonac. *diſp.* 3. *quæſt.* 8. *punct.* 4. *n.* 20. & alij, quos ibi citabam. Quapropter rectè ait Bordonus *reſol.* 27. *n.* 59. *& ſeqq.* poſſe Regulares tranſigere ſuper re litigioſa, præſertim ſi ſit magni diſpendij Monaſterio; quia res litigioſa non dicitur Religioni incorporata; conſequenter non eſt, cur non poſſit fieri ſuper illa tranſactio, præſertim ad euitandum damnum, quod Monaſterio ex lite immineret; Quin & fieri poteſt tranſactio etiam de rebus in quarum poſſeſſione iam exiſtit Eccleſia, ſi iniuſtè poſſideat; quia tunc non eſt alienare rem Eccleſiæ, cùm Eccleſia in illam nullum ius habeat, vti ſuppono.
6

Sequitur ſecundò, quod fieri neque poſſit ſine ſolemnitate iuris tranſactio, remiſſio, vel concordia de decimis futuris (quamuis fieri poſſit de præteritis) quia & talis actio etiam eſt quædam alienatio; cùm ſit ceſſio iuris acquiſiti circa res futuras. Sic Abbas, Rebuffus, & alij quos citat, & ſequitur Quaranta, *n.* 20. Riccius *dec.* 41. *&* 46. & Genuenſis *in praxi cap.* 60. *num.* 19. vbi refert ſic eſſe à Rota deciſum.
7

Sequitur tertiò, quod fieri neque poſſit ſine ſolemnitate iuris ceſſio litis, vel cauſæ; quia & talis ceſſio eſt etiam quædam alienatio; cùm & ipſa ſit etiam ceſſio iuris iam acquiſiti. vt ait Armilla *ver. alienatio, n.* 16. & alij quos citat Quaranta *n.* 22. Idemque dicas de conceſſione ſeruitutis, Quaranta, Redoanus, Sopranus *in locis ſupra cit.* & alij communiter.
8

Sequitur quartò, quod fieri neque poſſit ſine ſolemnitate iuris ceſſio legati, vel hæreditatis relictæ; quia talis ceſſio etiam eſt alienatio; cùm ſit ceſſio etiam iuris acquiſiti, non acquirendi: quamuis oppoſitum ſit etiam probabile, idque ex oppoſita ratione; quia ſcilicet dicta ceſſio non eſt alienatio; cùm ex probabili etiam, ſit ceſſio iuris acquirendi non acquiſiti. Vide *cit. dub.* 6.
9

Sequitur quintò, quod è contra à Prælato, vel beneficiato, qui eſt Dominus directus emphyteuſis, fieri poſſit ſine ſolemnitate iuris remiſſio caducitatis emphyteutæ, qui incidit in commiſſum ob non ſolutam penſionem; quia talis remiſſio non eſt ceſſio iuris acquiſiti abſolutè, ſed acquirendi, ſi ſcilicet ipſe Prælatus, vel beneficiatus voluerit. Sic Clarus §. *Emphyteuſis, q.* 10. Vgolin. *de poteſtat. Epiſcop. cap.* 14. §. 7. *n.* 5. Quaranta *n.* 44. vbi refert Ruinum, Cæpollam, & alios; Rebellius *de obligat. iuſt. lib.* 13. *q.* 11. *n.* 7. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 4. *n.* 13. Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg.* 95. *n.* 64. Riccius *dec.* 135. (vbi refert Maſtrillum, Valaſchum, & Afflictum) & *dec.* 136. & Bonac. *q.* 8. *punct.* 4. quidquid dubitare videatur Lezana *part.* 2. *cap.* 19. *num.* 58.
10

Hoc tamen, quod modò dixi, intellige, dummodo Prælatus, vel Beneficiarius non declarauerit, ſe velle incurſam eſſe caducitatem; quia in tali caſu non videtur poſſe illam remittere; cùm cenſeatur tunc acquiſitum eſſe ius Eccleſiæ; ſiquidem
11 Emphyteuta incidit in caducitatem à die, qua proprietarius declarat, ſe velle caducitatem incurſam eſſe, vt communiter Doctores *in tractatu de Emphyteuſi.* Vide Leſſium *de iuſt. & iure lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 9. *num.* 46.
12

An verò præſumatur caducitas remiſſa, quando Prælatus, vel Beneficiarius recipit penſionem, & Canonem pro tempore elapſo? Affirmant, ſi nulla facta fuerit proteſtatio, Ruinus, Curtius, Socinus, Pariſius, & alij, quos citat, & ſequitur Menochius *lib.* 3. *præſumpt.* 112. *n.* 1. Clarus §. *Emphyteuſis, quæſt.* 10. & Bonacina *de Emphyteuſi, punct.* 2. *num.* 15.

DVBITATIO XIII.

An seruandæ sint iuris solemnitates in permutatione rerum Ecclesiasticarum, quæ fit inter ipsas Ecclesias? Vbi etiam, quid dicendum in vnione Ecclesiarum, & in dismembratione fructuum?

SVMMARIVM.

1 *Iuris solemnitates in permutatione rerum Ecclesiasticarum seruandæ sunt spectata consuetudine.etiamsi fiat inter ipsas Ecclesias.*

2 *Permutatio est rei alienatio,cum rei Dominium transferat in alium.*

3 *Permutatio prohibetur eodemmodo, quo prohibetur venditio, & donatio.*

4 *Venditio, & donatio etiam inter Ecclesias fieri non potest sine solemnitate iuris.*

5 *Hæreditas vnius Ecclesiæ non potest sine tractatu Capituli, Prælati, & summi Pontificis consensu permutari cum ornamento, vel hæreditate alterius Ecclesiæ.*

6 *In praxi eadem iuris solemnitas, idemque assensus Apostolicus adhibetur, in permutatione inter Ecclesias, ac adhibetur in venditione, & donatione inter easdem.*

7 *Vnio Ecclesiarum fieri non potest sine iuris solemnitatibus,quia hæc est quædam alienatio, exceptis tamen casibus Tridentini Concilij; inter quos vnus est ille, si vnio Ecclesiæ fiat loco Regulari.*

8 *Dismembratio fructuum non potest fieri sine iuris solemnitatibus,quia hæc etiam est quædam alienatio.*

9 *Ex fructibus Ecclesiæ Parochialis non possunt erigi Canonicatus, quando maior numerus sacerdotum non est necessarius ad sacramentorum administrationem.*

10 *Causa, quæ in proœmio citatæ extrauagantis ambitiosæ, non est causa finalis, sed impulsiua ad prohibitionem alienationis rerum Ecclesiæ faciendam.*

11 *Prohibitio citata extrauagantis non est de nouo lata,sed antiqua renouata,& confirmata.*

12 *Antiqua prohibitio alienandi, non solum fuit ne res exirent ab Ecclesia; & app' arentur vsui profano; sed etiam ne per , & vt conseruarentur.*

13 *Finis dictæ prohibitionis, cum per multiplicationem permutationum res consumantur, laditur permutatione, etiam si fiat inter Ecclesias.*

14 *Pœnæ, & censuræ Extrauagantis Ambitiosæ non contrahuntur in permutatione facta inter Ecclesias ex eo, quod res Ecclesiæ in tali casu non exeant ab Ecclesia.Idem dic de venditione & donatione inter easdem.*

15 *Canones permittentes permutationem rerum Ecclesiasticarum inter Ecclesias sunt correcti per alios canones prohibentes.*

16 *Correctio textuum est vitanda quam maximè, & solum admittenda quando clare apparet correctionis fundamentum.*

17 *Sufficit in casu nostro, quod in aliis textibus permittatur permutatio inter Ecclesias, non tamen venditio, & donatio. & quod spectato iuris rigore contraria sententia sit satis probabilis.*

18 *Praxis Romanæ Curiæ non inducit legem de Mente Pontificis seruandam, quia etiam in casibus non necessaris solet haberi recursus ad sedem Apostolicam.*

19 *Consuetudo tunc obligat quando sumus in interpretatione necessaria; secus autem quando sumus in facultatiuis, prout in casu nostro.*

20 *Ex actibus mere facultatiuis non inducitur consuetudo.*

21 *Consuetudo in actibus mere facultatiuis, non participat intrinsecas legis conditiones, quarū vna est, quod sit necessaria pro Communitate.*

22 *Consuetudo si non est necessaria indebite,ac proinde irrationabiliter, priuat subditos; & consequenter non potest habere vim legis.*

REspondetur, seruandas esse in permutatione, 1
etiamsi permutatio fiat inter Ecclesias, saltem spectata consuetudine sic hodie recepta. Prima pars probatur; quia permutatio est rei alienatio; cùm rei dominium transferat in alium: tum quia de ipsa permutatione loquuntur expresè *cap.*1. de his, quæ fiunt à Prælato, Extrauag. *Ambitiosa*, & multa alia iura; & sic etiam docent communiter Doctores. 2

Secunda pars probatur; quia iura simpliciter & absolutè loquuntur; tum quia in *c. fine exceptione*, 12. *quæst.* 1. *cit. cap.* 1. & cit. Extrauag. *Ambitiosa*, prohibetur permutatio eodem modo, ac prohibetur venditio, & donatio; sed venditio, & donatio; etiam inter Ecclesias,fieri non potest sine solemnitate iuris: ergo similiter sine solemnitate iuris neque fieri poterit, etiam inter Ecclesias, permutatio. Quapropter calix v.g.vel hæreditas vnius Ecclesiæ non poterit fine tractatu, Capituli, Prælati, & summi Pontificis consensu permutari cum ornamento, vel hæreditate alterius Ecclesiæ. Sic Io.Andr. *in cap.*1. *de reb. Eccles. non alien.* Buttius, Abbas, *ibid.* Imola *num.* 1. *& cap. fine exceptione*, 12. *q.* 2. Beroius *consil.*179. *num.*3.*lib.*1. Mantica *de tacitis,& ambiguis lib.*25. *tit.*6. *num.*66. Gratian. *discept.forens.cap* 674.*n.*4. *&* 5.Filliuc.*tr.*44.*c.*2.*§.*2.*ver.quod est*, Naldus *in sum.ver.permut.n.*2.Lezan.*ver.alien.,n.*12 Rebuff. Redoanus, Genuensis, quos citat, & sequitur Quaranta, *ver.alienatio, num.* 15. Bonacina *q.* 8. *punct.*4. *num.*20. & alij contra Riccium *in praxi decis.* 38. *&* 74. *edit.*1. Triuisan.*decis.*56. *part.*2. (vbi ait, ità fuisse iudicatum) Peregrinum *in compend. priuileg. ver.alienatio,dub.*7. Monal. *consil.* 91. *num.*3.*vol.*1. Megalium *tom.*1.*var.resol.*31. *num.*10.Bordonum *in consil. regular.resol.*27.*n.*61. Ciarlin.*cap.* 18. *contr. forens. num.* 30. Pasqualigum *tom.*2. *decis.*95. & Barbosam *alleg.*95.*n.*55. 3 4 5

Tertia pars probatur; quia teste ex Aductariis Riccio *resol.*35. *&* 60. *in fin.* & Barbosa *num.* 57. Ita hodie habet praxis, vt scilicet eadem iuris solemnitas,idemque assensus Apostolicus adhibeatur in permutatione inter Ecclesias, ac adhibetur in venditione,& donatione inter easdem. Vide quæ dicentur *infrà dubit.*23. per totam. 6

Ex dictis sequitur, quod non possit sine solemnitatibus iuris fieri vnio Ecclesiarum; quia hæc est quædam alienatio. Sic Abbas, & alij, quos citat, & sequitur Quaranta *num.* 35. Excipe nisi vnio Ecclesiæ fiat loco Regulari; quia tunc non 7

poterit

poteſt impugnari, ex Clement. *Si vna Eccleſia de rebus Eccleſ. non alien.* & ſupponit gloſſ. ibi *ver. donetur.* Vide Tridentinum Concilium. *ſeſſ.* 21. *cap.* 5. *ſeſſ.* 23. *cap.* 18. *& ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *&* 15. Vide etiam Theſaurum *in praxi part.* 2. *ver. alienatio bonorum Eccleſ. §. quintus caſus*, & Lezanam *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 4.

8 Sequitur ſecundò, quod neque poſſit ſine ſolemnitatibus iuris fieri dismembratio fructuum; quia hæc etiam eſt quædam alienatio; vel ſaltem habet magis rationem alienationis, quam locatio, quæ, ſi fiat ad longum tempus, etiam prohibetur. 9 Hinc non poſſunt ex fructibus Eccleſiæ Parochialis erigi Canonicatus, quando maior numerus ſacerdotum non eſt neceſſarius ad Sacramentorum adminiſtrationem, vt ex deciſionibus Rotæ tradit Genuenſis *in praxi, cap.* 60. *n.* 17. & Riccius *deciſ.* 47. *&* 95.

Obiicies, in permutatione rerum Eccleſiaſticarum inter Eccleſias ceſſat ratio prohibitionis de alienandis rebus Eccleſiæ. Ergo. Antecedens probatur; quia ratio prohibitionis eſt, ne res Eccleſiæ ab Eccleſia exeant, & profanis vſibus applicentur; ſicuti conſtat ex Proœmio *cit.* Extrauag. *Ambitioſa*, ibi: *Profanis vſibus applicare, vel cum maximo illorum^e, vel diuini cultus detrimento vſurpare præſumunt.* Quæ verba cùm ſint proœmialia cauſam finalem diſpoſitionis ſignificant, *l. fin.* & ibi Abb. *num.* 3. *de hæredib. inſtituend.* At in permutatione rerum Eccleſiaſticarum inter Eccleſias hæc ratio ceſſat, vt patet: ergo aduersùs talem permutationem lex prohibens non procedit. Conſequentia probatur; quia ſolum præſumi debet extendi ad ea, ad quæ extenditur finis intentus in ipſa lege prohibente, *cap. cum ceſſante de appellation.*

Reſpondetur, nego antecedens; & ad probationem Reſpondeo, quod cauſa, quæ in proœmio 10 *cit.* Extrauag. *Ambitioſæ* apponitur, non eſt cauſa finalis, ſed impulſiua ad prohibitionem alienationis rerum Eccleſiæ faciendam: & ſic, quamuis ea ceſſet, non tamen ceſſet diſpoſitio. Quod autem illa ſit cauſa impulſiua, non autem cauſa finalis diſpoſitionis, inde probatur; quia 11 illa prohibitio non eſt de nouo lata, ſed antiqua 12 renouata, & confirmata: antiqua verò prohibitio alienandi, non ſolum fuit, ne res exirent ab Eccleſia, & applicarentur vſui profano, ſed etiam 13 ne perirent, & vt conſeruarentur; qui finis, cùm per multiplicationem permutationum res conſumantur, & deteriorentur, læditur permutatione, etiam ſi permutatio fiat inter Eccleſias.

Accedit, quod alioquin poſſet inter Eccleſias fieri donatio, & venditio; quia per hos actus etiam res non exirent ab Eccleſia, nec applicarentur vſui profano; Accedit ſecundò, quod eſto, concedatur, in Extrauag. *Ambitioſa.* dictam cauſam appoſitam eſſe finalem prohibitionis, dicere tamen debemus, eſſe finalem prohibitionis, non vtrumque, ſed ſolum prohibitionis ſub illis pœnis, cenſuræ ſcilicet, & priuationis beneficiorum; 14 ita vt in permutatione rerum Eccleſiaſticarum inter Eccleſias (idemque dico de venditione, & donatione inter eaſdem) non contrahantur dictæ pœnæ, ex eo, quod res Eccleſiæ in tali caſu non exeant ab Eccleſia, neque applicentur vſui profano.

Obiicies ſecundò, in *c. ea enim, §. ſibi innicem,* 10. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de rebus Eccleſ. non alien.* & Clement. III. *in cap. ad quæſt. de rerum permutat.* permittitur permutatio rerum Eccleſiaſticarum inter Eccleſias, conſentientibus Prælatis: ergo.

Reſpondetur, hos textus eſſe correctos per 15 alios prohibentes eodem modo permutationem, ac donationem, & venditionem, vt ſupra dicebam.

At quoniam (vt fatear) correctio textuum eſt 16 vitanda quam maximè, & ſolum admittenda, quando clarum apparet correctionis fundamentum, quod non eſt in caſu noſtro, dici poteſt; 17 ſufficere, quod in aliis textibus permittatur permutatio inter Eccleſias, non tamen venditio, & donatio; & ſic, quod ſpectato iuris rigore, oppoſita ſententia Riccij, Peregrini, Triuiſani, Barboſæ & aliorum (præſertim ſi permutatio fiat inter Clericos, vel Regulares eiuſdem Eccleſiæ, Monaſterij, vel etiam Religionis, vt dicetur. *dubit.* 23.) ſit etiam probabilis.

Et ad praxim Romanæ Curiæ Reſpondetur, 18 quod talis praxis non inducat legem de mente Pontificis ſeruandam; quia etiam pro caſibus non neceſſariis, v. g. ad tollendos ſcrupulos, vel ex alio capite, vt in caſu noſtro, ſolent haberi recurſus ad ſedem Apoſtolicam, & impetrari à Pontifice ea, quæ etiam ab Ordinariis obtineri poſſunt. Quapropter dicendum, quod tunc ſolum conſue- 19 tudo interpretatione, quæ obliget, legem interpretetur quando ſumus in neceſſariis, non autem quando ſumus in facultatiuis, ita vt praxis ver- 20 ſetur circa ea, quæ ſunt in libera poteſtate cuiuſcumque; quia ex actibus meræ facultatis non inducitur conſuetudo, ſicuti tradunt Rochus de Curte *in cap. fin. num.* 366. *de conſuetud. Abbat. in cap. Abbate, num.* 10. *de verb. ſignif. cap. ad noſtram de confirm. vtili, vel inutili, cap. cùm ſit generale, num.* 15. *de foro compet. cap. ex parte, num.* 7. *de conceſſ. prabend. & cap. quoniam, num.* 8. *de vita, & honeſt. cler.* Cyn. *in l.* 2. *Cod. quæ ſit longa conſuetudo*, Calderin. *conſil.* 3. *numer.* 3. *de conſuetud.* Cæſen. *conſ.* 4. *num.* 6. Dec. *conſ.* 437. *in fin.* Rolan. à Valle *conſil.* 22. *num.* 20. Afflict. *deciſ.* 388. *num.* 4. Pedemontan. *deciſ.* 99. *num.* 43. Ripa *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, numer.* 44. *de cauſa poſſeſſ. & propriet.* Mantica *deciſ.* 10. *num.* 12. Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. numer.* 335. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar.* gloſſ. 5. §. 6. *num.* 36. Rota *deciſ.* 778. *in fin. part.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 162. *num.* 10. coram Gregorio XV. 21 vbi latè Oliuer. *num.* 16. Et ratio eſt; quia tunc conſuetudo non participat intrinſecas legis conditiones, quarum vna eſt, quod ſit neceſſaria pro communitate. *cap. Regula, diſt.* 29. *cap. erit autem, diſt.* 2. & ibi gloſſ. *ver. neceſſaria*, Sanct. Thom. 1. 2. *quæſt.* 95. *art.* 3. Medina, & Vuigers *ibid.* Vaſquez *diſp.* 151. *cap.* 1. *num.* 10. Rebuff. *tom.* 1. *ad Conſtit. reg. in proœm. numer.* 29. & Xammar. *de offic. Ind. part.* 1. *quæſt.* 16. *num.* 51. 22 Vnde ſi non eſt neceſſaria, indebitè, ac proinde irrationabiliter grauat ſubditos, & conſequenter non poteſt habere vim legis; cùm in tantum habeat vim legis, in quantum participat conditiones legis.

DVBITATIO XIV.

An seruandæ sint iuris solemnitates in alienatione iurispatronatus, sepulchri, & similium?

SVMMARIVM.

1 *In alienatione iurispatronatus, sepulchri, & similium cum computentur inter bona immobilia, vel saltem mobilia pretiosa, seruandæ sunt iuris solemnitates; si penes Ecclesiam existant.*

2 *Ius patronatus laicum potest alienari de solo consensu Episcopi.*

3 *Ius patronatus sepulchri, & similium est quid spirituale.*

4 *Iura predicta consequenter, seu accessoriè vendi possunt sine simonia.*

5 *Ius patronatus sine simonia simpliciter alienari potest donatione; quia rebus sacris irreuerentia non committitur in donatione.*

6 *Donatio iuris patronatus laicalis non indiget Episcopi consensu si fiat Ecclesia, vel loco pio; secus si fiat laico.*

7 *Item dic cum permutetur spirituale cum spirituali, quod non est ipsum beneficium, sine simonia alienari potest permutatione cum iurepatronatus alicuius Ecclesiæ, vel loci pij, etiam sine Episcopi licentia.*

8 *Permutatio non potest fieri de iure patronatus cum priuato sine Episcopi consensu, si ius patronatus sit Ecclesiæ: at si sit iuspatronatus priuatum, non requiritur necessario; sed solum ex probabiliori sententia.*

9 *Quæ diximus de iurepatronatus eadem dici possunt de iure sepulchri; quod directè sine simonia vendi non potest; secus autem accessoriè.*

10 *Ius sepulchri sine simonia donari potest, seu permutari cum alia re spirituali.*

11 *Ius sepulchri in sententia nonnullorum Doctorum, etiam directè, seu solitariè sumptum sine simonia vendi potest.*

12 *Obligatio sepulchri est quid temporale, & per accidens adiungitur rei spirituali.*

13 *Habens sepulchrum proprium suis sumptibus emptum, vel edificatum quoad proprietatem habita ratione expensarum, vendere potest sine simonia, & cur.*

14 *Sepulchrum ratione materialitatis à Parentibus ad filios transferri solet.*

15 *Dicta de sepulchro extende proportionaliter etiam ad capellam dari solitam pro vsu sepulturæ.*

16 *Insignia fundatoris, vel patroni, non possunt auferri à capella.*

17 *Amplia etiam in casu, quo is tanquam Proditor à ciuitate expulsus fuerit.*

18 *Sepeliri non potest aliquis in sepulchro Patroni, nisi postquam tota ipsius progenies extincta fuerit; secus tamen si rationabilis causa subsit sepeliendi, & quæ ea sit.*

19 *Sepulchrum vel capella in Ecclesia patronata construi potest etiam inuito Patrono, vel fundatore.*

20 *Negligens sepelire fidelium corpora mortaliter peccat, si sit casus necessitatis.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia ius patronatus, sepulchri, & similium certum est ex dictis *in dub.* 1. & 2. inter bona immobilia, vel saltem mobilia pretiosa computari; ac proindè, si apud Ecclesiam existat, non posse à Rectore, vel Prælato sine solemnitatibus iuris in laicum alienari; quamuis, si sit ius patronatus laicum, possit de consensu Episcopi, *cap. extra, de iure patronatus*; & docent Riccius *decis.* 43. Bonacina *punct.* 2. *num.* 15. & alij communiter Doctores. 1 2

Obicies, ius patronatus sepulchri, & similium est quid spirituale; ergo etiam seruatis conditionibus iuris, vendi non potest sine simonia. 3

Respondetur, concedo antecedens: at distinguo consequens: etiam seruatis conditionibus iuris vendi non potest sine simonia, directè, seu solitariè sumptum, concedo: consequenter, seu accessoriè, simul scilicet cum hæreditate, cui tale ius annexum est, nego. Sic communiter Doctores in tractatu de simonia. 4

Cæterum ius patronatus, &c. sine simonia simpliciter alienari potest donatione; quia rebus sacris irreuerentia non committitur in donatione, 5 6 vt patet; quæ donatio non indiget Episcopi consensu, si fiat Ecclesiæ, vel loco pio: quamuis indigeat, si fiat laico, *capit. quod autem, & cap. illud, de iure patronat.* & docent ex communi Rochus *de iure patron. quæst.* 7. *num.* 16. Mol. *de primog. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 13. & Lambertinus *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 2. *quæst.* 1. *art.* 2. Item 7 (cùm permutetur spirituale cum spirituali, quod non est ipsum beneficium) sine simonia alienari potest permutatione cum iure patronatus alicuius Ecclesiæ, vel loci pij, & hoc etiam sine licentia Episcopi, *c. nemini*, 16. *quæst.* 6. *& tradit gl. in cap.* cùm seculum, *verb. emptorem, & Clement.* 2. *ver. liberè, de iure patronat.* Si verò permutatio fiat cum priuato requiritur necessariò 8 consensus Episcopi, si ius patronatus sit Ecclesiæ: at si sit ius patronatus priuatum, non requiritur necessariò, sed solum ex probabiliori sententia Doctorum. Sic Rochus *loco supra cit. quæst.* 16. *num.* 30. Mol. *num.* 14. & Lambertin. *quæst.* 3. *art.* 1. 2. & 3.

Et quod dixi de iure patronatus, dico de iure 9 sepulchri (quod quis habet, vt ipse, ipsiusque hæredes, successores, & quicumque ab ipso signati in loco ab Episcopo benedicto sepeliantur, & non alij) scilicet directè, seu solitariè sumptum, sine simonia vendi non posse; quia est quid spirituale; vendi tamen posse consequenter, seu accessoriè, simul prædio, cui tale ius annexum est, vti *supra* de iure patronatus dicebam. Item & si- 10 ne simonia simpliciter donari posse, vel permutari cum alia re spirituali.

Qua nam autem ratione ius patronatus, ius sepulchri, & quid aliud simile, possit ad successores deuenire, vide Couarruuiam 2. *var. cap.* 18. *num.* 8. *& seqq.* & Mol. *de primogen. cit. cap.* 24.

His adde, quod Suar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 4. *de Simonia cap.* 14. Sanch. *to.* 1. *cons.* 3. *dub.* 14. *n* 1. & Io. de la Cruz *prac.* 7. *q.* 4. *dub.* 9. satis probabiliter re- 11 nent, quod ius sepulchri, id est, pro obligatione, vt in tali loco nullus alius, præter emptorē, successores

&

Digitized by Google

& quoſcumque ab ipſo ſignatos, ſepeliatur, etiam directè, ſeu ſolitariè ſumptum ſine ſimonia vendi poſſit; quia talis obligatio, inquiunt
12 ipſi, eſt quid temporale, & per accidens adiungitur rei ſpirituali; ſicut & ſine ſimonia, qui ſe-
13 pulchrum proprium ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, vel ſuis habet, illud quoad proprietatem iuxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas, vendere poteſt; quia ſic non venditur benedictio loci, ſed materiale illud, ad quod alia ſequuntur; vnde ratione materialitatis, quæ in
14 ipſo eſt, iure hæreditario à parentibus ad filios transferri ſolet.

15 Et quod dictum eſt de ſepulchro, idem proportionaliter dicunt etiam de Capella, quæ in Eccleſia præſertim Regularium, dari ſecularibus pro vſu ſepulturæ conſueuit, Sanchez *loco ſupra*
16 *citato numer.* 4. & alij, qui ſubdunt, non poſſe inſignia fundatoris, vel patroni in ea poſita auferri, Doctores etiam, quos citat, & ſequitur
17 Lezana *tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 23. Idque neque in caſu, quo is, tanquam proditor, è ciuitate expulſus fuerit, *l. qui liberali, & l. opus nouum, ff. de oper. publ.* & Roman. *ſingular.* 480. *&* 673. Peyrinus *tom.* 1. *priuil. Minim. in conſtit.* 26. Leon. X. *num.* 24. & videri etiam poterit Lambertinus *de iure patronat. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 11. *artic.* 13. *& libr.* 3. *quæſt.* 5. *art.* 4. & Lauorius
18 *var. tom.* 1. *tit.* 2. *cap.* 10. Subdunt ſecundo, non poſſe ibi ſepeliri alios, niſi poſtquam tota ipſius progenies extincta fuerit, Doctores etiam quos citat, & ſequitur Lezana *num.* 23. *& ſequent.* Lambertin. *cit. artic.* 4. Peyrinus *cit. numer.* 49. & Portellus *in Reſponſ. moral. part.* 2. *caſu* 20. *num.* 1. loquens de capella vni conceſſa, an alteri poſtea concedi poſſit. Subdunt tertiò, poſſe tamen ibi alios ſepeliri, ſi rationabilis cauſa ſubſit, ſcilicet ſi ſepeliendus non habeat ſepulturam propriam, & non ſit in Eccleſia, vel Cœmeterio ſepultura communis; quia tunc eſt præſtare extremè indigenti eleemoſynam, quæ fieri poteſt de bonis alterius inuito domino, Archidiac. *in cap. præcipiendum*, 13. *quæſt.* 2. Roman. *ſingular.* 691. Abb. *in cap. abolendæ de ſepultur. numer.* 5. Peyrinus *loco citato numer.* 22.
19 Subdunt quartò, ad conſtruendam ſepulturam, vel Capellam in Eccleſia Patronata, ſeu quæ fundatorem habet, non requiri conſenſum fundatoris, quia, eo inuito, eam ibi conſtrui poſſe; quia exinde nullum patrono infertur præiudicium, & Eccleſiæ confertur beneficium, quod cum patronus procurare teneatur, eſt irrationabiliter inuitus, & ſic ipſius contradictio nihil obſtat, Lambertin. *cit. lib.* 1. *part.* 1. *quæſt.* 3. *art.* 17. Lauorius *cit. titul.* 2. *cap.* 9. *numer.* 83. & Peyrinus *num.* 50. Subdunt quintò, conceſſa capella, non intelligi conceſſum ius funerandi niſi exprimatur, Archidiac. *in cap.* 1. *de pactis in* 6. Bonifac. *in Clement. Dudum* §. *huiuſmodi, num.* 11. *de Sepult.* & Genuenſ. *in præx. cap.* 33.
20 *num.* 17. *& cap.* 61. *numer.* 7. Subdunt ſextò, peccare mortaliter eum, qui fidelium corpora ſepelire negligit, quando non eſt alius, qui id officium præſtet; quia opus miſericordiæ, & charitatis obligat in caſu neceſſitatis, Doctores, quos citat, & ſequitur Layman *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 12.

DVBITATIO XV.

An ſeruandæ ſint iuris ſolemnitates in conceſſione feudi, vel emphyteuſis?

SVMMARIVM.

1 *Feudum, vel emphyteuſis ſi non concedatur de nouo; ſed antiqua, & iam conceſſa renouetur, ſeruandæ non ſunt iuris ſolemnitates.*

2 *Renouatio feudi, vel Emphyteuſis antiquæ non reputatur alienatio; ſed prioris alienationis factæ continuatio.*

3 & 4 *Feudum, vel emphyteuſis, ſi de nouo concedatur ſeruandæ ſunt iuris ſolemnitates; quia tunc conceſſio feudi, vel emphyteuſis, eſt vera Dominij vtilis, & cuiuſdam Eccleſiaſticæ ſeruitutis alienatio.*

5 *Poſitis iuris ſolemnitatibus poteſt feudum, vel Emphyteuſis in perpetuum, etiam pro hæredibus extraneis, concedi.*

6 *Eccleſia ſeruatis iuris ſolemnitatibus concedit etiam in perpetuum pro Hæredibus extraneis venditionem, & donationem.*

7 *Vt renouatio feudi, & emphyteuſis non noua alienatio; ſed prioris antiquæ alienationis, ſeu conceſſionis continuatio reputetur, tres conditiones requiruntur.*

8 *Prima conditio eſt vt feudum, vel emphyteuſis concedatur eodem modo, ac prius erat conceſſa; itaut ſi quæ fiat variatio, non cenſeatur continuatio antiquæ.*

9 *Secunda conditio eſt vt in renouatione adſit euidens Eccleſiæ vtilitas, ſicut adfuit in prima conceſſione; aliàs renouatio illicita erit.*

10 *Sufficiens cauſa renouandi emphyteuſim eſt remuneratio obſequij in ea facti; quia ſic in vtilitatem Eccleſiæ excitantur alij ad meliorationes faciendas.*

11 *Tertia conditio eſt vt res non ſit iterum Eccleſiæ incorporata, quia per incorporationem extinguitur prima alienatio, & res ſit ita Eccleſiæ, ac ſi numquam ab Eccleſia exiiſſet.*

12 & 13 *Incorporata dicitur res Eccleſiæ, ſi is ad quem adminiſtratio ſpectat, decernat eam non alienare; quod præſumitur ſi finita emphyteuſi per annum integrum à renouatione abſtinuerit.*

14 *Res Eccleſiæ ſemel cum ſolemnitate iuris alienata, eſt ſemper ſine ſolemnitate iuris alienabilis interuenientibus tribus dictis conditionibus.*

15 *Terra ſterilis poteſt concedi in emphyteuſim, vt melioretur.*

RESPONDETVR diſtinguendo; ſeruandas non eſſe, ſi feudum, vel emphyteuſis non concedatur de nouo, ſed antiqua, & iam conceſſa renouetur; quia talis renouatio non reputatur alienatio, ſed prioris 1

Digitized by Google

alienationis factæ continuatio. Sic dicebam *supra dub.* 1.& docent Socinus *consil.* 169. *num.* 9. *lib.* 2. Iason.*consil.*155. *lib.*2. Lessius *lib.* 2.*de iust. & iure cap.* 24.*dub.*11. *num.* 59. Couar. 2. *var. cap.*17.*num.* 4. Clar.§. *Emphyteusis*, *quæst.* 6.*n.*1. *& §. feudum*, *quæst.*13. *num.* 1. Riccius *decis.* 26. 70.*&* 116. Genuensis *in praxi cap.* 60. *num.*5. *&* 6. Menoch.*de arbitr. casu* 81. *num.* 5. *& seqq.* Mol. *de iust. disp.*469. *concl.* 5. Vasquez *in opusc. de redditibus*, *cap.*2. §. 2. *dub.* 16. *num.* 57. Sopranus apud Fillucium *tract.* 44. *cap.* 4. *ad. fin.* Gonzalez *reg.* 8. *Cancellar.* gloss. 6. *num.* 194. Scortia *theor.* 116. Quaranta *ver. alienatio*, *num.* 39.*& seqq.* Barbosa *de potest. Episcop. part.* 3. *alleg.*95.*num.*29.& Bonacina *q.*8.*punct.* 4. *num.*30. & *habetur ex cap.*2. *de feud.* & ex Extrauag. *Ambitiosæ*, ibi: *Vel contractum emphyteuticum*, *præterquam in casibus à iure permissis*, *ac de rebus*, *& bonis in emphyteusim ab antiquo concedi solitis.*

3 At seruandas esse,si feudum, vel emphyteusis
4 concedatur de nouo; quia tunc concessio feudi, vel emphyteusis est vera dominij vtilis, & cuiusdam Ecclesiasticæ seruitutis alienatio.Sic communiter Doctores; & habetur *ex cap.*1.*de his*,*quæ fiunt à Prælato*; & ex cit. Extrauag. *Ambitiosæ*,vbi cùm excipiatur feudum, & emphyteusis in casibus à iure permissis (id est, quando res est solita dari in feudum, vel emphyteusim; ad cuius veritatem sufficit vnica concessio, teste Claro *§.feudum*, *quæst.* 13. *num.* 4. Molina *disp.* 648, *concl.* 8. Riccio *decis.* 26.*num.*3.& Barbosa *cit.alleg.*95. *num.* 36.) consequens est, quod in aliis casibus, nisi interueniant iuris solemnitates, prohibeatur.

5 Cæterùm positis iuris solemnitatibus potest feudum, & emphyteusis in perpetuum, etiam pro hæredibus extraneis, concedi; quia ius Canonicum, cui in hac re, vtpote ad Ecclesiam spectante, standum est,omnem venditionem donationem, permutationem,feudum, & emphyteusim prohiber, non seruatis iuris solemnitatibus, & è contra omnia hæc absque vlla exceptione concedit, seruatis iuris solemnitatibus; ergo.

6 Confirmatur; quia in perpetuum, etiam pro hæredibus extraneis, si seruentur iuris solemnitates; concedit venditionem, & donationem, ergo multò magis, si seruentur iuris solemnitates, concedet feudum, & emphyteusim. Consequentia probatur; quia per venditionem, & donationem transfertur dominium directum,quod est quid maius; per feudum autem, & emphyteusim transfertur tantum dominium vtile,quod est quid minus. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Couar. 2. *var.cap.* 17. *num.* 4. *&* 5. Clar. *lib.* 4. *sentent.§.emphyteusis*. *q.*6. *num.* 4.& *q.* 28. *num.* 5. *& seqq.* Mol. *de iust. disput.* 469. *concl.* 1. Vasq.*de redditibus*, *cap.* 2. §. 2. *dub.* 16. *num.* 57. & colligitur ex Authent. *de alien. & emphyteusi*, *§. licentiam*;vbi corrigitur Authent. *de non alien. §. emphyteusim* concedens emphyteusim solum ad vitam accipientis.

Dixi, *iuris solemnitates seruandas non esse*, *si feudum*; *vel emphyteusis non concedatur de nouo*, *sed antiqua*, *& iam concessa renouetur.* Vbi aduerte, quod, vt renouatio feudi, & emphyteusis non noua alienatio, sed prioris antiquæ alienationis,seu concessionis continuatio repu-
7 tetur, tres conditiones requirantur;quarum

Prima conditio est, vt feudum, vel emphy- 8
teusis concedatur eodem modo,ac prius erat concessa, v. g. si prius erat concessa, vt non se extendat ad hæredes extraneos,vel vltra vitam vnius neque in renouatione ad extraneos vel ad vitam alterius concedatur: ita vt si quæ fiat variatio non censeatur continuatio antiqui feudi, vel emphyteusis, sed noua concessio. Sic Mol. *loco.cit.* Clar. §. *feudum.q.* 13. Genuensis *in praxi cap.*60. *num.* 6. Riccius *in praxi*,*decis.* 26. Barbosa *alleg. num.* 32. Bonacina *punct.* 2. *num.* 20. & alij passim.

Secunda conditio est, vt in renouatione adsit 9
euidens Ecclesiæ vtilitas, sicut adfuit in prima concessione; aliàs renouatio illicita erit. Vnde si prius datum fuerit prædium sterile in emphyteusim, vt sic ad culturam reduceretur, & finita emphyteusi, non sterile, sed fructiferum factum sit, renouari non poterit emphyteusis, nisi ex noua causa euidenti vtilitatis Ecclesiæ; quia iam prior causa cessauit; & quia prædium sic redditum reputatur diuersa res, ac erat prius. Est autem sufficiens causa renouandi emphyteu- 10
sim, remuneratio obsequij in ea facti; quia sic in vtilitatem Ecclesiæ, excitantur alij ad meliorationes faciendas. Vide Barbosam *num.* 26. *&* 34. Riccium *decis.*5.Grassis *decis.*4.*de locato* Genuensem *cap.* 60. *num.* 6.Scortiam *theorem.*116.& Pereiram de nomine emphyteut. *q.*12.*n.* 2. *&* *q.*23. *num.*60.

Tertia conditio est, vt res non sit iterum Ec- 11
clesiæ incorporata; quia per incorporationem extinguitur prima alienatio; & res fit ita Ecclesiæ ac si nunquam ab Ecclesia exiuisset. Sic dicebam *supra dub.*1. & docent Abb. *in cap. vt super de rebus Eccles. non alien. num.* 11. Clar.*de emphyteusi q.* 6. *& de feudo q.*13.Couar.*cap.* 17. *num.* 4.Mol. *disp.* 468.*concl.*8. & Bonacina *q.* 8. *punct.* 4.*n.*30.
Dicitur autem res Ecclesiæ incorporata, si is, ad 12
quem administratio spectat, decernat eam non 13
alienare; quod præsumitur decreuisse,si finita emphyteusi,per annum integrum ab renouatione abstinuerit.Mol.*disp.*468. *ad finem:*Vel si, vt in *cit. sect.* 1.dicebam, post traditionem expirante contractu, fuerit quoad fructus Ecclesiæ incorporata,id est,fuerint fructus eius vsibus Ecclesiæ à Prælato incorporati.

Ex dictis inferunt Gonzalez *regul.* 8. *Cancellar. gloss. 6. numer.* 194. Barbosa *alleg.* 95. *numero* 32. & Riccius *in praxi decis.* 26. 14
quod res Ecclesiæ semel cum debita solemnitate alienata, sit semper sine solemnitate iuris alienabilis; quod tamen intellige, si adsint tres conditiones, quas *suprà* dicebam.

Sed de hac re vide,quæ doctè docet Paulus Strai- 15
banus *in Resol. forens. resol.* 1. *&* 2. per totam, & Franciscus Leo,qui probat ex multis iuribus posse terram sterilem concedi in emphyteosim illi, cuius studio ad culturam reducatur.

***

DVBITA

Digitized by Google

DVBITATIO XVI.

An, & quando feudum, vel emphyteuſis Eccleſiaſtica cenſeatur conceſſa in perpetuum, etiam vt tranſeat ad hæredes extraneos?

SVMMARIVM.

1 *Feudi, vel emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit expreſſe in perpetuum, ſeu ad quoſcumque hæredes, quos emphyteuta relinquere voluerit, cenſetur conceſſa in perpetuum, & tranſit ad hæredes non ſolum deſcendentes; ſed etiam aſcendentes, & extraneos.*

2 *Aſcendentes, & extranei hæredes propriiſſime ſunt hæredes.*

3 *Feudi, vel emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit pro ſe ſuiſque hæredibus, non tranſcendit tertiam generationem, neque deuenit ad hæredes extraneos.*

4 *Feudi, vel emphyteuſis conceſſio, ſi facta ſit pro ſe ſuiſque filiis, diuidenda eſt æqualiter inter filios; neque poteſt Pater vni ceteris omiſſis, aſſignare.*

5 *Pater non poteſt mutare voluntatem Domini concedentis expreſſam in conceſſione emphyteuſis, vel feudi; ſecus ſi de filiis tamquam hæredibus mentio facta eſſet.*

6 *Feudi, vel emphyteuſis conceſſio, ſi facta ſit pro ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus, non tranſit ad extraneos, neque ad aſcendentes, tranſit tamen ad filios quamuis hæredes non ſint.*

7 *Feudi, vel emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit pro ſe, ſuiſque filiis, & hæredibus, deuenit ad filios ſi hæredes ſint.*

8 *Dictio copulatiua (filiis & hæredibus) denotat rationem concedendi filiis emphyteuſim non eſſe ſolum, quia filij ſunt; ſed etiam quia hæredes.*

9 *Ex vi talis conceſſionis, ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, non competit hæredibus extraneis; ſecus ſi ſit ſecularis.*

10 *Dictio illa (filiis, & hæredibus) non limitat ſignificatum filij, ſed potius auget ſignificationem illius.*

11 *Emphyteuſis conceſſio, ſi facta ſit tibi tuiſque filiis, abſque eo quod addatur hæredibus, competit filiis, licet Patris hæreditatem renunciauerint; quia talis emphyteuſis non eſt hæreditaria, ſed ex pacto; ſecus dicas de feudo ſi in eadem forma relictum ſit.*

12 *Feudum, licet hæreditarium non ſit, numquam poteſt ad filios Patris hæreditatem repudiantes deuenire.*

13 *Emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit tibi, nulla facta mentione hæredum, vel ſucceſſorum, emphyteuſis hæreditaria non eſt, ac proinde ad filios non hæredes pertinere poteſt.*

14 *Feudum, vel emphyteuſis hæreditaria dicitur quando expreſsè in conſtitutione feudi, vel emphyteuſis mentio fit hæredum: vt ſi dicatur tibi tuiſque hæredibus.*

15 *Feudum, vel emphyteuſis hæreditaria non dicitur quando relinquitur nulla mentione facta hæredum, vel relinquitur tibi tuiſque filiis, & deſcendentibus.*

RESPONDETVR, & dico primò, ſi feudi, vel emphyteuſis conceſſio facta ſit expreſsè in perpetuum, ſeu ad quoſcumque hæredes, quos emphyteuta relinquere voluerit certum eſt, quod ſit in perpetuum, & tranſeat ad hæredes, non ſolum deſcendentes, ſed etiam, ex probabiliori ſententia Doctorum, aſcendentes, & extraneos. Sic colligitur ex Authent. *de alienat. & emphyteuſi, §. licentiam.* Et 1 2
probatur; quia aſcendentes, & extranei hæredes propriiſſimè hæredes ſunt: & ita docent Couar. *2. var. cap. 17. n. 5. concl. 4.* Clar. *lib. 4. ſent. §. emphyteuſis, q. 28. n. 6.* & Mol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 469*, loquendo de emphyteuſi Eccleſiaſtica; quia de emphyteuſi priuata nulla eſt difficultas. Quapropter conueniunt Doctores, quod talis emphyteuſis tranſeat ad hæredes quoſcumque, etiam aſcendentes, & extraneos.

Dico ſecundò, ſi feudi, vel emphyteuſis conceſſio facta ſit pro te, tuiſque hæredibus, non tranſcendit tertiam generationem, neque deuenit ad hæredes extraneos, Authent. *de non alien. §. emphyteuſis:* & docent Couar. *cit. cap. 17. num. 5.* & Vaſquez *cap. 2. §. 2. dub. 17. n. 59.* Nomine autem hæredum veniunt non ſolum viri, ſed etiam fœminæ, *cit. §. emphyteuſis*; & docent Couar. *cap. 18. num. 1.* & Vaſquez *cit. dub. 17.* 3

Dico tertiò, ſi feudi, vel emphyteuſis conceſſio facta ſit pro te, tuiſque filiis, diuidenda eſt æqualiter inter filios, neque poteſt pater vni, cæteris omiſſis, aſſignare; quia tunc emphyteuſis competit filiis, non ex voluntate patris, ſed ex 4 5
voluntate Domini concedentis emphyteuſim; quam voluntatem pater non poteſt mutare, *cap. 5. in princip. de ſucceſſ. feudi*: & tradunt Doctores, quos citat, & ſequitur Couarru. *cit. capit. 18. numer. 2.* Molin. *diſputat. 474.* & Vaſquez *citat. dub. 17. num. 60.* Excipe, niſi quid aliud concedens expreſsè determinauerit; vt ſi dixerit: Concedo tibi, tuiſque filiis, vt ipſis tanquam hæredibus deferatur; quia tunc voluntari patris prælectio relinquitur, ſicut & melioratio. Sic Couarruuias, *numer. 2. concluſ. 4.* & Vaſquez *num. 6.*

Dico quartò, ſi feudi, vel emphyteuſis conceſſio facta ſit pro te tuiſque filiis, & deſcendentibus, non tranſit ad extraneos, neque ad aſcendentes, tranſit tamen ad filios, quamuis hæredes non ſint, ſed hæreditatem renunciauerint; quia in tali caſu competit illis, non quà hæredibus, ſed quà filiis, & emphyteutæ deſcendentibus. Sic Couarru. *numer. 2.* & Vaſquez *num. 61.* 6

Dico quintò, ſi feudi, vel emphyteuſis conceſſio facta ſit pro te, tuiſque filiis, & hæredibus, deuenit ad filios, ſi hæredes ſint; quia dictio copulatiua illa, *& hæredibus*, denotat rationem concedendi filiis emphyteuſim non eſſe ſolum, quia filij ſunt, ſed etiam, quia hæredes. Sic Couarru. 7 8 9
num. 16. & Vaſquez *num. 61.* Ex vi tamen talis conceſſionis, ſi emphyteuſis ſit Eccleſiaſtica, quæ ſua natura non tranſit ad extraneos, non competit hæredibus extraneis: ſecus, ſi emphyteuſis ſit 10
ſecularis, quæ ſua natura tranſit ad extraneos; quia dictio illa, *& hæredibus*, non limitat ſignificatum

carum filij, vt emphyteusis ad solos filios hæredes debeat deuenire, sed potiùs auget significationem illius, vt faciat sensum: deueniat ad filios; quia hi iam heredes præsupponuntur; & deueniat etiam ad eorum hæredes, &c. Sic Couar. & Vasquez *in locis suprà cuatis.*

11 Dico sextò, si emphyteusis concessio facta sit tibi, tuisque filiis, absque eo, quod addatur, hæredibus, competit filiis quamuis patris hæreditatem renunciauerint; quia talis emphyteusis non est hæreditaria, sed ex pacto. Sic Couarru. *cap.* 18.

12 *num.* 4. Secus dicas de feudo, si in eadem forma dicta relictum sit; quia feudum, quamuis hæreditarium non sit, numquam potest ad filios patris hæreditatem repudiantes deuenire, *cap.* 1. *an agnati, & filij*, & docet Couarru. *ibidem* ex Bartolo.

13 Dico septimò, si emphyteusis concessio facta sit tibi, nulla facta mentione hæredum, vel successorum, emphyteusis hæreditaria non est, ac proinde ad filios non hæredes pertinere potest. Secus dicas de feudo, quod numquam ad filios non hæredes pertinet, bene tamen ad agnatos.

14 Dico octauò, feudum, vel emphyteusis hæreditaria dicitur, quando expressè in constitutione feudi, vel emphyteusis mentio fit hæredum; vt

15 si dicatur tibi, tuisque hæredibus, &c. E contra hæreditarium, seu hæreditaria non dicitur, quando relinquitur, nulla mentione facta hæredum, vel relinquitur tibi, tuisque filiis, & descendentibus. Sic Clar. *libr.* 4. *sent.* §. *emphyteusis, q.* 16. Mol. *de inst. tract.* 2. *disp.* 472. & Valasc. *de iure emphyteusis, q.* 43. *& seqq.* Vide etiam Paulum Staibanum Iuniorem *in resolut. forens. resol.* 1. *& 2. per totam.*

DVBITATIO XVII.

An seruandæ sint iuris solemnitates in alienatione materialis Ecclesiæ, Oratorij, vel alicuius alterius rei similis?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, Oratorium, vel quid simile ad perpetuum vsum Ecclesiasticum, vel in pio loco fundatum, seu erectum auctoritate Episcopi, non possunt alienari nisi iuris solemnitatibus seruatis. Secus si Oratorium sit in domo priuata.*

2 *Capella cum sepulturis concedi possunt ad vsum; non tamen potest vendi; ita vt qui emit fiat Dominus rei, & possit cuicumque alteri vsum eius concedere, quia tunc esset vera alienatio.*

3 *Commenda v. g. S. Ioannis non potest alienari sine iuris solemnitatibus.*

4 *Locus in quo erat Ecclesia, nunc profana, & diruta, alienari non potest sine iuris solemnitatibus.*

5 *In loco, vbi iam erat Ecclesia modo diruta, non potest fieri stabulum; & gaudet immunitate.*

6 *Monasterum, vel Conuentus & hortus ei annexus non potest alienari sine iuris solemnitatibus.*

7 *Census fundari non potest in Conuentu, & horto annexo, & in omnibus aliis supradictis rebus; cum etiã census comprehendatur in prohibitione.*

8 *Theatini, stante eorum instituto de non possidendo bona immobilia non comprehenduntur sub prohibitione de non alienando bona immobilia.*

9 *Theatini licet non possint ex præscripto regulæ possidere bona immobilia, non possunt tamen alienare Monasterium, vel Conuentum, seu hortum, annexum, cum hæc retinere non repugnet instituto.*

10 *Legis ratione cessante, cessat etiam eius dispositio.*

11 *Vbi est diuersa ratio, ibi est etiam diuersa iuris dispositio.*

RESPONDETVR, affirmatiuè, si materialis Ecclesia, Oratorium, vel quid aliud simile ad perpetuum vsum Ecclesiasticum, vel in pio loco fundatum, seu erectum sit auctoritate Episcopi; quia tunc hæc, sicut & ipsorum res, inter bona Ecclesiastica computantur. Secus, si Oratorium, vel quid aliud simile fundatum, seu erectum sit in domo priuata (vbi non potest Missa celebrari sine licentia Episcopi, vt ex Tridentino sess. 22. ostendit Quaranta, *num.* 29.) quia tunc vt potè accessorium domui, sequitur naturam principalis, & consequenter sine solemnitatibus iuris poterit consequenter, & indirectè simul cum domo alienari (sicuti simul cum fundo, iuxta ea, quæ dicebantur *dub.* 14. potest alienari ius patronatus) quamuis ob id, vtpotè spirituale, non possit pretium augeri, quia esset simonia. 1

Cæterùm, an in dubio Oratorium, vel capella, &c. fundata sit auctoriate Episcopi? vide suprà *cap.* 2. *dubit.* 2. *sect.* 7. *in fine.*

Ex dictis sequitur, quod licet possit sine solemnitatibus iuris concedi capella cum sepulturis ad vsum; quia tunc non est alienatio, sed concessio ad vsum, ad quem res fuit fabricata, vt bene dixit Quaranta, *num.* 29. & Riccius *dec.* 42. tamen non possit vendi, ita vt qui emit, fiat Dominus rei, & possit cuicumque alteri vsum eius concedere; quia tunc esset vera rei Ecclesiasticæ alienatio. Sic Menoch. & alij, quos refert Riccius *dec.* 42. Quaranta *num.* 24. Bonacina *num.* 12. Lezana *part.* 2. *c.* 14. *num.* 56. & nos dicebamus *suprà cit. dub.* 14. 2

Sequitur secundò, quod neque possit sine solemnitatibus iuris alienari commenda, vt S. Ioannis, &c. quia Commendæ etiam huiusmodi inter bona Ecclesiastica computantur. Ita Couar. 2. *var. cap.* 16. *num.* 3. & alij, quos citat Riccius *decis.* 76. & 79. 3

Sequitur tertiò, quod neque possit sine solemnitatibus iuris alienari locus in quo erat Ecclesia nunc tamen profanata, & diruta; quia adhuc, licet profanata, & diruta, censetur locus Ecclesiæ, & habetur in honore, cùm ibi prohibeatur fieri stabulum, gloss. *in cap. ligna, de consecrat. dist.* 1. Riccius *dec.* 78. & Genuensis *loc. suprà. cit.* Quinimmò gaudet immunitate Ecclesiastica, si diruta fuit cum spe reædificationis, sicuti dicebam *c.* 16. *dubit.* 9. *sect.* 5. 4 5

Sequitur quartò, quod neque possit sine solemnitatibus iuris alienari Monasterium, vel Conuentus, & hortus annexus: quin sequitur, quod neque possit sine solemnitatibus iuris in Conuentu, & horto connexo, & in omnibus aliis supra dictis rebus fundari census; quia in prohibitione alienationis interdictæ de rebus Ecclesiasticis comprehenditur 6 7

etiam

etiam fundatio census, vti dicebam *suprà dub.* 8.
8 Quod & militat apud nos Clericos Regulares Theatinos; quia licet, stante nostro Instituto de non possidendo bona immobilia, non comprehendantur sub prædicta prohibitione de non alienando bona immobilia, sicuti declarauit Congregatio Concilij anno 1625. hoc tamen non se
9 extendit ad ipsum Monasterium, vel conuentum, neque ad hortum annexum, qui sit pars Conuentus, vel ad hortum recreationis causa detentum; quia in tantum non comprehenditur sub dicta prohibitione; in quantum bona immobilia retinere prohibemur nostro instituto, & ideo possumus sine facultate alienandi à Sede Apostolica obtenta alienare illa pro seruando dicto Instituto: consequenter extenditur solum ad illa immobilia, quæ nos retinere repugnat nostro Instituto; quia in his solum militat ratio legis; qua cessante in aliis bo-
10 nis immobilibus cessat in iis dispositio legis, *l. in omni; ff. de adoption. l. quod dictum, ff. de pactis, & l. adigere, §. quamuis, ff. de iurepatron.* At non repugnat nostro Instituto, habere Conuentus proprios, & hortum annexum, vel hortum recreationis causa detentum, quin id est conforme dicto nostro instituto; quapropter est diuersa ratio de his, & de aliis bonis immobilibus; & consequenter induci debet in his diuersa iuris dispositio, ac in illis, *l. inter stipulantem, § sacram*
11 *de verbor. obligat. l. fin. ff. de ritu nuptiar. & l. si ita, ff. de manumiss. test.* Vide etiam, quæ dicentur *infra dub. 22. num. 10. & seqq.*

DVBITATIO XVIII.

An, cum facultate alienandi res Ecclesiasticas à sede Apostolica obtenta, possit à Regularibus in Monasterio, vel Conuentu, vel horto inseruiente Monasterio, ex pecunia ipsis relicta pro Missa perpetua dicenda, fundari census?

SVMMARIVM.

1 *Pecunia, & bona mobilia, qua ab Ecclesiis acquiruntur cum onere perpetuarum Missarum conuerti debent in bona immobilia frugifera cum expressa oneris mentione.*

2 *Pecunia ita relicta non potest impendi in emendo conuentu vel horto conuentui annexo, contra sententiam nonnullorum affirmantium, monasterium, & conuentum annumerari inter bona immobilia.*

3 *Violat per fraudem legem, qui in cortice seruat verba legis si faciat contra mentem, & intentionem legis.*

4 *Fraudem facit, qui salua verbis legis, mentem eius circumuenit.*

5 *Mens Vrbani VIII. in Decreto de celebratione Missarum citato fuit, quod applicarẽtur pecunia in bonis immobilibus frugiferis, vt annuatim perciperentur fructus, & in eum finem, & onus annuum Missarum singulis anni congruo emolumento, compensaretur, ne secluso tali emolumento, cum tepiditate oneri Missarum satisfieret.*

6 *Census, si fundaretur super Conuentu, vel horto annexo Conuentui, emolumentum pro celebratione Missarum non correspondaret oneri.*

7 *Relicta cum perpetuo onere Missarum reinuestiri debent in re actualiter frugifera, & immobili.*

8 *Verba antecedentia declarant subsequentia.*

9 *Bona immobilia non possunt dici fructifera, nisi sint destinata ad fructificandum, & nisi soleant fructus afferre.*

10 *Vana est illa potentia, quæ non reducitur ad actum.*

11 *Paria sunt non esse, & inutiliter esse.*

12 *Paria sunt, non fructificare, & non esse fructifera.*

13 *Conuentus, vel monasteria Regularium non sunt destinata ad fructificandum mediante locatione; sed inseruiunt ipsis pro habitatione & ideo non dicuntur solita fructificare.*

14 *Bona immobilia non dicuntur solita fructificare nisi pluries fructum afferant.*

15 *Capucini, & fratres minores, licet non possint iuxta ipsorum regulas possidere bona stabilia fructifera, possunt tamen possidere Conuentus & hortos pro ipsorum vsu.*

16 *In casu, quo bona immobilia, qua Missarum onus perpetuum annexum habent authoritate Apostolica alienantur, eorum pretium sub pœna interdicti ipso facto incurrenda in alia bona stabilia fructifera, cum eiusdem oneris annexione, conuerti debent.*

RAtio dubitandi est; quia Sacra 1
Concilij Congregatio in decretis de celebratione Missarum editis iussu Vrbani VIII. sub die 11. Iunij 1625. statuit, quod pecunia, & bona mobilia, quæ ab Ecclesiis acquiruntur, cum onere perpetuarum Missarum, conuerti debeant in bona immobilia fructifera cum expressa mentione oneris, in his verbis: *Præterea ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, vel parua sint vtilitate coniuncta; statuit, atque decreuit, vt pecunia, ac bona immobilia Ecclesiis, Capitulis, collegiis, Hospitalibus, Societatibus, Congregationibus, Monasteriis, Conuentibus, ac locis omnibus, tam secularibus, quàm Regularibus, atque illorum personis in futurum simpliciter acquirenda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum ab iis, ad quos pertinet; sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesia ipso facto incurrenda, à die realis acquisitionis statim deponi debeant penes eadem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum illa, seu illorum pretium quamprimum inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis cum expressa, & individua mentione oneris, quod illis annexum acquiritur. Et si eadem bona immobilia authoritate Apostolica deinceps alienari contigerit, eorundem pretium sub eadem pœna, vt supra deponi, atque in aliis bonis stabilibus itidem fructiferis cum eiusdem oneris repetitione atque annexione conuerti debeat.* Quo decreto stante dubitatur, an conuersio dictæ pecuniæ vel pretij fieri possit in Conuentum vel hortum inseruientem Conuentui, ea substituendo

oneri

oneri Missarum, & super ipsis fundando censum.

2 Respondetur, quod (quamuis quidam affirment ex eo, quod Monasterium, vel Conuentus annumerentur inter bona immobilia fructifera, quia, cùm inseruiat habitationi, est aptus fructificare: quapropter, si Religiosi non haberent Conuentum, cogerentur conducere domus ad habitandum cum annuo dispendio; consequenter, quod singulis annis soluerent pro domibus ad habitandum conductis, computari potest pro emolumento oneris assumpti celebrandi Missas) tamen negandum sit; quia violat per fraudem legem, qui in cortice seruat quoad verba legem, sed facit contra mentem, & intentionem legis, *l. non dubium, Cod. de legib. & l. contra, ff. eod. tit.* ibi: *Fraudem facit, qui saluis verbis*
3 4 *legis, mentem eius circumuenit*; Et ita esset in casu nostro; quia mens dicti Decreti fuit, quod applicarentur pecuniæ in bonis immobilibus fructiferis, vt annuatim perciperentur fructus, & in eum
5 finem, vt onus annuum Missarum singulis annis congruo emolumento compensaretur, ne secluso tali emolumento, cum tepiditate oneri Missarum satisfieret, vti constat ex illis verbis: *Ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, vel parua sint vtilitate coniuncta, statuit, atque decreuit, &c.* Ex quibus verbis clarè constat, quod intendit decretum, vt
6 effectiuum emolumentum correspondeat quotannis oneri Missarum soluendo: at nullum corresponderet, si certius fundaretur super Conuentu, vel horto inseruiente Conuentui; ergo, &c.

7 Accedit, quod neque in cortice quoad verba seruaretur sic lex in casu nostro; quia dictum decretum præcipit, quod pecuniæ inuestiantur super bonis immobilibus fructiferis, ex quibus quotannis percipiantur fructus debiti, & sic quod inuestiantur super bonis fructiferis actualiter; si-
8 quidem cùm verba antecedentia declarent subsequentia, *l. verum, ff. de petit. haredit. l. qui filiabus init. & l. si seruum, §. fin. de legat. 1.* & notant Castrens. *cons. 343. num. 2. lib. 2.* Surd. *decis. 288. num. 30. & 31.* Cephal. *cons. 159. num. 10. & consil. 551. num 38.* & Patil. *consil. 23. num. 118. lib. 1.* ex verbis antecedentibus colligitur, quod intelligat Decretum de bonis immobilibus, ex quibus actualiter percipiantur fructus debiti: nam antecedenter in decreto dicitur: *Præterea ne in Ecclesiis, in quibus onera Missarum in perpetuum imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, implendis eò tepidiores, ac segniores reddantur, quod onera huiusmodi cum nulla, vel parua sint vtilitate coniuncta, statuit, atque decreuit, vt pecuniæ, &c. ad effectum illorum pretium quamprimùm inuestiendi in bonis immobilibus fructiferis*, &c. intelligit ergo decretum de bonis immobilibus fructiferis, quæ continuò faciant actu correspondere congruum emolumentum oneri Missarum soluendo.

9 Accedit etiam, quod bona immobilia non possunt dici fructifera, nisi sint destinata ad fru-
10 ctificandum, & nisi soleant fructus afferre; quia cùm vana sit potentia, quæ non reducitur ad actum, *l. ha enim, §. si prætor, ff. de suspect. tutor. l. multum interest, Cod. si quis alteri, vel sibi, & can. pastoralis, §. quoniam de rescriptis*, sequitur, quod dum bona non reducuntur ad fructificandum, habeantur pro non fructiferis; siquidem esse sine effectu, & non esse, paria sunt, vti no- 11
tauit Surdus *decis. 51. num. 21. & 22. consil. 3. num. 8. & consil. 179. num. 49.* & Maceranens. *var. resol. lib. 1. resol. 61. num. 24.* Quapropter 12
paria sunt etiam, non fructificare quoad effectum, & non esse fructifera. Cùm ergo Conuen- 13
tus, vel Monasteria Regularium non sint destinata ad fructificandum mediante locatione, sed inseruiant ipsis pro habitatione, non possunt dici solita fructificare, præsertim quia non possunt bona immobilia dici solita fructificare, nisi plu-
ries fructum afferant, *argum. ex §. Panonum, in-* 14
stit. de rer. diuis. & l. lege, §. igitur, ff. de verbor. significat. & l. solet, ff. de feriis. Vnde licet 15
Cappucini & Fratres Minores non possint iuxta ipsorum Regulas possidere bona stabilia fructifera, seu prouentus annuos, possunt tamen possidere Conuentus, & hortos pro ipsorum vsu, sicuti de vtroque declarauit Pontifex *in Clement. Exiui, §. licet verò, de verbor. significat.*

Cæterum aduerte hic, quod casu, quo bona immobilia, quæ Missarum onus perpetuum annexum habent, authoritate Apostolica alienen- 16
tur, eorum pretium, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrenda, in alia bona immobilia fructifera cum eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debet; sacra Congregatio *in decretis de celebrat. Missarum*, & DD. quos citat, & sequitur Gauantus *in Man. Epise. ver. alienatio, num. 36.* & Lezana *ver. Missa.*

DVBITATIO XIX.

An seruandæ sint iuris solemnitates in Ecclesiæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ concessione per precarium vel ad beneplacitum?

SVMMARIVM.

1 *In concessione per precarium, vel ad beneplacitum Ecclesiæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ, seruandæ sunt iuris solemnitates.*

2 *Per huiusmodi concessionem iure transfertur ius in rem in alterum; & sic est vera alienatio.*

3 *Limita nisi concederetur solus vsus, seu sola commoditas ad breue tempus.*

4 *Lampades, Calices, & similia mobilia pretiosa Ecclesiæ, commodari possunt sine incursione censurarum.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia per huiusmodi concessionem verè transfertur ius in rem in alterum; & sic est vera alienatio. Sic communiter Doctores, quos citat, & sequitur Riccius *decis. 68. & 74.* Excipe, nisi dictæ rei concedatur solus vsus, seu sola commoditas ad breue tempus; ita vt nullum transferatur dominium neque vtile, neque directum; quia tunc non est alienatio, neque ob id Ecclesia graue patitur damnum. Et confirmatur; quia alioquin non possent

poſſent ſine incurſione cenſuræ, & aliarum pœnarum Extrauag. *Ambitioſæ* commodati lampades
4 calices; & ſimilia mobilia pretiola Eccleſiæ, quod dicere eſt abſurdum, & contra vſum, & praxim etiam piæ vitæ virorum. Sic iidem Doctores apud Riccium *loco ſupra citato.*

DVBITATIÓ XX.

An alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine iuſta cauſa, valida ſit in foro externo, vel conſcientiæ?

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine iuſta cauſa inualida eſt, tam in foro externo, quam conſcientiæ, contra nonnullos ſentientes in dicto caſu validam eſſe alienationem; ſed Eccleſia competere reſtitutionem in integrum.*

2 *Beneficium reſtitutionis in integrum, eſt remedium extraordinarium quod non datur ei, cui competit remedium ordinarium.*

3 *Eccleſia poteſt duplici capite petere reſtitutionem rei alienatæ primo ſi ſine legitima & iuſta cauſa. Secundò ſi cum enormi læſione alienauerit etiam ſeruatis iuris ſolemnitatibus.*

4 *Præſumptio cauſæ non infert cauſam, & ſic non infert in alienatione valorem.*

5 *Contrahentes præſumuntur habuiſſe iuſtam cauſam contrahendi,*

6 *Creditores Eccleſiæ quibus eſt ſatisfactum cum retractu Bonorum immobilium, vel mobilium alienatorum obligati ſunt probare creditum ipſorum verſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem.*

1 RESPONDETVR, inualidam eſſe tam in foro externo, quàm conſcientiæ. Sic, patet ex dictis *dubit. 1. num. 3. & ſeqq.* & probatur *c. ſine exceptione 12. q. 2.* vbi declaratur nulla alienatio, quæ in vtilitatem Eccleſiæ non vergit; ex *cap. 1. de rebus Eccleſ. non alien. in. 6.* vbi etiam declaratur nulla alienatio, ſi careat legitima cauſa, & ex Extrauag. *Ambitioſa*, eodem tit. ex qua idem colligitur. Sic etiam docent Abb. *in cap. 1. de in integr. reſtit. num. 17. in cap. tua*, de his, quæ fiunt à Prælato, *num 8.* & *in cap. nulli, de rebus Eccleſ. non alien. num. 7.* Couar. *lib. 2. var. cap. 17. num. 2.* Mol. *de iuſt. tract. 2. diſp. 468.* Suar. *4. tom. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 17. num 20. & 21.* Bordon. *reſol. 27. num. 11. & ſeqq.* Lezana *part. 2. cap. 19. num. 62.* & alij paſſim contra gloſſam in *ſum. 12. q. 2.* & *in cit cap. ſine exceptione, ver. profuturum.* & quoſdam alios, qui ſentiunt, quod valida ſit alienatio in dicto caſu; ſed quod tamen Eccleſiæ competat reſtitutio in integrum. Vide etiam Dianam *tom. 1. tract. 8. reſol. 77.* & Theſaurum *in praxi part. 1. c. 35.*

Obiicies fundamentum iſtorum Eccleſiæ datur reſtitutio in integrum iuxta textum in *cit. capit. 1.* de reſtitut. in integrum. Ergo ſignum eſt, quod alienatio ſit valida. Conſequentia probatur; quia ſi alienatio non eſſet valida non indigeret Eccleſia beneficio reſtitutionis in integrum; quandoquidem tale beneficium reſti- 2
tutionis in integrum eſt remedium extraordinarium, quod non datur ei, cui competit remedium ordinarium, *l. in cauſa, ff. de minorib.* At ſi alienatio facta ſine iuſta cauſa eſſet inualida, competeret Eccleſiæ remedium ordinarium nullitatis; vnde ceſſaret remedium extraordinarium, ipſum ſcilicet beneficium reſtitutionis in integrum; Ergo dicendum eſt, quod alienatio dicta non ſit inualida.

Reſpondetur, quod Eccleſia poſſit ex duplici 3
capite ſibi petere reſtitutionẽ rei alienatæ. Primò, ſi ſine legitima, ſeu iuſta cauſa alienauit, & tunc non petit reſtitutionem; quaſi valida fuerit alienatio, ſed petit reſtitutionem rei, cuius dominium in alium transferre non potuit. Secundò; poteſt petere reſtitutionem rei alienatæ; quia eſto fuerit alienata ex iuſta cauſa, & etiam cum debita ſolemnitate, tamen fuit in pretio enormiter læſa ratione cuius enormis læſionis poteſt petere reſtitutionem in integrum, iuxta textum *in cap. ad noſtram de rebus Eccleſia non alienandis.*

Obiicies ſecundò, ſaltem alienatio eſt valida in caſu quod Eccleſia iudicauit legitimam, ſeu iuſtam alienandi cauſam adfuiſſe; quia tunc ſaltem in foro externo cauſa adfuit legitima alienandi; & præterea cenſendum non eſt Eccleſiam velle, alienationem bona fide factam, irritam & nullam eſſe. Sic probabiliter gloſſa *in cit. cap. ad noſtram ver. enorme.* Felin. *in cap. qua in Eccleſiar. de conſtitution.* Couar. *2. var. capit. 17. numer. 1.* Mol. *diſp. 468. concl. 6.* Vaſq. *in opuſc. de redditibus cap. 2. §. 2. num. 30.* & Bonacina *q. 8. punct. 4. num. 6.* qui ſubdunt, adeſſe in alienatione legitimam cauſam, ſi in ea ſeruata fuerit forma à iure præſcripta, quamuis Eccleſia admittatur ad probandam illegitimitatem, ſi ſe viderit deceptam.

Reſpondetur, nego antdcedens; quia textus ſupra adducti alienationem ſine cauſa factam irritant abſolute: & ex alio capite præſumptio 4
cauſæ non infert cauſam, & ſic non infert in alienatione valorem; tum quia rarò, vel numquam poſſet declarari nulla, & irrita alienatio; quan- 5
doquidem contrahentes præſumi debent iudicaſſe habere iuſtam cauſam contrahendi. Sic ex probabiliori docent Nauar. *Comment de alienat. rerum Eccleſ. num. 9.* & alij contra gloſſam, Felinum, Couarruuiam, Molinam, & cæteros in *locis ſupra cit.* Vbi bene tamen aduertunt, quod, ſi alienatio bonorum immobilium, vel mobilium 6
pretioſorum facta ſit pro ſatisfaciendo debito creditoribus Eccleſiæ, obligati ſint creditores, probare pecuniam mutuatam verſam eſſe in vtilitatem Eccleſiæ. alioquin alienatio nulla erit. Ratio; quia alienatio horum bonorum facta ſine iuſta cauſa non tenet; ſed quando pecunia mutuata verſa non eſt in vtilitatem Eccleſiæ, Eccleſia non tenetur illam ſoluere, Authent. *hoc ius porrectum, Cod. de ſacroſ. Eccleſ. & cap. 2. §. hoc ius porrectum 110. quæſt. 2.* Ergo non adeſt iuſta cauſa alienandi; dum non probauerint creditores obligatam ſibi eſſe Eccleſiam ad debitum ſoluendum. Vide quæ dicebantur *ſupra dubitat. 9.*

Cæterum, Corollaria, quæ ex dictis in præſenti

dubit.

dubit. colligi possent, vide in *dubit. sequenti circa finem.*

DVBITATIO XXI.

An saltem alienatio rei Ecclesiasticæ facta cum iusta causa, sed sine debita iuris solemnitate, valida sit in foro externo, vel conscientiæ?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *In sententia aliquorum Doctorum valida est alienatio rei Ecclesiæ facta cum iusta causa, sed non seruatis iuris solemnitatibus, saltem in foro conscientiæ si adfuerit cum iusta causa liber consensus contrahentium.*

2 *Tota ratio statuendi has solemnitates in alienatione rei Ecclesiasticæ, est ne Ecclesiæ præiudicium inferatur, ergo si non infertur, cessat prohibitionis ratio.*

3 *Contrahens cum Ecclesia sine debita solemnitate, non potest pro arbitratu suo stare contractui, vel ab illo recedere; sed necessario stare illi debet, donec ab Ecclesia non repellitur.*

4 *In foro conscientiæ sufficit contractum tenere secundum limites iuris naturalis, seu gentium.*

5 *In sententia aliorum probabiliter existimatur dicta alienatio claudicare; in fauorem Ecclesiæ sc. valere, si sit in eiusdem vtilitatem, secus, è contra.*

6 *In sententia ceterorum est inualida dicta alienatio, tam in foro externo, quam in foro conscientiæ, licet sit in vtilitatem Ecclesiæ.*

7 *Finis prohibitionis dictæ alienationis non est Ecclesiæ læsio, & fraus, quæ in hoc, vel illo particulari casu omissis solemnitatibus contingere potest; sed est læsio, & fraus, quæ communiter & vt plurimum ex illarum omissione ei prouenire potest.*

8 *Actus sine forma substantiali non valet.*

9 *Probata solemnitatum omissione contractus in foro externo, quamuis in vtilitatem Ecclesiæ factus fuerit, irritus declaratur.*

10 *Forum conscientiæ conuenit foro externo, cum externum falsa præsumptioni non innitatur.*

11 *Ecclesia datur optio an velit stare contractui celebrato nec ne? debet tamen supplere defectus, qui intercesserunt.*

12 *Ecclesia nolens stare contractui, potest non solum ipsa; sed capitulum, & Prælatus illius rem à se male alienatam, repetere.*

13 *Turpe est factum proprium impugnare, secus est quando fit ob causam necessariam, prout est anima salus, & Ecclesiæ, seu reipublicæ vtilitas.*

14 *Quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius detrimentum retorqueri, si non desit solemnitas, seu forma substantialis.*

RESPONDETVR, & dico primò, quod aliqui Doctores satis probabiliter sentiunt, talem alienationem, saltem in foro conscientiæ, validam esse, si scilicet adfuerit alienandi iusta causa, & simul consensus liber contrahentium; & sic, quod taliter contrahens cum Ecclesia non teneatur in conscientia ad restitutionem, aut rescindere contractum. Ita Syluester ex Butrio, & Panormitano, *ver. alienatio, num.* 13. Angel. *eod. verb. num.* 14. Nauarr. *Comment. de alienat. rerum Eccles. n* 17. Azor. 2. *part. Instit. lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 9. *in fin.* Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regul. quæst.* 27. *art.* 9. Capicius *decis.* 16. *num.* 4. Beretta *consil.* 92. Gabriel *de rer. alien. concluſ.* 1. *libr.* 3. Reginald. *in praxi tom.* 2. *lib.* 30. *tract.* 3. *cap.* 6. *sect.* 2. *num.* 69. & 70. Filliucius *tract.* 14. *cap.* 7. *quæst.* 6. Naldus *ver. actus, num.* 15. & *ver. Contractus num.* 10. & Quaranta *ver. alienatio, num.* 34. & 50. (quibus fauet etiam Rota Romana *part.* 3. *lib.* 2. *decis.* 225. *n.* 3. & 4. & *lib.* 3. *decis.* 261. *num.* 6. & 7.) Mouentur; quia tota ratio statuendi has solemnitates in alienatione rei Ecclesiasticæ est, ne Ecclesiæ præiudicium inferatur: ergo si in aliquo casu non infertur, cessat prohibitionis ratio; atque adeò & cessat ipsamet prohibitio: tum quia contrahens cum Ecclesia sine debita solemnitate non potest pro arbitratu suo stare contractui, vel ab illo recedere, sed necessariò stare illi debet, donec ab Ecclesia non repellitur, vti rectè ex multis decisionibus, & Doctoribus probat Sarmient. 1. *part. de reddit. cap.* 2. *num.* 18. & Genuensis *in praxi cap.* 88. *num.* 1. Ergo signum est, quod contractus in foro conscientiæ validus sit; alioquin posset is pro arbitratu suo ab illo recedere; tum quia in foro conscientiæ sufficit contractum tenere secundùm limites iuris naturalis, seu gentium, ad quod sufficit, adesse legitimam causam alienandi, & liberum consensum contrahentium. 1 2 3 4

Dico secundò, quod alij, satis etiam probabiliter, sentiunt alienationem claudicare, in fauorem Ecclesiæ, scilicet valere, si sit in vtilitatem Ecclesiæ non valere, si non sit in vtilitatem illius. Vide Sarmient. Genuensem *in locis supra cit.* & Bonacinam, *punct.* 4. *num.* 14. & *seqq.* 5

Dico tertiò, quod alij denique sentiunt, tam in foro externo, quam in foro conscientiæ inualidam esse etiamsi sit in vtilitatem Ecclesiæ. Sic Couarru. 2. *var. cap.* 17. *numer.* 2. Molina *de iust. tract.* 2. *disput.* 468. *concl.* 6. Valquez *in opusc. de reddit. cap.* 2. §. 2. *dub.* 14. Sarmient. 1. *part. de reddit. cap.* 2. Menochius *lib.* 9. *consil.* 872. Riccius *in praxi, part.* 1. *resolut.* 7. 12. & 24. Suarez *de legib. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 6. & *tom.* 4. *de relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 20. & 21. Maceratensis *lib.* 1. *var. resol.* 5. *numer.* 6. & 7. & *resolut.* 50. *num.* 43. & Bonacina *disp.* 3. *de contractibus feudi, quæst.* 8. *punct.* 4. *num.* 10. Mouentur; quia expressè irritatur in *cap. sine exceptione,* 12. *quæst.* 2. *cap. tua*, de his, quæ fiunt à Prælatis, *cap. si quis, cap. nulli de rebus Eccles. non alien. cap.* 1. *eod. tit. in* 6. & Clement. 1. & Extrauag. *Ambitiosæ eod. tit.* Sed finis huius irritationis non est Ecclesiæ læsio, & fraus, quæ in hoc, vel illo particulari casu, omissis solemnitatibus, contingere posset, sed est læsio & fraus, quæ communiter, & vt plurimum ex illarum omissione ei prouenire potest, qui finis semper perseuerat quamtumuis vnus, vel alius, & alius contractus in vtilitatem Ecclesiæ 6 7

Ecclesiæ factus sit. Ergo contractus, in quo sunt
8 omissæ solemnitates a iure ad dictum finem requisitæ, semper est irritus. Confirmatur; quia
9 actus sine forma substantiali non valet. Confirmatur secundò; quia probata tali solemnitatum omissione, contractus in foro externo, quamuis in vtilitatem Ecclesiæ factus fuerit, irritus declaratur. Ergo signum est, quod etiam in foro
10 conscientiæ irritus sit. Consequentia probatur; quia forum conscientiæ externo conuenit, cùm externum falsæ præsumptioni non innitatur.

Dico quartò, quod hæc tertia vltima sententia est etiam satis probabilis; ex cuius fundamento patet ad primum, & tertium primæ sententiæ argumentum, & ad secundum eiusdem primæ; & etiam ad secundæ sententiæ fundamentum: Respondetur enim, in foro externo non permitti contrahentem cum Ecclesia, vel Mino-
11 re absque solemnitate requisita, resilire à contractu, in pœnam fraudis, quam præsumitur ille contrahendo intentasse; & ideò ad hanc fraudem vitandam, & Ecclesiæ vtilitati consulendum, concedi Ecclesiæ, vt si ipsa velit stare contractui absque solemnitate facto, alius non possit resilire; si verò velit illum repellere, censeatur repulsus: debet tamen Ecclesia, si velit approbare contractum, approbationem solemniter facere, & solemnitates prætermissas supplere; quia, cùm contractus à principio fuerit irritus, de nouo contrahit. Vide Sarmient. & Vasquez *in locis suprà cit.* & quæ dicebantur *dubit.1. num. 3. & sequent.* Vide etiam Abbatem *in cap. si quis, de rebus Eccles. non alien.* & Nauarrum *lib.1. consil. 20. de rescriptis, edit. 1.* vbi subdunt, quod si è contra Ecclesia nolit stare contrac-
12 tui, possit non solum Ecclesia, seu Capitulum, sed etiam ipsemet Ecclesiæ Prælatus rem à se malè
13 alienatam repetere; quia, licet ordinariè non liceat facto proprio contrauenire, & propriam turpitudinem allegare, excipitur tamen, nisi id efficiatur ob cautam necessariam, ad animæ salutem, vel nomine Ecclesiæ, aut Reipublicæ.

14 Obiicies, quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius detrimentum retorqueri. Ergo cùm iuris solemnitates introductæ sint in fauorem Ecclesiæ, ne scilicet illa lædatur, consequens est, quod si contractus sine iuris solemnitatibus in vtilitatem Ecclesiæ sit celebratus, validus sit.

Respondetur, distinguo antecedens: quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius detrimentum retorqueri; si non desit solemnitas, seu forma substantialis, concedo: si desit, vt est in casu nostro, nego. Præterquam, quod ex alio capite restat prouisum Ecclesiæ, nè lædatur, vt patet ex dictis, & dicendis.

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Alienans res Ecclesiæ mobiles, vel immobiles pretiosas sine iuris solemnitatibus peccat mortaliter, & censuras incurrit, probabiliter tamen creditur id non procedere quando alienatio est in euidentem Ecclesiæ vtilitatem.*

2 *Is, cui alienatio facta fuit non seruatis iuris solemnitatibus tenetur ad restitutionem rei vna cum fructibus perceptis deductis tamen expensis in foro externo.*

3 *Ecclesia non tenetur pretium restituere, si contractus initus sit mala fide; quia tunc ob pœnam delicti commissi emptor pretio priuatur in Ecclesiæ vtilitatem.*

4 *Item si Ecclesia ex tali contractu non sit facta locupletior, licet bona fide ex parte Emptoris contractus factus fuerit; sed in tali casu, qui contraxit nomine Ecclesiæ, tenetur pretium restituere.*

5 *Ecclesia tenetur pretium restituere si pretium retineat, vel locupletior ex contractu facta sit.*

6 *Beneficiarius, si sine iuris solemnitatibus incidat arbores, non tamen caduas, tenetur Ecclesiæ ad damni compensationem*

7 *Arbores non caduæ non censentur Beneficij fructus; sed Ecclesiæ bona.*

8 *Res Ecclesiæ si alienata fuerit in casu licito, & cum debita solemnitate, alienatio valida erit, sed respectu læsionis enormis gaudet beneficio restitutionis in integrum.*

EX dictis sequitur primò, quod, qui alienat 1
rem Ecclesiæ immobilem, vel mobilem pretiosam sine iuris solemnitatibus, etiam in vtilitatem Ecclesiæ, peccet mortaliter, & afficiatur censuris, cæteris que pœnis Extrauagantis *Ambitiosæ* Pauli II. quia inualidè contrahit, & facit contra prohibitionem Ecclesiæ in re graui: quamuis probabile sit, quod si alienet in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, & sic euidenter gerat vtiliter negotium Ecclesiæ, dicta Extrauagans recepta non sit, neque quoad pœnas, neque etiam quoad peccatum. Sic Doctores, quos citat, & sequitur Quaranta, *n.50.* Filliucius *tom.1. tract.14. cap.7. q 6. num.119. & tract.16. cap.9. n.226.* Layman *lib.1. tract.4. c.16. n.9.* Reginald. *in praxi tom.2. lib.30. tract.3. c.6. sect.2. n.69. & 70.* & Diana *part.1. tract.8. resol.77.* contra Bonacinam *punct. 4. n.14.* Genuensem *in praxi c.50.* & alios, qui contrarium docent ex eo, quod Clemens VIII. declarauerit quendam Rectorem Ecclesiæ incurrisse pœnas Extrauagantis, & etiamsi alienauerit saluo assensu Apostolico: sed ad hoc facilè Respondetur, id fuisse, quia non euidenter constabat, alienationem fuisse factam in euidentem vtilitatem Ecclesiæ.

Sequitur secundò, quod is, cui alienatio facta 2
fuit, rem sibi sine solemnitatibus debitis alienatam Ecclesiæ cum omnibus fructibus (quia res fructificat Domino suo) deductis tamen expensis, in foro externo restituere compellatur; quia contractus irritus fuit; & sic non est titulus eam retinendi. Et probatur ex *cit. c. si quis, c. non liceat, 12. q. 2. & l. iubemus, & Authent. qui res, C. de sacrosanct. Eccles.* & patet ex dictis *dubit.1. n.3. & seqq.* & docent Couar. *1. var. c.3.* Riccius *dec.79.* Mol. *disp.468. concl.6.* Vasq. *de reddit. c.2. §.2. dub.15.* & Bonacin. *disput.3. de contract. feudi, quæst. 8. punct. 4. num.12.* Ecclesia verò non tenetur pre- 3
tium ei restituere, primò si contractus factus sit mala fide; quia tunc in pœnam ob delictum commissum emptor pretio priuatur, in Ecclesiæ vtilitatem, *cit. l. iubemus, & citat. Authent. qui res Cod. de sacrosanctis Ecclesiis:* & tradunt Molina, & Bonacina *in locis supra cit.* Quin & tenetur in tali casu compensare damnum; quia ob malam fidem censetur fuisse iniusta causa damni. Abbas *in*

Digitized by Google

cap. si quis, Silu. *ver. alienatio num.* 14. Angelus *eod. verb & numero*; Molina *disp.*468. Lessi. *lib.*2. *cap.*24. *dub.*10. *num*66. Rodriq. *qq. Regul. q.* 27. *art.*10. & 11. & alij apud Quarantam ver. alienatio,ad finem, contra ipsum Quarantam ex parte, Sarmientum, & alios. Secundò, si ex tali contractu Ecclesia locupletior facta non sit; quamuis bona fide ex parte emptoris contractus factus fuerit; quia tunc non Ecclesia, sed is, qui nomine Ecclesiæ contraxit, tenetur emptori pretium restituere, & illum indemnem seruare; secus, si Ecclesia pretium retineat, vel locupletior ex contractu facta sit; quia tunc ipsa tenetur restituere: & sic in tali casu emptor potest rem Ecclesiæ, aut eius fructus titulo recompensationis pretij sibi restituendi retinere, donec ab Ecclesia pretium sibi restituatur. Sic Abbas *in cit. cap. si quis, ad finem*, Silu. *ver. alienatio, q.*14. Molina, Vasquez & Bonacina *supra*.

6 Sequitur tertiò, quòd, si beneficiarius sine solemnitatibus iuris incidat arbores, non tamen cæduas, teneatur Ecclesiæ ad compensationem damni; 7 quia arbores non cæduæ non sunt beneficij fructus, sed Ecclesiæ bona, quorum dominium beneficiarius non habet. Et quod dixi, verum est siue incisio arborum dici possit alienatio, siue non quia & in hoc posteriori casu est saltem beneficiarius Ecclesiæ iniusta causa damni, vti *supra* dicebam.

8 Quod si verò res Ecclesiæ alienata fuerit in casu licito; & cum præscripta, seu debita solemnitate, valida erit quidem alienatio, sed adhuc, si Ecclesia enormiter læsa reperiatur, competet ei, sicut pupillo, & Minori contrahenti, beneficium restitutionis in integrum; Qua de re dixi *lib. de Parlamentis dubit.*4. *sect.*2. & videri poterit Abb. *in cap. fraternitatem de donat. num.*5.

DVBITATIO XXII.

An Extrauagans *Ambitiosæ* Pauli II. recepta sit in omnibus locis? Vbi etiam de eius pœnis; & an locum habeat in Clericis Regularibus Theatinis?

SVMMARIVM.

1 *Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. videtur recepta in paucis locis, non solum quoad priuationem Beneficij, & Officij; sed etiam quoad censuras.*

2 *Constitutio predicta Pauli II. in sententia Nauarri, quoad pœnam priuationis beneficij nullibi est recepta.*

3 *Consuetudo locorum plurimum valet circa obligationem dictæ Constitutionis, fieri n. potest, quod alicubi recepta sit quoad vnam partem, & non quoad aliam.*

4 *Constitutio predicta in Italia videtur recepta & quoad obligationem, & quoad excommunicationem, saltem in casu, quo res alienata non fuerit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem.*

5 *Constitutio predicta non habet locum quoad priuationem beneficij, & officij ante iudicis sententiam, licet à Sac. Pœnitentiaria tales delinquentes rehabilitentur ad beneficia, & officia.*

6 *Administratores omnes, alienantes bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, vel Conuentuum contrahunt, præter sacrilegium, excommunicationem ipso facto.*

7 *Quam contrahunt etiam, rem alienatã recipientes.*

8 *Non tamen eam, tam alienãtes, quam recipientes, contrahunt, nisi procedant ex dolo, & malitia; non item, si procedant ex ignorantia culpabili, etiam crassa, supina, & affectata.*

9 *Dicta excommunicatio non est reseruata; quapropter ab illa possunt absoluere pro foro conscientia omnes Prælati suos subditos; quin & omnes Confessarij, suos pœnitentes.*

10 *Interdum tamen absolutio obtinetur per Breuia ab Vrbe, sed pro foro exteriori, vel etiam pro foro interiori, ad maiorem cautelam, vel ex ignorantia.*

11 *In Tridentino reseruatur excommunicatio, non in alienantes bona Ecclesiæ, sed in illa sibi vsurpantes, seu in proprium vsum conuertentes.*

12 *Episcopi, & Abbates contrahunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ, in quo interdicto, si per sex menses perstiterint, suspenduntur à regimine, tam in temporalibus, quam in spiritualibus.*

13 *Ab his pœnis, & censuris, cum non sint reseruatæ, absolui possunt à quocunque.*

14 *Aly Episcopis, & Abbatibus inferiores contrahunt ipso facto præter excommunicationem, etiam pœnam priuationis beneficiorum, & officiorum, & inhabilitatis ad eadem recipienda.*

15 *Regulares, etiam è Societate Iesu, alienantes indebitè & non seruatis seruandis res Monasterij incurrunt pœnas statutas in dicta constitutione, & priuantur voce activa, & passiua, reddunturque perpetuo inhabiles ad illas obtinendas sublata Generali, & Protectori facultate moderandi, & relaxandi dictas pœnas.*

16 *Hæ pœnæ non incurruntur in foro conscientiæ ante quamcunque sententiam, etiam delicti cõmissi.*

17 *In opinione contraria affirmantium, quod in foro conscientiæ incurrantur ante quamcunque sententiam, etiam delicti commissi, sunt illæ, vt potè non reseruatæ, dispensabiles a superioribus alienantium.*

18 *Non sic pœnæ designatæ in decreto Vrbani VIII. quin neque pœnæ, quæ ex Extrauag.* Ambitiosæ *in dicto decreto repetuntur.*

19 *Priuilegia in contrarium Religionum reuocantur in dicto decreto Vrbani.*

20 *Ad incurrendas pœnas dicti decreti Vrbani non requiritur dolus, sicut requiritur ad incurrendas pœnas Extrauag.* Ambitiosæ, *sed sufficit ignorantia vincibilis, seu culpabilis, quamuis grauiter.*

21 *Decretũ Vrbani solum obligat intra fines Europæ.*

22 *Affertur iudicium de pœnis Constitutionum aliorum Pontificum quoad eandem hanc præsentem materiam.*

23 *Regulares habentes administrationem bonorum Religionis, si iura, redditus, vel possessiones ad vitam recipientis, vel ad aliud certum tempus (nisi ob necessitatem Monasterij cum consensu Capituli, vel Prælati) alienent, contrahunt suspensionem ab officio, & alienatio est nulla, ex Clement. I.* de rebus Eccles. non alien.

24 *Suspensio hæc non est reseruata.*

25 *Est tamen ab officio ordinis, iurisdictionis, & administrationis.*

26 *Certum*

26 *Certum tempus hîc non continet modicum, id eſt, triennium.*

27 *Dicta ſuſpenſio non eſt ſublata per Extrauag.* Ambitioſæ.

28 *Excipiuntur à dicta conſtitutione* Ambitioſæ, *& Decreto Vrbani VIII. Patres Theatini quoad bona immobilia, qui inconſulto ſummo Pontifice, de conſenſu tamen P. Generalis, & duarum partium vocalium Domus poſſunt alienare.*

29 *Theatini inconſulto ſum. Pontifice, poſſunt alienare immobilia, donec dictum inſtitutum non retinendi immobilia, ſeruauerint. Secus ſi è cõtra.*

30 *Theatini non poſſunt inconſulto ſummo Pontifice, alienare mobilia.*

31 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*

32 *Limita regulam non procedere, quando eſt eadem ratio in excluſo, quæ in incluſo.*

33 *Stante identitate rationis non incluſum non cenſetur quid diuerſum; ſed idem cum incluſo.*

34 *Bona immobilia, & mobilia quoad PP. Theatinos ſunt in diuerſa ratione, ſi quidem immobilia repugnant inſtituto, non ſic mobilia.*

35 *Finis declarationis S. Congregationis fuit, vt ſeruaretur inſtitutum Theatinorum non retinendi immobilia.*

36 *Declaratio dicta S. Congregationis non ſe extendit ad mobilia pretioſa.*

37 *Lex non ſe extendit vltra finem, & mentem legiſlatoris; præſertim quando verba non ſe extendunt vlterius.*

38 *Lex ſecundum rationem attendenda eſt, & per rationem amplianda, & reſtringenda.*

39 *Declaratio S. Cong. neque ſe extendit ad mobilia pretioſa, licet Theatini profiteantur cultum Eccleſiæ pretioſum.*

40 *Vbi eſt diuerſa ratio ibi eſt diuerſa iuris diſpoſitio.*

41 *Quando in vno caſu ſit ſpecialis diſpoſitio in aliis caſibus in contrariũ attendendum eſt ius cõmune.*

42 *In nona diſpoſitione caſus omiſſus intelligitur relictus iuri antiquo.*

43 *Praxis, & conſuetudo eſt optima legis interpres.*

44 *Obſeruantia ſubſecuta, quod non alienentur ſine licentia ſedis Apoſtolicæ mobilia pretioſa, conſtituit ius.*

45 *Theatini forſan, inconſulto ſummo Pontifice, neque poſſunt alienare immobilia illa, quæ ex alio inſtituto retinere poſſunt, v.g. hortos Domui cõtiguos, Villas recreationis cauſa, & ſimilia.*

46 *Mobilia quantumuis pretioſa cenſentur appellatione rerum mobilium*

47 *Mobilia ſunt omnia illa, quæ de loco ad locum moueri poſſunt.*

48 *Quæ ſunt de vna ſpecie, non poſſunt computari inter ea quæ ſunt de ſpecie oppoſita, cum habeant repugnantiam.*

49 *Excipiuntur etiam alij quoad aſſenſum Apoſtolicum in alienatione quorundam bonorum Eccleſiaſticorum, quia bona aliqua Eccleſiaſtica vendi conſueuerunt.*

50 *Cenſura contrahuntur ante ſententiam criminis, non alia pœna.*

SVPPONO, in Extrauag. *Ambitioſa* contra tranſgreſſores, præter cõtractuum reſciſſionem, imponi pœnas ſequentes, in his verbis: *Tam qui alienet, quam qui alienatas res, & bona predicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat; alienanti verò bona Eccleſiarum, Monaſteriorum; locorumque piorum quorumlibet, inconſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſu Eccleſiæ ſit penitus interdictus, & ſi per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto huiuſm. animo, quod abſit, perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem à regimine, vel adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterij (cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus) ſit eo ipſo ſuſpenſus, inferiores verò Prælati Commendatarij, & alij Eccleſiarum Rectores, beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinẽtes, Prioratibus, & præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus, officiis, Canonicatibus, Prebendis, aliiſque Eccleſiis cum cura, & ſine, ſecularibus, & regularibus beneficiis, (quorum res, & bona alienarunt) dumtaxat ipſo facto priuati exiſtant, illaq; abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintque per locorum Ordinarios, vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exẽptis, quæ propterea priuatæ fuerint) liberè de iure conferri; niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ ſedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſeruata, & nihilominus alienata res, & bona huiuſm. ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia (ad quæ ante alienationem huiuſm. pertinebant) liberè reuertantur.* Hoc ſuppoſito.

Reſponderur, quod dicta Extrauagans Pauli II. videatur recepta in paucis locis, non ſolum quoad priuationem beneficij, & officij, ſed etiam quoad cenſuras. Sic Rochus, Curtius *cap. vlt. de conſuetudin.* Angelus *ver. excommunicatio, 7. caſ.* 48. Siluеſter *ver. alienatio, q.* 15. Caietanus *verbo, excommunicatio, cap.* 75. Tolet. *lib.* 5. *cap.* 91. Sarmient. 1. *part. de reddit. ib. cap.* 2. *n.* 20. Vaſquez *cit. cap.* 2. §... *dub.* 7. *n.* 31. Suar. *tom.* 5. *de cenſur. diſp* 23. *ſect.* 6. *n.* 3 Armilla, *ver. excommunicatio, n.* 62. Sayrus *de cenſur. lib.* 3. *c.* 33. *n.* 22. Azor. *lib.* 6. *c.* 16. *q.* 1. Scottia *epit.* 42. Theor. 115. Nauarr. *comment. de alien. rer. Eccleſ. n.* 13. & 14. & in Manuali *c.* 27. *n.* 149. (vbi ait, quod quoad pœnam priuationis beneficij dicta conſtitutio nullibi ſit recepta) Quaranta, *ver. alienatio, n.* 4. Sanchez *lib.* 2. *moral. cap.* 22. *n.* 2. Riccius *deciſ.* 139. Leſſius *de inſt. & iur. lib.* 2. *c.* 24. *dub.* 11. *n.* 69. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *n.* 6. & Bonacina *diſp.* 3. *de contract. ib. feudi q.* 8. *punct.* 4. *n.* 14. 1

Quapropter in hac re inſpicienda eſt loci conſuetudo: fieri enim poteſt, quod dicta Extrauagans alicubi recepta ſit quoad vnam partem, & non quoad aliam v.g. quoad obligationem, vel nullitatem contractus, & non quoad pœnas; quamuis in Italia videatur recepta & quoad obligationem, & quoad excommunicationem (ſaltem in caſu, quod res alienata fuerit non in euidentem vtilitatem Eccleſiæ; in quo ſenſu procedit declaratio Clementis VIII. quod quidam Rector Eccleſiæ, qui alienauerat bona illius, contraxerit pœnas dictæ Extrauagantis; ſecus, ſi alienata fuerit in euidentem vtilitatem illius, vti dicebam *ſupra dub.* 1. & adnotarunt Reginaldus *in praxi tom.* 2. *lib.* 30. *tr.* 3. *c.* 6. *ſect.* 2. *n.* 69. & 70. Filliucius *tom.* 1. *tr.* 14. *cap.* 7. *q.* 6. *n.* 119. & *tract.* 16. *c.* 9. *n.* 226. & Diana *part.* 1. *tract.* 8. *reſol.* 77.) non tamen quoad priuationem beneficij, & officij ante iudicis ſententiam quamuis quoad hoc vltimum, in contrarium ſit vſus, & praxis S. Pœnitentiariæ in qua delinquentes abſoluuntur, & ad beneficia, & officia rehabilitantur; idquè vel ad pacandas conſcientias vel quia ſupponit, dictam Extrauag. eſſe quoad omnia ſimpliciter receptam. 2 3 4 5

6 Vbi tamen quoad omnia simpliciter recepta est, administratores omnes alienãtes bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, Conuentuum, seu Monasteriorum (præterquam quod committunt sacrilegium,quia irreuerenter se habent erga res Deo sacras,Caiet.*ver.excomm.c.*75.& Quaranta *ver.alienatio n.*49.) contrahunt etiam excommunicationem ipso facto inflictam à Paulo II. verbis *supra* relatis; quam & contrahunt rem alienatam recipientes,vt patet ex contextu.

7 Quamuis, quia Pontifex in antecedentibus vsus est verbo præsumpserint, non contrahant illam,nisi qui id fecerint ex dolo, seu malitia,& audacia,non tamẽ qui fecerint ex ignorantia culpabili, etiam crassa, & supina;quia verbum *præsumere* significat audaciam,seu temeritatem,quę excludat omnem ignorantiam, sicuti dicebam *cap.* 16. *dubit.* 36. *in fine*, & dicam *cap.*19.*dubit.*59.

8

9 Quæ eadem excommunicatio nulli est reseruata, vt patet ex contextu, & adnotarunt Angel. *ver.excommun.*7. *n.*48. Suar. *tom.*5. *disp.*22.*sect.*6. *n.*6.Scortia *theor.*118.& Gauantus *in Man. Episc. ver.alienatio,n.*28.Vnde Prælati omnes possunt in foro conscientiæ ab illa absoluere suos subditos; quinimmò & omnes Confessarij suos Pœnitentes

Non obstat, quod (vt Quaranta ait *cit. n.* 49. aliquando per literas Pœnitentiariæ, vel signaturæ obtineatur ista absolutio.

10 Respondetur enim id esse,vel pro foro exteriori ad obuiandum molestiis, quæ in illo exoriri possent; vel etiam pro foro interiori ad maiorem cautelam; Vt omittam, id aliquos facere ex ignorantia authoritatis, quam habent ipsorum superiores.

Neque obstat secundò quod, licet (vt ait Thesaurus *in praxi part.* 2. *ver. alienatio §.vsta circa*) dicta excommunicatio non sit reseruata in Extrauaganti *Ambitiosæ*, sit tamen reseruata in Trident. *sess.*22. *cap.*11.

11 Respondetur enim, cum Concilium loquatur solum de vsurpantibus, seu in proprios vsus conuertentibus bona Ecclesiarum, id extendendum non esse ad simpliciter alienantes.Vide Filliucium *tract.*44.*cap.*6.*n.*3. *in fine.*

2 Secundò Episcopi,vel Abbates contrahunt censuram interdicti ab Ecclesiæ ingressu, in quo interdicto si per sex menses perstiterint, suspenduntur à regimine, & administratione, tam in temporalibus,quàm in spiritualibus Ecclesiæ,vel Mo-
13 nasterij, cui præsunt; à quibus censuris similiter, cum non sint reseruatæ, absolui poterunt à quocumque habente iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ad absoluendum à censuris.

14 Tertiò alij Prælati Episcopis & Abbatibus inferiores contrahunt etiam, præter excommunicationem pœnam priuationis beneficiorum, & officiorum (itaut ista vacent absque vlla declaratione, & possint liberè aliis conferri) pœnamque inhabilitatis ad illa recipienda; & si fuerint Re-
15 gulares, etiam è Societate Iesu, provt declarauit sacra Congregatio Concilij teste Barbosa *in collect. Bullar. ver. Domus*) puniuntur similiter, vt *supra ex cit.* Extrauag.& etiam, reuocatis omnibus ipsorum priuilegiis, ex decreto S. Congregationis Concilij die 7. Septemb. 1624. in his verbis: S. Congregatio iussu summi Pontificis Vrbani VIII. Religiosis cuiuscumq;ordinis,&Religionis,etiãsi alias ex peculiari priuilegio, & consuetudine facultatem alienandi haberent, perpetuò interdicit omnium rerum immobilium,& mobilium pretiosarum alienationem,omneque pactum, per quod ipsarum dominium transfertur, census perpetuos vel vitalitios,hypothecam,locationem,& conductionem vltra triennium, concessionem in feudũ, vel emphyteusim, præterquam in casibus à iure permissis,de quibus *supra* dicebatur. Pœna autem alienantium sine licentia in scriptis ipsius Congregationis gratis concedenda, est priuatio ipso facto vocis actiuæ,& passiuæ,perpetua ad illam in posterum obtinendam inhabilitas, sublata etiam Generali,& Protectori illam moderandi, vel relaxandi facultate, & permanentibus in suo robore pœnis Apostolicarum Constitutionum, præsertim Constitutionis Pauli II, quæ incipit: *Ambitiosa.* Vide,quæ dicebantur *supra dubit.*1.*num.*4. *& seq.*

An autem non obstante,quod in Extrauag. *Ambitiosa* dicatur, dictas pœnas incurri absque alia declaratione, incurrantur illæ in foro conscientiæ ante quamcumque declarationem, siuè pœnæ, siuè etiam criminis commissi; vide infrà in fine. 16

Quis verò casu, quod vera sit sententia dicentium, illas incurri in foro conscientiæ ante quamcumque declarationem, etiam delicti commissi, possit in eis dispensare. 17

Respondetur quod,licet pœnæ in dicta Extrau. designatæ,ex vi Extrauag.(cum nulli reseruentur) videantur iure communi dispensabiles à superioribus illorum, qui alienarunt (cum ipsi habeant authoritatẽ ordinariam in subditos suos quoad ea, quæ non sunt aliàs reseruata) pœnæ tamen designatæ in decreto relato S.Congreg.in capitula,& in superiores Regularium alienãtes,quin etiam & pœnæ,quæ ex dicta Extrau.Ambit.in dicto decreto referuntur(cùm ibi auferatur facultas Protectori, & Generali eas moderandi,& relaxandi) sedi Apostolicæ reseruatæ videntur. 18

Et quamuis alias ex priuilegiis aliquarum Religionum(vt videre est apud Lezanã *t.*1.*c.*18.*n.*35. 35.*&* 36. possint Prælati Regulares cum suis subditis in eis dispensare, tamen quia in prædicto decreto reuocantur omnia priuilegia Regularibus concessa,ideò,nisi post dictum decretũ die 7. Septemb.1624.editũ,à sede Apostolica aliquod aliud priuilegium obtinuerint, in posterum id facere non poterunt.. 19

Aduerte, quod ad incurrendas pœnas dicti decreti S. Congreg.non requiratur dolus, seu malitia, quia non est in eo verbũ *præsumere*, sicuti est in Extrauag. *Ambitiosa*: quapropter qui ex ignorantia vincibili,seu culpabili,grauiter tamen illud transgressi fuerint,pœnas incurrent. 20

Aduerte secundo, quod dictum decretũ solum obliget intrà fines Europæ, vt in ipso dicitur. 21

Ex his iudicari potest, quid dicendũ sit de aliis pœnis impositis ab aliis sum.Põtificibus,quatenus spectãt etiam ad Regulares bona Ecclesiastica alienantes;siquidem eas manere in suo robore,constat ex dicto decreto S.Congr.iam suprà relato.Hi verò sunt post Paulum II.Paulus IV.in Bulla,*Iniunctum nobis*;Pius IV.in Bulla,*Apostolica*;Pius V. in Bulla,*Admonet*;Greg.XIII. in Bulla,*inter cætera*; Sixtus V. in Bulla, *Sollicitudo* & in Bulla, *Quanta*; Gregor. XIV. in Bulla *Romanus Pontifex*; Innocentius IX. in Bulla, *Quæ ab hac*; Clemens VIII. in Bulla, *Ad Romani*, & in Bulla, *Romanum decet*;Paulus V.in Bulla,*Pastorale*,& Vrbanus VIII. in Bulla, *Humanæ salutis*,&in Bulla, *Decens.* 22

Aduerte

Aduerte Tertio, quod Clement. 1. *de reb. Eccleſ. non alien.* Regulares habentes adminiſtrationem bonorum Religionis, fructus, redditus, vel poſſeſſiones ad vitam recipientis, vel ad aliud certum tempus (niſi ob neceſſitatem, vel vtilitatem Monaſterij, vel Religionis cum conſenſu capituli, vel ſi capitulum non habent, cum conſenſu ſui Prælati) alienent, contrahant ſuſpenſionem ab officio, & alienatio ſit nulla, DD. quos ſequitur Theſaurus *in praxi part.* 2. *cap.* 5. qui no-
24 tat, Primò ex Immola, & Ancharano, hanc ſuſpenſionem non eſſe reſeruatam. Notat ſecundò ex Suar. *tom.* 5. *in* 3. *part. diſp.* 26. *ſect.* 1. *num.* 4.
25 *& diſp.* 31. *ſect.* 6. *num.* 8. *hanc ſuſpenſionem* eſſe ab officio ordinis, iuriſdictionis & adminiſtrationis. Notat, tertiò ex eodem Suar. *cit. diſp.* 31. certum
26 tẽpus non continere modicu, id eſt trienniũ Notat
27 quartò ex Rodrig. *tom.* 1. *qq. regul. q.* 27. *art.* 13. hanc ſuſpenſionem non eſſe ſublatam per Extrauagantem *Ambitioſæ*, quia lex poſterior generaliter loquens non derogat legi antiquiori loquenti in caſu particulari. Clemẽtina autem loquitur in caſu particulari Regularium, & Extrauagans generaliter. Accedit, quod eſto per Extrauagantem Clementina ſit derogata; nihilom nus quia in Decreto factę Congregationis relato dicitur, *pœnis nihilominus Apoſtolicarum Conſtitutionum in ſuo robore permanſuris*, cenſetur dicta Clementina renouata.

28 Excipe tamen primo à pœnis, quas *ſupra* dicebam, Clericos Regulares noſtræ Religionis quoad bona immobilia, quæ ex priuilegio eiuſdem ſacræ Congregationis ſuum decretum *ſupra* dictum declarantis, poſſunt inconſulto Summo Pontifice (conſulto tamen Patre Generali, & cum conſenſu duarum partium vocalium illius domus; cuius bona ſunt alienanda) alienare ſimpliciter, vt per venditionem, permutationem, &c. nedum alienare ſecundùm quid, vt per hypothecam, affectionem cenſus, vel conceſſionem in emphyteuſim; &c. ex eo quia Inſtituti habent non retinendi bona immobilia, ſed illa, cùm ſibi fuerint relicta, ſtatim commoda data occaſione, vendendi, vel alio modo alienandi, vt patet ex ſequenti declaratione Cardinalium in verbis: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuit Regularium Theatinorum, quamdiu Inſtitutum propoſitum retineat, quoad bona immobilia non comprehendi in prohibitione nuper edita de rebus Regularium non alienandis.*

29 Vnde ſequitur primò, quod noſtri poſſint, inconſulto Summo Pontifice, alienare immobilia, donec dictum inſtitutum non retinendi immobilia ſeruauerint, & ſecus, ſi illud mutauerint, vel miſerint in deſuetudinem, vt patet ex illis verbis: *Quamdiu inſtitutum propoſitum retineant.*

30 Sequitur ſecundo, quòd ſolum poſſint, inconſulto Pontifice, alienare immobilia, non item mobilia, vt patet tum ex verbis dictæ declarationis, ibi: *Quoad bona immobilia non comprehendi*: nam
31 incluſio vnius eſt excluſio alterius, *l. cùm prætor, ff. de iudic. l. cum marmus Cod de procurat. l. quamuis, Cod. de pignor. & cap. nonnè, de præſumptionib.* & docent Menoch. *conſil.* 106. *num.* 314. *& ſeqq. & conſil.* 1148. *num.* 13 *& ſeqq.* Surdus *deciſ.* 145.
32 *num.* 12. *& conſil.* 25. *num.* 3. & alij paſſim. Quod licet non valeat, quando eſt eadem ratio in excluſo, quæ in incluſo, ſicuti notat idem Menoch. *conſil.* 197. *num.* 81. Thomas de Thomaſeris in *Florib. leg. Reg.* 148. & alij, ex eo, quod ſtante identitate rationis non incluſum non cenſetur 33
quid diuerſum, ſed idem cum incluſo; valet tamen in caſu noſtro; quia quoad nos Clericos Regulares Theatinos eſt diuerſa ratio de bonis im- 34
mobilibus, ac de bonis mobilibus pretioſis; ſiquidẽ immobilia repugnãt cum noſtro Inſtituto, non ſic mobilia pretioſa. Conſequenter cùm in cit. S. Cõgregationis declaratione includãtur tota immobilia, erunt excluſa mobilia pretioſa: tũ patet ex fine dictæ declarationis, quæ facta fuit ex eo quod noſtri inſtitutũ habent non retinendi immobilia, & ſic ad finem, vt ſeruetur dictum Inſtitutũ non retinendi immobilia: quapropter eſt conditionata
& limitata ad tempus, nempe quamdiu noſtri re- 35
tinuerint tale Inſtitutum non retinendi immobilia: & proinde conceſſit poſſe noſtros ſine facultate Pontificis alienare immobilia tanquam con- 36
traria dicto Inſtituto: ergo conceſſio non ſe extendit ad mobilia pretioſa; quia lex non ſe extendit vltra finem, & mentem legiſlatoris, præſertim quando verba non ſe extendunt vlterius: nam 37
cùm ratio potius attendenda ſit, *l. ſiue, §. aliud, ff. de* 38
excuſat. tutor. & l. cùm pater §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. & proinde lex per rationem amplietur, & reſtringatur, *l. vnum ex familia, §. fin. ff. de legat.* 2. *& l. ſi is, qui animo, ff. de acquir. poſſeſſ.* & notat Iaſ. *in l. id quod, num.* 7. *ff. de legat.* 1. Surd. *Conſ.* 67. *num.* 20. Rota *deciſ.* 10. *num.* 2. *part.* 1. Re- 39
cent. apud Farinac. & ratio prædictæ conceſſionis non habeat locum in bonis mobilibus pretioſis (cùm non ſint contra noſtrum Inſtitutum immò iuxta illud, ſiquidem profitemur cultum Eccleſiæ pretioſum) ſit, quod neque locum habeat dicta conceſſio in mobilibus pretioſis (præſertim cùm neque etiam ſecundùm verba ad illa ſe extendat: loquitur enim tantum de immobilibus) ergo, &c.

Confirmatur, quia cùm verba dictæ declarationis non comprehendant mobilia pretioſa, ſed ſolum immobilia: non poteſt declaratio extendi ad mobilia pretioſa, niſi vel extenſione cõprehenſiua ex idẽtitate rationis, quãdo neceſſe eſt, vt fiat talis extẽſio, vel extenſione ampliatiua ex ſimilitudine, vel maioritate rationis; quando adhuc interuenire debet ratio ſimilis, vel maior, vt lex extendatur, quandoquidem, ſi adeſt diuerſa ratio, vel cõtraria, non poteſt fieri extenſio; cùm, vbi eſt diuerſa ratio, diuerſa debeat eſſe iuris diſpoſitio, *l. ſeruus, ff. de ſta-* 40
tu liber. l. ſi ita. ff. de manumiſ. teſtam. & l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verbor. ſignif. Sed in caſu noſtro adeſt contraria ratio, cùm ratio, ob quam conceſſa eſt alienatio immobilium, ſit; quia repugnant noſtro Inſtituto, quo modo non repugnant pretioſa mobilia, ſed potiùs ſunt conformia dicto Inſtituto; ergo, &c.

Confirmatur ſecundò; quia in dicta declaratione ſpecialiter conceditur alienatio immobi- 41
lium, quæ in ſpecie nominantur, ergò quoad pretioſa mobilia remanet in robore ius commune, vt ſit ſcilicet prohibitio alienandi bona mobilia pretioſa, præſertim cùm in ipſis ſit diuerſa & contraria ratio, vt patet ex dictis, & cùm ſpecialis diſpoſitio in vno caſu faciat, quod in aliis caſibus in contrarium ſit ius commune, Abb *conſ.* 79. *lib.* 1. Imola *conſ.* 139. *in fin.* Roman. *conſ.* 86. *num.* 12. Bald. *conſ.* 382. *num.* 7. *lib.* 5. Ancharan. *conſ.* 203. *in fin.* Angel. *conſ.* 183. *in fin.* & Corneus *conſ.* 81. *num.* 9. *lib.* 2.

42 Confirmatur tertiò; quia in noua dispositione casus omissus intelligitur relictus iuri antiquo, *l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. & l.commodissimè, ff. de liber. & posth.* ergo cùm in dicta S.Congregationis declaratione sit tantum dispositum de bonis immobilibus, & non mobilibus pretiosis, consequens est, quod bona hæc posterioris generis sint relicta dispositioni antiquæ præcedenti, atque adeo sub prohibitione alienationis. Atque ita docent Riccius *resol.* 53. *num.* 5. Barbosa *de potest.Episc.part.* 3. *alleg.*95.*num.*59.*in fin.* Peregrinus *in compend. privileg. ver. alienatio in princip.* sui scholij, & seruat praxis, & consuetudo, quæ est optima legis interpretes, *cap. dilectus, de consuetud. Clem. exiui, de verbor. signif. l.* 43 *minimè, & l. interpretatione, ff. de legib.* Immò 44 obseruantia subsequuta, quod non alienentur sine licentia sedis Apostolicæ mobilia pretiosa,constituit ius, *l. de quibus, ff. de legit. l.nulli, ff. quod cuiusque vniuer.& l. obseruare, §.5. ff.de offic.Proconsul.* quidquid in contrarium sentiat Nouarius *in summa Bullarum de alienatione rerum Regularium prohibita, num.*29. & sequi videatur Diana *part.*5. *tract.*13. *resol.*6. qui putant, quod nostri possint, inconsulto Pontifice, alienare etiam mobilia. Sed quod dixi, est omninò dicendum 45 ob rationes dictas. Quin propterea addo, quod fortasse etiam sequitur, quod neque possint nostri, inconsulto summo Pontifice, alienare immobilia illa, quæ ex alio instituto retinere possunt, v. g. hortos domui contiguos, villas recreationis causa, & similia.

Obiicies, tota ratio prohibitionis alienandi mobilia, quæ seruando seruari possunt, est; quia inter immobilia computantur, vt inotauit præter alios Castrus Palaus *tom.*2. *tract.* 12. *disput. vnic. punct.*15.*num.*13. ergo concessa licentia alienandi immobilia,censebitur etiam concessa licentia alienandi mobilia.

Respondetur: nego antecedens; quia mobilia, 46 quantumuis pretiosa,continentur sub appellatione rerum mobilium, gloss. *in cap.is cui, de elect. in 6. & in cap.* 1. *de cler. agrot. in 6.* Tiraquel. *tract. de retract. consanguin. §.* 1. *gloss.*7. *num.* 99. 47 & Menoch. *cons.* 407. *num.* 7. siquidem mobilia sunt omnia illa, quæ de loco ad locum moueri possunt, *l.à Dino Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & l. mouentium, ff. de verbor. signif.* & ibi communiter Doctores, Bart. Alciat. Rebuff. & alij passim: quapropter non possunt computari 48 inter immobilia; quia, quæ sunt de vna specie, non possunt computari inter ea, quæ sunt de specie oppositа, cùm habeant repugnantiam, vt sub oppositа specie contineantur.

Respondetur secundò, transeat antecedens: at distinguo consequens, si in vtrisque esset eadem ratio, concedo: si secus (vti contingit in casu nostro) nego.

49 Excipe secundò, etiam alios quoad assensum Apostolicum in alienatione quorumdam bonorum Ecclesiasticorum; quia bona aliqua Ecclesiastica vendi consueuerunt de licentia solius Episcopi, non petito assensu summi Pontificis, sicuti dicam *dubit. sequenti*, & adnotauit præter alios Bonacina *punct.*5. *num.*4. Vide: quæ dicentur *infra cit. dub. sequenti*, & quæ dicebantur *suprà dub.*4.

Cæterum, an alienans sine solemnitatibus requisitis rem Ecclesiæ, teneatur in conscientia 50 (vbi scilicet Bulla recepta est quoad omnia simpliciter) subire censuras, & alias pœnas, vt priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, & beneficiorum, & pœnam inhabilitatis ad hæc omnia, ante iudicis sententiam, etiam criminis; ex eo quod imponantur in Bulla hac cum addito, *absque vlla declaratione?* dicam *cap.*19. *dubit.* 23. *per totam.*

DVBITATIO XXIII.

An in locis, vbi Extrauagans *Ambitiosæ* Pauli II. recepta est, possint bona Ecclesiæ immobilia, vel mobilia pretiosa licitè in aliquo casu sine solemnitatibus iuris alienari?

SVMMARIVM.

1 *In locis,in quibus simpliciter recepta est extrauagans Ambitiosæ Pauli II.adhuc possunt bona Ecclesiastica alienari inconsulto summo Pontifice, etiam sine incursione censurarum aliarum ve pœnarum in quibusdam casibus.*

2 *Vt si id fiat in casu necessitatis, propter quam res non patitur moram adeundi summum Pontificem.*

3 *Lex non ligat quando de facto seruari non potest.*

4 *Impossibilium nulla est obligatio.*

5 *Lex seruanda non est quando iniquè fieret, si seruaretur.*

6 *In qualibet prohibitione censetur excepta causa occurrens, quæ suaderet oppositum.*

7 *Quæ ad fauorem sunt introducta non debent in odium retorqueri.*

8 *Patres Theatini causa necessitatis vrgente (etiam inconsulto Patre Generali) poterunt alienare immobilia.*

9 *Generalis Religionis Theatinorum non potest abdicare à se onus dandi facultatem alienandi bona immobilia, illamque committere Præpositis,& Capitulis Domorum,quia iura obligant Generalem per se ipsum.*

10 *Item licentia Patris Generalis danda est Capitulis, & Præpositis domorum singulis vocibus & causa cognita.*

11 *Transmutatio vnius rei Ecclesiasticæ in aliam, absque alicuius Dominij directi, vel vtilis translatione, sed ad vtilitatem maiorē Ecclesiæ, non venit sub constitutione* Ambitiosæ.

12 *Item dic,si pretium earum conuertatur in alium vsum Ecclesiæ, puta, vendantur lampades, argenteæ ad reparandam fabricam.*

13 *Item si licet fiat alienatio, fiat permutatione rerum in aliam Ecclesiam.*

14 *Item, si fiat alienatio inter Regulares eiusdem Monasterij,*

15 *Item ex probabili,si fiat à Regulari vnius Monasterij in Regularem alterius Monasterij, vel Prouinciæ, eiusdem tamen Religionis,etsi alij sentiant oppositum.*

16 *Item, si fiat in remunerationem beneficij in Ecclesiam collati.*

17 *Item, si ad finem,vt alienetur, res Ecclesiæ relicta, vel empta fuerit.*

18 *Item si res sit prius aliis debita, vel obligata.*

19 *Item,*

Digitized by Google

19 *Item, ſi ſit relicta Eccleſiæ cum obligatione illam permutandi.*

20 *Item, ſi detineatur ab Eccleſia iniuſtè.*

21 *Item, ſi ſit relicta per fideicommiſſum cum onere, quod poſt aliquod tempus alteri reſtituatur.*

22 *Item, ſi debeat alienari neceſſario, vt quia v.g. eſt indiuiſim in manu ſecularis, qui vult illam vendere.*

23 *Item, ſi vendatur, quia fuit empta cum pacto de retrouendendo; cum non ſit alienatio, ſed potius reſciſſio prioris contractus; etſi ſit etiam probabilis opinio in oppoſitum.*

24 *Quando emphyteuta vendidit rem cum pacto de retrouendendo debetur laudemium.*

25 *Item tandē, ſi res ſit difficilis recuperationis, ſeu incerta, vel incognita, & intercedat pactum, quod laicus emptor ſuis expenſis, & periculo eam recuperet.*

1 RESPONDETVR, quod etiam in locis, vbi dicta Extrauagans *Ambitioſæ* Pauli II. quoad omnia ſimpliciter recepta eſt, poſſint adhuc tam immobilia, quàm mobilia pretioſa, licitè, & ſic ſine metu cenſurarum, aliarumque pœnarum, ſine ſolemnitatibus iuris, non ſolum oppignorari, vel hypothecari, ſed etiam (quamuis ſubſit iuramentum de non alienando) alienari.

2 Primò, ſi immineat neceſſitas, quæ Pontificem adiri non patiatur, v.g. ſi hic, & nunc non alienentur, tranſeat occaſio alienandi, & ſic tranſeat occaſio vtilitatis Eccleſiæ, vel occaſio redemptionis captiuorum, alimoniæ pauperum; vel propria, &c. in quo caſu Regulares poſſunt id efficere, etiam incōſulto Epiſcopo; cùm illi quoad hoc ſubiecti minimè ſint. Atque ita contra Peregrinum *verb. alienatio dub. 9.* docent Abb. *in cap. cit. ſuprà de rebus Eccleſ. non alien. num. 15. & in c. fin. de Eccleſ. adif. n. 8.* & communiter Doctores quos citat, & ſequitur Quaranta *ver. alienationum Eccleſiæ, num. 42. limit. 7.* Filliuc. *tom. 3. tract. 44. cap. 5. numer. 11.* Leſſius *de iuſt. & iur. libr. 2. capit. 24. dub. 11. numer. 64.* Peregrinus *ver. alienatio, dub. 9.* & Peyrinus *in Formulario lit. A. cap. 11. numer. 3.* Et probatur; quia lex
3 non ligat, quando de facto ſeruari non poteſt, *l. 1. §. dies, ff. quando appellan. ſit, & cap. erit*
4 *autem, diſtinct. 4.* Et ratio eſt; quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, *l. impoſſibilium, ff. de*
5 *regul. iuris.* Quinimmò, ſicuti rectè probat S. Thom. *2. 2. quæſt. 120. art. 1.* lex ſeruanda non
6 eſt quando iniquè fieret, ſi ſeruaretur: tum quia in qualibet prohibitione cenſetur excepta cauſa occurrens, quæ ſuaderet oppoſitum *cap. de cætero, & cap. quamuis, de ſent. excommun. &*
7 *cap. excellentiſſimus, 11. quæſt. 3.* tum quia, quæ ob fauorem ſunt introducta, non debent in odium retorqueri, *l. nulla iuris ratio, ff. de leg. reg. quod ob gratiam, de regular. iur. in 6.*

8 Quapropter in dicto caſu poterunt noſtri licitè alienare immobilia, etiam inconſulto Patre Generali, cùm hic apud nos ex priuilegio ob dictum finem conceſſo ſuccedat quoad dandam alienandi immobilia licentiam in locum ſummi Pontificis; ſi immineat, inquam, neceſſitas, quæ Patrem Generalem adiri non patiatur; ſecus, ſi patiatur; quia tunc eius conſenſus expectandus erit; cùm ius clamet, alienationem faciendam non eſſe à Regularibus inconſulto ſummo Pontifice, prò quo ex priuilegio ſuccedit in noſtra Religione Pater Generalis, *vt ſuprà* dicebam.

Neque dicas, in noſtra Religione adeſſe dicti 9
Patris Generalis licentiam generalem, & illum hanc poteſtatem voluiſſe à ſe abdicare, & Præpoſitis, ac capitulis domorum præbere; quia praxis probat oppoſitum. Adde, neque poſſe Patrem Generalem id efficere, etiamſi velit; quia iura, & S. Congregationis decreta ex iuſta, & rationabili cauſa hanc poteſtatem à Capitulis, & ſuperioribus inferioribus tollere voluerunt, & de facto abſtulerunt. Ergo non poteſt Pater Generalis contra mentem Pontificum illis eam præbere. Accedit, quod dicta Patris Generalis licen- 10
tia generalis non ſufficiat; quia debet ille licentiam Capitulis, & domorum Præpoſitis ſingulis vicibus, cauſa cognita, præbere. Vide Marcellum Vulpium *in praxi, cap. 6. numer. 27. & 28.* & Confertium *in priuileg. mendicant. titul. 9. cap. 2.*

Secundò, ſi fiat conſumptio, ſeu tranſmutatio 11
vnius rei Eccleſiaſticæ in aliam abſque alicuius dominij directi, vel vtilis tranſlatione (verbi gratia, ſi ex calice vetuſto, & Eccleſiæ non neceſſario fiat crux neceſſaria; aut ex oliueto, ſilua, &c. ferè inutili fiat vinea fructifera, velè contra; aut ſi arbores incidantur ad reparationem Eccleſiæ materialis, præſertim, ſi aliunde pecunia ad hunc finem non adſit, & neceſſitas vrgeat) quia talis tranſmutatio non videtur prohibita illis textibus, in quibus prohibetur Eccleſiæ rerum alienatio; ſiquidem ſine tranſlatione dominij, directi, vel vtilis in alterum non eſt alienatio. Accedit, quod talis tranſmutatio non ſolum non eſt alienatio, ſed etiam eſt, cùm vtiliter negotium Eccleſiæ geratur, optima rerum Eccleſiæ adminiſtratio. Sic Abb. *in cap. cùm nullo de rebus Eccleſ. non alien.* Quaranta *loco ſuprà citat.* Nauarr. *lib. 3. conſil. conſ. 6.* Rodriguez *tom. 1. qq. regul. quæſt. 27. artic. 4.* Peregrinus *in Compend. priuileg. verb. alienatio, dub. 2. & 3.* & Riccius, *deciſ. 136.* quidquid in contrarium ſentire videantur Sopranus apud Filliucium *de alienat. tractat. 44. capit. 4. quæſtion. 14. numer. 17. & cap. 5. quæſt. 8. numer. 14.* & Bonacina *de alienat. punct. 2. numer. 8.* Secus, ſaltem ſecluſa conſuetudine in contrarium, contra Riccium *in praxi deciſ. omiſſarum deciſ. 7.* dicendum eſt, ſi res Ec- 12
cleſiæ alienetur, vt eius pretium conuertatur, etiam in vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, verbi gratia, vendantur lampades argenteæ, vota pretioſa, & ſimilia, vt eorum pretium conuertatur in fabricam neceſſariam, vel alium vſum neceſſarium Eccleſiæ. Ratio; quia in tali caſu euidenter res Eccleſiæ alienatur, cum dominium eius in alterum transferatur; & ex alio capite, vt immobilia, vel mobilia pretioſa Eccleſiæ licitè alienentur, non ſufficit, vt adſit euidens vtilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, ſed hac ſuppoſita, tanquam cauſa alienandi legitima, præterea requiritur aſſenſus ſummi Pontificis. Sic Redoanus, *quæſtion. 13.* Quaranta *numer. 24.* & videri poterunt, quæ dicebam *ſuprà dub. 9. & ſeqq.*

Tertiò, ſi licet fiat alienatio, fiat permuta- 13
tione rerum in aliam Eccleſiam. Sic, attento ſaltem rigore iuris, docent probabiliter nonnulli Doctores, vti videre eſt *ſuprà dub. 13.* maximè

Digitized by Google

loquendo de Ecclesiis eidem Prælato subiectis quales sunt Regulares sub eodem Prouinciali vel Generali existentes, iuxta ea, quæ mox *infra* dicentur.

Quartò, si fiat donatio inter Regulares eiusdem Monasterij, quia tam in Extrauag. *Ambitiosæ*, quã
14 in decreto S. Congregationis (quæ referebam *dubit. 1. n. 4.*) solum prohibetur donatio; quæ est alienatio, donatio verò inter Regulares eiusdem Monasterij non est alienatio; cum dominium rei donatæ in tali casu non transferatur in alterum, sed maneat, sicut prius, in Monasterio; Doctores, quos sequitur Naldus, *ver. alienatio, n. 4.*

Quinimmò satis probabiliter, etiamsi fiat donatio à Regulari vnius Monasterij Regulari alte-
15 rius Monasterij, vel Prouinciæ, eiusdem tamen Religionis; Riccius *decis. 38. & 74.* & Tamburin. *de iure Abbat. disp. 13. quæs. 2. num. 19.* (quod nota pro donationibus rerum pretiosarum, quas Regulares vnius Monasterij facere solent alij Monasterio cum sola licentia Prælati) quamuis contrarium sentiat Bonac. *in tract. de alienat. bonorum Eccles. q. 1. disp. 2. q. vnic. punct. 2. num. 14. & 17. & de contractib. disp. 3. q. 8. punct. 4. n. 24.* & Bordonus *resol. 27. n. 1.* loquens in casu contingenti de quodam prouinciali, qui propria auctoritate agrum vnius Conuentus valoris quinquaginta scutorum donauit alteri Conuentui; admittentes tamen *num. 2.* id eum potuisse facere, si ager ille fuisset solum valoris 20. vel 25. scutorum aureorum.

16 Quintò, si fiat donatio in remunerationem beneficiorum Ecclesiæ collatorum; Doctores, quos sequitur Barbosa *de offic. & pot. Episc. allegat. 95. n. 62. ex cap. consensu de reb. Eccl.*

Sextò, si res Ecclesiæ sit relicta, vel empta ad
17 finem, vt alienetur; Quapropter pecunia deputata ad bona immobilia emenda, qualis videtur esse pecunia pro dote Monialium tradita, quæ propterea non potest alienari, vel distrahi in alios vsus, quam vt de fructibus illius sustentari possit, potest sine solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico insumi in emendis agris, vel in emenda, aut construenda domo necessaria; quia huiusmodi pecunia solum seruari debet, donec insumatur ad vsum, ad quem fuit deputata; atque ita etiam videtur esse vsu receptum. Vide, quæ dicebantur *supra dub. 10.* & Lezanam *tom. 2. cap. 19. num. 57.*

18 Septimò, si res sit priùs aliis debita, vel obligata; quia res transit cum onere suo; quamuis alij sentiant oppositum apud Quarantam *ver. alienatio, num. 36.* & apud Bonacinam *de alienat. bonor. Eccles. num. 9.*

Octauò propter eandem rationem, si sit relicta Ecclesiæ cum obligatione illam permutandi. Item multò magis, si detineatur ab Ecclesia iniustè;
19 Quaranta *n. 43. §. 11.* Item, si sit relicta per fideicommissum cum onere, quod post aliquod tem-
20 pus alteri restituatur; quia, transacto tali tempore,
21 non est amplius Ecclesiæ; Quaranta *num. 45.* & Barbosa *de potest. Episc. allegat. 45. num. 61.*

22 Nono, si debeat alienari necessariò, vt quia v.g. est indiuisim in manu secularis, qui vult illam vendere, Doctores, quos sequitur Bordonus *resol. 27. num. 3. & seqq.*

Decimò, si vendatur, quia fuit empta cum pacto de retrouendendo; quia retrouenditio probabiliter non est propriè, & rigorosè alienatio, & con-
23 tractus à primo distinctus, sed potius est rescissio prioris contractus: quapropter pro retrouenditione non debetur laudemium; cùm hoc debeatur solum pro alienatione propriè, & rigorosè accepta. Sic Bordonus *loc. supra cit.* & Redoanus *de rebus Eccles. non alien. q. 66. num. 9.* & complures alij, quos citat Bonacina *in tract. de Emphyteusi punct. 2. quamuis* Menochius *tom. 1. consil. 13. num. 6.* & Riccius *decis. 52.* probabiliter etiam sentiant oppositum, ex eo quod retrouenditio sit propriissimè alienatio, cùm per se ipsam dominiũ in alterum transferatur, & consequenter, quod & pro retrouenditione etiam debeatur laudemium, quãdo emphyteuta vendidit rem cum pacto de retro- 24
uendendo, Vtraque opinio est probabilis, & forsan posterior probabilior.

Vndecimò, si sit difficilis recuperationis, seu 25
incerta, vel incognita, & intercedat pactum, quod Laicus emptor suis expensis, & periculo eam recuperet, Rota, & DD. quos citat, & sequitur Naldus *ver. bona. num. 9.* & Gauantus *in Man. Episcop. ver. alienatio, num. 42.*

DVBITATIO XXIV.

An in locis, vbi Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. recepta est, possint fructus beneficiorum licitè in omni casu sine solemnitatibus iuris vltra triennium, quin ad vitam, vendi, vel locari.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Beneficiorum possunt vltra triennium simpliciter locari, etiam vbi est recepta Extrauagans Ambitiosa; modo ipsi fundi vltra Triennium non locentur.*
2 *Fructus non sunt quid Ecclesiæ, sed priuatorum.*
3 *Talis locatio expirat morte, vel beneficij amissione locantis, seu vendentis.*
4 *Locatio facta de fundo non expirat morte locantis; quia tunc locatio ipsum fundum immediatè attingit.*
5 *Locatio vltra triennium ex extrauaganti Ambitiosa inualida est, & canonicis pœnis obnoxia.*
6 *Beneficiarius, vel Prælatus successor tenetur stare locationi rei Ecclesiæ, quam eius Predecessor fecit; si tamen legitimè facta fuerit; secus, si è contra.*
7 *Successor Beneficiarius potest si Predecessor ex illo contractu locationis enormiter læsus fuerit, vti beneficio restitutionis in integrum, item dic de Pupillo.*
8 *Beneficiarius successor non tenebitur stare locationi facta ab Antecessore, si locatio sit ea lege facta, vt Conductor in primo anno soluat multum, in vltimis annis soluant parum quia defraudantur successores.*
9 *Hæredes Beneficiarij qui vt supra locauit tenentur ad restitutionem anticipatè.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia in iuribus non prohibetur, quin pos- 1
sint fructus beneficiorum; & cæterorum bonorum Ecclesiæ vltra triennium vendi, vel locari, modò ipsi fundi vltrà triennium non

non locentur. Ratio; quia fructus non ſunt quid Eccleſiæ, ſed priuatorum. Accedit, quod talis fructuum venditio, vel locatio (cùm conductor nullum ius acquirat in fundum, ſed ſolùm in fundi fructus ad venditorem, vel locatorem pertinentes) expirat morte, vel beneficij amiſſione vendentis, vel locantis: quapropter exinde nullum periculum Eccleſiæ, vel beneficiario ſucceſſori imminet; ſicuti rectè dixit Abb. *in cap. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis, & in cap. veniens de tranſact. num. 1.* & Molin. *diſput. 466. §. in tertio autem euentu.* Secus eſt, ſi fundus ipſe locetur; quia tunc locatio ipſum fundum immediatè attingit, & ſic perſeuerat, etiamſi locans moriatur, vel beneficium amittat. Abbas *in cap. continebatur, de his, quæ fiunt à Prælatis, num. 7.* Couarru. *lib. 2. var. cap. 15. num. 6.* Molin. *cit. diſput. 466.* & Silu. *verb. ſimonia, quæſt. 14.* Nam ideò interdicitur, nequis ad longum tempus, ſcilicet ad decennium, vel amplius locet; quia Paulus II. in Extrauag. *Ambitioſæ* decernit, quod locatio, etiam vltra triennium, inualida, & canonicis pœnis obnoxia ſit. Quapropter Beneficiarius, vel Prælatus ſucceſſor tenetur ſtare elocationi rei Eccleſiæ, quam eius deceſſor fecit, ſi tamen legitimè facta fuerit, ſicuti tenetur tutor pupilli, qui alteri tutori ſuccedit; quamuis non teneatur ei ſtare, ſi legitimè facta non fuerit, quin poſſit, ſi deprehendat Eccleſiam enormiter læſam ex illo contractu, vti beneficio reſtitutionis in integrum. Sic Couarruuias *cit. lib. 2. var. cap. 15. ad finem.* Idemque dic in ordine ad pupillum de eo, qui alteri tutori in illius tutela ſuccedit. Similiter non tenebitur ſtare, ſi deprehendat, locationem ea lege factam, vt conductor in primo anno ſoluat multum, in vltimis annis ſoluat parum; quia qui ſic locat, defraudat ſucceſſores (ſi fortè intereà ipſum mori contingat) percipiendo partem penſionis ſucceſſoribus debitam: quapropter tenentur etiam eius hæredes ad reſtitutionem ex illa pecunia anticipata pro numero annorum, qui poſt mortem beneficiarij locantis ſuperſunt. Vide, quæ dicentur *infrà cap. ſequenti.*

DVBITATIO XXV.

An poſſit ſine ſolemnitatibus iuris alienari patrimonium, ad cuius titulum qui ordinatus eſt?

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus eſt, poteſt alienari ſine iuris ſolemnitatibus.*

2 *Patrimonium prædictum alienari non poteſt ſine licentia Epiſcopi, quouſque Clericus, qui ad illius titulum fuit ordinatus, adeptus fuerit Beneficium Eccleſiaſticum, vel quid aliud, ex quo viuere poſſit.*

3 *Patrimonium prædictum poſt mortem talis Clerici poteſt alienari ſine licentia Epiſcopi; quia non cenſetur amplius inter bona Eccleſiaſtica.*

RESPONDETVR, etiam affirmatiuè; quia Extrauagans expreſsè loquitur de bonis immobilibus, & mobilibus pretioſis Deo dicatis; & ſic de bonis Eccleſiæ, non autem de bonis priuatorum, quale eſt patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus eſt. Vide *ſuprà dubit. præcedenti.* 1

Illud tamen interim dicendum eſt, dictum patrimonium alienari non poſſe ſine licentia Epiſcopi, quouſque clericus, qui ad illius titulum fuit ordinatus, adeptus fuerit beneficium Eccleſiaſticum, vel quid aliud ex quo viuere poſſit (quamuis poſt mortem talis clerici poſſit, quia ceſſat ratio, dictum patrimonium etiam ſine licentia Epiſcopi, alienari) Ratio; quia tale patrimonium gaudet priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum, vt *in lib. de Parlamentis dubit. 25. & ſupra cap. 5. dubit. 2. ſect. 1. num. 3.* dicebam (licet quoad exemptionem Mediolani oppoſitum vſu receptum ſit; qua de re vide *ibid citat. dubit. 25. & 27.*) tum quia ſic habetur ex Tridentino Concilio *ſeſſ. 22. cap. 1.* & docent Silu. *verbo Clericus, 4. q. 13.* Vaſq. *opuſc. de redditibus cap. 2. §. 2. dub. 4. n. 47.* Nauar. *cap. 22. n. 18.* Riccius *dec. 86.* Redoanus *de rebus Eccleſ. non alienat. quæſt. 51. cap. 13.* & Belletus *1. part. §. de bonis clericorum, num. 16.* 2

DVBITATIO XXVI.

An Cardinalis ſubiiciatur pœnis ſtatutis contra præſumentes alienare bona Eccleſiaſtica?

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis ſubeſt pœnis ſtatutis contra præſumentes alienare bona Eccleſiaſtica.*

2 *Cardinalis non ſubeſt legibus pœnalibus niſi exprimatur; id tamen non procedit in iis, quæ pertinent ad publicam Eccleſiæ vtilitatem, vel qua agunt de iuſtitia ſeruanda, vel fraude vitanda.*

3 *Cardinalis ſubeſt Cancellariæ regulis, in quibus de fraude vitanda agitur.*

4 *Cardinalis adſtringitur iuramento, ne poſſit alienare bona Eccleſiaſtica, imò iurat non eſſe conſenſurum eorum alienationi.*

5 *Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius in ordine ad bona ſuarum Eccleſiarum obſtringuntur pariter iuramento de non alienando; ita vt ſi quis eorum per accidens non iuret, nihilominus in foro externo præſumitur iuraſſe, & punitur vt periurus.*

6 *Quæ fieri ſolent, & debent, facta eſſe præſumuntur.*

7 *Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius, ſi non iurauerint per accidens, non ſunt periuri in foro interno.*

8 *Cardinalis poſt Cardinalatum factus Epiſcopus tenetur vinculo iuramenti ad bona Epiſcopatus non alienanda; quamuis de non alienando iuramentum non emiſerit.*

9 *Epiſcopus, vel Abbas ratione ſtatus tenentur emittere huiuſmodi iuramentum de non alienando*

alienando bona Episcopatus, vel Abbatia.

10 *Ea, quæ de iure veniunt, semper facta præsumuntur.*

11 *Iuramentum prædictum obligat ad petendum sedis Apostolicæ consensum etiam vbi Extrauagans Ambitiosa, quoad hanc partem recepta non est, spectatis tamen verbis dictæ Constitutionis, secus tamen spectato vsu, & praxi.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; quia sic habet praxis Curiæ Romanæ; tum quia, dato Cardinalis non subiiciatur legibus pœnalibus, nisi exprimatur, vt sentiunt aliqui, id tamen
2 locum non habet in iis, quæ pertinent ad publicam Ecclesiæ vtilitatem, vel quæ agunt de iustitia seruanda, vel fraude vitanda. Quapropter
3 Cardinalem subiici Cancellariæ Regulis, in quibus de fraude vitanda tractatur, affirmant Cassiodorus *in regul. Cancellar. q.* 38. Sarmient. *decis.* 64. *in addit. ad regul. Cancellar.* Paris. *lib.* 12. *q.* 4. *num.* 8. & Caputaquensis *decis.* 211. Ergo à fortiori subiicietur legibus bonorum Ecclesiasticorum alienationem in vtilitatem Ecclesiæ publicam prohibentibus.

4 Quinimmò addo, Cardinalem ad id etiam obstringi vinculo iuramenti (iurat enim specialiter se non solum sedis Apostolicæ bona non esse alienaturum, sed etiam talium bonorum alienationi
5 non esse consensurum) sicuti obstringitur Episcopus, & Commendatarius; in ordine ad bona suarum Ecclesiarum, qui solent de hac re similiter iurare, vt patet ex Pontificali Romano: quapropter etiamsi quis ex ipsis de facto per accidens non iuret, & posteà de facto alienet, in foro externo punitur vt periurus; quia in tali foro præsumitur iurasse. Nauar. *de reb. Eccles. non alien. num.* 12.
6 Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 9. & alij passim; & meritò; quia quæ fieri solent, & debent, facta esse præsumuntur, *l. vlt. Cod. de fideiussoribus.*

7 Dixi, *in foro externo*; quia in foro interno reuera periurus non est, si de facto non iurauit; quidquid in contrarium sentire videantur Nauar. *loco supra cit.* & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. §. 4. *quæst.* 2. quatenus aiunt quod
8 Cardinalis post Cardinalatum factus Episcopus teneatur vinculo iuramenti ad bona Episcopatus non alienanda, quamuis de non alienando iu-
9 ramentum non emiserit; ex eo quod vt Episcopus, vel Abbas, &c. (inquiunt ipsi) ratione status
10 de iure debeat illud emittere; & quæ de iure veniunt, semper facta supponuntur. Sed quod dixi, videtur tenendum; quia in foro conscientiæ attenditur solum veritas, & cessat omnis præsumptio.

11 Cæterùm, an iuramentum, quod Cardinalis, Episcopus, vel Abbas emittit, obliget ad petendum sedis Apostolicæ consensum, etiam vbi Extrauagans *Ambitiosa* Pauli II. quoad hanc partem recepta non est?

Respondetur affirmativè, si spectentur verba dictæ Extrauagantis; secus, si spectetur vsus, & praxis, iuxta quam iuramentum emitti, & obligare solet; quia tunc non in plus obligat iuramentum; quàm obliget dicta extrauagans *Ambitiosa*. Sic Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* 9. & 12. Couar. 2. *var. cap.* 16. Sopranus *loco supra cit. cap.* 1. *quæst.* 12. *num.* 16. & alij communiter in materia de iuramento.

An autem in aliquo casu, non obstante dicto iuramento, possit Ecclesiæ rerum alienatio validè, & licitè fieri, vide *suprà dub.* 4. 20. & 21.

DVBITATIO XXVII.

An saltem possit summus Pontifex bona Ecclesiæ, etiam immobilia, & mobilia pretiosa sine causa alienare?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex non subest pœnis iuris positini; & alienans sine causa non subest censuris.*

2 *Par in parem non habet imperium, & legislator non tenetur suis legibus quoad vim coactiuam, seu punitiuam.*

3 *Summus Pontifex de iure naturali, & Diuino prohibetur bonorum Ecclesiæ alienationes inutiles facere.*

4 *Summus Pontifex Bonorum Ecclesiæ non Dominus sed summus Administrator non ad dissipandum sed ad dispensandum à Christo Domino constitutus est.*

5 *Summus Pontifex ex officio quin etiam ex pranio quodam, pacto saltem implicito, tenetur iuxta mentem piam fidelium relinquentium illa distribuere, vel alienare.*

6 *Summus Pontifex alienans ex iusta, & rationabili causa, res Ecclesiæ, alienatio ab ipso facta, est iusta, & valida.*

7 *Summus Pontifex si sine Rationabili causa res vnius Ecclesiæ alteri tribuat, & sic de simili, alienatio est valida, sed non iusta.*

8 *Summus Pontifex si absque iusta causa res Ecclesiæ in vsum profanum conuertit, v. g. sine rationabili causa laicis donet, non est neque iusta, neque valida.*

9 *Summus Pontifex alienans bona Ecclesiæ cum damno ipsius Ecclesiæ, peccat contra iustitiam & tenetur ad damni compensationem, & recipiens non fit dominus rei.*

10 *Summus Pontifex Deus repræsentatiuè vocatur & in Beneficialibus, & ceteris Ecclesiæ Bonis plenam omnino disponendi potestatem habet.*

11 *Bona Ecclesiæ dicuntur Patrimonium, & Bona Dei, & Christi, non solum vt Dominus vniuersalis sicut est ceterorum; sed etiam vt particularis, quatenus ipsi particulariter offeruntur.*

12 *Bona Ecclesiæ dicuntur res sacræ, & propterea sub nullius potestate existunt.*

13 *Bonorum Ecclesiæ dominium esse penes Congregationem fidelium senserunt multi Doctores.*

14 *Bona alicuius Episcopatus dicuntur de patrimonio talis Episcopatus.*

15 *Empta nomine Ecclesiæ acquiruntur tali Ecclesiæ.*

Dixi

1 Dixi, *ſine cauſa*; quia certum eſt, quod poſſit ſine ſolemnitatibus iuris poſitiui, cùm poſſit in tali iure diſpenſare: quapropter certum etiam eſt,
2 quod ſi alienet ſine cauſa, non ſubdatur cenſuris, & pœnis eiuſdem iuris poſitiui; præſertim; quia par in parem imperium non habet; & legiſlator non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam, ſeu punitiuam. His ſuppoſitis.

3 Reſpondetur, quod etiam ſummus Pontifex, licet poſitiui iuris ſolemnitatibus obſtrictus (ſicut ſunt cæteri Prælati) non ſit, tamen iure naturali, ac diuino prohibeatur bonorum Eccleſiæ
4 alienationes inutiles efficere; quia bonorum Eccleſiæ non dominus, ſed adminiſtrator, licet ſummus, non ad diſſipandum, ſed ad diſpenſandum, à Chriſto Domino conſtitutus eſt; & quia
5 ex officio, quin etiam ex præuio quodam pacto, ſaltem implicito, tenetur iuxta mentem piam fidelium relinquentium illa diſtribuere, vel alienare. Quapropter, ſi ex iuſta, & rationabili cauſa
6 res Eccleſiæ alienat, alienatio ab ipſo facta, eſt
7 iuſta, & valida; ſi ſine rationabili cauſa res vnius Eccleſiæ in aliam Eccleſiam, aliumve pium vſum, vel etiam beneficium Eccleſiaſticum ex vno beneficiario in alium beneficiarium trãsfert, eſt valida,
8 ſed non iuſta, ſi tandem ſine iuſta cauſa res Eccleſiæ in, vſum profanum conuertit, v. g. ſine rationabili cauſa laicis donat, non eſt neque iuſta, neque valida. Sic ex communiori, & probabiliori docent Nauarrus *comment. de ſpoliis clericorum §. 2. & 3. num. 8. & §. 15. num. 4.* Sopranus apud Filliucium *tract. 44. cap. 3. q. 3.* & dicebam *lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 21.* per ſuas ſubſectiones, præſertim *ſubſect. 9. & dubit. 27. ſect. 14.*

9 Vnde ſequitur, quod in hoc vltimo caſu Summus Pontifex alienans bona Eccleſiæ cum damno ipſius Eccleſiæ, peccet contra iuſtitiam; & ſic ad compenſandum damnum Eccleſiæ teneatur, & qui recipit, non fiat Dominus.

Obiicies, Summus Pontifex eſt Dominus, nedum ſummus adminiſtrator, cum plenitudine poteſtatis, rerum Eccleſiæ, vnde Deus repræſentatiuè vocatur, *cap. ſatis, 96. diſt.* & Clement. 1.
10 *vt lite pendente, cap. cuncta per mundum. 9. q. 3.* Ergo, &c. Sic non omninò improbabiliter defendunt Doctores, Archidiaconus; & alij quos citat & ſequitur Ioan. Hieronymus Sopranus in appendice ad Filliucium *tract. 44. de alienat. rerum Eccleſ. cap. 3. n. 3. & 10.* Pariſius *de reſignat. lib. 2. q. 4. num. 34.* Redoan. *de ſpoliis, q. 1. num. 21.* & Gonzalez *ad regul. 8. in proœmio §. 1. num. 33.* vide etiam Felinum, & Decium *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. num. 32.* Barth. Socinum *tom. 1. conſil. 13.* Marian. Socinum *conſil. 140.* Pariſium *tom. 4. conſil. 3. num. 81.* Alexandrum, Cornejum, & alios apud Sopranum *tract. 44. cap. 3. q. 17. num. 55.* qui aiunt, quod ſummus Pontifex in beneficialibus, & cæteris Eccleſiæ bonis plenam omnino diſponendi poteſtatem habeat.

11 Reſpondetur, nego antecedens; tum ob rationes dictas; tum quia dicta bona Eccleſiæ dicuntur patrimonium, & bona Dei, & Chriſti, *cap. cum ſecundum, de prabend. c. qui Chriſti, & c. qui abſtulerit, 12. q. 2.* & meritò; quia qui aliquid offert Eccleſiæ, dicitur offerre Deo, & Chriſto, *cap. nullis liceat, 12. quæſtion. 2.* Conſequenter dicendum eſt, quod dictorum bonorum ſit Dominus Deus, & Chriſtus, non ſolum vt vniuerſalis, ſicuti eſt & cæterorum, iuxta illud: *Domini eſt terra, & plenitudo eius. Rex regum*], *& Dominus dominantium*; Sed etiam vt particularis quatenus ipſi peculiariter offeruntur, & dicantur.

Accedit, quod dicta bona dicuntur res ſacræ; 12
& propterea ſub nullius poteſtate exiſtere, *l. 1. ff. de rerum diuiſ.* vt omittam, nonnullos Doctores ſen- 13
tire, dictorum bonorum dominium eſſe vel penes congregationem fidelium. Ita Innocent. *in c. cùm ſuper electi. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & alij: vel penes cœtum Eccleſiaſticorum cuiuſcumque par- 14
ticularis Eccleſiæ; ex eo quod bona alicuius Epiſcopatus dicuntur de patrimonio talis Epiſcopatus, *c. indicatum, 99. diſt.* & *dicuntur dos, & patrimonium talis Eccleſiæ*, & eſſe ſub dominio talis Eccleſiæ, *c. 1. de teſtament. in fin.* tũ ex eo, quod empta nomine Eccleſiæ: acquiruntur tali Eccleſiæ vnde 15
ſignum eſt, quod ipſi acquiratur talium rerũ dominum; & ſic quod penes ipſam ſit talium rerũ dominiũ. Ita Molina *de iuſt. tr. 2. diſp. 29. concl. 2.* Leſſius *de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 4. dub. 6.* Vide etiam Sarmient. *de reddit. p. 4. c. vlt. n. 1.* & Vaſq. *in opuſc. de reddit. Eccleſ. c. 2. §. 1. dub. 1.* & quæ dicebantur *ſupra c. 5. dubit. 1. ſect. 5. & lib. de parlamentis cit. dub. 4. Sect. 21.* per ſuas ſubſectiones præſertim *ſubſect. 9. & cit. dubit. 27. ſect. 14.*

DVBITATIO XXVIII.

Quandonam cenſeatur iuſta, & rationabilis, ſeu ſufficiens cauſa, vt Pontifex res Eccleſiæ poſſit alienare.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex tunc dicitur habere cauſam ſufficientem alienandi res Eccleſiæ, quando qui eas tradidit, non præſumitur rationabiliter inuitus, ſed caſum excepiſſe.*

2 *Summus Pontifex in qualibet alienatione præſumitur habuiſſe iuſtam, & rationabilem cauſam alienandi; niſi conſtet euidenter oppoſitum.*

3 *In dubio quilibet præſumitur bonus præſertim Princeps, & Princeps Eccleſiaſticus vices Dei gerens.*

4 *Summus Pontifex alienans motu proprio, & ex certa ſcientia præſumitur alienare in foro conſcientiæ etiam ex ſufficienti cauſa, licet alienatio ſit gratuita.*

5 *Summus Pontifex numquam præſumitur velle derogare iuri alterius niſi exprimat etiam in conceſſione cum clauſula motu proprio.*

6 *Summus Pontifex alienans ad inſtantiam Partis, non ſemper præſumitur alienare ex ſufficienti cauſa; & ideo ponitur in reſcriptis, ſi preces veritati nitantur.*

7 *Impetrans præſumi poteſt decepiſſe Pontificem, cum qui pro ſe poſtulat, errare poſſe præſumatur.*

8 *Qui recipit ad inſtantiam, non ita facile poteſt ab obligatione reſtituendi excuſari.*

9 *Qui recipit ob merita futura tenetur ad præſtandum id ob quod recepit; quia modus ſub quo diſpoſitio*

dispositio sit, obligat ex iustitia ad modum seruandum.

10 *Modus, quem Pontifex tacite apposuisse præsumitur in alienatione ob causam futuram facta censetur Ecclesiæ defensio, pauperum auxilium, templorum restauratio.*

11 *Summus Pontifex potest ex iusta causa reuocare alienationes, & donationes tam ab ipsomet, quam ab antecessoribus factas.*

12 *Princeps secularis Pontifice inferior, & ei subditus ex iusta causa potest contractus factos, vel faciendos irritare.*

13 *Summus Pontifex si aduertat alienationes in detrimentum Ecclesiæ factas fuisse, & ex alia via Ecclesia satisfieri non posse, tenetur eas reuocare, & irritare.*

14 *Faciens alioquid in præiudicium tertij, tenetur curare quod damnum tertio illatum, resarciatur; quin & si opus fuerit tenetur officium iudicis implorare.*

15 *Recipiens ex alienatione, seu donatione summi Pontificis, ea ab ipso reuocata, tenetur rem acceptam, vel id, in quo ditior factus est, si bona fide recepit, restituere.*

16 *Reuocata donatione cessat titulus rem retinendi; & præterea donatarius constitutur in mala fide.*

17 *Acceptum à debitore titulo gratuito, si creditoribus obligatum erat, accipiens tenetur restituere id, in quo ditior factus est, si intra annum à die scientiæ repetant creditores.*

28 *Summus Pontifex tenetur de iure naturali, & diuino stare contractui, secus est si adsit iusta causa resiliendi.*

19 *Summus Pontifex reuocans alienationem antecessoris non exercet iurisdictionem in Pontificem; sed in materiam sibi subiectam, sicut Confessarius commutando pœnitentiam impositam ab alio Confessario etiam superiori.*

1 RESPONDETVR, censeri quando Dominus, qui eas tradidit, non præsumitur rationabiliter inuitus, sed casum excepisse; vt si v. g. sic exigat communis necessitas, vel publica vtilitas, vel saltem aliqua conuenientia. Vide Sopranum apud Filliucium *tractat.* 44. *cap.* 3. *quæst.* 7.

2 An autem in alienatione à Pontifice facta præsumatur semper adesse iusta, & rationabilis, seu sufficiens alienandi causa?

Respondetur, in foro conscientiæ præsumi semper adesse, nisi constet euidenter oppositum. Ratio; quia in dubio non præsumitur delictum, nisi demonstretur, & in dubio quilibet præsumitur bonus, præsertim Princeps, & Princeps Ecclesiasticus vices Dei gerens. Ita Sotus *de iust. lib.* 7. 3 *quæst.* 4. *artic.* 7. *ad* Suarez *de censur. disput.* 41. *sect.* 3. & Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disput.* 17. *num.* 17.

Dixi, *in foro conscientiæ*; quia in foro exteriori, quin etiam & in ipso foro conscientiæ sic distingui potest: vel Pontifex alienat motu proprio, & ex certa scientia: vel sine motu proprio, & non ex certa scientia, sed ad instantiam partis.

4 Si primum; præsumitur alienare ex sufficienti causa, etiamsi alienatio sit gratuita, & fiat in consanguineos; quia, sicuti dicebam, non præsumitur delictum in facto, præsertim Principis, & talis Principis, cuius acta nulli terreno iudici subiiciuntur, & cui nullus dicere potest, cur ita facis, *cap. nemo*, 9. *quæst.* 3. & *cap. Pastoralis de offic. delegat.* & ex alio capite potest adesse iusta, & rationabilis causa alienandi in consanguineos, *cap. non satis*, 86. *dist.* Sic Redoanus *de spoliis, quæst.* 3. §. 1. *num.* 10. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. *q.* 8. *n.* 30. qui subdunt, id locum habere, etiamsi hat in præiudicium tertij; sed minus rectè, nisi in casu, quo Pontifex id exprimat, vel saltem constet, id Pontifici notum fuisse. Ratio; quia numquam Pontifex præsumitur velle 5 derogare iuri alterius, nisi exprimat, etiam in concessione cum clausula, *motu proprio*; vt communiter Doctores docent in tractatu de legibus.

Si secundum; non semper præsumitur Pon- 6 tifex alienare ex sufficienti causa; quia in rescriptis ponitur, vel intelligitur clausula, *si preces veritati nitantur*: tum quia fieri potest, vt 7 impetrans deceperit Pontificem; cùm qui pro se postulat, errare posse præsumatur *l. rescripta Cod. de prec. Imperator. offerend.* Quapropter in 8 hoc posteriori casu, qui recepit, non ita facilè potest ab obligatione restituendi excusari; sicuti in priori, in quo facilius præsumi potest, quod Pontifex dederit ex sufficienti causa præsenti, vel saltem futura, seu in spe, cuiusmodi sunt futura merita, vt patet ex dictis.

Vbi aduerte, quod qui recepit ob merita futu- 9 ra, tenetur ad præstandum id, ob quod recepit; quia modus, sub quo dispositio fit, obligat ex iustitia ad modum seruandum: quamuis modo non seruato, illa si non est irrita ipso iure, saltem poterit in irritum reuocari. Qua de re Mol. *disp.* 208. Ioann. Medina *Cod. de restitut. quæstion.* 24. & Lessius *de iust. & iure libr.* 2. *capit.* 18. *dub.* 16. & 17.

Modus autem, quem Pontifex tacitè appo- 10 suisse præsumitur in alienatione ob causam futuram facta, hic censetur, vt scilicet Ecclesia defendatur, pauperes adiuuentur, templa resarciantur, & similia, quæ quisque facilè coniicere potest ex circunstantiis, in quibus Pontifex positus alienauit, vel donauit. Sic Marian. Socinus *tom.* 2. *consil.* 140. & Sopranus *tract.* 44. *cap.* 3. *quæsit.* 21. *ad finem.*

His adde, quod sicut potest Pontifex ex iusta 11 causa res Ecclesiæ alienare, vel donare; sic etiam ex iusta causa poterit alienationes, vel donationes, tam ab ipsomet, quàm ab antecessoribus factas reuocare, & irritare. Ratio; quia potest 12 Princeps secularis Pontifice inferior, & ei subditus, ex iusta causa, scilicet ad exigentiam boni publici, contractus factos, vel faciendos irritare; vt patet ex iis, quæ dicebam *lib. de Parlamentis dubit.* 4. *sect.* 3. 4. 26. & 27. & *dubit.* 7. Ergo multò magis ex iusta causa boni publici Ecclesiæ, id poterit efficere Pontifex, quinimmò & tenetur; si scilicet aduertat, dictas alienationes in detrimentum Ecclesiæ factas fuisse, & alia via Ecclesiæ satisfieri non posse; quia qui 13 aliquid in præiudicium tertij facit, tenetur curare, quod damnum tertio illatum resarciatur, quin & si opus fuerit, tenetur officium iudicis implorare, & iudex ad huius instantiam ex officio 14 agere, vt dictum damnum illatum resarciatur. Ergo multò magis tenebitur ex officio id efficere Pontifex, si alia via damnum Ecclesiæ, siue ab ipso, siue ab antecessoribus illatum reparari non poterit.

poterit. Vide; quæ dicebãtur *lib. de Parlamentis dubit. 27. sect. 12. & seqq.* Quod cùm fecerit Pontifex, ſtatim qui recepit, reſtituere tenetur rem acceptam vel id, in quo ditior factus eſt, ſi bona fide recepit. Ratio; quia ſtatim reuocata donatione, ceſſat titulus rem retinendi, & prætereà donatarius conſtituitur in mala fide. Confirmatur; quia ſi quis bona fide titulo gratuito aliquid accepit à debitore, quem ignorabat ob id fieri impotentem ad ſatisfaciendum creditoribus, tenetur reſtituere id, in quo ditior factus eſt, ſi intra annum à die ſcientiæ repetant creditores, *l. ignoti, Cod. de reuocandis iis, quæ in fraudem creditorum, & l. 1. ff. eodem.* Ergo multò magis in caſu noſtro.

18 Neque obſtat, ſi dicas, quod Princeps, etiam Pontifex teneatur de iure naturali, & diuino ſtare contractui, & ab illo non reſilire. Reſpondetur enim id eſſe verum, ſi non adſit iuſta cauſa, præſertim publica, ſeu in bonum publicum tendens, reſiliendi. Sic dicebam *ſuprà cap. 5. dubit. 1. ſect. 5. & dubit. 14. ſect. 12. & lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 3. 4. 26. & 27. & dubit. 27. ſect. 12. 13. & 14.*

19 Neque obſtat ſecundò, ſi dicas, quod par in parem non habeat imperium; & ſic quod vnus Pontifex non poſſit reuocare, quod alter conceſſit. Reſpondetur enim, quod Pontifex reuocando alienationes, non exerceat actionem in Pontificem, ſed in materiam ſibi ſubiectam; ſicuti Confeſſarius commutando pœnitentiam impoſitam ab alio Confeſſario, etiam ſuperiori.

DVBITATIO XXIX.

An ſummus Pontifex peccet contra iuramentum, ſi alienet bona Cameræ, & ſedis Apoſtolicæ?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex alienans, vel infeudans Caſtra, Ciuitates, vel Dominia illius, niſi prius iuramenti vinculum ſibi relaxet, peccat contra iuramentum.*

2 *Vinculum iuramenti emiſſi in Cardinalatu adipiſcendo non ceſſat Pontificatu ſecuto; cum obligatio Perſonalis Perſonam ipſam ſequatur.*

3 *Summus Pontifex obſtringi poteſt vinculo iuramenti; cum tale vinculum ſit de iure naturali, & diuino.*

4 *Summus Pontifex poteſt ſecum in iuramenti vinculo diſpenſare, vel ſaltem alteri ſecum diſpenſandi facultatem dare; modo habeat diſpenſandi iuſtam cauſam.*

5 *Summus Pontifex in lege naturali vel diuina diſpenſare non poteſt ſine iuſta cauſa.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, ſi v. g. alienet, vel infeudet caſtra, ciuitates, vel dominia illius, niſi prius iuramenti vinculũ ſibi relaxet. Prior pars probatur; quia dum Cardinalis effectus fuit, iurauit, ſe non alienaturum, nec huiuſmodi bonorum alienationi conſenſum. Ergo. Conſequen-
2 tia probatur; quia vinculum iuramenti, Pontificatu cõſecuto, nõ ceſſat; cùm obligatio perſonalis perſonã ipſam ſequatur: tum quia effectus Pontifex de hac re emittit nouum iuramentum, quod ſe emiſſurum effectus priùs Cardinalis iurauerat. Ergo. Conſequentia probatur; quia perſpicuum eſt, 3
quod ſumus Pontifex vinculo iuramenti obſtringi poſſit; cùm tale vinculum ſit de iure naturali, & diuino, cui ſummus Pontifex ſubiicitur. Sic communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Leo *in Theſauro for. 1. p. c. 15. num. 11. & 12.* & Sopranus apud Filliucium *tract. 44. c. 3. §. 3. q. 1. n. 74.* Vide etiam, quæ dicebantur *dubit. 4.*

Poſterior pars patet; quia certum eſt, quod ſum- 4
mus Pontifex poſſit ſecũ in iuramenti vinculo diſpenſare, vel ſaltem alteri ſecum diſpenſandi facultatem dare; quia ſi id poteſt in ordine ad alios, poterit id etiam in ordine ad ſeipſum; cùm non debeat eſſe peioris conditionis aliis. Sic dicebam *ſupra c. 15. dub. 7. & lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 27.* per ſuas ſubſectiones; & ex communi docent Abb. *cap. 1. de conſtitut. num. 2.* Felin. *ibid. num. 33.* & Sopranus apud Filliucium *cit. §. 3. q. 2. n. 75.*

Quod tamen intellige, modò Summus Ponti- 5
fex iuſtam, & rationabilem cauſam diſpenſandi habeat; quia nemo ſine huiuſmodi cauſa diſpenſare poteſt in lege ſuperioris; & ſic neque Summus Pontifex in lege naturali, vel diuina; cùm ſupremam poteſtatem, quam habet, à Chriſto acceperit ad ædificationem, & non ad deſtructionem; ſicuti dicebam *in locis ſupra cit.* & docent communiter Doctores *in tractatu de legibus.*

DVBITATIO XXX.

An ſummus Pontifex contra iuramentum alienando bona Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ, licet alienet illicitè, alienet etiam inualidè? Vbi traditur regula, quandonam actus contra iuramentum factus, ſit validus, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex alienans cum cauſa contra iuramentum bona Camera, & ſedis Apoſtolica, licet alienet illicite, non tamen alienat inualide.*

2 *Actus, ſi pendeat à mera facultate agentis, tametſi agens contra iuramentum agendo periurus ſit, & licitè agat, valet tamen quod agit.*

3 *Iuramentum non aufert poteſtatem ad agendum, quam ius naturale, & Ciuile concedit, ſed ſolum facit vt homo ſit periurus ſi contra iuramentum agat.*

4 *Contrahens ſponſalia iurata cum vna, validè contrahit matrimonium cum altera.*

5 *Iurans, ſe Procuratorem non reuocaturum, valide tamen reuocat & ille deſinit eſſe eius Procurator.*

6 *Iurans, ſe votum non facturum inconſulto Confeſſario, valide tamen inconſulto illo votum facit.*

7 *Iurans ſe Petro, & non alteri rem donaturum valide tamẽ illam donat alteri; quia Donator*

Digitized by Google

non contracturum sine curatoris auctoritate, & postea, non obstante tali iuramento, contrarium agant, etiam cum iuramento alio in oppositum, actus rescindi poterit, tanquam iure ciuili inefficax, gl. *in cap. licet, de iureiur. in 6.* Abb. *cit. cap. dilecto, numero* 8. Silu. *cit. q.* 12. Couar. *cit. cap. quamuis pactum, p. 2. §. 2. num.* 4. Sanchez *cit. cap.* 12. *num.* 38. *& cap.* 17. *numer.* 19. *& de matrim. lib.* 6. *disp.* 13. *numer.* 2. Azor. *cit. lib.* 11. *cap.* 6. *quæst.* 3. Rebell. *part.* 2. *de iust. lib.* 1. *q.* 9. Lell. *cit. cap.* 17. *dub.* 7. & Mancinus *de iuram. part.* 4. *effectu,* 1. *q.* 5. *num.* 2. Et ratio est; quia cùm iuramentum posterius peruersum sit, & periurij criminis confirmatorium; ius ei non assistit, vt velit iuramento tali actum, alioquin irritum, confirmari.

Dixi secundò, *tametsi agens contra iuramentum agendo periurus sit, & sic illicitè agat*: quia licet multi iuristæ (vt refert Couar. *rubr. de testam. part.* 2. *numer.* 48.) in specie doceant, testamentum, non obstante iuramento, liberè, sine vllo peccato reuocari posse, tamen absque dubio tenendum est oppositum. Ratio; quia iuramentum, quod sine salutis præiudicio seruari potest, seruari debet, *c. quamuis pactum, de pactis in* 6. atqui hoc iuramentum tale est; quia non reuocare testamentum, & relinquere hæredem illum, quem quis prius instituit, res licita est, quæ sine salutis præiudicio fieri possit; quin fieri potest, vt sit quid melius; vt si testamentum factum fuerit ad piam causam; quapropter tunc saltem sine sacrilegij crimine testamentum reuocari non poterit; quia est instar voti. Neque obstat, quod testamentum sit natura sua reuocabile; quia id intelligi debet de testamento per se, & nude considerato, absque iuramento; sicut donatio inter coniuges, & donatio mortis causa est reuocabilis per se considerata, sed tamen, si iuramento confirmetur, non poterit sine peccato mortali reuocari: quinimmò promissiones, & contractus, qui iure positiuo, vel naturali sunt irriti; iuramento ita confirmantur, vt omnino impleri debeant, si eorum impletio licita sit, vt patet in promissione solutionis vsurarum quæ est irrita iure naturæ, & in alienatione
28 fundi dotalis; quæ est irrita iure ciuili. Quæ etiam vera sunt, etsit prohibitum sit, iuramentum apponi; quia etsi tunc quis peccaret iurando, ex eo quod contra iustam prohibitionem ageret; tamen non peccaret, iuramentum implendo; quia hoc non est prohibitum.

29 Id tamen verum est, quod, si metu, vel fraude quis inductus fuerit ad iurandum, petere poterit dispensationem à iuramento, & tunc dispensatione obtenta, quod fecerat, reuocare, iuxta ea, quæ dicebam *supra cap.* 8. *dubit.* 28. *& lib. de Parlamentis dubit.* 4. *sect.* 27. *per suas subsectiones.*

Dixi tertiò, *quod valeat tamen, quod agit.* Pro cuius rei intelligentia, præterquam quod patet ex dictis,

30 Aduerte primò, quod obligatio iuramenti ex virtute propria religionis omninò personalis est, & sic solum iurantem afficit, & ad hæredem, vel successorem eius non transit, S. Th. 2. 2. *q.* 98. *art.* 2. *ad* 4. Caiet. *ibid.* Sot. *lib.* 8. *q.* 2. *art.* 2. *ad* 4. Abb. *in cap. veritatis de iureiur. n.* 3. Gutierez *in authent. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus venditionem, num.* 40. Silu. *ver. iuramentum,* 4. *q.* 3. Mol. *disp.* 150. & Sanchez *lib.* 3. *moral. cap.* 13. Quapropter

Primò, si pars maior alicuius Communitatis, vel Capituli iuramento se obstrinxerit ad aliquid præstandum, quibusdam non consentientibus, vel contradicentibus, hi non obligantur ex vi iuramenti, & sub periurij pœna, sed interdum ex vi pacti, legis, vel consuetudinis; eo quod minor pars Communitatis, vel Capituli maioris partis conclusionem sequi debeat. 31

Secundò, si quis pro se, suisque hæredibus, vel successoribus iurauerit, hæredes, vel successores non obligantur ex vi iuramenti, sed solum ex vi pacti, si tamen nulla turpitudo interuenerit ex parte exigentis, seu recipientis promissionem iuratam. 32

Tertiò, si Princeps, Episcopus, vel Canonicus, &c. admittatur ad suum officium, non præstito iuramento, ad seruanda iuramenta, quæ ipsius antecessores fecerunt, non obligatur, ex vi religionis virtutis, licet aliquando obligetur ex vi statuti, vel pacti. 33

Quartò, hæres vassalli, cùm inuestitur, nouum fidelitatis iuramentum præstare debet; quia alioquin ex suorum antecessorum homagio non obligaretur. Sic Doctores communiter *in cit. cap. veritatis*, & Siluester. *ver. iuramentum.* 4. *q.* 3. 34

Aduerte secundò, si iuramentum non sit confirmatorium promissionis ab altero acceptatæ, sed solum per se stans, eius obligatio ad hæredem, vel successorem non transit; quia huiusmodi iuramentum continet solum vnam simplicem religionis obligationem, quæ ex dictis omnino personalis est, & sic solum iurantem afficit, & ad hæredem, vel successorem non transit; atque adeò ad illud præstandum hæres, vel successor non obstringitur; cum talis iuramenti obligatio cum auctore suo extinguatur. Exempla (præter ea, quæ supra in duobus locis adducebam) sint, si quis siue vlla promissione homini facta, nude, & simpliciter iurauerit, se vsuras soluturum, vel solutas non repetiturum, pecuniam latroni daturum, Ecclesiam ædificaturum, puellæ dotem daturum, & similia. Secùs, si defunctus promissionem homini factam, & acceptatam, vel promissionem, seu votum Deo factum iuramento firmauerit; quia tunc est duplex obligatio, vna religionis, & altera iustitiæ; ex quibus licet extinguatur morte illius prior, non tamen extinguitur posterior; sed transit ad hæredem; cùm hæres omnia 35 onera, & obligationes reales secùdùm vires hæreditatis aditæ in se suscipiat. Couar. *c. quamuis, part.* 1. *§.* 2. *num.* 8. Sanchez *lib.* 3. *moral. cap.* 13. *n.* 3. *& 5.* Gutierez *in Authent. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus venditionem, num.* 15. & Suar. *de iuram. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 8. *& 9. & cap.* 31. *num.* 13. 36

Quamuis probabiliter, vti supra dicebam, si iuramentum per se stans in alicuius gratiam factum sit sine turpitudine recipientis, hæres iurantis conueniri possit, non quidem actione directa contra eum instituta, sed implorato Ecclesiastici Iudicis officio, vt compellat hæredem tali iuramento reali satisfacere, ad exonerandam scilicet defuncti conscientiam, *argum. cap. à nobis, in fin. de sent. excommun.*

vbi

vbi id docet gl. *ver. heredes*, & Abb. *ibid.* quatenus ait; quod licet iuramentum non transeat ad hæredes, seruare tamen tenentur, ne lædant animam defuncti.

37 Aduerte tertiò, quod obligatio iuramenti propriè permissorij, scilicet promissionis homini factæ, & acceptatæ, de qua supra dicebam, transit etiam ad hæredes, vel successores eius, cui iuratum est. Doctores communiter in cap. veritatis de iureiur. Abb. *ibid. num.* 3. Silu. *ver. iuramentum.* 4. *q.* 3. Angelus *eodem verb.* 5. *num.* 40. Couar. *cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 7 *n.* 7. & alij passim. Sumitur *ex l. pactum, ff. de probation.* vbi dicitur;

38 quod pactum, seu promissio tibi facta ad hæredem quoque extendatur; quamuis id expressum nõ fuerit; quia plerumque tam hæredibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus; & iuramentum ex alio capite suscipit naturam, & conditiones promissionis, cui apponitur, Ergo, &c. Sumitur etiam

39 ex *cit. ca. veritatis*, vbi habetur, quod vassallus, qui iurauit Principi, vel Prælato fidelitatem, aut obedientiam, eandem etiam sine nouo iuramento teneatur præstare eius successoribus; quamuis de his expressa mentio facta non fuerit; sicuti, contra glossam ibidem docet Abb. *num.* 2. & alij passim; quod tamen intelligendum est, si iuramentum præstitum sit Principi, vel Prælato, vt Princeps, vel Prælatus est, seu ratione officij, vel dignitatis; vt si dicatur: Promitto & iuro obedientiam Regi, vel Episcopo, &c. quamuis id non tam ex verbis, quibus persona, vel officium, seu dignitas eius nominata est; sed potius ex materia subiecta cognosci debet, num quod promissum est, promissum sit alicui, vt personæ priuatæ, an ratione officij vel dignitatis; sicuti docet Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 27. *num.* 3. *& lib.* 3. *moral. cap.* 13. *numer.* 8. Interdum autem, non obstante, quod iuramentum

40 alicui præstitum sit ratione officij, vel dignitatis, & consequenter eo mortuo, vel deposito ad eiusdem successores transeat, præcipitur iuramenti renouatio ad maiorem solemnitatem, & cautelam *cap. longinquitate*, 12. *q.* 2.

41 Atque ex his intelligitur illud commune dictũ Doctorum, quod iuramentum ex parte iurantis sit personale, sed respectu eius, cui iuratur, sit reale, id est, transitorium cum re, nempe dignitate, vel hæreditate, sicuti explicant Abbas *in cit. c. veritatis, num.* 3. & Couar. *in cap. quamuis; part.* 1. §. 5. *num.* 7.

DVBITATIO XXXI.

Quamnam censuram incurrat Commissarius, seu delegatus à sede Apostolica, si facultatem concedat alienandi in detrimentum Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Commissarius, seu Delegatus à sede Apostolica ad examinandas causas à supplicantibus expressas, si sit inferior Episcopo incurrit excommunicationem: si verò sit Episcopus suspensionem per annum; non tamen reseruatas summo Pontifici, si consensum quandocumque præstiterint alienandi in detrimentum Ecclesiæ.*

2 *Commissarius, seu Delegatus prædictus incurrit dictam excommunicationem, seu suspensionem, etiam si gratis, vel per metum, vel per præuiam pecuniam, & promissionem præstiterit consensum, decretum, vel auctoritatem.*

5 *Delegatus non incurrit dictas censuras si consensum, decretum, vel auctoritatem præstiterit alienationi, quæ non sit in detrimentum Ecclesiæ; sed æqualis conditionis; etiam si faciat contra concessionem Pontificis obtentam sub conditione euidentis vtilitatis.*

4 *Delegatus, si præstito consensu, vel interposito Decreto, alienatio non sequatur, nullam incurrit censuram, etiam si secuta eam incurrisset.*

RESPONDETVR, quod ex Bulla secunda Pauli II. quæ incipit: *Cum omnibus indicibus* (vbi præcipitur iudicibus delegatis, seu Commissariis deputatis ad examinandas causas à supplicantibus expressas, vt causas eas; propter quas Summus Pontifex adductus est ad concedendam in suis literis alienandi facultatem, discutiant) incurrat excommunicationem (quamuis non reseruatam summo Pontifici) modò sit inferior Episcopo; Episcopus verò, vel superior Episcopo incurrat suspensionem (similiter non reseruatam summo Pontifici) per annum ab executione officij, si consensum, decretum, vel auctoritatem alienandi bona Ecclesiæ præstiterit quomodocumque in detrimentum Ecclesiæ. Sic expresse habetur in cit. Bulla secunda Pauli II. 1

Hinc sequitur, quod prædictam excommunicationem, vel suspensionem incurrat dictus delegatus, etiamsi consensum, decretum, vel auctoritatẽ præstiterit gratis, vel per metum, vel per præuiam pecuniam, aut promissionem; quia in cit. Bulla dicitur: *Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientia sua prodigus in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ per gratiam, aut timorẽ, aut sordes alienationi consenserit, aut decretum, aut auctoritatem interposuerit: inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat: Episcopus verò, vel superior ab executione officij per annum nouerit se esse suspensum.* 2

Sequitur secundò, quod è contrà prædictam excommunicationẽ, vel suspensionem non incurrat delegatus, si consensum, decretum, vel auctoritatem præstiterit alienationi; quæ non sit in detrimentum Ecclesiæ, sed æqualis conditionis, etiãsi faciat contra concessionem Pontificis obtentam sub conditione euidentis vtilitatis Ecclesiæ; quia odia: & pœnæ, qualis est censura, non sunt ampliandæ, sed potius restringendæ. Atque ita docent Suar. *de cens. disp.* 22. *sect.* 6. *num.* 4. & Alterius *tom.* 2. *disp.* 16. *cap.* 2. *col.* 4. 3

Cæterùm, an delegatus dictam excommunicationem vel suspensionem incurrat, statim post consensum, vel decretum alienationis præstitum, etiamsi alienatio non sequatur?

Respondetur ex probabiliori sententia Doctorum negatiuè; quia censura, vtpotè odiosa, non incurritur: nisi fuerit principalis actus completus, & consummatus; præsertim, quia censura in casu nostro imponitur ob consensum, vel decretum, ex quo Ecclesia detrimentum patiatur; 4

loquendo de Ecclesiis eidem Prælato subiectis quales sunt Regulares sub eodem Prouinciali vel Generali existentes, iuxta ea, quæ mox *infra* dicentur.

Quartò, si fiat donatio inter Regulares eiusdem Monasterij, quia tam in Extrauag. *Ambitiosæ*, quã
14 in decreto S. Congregationis (quæ referebam *dubit. 1. n. 4.*) solum prohibetur donatio; quæ est alienatio, donatio verò inter Regulares eiusdem Monasterij non est alienatio; cum dominium rei donatæ in tali casu non transferatur in alterum, sed maneat, sicut prius, in Monasterio; Doctores, quos sequitur Naldus, *ver. alienatio, n. 4.*

Quinimmò satis probabiliter, etiamsi fiat donatio à Regulari vnius Monasterij Regulari alte-
15 rius Monasterij, vel Prouinciæ, eiusdem tamen Religionis; Riccius *decis. 38. & 74.* & Tamburin. *de iure Abbat. disp. 13. quæs. 2. num. 19.* (quod nota pro donationibus rerum pretiosarum, quas Regulares vnius Monasterij facere solent alij Monasterio cum sola licentia Prælati) quamuis contrarium sentiat Bonac. *in tract. de alienat. bonorum Ecclesiast. disp. 2. q. vnic. punct. 2. num. 14. & 17. & de contractib. disp. 3. q. 8. punct. 4. n. 24.* & Bordonus *resol. 27. n. 1.* loquens in casu contingenti de quodam prouinciali, qui propria auctoritate agrum vnius Conuentus valoris quinquaginta scutorum donauit alteri Conuentui; admittentes tamen *num. 2.* id eum potuisse facere, si ager ille fuisset solum valoris 20. vel 25. scutorum aureorum.

16 Quintò, si fiat donatio in remunerationem beneficiorum Ecclesiæ collatorum; Doctores, quos sequitur Barbosa *de offic. & pot. Episc. allegat. 95. n. 62. ex cap. consensu de reb. Eccl.*

Sextò, si res Ecclesiæ sit relicta, vel empta ad
17 finem, vt alienetur; Quapropter pecunia deputata ad bona immobilia emenda, qualis videtur esse pecunia pro dote Monialium tradita, quæ propterea non potest alienari, vel distrahi in alios vsus, quam vt de fructibus illius sustentari possit, potest sine solemnitatibus iuris, & assensu Apostolico insumi in emendis agris, vel in emenda, aut construenda domo necessaria; quia huiusmodi pecunia solum seruari debet, donec insumatur ad vsum, ad quem fuit deputata; atque ita etiam videtur esse vsu receptum. Vide, quæ dicebantur *supra dub. 10.* & Lezanam *tom. 2. cap. 19. num. 57.*

18 Septimò, si res sit priùs aliis debita, vel obligata; quia res transit cum onere suo; quamuis alij sentiant oppositum apud Quarantam *ver. alienatio, num. 36.* & apud Bonacinam *de alienat. bonor. Eccles. num. 9.*

Octauò propter eandem rationem, si sit relicta Ecclesiæ cum obligatione illam permutandi. Item multò magis, si detineatur ab Ecclesia iniustè;
19 Quaranta *n. 43. §. 11.* Item, si sit relicta per fideicommissum cum onere, quod post aliquod tem-
20 pus alteri restituatur; quia, transacto tali tempore,
21 non est amplius Ecclesiæ; Quaranta *num. 45.* & Barbosa *de potest. Episc. allegat. 45. num. 61.*

22 Nono, si debeat alienari necessariò, vt quia v.g. est indiuisim in manu secularis, qui vult illam vendere, Doctores, quos sequitur Bordonus *resol. 27. num. 3. & seqq.*

Decimò, si vendatur, quia fuit empta cum pacto de retrouendendo; quia retrouenditio probabiliter non est propriè, & rigorosè alienatio, & con-
23 tractus à primo distinctus, sed potius est rescissio prioris contractus: quapropter pro retrouenditione non debetur laudemium; cùm hoc debeatur solum pro alienatione propriè, & rigorosè accepta. Sic Bordonus *loc. supra cit.* & Redoanus *de rebus Eccles. non alien. q. 66. num. 9.* & complures alij, quos citat Bonacina *in tract. de Emphyteusi punct. 2. quamuis* Menochius *tom. 1. consil. 13. num. 6.* & Riccius *decis. 52.* probabiliter etiam sentiant oppositum, ex eo quod retrouenditio sit propriissimè alienatio, cùm per se ipsam dominiũ in alterum transferatur, & consequenter, quod & pro retrouenditione etiam debeatur laudemium, quãdo emphyteuta vendidit rem cum pacto de retro- 24
uendendo, Vtraque opinio est probabilis, & forsan posterior probabilior.

Vndecimò, si sit difficilis recuperationis, seu 25
incerta, vel incognita, & intercedat pactum, quod Laicus emptor suis expensis, & periculo eam recuperet, Rota, & DD. quos citat, & sequitur Naldus *ver. bona. num. 9.* & Gauantus *in Man. Episcop. ver. alienatio, num. 42.*

DVBITATIO XXIV.

An in locis, vbi Extrauagans Ambitiosæ Pauli II. recepta est, possint fructus beneficiorum licitè in omni casu sine solemnitatibus iuris vltra triennium, quin ad vitam, vendi, vel locari.

SVMMARIVM.

1 *Fructus Beneficiorum possunt vltra triennium simpliciter locari, etiam vbi est recepta Extranagans Ambitiosa; modo ipsi fundi vltra Triennium non locentur.*
2 *Fructus non sunt quid Ecclesiæ, sed priuatorum.*
3 *Talis locatio expirat morte, vel beneficij amissione locantis, seu vendentis.*
4 *Locatio facta de fundo non expirat morte locantis; quia tunc locatio ipsum fundum immediatè attingit.*
5 *Locatio vltra triennium ex extranaganti Antiosa inualida est, & canonicus pœnis obnoxia.*
6 *Beneficiarius, vel Prælatus successor tenetur stare locationi rei Ecclesiæ, quam eius Predecessor fecit; si tamen legitimè facta fuerit; secus, si è contra.*
7 *Successor Beneficiarius potest si Predecessor ex illo contractu locationis enormiter læsus fuerit, vti beneficio restitutionis in integrum, item dic de Pupillo.*
8 *Beneficiarius successor non tenebitur stare locationi factæ ab Antecessore, si locatio sit ea lege facta, vt Conductor in primo anno soluat multum, in vltimis annis soluant parum quia defraudantur successores.*
9 *Hæredes Beneficiarij qui vt supra locauit tenentur ad restitutionem anticipatè.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia in iuribus non prohibetur, quin possint fructus beneficiorum; & cæterorum bonorum Ecclesiæ vltra triennium vendi, vel locari, modò ipsi fundi vltrà triennium non

non locentur. Ratio; quia fructus non ſunt quid Eccleſiæ, ſed priuatorum. Accedit, quod talis fructuum venditio, vel locatio (cùm conductor nullum ius acquirat in fundum, ſed ſolùm in fundi fructus ad venditorem, vel locatorem pertinentes) expirat morte, vel beneficij amiſſione vendentis, vel locantis: quapropter exinde nullum periculum Eccleſiæ, vel beneficiario ſucceſſori imminet; ſicuti rectè dixit Abb. *in cap. 2. de his, quæ fiunt à Prælatis, & in cap. veniens de tranſact. num. 1.* & Molin. *diſput. 466. §. in tertio autem euentu.* Secus eſt, ſi fundus ipſe locetur; quia tunc locatio ipſum fundum immediatè attingit, & ſic perſeuerat, etiamſi locans moriatur, vel beneficium amittat. Abbas *in cap. continebatur, de his, quæ fiunt à Prælatis, num. 7.* Couarru. *lib. 2. var. cap. 15. num. 6.* Molin. *cit. diſput. 466.* & Silu. *verb. ſimonia, quæſt. 14.* Nam ideò interdicitur, nequis ad longum tempus, ſcilicet ad decennium, vel amplius locet; quia Paulus II. in Extrauag. *Ambitioſæ* decernit, quod locatio, etiam vltra triennium, inualida, & canonicis pœnis obnoxia ſit. Quapropter Beneficiarius, vel Prælatus ſucceſſor tenetur ſtare elocationi rei Eccleſiæ, quam eius deceſſor fecit, ſi tamen legitimè facta fuerit, ſicuti tenetur tutor pupilli, qui alteri tutori ſuccedit; quamuis non teneatur ei ſtare, ſi legitimè facta non fuerit, quin poſſit, ſi deprehendat Eccleſiam enormiter læſam ex illo contractu, vti beneficio reſtitutionis in integrum. Sic Couarruuias *cit. lib. 2. var. cap. 15. ad finem.* Idemque dic in ordine ad pupillum de eo, qui alteri tutori in illius tutela ſuccedit. Similiter non tenebitur ſtare, ſi deprehendat, locationem ea lege factam, vt conductor in primo anno ſoluat multum, in vltimis annis ſoluat parum; quia qui ſic locat, defraudat ſucceſſores (ſi fortè intereà ipſum mori contingat) percipiendo partem penſionis ſucceſſoribus debitam: quapropter tenentur etiam eius hæredes ad reſtitutionem ex illa pecunia anticipata pro numero annorum, qui poſt mortem beneficiarij locantis ſuperſunt. Vide, quæ dicentur *infrà cap. ſequenti.*

DVBITATIO XXV.

An poſſit ſine ſolemnitatibus iuris alienari patrimonium, ad cuius titulum qui ordinatus eſt?

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus eſt, poteſt alienari ſine iuris ſolemnitatibus.*

2 *Patrimonium prædictum alienari non poteſt ſine licentia Epiſcopi, quouſque Clericus, qui ad illius titulum fuit ordinatus, adeptus fuerit Beneficium Eccleſiaſticum, vel quid aliud, ex quo viuere poſſit.*

3 *Patrimonium prædictum poſt mortem talis Clerici poteſt alienari ſine licentia Epiſcopi; quia non cenſetur amplius inter bona Eccleſiaſtica.*

RESPONDETVR, etiam affirmatiuè; quia Extrauagans expreſsè loquitur de bonis immobilibus, & mobilibus pretioſis Deo dicatis; & ſic de bonis Eccleſiæ, non autem de bonis priuatorum, quale eſt patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatus eſt. Vide *ſuprà dubit. præcedenti.* 1

Illud tamen interim dicendum eſt, dictum patrimonium alienari non poſſe ſine licentia Epiſcopi, quouſque clericus, qui ad illius titulum fuit ordinatus, adeptus fuerit beneficium Eccleſiaſticum, vel quid aliud ex quo viuere poſſit (quamuis poſt mortem talis clerici poſſit, quia ceſſat ratio, dictum patrimonium etiam ſine licentia Epiſcopi, alienari) Ratio; quia tale patrimonium gaudet priuilegio bonorum Eccleſiaſticorum, vt *in lib. de Parlamentis dubit. 25. & ſupra cap. 5. dubit. 2. ſect. 1. num. 3.* dicebam (licet quoad exemptionem Mediolani oppoſitum vſu receptum ſit; qua de re vide *ibid citat. dubit. 25. & 27.*) tum quia ſic haberur ex Tridentino Concilio *ſeſſ. 21. cap. 1.* & docent Silu. *verbo Clericus, 4. q. 13.* Vaſq. *opuſc. de redditibus cap. 2. §. 2. dub. 4. n. 47.* Nauar. *cap. 22. n. 18.* Riccius *dec. 86.* Redoanus *de rebus Eccleſ. non alienat. quæſt. 51. cap. 13.* & Belletus *1. part. §. de bonis clericorum, num. 16.* 2

DVBITATIO XXVI.

An Cardinalis ſubiiciatur pœnis ſtatutis contra præſumentes alienare bona Eccleſiaſtica?

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis ſubeſt pœnis ſtatutis contra præſumentes alienare bona Eccleſiaſtica.*

2 *Cardinalis non ſubeſt legibus pœnalibus niſi exprimatur; id tamen non procedit in iis, quæ pertinent ad publicam Eccleſiæ vtilitatem, vel quæ agunt de iuſtitia ſeruanda, vel fraude vitanda.*

3 *Cardinalis ſubeſt Cancellariæ regulis, in quibus de fraude vitanda agitur.*

4 *Cardinalis adſtringitur iuramento, ne poſſit alienare bona Eccleſiaſtica, imò iurat non eſſe conſenſurum eorum alienationi.*

5 *Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius in ordine ad bona ſuarum Eccleſiarum obſtringuntur pariter iuramento de non alienando; ita vt ſi quis eorum per accidens non iuret, nihilominus in foro externo præſumitur iuraſſe, & punitur vt periurus.*

6 *Quæ fieri ſolent, & debent, facta eſſe præſumuntur.*

7 *Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius, ſi non iurauerint per accidens, non ſunt periuri in foro interno.*

8 *Cardinalis poſt Cardinalatum factus Epiſcopus tenetur vinculo iuramenti ad bona Epiſcopatus non alienanda; quamuis de non alienando iuramentum non emiſerit.*

9 *Epiſcopus, vel Abbas ratione ſtatus tenentur emittere huiuſmodi iuramentum de non alienando*

alienando bona Episcopatus, vel Abbatia.

10 *Ea, quæ de iure veniunt, semper facta præsumuntur.*

11 *Iuramentum præditum obligat ad petendum sedis Apostolicæ consensum etiam vbi Extrauagans Ambitiosa, quoad hanc partem recepta non est, spectatis tamen verbis dictæ Constitutionis, secus tamen spectato vsu, & praxi.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; quia sic habet praxis Curiæ Romanæ; tum quia, dato Cardinalis non subiiciatur legibus pœnalibus, nisi exprimatur, vt sentiunt aliqui, id tamen
2 locum non habet in iis, quæ pertinent ad publicam Ecclesiæ vtilitatem, vel quæ agunt de iustitia seruanda, vel fraude vitanda. Quapropter
3 Cardinalem subiici Cancellariæ Regulis, in quibus de fraude vitanda tractatur, affirmant Cassiodorus *in regul. Cancellar. q.* 38. Sarmient. *decis.* 64. *in addit. ad regul. Cancellar.* Paris. *lib.* 12. *q.* 4. *num.* 8. & Caputaquensis *decis.* 211. Ergo à fortiori subiicietur legibus bonorum Ecclesiasticorum alienationem in vtilitatem Ecclesiæ publicam prohibentibus.

4 Quinimmò addo, Cardinalem ad id etiam obstringi vinculo iuramenti (iurat enim specialiter se non solum sedis Apostolicæ bona non esse alienaturum, sed etiam talium bonorum alienationi
5 non esse consensurum) sicuti obstringitur Episcopus, & Commendatarius; in ordine ad bona suarum Ecclesiarum, qui solent de hac re similiter iurare, vt patet ex Pontificali Romano: quapropter etiamsi quis ex ipsis de facto per accidens non iuret, & posteà de facto alienet, in foro externo punitur vt periurus; quia in tali foro præsumitur iurasse. Nauar. *de reb. Eccles. non alien. num.* 12.
6 Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. *quæst.* 9. & alij passim; & meritò; quia quæ fieri solent, & debent, facta esse præsumuntur, *l. vlt. Cod. de fideiussoribus.*

7 Dixi, *in foro externo*; quia in foro interno reuera periurus non est, si de facto non iurauit; quidquid in contrarium sentire videantur Nauar. *loco supra cit.* & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. *§.* 4. *quæst.* 2. quatenus aiunt quod
8 Cardinalis post Cardinalatum factus Episcopus teneatur vinculo iuramenti ad bona Episcopatus non alienanda, quamuis de non alienando iu-
9 ramentum non emiserit; ex eo quod vt Episcopus, vel Abbas, &c. (inquiunt ipsi) ratione status
10 de iure debeat illud emittere; & quæ de iure veniunt, semper facta supponuntur. Sed quod dixi, videtur tenendum; quia in foro conscientiæ attenditur solum veritas, & cessat omnis præsumptio.

11 Cæterùm, an iuramentum, quod Cardinalis, Episcopus, vel Abbas emittit, obliget ad petendum sedis Apostolicæ consensum, etiam vbi Extrauagans *Ambitiosa* Pauli II. quoad hanc partem recepta non est?

Respondetur affirmativè, si spectentur verba dictæ Extrauagantis; secus, si spectetur vsus, & praxis, iuxta quam iuramentum emitti, & obligare solet; quia tunc non in plus obligat iuramentum; quàm obliget dicta extrauagans *Ambitiosa*. Sic Azor. *lib.* 9. *cap.* 1. *q.* 9. & 12. Couar. 2. *var. cap.* 16. Sopranus *loco supra cit. cap.* 1. *quæst.* 12. *num.* 16. & alij communiter in materia de iuramento.

An autem in aliquo casu, non obstante dicto iuramento, possit Ecclesiæ rerum alienatio validè, & licitè fieri, vide *suprà dub.* 4. 20. & 21.

DVBITATIO XXVII.

An saltem possit summus Pontifex bona Ecclesiæ, etiam immobilia, & mobilia pretiosa sine causa alienare?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex non subest pœnis iuris positiui; & alienans sine causa non subest censuræ.*

2 *Par in parem non habet imperium, & legislator non tenetur suis legibus quoad vim coactiuam, seu punitiuam.*

3 *Summus Pontifex de iure naturali, & Diuino prohibetur bonorum Ecclesiæ alienationes inutiles facere.*

4 *Summus Pontifex Bonorum Ecclesiæ non Dominus sed summus Administrator non ad dissipandum sed ad dispensandum à Christo Domino constitutus est.*

5 *Summus Pontifex ex officio quin etiam ex præmio quodam, pacto saltem implicito, tenetur iuxta mentem piam fidelium relinquentium illa distribuere, vel alienare.*

6 *Summus Pontifex alienans ex iusta, & rationabili causa, res Ecclesiæ, alienatio ab ipso facta, est iusta, & valida.*

7 *Summus Pontifex si sine Rationabili causa res vnius Ecclesiæ alteri tribuat, & sic de simili, alienatio est valida, sed non iusta.*

8 *Summus Pontifex si absque iusta causa res Ecclesiæ in vsum profanum conuertit, v. g. sine rationabili causa laicis donet, non est neque iusta, neque valida.*

9 *Summus Pontifex alienans bona Ecclesiæ cum damno ipsius Ecclesiæ, peccat contra iustitiam & tenetur ad damni compensationem, & recipiens non fit dominus rei.*

10 *Summus Pontifex Deus repræsentatiuè vocatur & in Beneficialibus, & ceteris Ecclesiæ Bonis plenam omnino disponendi potestatem habet.*

11 *Bona Ecclesiæ dicuntur Patrimonium, & Bona Dei, & Christi, non solum vt Dominus vniuersalis sicut est cæterorum; sed etiam vt particularis, quatenus ipsi particulariter offeruntur.*

12 *Bona Ecclesiæ dicuntur res sacræ, & propterea sub nullius potestate existunt.*

13 *Bonorum Ecclesiæ dominium esse penes Congregationem fidelium senserunt multi Doctores.*

14 *Bona alicuius Episcopatus dicuntur de patrimonio talis Episcopatus.*

15 *Empta nomine Ecclesiæ acquiruntur tali Ecclesiæ.*

DIXI

1 DIXI, *ſine cauſa*, quia certum eſt, quod poſſit ſine ſolemnitatibus iuris poſitiui, cùm poſſit in tali iure diſpenſare: quapropter certum etiam eſt,
2 quod ſi alienet ſine cauſa, non ſubdatur cenſuris, & pœnis eiuſdem iuris poſitiui; præſertim; quia par in parem imperium non habet; & legiſlator non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam, ſeu punitiuam. His ſuppoſitis.

3 Reſpondetur, quod etiam ſummus Pontifex, licet poſitiui iuris ſolemnitatibus obſtrictus (ſicut ſunt cæteri Prælati) non ſit, tamen iure naturali, ac diuino prohibeatur bonorum Eccleſiæ
4 alienationes inutiles efficere; quia bonorum Eccleſiæ non dominus, ſed adminiſtrator, licet ſummus, non ad diſſipandum, ſed ad diſpenſandum, à Chriſto Domino conſtitutus eſt; & quia
5 ex officio, quin etiam ex præuio quodam pacto, ſaltem implicito, tenetur iuxta mentem piam fidelium relinquentium illa diſtribuere, vel alienare. Quapropter, ſi ex iuſta, & rationabili cauſa
6 res Eccleſiæ alienat, alienatio ab ipſo facta, eſt iuſta, & valida; ſi ſine rationabili cauſa res vnius
7 Eccleſiæ in aliam Eccleſiam, aliumve pium vſum, vel etiam beneficium Eccleſiaſticum ex vno beneficiario in alium beneficiarium trãsfert, eſt valida,
8 ſed non iuſta, ſi tandem ſine iuſta cauſa res Eccleſiæ in, vſum profanum conuertit, v. g. ſine rationabili cauſa laicis donat, non eſt neque iuſta, neque valida. Sic ex communiori, & probabiliori docent Nauarrus *comment. de ſpoliis clericorum* §. 2. & 3. *num.* 8. & §. 15. *num.* 4. Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. *q.* 3. & dicebam *lib. de Parlamentis dubit.* 4. *ſect.* 21. per ſuas ſubſectiones, præſertim *ſubſect.* 9. & *dubit.* 27. *ſect.* 14.

9 Vnde ſequitur, quod in hoc vltimo caſu Summus Pontifex alienans bona Eccleſiæ cum damno ipſius Eccleſiæ, peccet contra iuſtitiam; & ſic ad compenſandum damnum Eccleſiæ teneatur, & qui recipit, non fiat Dominus.

Obiicies, Summus Pontifex eſt Dominus, nedum ſummus adminiſtrator, cum plenitudine poteſtatis, rerum Eccleſiæ, vnde Deus repræſen-
10 tatiuè vocatur, *cap. ſatis, 96. diſt.* & Clement. 1. *vt lite pendente, cap. cuncta per mundum. 9. q. 3.* Ergo, &c. Sic non omninò improbabiliter defendunt Doctores, Archidiaconus; & alij quos citat & ſequitur Ioan. Hieronymus Sopranus in appendice ad Filliucium *tract.* 44. *de alienat. rerum Eccleſ. cap.* 3. *n.* 3. & 10. Parilius *de reſignat. lib.* 2. *q.* 4. *num.* 34. Redoan. *de ſpoliis, q.* 1. *num.* 21. & Gonzalez *ad regul.* 8. *in proœmio* §. 1. *num.* 33. vide etiam Felinum, & Decium *in c. quæ in Eccleſiarum de conſtitut. num.* 32. Barth. Socinum *tom.* 1. *conſil.* 13. Marian. Socinum *conſil.* 140. Pariſium *tom.* 4. *conſil.* 3. *num.* 81. Alexandrum, Cornejum, & alios apud Sopranum *tract.* 44. *cap.* 3. *q.* 17. *num.* 55. qui aiunt, quod ſummus Pontifex in beneficialibus, & cæteris Eccleſiæ bonis plenam omnino diſponendi poteſtatem habeat.

11 Reſpondetur, nego antecedens; tum ob rationes dictas; tum quia dicta bona Eccleſiæ dicuntur patrimonium, & bona Dei, & Chriſti, *cap. cum ſecundum, de prabend. c. qui Chriſti, & c. qui abſtulerit*, 12. *q.* 2. & meritò; quia qui aliquid offert Eccleſiæ, dicitur offerre Deo, & Chriſto, *cap. nulli liceat*, 12. *quæſtion.* 2. Conſequenter dicendum eſt, quod dictorum bonorum ſit Dominus Deus, & Chriſtus, non ſolum vt vniuerſalis, ſicuti eſt & cæterorum, iuxta illud: *Domini eſt terra, & plenitudo eius. Rex regum*], *& Dominus dominantium*; Sed etiam vt particularis quatenus ipſi peculiariter offeruntur, & dicantur.

Accedit, quod dicta bona dicuntur res ſacræ; 12
& proptereà ſub nullius poteſtate exiſtere, *l.* 1. *ff. de rerum diuiſ.* vt omittam, nonnullos Doctores ſen- 13
tire, dictorum bonorum dominium eſſe vel penes congregationem fidelium. Ita Innocent. *in c. cùm ſuper elect. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & alij: vel penes cœtum Eccleſiaſticorum cuiuſcumque par- 14
ticularis Eccleſiæ; ex eo quod bona alicuius Epiſcopatus dicuntur de patrimonio talis Epiſcopatus, *c. indicatum, 99. diſt.* & *dicuntur dos, & patrimonium talis Eccleſiæ*, & eſſe ſub dominio talis Eccleſiæ, *c.* 1. *de teſtament. in fin.* tũ ex eo, quod empta nomine Eccleſiæ: acquiruntur tali Eccleſiæ vnde 15
ſignum eſt, quod ipſi acquiratur talium rerũ dominum; & ſic quod penes ipſam ſit talium rerũ dominiũ. Ita Molina *de iuſt. tr.* 2. *diſp.* 29. *concl.* 2. Leſſius *de iuſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 6. Vide etiam Sarmient. *de reddit. p.* 4. *c. vlt. n.* 1. & Vaſq. *in opuſc. de reddit. Eccleſ. c.* 2. §. 1. *dub.* 1. & quæ dicebantur *ſupra c.* 5. *dubit.* 1. *ſect.* 5. & *lib. de parlamentis cit. dub.* 4. *Sect.* 21. per ſuas ſubſectiones præſertim *ſubſect.* 9. & *cit. dubit.* 27. *ſect.* 14.

DVBITATIO XXVIII.

Quandonam cenſeatur iuſta, & rationabilis, ſeu ſufficiens cauſa, vt Pontifex res Eccleſiæ poſſit alienare.

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex tunc dicitur habere cauſam ſufficientem alienandi res Eccleſiæ, quando qui eas tradidit, non præſumitur rationabiliter inuitus, ſed caſum excepiſſe.*

2 *Summus Pontifex in qualibet alienatione præſumitur habuiſſe iuſtam, & rationabilem cauſam alienandi; niſi conſtet euidenter oppoſitum.*

3 *In dubio quilibet præſumitur bonus præſertim Princeps, & Princeps Eccleſiaſticus vices Dei gerens.*

4 *Summus Pontifex alienans motu proprio, & ex certa ſcientia præſumitur alienare in foro conſcientiæ etiam ex ſufficienti cauſa, licet alienatio ſit gratuita.*

5 *Summus Pontifex numquam præſumitur velle derogare iuri alterius niſi exprimat etiam in conceſſione cum clauſula motu proprio.*

6 *Summus Pontifex alienans ad inſtantiam Partis, non ſemper præſumitur alienare ex ſufficienti cauſa; & ideo ponitur in reſcriptis, ſi preces veritati nitantur.*

7 *Impetrans præſumi poteſt decepiſſe Pontificem, cum qui pro ſe poſtulat, errare poſſe præſumatur.*

8 *Qui recipit ad inſtantiam, non ita facile poteſt ab obligatione reſtituendi excuſari.*

9 *Qui recipit ob merita futura tenetur ad præſtandum id ob quod recepit; quia modus ſub quo diſpoſitio*

Digitized by Google

dispositio sit, obligat ex iustitia ad modum seruandum.

10 *Modus, quem Pontifex tacite apposuisse præsumitur in alienatione ob causam futuram facta censetur Ecclesia defensio, pauperum auxilium, templorum restauratio.*

11 *Summus Pontifex potest ex iusta causa reuocare alienationes, & donationes tam ab ipsomet, quam ab antecessoribus factas.*

12 *Princeps secularis Pontifice inferior, & ei subditus ex iusta causa potest contractus factos, vel faciendos irritare.*

13 *Summus Pontifex si aduertat alienationes in detrimentum Ecclesiæ factas fuisse, & ex alia via Ecclesiæ satisfieri non posse, tenetur eas reuocare, & irritare.*

14 *Faciens alioquid in præiudicium tertij, tenetur curare quod damnum tertio illatum, resarciatur; quin & si opus fuerit tenetur officium iudicis implorare.*

15 *Recipiens ex alienatione, seu donatione summi Pontificis, ea ab ipso reuocata, tnetur rem acceptam, vel id, in quo ditior factus est, si bona fide recepit, restituere.*

16 *Reuocata donatione cessat titulus rem retinendi; & præterea donatarius constituitur in mala fide.*

17 *Acceptum à debitore titulo gratuito, si creditoribus obligatum erat, accipiens tenetur restituere id, in quo ditior factus est, si intra annum à die scientiæ repetant creditores.*

18 *Summus Pontifex tenetur de iure naturali, & diuino stare contractui; secus est si adsit iusta causa resiliendi.*

19 *Summus Pontifex reuocans alienationem antecessoris non exercet iurisdictionem in Pontificem; sed in materiam sibi subiectam, sicut Confessarius commutando pœnitentiam impositam ab alio Confessario etiam superiori.*

1 RESPONDETVR, censeri quando Dominus, qui eas tradidit, non præsumitur rationabiliter inuitus, sed casum excepisse; vt si v. g. sic exigat communis necessitas, vel publica vtilitas, vel saltem aliqua conuenientia. Vide Sopranum apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. *quæst.* 7.

2 An autem in alienatione à Pontifice facta præsumatur semper adesse iusta, & rationabilis, seu sufficiens alienandi causa?

Respondetur, in foro conscientiæ præsumi semper adesse, nisi constet euidenter oppositum. Ratio; quia in dubio non præsumitur delictum, nisi demonstretur, & in dubio quilibet præsumitur bonus, præsertim Princeps, & Princeps Ecclesiasticus vices Dei gerens. Ita Sotus *de iust. lib.* 7. *quæst.* 4. *artic.* 7. *ad* Suarez *de censur. disput.* 41. *sect.* 3. & Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disput.* 17. *num.* 17.

3

Dixi, *in foro conscientiæ*; quia in foro exteriori, quin etiam & in ipso foro conscientiæ sic distingui potest: vel Pontifex alienat motu proprio, & ex certa scientia: vel sine motu proprio, & non ex certa scientia, sed ad instantiam partis.

4 Si primum; præsumitur alienare ex sufficienti causa, etiamsi alienatio sit gratuita, & fiat in consanguineos; quia, sicuti dicebam, non præsumitur delictum in facto, præsertim Principis, & talis Principis, cuius acta nulli terreno iudici subiiciuntur, & cui nullus dicere potest, cur ita facis, *cap. nemo*, 9. *quæst.* 3. & *cap. Pastoralis de offic. delegat.* & ex alio capite potest adesse iusta, & rationabilis causa alienandi in consanguineos, *cap. non satis*, 86. *dist.* Sic Redoanus *de spoliis, quæst.* 3. §. 1. *num.* 10. & Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 3. *q.* 8. *n.* 30. qui subdunt, id locum habere, etiamsi hæc in præiudicium tertij; sed minus rectè, nisi in casu, quo Pontifex id exprimat, vel saltem constet, id Pontifici notum fuisse. Ratio; quia numquam Pontifex præsumitur velle derogare iuri alterius, nisi exprimat, etiam in concessione cum clausula, *motu proprio*; vt communiter Doctores docent in tractatu de legibus. 5

Si secundum; non semper præsumitur Pontifex alienare ex sufficienti causa; quia in rescriptis ponitur, vel intelligitur clausula, *si preces veritati nitantur*: tum quia fieri potest, vt impetrans deceperit Pontificem; cùm qui pro se postulat, errare posse præsumatur *l. rescripta Cod. de prec. Imperator. offerend.* Quapropter in hoc posteriori casu, qui recepit, non ita facilè potest ab obligatione restituendi excusari; sicuti in priori, in quo facilius præsumi potest, quod Pontifex dederit ex sufficienti causa præsenti, vel saltem futura, seu in spe, cuiusmodi sunt futura merita, vt patet ex dictis. 6 7 8

Vbi aduerte, quod qui recepit ob merita futura, tenetur ad præstandum id, ob quod recepit; quia modus, sub quo dispositio fit, obligat ex iustitia ad modum seruandum: quamuis modo non seruato, illa si non est irrita ipso iure, saltem poterit in irritum reuocari. Qua de re Mol. *disp.* 208. Ioann. Medina *Cod. de restitut. quæstion.* 24. & Lessius *de iustit. & iure lib.* 2. *capit.* 18. *dub.* 16. & 17. 9

Modus autem, quem Pontifex tacitè apposuisse præsumitur in alienatione ob causam futuram facta, hic censetur, vt scilicet Ecclesia defendatur, pauperes adiuuentur, templa resarciantur, & similia, quæ quisque facilè coniicere potest ex circunstantiis, in quibus Pontifex positus alienauit, vel donauit. Sic Marian. Socinus *tom.* 2. *consil.* 140. & Sopranus *tract.* 44. *cap.* 3. *quæsit.* 21. *ad finem.* 10

His adde, quod sicut potest Pontifex ex iusta causa res Ecclesiæ alienare, vel donare; sic etiam ex iusta causa poterit alienationes, vel donationes, tam ab ipsomet, quàm ab antecessoribus factas reuocare, & irritare. Ratio; quia potest Princeps secularis Pontifice inferior, & ei subditus, ex iusta causa, scilicet ad exigentiam boni publici, contractus factos, vel faciendos irritare; vt patet ex iis, quæ dicebam *lib. de Parlamentis dubit.* 4. *sect.* 3. 4. 26. & 27. & *dubit.* 7. Ergo multò magis ex iusta causa boni publici Ecclesiæ, id poterit efficere Pontifex, quinimmò & tenetur; si scilicet aduertat, dictas alienationes in detrimentum Ecclesiæ factas fuisse, & alia via Ecclesiæ satisfieri non posse; quia qui aliquid in præiudicium tertij facit, tenetur curare, quod damnum tertio illatum resarciatur, quin & si opus fuerit, tenetur officium iudicis implorare, & iudex ad huius instantiam ex officio agere, vt dictum damnum illatum resarciatur. Ergo multò magis tenebitur ex officio id efficere Pontifex, si alia via damnum Ecclesiæ, siue ab ipso, siue ab antecessoribus illatum reparari non poterit. 11 12 13 14

poterit. Vide; quæ dicebãtur *lib. de Parlamentis dubit. 27. sect. 12. & seqq.* Quod cùm fecerit Pontifex, ſtatim qui recepit, reſtituere tenetur rem acceptam vel id, in quo ditior factus eſt, ſi bona
16 fide recepit. Ratio; quia ſtatim reuocata donatione, ceſſat titulus rem retinendi, & prætereà donatarius conſtituitur in mala fide. Confirmatur; quia ſi quis bona fide titulo gratuito aliquid accepit à debitore, quem ignorabat ob id fieri impotentem ad ſatisfaciendum creditoribus, tenetur reſtituere id, in quo ditior factus eſt, ſi intra annum à die ſcientiæ repetant creditores, *l. ignoti, Cod. de reuocandis iis, quæ in fraudem creditorum, & l. 1. ff. eodem.* Ergo multò magis in caſu noſtro.

18 Neque obſtat, ſi dicas, quod Princeps, etiam Pontifex teneatur de iure naturali, & diuino ſtare contractui, & ab illo non reſilire. Reſpondetur enim id eſſe verum, ſi non adſit iuſta cauſa, præſertim publica, ſeu in bonum publicum tendens, reſiliendi. Sic dicebam *ſupra cap. 5. dubit. 1. ſect. 5. & dubit. 14. ſect. 12. & lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 3. 4. 26. & 27. & dubit. 27. ſect. 12. 13. & 14.*

19 Neque obſtat ſecundò, ſi dicas, quod par in parem non habeat imperium; & ſic quod vnus Pontifex non poſſit reuocare, quod alter conceſſit. Reſpondetur enim, quod Pontifex reuocando alienationes, non exerceat actionem in Pontificem, ſed in materiam ſibi ſubiectam; ſicuti Confeſſarius commutando pœnitentiam impoſitam ab alio Confeſſario, etiam ſuperiori.

DVBITATIO XXIX.

An ſummus Pontifex peccet contra iuramentum, ſi alienet bona Cameræ, & ſedis Apoſtolicæ?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex alienans, vel infeudans Caſtra, Ciuitates, vel Dominia illius, niſi prius iuramenti vinculum ſibi relaxet, peccat contra iuramentum.*

2 *Vinculum iuramenti emiſſi in Cardinalatu adipiſcendo non ceſſat Pontificatu conſecuto; cum obligatio Perſonalis Perſonam ipſam ſequatur.*

3 *Summus Pontifex obſtringi poteſt vinculo iuramenti; cum tale vinculum ſit de iure naturali, & diuino.*

4 *Summus Pontifex poteſt ſecum in iuramenti vinculo diſpenſare, vel ſaltem alteri ſecum diſpenſandi facultatem dare; modo habeat diſpenſandi iuſtam cauſam.*

5 *Summus Pontifex in lege naturali vel diuina diſpenſare non poteſt ſine iuſta cauſa.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, ſi v. g. alienet, vel infeudet caſtra, ciuitates, vel dominia illius, niſi prius iuramenti vinculũ ſibi relaxet. Prior pars probatur; quia dum Cardinalis effectus fuit, iurauit, ſe non alienaturum, nec huiuſmodi bonorum alienationi conſenſum. Ergo. Conſequen-
2 tia probatur; quia vinculum iuramenti, Pontificatu cõſecuto, nõ ceſſat; cùm obligatio perſonalis perſonã ipſam ſequatur: tum quia effectus Pontifex de hac re emittit nouum iuramentum, quod ſe emiſſurum effectus priùs Cardinalis iurauerat. Ergo. Conſequentia probatur; quia perſpicuum eſt, 3
quod ſumus Pontifex vinculo iuramenti obſtringi poſſit; cùm tale vinculum ſit de iure naturali, & diuino, cui ſummus Pontifex ſubiicitur. Sic communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Leo *in Theſauro for. 1. p. c. 15. num. 11. & 12.* & Sopranus apud Filliucium *tract. 44. c. 3. §. 3. q. 1. n. 74.* Vide etiam, quæ dicebantur *dubit. 4.*

Poſterior pars patet; quia certum eſt, quod ſum- 4
mus Pontifex poſſit ſecũ in iuramenti vinculo diſpenſare, vel ſaltem alteri ſecum diſpenſandi facultatem dare; quia ſi id poteſt in ordine ad alios, poterit id etiam in ordine ad ſeipſum; cùm non debeat eſſe peioris conditionis aliis. Sic dicebam *ſupra c. 15. dub. 7. & lib. de Parlamentis dubit. 4. ſect. 27.* per ſuas ſubſectiones; & ex communi docent Abb. *cap. 1. de conſtitut. num. 2.* Felin. *ibid. num. 33.* & Sopranus apud Filliucium *cit. §. 3. q. 2. n. 75.*

Quod tamen intellige, modò Summus Pontifex 5
iuſtam, & rationabilem cauſam diſpenſandi habeat; quia nemo ſine huiuſmodi cauſa diſpenſare poteſt in lege ſuperioris; & ſic neque Summus Pontifex in lege naturali, vel diuina; cùm ſupremam poteſtatem, quam habet, à Chriſto acceperit ad ædificationem, & non ad deſtructionem; ſicuti dicebam *in locis ſupra cit.* & docent communiter Doctores *in tractatu de legibus.*

DVBITATIO XXX.

An ſummus Pontifex contra iuramentum alienando bona Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ, licet alienet illicitè, alienet etiam inualidè? Vbi traditur regula, quandonam actus contra iuramentum factus, ſit validus, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Summus Pontifex alienans cum cauſa contra iuramentum bona Camera, & ſedis Apoſtolica, licet alienet illicite, non tamen alienat inualide.*

2 *Actus, ſi pendeat à mera facultate agentis, iametſi agens contra iuramentum agendo periurus ſit, & licitè agat, valet tamen quod agit.*

3 *Iuramentum non aufert poteſtatem ad agendum, quam ius naturale, & Ciuile concedit, ſed ſolum facit vt homo ſit periurus ſi contra iuramentum agat.*

4 *Contrahens ſponſalia iurata cum vna, validè contrahit matrimonium cum altera.*

5 *Iurans, ſe Procuratorem non reuocaturum, valide tamen reuocat & ille deſinit eſſe eius Procurator.*

6 *Iurans, ſe votum non facturum inconſulto Confeſſario, valide tamen inconſulto illo votum facit.*

7 *Iurans ſe Petro, & non alteri rem donaturum valide tamẽ illam donat alteri; quia Donator*

Digitized by Google

non obstante priore promissione iurata mansit Dominus rei.

8 *Capitulum valide auget numerum Canonicorum licet iuraverit statutum de non augendo numero.*

9 *Ampliа id procedere etiam si tale statutum fuerit à Papa confirmatum, quia Canonici possunt renunciare favori suo; secus si in confirmatione adsit clausula irritans.*

10 *Iurans se testamentum non revocaturum, si postea revocet, periurus sit; sed valide revocat.*

11 *Iuramentum confirmatorium promissionis ab altero acceptatæ producit actionem in externo foro tam civili, quam canonico.*

12 *Iuramentum confirmatorium promissionis acceptata, non solum inducit obligationem Religionis erga Deum, sed etiam firmat obligationem naturalem erga hominem.*

13 *Ex contractu puberis sine tutoris auctoritate inito, & ex pacto seu promissione simplici, si iuramentum accesserit, etiam in foro civili actio conceditur, quæ alioquin non concederetur.*

14 *Iuramentum, quod est per se stans solum obligat ex virtute Religionis erga Deum, & nullam proprie actionem parit.*

15 *Actio est ius persequendi in iudicio; quod sibi debetur.*

16 *Revocans testamentum iuramento firmatum valide revocat; ita vt prius testamentum reddatur irritum, etiam si factum fuerit ad pias causas. Secus si in eo institutus sciverit, & acceptaverit.*

17 *Testator promittens se daturum sua Bona, vel partem illorum alicui, & talem promissionem iuramento confirmans contrahit obligationem, quæ transit passiue ad haredes, sicut promissarius acquirit ius transmissibile actiue ad suos haredes si sciens acceptet. Secus non.*

18 *Promissarius, vel eius hæres implorare potest iudicis officium vt iurantem se absente, & nesciente, cogat ad præstandum id, quod sub iuramento promisit.*

19 *Iuramentum appositum in testamento, de eo non revocando, habet vim clausulæ derogatoriæ, & idem valet, ac si expressisset, si aliud testamentum postea fecerit, nolle derogatum esse priori.*

20 *Statutum prius iuramento confirmatum non tollitur per generalem derogationem statutorum, sed ad talem effectum requiritur specialis derogatio.*

21 *Testamentum, quod de iure positiuo non valet, non validatur iuramento emisso contra prius iuramentum de non agendo.*

22 *Iuramentum posterius contra prius iuramentum peruersum dicitur, & periurij criminis confirmatorium, & propterea ius ei non assistit.*

23 *Iuramentum, quod sine salutis præiudicio seruari potest seruari debet.*

24 *Testamentum iuratum si factum fuerit ad pias causas sine sacrilegij crimine revocari non potest.*

25 *Testamentum per se, & nude consideratum de sui natura est revocabile, secus dic de testamento iurato.*

26 *Donatio inter Coniuges, & donatio mortis causa est revocabilis per se considerata; tamen si iuramento confirmetur non poterit sine peccato mortali revocari.*

27 *Promissiones, & contractus, qui iure positiuo vel naturali sunt irriti, iuramento ita confirmantur, vt omnino impleri debeant, si eorum impletio licita sit.*

28 *Ampliа id procedere etiam si prohibitum sit iuramentum opponi.*

29 *Inductus metu, vel fraude ad iurandum debet petere relaxationem iuramenti.*

30 *Obligatio iuramenti ex virtute propria Religionis, omnino personalis est, & sic solum iurantem afficit, & ad hæredes, vel successores eius non transit.*

31 *Maior pars alicuius communitatis, vel Capituli si se iuramento obstrinxerit ad aliquid præstandum quibusdam non consentientibus hi non obligantur ex vi iuramenti, & sub periurij pœna; sed ex vi legis vel consuetudinis.*

32 *Iuramentum auctoris non obligat hæredes, & successores ex vi iuramenti, sed ex vi pacti; si tamen nulla turpitudo intervenerit ex parte exigentis, seu recipientis promissionem iuratam.*

33 *Princeps, Episcopus, vel Canonicus si admittantur ad suum officium non præstito iuramento non obligantur ex iuramento sed ex vi pacti.*

34 *Hæres Vassalli, cum investitur, nouum fidelitatis iuramentum præstare debet, quia alioquin ex suorum antecessorum homagio non obligaretur.*

35 *Obligatio iuramenti, quod non est confirmatorium promissionis ab altero non acceptatæ non transit ad hæredes.*

36 *Hæres in se suscipit omnia onera, & obligationes reales secundum vires hæreditatis adita.*

37 *Obligatio iuramenti proprie promissorij, sc. promissionis homini factæ, & acceptatæ, transit etiam ad hæredes, & successores eius, cui iuratum est.*

38 *Pactum, seu promissio sibi facta ad hæredes extenditur, licet id expressum non fuerit.*

39 *Vassallus qui iurauit Principi fidelitatem, tenetur etiam ex vi iuramenti eum seruare successori, licet non fuerit expressum, modo iuramentum præstitum fuerit Principi, vt Principi, non vt priuatæ personæ.*

40 *Iuramentum præstitum ratione officij vel dignitatis, licet transeat ad successores, renouatur tamen ad maiorem solemnitatem, & cautelam.*

41 *Iuramentum ex parte iurantis est personale; respectu autem eius, cui iuratur, est reale.*

SVPPONO, quod alienet cum causa; quia si sine causa alienat, ex isto capite alienabit inualidè, iuxta probabiliorem Doctorum sententiam, quam tradebam *suprà dub.* 27. Hoc supposito.

Respondetur negatiuè, probatur ex iis quæ dicebantur suprà *sect.* 4. Et confirmatur; quia est regula (quam ex communi tradunt Abb. *in c. dilecto, de prabend. n.* 17. *& in cap. intellecto de iureiur. n.* 8. Silu. *ver. iuramentum,* 4. *q.* 12. Suar. *de iuramento lib.* 2. *c.* 19. *n.* 6. Sanch. *lib.* 5. *Moral. c.* 12. *n.* 13. Rebell. *par.* 2. *de iust. lib.* 1. *q.* 9. *num.* 13. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *cap.* 6. *q.* 3.) quod si actus pendeat à mera facultate agentis, tametsi agens contra iuramentum agendo periurus sit, & illicitè agat, valeat

1

2

valeat tamen, quod agit. Et ratio eſt; quia non obſtante iuramento promiſſorio, & ſic obligatione perſonali contracta de non faciendo aliquid, nihilominus homo reſtat in libertate naturali priori, per quam poſſit facere, quod non facturum ſe iurauit; cùm iuramentum non auferat poteſtatem ad agendum, quam ius naturale, & ciuile concedit, ſed ſolùm faciat, vt homo ſit periurus, ſi contra iuramentum agat. Hinc

4 Primò, licet quis contraxerit ſponſalia iurata cum vna, validè tamen contrahit matrimonium cum altera, *cap. ſicut de ſponſalibus.*

5 Secundò, licet iurauerit, procuratorem ſe non reuocaturũ, reuocatio tamen procuratoris eſt valida, & tu deſinis eſſe ipſius procurator, & gl. cõmuniter recepta in *c. vlt. ver. reuocatus, de procur. in 6.*

6 Tertiò, licet iurauerit ſe votum non facturum inconſulto Confeſſario, validè tamen inconſulto illo votum facit. Suarez *vbi ſuprà num. 5.*

7 Quartò, licet iurauerit, ſe Petro, & non alteri rem donaturum, validè tamen illam donat alteri; quia donator, non obſtante priore promiſſione iurata manſit Dominus rei. Couar. *in cap. quamuis pactum, p. 1. §. 4. num. 5.* & Sanch. *lib. 3. moral. c. 17. n. 17.* ſecundùm doctrinam gloſ. *in l. quoties, verb. priori, Cod. de rei vendicat.*

8 Quintò, licet Capitulum ſtatutum fecerit, & iuramento illud confirmarit, de non augendo numero Canonicorum, validè tamen poſteà nouum Canonicum inſtituit, gloſſ. *in cit. c. dilecto*, Abb. *ibid. n. 17.* Azor. *loco cit. q. 2.* Sanch. *cit. c. 12. n. 35.* & Leſſ. *de iuſt. & iur. c. 16. dub. 7. n. 57.* contra Hoſtienſem & alios in *dict. c. dilecto*; vbi ſubdit gl. *ver. clauſula*, id eſſe verum, etiamſi tale ſtatutum fuerit

9 à Papa confirmatum; quia cùm illud confirmatum fuerit in fauorem Canonicorum, Canonici fauori ſuo renunciare poſſunt: quamuis ſecus, ſi Papa adiecerit, vt ſi quid contra fieret, non valeat; quia tunc in vtilitatem Eccleſiæ id adiectum eſſe, præſumi debet.

10 Sextò, licet iurauerit, teſtamentum ſe non reuocaturum, & poſteà reuocet, periurus quidem ſit, ſed tamen validè reuocat. Sic Doctores communiter, quos citat, & ſequitur Couar. *rubr. de teſtam. par. 2. n. 52.* & Clar. *§. teſtamen. q. 94.*

Quamuis diſſentiat Mol. *de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 150. & 151. §. contraria ſententia*, ex eo, quia (vt inquit ipſe) ex tali iuramento, quatenus in alterius vtilitatem factum eſt, ei, eiuſque hæredibus, vel ſucceſſoribus ius acquiſitum ſit. Sed minus

11 rectè; quia (licet id verum ſit de iuramento confirmatorio promiſſionis ab altero acceptatæ: quapropter tunc actio in externo foro, tam ciuili, quàm Canonico conceditur, ſicuti rectè adnotarunt Couar. *c. quamuis pactum, par. 1. §. n. 8. & p. 2. §. 4. circa finem*, & Suar. *de iuramento lib. 2. c. 25. n. 7.* Et ratio eſt; quia iuramentum in tali caſu, non

12 tantum inducit obligationem religionis ergà Deum, ſed etiam firmat obligationem naturalem fidelitatis, & iuſtitiæ erga hominem; cùm eam tam ius ciuile, quàm ius Canonicum acceptet, & ad eius executionem, ob iuramenti reuerentiam, ſic

13 iurantem compellat. Vnde ex contractu puberis ſine tutoris auctoritate inito, & ex pacto, ſeu promiſſione ſimplici, ſi iuramentum acceſſerit, etiam in foro ciuili actio conceditur, quæ alioquin non concederetur. Quod idem multò magis de contractu, qui per ſeipſum ciuilem obligationem, & actionem inducit, qualis eſt v. g. emptionis, & venditionis contractus inter maiores natu initus, ſi iuramentum acceſſerit, dicendum eſt) nihilominus 14 id verum non eſt de iuramento, quod eſt per ſe ſtans, ideoque ſolum obligans ex virtute religionis erga Deum; quia in tali caſu nullam propriè actionem parit; vt ſi quis v. g. iurauerit, ſe Eccleſiam ædificaturum, hanc in vxorem ducturum, eleemoſynam daturum, vel quid aliud facturum, nemine promiſſionem acceptante. Ratio; quia actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod 15 ſibi debetur, §. 1. *inſtit. de action.* Sed in iuramento per ſe ſtanti nulla eſt obligatio, ſeu debitum ex iuſtitia, ſed ſolum ex religione erga Deum. Ergo, &c. Vide Suar. *cit. lib. 2. cap. 29. n. 23.* Medinam *diſp. 149. & 152.* & Vaſquez *in opuſc. tract. de teſtament. cap. 3. n. 34.*

Quapropter dicendum eſt, quod ſi quis reuocet 16 teſtamentum iuramento confirmatum, confecto alio, reuocatio ſit valida, ita vt prius teſtamentum reddatur irritum, etiamſi factum illud fuerit ad pias cauſas: ſecus, ſi is, in cuius fauorem teſtamentum illud fuit factum, ſciuerit, & acceptarit; quia tunc, licet prius teſtamentum etiam non habeat vim teſtamenti, ſed ſecundum; tamen ex 17 ipſo priori teſtamento, ratione promiſſionis iuratæ, & & acceptatæ acquiſitum eſt ius ad bona teſtatoris: quãdoquidem ſi teſtator promitteret tibi ſe daturum ſua bona, vel partem illorum, & talem promiſſionem iuramento confirmaret, acquireres ius ad illa in vtroque foro; quod ius trãſiret ad tuos hæredes, & ipſe contraheret obligationem, quæ tranſiret ad ipſius hæredes: vnde hæredes defuncti tenerentur ſatisfacere huic obligationi ante implerionem teſtamenti, ſicut aliis debitis in vita contractis; cùm ſuccedant in omnia onera realia defuncti: ergo idem dicendum de teſtamento per iuramentum confirmato, ſi ſcilicet, vti dicebam, is, in cuius fauorem teſtamentum illud factum fuit, ſciuerit; & acceptauerit; ſecus, ſi neſciuerit, vel non acceptauerit; quia tunc ex iuramento non orta eſt obligatio realis, quæ ad hæredes tranſeat, ſed tantum perſonalis, quæ manſit in ſolo teſtatore; quandoquidem ex promiſſione non acceptata non oritur obligatio; & ſic hæredes non tenebuntur ad quidquam.

Interim fateor in foro externo Eccleſiaſtico, 18 etiam taliter, id eſt, poſteriori modo iurantem iudicis officio compelli poſſe ad ſeruandum iuramentum; quod iudicis officium is, in cuius vtilitatem iuratum eſt, & ipſius hæres, vel ſucceſſor implorare poteſt, iuxta ea, quæ mox *infrà* dicentur.

Fateor ſecundò, iuramentum appoſitum teſta- 19 mento de non reuocando, habere vim clauſulæ derogatoriæ, perinde ac ſi expreſsè teſtator dixiſſet, nolle ſe, ſi aliud teſtamentum poſteà fecerit, priori derogatum eſſe, niſi ſpecialiter, & expreſsè reuocet: qua de re Couar. *loco ſuprà cit. num. 60.* Mol. *diſp. 153.* & gl. in *cap. cùm non deceat, de elect. in 6.* docet, per generalem ſtatutorum derogationem non tolli prius ſtatutum iuramento confir- 20 matum, ſed ad talem effectum requiri derogationem ſpecialem.

Dixi in regula, *ſi actus*, ſcilicet contra prius te- 21 ſtamentum, *pendeat à mera facultate agentis*, quia ſi actus poſitiuo aliquo iure irritus ſit, abſque dubio non valebit, etiamſi confirmatus fuerit acceſſione iuramenti editi contra prius iuramentum de non agendo: vt ſi v. g. mulier iurauerit, ſe non alienaturam bona dotalia, vel Minor, ſe

non contracturum sine curatoris auctoritate, & postea, non obstante tali iuramento, contrarium agant, etiam cum iuramento alio in oppositum, actus rescindi poterit, tanquam iure ciuili inefficax, gl. *in cap. licet, de iureiur. in 6.* Abb. *cit. cap. dilecto, numero* 8. Silu. *cit. q.* 12. Couar. *cit. cap. quamuis pactum, p. 2. §. 2. num.* 4. Sanchez *cit. cap.* 12. *num.* 38. *& cap.* 17. *numer.* 19. *& de matrim. lib.* 6. *disp.* 13. *numer.* 2. Azor. *cit. lib.* 11. *cap.* 6. *quæst.* 3. Rebell. *part.* 2. *de iust. lib.* 1. *q.* 9. Lell. *cit. cap.* 17. *dub.* 7. & Mancinus *de iuram. part.* 4. *effectu,* 1. *q.* 5. *num.* 2. Et ratio est; quia cùm iuramentum posterius peruersum sit, & periurij criminis confirmatorium; ius ei non assistit, vt velit iuramento tali actum, alioquin irritum, confirmari.

Dixi secundò, *tametsi agens contra iuramentum agendo periurus sit, & sic illicitè agat*: quia licet multi iuristæ (vt refert Couar. *rubr. de testam. part.* 2. *numer.* 48.) in specie doceant, testamentum, non obstante iuramento, liberè, sine vllo peccato reuocari posse, tamen absque dubio tenendum est oppositum. Ratio; quia iuramentum, quod sine salutis præiudicio seruari potest, seruari debet, *c. quamuis pactum, de pactis in* 6. atqui hoc iuramentum tale est; quia non reuocare testamentum, & relinquere hæredem illum, quem quis prius instituit, res licita est, quæ sine salutis præiudicio fieri possit; quin heri potest, vt sit quid melius; vt si testamentum factum fuerit ad piam causam; quapropter tunc saltem sine sacrilegij crimine testamentum reuocari non poterit; quia est instar voti. Neque obstat, quod testamentum sit natura sua reuocabile; quia id intelligi debet de testamento per se, & nude considerato, absque iuramento; sicut donatio inter coniuges, & donatio mortis causa est reuocabilis per se considerata, sed tamen, si iuramento confirmetur, non poterit sine peccato mortali reuocari: quinimmò promissiones, & contractus, qui iure positiuo, vel naturali sunt irriti; iuramento ita confirmantur, vt omnino impleri debeant, si eorum impletio licita sit, vt patet in promissione solutionis vsurarum quæ est irrita iure naturæ, & in alienatione
28 fundi dotalis; quæ est irrita iure ciuili. Quæ etiam vera sunt, etsit prohibitum sit, iuramentum apponi; quia etsi tunc quis peccaret iurando, ex eo quod contra iustam prohibitionem ageret; tamen non peccaret, iuramentum implendo; quia hoc non est prohibitum.

29 Id tamen verum est, quod, si metu, vel fraude quis inductus fuerit ad iurandum, petere poterit dispensationem à iuramento, & tunc dispensatione obtenta, quod fecerat, reuocare, iuxta ea, quæ dicebam *supra cap.* 8. *dubit.* 28. *& lib. de Parlamentis dubit.* 4. *sect.* 27. *per suas subsectiones.*

Dixi tertiò, *quod valeat tamen, quod agit.* Pro cuius rei intelligentia, præterquam quod patet ex dictis,

30 Aduerte primò, quod obligatio iuramenti ex virtute propria religionis omninò personalis est, & sic solum iurantem afficit, & ad hæredem, vel successorem eius non transit, S. Th. 2. 2. *q.* 98. *art.* 2. *ad* 4. Caiet. *ibid.* Sot. *lib.* 8. *q.* 2. *art.* 2. *ad* 4. Abb. *in cap. veritatis de iureiur. n.* 3. Gutierez *in authent. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus venditionem, num.* 40. Silu. *ver. iuramentum,* 4. *q.* 3. Mol. *disp.* 150. & Sanchez *lib.* 3. *moral. cap.* 13. Quapropter

Primò, si pars maior alicuius Communitatis, vel Capituli iuramento se obstrinxerit ad aliquid præstandum, quibusdam non consentientibus, vel contradicentibus, hi non obligantur ex vi iuramenti, & sub periurij pœna, sed interdum ex vi pacti, legis, vel consuetudinis; eo quod minor pars Communitatis, vel Capituli maioris partis conclusionem sequi debeat. 31

Secundò, si quis pro se, suisque hæredibus, vel successoribus iurauerit, hæredes, vel successores non obligantur ex vi iuramenti, sed solum ex vi pacti, si tamen nulla turpitudo interuenerit ex parte exigentis, seu recipientis promissionem iuratam. 32

Tertiò, si Princeps, Episcopus, vel Canonicus, &c. admittatur ad suum officium, non præstito iuramento, ad seruanda iuramenta, quæ ipsius antecessores fecerunt, non obligatur, ex vi religionis virtutis, licet aliquando obligetur ex vi statuti, vel pacti. 33

Quartò, hæres vassalli, cùm inuestitur, nouum fidelitatis iuramentum præstare debet; quia alioquin ex suorum antecessorum homagio non obligaretur. Sic Doctores communiter *in cit. cap. veritatis,* & Siluester. *ver. iuramentum.* 4. *q.* 3. 34

Aduerte secundò, si iuramentum non sit confirmatorium promissionis ab altero acceptatæ, sed solum per se stans, eius obligatio ad hæredem, vel successorem non transit; quia huiusmodi iuramentum continet solum vnam simplicem religionis obligationem, quæ ex dictis omnino personalis est, & sic solum iurantem afficit, & ad hæredem, vel successorem non transit; atque adeò ad illud præstandum hæres, vel successor non obstringitur; cum talis iuramenti obligatio cum auctore suo extinguatur. Exempla (præter ea, quæ supra in duobus locis adducebam) sint, si quis siue vlla promissione homini facta, nude, & simpliciter iurauerit, se vsuras soluturum, vel solutas non repetiturum, pecuniam latroni daturum, Ecclesiam ædificaturum, puellæ dotem daturum, & similia. Secùs, si defunctus promissionem homini factam, & acceptatam, vel promissionem, seu votum Deo factum iuramento firmauerit; quia tunc est duplex obligatio, vna religionis, & altera iustitiæ; ex quibus licet extinguatur morte illius prior, non tamen extinguitur posterior; sed transit ad hæredem; cùm hæres omnia 35 36 onera, & obligationes reales secùndùm vires hæreditatis aditæ in se suscipiat. Couar. *c. quamuis, part.* 1. *§.* 2. *num.* 8. Sanchez *lib.* 3. *moral. cap.* 13. *n.* 3. *& 5.* Gutierez *in Authent. Sacramenta puberum, Cod. si aduersus venditionem, num.* 15. & Suar. *de iuram. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 8. *& 9. & cap.* 31. *num.* 13.

Quamuis probabiliter, vti supra dicebam, si iuramentum per se stans in alicuius gratiam factum sit sine turpitudine recipientis, hæres iurantis conueniri possit, non quidem actione directa contra eum instituta, sed implorato Ecclesiastici Iudicis officio, vt compellat hæredem tali iuramento reali satisfacere, ad exonerandam scilicet defuncti conscientiam, *argum. cap. à nobis, in fin. de sent. excommun.*

vbi

Digitized by Google

vbi id docet gl. *ver. heredes*, & Abb. *ibid.* quatenus ait; quod licet iuramentum non transeat ad hæredes, seruare tamen tenentur, ne lædant animam defuncti.

37 Aduerte tertiò, quod obligatio iuramenti propriè permissorij, scilicet promissionis homini factæ, & acceptatæ, de qua supra dicebam, transit etiam ad hæredes, vel successores eius, cui iuratum est. Doctores communiter in cap. veritatis de iureiur. Abb. *ibid. num.* 3. Silu. *ver. iuramentum.* 4. *q.* 3. Angelus *eodem verb.* 5. *num.* 40. Couar. *cap. quamuis pactum, part.* 1. §. 7 *n.* 7. & alij passim. Sumitur *ex l. pactum, ff. de probation.* vbi dicitur;
38 quod pactum, seu promissio tibi facta ad hæredem quoque extendatur; quamuis id expressum nō fuerit; quia plerumque tam hæredibus nostris, quàm nobismetipsis cauemus; & iuramentum ex alio capite suscipit naturam, & conditiones promissionis, cui apponitur, Ergo, &c. Sumitur etiam
39 ex *cit. ca. veritatis*, vbi habetur, quod vassallus, qui iurauit Principi, vel Prælato fidelitatem, aut obedientiam, eandem etiam sine nouo iuramento teneatur præstare eius successoribus; quamuis de his expressa mentio facta non fuerit; sicuti, contra glossam ibidem docet Abb. *num.* 2. & alij passim; quod tamen intelligendum est, si iuramentum præstitum sit Principi, vel Prælato, vt Princeps, vel Prælatus est, seu ratione officij, vel dignitatis; vt si dicatur: Promitto & iuro obedientiam Regi, vel Episcopo, &c. quamuis id non tam ex verbis, quibus persona, vel officium, seu dignitas eius nominata est; sed potius ex materia subiecta cognosci debet, num quod promissum est, promissum sit alicui, vt personæ priuatæ, an ratione officij vel dignitatis; sicuti docet Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disput.* 27. *num.* 3. *& lib.* 3. *moral. cap.* 13. *numer.* 8. Interdum autem, non obstante, quod iuramentum
40 alicui præstitum sit ratione officij, vel dignitatis, & consequenter eo mortuo, vel depositio ad eiusdem successores transeat, præcipitur iuramenti renouatio ad maiorem solemnitatem, & cautelam *cap. longinquitate*, 12. *q.* 2.

41 Atque ex his intelligitur illud commune dictū Doctorum, quod iuramentum ex parte iurantis sit personale, sed respectu eius, cui iuratur, sit reale, id est, transitorium cum re, nempe dignitate, vel hæreditate, sicuti explicant Abbas *in cit. c. veritatis, num.* 3. & Couar. *in cap. quamuis; part.* 1. §. 5. *num.* 7.

DVBITATIO XXXI.

Quamnam censuram incurrat Commissarius, seu delegatus à sede Apostolica, si facultatem concedat alienandi in detrimentum Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Commissarius, seu Delegatus à sede Apostolica ad examinandas causas à supplicantibus expressas, si sit inferior Episcopo incurrit excommunicationem: si verò sit Episcopus suspensionem per annum; non tamen reseruatas summo Pontifici, si consensum quandocumque præstiterint alienandi in detrimentum Ecclesiæ.*

2 *Commissarius, seu Delegatus prædictus incurrit dictam excommunicationem, seu suspensionem, etiam si gratis, vel per metum, vel per præuiam pecuniam, & promissionem præstiterit consensum, decretum, vel auctoritatem.*

5 *Delegatus non incurrit dictas censuras si consensum, decretum, vel auctoritatem præstiterit alienationi, quæ non sit in detrimentum Ecclesiæ; sed æqualis conditionis; etiam si faciat contra concessionem Pontificis obtentam sub conditione euidentis vtilitatis.*

4 *Delegatus, si præstito consensu, vel interposito Decreto, alienatio non sequatur, nullam incurrit censuram, etiam si secuta eam incurrisset.*

RESPONDETVR, quod ex Bulla secunda Pauli II. quæ incipit: *Cum omnibus iudicibus* (vbi præcipitur iudicibus delegatis, seu Commissariis deputatis ad examinandas causas à supplicantibus expressas, vt causas eas; propter quas Summus Pontifex adductus est ad concedendam in suis literis alienandi facultatem, discutiant) incurrat excommunicationem (quamuis non reseruatam summo Pontifici) modò sit inferior Episcopo; Episcopus verò, vel superior Episcopo incurrat suspensionem (similiter non reseruatam summo Pontifici) per annum ab executione officij, si consensum, decretum, vel auctoritatem alienandi bona Ecclesiæ præstiterit quomodocumque in detrimentum Ecclesiæ. Sic expresse habetur in cit. Bulla secunda Pauli. II. 1

Hinc sequitur, quod prædictam excommunicationem, vel suspensionem incurrat dictus delegatus, etiamsi consensum, decretum, vel auctoritatē præstiterit gratis, vel per metum, vel per præuiam pecuniam, aut promissionem; quia in cit. Bulla dicitur: *Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientia sua prodigus in grauamen, aut detrimentum Ecclesiæ per gratiam, aut timorē, aut sordes alienationi consenserit, aut decretum, aut auctoritatem interposuerit: inferior quidem Episcopo sententiam excommunicationis incurrat: Episcopus verò, vel superior ab executione officij per annum nouerit se esse suspensum.* 2

Sequitur secundò, quod è contrà prædictam excommunicationē, vel suspensionem non incurrat delegatus, si consensum, decretum, vel auctoritatem præstiterit alienationi; quæ non sit in detrimentum Ecclesiæ, sed æqualis conditionis, etiāsi faciat contra concessionem Pontificis obtentam sub conditione euidentis vtilitatis Ecclesiæ; quia odia: & pœnæ, qualis est censura, non sunt ampliandæ, sed potius restringendæ. Atque ita docent Suar. *de censur. disp.* 22. *sect.* 6. *num.* 4. & Alterius *tom.* 2. *disp.* 16. *cap.* 2. *col.* 4. 3

Cæterùm, an delegatus dictam excommunicationem vel suspensionem incurrat, statim post consensum, vel decretum alienationis præstitum, etiamsi alienatio non sequatur?

Respondetur ex probabiliori sententia Doctorum negatiuè; quia censura, vtpotè odiosa, non incurritur: nisi fuerit principalis actus completus, & consummatus; præsertim, quia censura in casu nostro imponitur ob consensum, vel decretum, ex quo Ecclesia detrimentum patiatur; 4

at nisi sequatur alienatio, detrimentum non patitur; tum quia imponitur ob consensum, vel decretum alienationi præstitum; quamdiu autem non sequitur alienationis contractus, non dicitur alienatio; quia actus futurus non est actus, nisi in potentia; in materia autem pœnali non est facienda extensio à potentia ad actum. Ergo, &c. Vide, quæ dicebantur *supra dub.* 1. vbi subdebam, quod ex probabiliori, neque incurratur excommunicatio, licet sequatur alienatio, nisi etiam simul cum alienatione sequatur rei alienatæ pacifica traditio.

DVBITATIO XXXII.

Quamnam censuram incurrat, qui procurat alienationem, vel alienationis decretum à Commissario, seu delegato sedis Apostolicæ in detrimentum Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Procurans alienationem, vel alienationis decretum dolosè, vel scienter in detrimentum Ecclesiæ incurrit excommunicationem summo Pontifici reseruatam.*

2 *Procurans alienationem modo supradicto à nemine potest absolui à dicta censura summo Pontifice inferiori.*

3 *Procurans alienationem modo supradicto, si nesciat alienationem esse in detrimentum Ecclesiæ, excommunicationem non incurrit.*

4 *Subiectum dictæ excommunicationis est quicumque alienationem fieri procurauerit, vel alienationis decretum extorserit.*

5 *Differentia quæ etiam intercedit inter excommunicationem latam contra Delegatum præstantem decretum in detrimentum Ecclesiæ, & procurantes dictum legatum hæc est. Quod illa non afficit nisi Ecclesiasticos, ista vero, & Ecclesiasticos, & laicos, qui modo supradicto procurauerint.*

6 *Ista tamen excommunicatio non incurritur, nisi secuta alienatione.*

1 RESPONDETVR, quod incurrat excommunicationem, & illam Summo Pontifici reseruatam, si dolosè, vel scienter procuret, vel per sordes aut per impressionem extorqueat alienationem, vel alienationis decretum à commissario, seu delegato sedis Apostolicæ in detrimentum Ecclesiæ. Sic habetur expressè in dicta Bulla secunda Pauli II.

2 Dixi, *& illam summo Pontifici reseruatam*; quia ibi dicitur: *A qua nisi per Romanum Pontificem possit absolui.* Quapropter est differentia inter hanc excommunicationem, & præcedentem; cùm de illius reseruatione nulla mentio fiat in Bulla, consequenter quilibet Confessarius ab ordinario approbatus inre communi potest ab illa absoluere, non sic ab ista, *cap. nuper de sent. excommun.*

3 Dixi secundò, *si dolosè, vel scienter procuret*; quia ibidem dicitur: *Is verò, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum Ecclesiæ alienationem fieri procurauerit.* Quapropter qui nescit, alienationem esse in detrimentum Ecclesiæ, excommunicationem dictam non incurrit.

Dixi tertiò, *per sordes* (id est, per iniquas donationes) *aut per impressionem* (id est, per importunam persuasionem, vel deprecationem, vel similem inductionem) *extorqueat*; quia ibidem dicitur: *Aut qui per sordes vel impressionem alienationis decretum extorserit.*

Hinc sequitur, quod subiectum istius excom- 4
municationis sit, generaliter quicumque alienationem fieri procurauerit, vel alienationis decretum extorserit; quia ibi dicitur cum hac loquendi 5
formula: *Is vero*, quæ loquendi formula generalis est. Quapropter est altera differentia inter excommunicationem præcedentem, & istam; quod præcedens afficit solùm Ecclesiasticos deputatos à sede Apostolica; ista autem afficit omnes, siue sint clerici, siuè Episcopi, siuè etiam laici; vt patet ex ratione, quam mox supra dicebam: quamuis non improbabiliter sentiat præter alios Filliucius *tr. 11. c. 7. q. 4. ad finem*, quod afficiat solum laicos.

Cæterum, an ista excommunicatio incurratur, etiam non secuta alienatione? 6

Respondetur ex probabiliori sententia Doctorum negatiuè, iuxta ea, quæ dicebantur supra *dub. præcedenti*, in fine, & fauet exemplum excommunicationis latæ contra fœtus animati abortum procurantes, qui eam non contrahunt, nisi talis fœtus abortus secutus fuerit.

DVBITATIO XXXIII.

Quamnam censuram incurrat, qui suadet Summo Pontifici, vt alienet, vel infeuder Ciuitates, & loca Cameræ, & sedis Apostolicæ?

SVMMARIVM.

1 *Tractans, consulens vel alia ratione verba faciens de alienandis, aut infeudandis bonis immediate pertinentibus ad Ecclesiam Romanam & de quibusdam etiam aliis bonis incurrit excommunicationem.*

2 *Dicta cẽsura incurritur etiã si agatur de alienatione bonorum deuolutorũ ad sedẽ Apostolicã.*

3 *Item incurritur etiam si huiusmodi Bona in feudum aliàs dari solita erant.*

4 *Item etiam in remuneratione in genere.*

5 *Itẽ etiã sub annuo canone, vel alia quauis ratione.*

6 *Item etiã intuitu meritorũ erga sedẽ Apostolicã.*

7 *Item etiam prætextu necessitatis, vel euidentis vtilitatis.*

8 *Item etiam si agatur de postulandis aliquibus, vt eis titulus Ducis, Vicarij, Gubernatoris, vel alterius gradus in dictis locis conferatur ad vitam, vel in perpetuum, vel ad longum tempus, vel etiam ad beneplacitum.*

9 *Eligentes Oratores pro petenda alienatione predicta, & ipsi Oratores potentes incidunt in dictam excommunicationem; secus si de hac re non agatur cum Pontifice.*

10 *Subiectum huius excommunicationis est generaliter quicumque vnam ex dictis actionibus præstiterit, siue laicus, siue Ecclesiasticus cuiuscumque dignitatis etiam Episcopalis, vel Cardinalitiæ, etiam si per alium id præstiterit priuate, vel publice.*

11 *Communitates*

11 *Communitates etiam, & vniuerſitates tractantes, & conſulentes, vel alia ratione verba facientes, vel etiam inſinuantes, vel oratores mittentes incurrunt in dictas cenſuras, non quidem vt omnes, ſed vt particulares.*

12 *Excipe ſi quis vnam ex dictis actionibus præſtiterit in ordine ad alienationẽ, vel infeudationem bonorum fiſco addictorum propter delicta, quia dicta bona non comprehenduntur in Bulla Pij V. & aliorum.*

13 *Neque etiam comprehenduntur per triennium loca, quæ Camera Apoſtolica emit a Baronibus, quia excipiuntur per triennium à Clemente VIII.*

14 *Excipe etiam ſi vna ex predictis actionibus facta fuerit de licentia ſummi Pontificis explicitè, ſiue etiam implicitè.*

1 RESPONDETVR, quod ex Bulla Pij V. 35. quæ incipit: *Admonet nos*, & ex Bulla Vrbani VIII. quæ incipit: *Sacroſancti*, incurrat excommunicationem, ſi tractet, conſulat, aut alia ratione verba faciat de alienandis, aut infeudandis bonis immediatè pertinentibus ad Eccleſiam Romanam, & de quibuſdam etiam aliis bonis; aut inſinuet (id eſt mentem ſuam declaret) aut quouis prætextu ſuadeat, ſiuè per ſe, ſiuè per alium ſummo Pontifici, dicta Eccleſiæ bona alienari, vel infeudari; dummodo hac de cauſa eligantur Oratores, qui mittantur ad ſedem Apoſtolicam. Sic habetur expreſsè *in cit.* Bulla Pij V. & citata Bulla Vrbani VIII. quæ poſterior confirmat illam priorem.

Dixi, *ſi tractet, conſulat, aut alia ratione verba faciat*; quia ibi dicitur: *Tractantes, conſulentes, aut alia ratione verba facientes.*

Dixi ſecundò, *de alienandis, aut infeudandis bonis*, &c. quia ibidem dicitur: *De infeudationibus, aut alienationibus, de ciuitatibus, & locis prædictis immediatè ad nos, & ſedem Apoſtolicã pertinentibus.*

Dixi tertiò, *& de quibuſdam etiam aliis bonis, quia ibidem ſubditur*: Etiamſi agatur de alienatione bonorum deuolutorum ad ſedem Apoſtolicam.

2 Item ſecundò etiamſi huiuſmodi bona in feudum

3 aliàs dari ſolita erant. Item tertiò, etiam ex remu-

4 neratione in genere. Item quartò, etiam ſub an-

5 nuo canone, vel alia quauis ratione. Item quin-

6 tò, etiam intuitu meritorum ergà ſedem Apoſto-

7 licam. Item ſextò, etiam prætextu neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis. Item ſeptimò, etiamſi agatur de poſtulandis aliquibus, vt eis titulus du-

8 cis, Vicarij, gubernatoris, vel alterius gradus in dictis locis conferatur ad vitam, vel in perpetuum vel ad longum tempus, vel etiam ad beneplacitum. Vide ibi.

9 Dixi quartò, dummodo hac de cauſa eligantur Oratores, qui mittantur ad ſedem Apoſtolicam; quia ibidem dicitur: *Ac propterea de eligendis oratoribus ad nos, & ſucceſſores noſtros ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione mittendis proponentes.* Quapropter eidem excommunicationi ſubiicitur actio qua quis recipit munus huiuſmodi Oratoris, vt ex textu eiuſdem Bullæ patet.

Quæ tamen omnia ex probabiliori ſententia Doctorum intellige, ſi poſteà de hac re agatur cum Pontifice; ſecus, ſi nihil agatur cum illo; quia in materia pœnali facienda eſt ſtrictè interpretatio, & verba intelligenda ſunt cum effectu ſecuto.

10 Ex dictis ſequitur, quod ſubiectum iſtius excommunicationis ſit generaliter quicumque vnã ex dictis actionibus præſtiterit, ſiue laicus, ſiuè Eccleſiaſticus, cuiuſcumque dignitatis, etiam Epiſcopalis, vel Cardinalitiæ, & etiam, ſi præſtiterit per ſe, vel per alium, priuatim, vel publicè. Quin- 11
immò in dicta Bulla exprimuntur etiam Communitates, & Vniuerſitates; quia quamuis Communitas, & Vniuerſitas vt ſic, excommunicari non poſſit, excommunicari tamen poſſunt particulares perſonæ Communitatis, & Vniuerſitatis tractantes, conſulentes, vel alia ratione verba facientes, vel etiam inſinuantes, vel ob id Oratorem ad ſedem Apoſtolicam mittendum proponentes. Vide Franciſcum Leon. *in Theſaur. tori, c. 15. n. 12.* & Sopranum apud Filliucium *tract. 44. cap. 3. §. 3. quæſt. 4. & 5.*

Excipe primò, ſi quis vnam ex dictis actionibus 12
præſtiterit in ordine ad alienationem, vel infeudationem bonorum fiſco addictorum propter delicta; quia bona confiſcata propter delicta non comprehenduntur amplius in Bulla Pij V. ex Conſtitutione Gregorij XIII. quæ incipit: *Tanta, tamque horrenda, §. 13. ver. declarantes*, & ex Conſtitutione Sixti V. quæ incipit: *Hoc noſtri Pontificatu, §. 8. verſ. duces ad finem.* Quin neque etiam 13
comprehenduntur per triennium loca, quæ Camera Apoſtolica emit à Baronibus; quia hæc per triennium excipiuntur à Clemente VIII. in Conſtitutione 41. quæ incipit: *Iuſtitiæ ratio, §. 14. verſ. Ciuitates verò.*

Excipè ſecundò, ſi fecerit de licentia ſummi 14
Pontificis; quia eius eſt legem abrogare, cuius eſt illam concedere; idque ſiuè fecerit de licentia ſummi Pontificis explicitè, ſiuè etiam implicitè; vt ſi v. g. ſummum Pontificem adiens de hac re alloquatur, & ab illo non repellatur; quia hoc ipſo quo ſummus Pontifex illum ad proponendum admittit, & non repellit, cenſetur cum illo diſpenſare, & facultatem tractandi concedere. Sic Sopranus apud Filliucium *tract. 44. cap. 3. §. 4.* Secùs, ſi repulſus proſequatur, quia in tali caſu, ne dicta excommunicatio inflicta reddatur fruſtratoria, videtur, quod ex tunc incurratur, nec aliud ad illam incurrendam requiratur.

Cæterùm, an ſummus Pontifex infeudans, aut alia ratione alienans bona Cameræ Apoſtolicæ grauiter, & contra iuramentum peccet, patet ex iis quæ *ſupra dubit. 27. & 29.* dicebantur.

CAPVT XVIII.

De bonis Eccleſiaſticis non locandis.

DVBITATIO I.

An, & quomodo violetur immunitas Eccleſiaſtica per locationem bonorum Eccleſiaſticorum?

SVMMARIVM.

1 *Immunitas Eccleſiaſtica violatur per locationem ad longum tempus.*

Digitized by Google

2 *Locatio ad longum tempus reputatur alienatio, eo quod per ipſam vtile Dominium transferatur in conductorem.*

3 *Tempus longum ſpectato iure antiquo reputatur decennium, quia ſeptennium pro modico tempore iudicatur.*

4 *Iure antiquo bona Eccleſia locari poterant per nouennium & ſi non vltra.*

5 *Locatio facta ad vitam locantis, vel conducentis inualida eſt; quia talis locatio ex natura ſua durationi longi temporis ſubeſt.*

6 *Item inualida eſt locatio ad vitam, etiamſi veriſimiliter putetur vita conductoris non duratura longo tempore contra nonnullos.*

7 *Tempus longum inſpecta conſtitutione Pauli II. reputatur triennium, ſi res fructificet ſingulis annis, & ſic ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda, aliiſque grauiſſimis pœnis prohibentur vltra triennium locari bona Eccleſia, vbi tamen eſt vſu recepta.*

8 *Auctor exiſtimat vbique eſſe receptam ſaltem quoad rem prohibitam, & pœnam intrinſecam annullationis contractus; ſi non quoad pœnas extrinſecas excommunicationis, & officiorum priuationis.*

1 RESPONDETVR, violari, ſi quis modo, quo *ſupra cap.* 11. *dubitatione* 1. dicebam, bona Eccleſiæ locet ad longum tempus, Clement. 1. *de rebus Eccleſ.* 2 *non alien. & cap. nulli, eodem tit.* Et ratio eſt; quia locatio ad longum tempus reputatur alienatio, eo quod per ipſam vtile dominium transferatur in conductorem, *ex l.* 1. *§. quod autem ff. de ſuperficieb.* ibi: *Et ſine cauſa cognita ei, qui non ad modicum tempus conduxit ſuperficiem, in rem actio competit.* Sic Couar *lib.* 2. *var. cap.* 16. *num.* 1. Mol. *de inſt. tract.* 2. *diſp.* 466. *verſ. de aliis*, alter Mol. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 18. Vaſquez *in opuſc. de redditib. cap.* 2. *§.* 2. *n.* 21. *&* 22.

3 Tempus autem longum hic, ſpectato iure antiquo, reputatur decennium; quia ſeptennium pro modico tempore iudicatur, *cap. vlt. ne Prælati vices ſuas, & cit. Clement I. de rebus Eccleſ. non alien.* & tradunt gloſſ. Imola, Ancharan. *in Clement. cit. verb. locationes*, Abbas *in cap. veſtra de locatione*, Decius *conſil.* 142. *num.* 3. Leſſi. *de inſt. & iur. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Couar. Mol. & Vaſquez *in locis ſupra cit.* qui propterea docent,
4 quod iure antiquo bona Eccleſiæ alienari potetant per nouennium, etſi non vltra. Quapro-
5 pter inualida eſt locatio facta ad vitam locantis, vel conducentis; quia talis locatio ex natura ſua durationi longi temporis ſubiicitur, *cit. Clement.* & docet gloſſ. ibi, *ver. eius*, & ibidem Ancharanus, Imola, Alex. *conſil.* 119. *lib.* 3. *& conſil.* 165. *lib.* 2. Couar. *n.* 3. Mol. *de primogen. num.* 29. & Vaſquez *num.* 23.

An autem valida ſit, ſi veriſimiliter putetur longo tempore vita illius non duratura?

6 Reſpondetur (quamuis Couar. etſi dubitanter affirmet iuxta conſiderationem *l. hæreditatem, ff. ad legem falcidiam*) negatiuè; quia, cùm ſemper contingere poſſit, vitam illius longo tempore duraturam eſſe, fit, quod ſaltem ſub dubio ad longum tempus extendatur; quod nullo modo licet: quia ponamus, vitam illius decennio durare, certum eſt, quod in tali caſu locatio non valeat; aliàs valeret locatio facta ad longum tempus, contra textum *in cit. cap. nulli, & cit. Clement. I. de rebus Eccleſ. non alien.* At quælibet locatio in caſu poſito periculum hoc haberet; ergo quælibet talis locatio non valet; quia à principio inualidari debet, cùm à principio totum illud tempus comprehendat. Vide Molinam, & Vaſquez *in locis ſupra cit.*

Cæterùm attenta Extrauag. Pauli II. *Ambitioſæ*, longum tempus hic (ſi res fructificet ſingulis annis, vt *cit. cap.* 17. *dubit.* 1. dicebam) reputatur triennium, quia expreſsè ibi ſub excommunicatione ipſo facto incurrenda, aliiſque grauiſſimis pœnis prohibentur bona Eccleſiæ vltra triennium locari: quamuis multi Doctores (vt *cit. cap.* 17. *dubit.* 22. dicebam) putent, dictam Extrauag. in multis locis non eſſe vſu receptam, præſertim quoad pœnas, cenſuras, & locationem vltra triennium: quapropter in opinione illorum attendenda conſuetudo locorum erit. At, quoniam 8
probabilius puto, quod vbique ſit recepta, ſaltem quoad rem prohibitam, & pœnam intrinſecam annullationis contractus appoſitam, ſi non quoad pœnas extrinſecas excommunicationis, & officiorum priuationis, vti rectè tradunt Mol. *de inſt. tract.* 2. *diſp.* 466. *poſt medium*, Gutierez *lib.* 1. *can. qq. cap.* 8. *num.* 9. Salzed. *pract. cap.* 71. *circa fin.* Tolet. *lib.* 5. *c.* 91. *verſ.* 3. Quaranta *ver. alienatio num.* 48. Rebellius *de obligat. iuſtit.* 2. *par. lib.* 14. *quæſt.* 5. Zened. *collect.* 32. *num.* 1. & Barboſa *de poteſt. Epiſc.* 3. *part. allegat.* 95. *num.* 49. Vbi pro hac ſententia refert plures Rotæ Romanæ deciſiones. Propterea ſit

DVBITATIO II.

An, ſi quis bona Eccleſiæ locet ad ſex, vel nouem annos, clauſula adiecta, quod ſint tot locationes, quot ſunt triennia, itavt tranſacto primo triennio, pro tunc rem de nouo locet, valida ſit locatio vltra triennium, tanquam non pugnans cum Extrauagante *Ambitioſæ*.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta vt in titulo, licet in ſententia Baldi, & aliorum valida ſit, attamen ſecus eſt in ſententia Auctoris.*

2 *Pactum, quo concedens obligatur ſequentem ſucceſſorem aliis præferre, & rem in emphyteuſim eidem concedere, eſt nullum; quia nihil aliud eſt quam perpetuare emphyteuſes per machinationem.*

3 *Conuentio ſupradicta præſumitur in fraudem legis locationes vltra triennium prohibentis, & conſequenter eſt nulla.*

4 *Excipe, niſi ſit aliter vſu receptum, vt Mediolani, vbi bona Eccleſia conſueuerunt locari ad nouennium triplici locationis contractu.*

5 *Dicta de locatione multiplici extende ad locationem factam ad triennium cum pacto de locatione renouanda ſi tamen ſit incluſum dictum pactum in publica ſcriptura; ſecus ſi priuatim efficiatur.*

6 *Promiſſio priuata non cenſetur neque formalis, neque virtualis locatio.*

7 *Promiſſio*

7 *Promiſſio etiam de renouando locationem poſt triennium in ſcriptura publica redacta in ſententia nonnullorum non venit ſub prohibitione Extrauagantis.*

8 *Pactum in ſcriptura publica incluſum in ſententia iſtorum non eſt locatio, neque alienatio, ſed ſolum obligatio perſonalis locandi, vel alienandi.*

9 *Beneficiarius in iſtorum opinione poterit ſe obligatione perſonali obligare ad dandam commoditatem percipiendo fructus ad multos annos, vel ſua vita durante cuicumque voluerit.*

10 *Beneficiarius poterit liberaliter cedere alteri fructus ſui beneficij pro vita ſua durante, ſi per huiuſmodi ceſſionem, non transferat ius aliquod ad bona Beneficij.*

11 *Item beneficiarius poteſt gratis cedere diſtributiones obligatione ſolum perſonali; ſine obligatione reali, per quam transferat aliquod ius in rem.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis Baldus *in cap. 1. §. ſi libellario, quibus modis fundus amitt.* & *in l. voluntas, Cod. de fideicommiſſ.* & alij multi apud Manticam *de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 5. tit. 5. num. 19.* & apud Scortiam *in loco infra citando* affirment ex eo, quia in tali caſu dantur plures locationes triennales, & nulla earum eſt prohibita) negandum ſit, illam valere vltra triennium (etſi valeat per triennium, quia per triennium non prohibetur) Atque ita contra Baldum, & alios innominatos *ſupra* citatos tenent communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Couar. *lib. 2. var. cap. 16. num. 4.* Azor. 2. *part. lib. 9. c. 2. quæſt. 3.* Rebell. *de obligat. iuſt. lib. 1. quæſt. 6.* Rodriguez *qq. Regular. quæſt. 7. art. 1.* Mol. *de iuſt. diſp. 466. ad fin.* Vaſquez *de reddit. cap. 2. §. 2. num. 25.* Tuſchus *tom. 5. concl. 406.* Carocius *de locato, 3. 3. part. §. de rebus Eccleſ. locandis, concl. 5. 6. & 9.* Riccius *deciſ. 117. & 121.* Leſſi. *lib. 2. cap. 24. dub. 11. n. 68.* Scortia *theorem. 117.* Sa *ver. conductio, n. 13.* Sopranus apud Filliucium *tract. 44. cap. 2. q. 5.* Valaſcus *de iure emphyteut. q. 29. num. 15.* Lezana *in ſum. part. 1. cap. 10. num. 4.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. 3. part. alleg. 95. num. 17.* & alij apud Genuenſem *loco cit. num. 10. & 15.* aſſerentes, hoc in Rota haberi pro indubitato: & probatur ex textu *in authent. de non alienand. §. quod autem*, vbi loquens
2 de emphyteuſi, quæ ad vitam accipientis, & duas alias concedi poterat, dicit, nullum eſſe pactum, quo concedens obligatur ſequentem ſucceſſorem aliis præferre, & rem in emphyteuſim eidem concedere; quia hoc nihil aliud eſt (inquit textus) quàm per reuolutionem, & machinationem perpetuari eius emphyteuſes; quod in noſtro caſu à fortiori locum habet; quia per illam machinationē multiplicatę locationis res Eccleſię ad longum tēpus locatur, quod in Extrauag. Ambitioſæ prohibetur; & ex alio capite parum intereſt Eccleſiæ quæ ſolum intendit, rem ſuam vltra triennium non locari, quod vnica locatione, vel pluribus locationibus id fiat; quod certè efficitur, licet di-
3 uerſis locationibus efficiatur. Adde, quod talis conuentio præſumitur in fraudem legis, locationem vltra triennium prohibentis, & conſequenter debet eſſe nulla, ſicut & nulla eſt omnis alia
4 conuentio in fraudem legis facta. Excipe, niſi ſit aliter vſu receptum, vt Mediolani, vbi bona Eccleſiæ conſueuerunt locari ad nouennium triplici locationis contractu. Vide Bonacinam *punct. 2. num. 14.* & quæ dicebantur, *cap. praced. dub. 4. & 22.*

Cæterùm, quod dixi de locatione multiplici, 5
idem dicas de locatione facta ad triennium, cum pacto in ſcriptura publica, etiam diſtincta incluſo, de locatione tranſacto triennio renouanda; quia tunc virtualiter vltra triennium res Eccleſiæ locatur; & quod fit, in fraudem legis fieri videtur, etiamſi fiat duabus diſtinctis publicis ſcripturis: ſecus, ſi tale pactum in ſcriptura publica non in-
cludatur, ſed priuatim efficiatur; quia priuata 6
promiſſio non cenſetur neque formalis, neque virtualis locatio; & ſic ex vi illius nullo pacto diceris vltra triennium locare, ſed ſolum priuatim, te locaturum promittere. Sic Baldus *in l. vlt. ff. ad legem Falcidiam*, Azor. 2. *part. lib. 7. cap. 10. quæſt. 6. & lib. 9. cap. 2. q. 3.* Scortia *in ſelectis conſtit. epith. 43. Theorem. 115.*

Quamuis contrarium quoad priorem partem 7
dicti ſentiant probabiliter Mol. *diſp. 366. & 466. num. 5.* Vbi citat alterum Molinam, Riccius *deciſ. 71.* vbi citat Cravettam, & alios, Quaranta *num. 18.* vbi citat Rebuffum, Gutierez *lib. 2. canonic. cap. 13.* & Sopranus apud Filliucium *tract. 44. cap. 2. §. 1. quæſt. 8. & §. 3. q. 3. num. 29.* & *cap. 4. quæſt. 2.* ex eo, quia pactum etiam in ſcriptura pu- 8
blica incluſum de locando, non eſt locatio, neque alienatio, ſed ſolum obligatio perſonalis locandi vel alienandi; ſicuti promiſſio matrimonij non eſt matrimonium.

Quapropter in iſtorum opinione poterit be- 9
neficiarius obligare ſe obligatione perſonali ad dandam commoditatem percipiendi fructus ad multos annos, vel ſua vita durante, cuicumque voluerit; quia per huiuſmodi obligationem rem Eccleſiæ non alienat; cùm nullum ius in eam conferat alteri, ſed ſolum ad eius fructus præſtandos perſonaliter obligatur. Item ſecundò, poterit be- 10
neficiarius liberaliter cedere alteri fructus ſui beneficij pro vita ſua durante, ſi per huiuſmodi ceſſionem non transferat ius aliquod ad bona beneficij, ſed ſolum obligetur perſonaliter ad dandum alteri, quod ex ſuo beneficio perceperit. Item 11
tertiò, poterit gratis cedere diſtributiones obligatione ſolum perſonali, ſine obligatione reali, per quam transferat aliquod ius in rem, vel ad rem; vt ſi ſcilicet ſe obliget ſolum ad cedendum, ſeu tradendum alteri fructus, vel diſtributiones quæ ad ipſum de iure ſpectant: in quo ſenſu intelligendi ſunt Doctores, qui docent, diſtributiones poſſe alienari. Vide præter Doctores *ſupra* citatos, etiam Nauarrum *de alienat. num. 1.*

DVBITATIO III.

An ſi quis, facta locatione pro triennio, ante illud finitum locationem renouet, valida ſit contractus renouatio?

SVMMARIVM.

1 *Renouans locationem factam pro triennio poſt ſecundum annum, valide facit, quia tunc non præſumitur ex fraude procedere.*

2 *Reno*

2 *Renouatio facta ante secundum annum cœptum, & cum eadem persona, licet pensio varietur, est inualida; quia tunc præsumitur fraus, & verum est dicere rem Ecclesiæ vni esse locatam ad quinquennium.*

3 *Pensionis variatio non tollit integre fraudis præsumptionem.*

1 RESPONDETVR, distinguendo: si renouet post secundum annum, valida est est contractus renouatio; quia tunc is non præsumitur ex fraude procedere, neque primum contractum continuare, sed nouum inire, & rem de nouo locare: censetur enim
2 antiquus finitus; cùm parum pro nihilo reputetur. At si renouet ante cœptum secundum annum, & cum eadem persona, inualida est, tametsi pensio varietur; quia tunc præsumitur fraus; & quia tunc verum est dicere, rem Ecclesiæ vni esse locatam ad quinquennium, contra textum in Extrauagant. *Ambitiosæ.* Sic Molina *cit. disp.* 466. *circa finem*; & consentit Valascus *de emphyt. q.* 29. *n.* 15. in casu, quod non varietur pensio; quamuis secus, si varietur; sed minus recte; quia pensionis variatio
3 non tollit integrè fraudis præsumptionem; neque impedit, quò minus dicatur, rem vltrà triennium eidem esse locatam.

DVBITATIO IV.

An si quis Ecclesiæ rem, quæ binis, vel ternis annis solet fructificare, validè illam vltra triennium locet?

SVMMARIVM.

1 *Valida est locatio de re, quæ binis, vel ternis annis solet fructificare, ita vt si fructificet annis alternis possit illam locare per sexennium, si annis ternis per nouennium, & sic deinceps.*

2 *Trina fructuum collectio est quæ conductorem inuitare potest ad rem Ecclesiasticam conducendam.*

3 *Emphyteuta non cadit in commissum, si triennio non soluit pensionem annexam rei, quæ tantum triennio, vel biennio fructificat.*

4 *Singula triennia æquiualent singulis annis in casu, quo res fructificat ternis annis.*

1 RESPONDETVR, affirmatiuè; ita vt si fructificet annis alternis, possit illam locare per sexennium; si fructificet annis ternis, possit locare per nouennium, & sic deinceps, &c. Ita dicebam *cap. precedenti dub.* 1. & tradit ex communi Barbatia *in rubr. de rebus Eccles. non alien. num.* 52. Less. *lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *n.* 69. Scottia *theor.* 115. Nauar. *in comment. de alien. rer. Eccles. num.* 21. & 22. Azor. 3. *part. lib.* 8. §. *de locato, cap.* 2. Sà, *ver. conductio, num.* 14. Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 1. *q.* 3. Gutierez *lib.* 1. *can. qq. cap.* 8. *n.* 12. Couarr. 2. *var. c.* 16. *n.* 6. Quaranta *ver. alienatio rerum Eccles. n.* 18. Vasq. *in opusc. de redditib. cap.* 2. §. 2. *dub.* 6. *n.* 30. Rebel. *de obligat. iust. lib.* 1. *q.* 5. Riccius *dec.* 115. & Barbos. *de potest. Episc.* 3. *part. allegat.* 95. *n.* 4. Et probatur; quia Pontifex in dicta constitutione 2
non tam videtur intendisse triennium temporis, quàm triennium fructuum; cùm trina fructuum collectio sit, quæ conductorem inuitare potest ad rem Ecclesiasticam conducendam; vt sic sterilitas vnius anni (si fortè contingat) aliorum annorum vbertate compensetur; aliàs paucos conductores res Ecclesiæ inuenire possent. Confirmatur; quia 4
emphyteuta non cadit in commissum, si triennio non soluit pensionem annexam rei, quæ tantum triennio, vel biennio fructificat, teste Baldo *l. cod. Cod. locati*, Alexandr. *in l. diuortio, §.* 1. *ff. soluto matrim.* Iason. *ibid. & l.* 2. *C. de iur. emphyt.* Couar. & Azor. *locis suprà cit.* Confirmatur secundò; quia 5
in casu, quod res fructificat alternis, vel ternis annis, meritò singula biennia, vel triennia æquiualent singulis annis.

DVBITATIO V.

An, si quis Ecclesiæ rem, quæ singulis annis fructificat, vltra triennium locet, valida sit locatio, saltem citra triennium, & si sit inualida, qua parte excedit triennium?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Locatio modo supradicto est inualida, etiam citra triennium, & simpliciter, & in totum vitiatur; nisi forte contrahentes tacite consentirent in triennium tacite enim esset duplex contractus, quia consentirent in sexennium.*

2 *Verbum (cadat) intelligendum esse quod cadat à iure, quod obtinere poterat; quia si nullus esset contractus etiam pro tempore a lege permissus, non diceretur ab eo cadat.*

3 *Dictio illa (omnino) indistinctè prolata, omnes annos videtur comprehendere.*

4 *Per alienationem vltra formam præscriptam, factam, recipienti ius aliquod non acquiritur.*

5 *Negatiua, quoties adiungitur cum dictione (aliquod) etiam in qualibet minima parte verificatur.*

6 *Contractus, cum pendet à voluntate duorum, si non valet, vt fit, neque valet, vt fieri poterat.*

7 *Electio consiliarij ad triennium facta, neque valet ad annum, si statutum sit quod vltra annum fieri non possit.*

8 *Leges generaliter loquentes non censentur improbare quod aliis legibus est permissum.*

9 *Textus dicentes nullam esse locationem intelligi debent non de triennali, quæ permissa est à lege, sed respectu temporis à lege reprobati.*

10 *Clementina I. de non alienando loquitur non de locatione; sed de vera alienatione, quæ in totum est nulla.*

11 *Verbum illud (cadat) relatum ex authent de non alien. significat emphyteutam cadere ab emphyteusi tempore vtili possessa.*

12 *Nemo dicitur cadere ab eo, quod non habet, nec potest habere.*

13 *Doctri*

13 *Doctrina Bartoli citata intelligi debet quod locatio illa valeat de facto, quoad tempus à lege permissum; secus quoad tempus à lege reprobatum.*

1 RESPONDETVR, inualidam esse, etiam citra triennium; & sic simpliciter, & in totum vitiari; nisi tamen contrahentes tacitè consentirent in triennium, ita vt tacitè sit duplex contractus, nempe consentirent in sexennium verbi gratia, etsi hic contractus non valeret triennium. Sic docent Bartol. *in Authent. qui rem de sacrosanctis Eccles. numer.* 7. Ias. *ibid. num.* 21. Bartholomæus Socinus, Abbas, Felinus, Cardinalis, & alij, quos sequitur Couar. 2. *var. cap.* 16. *num.* 5. Azor. 2. *part. lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 4. & *lib.* 9. *cap.* 2. *quæst.* 4 Mantica *de tacit. & ambig. conuenient tom.* 1. *lib.* 5. *tit.* 5. *in princip.* Valascus *de iure emphyt. quæst.* 29. *num.* 15. Gratian *discept. forens. cap.* 162. *num.* 22. Vasquez *in opusc. de redditibus cap.* 2. §. 2. *num.* 28. & 29. Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 2. *quæst.* 5. Genuensis *in praxi, cap.* 60. Bonacina *disput.* 3. *de contractibus feud. quæst.* 8. *punct.* 4. *numer.* 32. Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap.* 2. *num.* 30. Riccius *decis.* 117. & 121. Carocius *de locato* 3. *part.* §. *de rebus Eccles. locandis concl.* 5. 6. & 9. Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 24. *dub.* 11. *num.* 68. Scortia *theorem.* 117. Sà *ver. conductio num.* 13. & decreuit Rota, sicut refert Farinacius *tom.* 1. *part.* 1. *decis.* 36. contra Baldum in *Authent. si quas ruinas Cod. de sacros. Eccles.* Paulum de Castro *in Authent. qui rem, Cod. de sacros. Eccles.* Imolam *in cap. ex parte de feudis*, Alexandrum *consil.* 38. *lib.* 2. Decium *in cit. authent. qui rem*, Tiraquellum *lib.* 2. *de retract. p. vlt. num.* 144. Molinam *de iust. tract.* 2. *disp.* 467. Alterum Molinam *de primog. lib.* 1. *cap.* 21. *n.* 28. Tuschum *ver. locatio concl.* 406. *in princ.* Rebellum *de obligat. iust.* 2. *part. lib.* 14. *quæst.* 6. Gamma *decis.* 390. *num.* 3. Quaranta *num.* 18. Barbosam *de potest. Episc.* 3. *part. allegat.* 95. *num.* 15. & alios innominatos apud Manticam *loco suprà cit. num.* 19. apud Scortiam *cit. theorem.* 117.

Probatur non ex eo (vt probant aliqui) quia in authent. de non alien. §. emphyteusim, prohibetur dari emphyteusim vltra tres vitas, & subditur: *Aliter dari nullo modo permittimus, neque sic habere aliquod robur sinimus.* Et in §. si verò in perpetuum, dicitur: *Si verò in perpetuum quisquam emphyteusim accipere præsumpserit, quod non licet, temporalem quidem, non tamen secundùm huius nostræ legis obseruationem, etiamsi cadat quidem de emphyteusi, & quod datum est, maneat apud Ecclesiam.* Quapropter si dicitur, *cadat*, 2 intelligendum esse videtur, quod cadat à iure, quod verè obtinere poterat; quia si nullus esset contractus, etiam pro tempore à lege permissus, non diceretur, ab illo *cadat*. Item neque ex eo, quod in Extrauag. *Ambitiosæ* dicitur, quod si locatio, vel alienatio fiat aliter, ac ibi præscribitur, nullius omninò sit roboris, ac momenti: & ex alio capite, dictio illa, *omninò*, 3 indistinctè prolata, omnes annos videatur comprehendere. Item neque ex eo quod in *Clem. I. de rebus Eccles. non alien.* dicitur, quod alienatione vltra formam præscriptam facta, recipienti 4 ius aliquod non acquiratur; & ex alio capite quoties negatiua adiungitur cum dictione ali- 5 quod, etiam in qualibet minima parte, verificetur, vt tradit gloss. *Clement. I. de foro compet.* Abb. & alij, quos refert Couar. *loco suprà cit.* & Tiraquellus *in l. si vmquam, ver. omnia, num.* 1. & 14. Item neque ex eo, quia (vt docet Bart. *in l.* 1. §. *si quis ita, ff. de verb. obligat.* communiter receptus) 6 cùm contractus pendet à voluntate duorum, si non valet, vt fit, neque valeat, vt fieri poterat; & quia vt (vt docet Romanus *consil.* 66.) electio 7 consiliarij ad triennium facta, neque valeat ad annum, si statutum sit, quod vltra annum fieri non possit.

Responderi enim potest, rationes, & auctoritates istas intelligi non de toto tempore, etiam à iure permisso, sed solum de tempore inutili; 8 quia leges generaliter loquentes non censentur improbare; quod aliis legibus est permissum, 9 *l. sciendum, ff. qui satisdare coguntur; & l. decurionibus, Cod. silentiariis, lib.* 12. Quapropter, cum locatio triennalis permissa sit à lege, & reprobata ea, quæ diuturnior est, dici potest, quod textus dicentes, nullam esse talem locationem, intelligantur respectu temporis à lege reprobati, non item respectu temporis à lege permissi; & sic explicari potest Authent. *de non alien.* & Ex- 10 trauag. *Ambitiosæ*, & Clement. I. *eod. tit.* præterquam quod Clement. I. loquitur non de locatione, sed de vera alienatione, quæ certum 11 est, quod in totum fit nulla, cum forma præscripta non seruatur. Verbum autem illud *Cadat*, 12 relatum ex Auth de non alien. significat emphyteutam cadere ab emphyteusi tempore vtili possessa: quod inde probatur; quia nemo dicitur cadere ab eo, quod non habet, nec potest habere: & sic, si ex vi illius contractus emphyteuta neque habuit, neque potuit habere in aliquo tempore emphyteusim, sequitur dici non posse, quod ab illa cadat: ergo si cadit, signum est, quod emphyteusis fuerit ipsi debita pro aliquo tempore, scilicet tempore à iure permisso, quo transacto ab emphyteusi cadit. Accedit, quod ibi per modum pœnæ emphyteuta priuatur emphyteusi; & consequenter signum est, quod ex vi iuris obtinebat emphyteusim tempore à lege permisso.

Ad illud, quod dicitur ex doctrina Bartoli 13 communiter recepta Responderi potest, quod locatio illa valeat de facto, quoad tempus à lege permissum, tametsi non valeat quoad tempus vlterius à lege reprobatum; & sic, quod de facto valeat actus quoad partem, eo modo quo fit. Fauet tamen aliquantulum doctrina Bartoli, & multò magis doctrina Romani Responsioni nostræ.

Sed probatur ex eo; quia ex vi contractus contrahentes non consentiunt, nisi in locationem, & conductionem multorum annorum: non enim conductio triennalis est ita commoda, sicut sexennalis verbi gratia vel nouennalis; quin potest illa esse damnosa: quapropter qui pro tempore diuturno conducit, minoris conducit, quasi pro breui tempore conduceret. At quoties contrahentes non celebrarent contractum eodem modo, tempore permisso, ac celebrant, cùm extra tempus permissum contrahunt, deficit consensus in contrahendo; & sic nequit fieri separatio eius temporis, quod est lege permissum, ab eo, quod lege prohibetur: quapropter non mirum, si inualidus sit contractus quoad totum tempus. Quamuis, si ipsi contrahentes tacitè consentirent in triennium, tunc ex hac parte valeret contractus; quia

tunc

4 tunc implicitè esset duplex contractus, nempe in sexennium,vel nouennium ; etsi hic non valeret, in triennium.

SECTIO II.

Difficultates , earumque solutiones.

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile non vitiatur quando sunt separabilia.*

2 *Donatio sine insinuatione facta vltra quingentos aureos , licet sit vnica donatio , solum in excessu vitiatur , & firma remanet quoad quingentos aureos à iure sine insinuatione donari permissos.*

3 *Donans supra quingentos aureos voluntatem habet donandi quod est permissum,non sic locans vltra triennium.*

4 *Emphyteusis concessa ad tres generationes valida est quoad tertiam permissam , inualida quoad reliquas.*

5 *Data emphyteusi alicui, eiusque duobus successoribus , cum pacto , quod illis deficientibus tertius obuenturus sit in Emphyteusim , & omnibus aliis præferendum.Deciditur Dominus Emphyteusis obligatus non esse , duobus hæredibus cessantibus cæteris tradere.*

6 *Pactum additum Emphyteusi reprobatur , at Emphyteusis vitium non habet.*

7 *Quod in vna parte vitiatum est , in totum vitiatur.*

1 OBiicies , vtile per inutile non vitiatur , ex *regul. vtile, de regulis iuris in 6.& l.1.§. sed si mihi,ff. de verb.obligat.* Ergo.

Respondetur , vtile per inutile non vitiatur, quando sunt separabilia, concedo ; quando non sunt separabilia , nego. At in casu nostro non sunt separabilia ; quia locans non eodem pretio locaret ad breue tempus,ac locaret ad longum.

2 Obiicies secundò , donatio sine insinuatione facta vltra quingentos aureos,tametsi vnica sit donatio,solum in excessu vitiatur, & firma remanet quoad quingentos aureos à iure sine insinuatione donari permissos, *l. sancimus in princip. vers. si quid autem , Cod. de donation.* & docent Mol. *disp.* 278.*&* 467. Clar. *§.donatio.q.* 17. *n.* 2. Riccius *resol.* 102.*n.*2 Rebellius *de obligation. iust.2.p.lib.* 18.*q.*6.*n.*6.& Zeuallos *com.contr.com.q.*222.*n.*3. Ergo sic,&c.in casu nostro.

3 Respondetur,concedo antecedens:at nego consequentiam ; & disparitas est ; quia donans supra quingentos aureos , & sic plus,quàm sibi permittitur , voluntatem habet donandi , quod est sibi permissum:non sic in casu nostro ; nisi contrahentes tacitè consentirent in triennium,vti dicebam,

5 Obiicies tertiò , Emphyteusis concessa ad tres generationes valida est quoad tertiam permissam, inualida quoad reliquas,*auth.de non alien. §. quod autem,collat.*1.vbi data emphyteusi alicui,eiusque

5 duobus successoribus , cum pacto , quod illis deficientibus tertius successor obtĕturus sit emphyteusim, & omnibus aliis præferendus,Deciditur, dominum emphyteusis obligatum non esse,duobus hæredibus cessantibus, cæteris tradere ; & sic tacitè declaratur,traditionem emphyteusis primis hæredibus valere , extensionem tamen à lege improbatam non valere;ergo,&c.

Respondetur;in *cit. Auth.* solum reprobari pactũ 6
additum emphyteusi ; non autem Emphyteusim vitium habere;quia solum ad tres vitas se extĕdit: at locatio in casu nostro non solum se extendit ad triennium , sed etiam ad plures annos;& consequenter in vna parte vitiata , in totum vitiatur Quod si vrgeas,illud pactum,cùm simul effectum 7
sit cum emphyteusis contractu,virtute,& in effectu emphyteusim vltra tres vitas extendit,eaque de causa annullatur , & tamen non obstante hac extensione,firma remanet emphyteusis quoad tres vitas;ergo similiter locatio rei Ecclesiæ pro pluribus annis facta firma debet manere pro triennio. Respondetur , esse ibi virtute duplicem contractum,iuxta ea,quæ *supra* dicebamus.

DVBITATIO VI.

An , si quis Ecclesiæ rem, quæ singulis annisfructificat,vltra triennium locet cum iuramento de non contraueniendo , firmetur locatio iuramento ; ita vt ipsi non liceat ab ea recedere ?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non obligat ad peccatum , neque est vinculum iniquitatis , nec firmat locationem de re singulis annis fructifera , vltra triennium.*

2 *Extrauagans Ambitiosæ prohibet huiusmodi locationem sub peccato mortali,& excommunicatione, qua supponit peccatum mortale.*

3 *Pœna debet esse commensurata culpæ.*

4 *Excommunicatio maior grauis pœna est,gladius spiritualis , ac neruus Ecclesiastica disciplinæ.*

RESPONDETVR ex probabiliori sententia Doctorum negatiuè ; quia iuramentum non obligat ad peccatum neque est vinculum iniquitatis;ergo non firmat prædictam locationem. 1
Antecedens patet. Consequentia probatur ; quia Extrauagans *Ambitiosæ* prohibet huiusmodi locationem sub peccato mortali , vt patet ex verbis ipsius prohibitiuis,& ex pœna excommunicationis, quam imponit ; siquidem hæc supponit peccatum mortale , vt ex communi tradit Caiet. *in sum.ver.precepti transgressio , §. pœna preceptorum,* Paludan.*in*4. *dist.* 17.*art.* 2.Nauar.*cap.* 27.*num.*9. Gabr. *in* 4. *dist.* 18.*q.*2. *Coroll.*2.Sot. *dist.* 22.*q.*1. *art.*2. *concl.* 1. Couar. *cap.alma,part.*1.§. 9.Auila *de censur.part.*2.*cap.*5.*disp.*1. *dub.*2. & sumitur ex *cap.nemo Episcoporum , cap. nullus sacerdotum,* 11. *q.* 3.& Tridentino *sess.*25. *cap.* 3. *de reformat.* & 3
probatur ratione;quia pœna debet esse commensurata culpæ,*cap.felicis,de pœnis in* 6. Sed excommunicatio maior *grauis pœna est,gladius spiritua-* 4
lis,ac neruus Ecclesiasticæ disciplinæ,teste eodem Tridentino *cit.cap.*3,ergo grauem, seu mortalem culpam supponit.

DVBITA

DVBITATIO VII.

An valeat mandatum ad locandum vltra triennium?

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio prohibens alienationem rerum Eccleſiæ vltra triennium, includit etiam mandatum ad eas locandas.*
2 *Mandatum alicui datum locandi res Eccleſiæ, extenditur tantum ad triennium, quo finito Procurator non poteſt abſque nouo mandato in aliud triennium illas locare.*
3 *Mandatum, ſi detur ad locandas res Eccleſiæ bis vel ter, finitur primo triennio elapſo.*
4 *Mandatum, ſi Procuratori datum ſit ad locandum vltra triennium ſimultanée, non valere; ſecus autē ſi datum ſit ad locandum ſucceſſiuè.*

RESPONDETVR (quamuis aliqui, vt Molina *de iuſt. tract. 2. diſp. 466. in fin.* affirment; alij autem, vt Couar. 2. *var. cap. 16. num. 6.* Scottia *theor. 115.* & Azor. 2. *part. lib. 9. cap. 2. quæſt. 5.* negent ex eo, quod fieret fraus legi, ſi facultas ad res Eccleſiæ locandas vltra triennium daretur; & conſequenter aiunt, quod Conſtitutio prohibens alienationem rerum Eccleſiæ vltra triennium includat etiam mandatum ad eas locandas: & ſic, quod ſi detur alicui mandatum, vt locet res Eccleſiæ, extendatur tantum ad triennium, quo finito procurator non poterit abſque noua commiſſione in aliud triennium illas locare. Item ſi mandatum detur ad locandum res Eccleſiæ bis, vel ter, mandatum finiatur primo triennio elapſo; & citant Decium *conſil. 282.*) diſtinguendum ſic eſſe: nempè non valere mandatum, ſi procuratori datum ſit ad locandum vltra triennium, ſimultanèe; valere verò, ſi datum ſit ad locandum vltra triennium ſucceſſiuè; ita vt finita prima locatione per triennium, poſſit procurator aliam, & aliam locationem eiuſdem rei Eccleſiaſticæ, provt ſibi videbitur, per aliud, & aliud triennium ſucceſſiuè facere: ſic enim principalis non dat procuratori facultatem ad locandum rem Eccleſiæ vltra triennium, ſed ſolum dat facultatem ad locandum per plura triennia ſucceſſiuè, quod non videtur iure prohiberi, quia ſicuti principalis rerum Eccleſiaſticarum adminiſtrator poteſt res illas pluribus locationibus triennalibus ſucceſſiuis locare, ſic poterit alteri id ipſum, vices ſuas committendo, concedere. Accedit, dutum videri, quod quolibet triennio obligatus is ſit mandatum renouare; valebit igitur in tali caſu, quoad vſque non fuerit à principali reuocatum.

1 2 3 4

DVBITATIO VIII.

An poſſit Prælatus ſua Conſtitutione particulari triennium per Extrauag. *Ambitioſæ* conceſſum ad locandum coarctare?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus poteſt coarctare triennium; quia ita potius fauet, quam aduerſetur Conſtitutioni Pauli II.*

RESPONDETVR, affirmetiuè; quia in cit. Extra uag. locatio triennalis ſolum permittitur, & diuturnior prohibetur; Quapropter Conſtitutio Prælati coarctans locandi tēpus, v.g. prohibens, ne vltra biennium fiat locatio, ſupradictæ Extrauaganti potius fauet, quàm aduerſatur. Sic Doctores, quos citat, & ſequitur Barb. *de poteſt. Epiſc. 3. part. alleg. 95. n. 18.*

1

DVBITATIO IX.

Ad quænam bona Eccleſiaſtica prohibitio locationis vltra triennium extendatur?

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio locationis vltra triennium extenditur ad omnia bona Eccleſiarum, Monaſteriorum & piorum locorum; ſi Epiſcopi auctoritate ſint erecti.*
2 *Hoſpitalia, Collegia, Confraternitates, aliique pij loci qui ſine Epiſcopi auctoritate ſunt erecti, non gaudent hoc priuilegio.*

RESPONDETVR ex communi, extendi ad omnia bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, & piorum locorum (ſi Epiſcopi auctoritate ſint erecti) immobilia, & mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt. Sic dicebam *cap. precedenti dub. 1.* Et probatur; quia de his omnibus expreſsè loquitur Extrauag. *Ambitioſa.* 1

Dixi, ſi Epiſcopi auctoritate ſint erecti; quia Hoſpitalia, Collegia, Confraternitates, aliique pij loci, qui ſine Epiſcopi auctoritate ſunt erecti; quamuis opera pia ſint, non gaudent hoc priuilegio, ſed poſſunt ipſorum bona vltra triennium ſine ſolemnitatibus à iure requiſitis locari, & alienari. Sic Gamma *deciſ. vlt. num. 6.* Maſcard. *de probat. concl. 809. num. 11.* Tuſch. *lit. H. concl. 163. n. 9. & ſeqq.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. part. 3. allegat. 75. num. 32. & 33.* & alij, quos referebam *cap. 9. dubit. 20.* quamuis aliqui contrarium ſentiant; qua de re vide *cit. dubit. 20.* 2

DVBITATIO X.

An etiam extendatur ad fructus, quorum Beneficiarius dominium habet?

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius poteſt fructus ſui beneficij ad longum tempus v.g. pro ſua vita locare, & alienare.*
2 *In Extrauaganti Ambitioſa prohibentur vltra triennium locari, & alienari omnia bona Eccleſiaſtica immobilia, & mobilia, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, ſi illa ſint bona, & fructus, qui ſpectent ad Eccleſiam. Secus eſt ſi ſint bona, & fructus, qui ſpectent ad Beneficiatum.*
3 *Reſpectus ne Beneficiarius fame pereat, & ſic*

ne Ecclesia defraudetur debito obsequij est sufficiens congruentia ad prohibendum, ne locet vltra triennium fructus beneficij, non ideo constat de prohibitione aliqua in esse.

4 *Diligenter multiplex differentia inter fructus ad Ecclesiam pertinentes, & ad Beneficiarium spectantes.*

1 RESPONDETVR negatiuè, adeò vt beneficiarius possit illos ad longum tempus, v.g. pro tua vita, locare, & alienare. Sic dicebam, & probabam *suprà cap. precedenti, dub.* 24. & docent Abb. *in cap.* 2. *de his, quæ fiunt à Prælatis, & in cap. veniens de transact. num.* 1. Couar. 2. *var. cap.* 16. *n.* 6. *ad fin.* Gregor. Lopez *l.* 9. *verb. arrender. tit.* 7. *part.* 1. Mantica *de tacitis, & ambig. conuent. t.* 1. *lib.* 5. *tit.* 3. *n.* 21. Mol. *de iust. lib.* 1. *tract.* 2. *disp.* 466. alter Molin. *lib.* 1. *de primog. cap.* 2. *n.* 27. Vasquez *in opusc. de reddit. c.* 2. §. 2. *n.* 31. *& seqq.* Less. *lib.* 2. *de iust. & iur. c.* 24 *dub.* 11. *n.* 70. Azor. 2. *p. lib.* 9. *c.* 2. *q.* 7. Zanedus *ad decret. collect.* 76. *n.* 3. & *collect.* 102. *n.* 3. Redoanus *q.* 6. §. *vlt. n.* 4. Zerola *in praxi, ver. alienatio* §. 3. *concl.* 10. Scortia *theor.* 115. Sopranus apud Filliucium *tract.* 44. *cap.* 4. *q.* 1. & alij quos referebam *cit. cap. precedenti dub.* 24. Quamuis contrarium sentiant Armilla *ver. locatio. n.* 5. Rodriguez 1. *p. c.* 18. *n.* 5. Sà *ver. conductio, n.* 13. Riccius *dec.* 114. *n.* 3. Boërius *decis.* 224. *num.* 2. Gutierez *lib.* 1. *canon. qq. cap.* 8. *num.* 14. Gamma *dec.* 390. *n.* 6. *& decis.* 156. *n.* 2. Barbosa *de potest. Episc. part.* 3. *alleg.* 95. *n.* 20. & Bonacina *de contract. lib. feudi q.* 8. *punct.* 4. *n.* 32. sed quod dixi, est multo probabilius ob rationes *in cit. dub.* 24. adductas. Vide ibi.

Obicies, in Extrauag. *Ambitiosæ* prohibentur vltra triennium locari, vel alienari omnia bona Ecclesiastica immobilia, & mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt: ergo & prohibentur etiam fructus beneficiorum ad beneficiarios ipsos spectantes. Consequentia probatur, quia & tales fructus etiam bona Ecclesiastica dicuntur. Accedit, quod in dicta Extrauag. excipiuntur tantum fructus, & bona, quæ seruando seruari non possunt, sed tales non sunt fructus beneficiorum nondum collecti, cùm hi dici non possint, quod seruando seruari non possint; ergo non comprehenduntur sub exceptione facta.

2 Respondetur, distinguo antecedens: prohibentur vltra triennium locari, & alienari omnia bona Ecclesiastica immobilia, & mobilia, quæ seruando seruari possunt; si illa sint bona, & fructus, qui spectent ad Ecclesiam, concedo: si sint bona, & fructus, qui spectent ad beneficiatum, nego: quia cit. Extrauag. *Ambitiosæ* loquitur solum de iis, quæ sunt generis prioris, non item de iis quæ sunt generis posterioris. Quod inde probatur; quia decisio omnis legis desumitur ex proœmio; cùm generale sit legi ex rubrica, sub qua ponitur, interpretationem accipere, gl. *in l.* 1. *ver. Prætoris, Cod. ne liceat tertiò prouocare*, & ibid. Bald. & alij communiter Doctores; & diffusius Alex. *l.* 1. *ff. si certum petatur num.* 3. At in proœmio certum est, quod Extrauagans tantum de bonis, & fructibus Ecclesiæ loquatur, ibi: *Immobilia, & mobilia pretiosa Deo dicata, ex quibus Ecclesiæ reguntur, & ministri alimoniam vendicant.* Ergo, &c. Neque obstat, quod subdatur postea generalis prohibitio omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum; quia illa generalis prohibitio debet intelligi, sicuti dicebam, iuxta proœmium Constitutionis, quæ est solum de rebus Deo dicatis, præterquam quod solum bona & fructus Ecclesiæ antonomasticè res, & bona Ecclesiastica dicuntur.

Obicies secundò, si beneficiatius posset fructus beneficij ad seipsum pertinentes ad longum tempus, pecunia anticipata, locare, & alienare, fieri posset, quod successu temporis debitis alimentis careret, & ob id Ecclesiam debito seruitio priuaret; ergo ne tale inconueniens sequatur, dicendum est, quod non possit illos ad longum tempus locare, & alienare, præsertim quia dicti fructus destinati sunt ad sustentationem beneficiati, *cap.* 2. *de prebendis.*

Respondetur, congruentiam istam sufficientem esse, vt statuatur lex prohibens alienatio- 3
nem fructuum beneficiorum ad longum tempus, pecunia anticipata, fieri. At dum talis lex condita, & promulgata non fuerit, poterit beneficiarius illos ad libitū, durante vita locare, & alienare.

Ex dictis sequitur, discrimen esse inter fructus ad Ecclesiam pertinentes, quorum beneficiarius solum administrationem habet, & inter fructus 4
ad beneficiarium spectantes quorum beneficiarius dominium obtinet; quia illi non possunt vltra triennium, hi verò possunt ad longum tempus, quin vita durante, locari. Item secundò, quod si illi per triennium locentur, firma remanet locatio, tametsi locans moriatur, vel beneficium relinquat; quia illam locationem fecit nomine Ecclesiæ, quæ non cessat: at locatio istorum cessat cessante beneficiario locante; quia nomine proprio, & de iure proprio fecit, quod nomen, & ius cessat beneficiario cessante; cùm non potuerit in conductorem ius aliud transferre, quàm quod ipse habebat. Item tertiò, quod successor beneficiarius stare debet locationi priorum à prædecessore factæ si facta fuerit per tempus à lege permissum: at stare non debet locationi posteriorum factæ; nisi fundi sint fati, & fructus pendentes, ac de proximo colligendi. Vide Couar. 2. *var. cap.* 15. *n.* 6. Molin. *cit. disp.* 466. alterum Mol. *de primogen. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 27. Bonac. *de contract. locat. & conduct. q.* 7. *punct. vlt.* & Barbosam *in remiss. concilij sess.* 25. *cap.* 11. *de reformat.* Vide etiam, quæ dicebantur *cap. precedenti dubit.* 24.

CAPVT XIX.

De Clausura Monialium, & prohibito ingressu intra Claustra Monasteriorum, tam mulierum, quàm virorum.

DVBITATIO I.

An, & qualiter Clausura Monialium præcipiatur obseruari?

SVMMARIVM.

1 *Clausura Monialium strictè obseruatur neq; earum qualibet extra claustra Monastery cessante legitima*

legitima cauſa, & licentia ordinarij ad breue tempus egredi poteſt.

2 *Conſtitutio Eccleſiaſtica introducens clauſuram Monialium, in aliquibus locis recepta non fuit; qua de cauſa ſtrictè obſeruari præcipitur.*

1 RESPONDETVR, clauſura Monialium, quæ Religionem quamcumque profeſſæ ſunt, ſtrictè obſeruari (ita vt nulla earum extra clauſtra Monaſterij ſui egrediatur, quocumque prætextu, etiam ad breue tempus, niſi ob legitimam cauſam ab Ordinario licentia obtenta fuerit) præcipitur à Bonifacio VIII. *c. periculoſo, de ſtatu Regul. in 6.* Item quia Conſtitutio hæc in
2 aliquibus locis recepta non fuerat, & in aliis in deſuetudinem abierat, rigoroſè obſeruari præcipitur à Tridentino Concilio *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 5. & 22.* non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, & priuilegiis quacunque firmitate munitis, & quibuſcunque præſcriptionibus, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus. Item à Pio V. in motu proprio, qui incipit, *Decori, & honeſtati*, & altero qui incipit, *Circa Paſtoralis officij*, vbi innouatur, & diſtrictè obſeruari præcipitur prædicta Bonifacij VIII. Conſtitutio, ac decretum Tridentini. Item tandem à Gregorio XIII. in Motu proprio, cuius initium: *Deo ſacris Virginibus.*

DVBITATIO II.

An, & de quo iure Monialibus Clauſura præcipiatur obſeruari?

SVMMARIVM.

1 *Clauſura tantum de iure poſitiuo Monialibus obſeruari præcipitur, & cur.*

2 *Sanctus Auguſtinus Monialibus ſuæ Regulæ profeſſis conceſſit licentiam egredi ad balnea, & ad alias res neceſſarias, quantum Canonicis ſuis; ex quo infertur clauſuram tunc non fuiſſe ſeruatam.*

3 *Finis, ob quem clauſura à ſummis Pontificibus præcepta fuit, dicitur honeſtas.*

4 *Prohibita ſolo iure humano non ſunt mala ante prohibitionem.*

5 *Exitus è Monaſteriis non decernitur fuiſſe malus ante iuris humani prohibitionem; ſed prohibetur ad præcauenda pericula contra caſtitatem.*

6 *Præceptum clauſuræ non poteſt aboleri contraria conſuetudine in poſterum inducenda.*

7 *Conſuetudo contraria Clauſuræ poteſt alicubi præualere, & decretis eam introducentibus non receptis eidem poteſt eſſe derogatum.*

8 *Opinio Laima confutatur; quia ea admiſſa clauſura eſſet de iure diuino, quod negatur.*

9 *Sub voto obedientiæ comprehenditur quidquid ſecundum regulam præcipit ſuperior.*

10 *Præceptum ſuperioris iuxta regulam eſt merum ius poſitiuum; & conſequenter conſuetudo præualere poteſt contra illud.*

11 *Pontifici obedientia debetur de iure diuino, at eiuſdem præceptum non obligat niſi iure poſitiuo, & poteſt contraria conſuetudine aboleri.*

12 *Decreta de clauſura Monalium ſeruanda de facto, nondum in omnibus Monaſteriis locum habent, exiſtentibus adhuc alicubi Monaſteriis clauſuram non ſeruantibus.*

13 *Decreta ingreſſum in Monialium Monaſteria prohibentia nondum vbique ſecundum omnem prohibitionis modum recepta ſunt.*

14 *Monialium aliquorum Monaſteriorum conſuetudo circa ingreſſum intra eorum ſepta recenſetur, & ad Epiſcopum ſpectat reformatio in non exemptas iure ordinario, in exemptas iure delegationis à ſede Apoſtolica.*

15 *Reformatio in Moniales exemptas, ſed Religioſis ſubiectas ſpectat ad Prælatum Ordinis Generalem vel Prouincialem.*

16 *Præceptum de clauſura ſeruanda fundamentum habuit ex lege veteri, in qua etiam erant Virgines clauſæ Propheticam vitam agentes.*

17 *Maria Magdalena, & Martha eius ſoror cum aliis Virginibus in quodam Cœnobio ſimul vixiſſe perhibentur.*

RESPONDETVR, præcipi de iure poſitiuo tantum, non item de iure naturali, & diuino, moueor, quia dicta clauſura nec ex ſacris litteris, nec ex traditione aliqua diuina deduci poteſt, nec in tribus votis Religionis includitur. Accedit, quod aliquot Moniales tempore Apoſtolorum, quin & tempore S. Auguſtini (ſicuti colligitur ex eius Epiſtola 109. vbi Monialibus ſuæ ſorori ſubiectis Regulam præſcribens, tantum egrediendi facultatem ad balnea, & ad alias res neceſſarias concedit quantam Canonicis Regularibus in ſua Regula) clauſuram non ſeruabant: atque ita contra nonullos tenent ex communi Nauarr. *Comment. 4. n. 39. verſ. 14. & num. 42. verſ. quibus tamen de Regul.* Azor. *tom. 1. lib. 13. c. 8. q. 2.* Manuel *qq. Regul. tom. 1. q. 44. art. 1. in princip.* Llamas *curat. in Appendice*, quam in fine ponit, §. 1. & Vega *tom. 2. ſumm. cap. 86. caſ. 19.*

Obiicies; Bonifacius VIII. *cit. cap. periculoſo* ait, clauſuram ſe præcipere; quia exitus è Monaſterio ſit periculoſus, & noxius honeſtati Monialibus; & Pius V. in Motu proprio, *Decori, & honeſtati*, ait talem exitum eſſe ſcandalis, & periculis plenum, & Tridentinum *cit. cap. 22.* & Pius V. Motu proprio, *Circa Paſtoralis officij*, derogant contrariæ conſuetudini, etiam temporis immemorabilis; quod fieri non poſſet, ſi clauſura iuris naturalis, & diuini non eſſet, ſiquidem ſolo iure humano prohibita, non ſunt mala ante prohibitionem, & aduerſus talia vires obtinet conſuetudo, ergo, &c.

Reſpondetur, nego conſequentiam; quia hi textus non decernunt exitum è Monaſteriis fuiſſe ante iuris humani prohibitionem malum, ſed per illud ius meritò interdici, ad pericula contra caſtitatem, præcauenda; nec decernunt, tale præceptum contraria conſuetudine in poſterum inducenda aboleri non poſſe, ſed ſolum conſuetudinem iam inductam abrogant.

Hinc ſequitur, poſſe alicubi conſuetudine eſſe derogatum dictæ clauſuræ, dictiſque omnibus decretis; cum eſſe poſſit, quod non fuerint recepta vel contraria conſuetudine abolita: quia cum ex dictis clauſura ſolum iuris humani

Digitized by Google

sit, potest contra ipsam contraria consuetudo prævalere: quapropter non obstat, quod ait Llamas *loco citat. §. 2. ad fin.* contra hanc clausu-
8 ram non potuisse consuetudinem, vel statutum Religionis vim vllo tempore habere; quia etiam ante iuris humani statuta vim habebat clausura, cum tacitè includatur in voto, tanquam necessaria ad castitatis promissæ obseruationem: non obstat, inquam, quia si hoc esset, clausura non esset solum de iure positiuo contra id, quod su-
9 pra dicebatur. Cæterum licet tacitè sub obedientiæ voto comprehendatur, qudiquid secun-
10 dum Regulam præcipit Superior, quod tamen iuxta illam præcipit ipse, est merum ius positiuum; consequenter consuetudo prævalere potest
11 contra illud. Sicuti iure diuino omnes tenentur obedire Pontifici: at quod præcipit Pontifex solo iure positiuo, obligat quidem; at potest consuetudine contraria aboleri.

12 Confirmatur; quia de facto prædicta decreta de clausura Monialium seruanda, nondum in omnibus Monasteriis locum habent; cum adhuc hodie aliqua Monialium Monasteria reperian-
13 tur, in quibus clausura non obseruatur: sicut & alia decreta, ingressum in Monialium Monasteria prohibentia (de quibus dicetur *dubit.* 30. *& sequent.* nondum vbique secundum omnem pro-
14 hibitionis modum recepta sunt; cum adhuc in aliquibus locis, vt in Germania, sint Monialium Monasteria aliqua, in quibus tam viri, quam mulieres, ingredi solent domus intra septa, quamuis extra claustra, seu habitationes proprias Monialium existentes; sæpe etiam facili de causa Mulieres seculares, & Religiosæ aliorum Ordinum ad ipsarum Monialium claustrales cellas admitti solent: cuius rei reformatio in Moniales non exemptas spectat ad Episcopum loci, tanquam Ordinarium; in exemptas verò, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, spectat ad eundem Episcopum, tanquam ad eiusdem Sedis Apostolicæ delegatum; in exemptas tandem, & Religio-
15 sis subiectas, spectat ad Prælatum Ordinis Generalem, vel Prouincialem, sicuti recte adnotarunt Nauar. *comment. 4. de Regular. numer.* 47. *&* 60. & Miranda *de Monialibus quæst.* 3.

16 Cæterum prædictum præceptum de clausura seruanda fundamentum habuit ex lege veteri, in qua etiam erant virgines clausæ propheticam vitam degentes, vti colligitur ex Iudith. 8. vers. 5. Item ex 4. Reg. 11. vers. 2. item ex 2. Machab. 3. vers. 19. ibi: *Virgines, quæ conclusæ erant, procurrebant ante Oniam.* Vide Abulensem 1. Reg. 2. q. 12. Canisium lib. 2. de Deipar. c. 12. & Baronium in
17 Apparat. ad Annal. *§. si fidem adhibendam.* Fundamentum etiam habuit ex primitiua Ecclesia; quia tunc temporis etiam Maria Magdalena, & soror eius Martha cum aliis virginibus in quodam Cœnobio simul vixisse testatur Mellitus in vita ipsarum *c.* 9. & Tamburinus *de iure Abbatiss. disp.* 18. *quæst.* 3. *n.* 1. *&* 2. vbi etiam refert plura concilia antiqua, in quibus talis Monialium clausuræ vestigium aliquod cernitur, etsi illa sub præceptum formaliter non fuerit, nisi per iura positiua adducta *in dubitat. precedenti.*

***

DVBITATIO III.

An, & qualiter Monialibus iure positiuo potuerit præcipi strictior clausura, quàm ea, ad quam ex vi suæ professionis, aut Regulæ tenebantur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum de clausura strictiori non inducit nouam austeritatem prorsus alienam à priori Regula; sed potius etsi indirectè pertinentem ad eam.*

2 *Clausura perpetua, & inuiolata, vtpote medium valde necessarium ad promissam castitatem exequendam Monialibus eam etiam expressè non professis præcipi potuit, & ad eamdem seruandam à Prælatis cogi possunt.*

RESPONDETVR, quia huiusmodi præceptum non inducit nouam austeritatem, prorsus alienam à priori Regula, sed potius, etsi indirectè pertinentem ad eam; cum experientia compertum sit, Moniales vagari, promissæ castitati magnum præiudicium inferre. Consequenter meritò Monialibus (etiam iis, quæ eam expressè professæ non fuerant) clausura perpetua, & inuiolata præcipi potuit, vt pote medium valde necessarium ad promissam castitatem exequendam; & sic ita, vt ad hanc clausuram seruandam à Prælatis cogi possent; Doctores, quos citat & sequitur Rosel. *ver. lex, n.* 5. Angel. *ver. Religiosus n.* 29. Silu. *ver. Religio,* 6. *q.* 6. Nauar. *Comment.* 4. *n.* 40. *de Regul.* Angles. 1. *p. q. vnic. de voto, art.* 2. (vbi, id potuisse fieri, putat esse de fide) Vega *tom.* 2. *cap.* 86. *cas.* 12. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 2. *in fin.* & *c.* 11. *q.* 19. Vasq. 1. 2. *q.* 95. *art.* 2. *disp.* 154. *cap.* 4. *n.* 19. Bannez 2. 2. *q.* 1. *art.* 10. *dub.* 6. *in fin.* Manuel *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 44. *art.* 1. Galarza *de clausura Monial.* Bonacina *de clausura q.* 2. *punct.* 1. *& de legib. disp.* 1. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 19. Leza. *ver. clausura, n.* 2. & alij passim, quibus ex antiquis adde Gloss. *in c. vnic. de statu Regul.* & Archidiaconum, Dominicum, Francum, & alios ibidem.

1

2

SECTIO II.

Corollaria

SVMMARIVM.

1 *Pontifex potest Monachis aliqualem clausuram præcipere, nempe vt cum hac, vel illa limitatione exeant; vel ne à suis Conuentibus vltra vnam dietam abeant sine ipsius licentia, inspecta tamen Monasterij necessitate.*

2 *Pontifex potest Monachis clausuram indicere, quod etiam fieri potest ab aliis superioribus ob eamdem rationem.*

3 *Pontifex ſi ſine ſtrictiori clauſura Regula, & inſtitutum alicuius ordinis conſeruari non poteſt in ſuo vigore, poteſt eamdem pro vniuerſo ordine decernere. Item dic de eo, penes quem reſidet poteſtas ſtatuta religioſa condendi.*

4 *Prælati ordinum ab Epiſcoporum iuriſdictione exempti, quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem in ſuos Regulares habent, & poſſunt condere conſtitutiones, ſicut Epiſcopus condere poteſt ſtatuta ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia.*

5 *Doctrina Sanchez limitatè intelligitur quoad iuriſdictionem Prælatis Regularibus debitam*

6 *Prælati non exempti iuriſdictionem aliquam ſtatuendi in rebus non granibus per conſuetudinem poſſunt ſibi comparare.*

7 *Prælati ordinum poteſtatem habent ſtatuta condendi; quamuis non omnes eamdem; ſed pro diuerſitate ordinum, priuilegiorum, & conſuetudinum.*

8 *Generalis cum Capitulo generali non poteſt ferre nouam legem, niſi ſit ad trium votorum eſſentialium obſeruationem, neceſſaria & cur.*

9 *Religioſi proprium velle non habent; ſed id per obedientiæ votum in ſuperioris voluntatem tranſtulerunt.*

10 *Limita tranſtuliſſe tantum illud velle, vt ſuperior tantum præcipere poſſit quæ ad obſeruationem Regulæ directè, vel indirectè conducunt.*

11 *Capitulares præter Regulam antiquam poſſunt facere nouum ſtatutum, ex quo obligentur & ipſi, & Regulam profeſſuri, non item Religioſi primi profeſſi, qui capitulari ſtatuto non interfuerunt.*

12 *Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Summus Pontifex non poteſt cogere Religioſos ad arctiorem viuendi modum, quam prima inſtituti forma poſtulat, niſi Regulæ reformatio ad trium votorum eſſentialium obſeruationem, neceſſaria ſit. & cur*

13 *Summus Pontifex poteſt præcipere Religioſis ob iuſtam cauſam id, quod præcipit aliis clericis, licet in eorum regula non contineatur.*

14 *Religioſus profeſſus regulam de tempore quo accidentalia Religionis non erant in viridi obſeruantia, non tenetur ad inuſitatos rigores ipſius; ſecus vero ſi per Capitulum Religionis, vel per ſummum Pontificem decernatur primæua eiuſdem obſeruantia; & cur?*

15 *Regulæ reformatio neceſſaria videtur ad ordinis conſeruationem cum abſque ipſa pauciſſimi ad perfectionem religioſam peruenire ſtudeant.*

16 *Religioſi ſi ordo ipſorum à Fundatoris ſui inſtituris recedat, & paulatim ad deteriora cum Eccleſiæ, & ipſorum Religioſorum ſpirituali detrimento labatur, tenentur acceptare reformationem Regulæ factam vel à maiori parte Capituli, vel à ſummo Pontifice.*

17 *Conſtitutio Pij V. circa Franciſcanos Conuentuales in Hiſpania degentes laudatur.*

18 *Sententia lata contra partem non citatam, dicitur iuri naturæ contraria.*

19 *Citatio à ſupremo Principe quo caſu omitti poſſit.*

20 *Religioſus iuſſus à Prælato Religionis ieiunare, vel ſubire aliam corporis afflictionem Regulæ id non diſponente, tenetur obedire, ſi id iubeat in pœnam commiſſi delicti. Secus ſi ad magis merendum.*

21 *Religioſus tenetur obedire Prælato aliquid præcipienti in cautelam præcauendi recidiuum in aliquod peccatum, vel periculum imminens (ſaltem in caſu, quo id valde conferat ad talem finem.*

22 *Prælato incumbit mediis opportunis præcauere ſpirituale ſubditi periculum.*

23 *Religioſus tenetur obedire Prælato aliquid præcipienti ob aliquam publicam neceſſitatem.*

24 *Superior poteſt ex iuſta cauſa coarctare libertates, & immunitates in Regula conceſſas.*

25 *Verba regulæ, & circunſtantiæ indicant an ſuperior poſſit libertates in Regula conceſſas coarctare.*

26 *An Prælatus ſeu ſuperior poſſit coarctare, & coarctandi iuſta cauſa ſubſit, in dubio ſtandum eſt ſuperioris iudicio. Item dic de alio impedimento Religioſi.*

27 *Præceptum ſuperioris in dubio habetur pro legis interpretatione.*

28 *Superior poteſt obligare priuatum tantum ex iuſta cauſa quando ad exemplum aliorum & correctionẽ ipſius id expedire indicaret; licet regula non obliget ſub culpa; ſed pœna tantũ.*

29 *Generalis non poteſt præcipere Religioſis, quod eant ad inſtruendos Indos, vel alios populos valde remotos, nec ad conuertendos infideles hæreticos, vel ſchiſmaticos.*

30 *Limita prædicta non procedere in Religioſis Societatis Ieſu; quia ſpeciali voto ad id ſe obligant.*

31 *Opinio Lopez, & Rodriquez poſſe nempe Prælatum cuiuſcumque Religionis præcipere Religioſis ſuis, quod Parochorum munus inter Indos obeant, refellitur.*

32 *Pius V. conceſſit, vt id munus obire poſſint; non tamen probat eos poſſe ad id obligari.*

33 *Pontifex non poteſt id præcipere Religioſis, qui non ſint è Societate Ieſu, quia cæteri non obligantur ex vi voti ad obediendum Pontifici in omnibus, quæ voluerit Pontifex.*

34 *Generalis cuiuſcumque Religionis non poteſt præcipere Religioſo, quod acceptet Epiſcopatum, & cur*

35 *Religioſus tenetur tantum obedire ſuperiori in iis, quæ ſunt ſecundum Regulam, & pertinent ad ſtatum Religionis.*

36 *Is tantum poteſt præcipere Religioſo, vt acceptet Epiſcopatum qui poteſt Epiſcopum confirmare.*

37 *Prælati nomine Pontifex etiam intelligitur.*

38 *Pontifex poteſt præcipere Religioſo de quacumque Religione quod acceptet Epiſcopatum.*

39 *Poteſtas ciuilis poteſt ciues ad Reipublicæ munera capeſcenda cogere.*

40 *Pontifex poteſt præcipere Religioſo non ratione voti obedientiæ ſed eo modo, quo poteſt idem præcipere Clericis ſæcularibus in ordine ad commune bonum vniuerſalis Eccleſiæ.*

41 *Generalis non poteſt præcipere Religioſo, quod acceptet dignitatem extra Religionem, vel beneficium ſæculare.*

42 *Opinio Imolæ, Ancharani, & Franchi non probatur, & quare.*

43 *Prælatus poteſt præcipere Religioſo, quod acceptet ſuperioris munus, vel quodcumque beneficium conſuetum regi per Regulares ſuæ Religionis.*

44 *Prælatus potest præcipere Religioso quod acceptet beneficium sui Monasterij, licet sit paruis valoris, dummodo non cogatur relinquere alimenta necessaria à Monasterio sibi præstanda ad supplementum victus.*

45 *Prælatus potest præcipere Religioso, quod acceptet beneficium, licet sit manuale, & ad nutum amouibile; nisi iustam excusationis causam habeat.*

46 *Subditus iussus à Prælato ad acceptandum aliquod munus debet detegere impedimentum, ad hoc vt cum eo dispensetur, & quatenus huiusmodi sit peccatum, tenetur ab eo declinare, & acceptare officium.*

47 *Subditus qui desperat posse se cohibere prauos motus, non tenetur obedire.*

48 *Subditus existimans se parum idoneum ad munera exequenda quoad scientiam, & alias qualitates extrinsecas, tenetur stare iudicio superioris.*

49 *Prælatus potest præcipere Religioso, quod tempore pestis deseruiat Religiosis domesticis etiam in temporalibus.*

50 *Bonum commune præfertur priuato, etiam cum periculo vitæ.*

51 *Religiosus debilis complexionis vel valde vtilis bono communi Religionis non tenetur obedire, si iussus sit seruire tempore pestis.*

52 *Neque tenetur Religiosus deseruire externis peste infectis; quia id est supra, non iuxta Regulam.*

53 *Prælatus non potest præcipere Religioso quod tempore pestis administret sacramenta extraneis, si tantum ei incumbat vita contemplatiua, si vero vita actiua potest præcipere in supplementum Parochorum.*

54 *Religiosorum munus est, esse Episcoporum, & Parochorum coadiutores in salute spirituali proximorum adiuuanda.*

55 *Prælatus potest præcipere Religioso quod in certo loco stet ad tempus, seu potest dare illum in pignus, vel in obsidem pro necessitate Monasterij; secus si id faciat pro pace reipublicæ, & cur.*

56 *Doctores in hac materia discordes recensentur.*

57 *Superiori accusato de aliquo delicto etiam pendente accusatione obediendum est.*

58 *Iudici durante syndicatu reuerentia exhiberi debet non minus, quam durante officio.*

59 *Superior Religionis licet ipso iure incidat in pœnam priuationis, attamen eam non contrahit ante iudicis declarationem exceptis censuris, irregularitate, & pœnis testamentariis.*

60 *Glossa in capit. ex parte de accusat. declaratur.*

1 EX dictis sequitur primò, quod possit Pontifex aliqualem clausuram Monachis præcipere (nempe vt cum hac, vel illa limitatione exeant, vel vt non facile à suis Conuentibus vltra vnam diætam peregrinentur absque ipsius Pontificis licentia) si scilicet id ad bonam Monachorum gubernationem, & vt vota sua seruarentur, esset necessarium. In quo sensu verum 2 est, quod aiunt quidam Doctores, posse Monachis à Pontifice clausuram indici, quod etiam fieri potest ab aliis superioribus ob eandem rationem. Vide Bannez, Bonacinam, & Lezanam locis supra cit. vbi etiam recte subdunt, teneri Monachos, & quoscumque alios Religiosos, ad aliquem modum clausuræ, iuxta suam Regulam, decreta summorum Pontificum, & constitutiones Religionum.

Sequitur secundò, quod si strictior aliqua 3
obseruatio, spectatis omnibus circunstantiis, ad Religiosæ vitæ reformationem, vtque vota Religionis essentialia, aliaque Religionis salubria statuta seruentur, necessaria videatur, possit Pontifex, quin & is, penes quem potestas residet statuta religiosa condendi, talem nouam obseruationem pro vniuerso Ordine decernere; quia ex dictis talis obseruatio indirectè pertinet ad Regulam, si absque ea non potest Regula, & Institutum Ordinis in suo vigore conseruari; cùm Religiosus, quando Regulam professetur, implicitè se obligat ad ea omnia, sine quibus status Religionis suæ conseruari non potest.

Confirmatur; quia Prælati Ordinum ab 4
Episcoporum iurisdictione exempti, quasi Episcopalem iurisdictionem in suos Regulares habent: quapropter sicut Episcopus Regularibus sibi subiectis ferre potest leges, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent, iuxta doctrinam S. Thom. *in 2. distinct. 44. quæst. 2. ad 3.* ita etiam Prælatus Ordinis exemptus, vel solus, vel cum Capitulo, facere poterit constitutiones, non quibus Regula ordinis notabiliter mutetur, sed tales, quæ ad regularem disciplinam, & pietatem augendam necessariæ, vel valde vtiles videntur; quales constitutiones etiam Episcopi clericis, & Regularibus sibi subiectis ferre possunt, sicuti supra dicebam: quare, quod ait Sanchez *lib.6. mor. cap.2. num.2.* iurisdictionem Regularibus Prælatis solum competere, vt compellant suos ad exequendam obligationem suorum 5
vororum, id intelligi non potest de Prælatis exemptis; cum hi, non minus, quàm Episcopi Ecclesiasticam iurisdictionem summo Pontifici subordinatam habeant, ad subditorum suorum regimen 6
necessariam: quin & Prælati non exempti iurisdictionem aliquam statuendi in rebus non grauibus per consuetudinem possunt sibi comparare: 7
quare melius Doctores alij absolutè aiunt, quod Prælati Ordinum potestatem habent statuta condendi, quamuis non omnes eandem, sed pro diuersitate Ordinum, priuilegiorum, & consuetudinum.

Sequitur tertiò, quod extra dictum casum 8
(quo scilicet Regulæ reformatio sit ad trium vororum essentialium obseruationem necessaria) non possit, neque Generalis cum Capitulo generali ferre nouam legem, quæ sub Regula, quam Regulares professi sunt, expressè, vel implicitè non continetur, seu per quam legem deducantur ad arctiorem viuendi modum, quam professi sint; cum id sit supra Regulam; sic communiter Doctores, Angelus *verb. Religiosus §. 29.* Siluest. *ver. Religio, 6. quæst.6.* Armilla *num 10.* Vasquez *1. 2. tom. 2. disp. 154. cap. 4. n. 25.* & Sanch. *lib.6. mor. cap.2. num.18*

Quamuis contrarium etiam quoad hunc casum 9
dixerint gl. *in regul. quod omnes, de regul. iuris in 6.* Innocent. *cap. super eo*, ibid. Abb. *n.6. de Regular.* Rosella *ver. lex, n.6.* moti ex eo, quod Religiosi

proprium

Digitized by Google

proprium velle non habeant, sed id per obedientiæ votum in Superioris voluntatem transtulerint.

10 Ad quod argumentum facilè respondetur, si dicatur, quod Religiosi per votum obedientiæ non transtulerunt omne suum velle in voluntatem Superioris, vt quælibet ipse præcipere possit, sed solum ea, quæ ad obseruationem Regulæ, quam profitentur, seu promiserunt, directe, vel indirectè pertinent, vt dixit Sanct. Thom. *quodlib.* 10. *art.* 10. Non nego tamen, quod possint
11 Capitulares nouum statutum facere præter Regulam antiquam, ita vt ipsi liberè consentientes tali statuto obligentur, sicut & alij postea professionem edituri, quibus Regula mutata, & aucta, vt profiteantur, proponetur; non item Religiosi prius professi, qui Capitulari statuto non interfuerunt, neque in illud vmquam consenserunt;
12 quia *quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari, reg.* 29. *in* 6.

13 Quin sequitur, quod extra dictum casum (quo scilicet Regulæ reformatio sit ad trium votorum essentialium obseruationem necessaria) neque possit Summus Pontifex Religiosos cogere ad arctiorem viuendi modum, quàm prima instituti forma postulat; idque propter eandem rationem; cum speciale obedientiæ debitum, quo Religiosi in ordine ad summum Pontificem obstringuntur, proueniat ex ipsorum professione, & voto, quod est secundùm proprium Regulæ institutum: quamuis, quæ aliis clericis, vel Ecclesiasticis personis ob iustam causam à summo Pontifice præcipi possunt (v. g. vt Episcopatum acceptent, in graui Ecclesiæ necessitate, etiam cum proprio periculo, succurrant, & similia) ea quoque Religiosis præcipi possint, licet in ipsorum Regula non contineantur: si quidem ipsi non tantum Religiosi, sed etiam vt Christi fideles, vt que clerici, summo Ecclesiæ Pastori subiiciuntur. Vide Silu. *eit. quæst.* 6. Less. *de institt. & iur. libr.* 2. *cap.* 41. *num.* 76. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *quæst.* 19. & Sanchez *cit. cap.* 2. *num.* 22.

14 Sequitur quartò, quid respondendum sit ad illam quæstionem: Si quædam Religionis accidentalia (verbi gratia stricta abstinentia, silentium, corporis afflictio, & similia) ab institutore Regulæ præcepta sint, quæ tamen à tempore immemorabili, vel alio ad legem, seu Regulam desuetudine abolendam sufficienti, obseruata non fuerint; vtrum vouens, seu professus Regulam à primo instituto aberrantem, postea compelli possit ad rigorem instituti secundùm institutoris voluntatem amplectendum? Respondetur enim ex dictis, quod (licet, si res absolutè, & secundùm se spectetur, talis vouens, seu professus compelli non possit ad amplectendam strictioris Regulæ reformationem, sicuti docent Abb. *cap. super eo, de Regular.* Silu. *ver. Religio*, 3. *quæst.* 12. Nauarr. *cap.* 12. *num.* 50. & Miranda *in Man. tom.* 1. *quæst.* 25. *art.* 5. *assert.* 2. *& 3. & quæst.* 26 *art.* 10. quia præsumptio est, quod vouens Regulam Ordinis, obligare se voluerit, sicuti tunc eius obseruatio in vsu erat; legitimè, & cum Prælatorum approbatione) tamen si temporis progressu videatur Regulæ reformatio esse necessarium medium ad Ordinis obseruationem, possit Prælatus cum Capitulo, & multo magis Pontifex, omnes compellere ad Regulæ reformationem acceptandam; cum illam implicitè promisisse censeantur, vt patet ex dictis.

Cæterùm Regulæ reformatio necessaria videtur ad Ordinis conseruationem, si cum præsenti obseruatione pauciſſimi ad perfectionem religiosam peruenire studeant; si cum scandalo secularium viuant, vt potius expedire videatur, Religionem dissolui, quàm ita continuari; si essentialia vota, verbi gratia quæ ad paupertatem religiosam spectant, communiter non obseruentur. Quare, cum plerumque, vt experientia docet, si Ordo aliquis à Fundatoris sui 15 16 institutis recedit, paulatim ad deteriora cum Ecclesiæ, & ipsorum Religiosorum spirituali detrimento tendat, fit, quod plerumque professi reformationem Regulæ à maiori parte Capituli, multo magis à summo Pontifice factam, acceptare teneantur, vti docent Vasquez *citato cap.* 4. *num.* 25. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 11. *q.* 29. & Sanchez *cit. cap.* 2. *num.* 35.

Sequitur quintò, quod potuerit Pius V. anno 17 1567. constringere omnes Franciscanos Conuentuales vel Claustrales in Hispania degentes, à suis Conuentibus eiici, & transire ad aliquem Mendicantium Ordinem, qui multo arctior sua professione tunc erat; quia id erat necessarium, vt ij tria vota, quæ professi fuerant, obseruarent.

Neque obstat, quod sententia lata fuerit 18 contra partem non citatam, & inauditam (quod est contra ius naturæ, & sic potestatem Pontificiam ipsam excedens, *cap.* 1. *de caus. possess.* ibi: *Nec nos contra partem inauditam aliquid possumus definire*, & Clement. 11. *de sentent. & re iudic.* §. *caterum*, *vers. hac prædicta suppletio*) nam id fecit Pontifex re maturius considerata, 19 & perpensis scandalis in Hispania ortis, iisque probatis, & notoriis; in quo casu, posse citationem partis à supremo Principe omitti, testantur Baldus *in l. nec causas*, *num.* 3. *de appellat.* & Nauarr. *cap.* 25. *num.* 10.

Sequitur sextò, quod Religiosus iussus à 20 Prælato Religionis ieiunare, v. g. die, qua Regula non obligat, vel subire aliam corporis afflictionem, vltra contentas in Regula, teneatur obedire, si id iubeat Prælatus in iustam trangressæ Regulæ, vel alterius delicti commissi pœnam, secus si id ad magis merendum; quia in priori casu eæ asperitates continentur implicitè, & indirectè in Regula, quam professus fuit: at in posteriori casu sunt supra Regulam. Vide Rosell. *ver. Obedientia*, *numer.* 10. Angel. *ver. Religiosus*, *num.* 29. Silu. *ver. Religio*, 6. *quæst.* 6. Tabien. *ver. Obedientia quæst.* 5. *numer.* 6. Cordub. *in expos. Regul. S. Francis. cap.* 10. *quæst.* 2. *dict.* 6. & Less. *lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 77. *dub.* 9.

Item teneatur Religiosus obedire, si id præ- 21 cipiat Prælatus in cautelam præcauendi recidiuum in aliquod peccatum, vel periculum imminens (saltem in casu, quod id valdè conferat ad talem finem) quia tunc non potest dici esse supra Regulam, sed pertinere indirectè ad Regulam; cum Prælato incumbat mediis opportunis præcauere spirituale subditi periculum; sic contra Doctores mox supra citatos docet Caietan. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 8. *dub. vltim. vers. ad primum dicitur.* Angles. *part.* 2. *quæst. vnic. de voto artic.* 2. *difficult.* 15. & 22

Vasquez 1. 2. *quæst.* 95. *art.* 2. *disp.* 154. *cap.* 4. *num.* 20.

23 Item similiter teneatur Religiosus obedire, si id præcipiat Prælatus ob aliquam publicam necessitatem; quia & hoc tunc omnibus, & per aliquod tempus præcipi, non est contra, sed iuxta Regulam. Cordub. *reg. S. Francis. cap.* 10. *q.* 2. *punct.* 6. & Less. *de iust.& iur. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 9. *num.* 76.

24 Sequitur septimò, quod possit Superior ex iusta causa libertates, & immunitates in Regula concessas coarctare contra Regulæ, vel altioris. Superioris præscriptum, si id Superiori in Regula ex parte, vel ex toto facere non prohibeatur; quia tunc ex Epicheia non est id contra Regulam, vel eius limites excedens.

25 An autem id facere, Superiori prohibeatur in Regula; colligendum est ex verbis ipsius Regulæ, & ex circumstantiis; sicut & in casu, quo Prælatus inferior limitaret licentiam, & immunitatem alicui subdito à Prælato superiori concessam, ob eandem rationem.

26 Cæterum, in dubio an Prælatus, seu superior possit coarctare, & coarctandi iusta causa subsit, nec ne, standum est Superioris iudicio, sicut & in casu, quo subditus Religiosus valetudinarius, vel alio impedimento laborans, sit in dubio, an teneatur ieiunare, abstinere à carnibus, officium recitare, &c. quapropter talis
27 tenetur obedire Superiori præcipienti, ne ieiunet, abstineat à carnibus, officium recitet, &c. Nec obstat, periculum factionis legis; quia præceptum Superioris in eo dubio habetur pro legis interpretatione. Vide Cordub. *in Reg. S. Francis. cap.* 10. *q.* 2. *dict.* 6. Sotum *de secret. memb.* 3. *quæstion.* 2. *conclus.* 1. & Salas 1. 2. *quæstion.* 31. *tractat.* 8. *disput. vnic. sect.* 17. *num.* 155.

28 Sequitur octauò, quod, quando Regula ex se non obligat sub culpa, sed ad solam pœnam licet non possit superior obligare in vniuersum ad obseruationem illius sub culpa mortali nec etiam veniali, possit tamen ex iusta causa obligare priuatum, quando ad exemplum aliorum, & correctionem illius, qui minus obedire consueuit, id expedire iudicaret: quamuis non possit propter vnius, vel duorum culpam totum Conuentum sic obligare. Vide Vasq. *cit. disp.* 154. *cap.* 4. *num.* 21.

29 Sequitur nonò, quod non possit, neque Generalis, præcipere Religiosis, quod eant ad instruendos Indos, vel alios populos valde remotos, nec ad conuertendos infideles, hæreticos vel schismaticos; quia est res difficillima, multisque animæ, & corporis periculis, etiam vsque ad martyrium, expolita, & sic excedens Regulæ præscriptum, Lopez *part.* 1. *cap.* 56. Rodrig. 2. *tom. Summ. cap.* 9. *num.* 5. & *qq. Regular. tom.* 3. *q.* 19. *art.* 7. Cordub. *in expos. Regul. S. Francis. cap.* 10. *q.* 2. & Less. *de iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 77.

30 Excipiunt nonnulli Religiosos Societatis IESV & rectè; quia hi speciali voto ad id se obligant: quapropter in his tale præceptum non est supra, sed iuxta statutum ipsorum.

31 Excipiunt secundò Lopez *cit. cap.* 56. & Rodrig. *cit. capit.* 9. *numer.* 6. posse Prælatum etiam de aliis Religionibus, extra Societatem IESV, præcipere Religiosis suis, quod Parochorum munus inter Indos obeant; sed minus recte, propter eandem rationem, quam supra dicebam, quod scilicet est id præter talium Religionum Institutum; & res periculis plena.

Non obstat, quod Pius V. concesserit, vt 32
id munus obire possint: nam id solum probat, licitum esse, talę munus obire; non tamen probat, eos posse ad id obligari.

Quin sequitur propter eandem rationem, 33
quod neque possit Pontifex id præcipere Religiosis, qui scilicet non sint è Societate IESV; siquidem ex vi voti, & professionis suæ non se obligant ad obediendum Pontifici in omnibus, quæ voluerit Pontifex; sed sicut aliis Prælatis Regularibus in iis, quæ suam Regulam non excedunt: quare solum poterit id illis Pontifex præcipere eo modo, quo potest clericis secularibus, in eo scilicet casu, quo necessitas boni communis id expostularet, vti *supra* dicebatur.

Sequitur decimò, quod non possit, neque 34
Generalis de quacumque Religione, præcipere Religioso, quod acceptet Episcopatum; quia potestas, quam habent Superiores Religionis, non ordinatur ab Bonum commune Ecclesiæ, sed solum ad bonum commune Religionis, vel bonum particulare Religioli, sed Episcopatus non ordinatur per se nec ad bonum Religionis nec ad bonum Religiosi, sed ad commune bonum Ecclesiæ, ergo.

Accedit, quod Religiosus tantum tenetur 35
obedire superiori in iis, quæ sunt secundum Regulam, & pertinent ad statum Religionis: at fieri Episcopum non pertinet ad statum Religionis, immo ab illo eximit; & absurdum est, posse Prælatum subdito præcipere id, per quod ab eius obedientia eximitur; ergò.

Accedit secundò; quia is tantum potest id 36
præcipere, qui potest Episcopum confirmare (per hoc enim potissimum constituitur Episcopus) at confirmare solum potest Pontifex: quare quando S. Th. 2. 2. *quæstion.* 85. *art.* 2. Ricard. *quodlib.* 3. *quæstion.* 21. S. Antonin. 3. *part. tit.* 20. *cap.* 2. §. 7. Angel. *ver. electio, num.* 30. Armilla *eodem ver. num.* 37. Silu. *quæst.* 19. & Sot. *de iust. lib.* 10. *quæst.* 2. *artic.* 2. tradunt, teneri Religiosum obedire Prælato obliganti ad acceptandum Episcopatum, per Prælatum (inquit Sotus *loco cit. ad* 2.) intelligunt Pontificem. 37

Sequitur vndecimò, quod è contra possit 38
Pontifex præcipere Religioso de quacumque Religione, quod acceptet Episcopatum; quia cum cura totius Ecclesiæ sit penes Pontificem, est penes ipsum talis potestas præcipiendi. Confirmatur; quia potestas ciuilis ex facultate gubernativa, quæ 39
in omni communitate necessaria est, potest ciues ad Reipublicæ munera capessenda cogere, *l. si magistratum, Cod. de decurionib. lib.* 11. *& toto tit. de excusat. numer. eod. lib.* & tradunt Cordub. *cap.* 10. *quæst.* 2. *dub.* 7. Valent. 1. 2. *disp.* 10. *quæstion.* 3. *punct.* 3. *concl.* 6. Lopez 1. *part. cap.* 56. *col.* 2. Less. *lib.* 2. *de iust. capit.* 41. *dub.* 9. *num.* 76. & Rodrig. *tom.* 2. *sum. capit.* 9. *num.* 5. *& qq. Regular. tom.* 3. *q.* 19. *art. vlt.* ergo sic, &c.

Cæterùm potest Pontifex id præcipere Religioso, 40

Digitized by Google

gioſo; non ratione voti obedientiæ, ſed eo modo, quo poteſt idem præcipere clericis ſecularibus, in ordine ſcilicet ad commune bonum vniuerſalis Eccleſiæ, cuius cura ſpectat ad ipſum Pontificem, poteſtatem exercendo in omnes Chriſti fideles, vt patet ex dictis.

41 Sequitur duodecimò, quod non poſſit neque Generalis, præcipere Religioſo, quod acceptet dignitatem extra Religionem, vel beneficium ſeculare, vel etiam Regulare alterius Religionis (quamuis vtrumque ex Pontificis diſpenſatione licitum ſit) quia id non eſt ſecundum Regulam, ſed præter illam, nec ordinatur ad commune bonum Religionis, Nauar. *Comment. 4. de Regular. num.* 23. Manuel. Rodrig. *qq. Regular. tom.* 1. *q.* 34. & Leſſ. *de inſt.* 42 *& iur. cap.* 41. *dub.* 9. *num.* 49. quare mihi non probatur, quod docent Imola *cap. Raynutius, de teſtament. num.* 71. Ancharan. *cap. ſi Religioſus, de elect. in 6. num. vlt.* & Franc. *ibid. num.* 3. nempe non poſſe Religioſum diſſentire ſine Prælati licentia electioni de ſe factæ ad talia munera, ex eo quod, inquiunt ipſi, religioſus careat nolle: nam ex dictis potius dicendum eſt oppoſitum; quia aliàs poſſet cogi, & Religioſus habet nolle in iis, in quibus non tenetur obedire.

43 Sequitur decimotertiò, quod poſſit è contra Prælatus præcipere Religioſo, quod acceptet Superioris munus, vel quodcumque beneficium conſuetum regi per Regulares ſuæ Religionis; quia id eſt ſecundum Regulam, & talis gubernatio ſpectat ad ſuam Religionem. Na-
44 uar. & Man. Rodrig. *in locis ſupra cit.* qui ſubdunt, & rectè, quod poſſit etiam Prælatus præcipere Religioſo, quod acceptet beneficium ſui Monaſterij, licet ſit parui valoris, dummodo non cogatur relinquere alimenta neceſſaria ad ſupplendum victum à Monaſterio ſibi præſtanda. Subdunt ſecundo, & etiam recte,
45 quod poſſit præcipere Religioſo, quod acceptet beneficium, licèt ſit manuale, & ad nutum amouibile, niſi iuſtam excuſationis cauſam habeat, quia ſcilicet malitioſe ipſi confertur, eo quod litigioſum ſit, vt litem terminet, &, ea terminata, ipſi auferatur.

46 Cæterùm, ſi ſubditus à Prælato iuſſus, quod accepter aliquod ex dictis muneribus, impedimento aliquo detineatur, dicendum eſt, quod vel tale impedimentum ſubditus ipſe amouere poteſt, vt ſi habeat propoſitum perſeuerandi in peccato, quod muneri admittendo obſtaret, & tale impedimentum tenetur ipſe amouere, vt obedire poſſit: vel tale impedimentum non poteſt ipſe, ſed Prælatus (diſpenſando ſcilicet) amouere, vt ſi irregularitate, quam Prælatus poteſt diſpenſare, detentus ſit, & tunc debet Prælato impedimentum manifeſtare, niſi aliunde diſpenſationem obtineat, &, Prælato diſpenſante, debet obedire. Vel tale impedimentum non poteſt nec ipſe Religioſus, nec Prælatus amouere, & tunc Religioſus non tenetur obedire; S. Th. 2. 2. *q.* 185. *art.* 2. *ad* 2. Turrecremata *cap. olim, num.* 1. *ad* 2. 8. *q.* 1. S. Antonin.
47 *3. part. tit.* 20. *cap.* 2. §. 6. & Sot. *de inſt. lib.* 10. *q.* 2. *art.* 2. *ad* 2. qui ſubdit, & rectè, quod, ſi ſubditus adeo pronum ad prauos motus ſe cognoſcat, vt illos ſedaturus facile non ſperet, non teneatur obedire; quia in moralibus quod eſt valde difficile, reputatur impoſſibile. Subdit 48 ſecundò cum Siluestro *ver. Epiſcopus q.* 3. *dict.* 4. & etiam recte, quod ſi ſubditus parum idoneum ſe iudicet quoad ſcientiam, & alias qualitates extrinſecas, quas Prælatus prudens, & prout nouit, tenetur obedire; quia in tali caſu tenetur ſtare iudicio Prælati.

Sequitur decimoquartò, quod poſſit Præla- 49 tus præcipere Religioſo, quod tempore peſtis deſeruiat Religioſis domeſticis, etiam in temporalibus, cibaria ſcilicet, & medicamenta neceſſaria iis ſubminiſtrando; quia mutua miniſteria ad conſeruationem boni ſtatus ſpectantia (quale principale eſt infirmorum cura) non ſunt ſupra, ſed iuxta Regulam, Caiet. *opuſc. tom.* 3. *tract.* 9. *de vinculo obedientiæ q. vnic.* & Rodrig *qq. Regul. tom.* 3. *q.* 31. *art.* 3.

Non obſtat, quod inde Religioſo periculum 50 mortis immineat; quia bonum commmune præfertur priuato, etiam cum periculo vitæ, & ſic tenetur obedire; ſicut obedire tenetur ſecularis à Principe iuſſus ire ad bellum, etiamſi inde probabiliſſimum periculum mortis ſibi imminere videat, Doctores communiter in tractatu de Bello.

Excipe primò Religioſum, qui debilis ſit 51 complexionis, vel facilior ad infectionem contrahendam; vel qui ſit valde vtilis bono communi Religionis; quia tunc, cùm ſint alij, qui id facere poſſint cum minori contagionis, & boni communis periculo, non tenetur obedire, & Prælatus imprudenter hunc periculo exponit, Rodrig. *cit. q.* 31. *art. vlt.* & Rutil. *de fuga temp. peſt. lib.* 1. *diſp.* 1. *q.* 1.

Excipe ſecundò, ſi Prælatus præcipiat Re- 52 ligioſo, quod deſeruiat peſte infectis externis; quia id eſt ſupra, non iuxta Regulam, cùm non ſpectet ad mutua ſtatus Religioſi conſeruandi miniſteria; nec ſtatus Religionis vllo modo ordinetur ad curam ſecularium in temporalibus habendam, Armilla *ver. obedientia n.* 5. Tabien. *ibid. q.* 5. *num.* 6.

Sequitur decimoquintò, quod neque poſſit 53 Prælatus præcipere Religioſo, quod deſeruiat peſte infectis extraneis, etiam in ſpiritualibus, Sacramenta ſcilicet iis miniſtrando; & quidem ſi loquamur de Religioſo Religionis, cuius Inſtitutum non eſt vita actiua, nec iuuandis proximis vacare, qualis eſt Religio Carthuſianorum, & ſimilium, conueniunt Doctores, vti videre eſt apud Caiet. 2. 2. *q.* 26. *art.* 5. *ad fin.* Bannez *ibid. q.* 33. *art.* 3. *dub.* 4. Nauarr. *cap.* 24. *num.* 11. & Rodrig. *cit. q.* 31. *art.* 3. quia id eſt opus eximiæ perfectionis alienum ab ipſorum Inſtituto: ſi verò loquamur de Religioſo Religionis, cuius Inſtitutum eſt vita actiua, & proximis iuuandis vacare, qualis eſt Religio Mendicantium, maior eſt difficultas, ſed adhuc dicendum, quod non teneatur obedire, quando id ſufficienter fieri poteſt per Parochos, vel per ſacerdotes, qui ſumptibus Epiſcoporum vellent Parochis auxilium præſtare; quia id primò, & per ſe pertinet ad Parochos, quorum proprium munus eſt, Sacramenta ſuis Parochianis adminiſtrare, & pertinet in primis ad Epiſcopum curare, quod mediis Parochis, & aliis Sacerdotibus neceſſariis mercede conductis ei ſpirituali animarum neceſſitati ſubueniatur; quod ſi Parochi ei muneri obeundo non ſufficiant, nec ſacerdotes ei muneri

obeundo

obeundo per mercedem inseruire reperiantur, tunc in subsidium tenetur Religiosus Religionis vitæ actiuæ obedire Prælato præcipienti; qui in tali casu non solum præcipere potest,
54 sed & tenetur præcipere, quia Religiosorum munus est, esse Episcoporum, & Parochorum coadiutores in salute spirituali proximorum adiuuanda; siquidem ob id eleemosynis fidelium sustentantur, S. Thom. 2. 2. *quæstion.* 187. *artic.* 1. *ad* 3. *& quæstion.* 188. *art.* 4. *ad* 2. *&* 5. *& opusc.* 18. *cap.* 16. *in fin.* & Rutil. *de fuga temp. pest. lib.* 1. *disp.* 1. *quæst.* 1. *concl.* 10. quapropter in tali casu subditus Religiosus Religionis vitæ actiuæ tenetur obedire, si tamen non sit, vt supra dicebatur, Religiosus valde vtilis, vel valde subiectus infectioni, iuxta ea, quæ supra dicebantur.

55 Sequitur decimosextò, quod possit Prælatus præcipere Religioso, quod in certo loco stet ad tempus seu possit dare illum in pignus, vel in obsidem, si id faciat Prælatus pro vtilitate, vel necessitate Monasterij; secus si id faciat pro pace, vel simili causa Reipublicæ; quia potestas, quam habet Superior Religionis, ordinatur solum ad bonum commune Religionis, non autem ad bonum commune Reipublicæ; ad quod ordinatur solum potestas, quam habet Pontifex; & sic potest solum Pontifex id præcipere, sicuti supra toties dicebatur; atque ita docent Abb, in *c. ex rescripto, n.* 8. *de iureiur.* Bart. & Socin. *de regul. iur. regul.* 267. &
56 ita concordantur cæteri Doctores, qui inter se quo ad hoc dissentire videntur; siquidem quod id possit facere Prælatus, negant gloss. *cit. capit. ex rescripto, verf. obsides dari*; Bald. *ibid. numer.* 1. Cardinal. *numer.* 2. Imola *numer.* 5. & Roman. *singul.* 505. *verf. nunquid Episcopus.* At affirmant Ioan. Andr. *in dict. cap. ex rescripto. num.* 9. Hostiens. *numer.* 1. Felin. *num.* 3. Alex. de Næuo, *numer.* 33. Nauar. *lib.* 3. *consil. tit. de Regular. consil.* 65. & Surdus *de alim. tit.* 8. *priuileg.* 38. *num.* 26. *&* 27.

57 Cæterum, An superiori accusato à subditis de aliquo delicto obediendum sit, pendente accusatione.

Respondetur affirmatiuè, idque ob bonum commune; quia alioquin Communitas viueret sine capite, & confunderentur omnia; atque ita in terminis docent Abb. *in cap. ex parte de accusat. num.* 4. Felin. *ibid. paulo post. princip.* & Surdus *de aliment. tit.* 1. *quæstion.* 127. *num.* 5.

58 Confirmatur; quia Iudici, durante Syndicatu, reuerentia exhiberi debet, non minus, quàm durante officio, Bald. & Iason, quos citat, & sequitur Surdus *loco cit. numero* 6.

59 Confirmatur secundò; quia Superior Religionis incidens in aliquem casum priuationis ipso facto suæ superioritatis, non contrahit talem pœnam, etiamsi de crimine palam constet, antequam per sententiam Iudicis declaretur; & sic subditi ante talem Iudicis sententiam non possunt illum expellere è gubernatione, sed, tenentur ei obedire, Doctores, quos citat & sequitur Ioan. Valerus *in differentiis vtriusque fori, ver. pœna, differ.* 20. & Diana *part.* 2. *Miscellan.* 3. *resol.* 67. Idemquè de omni alia pœna dicas, quod scilicet ante sententiam Iudicis, etiamsi ipso iure, seu ipso facto sit inflicta, non contrahatur, exceptis censuris, irregularitate, & pœnis testamentariis; qua de re Caiet. *ver. pœna* communiter receptus, & nos dicemus *infra dubitat.* 23. per totam.

Obiicies; Gloss. *cit. cap. ex parte, verf. alias* videtur sentire oppositum, ergo.

Respondetur, nego Antecedens: nam reuera 60
solum ibi Glossa intendit dicere, quod interim desistendum non sit ab accusatione, idque ob bonum commune, ne delicta remaneant impunita; non autem quod interim ei in cæteris (idque etiam; vt supra dicebam, ob bonum commune, ne Communitas sit sine capite) obediendum non sit.

DVBITATIO IV.

An, & qui sint limites, intra quos Clausura Monialium contineatur, quosque Moniales prætergrediendo, Clausuram violent?

SVMMARIVM.

1 *Monialibus non licet habere ostium, per quod ex Monasterio interiori introrsi possit in ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem.*

2 *Monialibus, etiam Tertiariis non licet egredi à ianua Monasterij, quæ est pro clausura Monasterij ipsius etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, &c.*

3 *Locus Clausuræ est qui continetur ianua clausa, ad quam secularibus non patet accessus.*

4 *Moniales ascendentes supra tecti tegulas, si intra eam partem, quæ monasterium respicit, contineantur, clausuram non violant; secus si eam prætergressæ ad alienam tecti partem transeant.*

5 *Qui inuentus est super tegulas Ecclesiæ, habetur ac si inuentus esset in ipsa Ecclesia; quapropter gaudet immunitate.*

6 *Domus, & Monasteria pro eodem vsurpantur in motu Pij V. qui incipit, Circa Pastoralis.*

7 *Monialis siue iuste, seu iniuste à Monasterio egressa, & intra Domum aliam priuatam inclusa, si ex hac egrediatur, clausuram non violat.*

8 *Domus Monasteriis contiguæ non comprehenduntur intra clausuram, intra quas Conuersæ professæ eleemosynis colligendis destinatæ, morari debent.*

9 *Monialis, quæ se ponit in Rota, & facit illam voluere versus partem exteriorem, vbi non est clausura, licet in opinione nonnullorum violet clausuram; secus tamen est in sententia Auctoris.*

10 *In egressu ad clausuram, sicut & in ingressu ad illam datur paruitas materiæ.*

RESPONDETVR; videatur de hac re Motus proprius Gregorij XIII. qui incipit: *Deo sacris virginibus*, vbi sic ait: *Declaramus præterea, nullis Monialibus etiam Tertiariis licere* 1
habere

habere ostium, per quod ex Monasterio interiori introiri possit ipsarum Monialium Ecclesiam exteriorem, in quam secularibus ad Missas & divina officia patere solet accessus, sed omnino muro obstruendum. Nec itidem licere Monialibus, etiam Tertiariis, egredi è ianua Monasterij, quæ est pro clausura Monasterij ipsius, etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, quæ patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloquiis destinata, quæ vulgo Parlatoria vocantur, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausuræ; quæ loca cum saltem pro causis prædictis patere soleant secularibus, extra clausuram censeri debent, etiam quo tempore clausa sunt; vide Nauarrum *Comment. 4. numer. 44. notab. 4. de Regular. & lib. 3. conf. tit. de Regular. conf. 66. edit. 1.* Rodrig. *tom. 1. qq. Regular. q. 44. artic. 3.* & Lezanam *tom. 1. cap. 25. num. 18. & ver. Clausula, n. 8. & seqq.*

3 Hinc sequitur, quod locus clausuræ sit, qui continetur ianua clausa, ad quam secularibus non patet accessus; consequenter si locus etiam Ecclesia, sit eiusmodi, in quem seculares admittantur, esse censetur extra clausuram Monialium; ita vt si eò illæ exeant, clausuram violent. Bonacina *de clausura, quæstion. 1. punct. 1.* Gauantus *in Man. Episc. ver. Monialium clausura, numer. 10. & seqq.* & Lezana *cit. numer. 18.*

4 Sequitur secundò, quod Moniales ascendentes supra tecti tegulas, si intrà eam partem, quæ Monasterium respicit, contineantur, clausuram non violent; secus, si eam prætergressæ ad alienam tecti partem transeant; quia cum prior pars ad Monasterium pertineat, est intra clausuram; non sic posterior, quæ alterius domus, non autem Monasterij pars est, Doctores in locis supra cit. & alij quos citat, & sequitur Lopez de Texeda *in Controuers. moral. tom. 1. lib. 2. controuers. 14. dub. 8. num. 9.* Quod inde confirmatur; quia ex communi sententia

5 Doctorum, qui inuentus est super tegulas Ecclesiæ, habetur ac si inuentus esset in ipsa Ecclesia; quapropter gaudet immunitate Ecclesiæ.

Sequitur tertiò, quòd cum Pius V. in Motu

6 proprio, qui incipit: *Circa Pastoralis*, præcipit, ne Moniales Monasteriis, seu domibus propriis egrediantur, per domos, ibi non intelligat alias Monasterij domos distinctas ab ipso Monasterio, sed intelligat ipsummet Monasterium, ita vt Monasteria, & domus pro eodem vsurpet: nam ly *seu*, sicut & *siue*, non sensum, sed sola verba diiungit, teste Abbate, *cap. inter cætera numer. 4. de rescriptis*, quem sequuntur Nauar. *comment. 4. numer. 44. notab. 4. de Regular.* Rodrig. *qq. Regular. tom. 1. quæstion. 44. artic. 3.* & alij passim.

7 Quapropter Monialis, siue iustè, siue iniustè è Monasterio egressa, & intra domum aliam priuatam inclusa, ex hac egrediatur, clausuram non violat, cum domus hæc Monasterium non sit, sed aliud quid à Monasterio distinctum, & sic non egrediatur ex ambitu Monasterij, Nauar. *citat. Commentar. 4. numer. 44.* Bonacina *de clausura cit. quæstion. 1. punct. 2.*

8 & Lezana *cit. tom. 1. cap. 25. num. 18.* Quod adeo verum est, vt intra clausuram non comprehendantur domus Monasteriis contiguæ, intra quas Conuersæ professæ eleemosynis colligendis destinatæ morari debent, ob eandem rationem; quia hæ non sunt Monasterium, domus Regulares, seu locus clausuræ, sed sunt extra clausuram, ita vt inde Conuersæ professæ egredientes (etiam ad inhonesta perpetranda) non violent clausuram; & eo licitè seculares, non sic Moniales, ingredi possint sine violatione clausuræ, Nauar. *loco cit. numer. 56.* Bonacina *de clausura quæstion. 1. punct. 1.* Tamburinus *de iure Abbat. disp. 19. quæsit. 5. ad 7.* Lezana *tom. 1. cap. 25 num. 18. & ver. clausura, num. 8.* vide etiam quæ dicentur *dubit. 16.*

Quid autem dicendum sit de Moniali, quæ 9
se ponit in Rota, & facit illam volui versus partem exteriorem, vbi non est clausura; ipsa tamen Monialis non egreditur è Rota?

Respondetur, quod (licet probabiliter teneant Comitolus *in Respons. Moral. lib. 6. quæst. 3.* & Portellus *in dub. Regular. ver. Clausura Monialium, numer. 24.* talem Monialium violare clausuram, & sic incurrere pœnas impositas contra violantes clausuram, ex eo, quia sic accessit ad locum, ad quem seculares licitè accedunt; quod fieri expressè prohibetur in Bulla Gregorij XIII.) tamen probabilius negetur, saltem ratione paruitatis materiæ, esse quid notabile contra clausuram; quia talis Monialis in casu dicto non egreditur, saltem notabiliter, ex ambitu clausuræ, sed se habet, ac si esset in ostio clausulæ, quod non est, saltem quid notabile, contra clausuram, Doctores quos citat, & sequitur Diana *part. 3. tract. 2. resol. 51.* 10
Cæterùm quod in egressu è clausura, sicut & in ingressu ad illam, detur paruitas materiæ, dicam *infra dubit. 53.*

DVBITATIO V.

Quænam Moniales Clausuræ astringantur?

SVMMARIVM.

1 *Moniales professæ etiam ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c. astringuntur clausura.*

2 *Moniales cuiuscumque ordinis etiam si Hierosolymitanæ sint comprehenduntur in decreto de clausura.*

3 *Moniales, quæ ante Tridentini Decretum clausuram seruare non consueuerant, astringuntur clausura.*

4 *Decreti Concilij de clausura potiùs mens quam verba sunt attendenda.*

5 *Motus proprius Pij V. & cap. periculoso de statu Regul. in 6. interpretatur.*

6 *Moniales conuersæ, & Tertiariæ cuiuscumque Ordinis vel Congregationis, si vere vtraque professa sunt, astringuntur ad clausuram.*

7 *Conuersæ prædictæ, vbi est consuetudo, quod pro quæstu exeant à Monasterio, dummodo habeantur licentia necessariæ, & sint ætatis saltem 40. annorum, & non sint plures quam octo, tolerari potest.*

8 *Mulieres in Congregatione modum aliquem viuendi*

vivendi religiosum vouentes, hortandæ sunt ad solemniter profitendum, & ex tunc ad clausuram tenentur. Quod si facere recusauerint, non licet in posterum aliquam in Congregationem admittere sub pœna nullitatis professionis.

9 *Moniales, quæ faciebant professionem ea conditione, vt clausura non obstringerentur, probabilius non sunt professæ.*

10 *Oblatæ non tenentur ad clausuram; quia non sunt vere Moniales, nec professionem emittunt.*

11 *Nouitiæ cuiuscumque approbatæ Religionis non tenentur ad clausuram; quia neque hæ sunt professæ.*

12 *Nouitiæ egredientes è Monasterio ex causa rationabili, non interrumpunt nouitiatum; secus si egrediantur sine causa, licentia, vel habitu.*

13 *Nouitia si egrediatur de licentia Abbatissæ, male tamen concessa, adhuc tamen non interrumpit nouitiatum.*

14 *Nouitiæ dari non potest licentia egrediendi ad visendos Parentes.*

15 *Professæ ea conditione vt in domo propria maneat, non tenetur ad clausuram.*

16 *Priuilegium obtentum à Monialibus aliquibus ante Concilium Tridentinum, & motum Pij V. viuendi intra conuentum in aliquibus locis honestis, non suffragatur.*

17 *Moniales, quæ vel ex regula, vel ex voto tenentur ad clausulam, peccant eam violando contra Regulam, vel votum, vel etiam contra præceptum Ecclesiasticum.*

1 RESPONDETVR, & dico primò, astringi Moniales professas, etiam Ordinum Militarium, S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. probatur ex Trident. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 22. ibi: *Hæc omnia, & singula in superioribus decretis contenta obseruari S. Synodus præcipit in omnibus Cœnobiis, ac Monasteriis quarumcumque sanctimonialium, etiamsi illa sub gubernio Militarium, etiam Hierosolymitanæ, viuant, & quocumque nomine appellentur, sub quacumque Regula, vel Constitutione.* At vnum ex decretis ibi contentis est de Monialium clausura, ergo, &c. Probatur se-
2 cundò, ex cit. Motu proprio Pij V. ibi: *Cuiuscumque Ordinis, vel Militarium, etiamsi Hierosolymitanæ sint*; quæ dictio *Etiam*, in vtroque decreto significat, comprehendi, etiam Religiosas, quæ sunt aliarum Militarium Religionum; Nauarr. *num.* 44 Rodriq. *qq. Regul. tom.* 1. *quæst.* 44. *art.* 1. *& 3. & tom.* 3. Summ. *in addition. in cap.* 95. *concluſ.* 5 Portell. *in addit. ad addit.* Lezana *ver. clausura, num.* 23. *& tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 17. Llamas *in Append.* §. 1. *in fin.* & Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 12. *num.* 1. quidquid in contrarium quidam dubitarint.

3 Dico secundò, astringi etiam Moniales quæ ante Tridentini decretum clausuram seruare non consueuerant; probatur ex Tridentino *loco cit.* vbi iubetur, in quibuscumque Monasteriis seruari omnia decreta illius sessionis 25. de Regularibus, inter quæ vnum est huius clausuræ etiamsi à tempore immemorabili sit contraria consuetudo; quod & confirmat Pius V. *in cit.* Motu prò proprio, *Circa pastoralis*, ibi: *Etiamsi ex institutis, vel fundationibus earum Regula ad clausuram non teneantur, nec vnquam in earum Monasteriis, siue domibus, etiam ab immemorabili tempore, seruata fuerit.*

Obiicies; *in cit. loco* Tridentini dicitur: *Vniuersis Episcopis præcipit* S. Synodus, *vt in omnibus Monasteriis clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restituas, & vbi inuiolata est, conseruari maximè procurent.* At non dicitur violari, nec restitui, quod numquam fuit, ergo.

Respondetur, mentem potius Tridentini, 4
quàm verba illius spectari debere, *iuxta Regul. fin. de Reg. iuris in* 6. præsertim cum Tridentinum ibi vniuersis Monialibus clausuram præcipere intendat, & *in cap.* 5. Sic habeat: *Vbi id præceptum violatum est, non introducta clausura* (& hoc dicitur, clausura violata) *restituatur*, id est, instauretur, & reducatur ad clausuram debitam, vi illius præcepti.

Instabilis; *in cit.* Motu, Circa pastoralis, & 5
cap. periculoso in princip. de statu Regular. in 6. *dicitur. Decernimus vniuersas Moniales, si tacitè, vel expressè Religionem professæ sunt*; ergo solæ Moniales, quæ clausuram profitentur, videntur ad illam teneri.

Respondetur, ibi disponi de professis tacitè, vel expressè Religionem, ad excludendas Nouitias, & alias non professas, non autem de professis clausuram.

Dico tertiò, astringi etiam ad clausuram Mo- 6
niales Conuersas, & Tertiarias cuiuscumque ordinis, vel Congregationis, si verè vtræque professæ sint: probatur, quia in dicto Motu Pij V. *Circa Pastoralis*, id expressè præcipitur; & docent ex communi sententia Doctorum Nauar. *num.* 45. Rodriq. *quæst.* 44. *art.* 4. Llamas, Lezana, & Layman *in locis supra cit.* quidquid in contrarium dixerit Corduba *in Annotationibus ver. clausura Monialium, notab.* 1. qui scripsit ante dictum Motum Pij V.

Cæterum, licet prædictæ Conuersæ, sicuti 7
dicebam, ad clausuram teneantur, ità vt non possint, neque ad altare in Ecclesia exteriori ornandum egredi, prout declarauit S. Congregatio Episcop. & *Regular.* 17. Octobr. 1592. Nihilominus, vbi fuerit consuetudo prædictas Conuersas è Monasterio egredi pro quæstu, tolerari potest, dummodo habeantur licentiæ necessariæ, & tales Conuersæ sint ætatis saltem 40. annorum, & non sint formosæ, & foris non pernoctent, & non sint plures, quàm octo ad quæstum destinatæ, & si deinde non egeant, cessent à quæstu, prout etiam declarauit eadem sacra Congratio apud Gauantum in Manual. Episcop. *ver. Monialium clausura, n.* 18. *& seqq.* qui *num.* 20. subdit, quid dicendum sit de Monialibus conuersis, si similiter egeant, & ego dicam *dubit.* 16.

Dico quartò, Mulieres in Congregatione 8
modum aliquem viuendi religiosum vouentes, hortandas esse, quod solemniter profiteantur, & ex tunc ad clausuram teneri; quod si id facere recusarint, & voluerint in Congregatione viuere sine clausura, non licere eis aliquam in posterum in suam Congregationem admittere; sic expressè statuitur *in citato* Motu proprio Pij V. vbi & sic subditur: *Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem,*

& decretum aliquas receperint, eas ad sic viuendum omninò inhabiles reddimus, ac illarum quaslibet professiones, ac receptiones irritas, decernimus, & nullas, quod intelligas de receptionibus in posterum cõtra hoc decretum factis, nõ item de receptionibus, quæ dictum decretum antecesserant; quia lex loquitur, & prospicit in futurum. Vide Nauarrum *n.* 45. & Rodriquez *to.* 1. *q.* 44. *art.* 3.

9 An autem quædam Moniales, quæ faciebant professionẽ ea conditione, vt clausuræ nõ obstringerentur, verè essent professæ? Respõderur cum Mitãda *in tract de Monialib. q.* 1. *ar.* 4 probabilius negatiuè, quia Motus Pij V. videtur irritasse, & annulasse simpliciter dictas professiones.

10 Ex dictis sequitur, ad clausurã nõ teneri Oblatas, quia nõ sunt verè Moniales, nec professionẽ emittunt, sed vel nullo voto obstringuntur, vel solũ votis simplicibus. Nauar. *n.* 47. Zerola *in prax. Episc. par.* 1. *ver. Moniales ad* 16. *quæst. dub.* 4. Azor. *to.* 1. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. Lezana *to.* 1. *q.* 15. *n.* 17. Graff. 1. *par. decis. lib.* 4. *c.* 33. Rodriq. *cit. q.* 44. *art. vlt.*

11 Sequitur secundò, ad clausuram neque teneri Nouitias cuiuscumque Religionis approbatæ, quia neque hę sunt professę, & textus omnes clausuram indicentes loquuntur solum de sacitè, vel expressè professis, Doctores *supra cit.* & Graff. 1. *par. decis. lib.* 4. *c.* 23. *num.* 17. Rodriq. *cit. ar. vlt. in fin.* & Nauar. etiam *lib.* 3. *consil. tit de Regular.* 81. & 82. & *tit. de Statu Monachorum consil.* 6. & *consil.* 7. *n.* 1.

12 An autem egredientes è Monasterio interrumpant Nouitiatum, & desinant esse Moniales?

Respondetur negatiuè, si egrediãtur ex causa rationabili, v. g. morbi grauis curandi, & ex licentia Superiorum, & cum habitu; quia talis egressio cum his circũstantiis arguit vnionẽ, & permanẽtiam in Religione, saltẽ quoad affectũ; secus, si egrediantur sine causa, licentia, vel habitu; quia talis egressio è contra arguit retrocessionẽ ab obedientia, Religione, vel habitu; sic. S. Cõgregatio, quam refert, & sequitur Suar. *to.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 1. *c.* 8. *nu.* 6. qui

13 subdit, quod, si Nouitia egrediatur de licentia Abbatissæ, malè tamen concessa, adhuc tamen per talem egressionem non interrumpatur Nouitiatus, quãtum est ex vi juris communis; videri etiam poterit Barbosa *de potest. Episcop. allegat.* 101. *n.* 23. & 28. & Gauantus *in Man. Episcop. ver. Monialium clausura, nu.* 13. qui refert eandem S. Congregationem declarasse, non posse Nouitiæ dari licentiam

14 egrediendi ad visendos parentes.

15 Sequitur tertiò, quod si hodiè licitè aliqua professetur ea conditione, vt in domo propria maneat (prout permittitur in cap. fin. qui clerici, vel vouẽtes) neq; ad clausuram teneri istam talem professam; quia cit. textus loquũtur de Monialibus in Cõgregatione viuentibus, vti constat ex Motu Pij V. ibi: *Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seu de Pœnitentia dicuntur, cuiuscumque Ordinis fuerint in Congregatione viuentes*; & docent Nauar. *Comment.* 4. *n.* 45. & Graff. *cit. c.* 23. *n.* 17.

16 Sequitur quartò, quod si quæ Monjales obtinuerint ante Tridentinum, & Motum Pij V. priuilegium Pontificium viuendi intra Conuentum in aliquibus locis honestis, tale priuilegium eis non suffragari; quia omnia huiusmodi priuilegia sublata sunt per Tridentinum, & dictum Motum Pij V. suffragabitur tamen, si sit priuilegium obtentum post talia Decreta. Nauar. *cit. comment.* 4. *n.* 53. *notab.* 2. & 5. & alij passim.

17 Cæterùm, quid peccent Moniales, clausuram nõ seruando?

Respõdetur, quod quæ ad illam tenentur ex Regulæ statuto, vel ex voto, peccent contra Regulam, vel votum, & etiam contra præceptum Ecclesiasticum. Quæ vero ad illam non tenentur, nec ex Regulæ statuto, neq; ex voto, peccent solum contra præceptum Ecclesiasticum, propter textus scilicet *supra* allegatos, Rodrig. *cit. qu.* 44. *art.* 2. *ad* 1. ex communi sententia Doctorum.

DVBITATIO VI.

Ad quemnam spectet, astringere Moniales ad clausuram?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus in Monasteriis sibi subiectis auctoritate ordinaria, in exemptis, auctoritate delegata debet attingere Moniales ad clausuram.*

2 *Item dic de Tractatu exemptis.*

3 *Lex interpretans in dubio intelligi debet iuxta legem, quam interpretatur.*

4 *Lex nona interpretans recipit omnes interpretationes veteris etiam si strictius loquatur.*

5 *Motus Pij V. qui incipit* circa Pastoralis *perpẽditur.*

6 *Ex Tridentini Concilij dispositione etiam Monasteria Sedis Apostolicæ immediatè subiecta Episcoporum gubernio subiacent.*

7 *Declarationes Sac. Congregationis Cardinalium faciunt opinionem satis probabilem; non tamen contrariam reddunt improbabilem.*

8 & 9. *Seculares magistratus præstare debent auxilium brachij secularis, si opus fuerit eo vsi ad cogẽdas Moniales ad clausuram sub excõmunicationis nõ reseruatæ pœna ipso facto incurrenda, secus autem Principes, qui tantum a Concilio Tridentino ad huiusmodi auxilium præstandum exhortãtur.*

10 *Exhortatio non importat præceptum.*

11 *Nomine Magistratuũ secularium veniunt etiã Ecclesiastici, si iurisdictionem secularem exercent.*

12 *Episcopi, & alij locorũ Ordinarij nõ tenẽtur sub pœna peccati mortalis publicare quotannis decretum de clausura Monialium; sed sufficit si semel publicatum fuerit.*

REspondetur, quod (quãuis aliqui, vt Zerola *loco supra cit. ad* 4. & 8. *quæst.* satis probabiliter sẽtiant, id in vniuersũ spectare ad Episcopũ, moti ex Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 5. vbi videtur talis facultas Episcopis cõcedi respectu omniũ Monasteriorũ etiã exemptorũ, quæ Regularib. subiiciũtur. sic enim ibi habetur: *Bonifacy VIII. Constitutionem, quæ incipit Periculoso, renouans S. Synodus, vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, interminatione maledictionis æternæ, præcipit, vt in omnibus Monasteriis sibi subiectis ordinaria; in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & ibi inuiolata est, conseruari maxime procurent, inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacumque appellatione postposita, compescentes.* Quod etiam sæpe declarauit S. Congregatio, teste Gallerto *ver. clausura numer.* 1. Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat.* 102. *numer.* 6. *& seqq.* & *in collect. ver. clausura*, Gauanto *ver. Monialium clausura, numer.* 47. 58. *& seqq.*) nihilominus satis probabiliter etiam cum Nauar. *loco cit. Comment.* 4. *numer.* 60. Llamas *in append.* 1. 3.

Graff. 1. *par. decis. libro* 4. *cap.* 13. *numer.* 6 Miranda *tom.* 1. *quæst.* 46. *ar.* 6. Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 12. *numer.* 1. Bonacina *de clausura quæstio.* 1. *punct.* 6. *numer.* 1. *& quæstio.* 4. *punct.* 2. & Lezana *ver. clausura, numer.* 14. dici possit, quod spectet ad Episcopum auctoritate ordinaria, astringere Moniales sibi subiectas, & auctoritate
2 Apostolica astringere Moniales immediatè Sedi Apostolicæ subiectas, exceptas verò ab Episcopo, & subditas aliis Prælatis exemptis astringere spectet ad ipsos Prælatos exemptos aliorum Ordinum.

Probatur primò, ex *cap. periculoso*, §. *vlt. de statu Regul. in* 6. ibi: *Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis mandamus, quatenus eorum quilibet in ciuitate, ac diœcesi propria in Monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis, suas in his verò, quæ ad Romanam immediatè spectant Ecclesiam, sedis Apostolicæ auctoritate; Abbates verò & alij tam exempti, quam non exempti Prælati Ecclesiarum, Monasteriorum, & Ordinum quorumcumque in Monasteriis huiusmodi sibi subiectis de Monialibus includendis quamprimum commodè poterunt, prouidere procurent.* Quod Decretum non reuocat Tridentinum, quin innouare protestatur, &
3 interpretatur; & lex interpretans in dubio intelligi debet iuxta
4 legem, quam interpretatur; & recipit omnes illius interpretationes, etiamsi lex noua interpretas, strictius loquatur, vt communiter Doctores.

5 Secundò, ex Motu proprio Pii V. *Circa Pastoralis*, ibi: *Mandantes Patriarchis, &c. quatenus in Monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis, suas in his verò, quæ ad Romanam mediatè, vel immediatè spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, vna cum Superioribus eorumdem Monasteriorum clausuram seruari procurent.* Et paulò post: *Iuxta formam dictæ Constitutionis Periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbatam, & innouatam, quã etiã nos auctoritate præfata approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illã districtè obseruari mãdamus.*

6 Tertiò, ex Tridentino *sect.* 25. *de Regular. cap.* 9. vbi statuitur, quod non Monasteria exempta Regularibus subiecta, sed quæ Sedi Apostolicæ sũt immediatè subiecta, ab Episcopis gubernẽtur.

Ad opposita ex dict. Tridentino *cap.* 5. patet
7 ex dictis, quæ sit mens ipsius Tridentini, ibi, Ad Cardinalium declarationes respondetur, quod de ipsis non constet authenticè; & quod faciant opinionem quidem satis probabilem, nonautem quod reddant cõtrariam improbabilẽ, ob rationes dictas.

8 Cæterùm, si, vt Moniales ad clausuram cogantur, opus fuerit auxilio brachij secularis, id inuocandum erit, & præstandum à secularibus, vti constat ex Tridentino *cit. cap.* 5. ibi: *Inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis; quod auxilium vt præbeatur, omnes Christianos Principes hortatur S. Synodus, & sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda omnibus Magistratibus secularibus iniungit.*

9 Vnde fit, quod, si principes hoc auxilium sine iusta causa denegent (licet peccent contra aliam legem; cùm ex officio sibi iniuncto ad illud iustè petentibus præstandum teneantur, iuxta *cap.* 1. *de offic. Ordinar. cap. Principes de maior. & obed. cap. duo, & cap. si Imperator, dist.* 96. & docet Nauar. *Comment.* 4. *numer.* 46. & alij passim) tamen non peccant contra hoc decretum Tridentini, sicuti contra ipsum peccant cæteri Magistratus seculares (si scilicet
10 requisiti præstare auxilium grauiter omittãt, secus si non omittant grauiter; vt si verbi gratia mandent satellitibus, vt auxilium præstent; isti verò fingant auxilium præstare, sed non præstent; in quo casu, cum illi saltem mortaliter, non peccent, excommunicationem non incurrent) quia diuersimodè de vtrisque loquitur Tridentini dictum decretum; siquidem Principes ad huiusmodi auxilium præstandum exhoretur solum, & exhortatio non importat præceptum, *cap. quod præcipitur*, 14. *quæstio.* 1. Cæteros autem Magistratus seculares grauissimo præcepto sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ constringit. Quæ tamẽ reseruata Papæ non est; cum in Tridentino concilio nullum de reseruatione verbum reperiatur.

Nomine Magistratuum secularium veniunt om- 11
nes qui iurisdictionẽ secularẽ exercent, iuxta *l. eum qui ff. de iurisd. omn. Iudic.* & videri potest Batt. *l.* 1. *ff. de offic. eius, cui mãdata est iurisd. Speculator tit. de iurisdict. omn. Iudic.* Duardus in Bull. Cœn. *can.* 19. *q.* 2. *n.* 1. Et veniunt Magistratus seculares cuiuscunque generis, & ordinis existãt; qua illa dictio *omnibus* est vniuersalis. Et nullũ Magistratũ secularem excludit *l. Iulianus, & l. testamentum in princip. ff. de legatis* 3. *& l. hoc articulo, ff. de hered. instituẽ.* quapropter veniunt Prætores, Iudices, Ciuitatũ, Rectores prouinciarum Præfecti, & quicũqualij, qui Regib. & Princip. (cũ hi ex Nauarro *cõment. 4. n.* 60 *de Regular.* & Sanch *lib.* 6. *moral. c.* 15. vt potè ius proprio iure dicẽtes, & superiorem in rẽporalibus nõ agnoscentes, non vocẽtur Magistratus, sed Reges, & Principes) in exercenda iurisdictione seculari sunt inferiores.

Quod adeò verũ est, vt eriã veniant Ecclesiastici, si hi etiam exercẽt iurisdictionẽ secularem, seu exercent iurisdictionem titulo secularis potestatis, vt si à Principe seculari Præsides, vel alicuius Magistratus seculari, à quo ciuitas, vel prouincia gubernatur) Consiliarij constituantur; quia tunc Ecclesiastici etiam veniunt nomine Magistratus secularis; cum Trid. Concilium non respexerit ad circũstantiam personę præcisè, sed ad qualitatem muneris, & officij, à quo Magistratus secularis nomen desumitur.

An autem teneantur Episcopi, & alij locorũ Ordinarij sub pœna peccati mortalis quotannis decretum hoc de clausura Monialium publicare?

Respondetur negariuè, stante, quod Motum Pij V. incipientem, *Decori* (vbi id fieri præcipiebatur in virtute S. obedientiæ) attemperauerit postea ipse- 12
met Pius V. in altero Motu incipiente, *Circa Pastoralis*, & Gregorius XIII. in suo Motu, qui incipit, *Deo sacris*, vbi solum publicationem præcipiunt, non addito, quoties ea fieri debeat, consequenter sufficit, quod semel id decretum publicatum fuerit, & ita seruatur in praxi. Vide Nauarrum *Comment. 4. de Regular. n.* 54. & 58.

DVBITATIO VII.

Ad quemnam spectet dare licentiam egressus è clausura, & causam egressus approbare

SVMMARIVM.

1 *Ad Episcopos spectat in omnibus quibuscumque Monialium Monasteriis dare licentiam egressus à clausura, & causam egressus approbare.*

2 Ad

2 *Ad Epiſcopos coniunctim cum ſuperioribus Regularibus ſpectat dare licentiam egreſſus è clauſura, & cauſam approbare.*

3 *Moniales ſi egreſſæ fuerint ſine licentia Ordinarij à clauſura, & ſuperiores Regulares ſi licentiam dederint cenſuris Eccleſiaſticis ab ipſismet Ordinariis puniri poterunt.*

4 *Confectij opinio reprobatur aſſerentis ſolum in tribus caſibus requiri Epiſcopi & ſuperioris Monaſterij coniunctim licentiam egrediendi.*

5 *Opinio Rodriguez refellitur, & cur, neque enim ſuperiores Regulares in Monaſteriis nullius Diœceſis ſine locorum Ordinariis dare poſſunt licentiam egrediendi à clauſura.*

6 *Abbatiſſa, cum præcepto clauſuræ obſtringatur, ſicut cæteræ Moniales, non poteſt dare licentiam egrediendi à clauſura.*

7 *Motus Pij V. qui incipit (Decori & honeſtati)* 1 *non eſt vbique vſu receptus, vbi tamen vſu receptus eſt, non poteſt ſuperior Regularis ſine Ordinario dare licentiam egreſſus, ſecus tamen eſt, vbi motus prædictus non eſt vſu receptus.*

8 *Abbatiſſæ licentia non ſufficit, & cur.*

9 *Licentia egrediendi è Monaſterio debet eſſe in ſcriptis, ſicut & ingrediendi in ipſa.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis Nauar *lib. 3. conſil. 48. num. 6. tit. de Regular. & conſil. 5. num. 6. tit. de ſtatu Monach.* Graff. *1. par. deciſ. lib. 4. c. 23. numer. 6.* Llamas *in Append. §. 5.* Miranda *de Monialibus q. 3. art. 6. concl. 1.* Rodrig. *tom. 1. q. 46. art. 6.* Layman, *lib. 4. tract. 5. cap. 12. nu. 1.* ſentiant licentiam hanc dare, & cauſam egreſſus approbare, ſpectare ad Epiſcopum, in Monaſteriis ſibi, vel Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, at in Monaſteriis exemptis, quæ Regularibus ſubiiciuntur ſpectare ad Superiores Regulares, vt ſupra de clauſura Monialibus indicenda ad mentem eorumdem Doctorum ſatis probabiliter dicebatur) tamen probabilius ſit, generaliter in omnibus quibuſcumque Monialium Monaſteriis ſpectare ad Epiſcopum; & meritò, quia plus eſt, dare licentiam egreſſus, quàm ad clauſuram Moniales aſtringere (vnde patet diſparitas ad fundamentum oppoſitum) tum quia Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 5.* generaliter ait: *Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à Monaſterio, etiam ad breue tempus, quocumque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda*: tum quia Pius V. in Motu proprio, qui incipit: *Decori, & honeſtati*, poſtquam decidit, nulli Monialium licere exitum, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, vel epidemiæ, ſubdit: Quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum, etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium, etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum, & Ordinariorum iuriſdictione *exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata ſit*: quapropter in Monaſteriis exemptis, quæ ſubduntur Regularibus, requiri Superioris Monaſterij, & Epiſcopi licentiam coniunctim, docent Nauar. *Comment. 4. de Regular. numero 60.* Azor. *tom. 1. lib. 13. c. 8. quæſtio. 1.* Zerola *in prax. Epiſc. par. 2. ver. Monialis Dubitat. 8.* (qui ſic teſtatur de praxi) Capucinus in Annotat. ad Compendium priuilegiorum Mendicantium, ver clauſura Monialium, ad fin. & Doctores, quos citat, & ſequitur Tamburin. *de iure Abbat. diſputat. 20. quæſtio. 5.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. alleg. 102. numero 69. & ſeqq.* Nouarius in Lucerna Regular. *ver. Epiſcopus quoad Regulares numero 7.* qui teſtatur, ſic declaraſſe S. Congregationem in vna Viterbienſi 26. Iunij 1626. Peirinus *tom. 1. priuileg. Minim. in Conſtit. 6. Pij V. numero 22.* & Lezana *tom. 1. cap. 25. numero 21.* vbi refert alteram S. Congregationis declarationem in his verbis: *Moniales ſubiectæ iuriſdictioni Regularium exemptorum, ſi ſine licentia Ordinarij egreſſæ fuerint è Monaſteriis, debent* 3 *ipſæ, & ipſarum ſuperiores, de quorum licentia de Monaſteriis egreſſæ fuerint, per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia iuris remedia ab eorum Ordinario puniri, non obſtantibus quibuſcumque priuilegiis, &c.*

Dices, Motum Pij V. requirere in Monaſteriis exemptis (quæ ſubduntur Regularibus) Superioris Monaſterij, & Epiſcopi licentiam coniunctim in iis tribus caſibus, quos ibi Pontifex enumerat, non autem in aliis caſibus: & ideò in aliis caſibus ſufficere tantum licentiam Superioris Monaſterij; ſic nonnulli Doctores, inter quos Confectius *de priuileg. Ordinum Mendicantium tit. 20. cap. 4.*

Sed contra, quia abſurdum eſt, dicere, Pontificem 4 requirere in Monaſteriis exemptis (quæ ſubduntur Regularibus) Superioris Monaſterij, & Epiſcopi licentiam coniunctim in iis tribus caſibus, qui ab ipſomet Pontifice, tanquam iuſti, approbantur, & ſic certis; & non requirere vtriuſque, ſed tantum Superioris Monaſterij licentiam in aliis caſibus, qui per ſimilitudinem, vel extenſionem à Doctoribus tanquam iuſti approbantur, & ſic non certis, ſed dubiis.

Dices ſecundò, Motum Pij V. intelligi de Monaſteriis exemptis, quæ ſubduntur non ſolum Generalibus, & Prouincialibus habentibus iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, ſed etiam ſubduntur Superioribus Monaſterii inferioribus talẽ iuriſdictionem, quaſi Epiſcopalem, non habentibus: conſequenter in talibus Monaſteriis: non ſufficere Superioris immediati licentiam, ſed requiri etiam licentiam, & approbationem Generalis, vel Prouincialis (cum hi quoad iuriſdictionem ſint Epiſcopi Monialium ſibi ſubiectarum) non tamen item Epiſcopi, ſic Rodriguez *cit. quæſt. 46. art. 6.*

Sed contra; quia abſurdum eſt, dicere, Ponti- 5 ficem ibi per Epiſcopum, & Ordinarium intelligere Generalem, vel Prouincialem iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, habentes; ſicuti conſtat ex iis verbis: *Præter alios Ordinum Superiores, quibus cura Monaſteriorum incumberet, etiam per Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium, etiamſi prædicta Monaſteria ab Epiſcoporum, & Ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur*: nam cum ibi dicatur: *Præter alios Ordinum Superiores*, clarè Pontifex omnes Superiores, & non ſolum immediatos includit: & cum ſubdatur. *Per Epiſcopum, ſeu alium loci Ordinarium*, clarè Pontifex non intelligit Superiorem Regularem nõ enim Superior Regularis dicitur loci Ordinarius; tum quia ſequeretur, quod in his Monaſteriis requireretur præter licentiã Generalis, vel Prouincialis licẽtia Superioris immediati, ſeu localis; cum Põtifex ibi

dare, & causam approbare, competit Episcopo, vt delegato ex authoritate Sedis Apostolicæ delegata in quo casu nihil posse videtur Vicarius, licet generalis. At quidquid sit de hac ratione, dici tamen potest, Concilium dare quidem facultatem Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, ad inducendam clausuram in Monasteriis Sedi Apostolicæ subiectis; sed cum præscribit, quod Moniales clausura egredi non possint, loquitur simpliciter de Episcopo, cuius iurisdictio cõperit etiam Vicario generali, nisi excipiatur, vel nisi res aliena sit ab eius officio, sicuti *supra* dicebam.

6 Quod dixi de Vicario generali Episcopi (quod scilicet possit egressus licentiam dare, & causam approbare) idem dico de Vicario generali Capituli Sede vacante, & cuiuscumque Prælati iurisdictionem, quasi Episcopalem, in diœcesi aliqua habentis; & de Vicario generali Ordinum Militarium; quia hi etiam nomine Ordinarij veniunt, Doctores, quos refert, & sequitur Sanchez *citat. disp. 29. numero 45.* Barbosa *3. par. allegat. 102. num. 28. ad finem*, Bonacina, & Layman. *in locis supra citat.* Idemque dico de Prouisore nominato à Capitulo, Barbosa, & Lezana vbi supra, & Tamburin. *de iure Abbat disputat. 23. quæst. 1.*

7 Item quod dixi de Episcopo (quod scilicet possit, etiam Monialibus Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, licentiam dare) idem dico de omnibus Prælatis iurisdictionem prædictam, quasi Episcopalem, habentibus; quia hi quoad iurisdictionem sunt Episcopi in sua diœcesi, Sanchez, & Layman *locis citatis*

8 An autem hoc idem possit dici de Capitulo sede vacante.

Respondetur, quod (licet negandum videatur; quia Capitulum Sede vacante non succedit in iurisdictionem Episcopo delegatam, tanquam Sedi Apostolicæ delegato; Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *de matrimon. lib. 8. disp. 2. numero 11.*) tamen adhuc, hoc non obstante, probabilius sit oppositum; sic Sanchez, & Layman *supra*; & probatur, quia Moniales hæ non debent esse sine Prælato, ad quem confugiant. Qua ratione motum Tridentinum Concilium *sess. 25. de Regular. cap. 9.* & qua ratione motus Pontifex *in cap. periculoso*, & in Motu, *Decori, & honestati*, præceperunt, eas esse sub cura Episcopi, tamquam Sedis Apostolicæ delegati: quæ necessitas etiam militat in Capitulo Sede vacante; cum sæpe diu vacet, & sæpe contingant similes occasiones in Monialibus.

SECTIO II.

Corollaria.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Generalis est Iudex Ordinarius subditorum Diœcesis.*

2 *Vicarius Generalis potest Diœcesanorum omnium confessiones audire eorumque matrimonijs valide assistere, & huiusmodi facultates etiam aliis sacerdotibus delegare.*

3 *Vicarius Generalis potest in foro externo contentiosas causas cognoscere, præcipere, iudicare, atque etiam excommunicare.*

4 *Vicarius Generalis (attento iure communi) non potest concedere meras, & voluntarias gratias, cuiusmodi sunt collatio Beneficiorum, dispensatio in irregularitatibus ex occulto delicto, denunciationibus, matrimonijs, &c.*

5 *Episcopus non prohibetur tribuere Vicario Generali maiorem facultatem, quam is habeat de iure communi.*

6 *Nulla consuetudine introduci potest, vt à Vicario Generali ad Episcopum appelletur.*

7 *Appellatio esse non potest ab eodem ad eumdem.*

8 *A Vicario Foraneo seu Decano rurali potest appellari ad Episcopum.*

9 *Vicarij Generalis iurisdictio, mortuo, vel deposito Episcopo, expirat.*

10 *Delegati Iurisdictio ob mortem delegantis statim expirat quoad negotia capta.*

11 *Vicarius Generalis mortuo Episcopo non potest exercere iurisdictionem, nisi sit à Capitulo confirmatus.*

12 *Vicarij Generalis Iurisdictio extinguitur, vel per mortem Episcopi, vel per mandati reuocationem. per mortem statim, per reuocationem vero, si ei fuerit legitime intimata.*

13 *Vicarij Generalis acta, & litera dimissoria ab eo data valent etiam mortuo Episcopo, si communiter eius mors ignoretur, licet mors Episcopi præcesserit.*

14 *Iurisdictio Vicarij Generalis suspenditur solum, non autem omnino amittitur per Episcopi excommunicationem, vel suspensionem.*

15 *Delegati Iurisdictio non cessat ob excommunicationem delegantis, si causa integra non sit, sed capta.*

16 *Vicarius propriè dictus Episcopi, Prælati, Præsidis, vel Rectoris ab ipsis constitutus ad exercendam iurisdictionem pro eorum arbitrio deponitur, secus est, si Vicarius datus sit in subsidium Principalis Prælati.*

17 *Vicarij Foranei, seu rurales in quibusdam locis ab Episcopis constituti, ita vt eorum Dignitas, seu officium perpetuum sit, deponi non possunt, nisi ob graue delictum depositione dignum.*

EX dictis quod scilicet Vicarius generalis sit Iudex Ordinarius subditorum diœcesis, quibus ex Episcopo, cuius vicem gerit, & personam repræsentat, iurisdictionem exercens, sicuti etiam constat *ex c. Romana de appellat. in 6. & c. 2. de consuetud. in 6.*) sequitur primò, quod Vicarius generalis possit diœcesanorum omnium confessiones audire, eorumque matrimoniis valide assistere, atque eiusmodi facultates etiam aliis sacerdotibus delegare, Doctores apud Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 29.* Item possit in foro externo contentiosas causas cognoscere præcipere, iudicare, atque etiam excommunicare, Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *loco cit.* & Suarez *de censur. disp. 20. sect. 1.* Quamuis non possit attento iure communi, concedere meras, & voluntarias gratias, cuiusmodi sunt collatio beneficiorum dispensatio in irregularitatibus ex occulto delicto, denunciationibus matrimonij, & similibus, Doctores, quos citat & sequitur Gar. *de beneficio par. 5. c. 8. n. 46.*

Dixi, *attento iure communi*; quia tametsi iura decernant, quantanam iurisdictio Vicario generali competat, non tamen prohibetur Episcopus suo Vicario, tam in foro interno, quàm externo, contentioso, ac voluntario tribuere maiorem iurisdictionem, quàm iure ordinario is habeat, sicuti praxis declarat, & tradunt communiter Doctores apud Garsiam *loco cit. num.* 62. & Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *quæst.* 3.

6 Sequitur secundò, quod nulla consuetudine introduci possit, vt à Vicario generali ad Episcopum appelletur, *cap.* 2. *de consuetud. in* 6. iuncta glossa, *ver. officiali*; quia ex dictis, & *cit. cap.* 2. vnum est eorum tribunal, vna iurisdictio, & veluti vna persona, & *appellatio esse non potest ab eodem ad eun-*
7 *dem*, ait, gl. in *cit. cap. Romana, de appellat. in* 6.
8 Quamuis à Vicariis non generalibus, & ab Episcopo delegatam iurisdictionem in certa parte diœcesis habentibus (qui in Clement. 2. *de rescript. iuncta glos.* foranei, & Decani rurales vocantur) ad Episcopum appellari possit; quia hi diuersum tribunal habent, & diuersi iudices habentur, glos. *in cit. cap.* 2. *de consuetud. in* 6. & Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez *cit. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 9. & Gars. *cit. c.* 8. *num.* 26.

9 Sequitur tertiò, quod mortuo, vel deposito Episcopo, Vicarij generalis iurisdictio statim expiret, licet causa cœpta sit, Couar. *in pract. qq. cap.* 8. *n.* 4. Sanchez *disp.* 30. Mol. *tract.* 2. *disp.* 10. *num.* 2. cum glossa communiter recepta in *Clement. vlt.* de procurator. *ver. contestata*; quamuis iurisdictio de-
10 legati, ob mortem delegantis, statim similiter non expiret, quoad negotia cœpta, *cap. gratum, de offic. delegati.* Ratio; quia, sicuti dicebam, Vicarij generalis idem est cum Episcopo tribunal; delegati autem diuersum, & inferius

11 Sequitur quartò, quod post mortem Episcopi Vicarius generalis iterum à Capitulo confirmandus sit, vt deinceps iurisdictionem exercere possit, sicut ex communi docet Sanchez *cit. disp.* 30. Dif-
12 fert autem Vicarij iurisdictionis extinctio, quæ fit per mortem, ac quæ fit per reuocationem facultatis, seu mandati: hæc enim extinctio posterior non habet effectum suum, nisi fuerit ipsi Vicario legitimè, nomine scilicet Episcopi, intimata: iurisdictionis autem extinctio, quæ fit per mortem, vel depositionem Episcopi, ipsi iuri innititur; ideoque etiam ignorante Vicario, locum habet, nisi publicus error, seu publica ignorantia comitetur ad titulum coloratum iam existentem, iuxta *l. Barbarius, ff. de offic. Prætor.* & docent Doctores, quos citat Sanchez *loco supra cit.* & Gars. *de benefic. part.* 5. *cap.* 8. *num.* 176. Quapropter licet, mortuo, vel depositio Episcopo, expiret de facto potestas Vicarij, etiam causa integra, sicuti supra dicebam, & docent Ioan. Andreas, Dominicus, & Hostiensis *in cap.* 1. *de offic. Vicarij in* 6. valent tamen acta Vicarij, & literæ dimissoriæ ab eo datæ, si
13 communiter mors Episcopi ignoretur, vti rectè docet Henriq. *lib.* 3 *de pœnit. cap.* 13. Quin neque desinunt illæ literæ valere, etiamsi postea, re integra, sciatur, mortem Episcopi fuisse priorem, vt idem Henriq. docet *lib. de ordine cap.* 22. & Sanchez *lib.* 3. *de matrim. disp.* 20. *n.* 58.

Sequitur quintò, quod per Episcopi excom-
14 municationem, vel suspensionem suspendatur solum, non non autem omninò amittatur iurisdictio Vicarij generalis; Sanchez, & Garsias in *locis supra cit. argum. cap.* 1. *de officio Vicarij in* 6. Quare retinet in tali casu Vicarius officium suum, licet non possit illud exercere, tametsi causa cœpta fuerit; Sanchez ex *communi cit. disp.* 30. *num.* 6. In quo etiam differt à delegato; cum huius iurisdictio non cesset ob excommunicationem delegantis, si 15
causa integra non sit, sed cœpta, Abb. *in cap. licet vndique, n.* 8. *de offic. delegat.* & Anila *de censur. p.* 2. *cap.* 6. *disp* 6 *dub.* 4.

Sequitur Sextò, quod quicunque propriè dictus Episcopi, Prælati, Præsidis, vel Rectoris Vicarius, qui ab vno istorum, aut loco ipsius iurisdictionem exerceat, constituitur, ab eodem omninò pendeat, vt plerumque pro arbitrio deponatur; Doctores in *l. solent, §. sicut, de offic. Proconsul.* Abb. *Clement.* 1. *num.* 7. *de rescript.* Rodriq. *tom.* 3. *qq. Regul. q.* 77. *art.* 2. Quamuis aliorum, qui minus 16
propriè Vicarij dicuntur (qui scilicet in subsidium principalis Prælati, Abbatis, Prioris, vel Rectoris, ex Ordinis Constitutione, vel consuetudine, vt proprium, atque ordinarium munus exerceant, constituuntur, & vocari solent subpriores Vicerectores, Viceguardiani, &c.) iurisdictio, & officium, mortuo, vel depositio principali, non expiret, Nauar. *Comment.* 3. *de Regul. c. nullam,* 18. *q.* 2. *num.* 22. §. *ad primo,* Mol. *de iust. tom.* 5. *disp.* 10. *num* 14 & Sà, *ver. Religio, num.* 69. Quin & Vicarij foranei, seu rurales ita in quibusdam locis 17
ab Episcopis constitui consueuerunt, vt eorum dignitas, seu officium perpetuum sit, & quasi ordinariam iurisdictionem obtineant; ideoque priuari, seu deponi non possint, nisi propter delictum graue, & depositione dignum: Hoieda *de incompatib. benef. part.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. & Thol. *lib.* 15. *Synt. cap.* 37. *n.* 5.

DVBITATIO IX.

An ad licentiam Moniali dandam, quod possit egredi è clausura, requiratur causa grauis.

SVMMARIVM.

1 *Moniali non potest dari licentia egrediendi à clausura absque causa graui, sc. magni incendij, Infirmitatis, lepræ, aut Epidemiæ.*

2 *Egredi è clausura est res grauis, & multis scandalis, ac Monialium castitatis periculis plena.*

3 *Legitimæ causæ nomine ab Episcopo approbandæ ex Concilio Tridentino non intelligitur quæcunque ab Episcopo approbata: sed tantum expressa in cap. periculoso.*

4 *Magnum Incendium non excluditur in cap. periculoso*

5 *Causæ expressæ in citatis iuribus data capacitate, & commoditate Monasterij ad medendum, & cessante contagionis alio periculo, non sunt sufficientes.*

6 *Exitus non licet si possit occurri incendio, vel ruinæ minanti, vel hostium impetui, non egredientibus Monialibus è suis Monasteriis.*

7 *Superior curare debet, vt monialis egressa propter morbum foris non maneat plusquam cura patiatur.*

Respon

RESPONDETVR affirmatiuè; patet ex *cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in 6.* ibi: *Itaque nulli earum tacite, vel expreſsè profeſſæ quacunque ratione, vel cauſa (niſi fortè tanto, & tali morbo euidenter aliquam earum laborare conſtaret, quod non poſſit cum aliis abſque graui periculo ſeu ſcandalo commorari) Monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas concedatur.* Item ex Tridentino *ſeſſ. 25. cap. 5. de Regular.* vbi innouatur *dict. cap. periculoſo*, & ſubiunguntur hæc verba: *Niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda.* Item ex Motu Pij V. *Decori, & honeſtati*, ibi: *Ordinarius nulli Abbatiſſarum, Prioriſſarum, aliarumvè Monialium de cætero, etiam infirmitatis, ſeu aliorum Monaſteriorum, etiam eis ſubiectorum, aut domorum parentum, aliorumvè conſanguineorum viſitandorum, aliaue occaſione, & prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ, &c. à Monaſteriis exire, ſed nec in prædictis caſibus extra illa, niſi ad neceſſarium tempus ſtare liceat.* Et merito ſic in his iuribus ſtatuendum eſt; quia re vera è clauſura egredi, eſt res grauis, & multis ſcandalis, ac Monialium caſtitatis periculis plena. Vide Nauarrum *Comment. 4. de Regular. n. 40. & 48.*

Cæterùm, licet *cap. periculoſo*, & Motus Pij V. ſtrictiùs loqui videantur, quàm loquitur Tridentinum (cùm Tridentinum dicat, ſat eſſe cauſam legitimam arbitrio Epiſcopi approbandam, & cap. *periculoſo*, ac Motus Pij V. cauſas determinent, ſolumque Epiſcopo veritatem earum approbandam committant) & ideò correctio quædam iuris eſſe videatur (præſertim, quia Motus Pij V. auxit poſtea cauſas egreſſus expreſſas *in cit. cap. periculoſo*, cùm, etſi lepra, & epidemia expreſſa in Motu Pii V. comprehendatur ſub morbo contagioſo expreſſo *in cap. periculoſo*, tamen cauſa incendii addita in Motu Pii V. non comprehendebatur ſub dicto morbo contagioſo. Nihilominus dicendum eſt, quod non ſit iuris correctio, ſed declaratio; quia Tridentinum ibi ait, ſe innouare *cap. periculoſo*, & Pius V. *in ſuo Motu* dicit: *Inhærentes decreto S. Concilij Tridentini de clauſura Monialium diſponenti, ac aliis noſtris literis ſuper huiuſmodi clauſura editis*; ſcilicet Motui alteri ſuo incipienti, *Circa Paſtoralis*, vbi in omnibus, & per omnia innouat, & iubet obſeruari diſpoſita *in cit. cap. periculoſo*: & conſequenter dicendum eſt, quod Tridentinum, nomine legitimæ cauſæ ab Epiſcopo approbandæ, non intellexerit quamcumque cauſam, quæ Epiſcopo legitima videatur, ſed intellexerit ſolum cauſas expreſſas in *cap. periculoſo* (quod innouare prorſus intendebat) & ſolum iſtarum veritatem approbandam arbitrio Epiſcopi commiſerit. Itemque dicendum eſt, quod Motus Pii V. declarauerit, magnum incendium non excludi in *cap. periculoſo*, cum incendium cauſis ibi expreſſis ſit cauſa ſimilis, quin vrgentior, & maius vitæ periculum Monialibus iniiciens.

Ex dictis ſequitur, quod nec etiam ipſæ cauſæ expreſſæ in *cit.* iuribus legitimæ, ſeu ſufficientes ſint ad egreſſum, ſi Monaſterium ita ſit capax, vel ea ſit ei morbo medendi commoditas, vt nullum adſit contagionis aliarum Monialium periculum; quia *in cap. periculoſo*, per Tridentinum, & Motum Pii V. innouato expreſsè dicitur: *Si non poſſit cum aliis abſque graui periculo commorari*, ergo, &c. & probatur ratione; quia in tali caſu ceſſat egrediendi neceſſitas, quæ huius conceſſionis cauſa fuit, & ita docet Rodriguez *tom. 3. qq. Regul. q. 31. art. 1.* quatenus ait, licere ex his omnibus cauſis exitum propter incuitabile aliarum Monialium periculum; ita etiam docent Collector priuilegiorum Mendicantium *ver. clauſura Monialium, caſu 1. in fin.* Llamas *in append. §. 10.* & Lezana *tom. 1. cap. 25. num. 20.* quatenus aiunt, non licere exitum, ſi poſſit occurri incendio, vel ruinæ minanti, vel hoſtium impetui non egredientibus Monialibus è ſuis Monaſteriis.

Quapropter, vt Superior egrediendi licentiam iuſtè concedat, debet videre, nõ ſolum adeſſe morbum, ſed etiam adeſſe Monaſterii incommoditatem ad medendum, abſque periculo infectionis aliarum Monialium; debet etiam curare, quod Monialis ſic legitimè iam è Monaſterio egreſſa, tamdiu ſolum extra Monaſterium moretur, quamdiu ſolum ad morbum curandum, extra illud morari ipſi fuerit neceſſarium, ſicuti expreſsè dicitur in dicto Motu Pii V. *Decori, & honeſtati*, in vltimis verbis.

DVBITATIO X.

An hic epidemiæ nomine veniat morbus contagioſus grauis quicunque, vel ſolum morbus contagioſus peſtiferus, ſeu peſtis propriè dicta?

SVMMARIVM.

1 *Epidimiæ nomine venit morbus contagioſus quicumque grauis, qui ſcilicet plurimos inuadit, & populariter graſſatur, licet peſtiferus non ſit, ſeu maiorem partem eorum, quos afficit, ſicut peſtis, non occidat.*

2 *Lepra adiungitur ad Epidimiam, quæ nihil peſtis, ſed ſolum infectionis aliarum periculum habet.*

3 *Nomine Epidemiæ ſolum peſtis, intelligeretur ſi authenticè conſtaret de quadam Sac. Congregationis declaratione.*

RESPONDETVR, quod (quamuis Gutierez *qq. Canon. lib. 1. cap. 14. n. 7. & 8.* Zecchius *de Republ. Eccleſ. it. de Regular. cap. 3. num. 15. verſ. 9.* Llamas *in Append. §. 1. in fin.* Sotbus *in Compend. Mendicant. ver. ingreſſus Monaſteriorum Monialium in 6.* Diana *tract. 15 miſcellan. reſol. 23.* ſentire videantur, quod veniat ſolum morbus contagioſus peſtiferus, qui ſcilicet non ſolum quamplurimos inuadit, ſed etiam maiorem partem eorum, quos afficit, occidit) dicendum tamen ſit oppoſitum, quod præter peſtem veniat morbus contagioſus grauis quicunque, qui ſcilicet plurimos inuadit, ſeu populariter graſſatur, licet peſtiferus non ſit, ſeu maiorem partem eorum, quos afficit, ſicut peſtis non occidat, ſic Nauar. *Comment. 4. de Regular. numer. 48. notab. 4.* Rodriguez *tom. 1. qq. Regular. quæſt. 49. art. 8. ad fin.* Layman *lib. 4. tract. 5. cap. 12. numero 1.* Lezana *to. 1. cap. 25. numer. 20.* Gauantus in *Man. Epiſc. ver. Monialium clauſura, num. 7. & ſeqq.* Cened. *collectan. 31. ad Sextum Decretalium, num. 2.* & probatur, quia iura in exceptione cauſarum proſpiciunt

communi morbo Monialium,ne propter vnam inficiantur aliæ,& ideo gratia communis huius infectionis vitandæ ex vnius Monialis intra Monasterium retentione,concedunt exitum; ergo non de sola peste, sed de omni alio morbo contagioso, licet non pestifero,loquuntur;& meritò,quia alioquin iura non satis rectè Monialium clausuræ prospicerent;quandoquidem si Moniali laboranti morbo contagioso licet non pestifero, exitum nõ concederent,oporteret, vel mulieres seculares in clausuram intromitti,vt Moniales infirmas curarent;vel plures Moniales morbi contagione laborantes è clausura emitti, vt medicinis adhibitis, reconualescerent.

2 Confirmatur; quia ad epidemiam adiungitur lepra,quæ nihil pestis,sed solum infectionis aliarum periculum habet.

Confirmatur secundò;quia non est, cur hic nomen genericum epidemiæ restringatur solum ad specificum, vt scilicet solum significet morbum contagiosum pestiferum,seu,veram,& propriè dictam pestem;cum id cederet in correctionem *cap. periculoso*,(quod tamen innouant, & in omnibus, & per omnia confirmant Tridentinum *sess.25.c.5.* de Regular.& Motus Pij V.*Circa Pastoralis*)liquidem cum *in dicto cap. periculoso* dicatur: *Nisi fortè tanto,& tali morbo euidenter earum aliquam laborare constares,quod non posset cum aliis absque graui periculo,vel scandalo commorari*; sequitur, quod ibi concedatur egressus ob quemcunque morbum nõ permittentem absque graui periculo, Moniales alias cum infirma commorari (qualis non est solum morbus contagiosus pestiferus, seu vera, & propriè dicta pestis) quapropter si Motus Pij V. nomine Epidemiæ solum veram pestem, exclusis
3 aliis morbis contagiosis(præter lepram, quam ibi quoque excipit)intelligeret, restringeret, atque adeo corrigeret textum capituli *periculoso*, quod dicendum non est, vt patet ex dictis;ponenda tamen esset in praxi sententia opposita, si constaret authenticè de quadam S. Congregationis declaratione in contrarium;qnam refert Diana *resol.* 23.

DVBITATIO XI.

An Moniali præter tres, epidemiæ, lepræ, & incendij causas expressas concedi possit egressus è clausura propter alias causas similes, vel vrgentiores?

SVMMARIVM.

1 *Cessantibus causis expressis in motu Pij V. non potest Monialibus concedi licentia egrediendi è clausura.*

2 *Casus exceptus tunc extenditur ad similes,quando lex excipiens non vtitur dictione aliqua taxatiua.*

3 *Negatio, cum sit malignantis naturæ, quidquid post se inuenit, destruit, eiusque oppositum ponit.*

4 *Bulla Gregoriana de immunitate non extenditur ad casus similes,seu ad grauiores.*

5 *Causæ exheredationis filiorum non possunt extendi ad alias similes,seu grauiores.*

6 *Capitulum finale de reuocandis donationibus non habet locum nisi in expressis.*

7 *Casus exceptus extenditur ad similes in materia fauorabili,non item in materia odiosa.*

8 *Clausura introducta est ad spiritualem monialium salutem perfectamque votorum Regularium obseruantiam.*

9 *Sac. Cardinalium Congregatio fertur declarasse tres Epidemiæ, lepræ, & incendij causas non extendi ad similes,nec vrgentiores.*

10 *Causæ tres predictæ, quod sint extendibiles ad similes,& vrgentiores,est satis probabilis sententia Doctorum.*

11 *Dictio taxatiua ad mentem nonnullorum Doctorum non excludit probabiliter casus similes,in quibus eadem,vel vrgentior ratio militat.*

12 *Prædia ob solum æs alienum vigore legis distrahi possunt,& non obstante particula taxatiua,ampliatur ex glossa etiam ad casus similes.*

13 *Filij possunt exhæredari ob causas non expressas etiam in Authent cum de appellat.cognosc. §. aliud quoque, si ea sint similes, seu vrgentiores.*

14 *Textus in l finali C.de reuocandis donationibus extenditur etiam ad causas non expressas, si sint æque graues,vel grauiores.*

15 *Promotis ad duos minores ordines lectoris & Cantoris ex dispositione legis tantum liberum est Vxorem ducere, at ex interpretatione extenditur etiam ad alios duos ordines minores.*

16 *Bulla Clementis Octaui de largitione munerum extenditur etiam ad casus ibi non exceptos, modo sint similes exceptis, seu graniores.*

17 *Lex quantumcunque odiosa,& pœnalis extentionem admittit ad casus similes,si alioquin lex illa redderetur eluforia,vel si talis extensio caderet in fauorem animarum, Ecclesiæ, & similium.*

18 *Licentia egrediendi è clausura conceditur,etiam in causis similibus recensitis.*

19 *Casus similis videtur bellum præsertim cum Infidelibus, cum timeri possit detrimentum Monialium,nisi in locum tutum se recipiant.*

20 *Item videtur imminens torrentis, vel fluminis impetus,aut monasterij ruina.*

21 *Item translatio Monasterij ad alium locum de Episcopi consensu.*

22 *Monialium translatio apostolica sede inconsulta fieri non potest.*

23 *Abbatissa potest egredi ad recipiendum iuramentum fidelitatis à Domino temporali in aliquo casu omnino necessario.*

RESPONDETVR negatiuè; quia Motus Pij V.decernit,nulla alia occasione, & prætextu, præterquam illius triplicis infirmitatis, exitum licere; ergo apertè quamcunque ad alios casus extensionem excludit: consequentia probatur; quia tunc solum casus exceptus extenditur ad similes, quando lex excipiens non vtitur dictione aliqua taxatiua;at in casu nostro cit.Motus Pij V. vtitur dictione taxatiua rigidiori, dicens, *Nulla alia ratione*;& negatio,cum sit malignantis naturæ,quidquid post se inuenit,destruit,eiusque oppositum ponit;ergo,&c. 1 2 3

Confirmatur primò;quia(sicuti dicebam *c. 16. dubit. 8. & dubit. 24. sect. 3.*) ideo casus in Bulla Gregorij XIV. de reis immunitate Ecclesiæ non 4

gauden

gaudentibus excepti, extendi non possunt ad casus similes, quin neque ad grauiores.

5 Confirmatur secundò; quia, cum in Auth. *vt cum de appellat. cognosc. enumerentur filiorum* exhæredationis causæ, & subiungatur ibi, ex nullis aliis causis illos exhæredari licere, non licet causas exhæredationis filiorum extendi ad alias similes, quin neque ad vrgentiores, Viglius, *§ igitur, num.* 6. Instit. *de inoffic. testam.* Greg. Lopez *l. Regia* 8. *tit.* 7. *p.* 6. Mol. *tom.* 1. *de iust. disp.* 176. *col.* 17. *vers. cerè mihi*, & Eman. Suarez *addit. ad Gomez. tit.* 1. *var. cap.* 11. *lit. O.*

6 Confirmatur tertiò; quia cum *in cap. fin.* de reuocandis donat. decidatur, ex solis causis ibi enumeratis posse donationem reuocari, non potest illa reuocari ex aliis causis similibus, Mol. *tom.* 2. *de iust. disp.* 281. Rebell. *de iust. part.* 2. *lib.* 18. *tract. de promiss. & donat. q.* 9. *n.* 8. & alij

7 Confirmatur quartò; quia ex Bart. *l. si constante, q.* 9. *n.* 44. *ff. solut. matrim.* & alij, quos citat, & se-
8 quitur Villagut. de extensione legum *q.* 6. *tit. de extensione legum taxatiuarum, num.* 3. casus exceptus extenditur ad similes, in materia fauorabili, non item in materia odiosa: at est in casu nostro, cum clausura sit ad spiritualem Monialium salutem, perfectamque Doctorum regularium obseruantiam valde necessaria.

9 Atque ita, quod scilicet in casu nostro tres epidemiæ, lepræ, & incendij causæ non extendantur ad similes, nec ad vrgentiores causas, fertur sæpius declarasse S. Cardinalium Congregationem & tradunt Zerola *in praxi Episc.* 1. *part. ver. Moniales ad* 16. *quæst. dub.* 2. *& par.* 2. *ver. Monales, in fin.* Additionat. ad Nauarrum *lib* 3. *consil.* 72 *in fin. de Regular.* Gutierez *qq. canon. q* 14. Miranda *de Monialib. quæst.* 3. *art.* 4. *concl.* 1. & Riccius *in praxi decis.* 545.

10 Quamuis (vt fatear) ex satis probabili sententia Doctorum affirment Suar. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3. *& seqq.* Nauar. *Comment.* 4. *de Regular. n.* 48. Gutierez *lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 9. Rodrig. *tom.* 1. *q.* 49. *art.* 3. *&* 5. Llamas *in Append. §.* 12 Layman *cit. cap.* 12. *n.* 1. Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat* 102. *n.* 22. Lezana *tom.* 5. *cap.* 25. *num.* 20. Scortia *Theor.* 228. Tamburin. *de iure Abbat. disp.* 20. *q.* 2. Cened. *Collectan.* 31. *ad sextum Decretal. num.* 2. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 1. *ad fin.* Sorbus *in annotat. ad Compendia Mendicantium, vers. Ingressus Monasteriorum*
11 *Monialium. num.* 6. Bonacina *de clausura q.* 1. *punct.* 9. *num.* 8. Ceruantes *l.* 6. *Tauri, num.* 59. quia dictio taxatiua probabiliter ad mentem aliorum Doctorum non excludit casus similes, in quibus eadem, vel vrgentior ratio militat; vt colligitur *ex textu*
12 *iuncta gl. in l. ob æs alienum, num.* 11 *Cod. de prædiis, & aliis rebus Minor.* vbi decidituri, ob solum æs alienum posse prædia Minorum distrahi; & tamen gl.
13 ibi, *ver. alienum*, communiter recepta tradit, id fieri quoque posse ob similes alias causas. Item secundò, ex Auth. *vt cum de appellat. cognosc. §. aliud quoque* vbi decidituri, ob solas causas ibi expressas
14 posse filium exhæredari; & tamen multi Doctores (quos citat, & sequitur Couar. *cap. Raynutius n.* 16. *de testam.* Gomez *tom.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 12. Iul. Clar. *lib* 4. *recept. sentent. § testamentum, q.* 41. Mol. *lib.* 1. *de primog. cap.* 9. *num.* 33. & 34. & Nauar. *Comment.* 4. *num.* 48. *de Regularib.*) aiunt, posse etiam exhæredari ob causas similes; vel vrgentiores. Item tertiò *ex l. fin. Cod. de reuocandis donat.* vbi decernitur, ob solas causas ibi dictas posse reuocari donationem; & tamen multi Doctores (quos citat, & sequitur Mol. *cit. cap.* 9. *num.* 32. Gomez *loco cit. cap* 4. *num.* 14. Clar. *cit. lib.* 4. *§ donatio, q.* 21. Less. *de iust. & iure lib.* 2. *c.* 18. *Dubit.* 14. *num.* 104. & Silu. *ver. donatio* 1. *q.* 13. *num.* 17.) docent, id fieri etiam posse ob alias æque graues, vel grauiores. Item quarto, ex *Can.* 27. *Apostol.* & Nouella Iustiniani *collat.* 4. *sub tit. de nuptiis, §. sed etsi quis*, vbi dicitur, solis clericis promotis ad Ordines minores Lectoris, & 15
Cantoris integrum esse vxorem ducere, & tamen certum est, esse integrum aliis promotis ad alios duos Ordines minores; eo quod in his eadem sit prorsus ratio. Item quintò, ex Bulla Clementis 16
VIII. quæ incipit: *Religiosæ Congregationis*: vbi prohibetur Religiosis munera dare, præterquam in casibus ibi exceptis; & tamen multi Doctores (quos sequitur Sousa de largitione munerum Religiosis interdicta, *num.* 38.) docent, id etiam posse fieri in aliis similibus casibus, in quibus sit eadem, vel vrgentior ratio: ergo si in his casibus, adeo odiosis, & pœnalibus, ex probabili sententia aliquorum admittitur extensio ad alios casus similes, multo magis ex probabili admittetur in casu nostro; cum licet clausuram (vtpotè valde necessariam ad spiritualem Monialium salutem, perfectamque votorum regularium obseruantiam) relaxare sit odiosum, non sit tamen odiosum, illam relaxare in casibus exceptis, & similibus (vbi bonum aliarum commune periclitatur) cum alioquin inde maius detrimentum possit clausuram pati, sicuti Dubitat. præcedenti dicebatur. Atque ex his responderi posset ad fundamenta, quæ pro nostra sententia prioti adducebam: vide, quæ dicebantur *cit. cap.* 16. *dubit* 27. *num* 10 *& seqq.* vbi probabam, quod lex, 17
quantùcumque odiosa, & pœnalis, extensionem admittat ad casus similes: si alioquin lex illa redderetur eluforia, vel si talis extensio cederet in fauorem animarum, vel si cederet in fauorem Ecclesiæ, vel si tandem essemus in materia licet secundariò odiosa, fauorabili tamen primariò; quia finis primarius, non secundarius attendi debet.

Vide etiam S. Congregationis declarationem apud Barbosam *in Collectan. Bullar. ver. Monialium clausura circa egressum* 4. ad Nuncium Hispaniarum anno 1594 *directam*, quæ licet expresse sic habeat: *Monialibus licentiam concedere exeundi à clausura non licet Ordinariis in aliis quantumuis grauibus casibus in Constitutione Pij V. non contentis, nisi in casu lepræ, magni incendij, & epidemiæ; nomine autem epidemiæ quicunque morbus popularis contagiosus intelligitur*: hac tamen declaratione non obstante Io. Maria Nouarius in *Lucerna Regular, ver. clausura, num.* 10 *& seqq.* affert quandam allegationem Vrbano VIII. directam, quæ probat in causis 18
similibus posse Monialibus licentiam egressus è Monasterij clausura concedi: casus autem similes, in quibus eis dicta licentia concedi potest, sunt Primus, si sit bellum, præsertim cum infidelibus, 19
& timeri possit detrimentum Monialium, nisi in locum tutum se recipiant, Nauar. *Comment.* 4. *n.* 48. *de Regular.* Azor. *lib.* 13. *c.* 8. *q.* 1. Lezana *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 20 Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat.* 102. *n.* 22. & ego dicam *infra Dubit.* 13. Secun- 20
dus, si immineat magni torrentis, vel fluminis impetus, aut Monasterij ruina, Barbosa *loco suprà cit.* Scortia *in select. Constit. Pontific. theorem.* 128. & Tamburin. *de iure Abbatiss. disp.* 20. *quæst.* 2. *n.* 3. 21
Tertius, si transferatur Monasterium in alium locum de Episcopi consensu, præsertim ex causa rationabili; sicuti colligitur ex Tridentino *sess.* 25. *c.* 5. *ad finem*, & docent Rodrigu. *tom.* 1. *q.* 49. *ar.* 5.

Sorbus

Sorbus *ver. clausura, casu* 6. Miranda de Monialibus *q.* 3 *art.* 2. Barbosa *de offic. & potest. Episcop.* 3. *part. allegat.* 102. *n.* 27. & Bonacina *de clausura, q.* 1. *punct.* 9. *n.* 8. quamuis quoad hoc extet apud Barbosam *loco supra cit. ver. Monialium translatio* 8. declaratio quædam S. Congregationis in vna Barcinonensi anno 1615. talis tenoris: *Monialium translatio Apostolica Sede inconsulta fieri non potest.* Item altera apud eundem Barbosam vbi suprà in vna Vlyssipponensi, anno 1615. in his verbis: *Moniales transferri non possunt in Monasteria nouiter erecta, nisi eadem Monasteria auctoritate Apostolica extracta fuisse, prius constituerit, ipsaque pania visitatione earumdem Monialium, capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, vt tamentarius, aliisque fabris nulla ædificationis causa in ipsa postea ingrediendi necessitas relinquatur.* Vide etiam quæ dicentur *Dubit.* 14. & 19. Quartus est, si Abbatissa egrediatur ad recipiendum iuramentum fidelitatis à domino temporali in aliquo casu omnino necessario, de quo dicam *Dubit.* 15. *in fine.*

22

23

DVBITATIO XII.

An Moniali concedi possit egressus è clausura propter morbum Gallicum, S. Lazari, ignis S. Antonii, vel similem alium morbum contagiosum?

SVMMARIVM.

1 *Moniali laboranti morbo contagioso, vt gallico, S. Lazari, Ignis sancti Antonij, & alicuius similis, dari potest licentia egrediendi è clausura, si moraliter loquendo, non posset intra Monasterium curari sine graui periculo contagionis aliarum.*

1 RESPONDETVR ex dictis Dubit. præcedenti ex satis probabili sententia Doctorum affirmatiuè, si, moraliter loquendo, non posset Monialis intra Monasterium curari, sine graui periculo contagionis aliarum Monialium; quia in his casibus etiam locum habet ratio boni communis; & hi casus sunt similes lepræ expressæ in Motu Pij V. Sic contra Zerolam, & alios suprà citatos docent Llamas *in Appendice* §. 10. Layman *cit. n.* 1.

DVBITATIO XIII.

An Moniali concedi possit egressus propter belli, præsertim ab hæreticis, vel infidelibus imminentis, timorem?

SVMMARIVM.

1 *Moniali satis probabiliter, si moraliter loquendo timetur fore vt, nisi se in locum tutum recipiat, patiatur detrimentum, potest dari licentia egrediendi è clausura.*

1 RESPONDETVR etiam ex dictis satis probabiliter, affirmatiuè, si moraliter, loquendo, timetur fore, quod Moniales nisi in locum tutum se recipiant, detrimentum patiantur; quia & in hoc casu locum habet ratio boni communis, & est casus omninò similis. Sic contra Zerolam *ver. Moniales ad* 16. *quæst. dub.* 2. & alios suprà citatos docent Nauar. *Comment.* 4. *n.* 48. *de Regular.* Gutierez *cap.* 14. *num* 9. Azorius *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 1. *ad fin.* Layman. *cit. num.* 1. Lezana *tom.* 2. *cap.* 25. *num.* 20. Bonacina *de clausur. q.* 1. *punct.* 9. *num.* 7. Cened. *collect.* 31. *ad sextum Decretal. num.* 2. & Barbosa *de offic. & potestat. Episcop.* 3. *part. allegat.* 102. *num.* 20.

DVBITATIO XIV.

An Moniali concedi possit egressus, vt sit Abbatissa alterius Monasterii? vbi etiam de aliis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Moniali probabiliter, vt sit Abbatissa alterius Monasterij eiusdem Religionis tamen, & habitus dari potest licentia egressus.*

2 *Religiosum assumi in Prælatum alterius Religionis, vel habitus prohibetur expressè.*

3 *Moniali conceditur egressus à Concilio Tridentino, dummodo in Monasterio, in quo facta est Abbatissa non reperiatur Monialis idonea cum dotibus, & qualitatibus ibi requisitis ad munus prædictum exercendum.*

4 *Moniali concedi potest egressus, vt sit Magistra Nouitiarum in alio Monasterio, eiusdem tamen ordinis, & habitus; quin vt præsit Portæ, vel Rotæ, vel alteri muneri.*

5 *Monialis finito officio potest de consensu vtriusque Monasterij ad prius Monasterium redire, etiamsi socia, cum qua egressa fuerit, redire non velit.*

6 *Locorum Ordinarij, & superiores Regulares non possunt transferre Moniales de Monasterio ad Monasterium, nisi obtenta facultate ab Apostolica sede, vel à Sac. Congregatione.*

7 *Translatio monialium, quando ex iusta causa fieri debet, facienda est in Aurora, & deduci debent à Personis grauibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus.*

8 *Monialis concedi potest egressus, si sit necessaria ad fundandum nouum Monasterium.*

9 *Item ad reformandum aliud Monasterium eiusdem ordinis, & habitus.*

10 *Item si sine strepitu non possit corrigi timore Cognatorum.*

11 *Item in pœnitentiam criminis, vt de simoniace recepta, & recipienti statuitur, quod in aliud Monasterium includatur.*

12 *Contraria sententia, qua nititur in declarationibus sac. Congregationis, si ea authentica constent, non est improbabilis, non tamen reddit oppositam improbabilem.*

13 *Monialis quacumque causa transferatur ali debet à Monasterio, à quo transfertur.*

14 *Monialis si transeat ad aliam Religionem de consensu Religionis à qua transit, deferre debet*

bet ſecum dotem, & alia bona, quæ ad ipſam ſpectant, ſecus ſi ex propria voluntate.

15 *Monialis ſi tranſeat de vno Monaſterio ad aliud eiuſdem Ordinis, dotem portare non debet.*

RESPONDETVR etiam ex dictis probabiliter affirmatiuè, ſi fiat Abbatiſſa alterius Monaſterij, ſed eiuſdem Ordinis, & habitus (nam Religioſum aſſumi in Prælatum alterius Religionis, vel habitus 1 prohibetur expreſsè *in Clem. 1. de elect.*) quia & in hoc caſu etiam agitur de bono Religionis communi, ad quod ſpectat probam Prælatam habere. 2 Accedit, quod non ſit egreſſus omninò è clauſtra. Accedit ſecundò, quod Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 11. de Regul.* cum in cap. 5 clauſuram commendauerit, concedit egreſſum, ſi in proprio Monaſterio non reperiatur Monialis ad Abbatiſſæ munus idonea cum dotibus, ſeu qualitatibus ibi requiſitis; atque ſic contra Zerolam *par. 2. ver. Moniales, dub. 8.* S. Congregationis declarationes pro ſua ſententia afferentem, Azorium *tom. 1.* Surium, Barboſam, Tamburinum, Lezanam, Dianam, Caſtellium, & Gauantum in locis *infra* citandis docent gloſſ. *in cap. periculoſo, in princip. ver. perpetua, de ſtatu Regular. in 6.* Ioan. Andr. *ibid. numero 5.* Francus *in fin.* Dominicus *num. 11.* Silu. *ver. Religio, 7. q. 16. dict. 2.* Nauar. *lib. 3. conſil. 48. numer. 3. de ſtatu Monachor. & Comment. 4. num. 48. notab. 4. de Regular.* Collector priuilegiorum Mendicant. *ver. clauſura Monialium caſ. 3.* Gutierez *qq. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11.* Rodriguez *qq. Regul. tom. 1. q. 49. art. 5. coroll. 1.* Layman. & Llamas *ſupra cit.* Hieronym. Rodrig. *in Compend. qq. Regular. reſol. 26. num. 38.* Portell. *in addit. ad dubia Regular. ver. Monial. num. 1.* Villalobos *in ſumma tom. 2. tract. 35. diffic. 45. numero 9.* Sorbus *ver. clauſura, caſu 6.* Miranda *de Monialib. quæſtio. 3. art. 2.* & Bonacina *de clauſura quæſtio. 1. punct. 9. numero 10.*

4 Ex dictis ſequitur, quod Moniali egreſſus cõcedi etiam poſſit, vt ſit Magiſtra Nouitiarum in alio Monaſterio, eiuſdem tamen Ordinis, & habitus, vt ſupra dicebatur; quin & vt præſit portæ, vel Rotæ, vel alteri muneri, quod ad bonum Religionis, vel Monaſterii commune ſpectat; quia ex recta horum munerum adminiſtratione pendet etiam bonum Religionis, vel Monaſterii commune; atque adeo ſunt caſus ſimiles exceptis, Collector priuilegiorum Mendicantium, Layman, Bonacina, Sorbus, & 5 Rodriguez in *locis ſuprà cit.* (vbi rectè ſubdunt, quod finito officio, poſſit Monialis de conſenſu vtriuſque Monaſterii ad prius Monaſterium redire; etiamſi ſocia, cum qua egreſſa fuerat, redire non velit) quamuis contrarium tradat Barboſa *in Collectan. Bullar. ver. Monialium tranſlatio, 8.* ex S. Cõgregationis Epiſcoporum Regularium declaratio- 6 ne in vna Tortonenſi 1603. in his verbis: *Moniales ab vno Monaſterio non tranſferant locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares in Monaſteria recenter erecta pro Nouitiarum in ea introducendarum inſtitutione, niſi obtenta à Sede Apoſtolica, vel à S. Congregatione ſpeciali facultate.* Vide Barboſam *loco cit. & de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 102. num. 16.* & Armendariz *in Addit. ad Recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religioſ. num. 100.* vbi referunt alteram eiuſdem S. Congregationis declaratio- 7 nem huius tenoris: Moniales, vbi ad aliud Monaſterium ex iuſta cauſa transferendæ ſunt, tranſlatio debet fieri in aurora, vt illæ à paucis conſpici poſſint, atque à perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus deducantur.

Sequitur etiam, quod egreſſus concedi poſſit ſi is ad nouum eiuſdem Ordinis Monaſterium fundandum neceſſarius ſit; quia & in hoc caſu etiam militat eadem ratio de bono communi Religionis, vel Monaſterii; atque adeo & hic caſus etiam eſt ſimilis exceptis; Collector priuileg. Mendicãt. *caſu 2.* Rodriguez *tom. 1. quæſtio. 49 ar. 5.* Nauar. *lib. 3. conſil. 48. de Regular.* Confectius in priuilegia Mendicantium *tit. 10. cap. 4.* & Layman. *cit. numero 1.* 8

Sequitur etiam, quod idem dicendum ſit ob eandem rationem, ſi egreſſus Monialis neceſſarius 9 ſit ad aliud eiuſdem Ordinis, & habitus Monaſterium reformandum. Collector, Layman. & Rodrig. *in locis cit.*

Sequitur etiam, quod idem dicendum, ſi Monialis egreſſus neceſſarius ſit, cauſa correctionis 10 eiuſdem Monialis; ſi ſcilicet in eodem Monaſterio timore cognatorum, vel alia ſimili cauſa, corrigi commodè non poſſit; quia Monialem ſine ſtrepitu corrigere, ſpectat etiam ad bonum commune Religionis, vel Monaſterii; ſic Collector *caſu 4.* Sorbus *caſu 6.* Nauar. *loco cit.* Rodriguez *ar. 5. corol. 2.* Portell. *in Dub. Regular. ver. clauſura Monialium, num. 22.* Bonacina *de clauſura quæſtio. 1. punct. 9. n. 12.* & Miranda *de Monialibus, quæſtio. 3. art. 2. & 3.*

Sequitur etiam, quod idem dicendum ob eandem rationem in caſu, quo iure cautum 11 eſt, quod Monialis in pœnitentiam criminis (vt de ſimoniacè recepto, & recipienti ſtatuitur *in cap. quoniam de ſimonia*) in aliud Monaſterium includatur; præſertim quia talis iuris correctio nuſquam apparet; Doctores *ſuprà citat.*

Quamuis iuxta ea, quæ dicebam *Dub. 11.* Suar. *de relig. lib. 1. c. 9. num. 6.* Zerola *in prax. Epiſc. par. 2.* 12 *ver. Moniales, dub 8. & 12.* Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. alleg. 102. num. 25.* & in Collectan. Bullarum, *ver. Monialium, 8.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp. 21. quæſt. 3. n. 4.* & Lezana *ver. clauſura, n. 16. & to. 1. c. 25. n. 20.* Dian. *par. 3. tr. 2 reſ. 99. & 127.* Caſtellin. *de elect. c. 17. n. 6.* & Gauantus *in Man. Epiſcop. ver. Monialiũ clauſura, n. 4.* in omnibus his caſibus ſentiant oppoſitum; dicantque, ſiue cauſa nouæ fundationis, ſiue cauſa reformationis, ſiue cauſa correctionis, ſiue cauſa Prioratus, vel alterius officii, non licere egreſſum, ſed in omnibus dictis caſibus conſulendam eſſe ſedem Apoſtolicam, & afferunt pro tali ſententia S. Congreg. declarationẽ in his verbis: *Monialem nullam ſibi ſubiectam ex vno Monaſterio ad aliud tranſmittere poſſunt locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares, & ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, vel criminis perpetrati.* Et alteram declarationem in ſimili forma Procuratoribus generalibus Ordinum intimatam: ad quas tamen declarationes cum Portello *in Reſponſ. Moral. tom. 2. caſu 31* dici poſſet, non conſtare de eis authenticè; atque adeo eas ad ſummum facere opinionem ſatis probabilem, non autẽ omninò certam, vt oppoſitam reddant improbabilẽ. Ar quidquid ſit de hoc, illud tamen certum eſt, quod ſi Monialis tranſferatur ad aliud Monaſterium, ſiue cauſa correctionis, ſiue cauſa pœnitentiæ, ali debeat à Monaſterio, à quo tranſfertur; Rota *deciſ. 109. num. 2. & ſeqq. in recentior.* & Doctores, quos citat, & ſequitur Tamburin *de iure Abbat. diſp. 21. quæſt. 1. num. 11.*

Cæterùm,

Sorbus *ver. clausura, casu 6.* Miranda de Monialibus *q. 3 art. 2.* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. 3. part. allegat. 102. n. 27.* & Bonacina *de clausura, q. 1. punct. 9. n. 8.* quamuis quoad hoc extet apud Barbosam *loco suprà cit. ver. Monialium translatio* 8. declaratio quædam S. Congregationis in vna Barcinonensi anno 1615. talis tenoris: *Monialium translatio Apostolica Sede inconsulta fieri non potest.* Item altera apud eundem Barbosam vbi suprà in vna Vlyssipponensi, anno 1615. in his verbis: *Moniales transferri non possunt in Monasteria nouiter erecta, nisi eadem Monasteria auctoritate Apostolica extracta fuisse, prius constiterit, ipsaque pauia visitatione earundem Monialium, capacia, eisque accommodata, atque ita absoluta reperta fuerint, vt camentariis, aliisque fabris nulla ædificationis causa in ipsa postea ingrediendi necessitas relinquatur.* Vide etiam quæ dicentur *Dubit. 14. & 19.* Quartus est, si Abbatissa egrediatur ad recipiendum iuramentum fidelitatis à domino temporali in aliquo casu omnino necessario, de quo dicam *Dubit. 15. in fine.*

DVBITATIO XII.

An Moniali concedi possit egressus è clausura propter morbum Gallicum, S. Lazari, ignis S. Antonii, vel similem alium morbum contagiosum?

SVMMARIVM.

1 *Moniali laboranti morbo contagioso, vt gallico, S. Lazari, Ignis sancti Antonij, & alicuius similis, dari potest licentia egrediendi è clausura, si moraliter loquendo, non posset intra Monasterium curari sine graui periculo contagionis aliarum.*

1 RESPONDETVR ex dictis Dubit. præcedenti ex satis probabili sententia Doctorum affirmatiuè, si, moraliter loquendo, non posset Monialis intra Monasterium curari, sine graui periculo contagionis aliarum Monialium; quia in his casibus etiam locum habet ratio boni communis; & hi casus sunt similes lepræ expressæ in Motu Pij V. Sic contra Zerolam, & alios suprà citatos docent Llamas *in Appendice* §. 10. Layman *cit. n. 1.*

DVBITATIO XIII.

An Moniali concedi possit egressus propter belli, præsertim ab hæreticis, vel infidelibus imminentis, timorem?

SVMMARIVM.

1 *Moniali satis probabiliter, si moraliter loquendo timetur fore vt, nisi se in locum tutum recipiat, patiatur detrimentum, potest dari licentia egrediendi è clausura.*

1 RESPONDETVR etiam ex dictis satis probabiliter, affirmatiuè, si moraliter, loquendo, timetur fore, quod Moniales nisi in locum tutum se recipiant, detrimentum patiantur; quia & in hoc casu locum habet ratio boni communis, & est casus omninò similis. Sic contra Zerolam *ver. Moniales ad 16. quæst. dub. 2.* & alios suprà citatos docent Nauar. *Comment. 4. n. 48. de Regular.* Gutierez *cap. 14. num 9.* Azorius *tom. 1. lib. 13. cap. 8. q. 1. ad fin.* Layman *cit. num. 1.* Lezana *tom. 2. cap. 25. num. 20.* Bonacina *de clausur. q. 1. punct. 9. num. 7.* Cened. *collect. 31. ad sextum Decretal. num. 2.* & Barbosa *de offic. & potestat. Episcop. 3. part. allegat. 102. num. 20.*

DVBITATIO XIV.

An Moniali concedi possit egressus, vt sit Abbatissa alterius Monasterii? vbi etiam de aliis casibus.

SVMMARIVM.

1 *Moniali probabiliter, vt sit Abbatissa alterius Monasterij eiusdem Religionis tamen, & habitus dari potest licentia egressus.*

2 *Religiosum assumi in Prælatum alterius Religionis, vel habitus prohibetur expressè.*

3 *Moniali conceditur egressus à Concilio Tridentino, dummodo in Monasterio, in quo facta est Abbatissa non reperiatur Monialis idonea cum dotibus, & qualitatibus ibi requisitis ad munus prædictum exercendum.*

4 *Moniali concedi potest egressus, vt sit Magistra Nouitiarum in alio Monasterio, eiusdem tamen ordinis, & habitus; quin vt præsit Portæ, vel Rotæ, vel alteri muneri.*

5 *Monialis finito officio potest de consensu vtriusque Monasterij ad prius Monasterium redire, etiamsi socia, cum qua egressa fuerit, redire non velit.*

6 *Locorum Ordinarij, & superiores Regulares non possunt transferre Moniales de Monasterio ad Monasterium, nisi obtenta facultate ab Apostolica sede, vel à Sac. Congregatione.*

7 *Translatio monialium, quando ex iusta causa fieri debet, facienda est in Aurora, & deduci debent à Personis grauibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus.*

8 *Moniali concedi potest egressus, si sit necessaria ad fundandum nouum Monasterium.*

9 *Item ad reformandum aliud Monasterium eiusdem ordinis, & habitus.*

10 *Item si sine strepitu non possit corrigi timore Cognatorum.*

11 *Item in pœnitentiam criminis, vt de simoniace recepta, & recipienti statuitur, quod in aliud Monasterium includatur.*

12 *Contraria sententia, qua nititur in declarationibus sac. Congregationis, si ea authentica constent, non est improbabilis, non tamen reddit oppositam improbabilem.*

13 *Monialis quacumque causa transferatur ali debet à Monasterio, à quo transfertur.*

14 *Monialis si transeat ad aliam Religionem de consensu Religionis à qua transiit, deferre debet*

bet ſecum dotem, & alia bona, quæ ad ipſam ſpectant, ſecus ſi ex propria voluntate.

15 *Monialis ſi tranſeat de vno Monaſterio ad aliud eiuſdem Ordinis, dotem portare non debet.*

RESPONDETVR etiam ex dictis probabiliter affirmariuè, ſi fiat Abbatiſſa alterius Monaſterij, ſed eiuſdem Ordinis, & habitus (nam Religioſum aſſumi in Prælatum alterius Religionis, vel habitus 1 2 prohibetur expreſsè *in Clem. 1. de elect.*) quia & in hoc caſu etiam agitur de bono Religionis communi, ad quod ſpectat probam Prælatam habere. 3 Accedit, quod non ſit egreſſus omninò è clauſura. Accedit ſecundò, quod Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 11. de Regul.* cum in cap. 5. clauſuram commendauerit, concedit egreſſum, ſi in proprio Monaſterio non reperiatur Monialis ad Abbatiſſæ munus idonea cum dotibus, ſeu qualitatibus ibi requiſitis; atque ſic contra Zerolam *par. 2. ver. Moniales, dub. 8.* S. Congregationis declarationes pro ſua ſententia afferentem, Azorium *cit. q. 1.* Surium, Barboſam, Tamburinum, Lezanam, Dianam, Caſtellium, & Gauantum in locis *infra* citandis docent gloſſ. *in cap. periculoſo, in princip. ver. perpetua, de ſtatu Regular, in 6.* Ioan. Andr. *ibid. numero 5.* Francus *in fin.* Dominicus *num. 11.* Silu. *ver. Religio, 7. q. 16. dict. 2.* Nauar. *lib. 3. conſil. 48. numer. 3. de ſtatu Monachor. & Comment. 4. num. 48. notab. 4. de Regular.* Collector priuilegiorum Mendicant. *ver. clauſura Monialium caſ. 3.* Gutierez *qq. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11.* Rodriguez *qq. Regul. tom. 1. q. 49. art. 5. coroll. 1.* Layman. & Llamas *ſupra cit.* Hieronym. Rodrig. *in Compend. qq. Regular. reſol. 26. num. 38.* Portell. *in addit. ad dubia Regular. ver. Monial. num. 1.* Villalobos *in ſumma tom. 2. tract. 35. diffic. 45. numero 9.* Sorbus *ver. clauſura, caſu 6.* Miranda *de Monialib. quæſtio. 3. art. 2.* & Bonacina *de clauſura quæſtio. 1. punct. 9. numero 10.*

4 Ex dictis ſequitur, quod Monali egreſſus cõcedi etiam poſſit, vt ſit Magiſtra Nouitiarum in alio Monaſterio, eiuſdem tamen Ordinis, & habitus, vt ſupra dicebatur; quin & vt præſit portæ, vel Rotæ, vel alteri muneri, quod ad bonum Religionis, vel Monaſterii commune ſpectat; quia ex recta horum munerum adminiſtratione pendet etiam bonum Religionis, vel Monaſterii commune; atque adeo ſunt caſus ſimiles exceptis, Collector priuilegiorum Mendicantium, Layman, Bonacina, Sorbus, & 5 Rodriguez in *locis ſupra cit.* (vbi rectè ſubdunt, quod finito officio, poſſit Monialis de conſenſu vtriuſque Monaſterii ad prius Monaſterium redire; etiamſi ſocia, cum qua egreſſa fuerat, redire non velit) quamuis contrarium tradat Barboſa *in Collectan. Bullar. ver. Monialium tranſlatio, 8.* ex S. Cõgregationis Epiſcoporum Regularium declaratio- 6 ne in vna Tortonenſi 1603. in his verbis: *Moniales ab vno Monaſterio non transferant locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares in Monaſteria recenter erecta pro Nouitiarum in ea introducendarum inſtitutione, niſi obtenta à Sede Apoſtolica, vel à S. Congregatione ſpeciali facultate.* Vide Barboſam *loco cit. & de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 102. num. 26.* & Armendariz *in Addit. ad Recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religioſ. num. 100.* vbi referunt alteram eiuſdem S. Congregationis declaratio- 7 nem huius tenoris: Moniales, vbi ad aliud Monaſterium ex iuſta cauſa transferendæ ſunt, tranſlatio debet fieri in aurora, vt illæ à paucis conſpici poſſint, atque à perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus deducantur.

Sequitur etiam, quod egreſſus concedi poſſit ſi is ad nouum eiuſdem Ordinis Monaſterium fundandum neceſſarius ſit; quia & in hoc caſu etiam militat eadem ratio de bono communi Religionis, vel Monaſterii; atque adeo & hic caſus etiam eſt ſimilis exceptis; Collector priuileg. Mendicãt. *caſu 2.* Rodriguez *tom. 1. quæſtio. 49 ar. 5.* Nauar. *lib. 3. conſil. 48. de Regular.* Confectius in priuilegia Mendicantium *tit. 10. cap. 4.* & Layman. *cit. numero 1.*

Sequitur etiam, quod idem dicendum ſit ob eandem rationem, ſi egreſſus Monialis neceſſarius ſit ad aliud eiuſdem Ordinis, & habitus Monaſterium reformandum. Collector, Layman. & Rodrig. *in locis cit.*

Sequitur etiam, quod idem dicendum, ſi Monialis egreſſus neceſſarius ſit, cauſa correctionis eiuſdem Monialis; ſi ſcilicet in eodem Monaſterio timore cognatorum, vel alia ſimili cauſa, corrigi commodè non poſſit; quia Monialem ſine ſtrepitu corrigere, ſpectat etiam ad bonum commune Religionis, vel Monaſterii, ſic Collector *caſu 4.* Sorbus *caſu 6.* Nauar. *loco cit.* Rodriguez *ar. 5. corol. 2.* Portell. *in Dub. Regular. ver. clauſura Monialium, num. 22.* Bonacina *de clauſura quæſtio. 1. punct. 9. n. 12.* & Miranda *de Monialibus, quæſtio. 3. art. 2. & 3.*

Sequitur etiam, quod idem dicendum ob eandem rationem in caſu, quo iure cautum eſt, quod Monialis in pœnitentiam criminis (vt de ſimoniacè recepto, & recipienti ſtatuitur *in cap. quoniam de ſimonia*) in aliud Monaſterium includatur; præſertim quia talis iuris correctio nuſquam apparet; Doctores *ſuprà citat.*

Quamuis iuxta ea, quæ dicebam *Dub. 11.* Suar. *de relig. lib. 1. c. 9. num. 6.* Zerola *in prax. Epiſc. par. 2. ver. Moniales, dub 8. & 12.* Barboſa *de poteſtat. Epiſcop. alleg. 102. num. 25.* & in Collectan. Bullarum, *ver. Monialium, 8.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp. 21. quæſt. 3. n. 4.* & Lezana *ver. clauſura, n. 16. & to. 1. c. 25. n. 20.* Dian. *par. 3. tr. 2 reſ. 99. & 127.* Caſtellin. *de elect. c. 17. n. 6.* & Gauantus *in Man. Epiſcop. ver. Monialiũ clauſura, n. 4.* in omnibus his caſibus ſentiant oppoſitum; dicantque, ſiue cauſa nouæ fundationis, ſiue cauſa reformationis, ſiue cauſa correctionis, ſiue cauſa Prioratus, vel alterius officii, non licere egreſſum, ſed in omnibus dictis caſibus conſulendam eſſe ſedem Apoſtolicam, & aſ- 12 ferunt pro tali ſententia S. Congreg. declarationẽ in his verbis: *Monialem nullam ſibi ſubiectam ex vno Monaſterio ad aliud tranſmittere poſſunt locorum Ordinarij, vel ſuperiores Regulares, & ex cauſa ſeditionis, vel incorrigibilitatis, vel criminis perpetrati.* Et alteram declarationem in ſimili forma Procuratoribus generalibus Ordinum intimatam; ad quas tamen declarationes cum Portello *in Reſponſ. Moral. tom. 2. caſu 31.* dici poſſet, non conſtare de eis authenticè; atque adeo eas ad ſummum facere opinionem ſatis probabilem, non autẽ omninò certam, vt oppoſitam reddant improbabilẽ. Ar quidquid ſit de hoc, illud tamen certum eſt, quod ſi Monialis transfertur ad aliud Monaſterium, ſiue cauſa correctionis, ſiue cauſa pœnitentiæ, ali debeat à Monaſterio, à quo transfertur; Rota *deciſ. 109. num. 2. & ſeqq. in recentior.* & Doctores, quos citat, & ſequitur Tamburin *de iure Abbat. diſp. 21. quæſt. 1. num. 11.*

Cæterùm,

14 Cæterum, An in casu, quo Monialis transfertur ad aliud Monasterium, vel ad aliam Religionem, deferre secum debeat dotem, & alia bona, quæ ad ipsam spectant?

Respondetur, si transit de vna Religione ad aliam, & cum consensu Religionis, à qua transit, deferre debet; quia *ex l. si is, qui, ff. de iure dotis*, dos esse debet, vbi onera matrimonij sunt; tum quia dos datur pro Moniali, accessoriè ad personam, & sic veluti sub tacita conditione, donec in Religione illa perseuerauerit, sicuti dos in matrimonio carnali traditur viro sub conditione, donec matrimonium durauerit; sic Bald *in Nouell. de dote, part. 1. num. 10.* Soccinus *consil. 212. num. 3.* Tapia *Auth. ingressi, ver. sua, cap. 6. num. 10.* Sicque ex Tamburino de iure Abbat. disp. 21. q. 6. decisum videtur in vna Barcinonensi, 10. April. 1615. quatenus ibi inter conditiones necessarias pro translatione Monialis vna requiritur, quod dotem soluat à cæteris Monialibus præstari solitam.

At deferre non debet, si transit ex voluntate 1
propria, & Religionis, ad quam transit; quia in tali casu, cum prior Religio non consentiat, non debet dote iam sibi acquisita priuari; præsertim quod cum posterior Religio volens Monialem admittat, hoc incommodum sibi imputare debet: & in hoc sensu intelligo Nauarrum, & Rodrig. quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. moral. cap. 32. n. 12.*

15 Dixi, quod deferre debet in priori casu, *si transit de vna Religione ad aliam*; quia si solum transit de vno Monasterio ad aliud eiusdem Religionis, adhuc in priori casu ex probabiliori sententia Doctorum deferre non debet; quia inter Monasteria eiusdem Religionis est maior conuenientia, & quasi implicita conditio, vt ad inuicem admittatur Monialium transitus, quando sic expedire visum fuerit, accedente præsertim voluntate Superioris, quæ necessaria est in his casibus; & etiam in hoc sensu intelligo id, quod Barbosa *de officio, & potest. Episc. allegat. 102. num. 26.* ex Armendar. *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarre lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Relig. num. 100. & 105* refert decisum de dote relinquenda Monasterio, à quo receditur.

DVBITATIO XV.

An Moniali concedi possit egressus, vt visitet Monasteria sibi subiecta? Vbi etiam, an vt recipiat iuramentum fidelitatis à Domino temporali?

SVMMARIVM.

1 *Moniali concedi non potest egressus, vt visitet Monasteria sibi subiecta; quia id decentius, & commodius præstari potest per Prælatos regulares.*

2 *Abbatissæ, seu Prioriss æ solum conceditur licentia egrediendi in casibus, in quibus conceditur cæteris Monialibus.*

3 & 4 *Abbatissæ non potest egressus licentia concedi in casu, qui possit commode, & facile expediri, seu præstari per alios, & è contra.*

5 *Abbatissæ concedi potest licentia egrediendi ad recipiendum iuramentum fidelitatis Domino temporali, si fieri non possit per Procuratorem.*

6 *Textus in cap. periculoso §. verum quando. de statu Regular. in 6. nullibi apparet correctus, quinimmo per Pium V. omnino confirmatus.*

7 *Abbatissa potest auctoritate iuris egredi è clausura, si superior sine iusta causæ licentiam deneget, & euidenter constet de iniustitia ipsius.*

8 *Abbatissa in dubio stare debet iudicio superioris.*

RESPONDETVR ex dictis negatiuè; 1
quia, licet Monasteria visitare spectet bonum commune Religionis, id tamen non per Abbatissam, sed per Prælatos Regulares decentius, & commodius præstari potest; sic Archidiac. *in cap. periculoso, num. 1. de statu Regular. in 6.* Io. Andr. *ibid. num. 1. & 2.* Dominic. *n. 6. & seqq.* Anchar. *n. 2. notab. 3.* Franch. *n. 4. notab. 6.* & probatur ex Motu Pij V. qui incipit, *Decori, & honestati*, vbi Pontifex expressè prohibet huius rei causa egressum Abbatissis, & Prioriss is cuiuscumque Monasterij, ibi: *Seu aliorum Monasteriorum, etiam eis subiectorum*; & solum licentiam egressus eis con- 2
cedit in causis, in quibus conceditur aliis Monialibus; & obtenta licentia, quæ requiritur ad egressum aliarum Monialium, Nauar. *Comment. 4. n. 47. Notab. 2. & 3. de Regular.*

Ex his sequitur, quod Abbatissæ non possit 3
egressus licentia concedi in casu, qui possit commodè, & facilè expediri, seu præstari per alios, v. g. ad significandum cæmentariis, vbinam, & quantumnam debeat esse Ecclesiæ ædificium, vel qua forma construendum, nec ad inuisendum, num illud sibi placeat, Doctores, quos citat, & sequitur Bonacina *de clausura, q. 1. punct. 9. num. 3.*

Sequitur secundò, quod è contra, Abbatissæ, 4
quin & cæteris Monialibus, possit egressus licentia concedi in casu, qui non possit per alios præstari; v. g. si Monasterium ex iusta causa de loco ad locum muretur; præsertim quia & in tali casu de bono communi Monialium tractatur; Collector priuilegiorum Mendicant. *ver. Clausura Monialium casu 6.* & Rodrig *tom. 1. quæst. 49. art. 5. Coroll. 4.* & fauet Tridentinum *sess. 25. de Regularib. cap. 5.* quatenus ibi statuit, quod Monasteria sita extra Vrbis mœnia, ad alia loca intra Vrbem reducantur, si sic Episcopis, & aliis Superioribus visum fuerit.

An autem Abbatissæ egressus licentia concedi 5
possit in casu, quo ratione feudi, quod habet Monasterium, iuramentum fidelitatis ab aliquo Principe, vel domino seculari præstari debet, nec potest effici, vt is illud per procuratorem velit præstare?

Respondetur affirmatiuè; quia in hoc casu agi- 6
tur de bono communi Monialium, cum fieri possit, quod, iuramento non præstito, feudum in præiudicium Monasterij deperdatur; tum quia expressè statuitur in *cit. cap. periculoso, §. verum quando, de statu Regular. in 6.* quod exire possit Abbatissa, decenter, & honestè comitata, vt iuramentum dictum suscipiat, statim, eo suscepto, reditura ad Monasterium: neque huius *cap. periculoso*, correctio vsquam apparet; quinimmo Pius V. in Motu proprio, *Circa Pastoralis*, omnia *in dicto capite contenta*, confirmat. Lezana *tom. 1. capite 26. numero 10. & ver. clausura num. 13.*

Digitized by Google

*n.*13.Bonacina *de clauſ.q.*1.*punct.* 9. & Silu.*ver.Religio,* 7 *q.*16.*dict.*2.vbi rectè ſubdit,quod ſi ſuperior ſine iuſta cauſa licentiam deneget,poſſit Abbatiſſa
7 auctoritate iuris egredi:quod intellige, ſi euidenter de iniuſtitia Superioris conſtet, non item in dubio;quia in dubio Abbatiſſa ſtare debet iudicio Superioris,cum huius,& non Abbatiſſæ,ſit cauſas
8 egreſſus diſcutere, & approbare, & cum in facto Superioris delictum non præſumatur.

DVBITATIO XVI.

An Moniali concedi poſſit egreſſus, vt petat Eleemoſynas neceſſarias Monaſterio?

SVMMARIVM.

1 *Moniali Conuerſæ,& non profeſſæ conceditur licentia egreſſus pro quæſtu Monaſterij ex diſpoſitione Pij V. & ſi profeſſa eſt concedenda, ſit annorum* 40.*& in domibus contiguis extra Monaſterium habitet.*

2 *Conuerſa profeſſa,ſi Monaſterium habeat computatis laboribus ſufficientes redditus pro ſuſtentatione,ſunt reducendæ intra clauſuram.*

3 *Conuerſæ,quæ mittuntur ad petendas Eleemoſynas, non debent eſſe plures quam octo, & quas conditiones habere debeant.*

4 *Conuerſis profeſſis non prohibetur exitus ad audienda ſacra,& percipienda ſacramenta.*

5 *Conuerſæ,quæ egrediuntur de domibus contiguis, quæ non ſunt Regulares, ſed extra Monaſterium,etiam ad inhoneſta perpetranda,non peccant contra clauſuram.*

6 *Monaſteriis Monialium preſſis neceſſitate debetur dimidium omnium eleemoſynarum à quibuſcumque vbicumque terrarum quacumque diſpoſitione Pauperibus faciendarum, niſi ſint in pauperes certos eroganda, nec ſint ad vſus alios,quam ſuſtentationem,deſtinata.*

7 *Gregorij XIII.præceptum de dicta dimidia Eleemoſynarum non eſt perpetuum, ſed temporale, donec durat neceſſitas.*

8 *Non poſſunt admitti, & recipi ad profeſſionem plures Conuerſæ, quam ſint neceſſariæ ad petendas Eleemoſynas pro Monaſterio,ſecus tamen ſeruatur in praxi.*

1 RESPONDETVR, de hac re extat Motus proprius Pij V. incipiens, *Circa Paſtoralis*, vbi Pontifex,quãdo Monialibus deeſt victus neceſſarius, & commodè per alios eleemoſynas illæ petere non poſſunt ſtatuit,vt eleemoſynæ per conuerſas non profeſſas petantur,& ſi profeſſæ fuerint,ſint annorum 40.& in domibus contiguis extra Monaſterium degant, nec aliarum Monialium clauſuram ingrediantur, niſi in caſibus ex ipſarum Conſtitutionibus permiſſis,nec ex iis domibus exire valeant ad petendas eleemoſynas abſque Ordinarij,vel ipſarum Superioris licentia. Quem Motum Pij V. declarauit poſtea 1572.Gregorius XIII. in alio Motu pro-
2 prio, *Deo ſacris virginibus*, ibi:*Cæterum quod attinet ad Conuerſas profeſſas,quas Pius V. per prædictas lite-*
ras ſub certis conditionibus ibi contentis permiſit poſſe manere extra Monaſteria pro colligendis eleemoſynis, eiſdem locorum Ordinariis iniunximus,vt quibus Monaſteriis prædictarum Monialium quotidianis laboribus computatis,vel alia qualibet ratione, de ſufficienti ſubuentione, & de ſuſtentatione ſufficienter proniſum eſſe cognouerint,eaſdem Conuerſas ſub eadem clauſura cum aliis Monialibus reducant, nec è ſuis Monaſteriis amplius exire permittant. Et Zecchius *de Republica Eccleſiaſtica tit.de Regularib cap.*3.*num* 15.refert S. Cardinalium Congregationem declaraſſe anno 1573.ad petendas has eleemoſynas,non plu- 3
res Conuerſas,quàm octo, mittendas eſſe,quæ binæ incedant,nec diſiungantur, & ſint vitæ probatæ,excedenteſque annos 39. nec pernoctent extra Vrbes,vbi Monaſteria habent, niſi de Epiſcopi licentia,& tunc ſimul dormiant. Vnde conſtat Gregorium XIII. in dicto ſuo Motu hanc facultatem ſuſtuliſſe,ceſſante prædicta neceſſitate, non autem ea durante; Lezana *tom.*1.*cap.*25. *numero* 17. Gauantus *in Man. Epiſc. ver. Monialium clauſura, numero* 18.*& ſeqq.*Rodriguez *tomo* 1.*quæſtio.*44.*ar.* 4.& Nauar.*Comment.*4.*num.*56.qui

Subdit primò, quod dum Pius V. in ſuo Motu 4
prohibet Conuerſis profeſſis exitum ex domibus illis contiguis ad petendas eleemoſynas abſque Ordinarij licentia, non prohibeat exitum ad audienda ſacra, & percipiẽda ſacramenta; quia Pontifex de ſolo prioti exitu loquitur.

Subdit ſecundò,quod eæ domus contiguæ non 5
ſint domus Regulares; quia ſunt extra Monaſterij clauſuram: quare, ſi inde egrediantur,etiam ad inhoneſta perpetranda,non peccant peccato contra clauſuram; ſicuti dicebam *Dubitat.* 4. *in fine.*

Subdit tertiò,*lib.*2.*conſil.*16. *numero* 2. *de Regularib.*(quidquid dubitauerit *cit.Comment.*4.*numero* 6
54.) quod dum Gregorius XIII. in Motu ſuo volens exitum harum Conuerſarum ad petendas eleemoſynas impedire, ſubueniendo aliter prædictæ Monaſteriorum neceſſitati, præcipiat, vt dimidium omnium eleemoſynarum à quibuſcumque vbicumque terrarum, quacumque lege, diſpoſitione, vel obligatione pauperibus faciendarum, detur Monialium Monaſteriis prædicta neceſſitate preſſis, quæ ſunt in locis, in quibus illæ erogandæ ſunt; idque ſine alio peculiari iuſſu Pontificis, vel alterius, & ſine vlla petitione Monialium, vel quorumcumque aliorum; dummodo duplex conditio concurrat: vna,nè illæ eleemoſynæ ſint in pauperes certos erogandæ. Altera,vt licet pauperibus incertis erogandæ ſint,nõ tamen ſint ad vſus alios,præterquam ad pauperum ſuſtentationem deſtinatæ.Ita vt dimidia hæc eleemoſynarum pars debeatur Monialibus, quoties vel pauperibus incertis,& ad vſus incertos eleemoſynæ ſunt deſtinatæ,vel quãdo ſunt deſtinatæ pauperibus incertis ad eorum alimenta; non debeatur autem,quãdo pauperibus certis ſunt deſtinatæ,vel quando incertis, ad vſus tamen certos ab ipſorum alimentis diſtinctos; quia ſic apertè diſponit Gregorius XIII.in dicto ſuo Motu, *Deo ſacris virginibus.*

Subdit quartò,*cit Comment.*4.*num.*55.quod tale 7
Gregorii XIII. præceptum non ſit perpetuum, ſed temporale, dum ſcilicet prædicta Monialium neceſſitas durat; quia ſic apertè etiam ait idem Gregorius XIII.in eodem dicto ſuo Motu,*Deo ſacris virginibus.*

8 Cæterum Pius V. in suo Motu, *Circa Pastoralis*, prohibet in posterum receptionem Conuersarum, etiam ad professionem emittendam, ibi: *De cætero nullæ aliæ conuersæ professæ recipi amplius, etiam de consensu suorum Superiorum, possint. Quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc illam irritam facimus.* Quem Motum Pij V. sic explicat Gregorius XIII. in suo Motu, Deo sacris virginibus, ibi: *Conuersas verò non professas, & profiteri nolentes, dimisso habitu domum remittant; nec alias in futurum, nisi professionem sint suo tempore emissuræ, atque sub perpetuæ clausura mansuræ, in Monasterio huiusmodi recipi permittatur. Quod autem idem Pius V. statuit de cætero nullas alias Conuersas professas recipi amplius, etiam de consensu suorum Superiorum, posse, ita esse intelligendum declaramus; præter illas Conuersas, quæ extra Monasterium in domibus contiguis degerent.* Ex quibus sequitur, quod ad habitum, & professionem deinceps solum possint recipi Conuersæ, quæ necessariæ sint ad petendas Monasterio eleemosynas, & in domibus ei contiguis habituræ; & non aliæ. Quamuis consuetudine receptum nunc sit, vt & hæ aliæ admittantur, dummodo legitimam postea professionem emittant; & meritò, quia decet, quod in Monialium Monasteriis, sicut & in Monasteriis virorum, quædam admittantur ad Chorum, quædam aliæ ad ministeria inferiora; idque tum ob Communitatis bonum, tum vt fœminæ probæ, sed dotem non habentes, adhuc Religionem ingredi possint, si non vt sint Choro deputatæ, saltem vt sint Cõuersæ, & inseruiant inferiotibus Monasterio necessariis ministeriis: præsertim cum & istarum receptio nihil obstet clausuræ, quam vterque Pontifex in vtroque Motu proprio maximè seruandam procurat. Vide quæ dicebantur *dubit. 6. concl. 3.* Suar. *de Relig. lib. 1. c. 8. n. 19.* Nauarrum *loco suprà cit. num. 56.* & Rodriq. *tom. 1. q. 44. art. 4.*

DVBITATIO XVII.

An Moniali concedi possit egressus ob morbum, quantumuis periculosum, si contagiosus non est? vbi etiam de aliis vrgentiis.

SVMMARIVM.

1 *Moniali concedi non potest egressus ob morbum quantumuis periculosum, si contagiosus non sit, licet salus eiusdem desperetur.*

2 *Casus exceptus cum dictione taxatiua admittit extensionem ad casus similes, vel vrgentiores, non autem ad casus dissimiles, & minus vrgentes*

3 *Bonum commune Religionis præponderare debet bono priuato cuiuscumque particularis Monialis.*

4 *Carthusiani satis probabiliter in suis infirmitatibus, etiam cum periculo vitæ, ad abstinentiam ab esu carnium obstringuntur.*

5 *Moniali, si morbus non sit contagiosus, neq; concedi potest licentia, vt se transferat ad Monasterium eiusdem ordinis, cuius situs salubrior sit.*

6 *Lex Ecclesiastica non obligat cum periculo vitæ, si non inuoluit aliquod bonum commune, secus autem si inuoluit.*

7 *Monialis, ne occidatur potest egredi è clausura.*

8 *Monialibus cuiusdam Monasterij de facto concessit Gregorius XIII. liberum egressum, quotiescumque morbo periculoso laborarent.*

9 *Priuilegium particulare non debet extendi ad generale.*

10 *Monialis morbo non contagioso, sed periculoso laborans, si sine Summi Pontificis dispensatione egrederetur è clausura, peccaret, nec Prælatus inferior licentiam huiusmodi concedere potest.*

11 *Monialis potest è clausura egredi, si periculum vitæ sibi certò immineat ob graues molestias, & vexationes, quas iniustè patitur.*

12 *Monialis grauida effecta non potest exire, etiam ad saluandam famam, vt fœtum foris edat, sine legitima Summi Pontificis, vel alterius Superioris licentia.*

13 *Monialis non potest sine legitima licentia Summi Pontificis egredi ad habendam curam Nepotum, & omni auxilio carentium.*

14 *Item neque ad habendam curam Consanguineorum infirmorum.*

15 *Item ad succurrendum in extrema necessitate Parentibus, vel filiis, & si alij satis probabiliter contrarium sentiant.*

16 *Item neque ad visendos Parentes, Consanguineos, vel alios infirmitatis causa, vel alio prætextu.*

17 *Item neque ad adimplendam aliquam conditionem impositam in legato ipsi Moniali relicto.*

RESPONDETVR negatiuè, etiamsi adeò periculosus sit, vt, ea non egressa, desperetur eiusdem salus: probatur, quia, licet casus exceptus cum dictione taxatiua admittat, forsan, *vti suprà dicebam*, extensionem ad casus similes, vel vrgentiores, non tamen ex communi sententia Doctorum admittit ad casus dissimiles, vel minus vrgentes; vt est in casu nostro, cùm non agatur de bono communi Monialium (ne scilicet contagiosus morbus vnius cæteras inficiat) sed de bono particulari vnius tantum Monialis. Confirmatur, quia, cum morbi non contagiosi sint frequentes (siue veri, siue putatiui) in Monialibus; & in ipsis sit ardens desiderium egrediendi è Monasterio, & medici sint faciles ad attestationem de grauitate morbi faciendam, aperiretur via, vt eis passim egressus concedatur, in maximum clausuræ, propter commune Religionis bonum statutæ, detrimentum; cum ex alio capite bonum commune Religionis præponderare debeat bono priuato cuiuscunque particularis Monialis: quapropter Carthusiani propter eandem rationem satis probabiliter in suis infirmitatibus, etiam cum periculo vitæ, ad abstinentiam ab esu carnium obstringuntur; & meritò, quia, sicuti experientia testatur, rarissimè egressus è clausura, sicut & esus carnium, sic ad pristinam salutem recuperandam conducunt, vt inde pendeat, tanquam ex causa necessaria, mortis periculi vitatio.

Atque ita contra Nauarrum *Comment. 4. num. 49 & 50. de Regular.* Llamas *in Append. §. 10.* Azorium *tom. 1. lib. 13. cap. 8. q. 1. ad fin.* Graff. *1. part. decis.*

decis. lib. 4 cap. 23. num. 17. Sotum *in Annotat ad Compend. Mendic. ver Ingressus Monasteriorum Monialium num. 6.* Dianam *part. 3. tract. 2. resol. 105.* Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 1. lib. 1. cap. 9.* Petrinum *tom. 1. Const. 6. Pij V. §. 4. num. 247.* Mariam Nouarium apud Riccium *in praxi tom. 4. resol. 193. num. 3.* ex probabiliori sententia Doctorum docent Gutierez *qq. Canon. lib. 1. cap. 14. num. 7. & seqq.* Cened. *Collectan. 11. ad Sextum Decretal. num. 12.* Zerola *part. 1. ver. Monialez, in fin.* (vbi testatur, sic declarasse S Cardinalium Congregationem) Collector Priuileg. Mendicant. *ver. Clausura Monialium, casu 5.* Corduba *in eius addition. ad fin. vers. Notandum,* Granad. *in part. 2. Controu. tr. 3. par. 1. disp. 8. sect. 5. n. 13.* Faustus *in Thesaur. Relig. lib. 6. q. 163.* Miranda de Monialib. *q. 4. art. 4.* Barbosa *de potest. Episcop. part. 3. allegat. 102. num. 20.* Rodriq. *qq. Regular. tom. 1. q. 49. ar. 3.* Tamburin. *de iure Abbat. disp. 19. quæs. 5.* Lezana *tom. 1. cap. 25. n. 20. & ver. Clausura, n. 11.* Bonacina *de clausura q. 1. punct. 9.* Scottia *Epit. 94. theorem. 228.* & Layman. *lib. 4. tract. 5. c. 12. n. 1.*

5 Quod intellige, etsi petatur egressus ad aliud eiusdem Ordinis Monasterium, cuius situs salubrior sit; quia adhuc in hoc egressu locum habet non publica omnium Monialium, sed priuata vnius tantum Monialis necessitas; & sic non est casus similis exceptis, sed leuior, & minus grauis.

6 Obiicies; lex Ecclesiastica non obligat cum periculo vitæ.

Respondetur, distinguo antecedens; si non inuoluit aliquod bonum commune, concedo; si inuoluit (vt in casu nostro de seruanda clausura, adeo ad spiritualem Monialium salutem, perfectamque votorum Regularium obseruantiam, necessaria) nego; quapropter, vti dicebam, Carthusiani laudabiliter, vt seruent statutum suum, se abstinent, etiam cum periculo vitæ, ab esu carnium; quod vtrumque eò magis verum est; quia nec ex egressu, nec ex esu carnium pendet certò mortis periculi vitatio, *vti suprà* etiam dicebam.

7 Obiicies secundò; si quis velit Monialem occidere, potest Monialis ad virandum mortis periculum egredi; ergo etiam in casu nostro. Consequentia probatur; quia materialiter, & impertinenter se habet, vtrum periculum immineat ab extrinseco, vel ab intrinseco, cum in vtroque casu tuendæ vitæ ius naturale locum habeat.

Respondetur; concedo antecedens; at nego consequentiam; quia primus casus est rarissimus, & sic non aperit viam ad causas egressus fingendas, clausuramque violandam, & præterea infert, vt pote ab extrinseco, certissimum periculum vitæ: at secundus casus est frequentissimus, & sic valde aperiret viam facilitati egrediendi, clausuramque violandi; & præterea infert, vtpote ab intrinseco, periculum vitæ, quod, Moniali egressa, non cessat, sed ipsam comitatur.

8 Obiicies tertiò; Gregorius XIII. teste Nauarro, de facto concessit cuiusdam Monasterij Monialibus liberum egressum, quotiescumque morbo ita periculoso, vt ad tuendam vitam egressus iudicio medicorum fuerit necessarius, laborarent; ergo.

9 Respondetur: distinguo antecedens: concessit, declarando, nego: concessit, peculiare priuilegium impertiendo, concedo: quapropter id ad alias personas, quàm ibi expressas extendi non potest, nec debet, *l. ius singulare, ff. de legibus.* Accedit, quod licet ea censeatur iusta causa, vt Papa in lege sua Ecclesiastica dispenset, non tamen sequitur; quod sit etiam iusta causa, vt Prælatus inferior contra legem Ecclesiasticam sui Superioris egressum concedat, & sic retorquetur argumentum; siquidē potius ex his infertur, dispensationem Pontificis esse necessariam; & sine ista peccare mortaliter Monialem quæ propter morbum lethalem, scilicet non contagiosum, egrederetur: Non nego tamen, quod si quis sententiam contrariam, vtpote non omninò improbabilem, secutus, egrediendi in tali casu licentiam concesserit, excusari possit à pœnis. Vide Rodriq. *tom. 1. q. 49. art. 5. in fine.* 10

Ex dictis sequitur primò, quod possit Monialis è clausura egredi, si periculum vitæ sibi certò immineat ob graues molestias, & vexationes, quas iniustè patitur, & habere non potest Episcopum, vel superiorem, à quo subleuetur; Tamburinus *de iure Abbat. disp. 19. quæs. 5. ad 8.* quia hoc est, veluti ab extrinseco occidi. 11

Sequitur secundò, quod è contra non possit sine legitima Summi Pontificis, vel alterius Superioris licentia egredi, si grauida effecta velit ad saluandā famam exire, vt fœtum foris edat, & sic suum delictum absconsum retineat, nisi simul alioquin periculum vitæ sibi immineat; Tamburin. *loco suprà cit. ad 12.* & Lezana *ver. clausura, n. 1.* 12

Sequitur tertiò, quod multo minus possit sine legitima licentia Summi Pontificis egredi ad habendam curam neporum, & omni auxilio carentium, S Congregatio apud Armendariz *in Addit. ad Recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib 7. de Relig. n. 105.* apud Marzillam *sess. 15. cap. 5.* & apud Barbosam *in collectan. Bullar. ver. Monialium clausura circa egressum.* 13

Idemque dico de egressu ad habendam curam consanguineorum infirmorum; Tamburinus *vbi suprà ad 13.* & Bonacina *cit. q. 1. punct. 9. n. 4. & 5.* 14

Idemque dico de egressu ad succurrendum in extrema necessitate parentibus, vel filiis; etsi alij satis probabiliter contrarium sentiant; cùm in tali casu quàm maximè vrgeat ius naturæ, & obligatio charitatis. Ad quod tamen fundamentum facilè responderi potest ex dictis *supra.* Idemque multò magis dico de egressu ad parentes, consanguineos, vel alios infirmitatis causa, vel alio prætextu inuisendos, idque tum ob dictam rationem, tum ob dictum Motum Pij V. vbi id expressè prohibetur. ibi: *Vt demorum, parentum, aliorumque consanguineorum visitandorum.* 15 16

Idemque etiam multò magis dico de egressu ad adimplendam aliquam conditionem impositam in legato ipsi Moniali relicto: quapropter declarauit S. Congregatio in vna Camarinensi Mensis Martij 1634. solui debere cuidam Monialī legatum 60. scutorum ei relictorum, etiamsi ratione sui status assistere non potuisset cuidam processioni cum veste alba, sicut legatum requirebat. 17

DVBITATIO XVIII.

An Moniali concedi possit egressus, si adeo incorrigibilis sit, vt in nullo Monasterio eius correctio speretur?

SVMMARIVM.

1 *Moniali adeo incorrigibili, vt in nullo Monasterio eius correctio speretur, concedi non potest licentia egressus inconsulto summo Pontifice, licet in vigore iuris contrarium videatur.*

2 *Monialis incorrigibilis carceri potius, ne alias inficiat, tradi debet, quam cum tanto scandalo, & preiudicio boni communis è Monasterio eiici.*

1 RESpondetur, quod (quamuis in rigore iuris, ex cap. cum ad Monasterium, & cap. fin. de statu Monach. affirmandum videatur; cum eadem prorsus ratio, scilicet, ne *Morbida facta pecus totum corrumpat ouile*, sit de religiosis fœminis, ac de viris; præsertim, quia Moniales non magis, ac viri, votis Religionis astringuntur, nec præcepto clausuræ ligantur, nisi quamdiu manent in Monasterio, sicuti & præcepto, delationis habitus Religiosi omnes non ligantur, nisi quamdiu manent in Religione: & fauere videtur priuilegium quoddam Innocentij III. pro Cisterciensibus apud Hieronymum Rodriq. *in compend. qq. Regular. resol. 57. num. 3.*) tamen negandum sit (saltem inconsulto Pontifice) vtpotè quid nouum, & inusitatum, atque adeo scandalum generans. Accedit, quod ansam Monialibus daret, vt se incorrigibiles fingant, ad hoc vt Monasterium deserant, in magnum præiudicium boni communis; & Moniales ex delicto suo commodum reportarent: quapropter potius in tali casu
2 Monialis incorrigibilis, carceri (ne alias inficiat) includi deberet, quàm cum tanto scandalo, & præiudicio boni communis è Monasterio eiici; Bonacina *de clausura q. 1. punct. 9. num. 14.* Barbosa *in Collectan. Doctor. in cap. ne Religiosi de regularitate*, Lezana *tom. 1. cap. 25. num. 17.* & *ver. Clausura, num. 15.* Gauant *in Man. Episcop. vers. Monialium clausura, num 23.* Ricciulus *de iure personar. extragrem. Eccles. vagant. lib. 8. cap. 5. num. 8.* idque ex altera Sacræ Congregationis declaratione in vna Redonensi 1617. & altera 1603. & ex Rotæ decisione in vna Vlyssiponensi, 1625.

DVBITATIO XIX.

An Moniali concedi possit egressus, vt ad strictius Monasterium transeat?

SVMMARIVM.

1 *Moniali concedi potest egressus, vt ad strictius Monasterium transeat contra nonnullos Doctores asserentes id solum statutum esse pro Viris, non fœminis.*

2 *Ad bonum commune Monialium spectat posse ad perfectiorem vitam transire.*

3 *Transitus ad arctiora Monasteria de iure antiquo concedebatur, nec per ius nouum apparet sublatus.*

4 *Textus in cap. licet de Regularibus, quamuis de solis Religiosis Viris loquatur, quoad rationes tamen aque procedit in Monialibus, & sic in vtrisque eadem debet esse Iuris dispositio.*

5 *Monialis potest seruatis seruandis transire de vna Religione ad aliam, & in Religione, ad quam transit debet facere nouitiatum, & emittere professionem.*

6 *Textus in cap. vnicum §. confirmatus in fine de Religiosis Domibus in 6. loquitur de translatione locali, non personali.*

7 *Opinio Rodriquez improbatur, & cur.*

RESPONDETVR, quod (quamuis 1
Azor. *tom. 1. lib. 13. cap. 8 q. 1.* & alij negent, mori ex eo, quia *cap. licet de Regularib.* vbi transitus ad Religionem strictiorem permittitur, loquitur solum de viris Religiosis, non item de fœminis; & quia *cap. vnic. in princip. de statu Regular. in 6.* Tridentinum *sess. 25. de Regularib. cap. 5.* & Bulla Pij V. incipiens, *Decori, & honestati*, Monialibus permittunt exitum; tamen ob triplicem illam causam, epidemiæ, lepræ, & incendij) tamen affirmandum sit; quia ad bonum commune Monialium spectat, posse ad perfe- 2
ctiorem vitã transire; nec præsumitur Pontifex velle Spiritui Sancto ad perfectiorem viram excitanti resistere, & aditum ad perfectionem intercludere; tum quia olim dictus transitus concedebatur (vt patet ex *c. 1. 20. q. 4.* & docent ibi glos. *ver. virgines, & in cit. cap. vnic. ver. perpetua*, Archidiac. *num. 1.* 3
Dominic. num 11. Abb. *cap. fin. num. 7. de statu Monachor.* Additionator ad Abb. *in cap. non est, lit. C. ad fin. de Regul.* Silu. *ver. Religio 4. q. 16. dict. 2.* & Greg. Lopez *l. 9. ver. Religiosos, tit. 7. part. 1.*) ergo & hodie concedi poterit; cum nusquam appareat talis iuris antiqui correctio; *siquidem cit. cap. vnic.* Tridentinum, & Bulla Pij V. loquuntur solum in ordine ad vacandum, non autem in ordine ad vitam Religiosam strictiorem amplectendam; & *cit.* 4
cap. licet, quamuis de solis Religiosis viris loquatur, quoad rationes tamen æquè procedit in Monialibus; & sic in vtrisque eadem debet esse iuris dispositio; atque ita etiam post Tridentinum, sentiunt Mandes. *in signatur. grat. ver. licentia, col. 9. vers. quæ dicta sunt*, Tapia *Anth. ingressi ver. ingressu c. 9. num. 37. Cod. de sacros. Eccles.* Rodriq. *tom. 3. q. 5. art. 6.* & Zerola *1 part. ver. Moniales, in fin.*

Confirmatur; quia apud Ricciullum *in tract. de iure personar. extra grem. Eccles. vacant. lib. 8. cap. 5. num. 4.* Sacra Congregatio in vna Nannatensi 1613. & in vna Redonensi 1617. sic expressè decernit, quod scilicet, non obstante, etiam rigorosa; clausura Monialium, possit adhuc Monialis, 5
seruatis seruandis, transire de vna Religione ad aliam: at in casu, quo transeat, debet in Religione; ad quam transit, Nouitiatum facere, & professionem emittere; Rota *decis. 109. num. 2. & seqq. in recentior.* & Tamburin. *disp. 21. quæst. 1. num. 11.*

Obiicies, *in cap. vnicum, §. confirmatos. in fin.* 6
de Religiosis domibus in 6. decernitur, quod nullus Ordo ad alium, vel Conuentus ad Conuentum se, ac loca sua totaliter transferat absque licentia Sedis Apostolicæ; ergo.

Respondetur, nos loqui de translatione personali, non locali; in textu autem cit. sermo est de translatione, quæ cum loco, seu applicatione bonorum facienda est: ita Rodriq. & Zerola in *locis cit. contra Azorium 1. part. lib. 13. quæst. 1.*

Cæterum, quod ait Rodriq. *loco suprà cit.* (requi- 7
ri ad talem egressum, ob clausuram in Triden-

tino,

tino,& in Bulla Pij V. Monialibus indictam, Superiorum, & Ordinarij licentiam, quam, inquit, tenentur illi concedere)mihi non probatur, ſed dicendum,ſatis eſſe, eam (ſicuti dicetur de Religioſis viris)petere,etſi non obtineatur; quia Tridentinum, & Bulla Pij V. non loquuntur in hoc caſu,vt dicebamus.

DVBITATIO XX.

An Monialis ad tempus legitimè egreſsa teneatur ſtatim redire?

SVMMARIVM.

1 *Monialis ad tempus legitime egreſſa, nempe ob morbum,vel alium caſum permiſſum, tenetur ſanitate obtenta,vel negotio finito ad Monaſterij clauſuram redire.*

2 *Verbum*(è veſtigio) *ſonat ſtatim, vel continuo.*

3 *Conceſſa ſpecialiter, & contra ius ſuis terminis ſunt continenda,& expedita conceſſionis cauſa redeundum eſt ad ius commune.*

4 *Monialis egreſſa legitime,ſi in redeundo ad Monaſterium ſit moroſa per moram breuem v. g. vnius,vel alterius diei,non violat præceptum clauſuræ.*

5 *Monialis egreſſa legitime, ſi finito negotio alio diuertat per moram vnius, vel alterius diei, verbi gratia ad viſendam Imaginem, conſanguineam, amicam &c. non violat præceptum Clauſuræ.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, v. g.egreſſa ob morbum,vel alium caſum permiſſum tenetur, ſanitate obtenta, vel negotio finito, ad Monaſterij clauſuram redire; ſic Collector *priuileg.ver.ingredi,*§.34. Rodriq. *q.* 49. *art.* 9. *in princip.* Miranda *de Monialibus q.* 1. *art.*5 *ad finem*,Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop.* 3. *part. allegat.* 102. *numero* 58. Bonacina *de clauſura q.*1.*punct.*9. *num.* 21. Layman. *lib.*4 *tract.* 5. *capite* 12. *num.* 1. & Lezana *tom.* 1. *c.* 25. *numero* 22. & patet; quia ceſſat tunc cauſa conceſſionis egreſſus; tum quia, dum *in cap. periculoſo*, §. *verum quando*, *de ſtatu Regular. in* 6. conceditur exitus Abbatiſſæ, cauſa recipiendi iuramentum fidelitatis : ſubditur : *Quamprimum fieri poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramento, ad ipſum Monaſterium è veſtigio reuerſura* : vbi gloſſa ver.*è veſtigio*,explicat,ſtatim, vel continuò; & Io.Andr.ibi *num.*3.Archidiac. *num.*3.Ancharan.

2 *num.*4 & cæteri Canoniſtæ inde deducunt, quod conceſſa ſpecialiter, & contra ius ſuis terminis ſint continenda,& expedita conceſſionis cauſa,redeundum ſit ad ius commune : tum quia in Bulla,

3 *Decori,& honeſtati*,poſtquam, præterquam ob triplicem infirmitatem ibi declaratam, prohibetur egreſſus Moniali,ſubditur:*Sed nec in prædictis caſibus extra illa Monaſteria, niſi ad neceſſarium tempus,ſtare licet.*

4 Hoc autem præceptum,cùm ſimus in moralibus, moraliter (ſicuti, cum dicitur de obligatione ad reſtituendum vel ad reſidendum, &c.) intelligendum eſt,ita vt per moram breuem,v. g vnius, vel alterius diei Monialis illud non violet. Accedit, quod ſic etiam colligitur *ex cit.cap.periculoſo*,& *verum quando*,vbi, cum Pontifex præcepiſſet è veſtigio,finito negotio,reditum ad clauſuram, ſubdit: *Sic quod in fraudem reſidentiæ, ſiue moræ clauſtralis nihil fiat omnino*:quibus verbis clarè ſignificat,eam ſolam damnari moram,quæ ſit alicuius momenti, 5 quæque cederet in clauſuræ fraudem, non autem quæ ſit vnius,vel alterius diei,vt ſi Monialis,finito negotio, per vnum, vel alterum diem alicubi moretur,vel ad clauſuram rediens, in itinere alio diuertat,ad viſendam Imaginem, cognatam, vel amicam;quia hoc,moraliter loquendo, non eſt in clauſuræ fraudem, vti dicebam, & videri poſſunt Rodriq.*tom.*1.*q.* 47.*art.*11.Gutierez *qq.Canon. lib.* 1.*cap.* 14.*in fine*, Bonacina & Lezana *in locis ſuprà cit.*& quæ dicentur *infrà*,*Dubit.*51.

DVBITATIO XXI.

An Moniali, ſi neceſſitas exeundi manifeſta ſit, & Superior tunc pro licentia petenda aditi non poſſit,liceat, eo inconſulto,egredi?

SVMMARIVM.

1 *Monialis neceſſitate cogente, ſi non ſit aditus ad ſuperiorem pro obtinenda licentia, poteſt eo inconſulto egredi.*

2 *Neceſſitas legem non habet,& per epiicheiam conſeri poteſt caſus neceſſitatis exceptus.*

3 *Monialis non præſumitur neceſſitate cogente, coarctari à ſuperiore ad ſeruandam clauſuram.*

4 *Monialis neceſſitate cogente egreſſa ſine ſuperioris licentia, tenetur eidem ſignificare ſuum egreſſum,ſi duret,& ipſa poſſit.*

5 *Superior, ſi durat egreſſus Monialis, & cauſam ipſius non approbet, poteſt illum emendare, ſecus eſt ſi Monialis iam rediit ad Monaſterium.*

RESPONDETVR affirmatiuè;quia neceſſitas legem non habet;&per Epiicheiam cenſeri poteſt, talem caſum 2 non comprehendi in decretis Concilij,& Pontificum; quia in tali caſu non præſumitur Superior velle Monialē ad clauſuram obligare : atque ita docent Dominic. *in cit. c.periculoſo. in fin.*Franc.*ibid.n.* 4. Silu. *ver. Religio,* 7.*q.*16. *dict.* 1. Collector. *Priuilegior. Mendicant. ver.clauſura Monialium,caſ.*1.Llamas *in appendice,* §.10.Rodriguez *q.*49.*art.*2. Layman.*loco ſuprà cit.* Bonacina *de clauſura q.*1. *punct.* 8. Lezana *tom.* 1. *cap.*25 *num.*2 .Zecchius *de Republ. Eccleſiaſt. tit. de Regular.cap.*3.*num.*15.qui rectè ſubdit,quod teneatur poſtea hæc Monialis id Superiori ſignificare. Quod intellige, ſi poſſit, & duret egreſſus; 4 quia cum adhuc ille duret, poteſt Superior illum 5 emendare,ſi cauſam,cuius cognitio pertinet ad ipſum,non approbat.At non tenetur,ſi iam egreſſus ceſſauit;vt quia iam Monialis rediit ad Monaſterium;quia tunc Superioris facultate, & approbatione amplius non indiget, ſicuti quid ſimile dicitur de Religioſo, qui cum ratihabitione Superioris iam aliquid donauit.Vide Bonacinam *loco ſuprà cit.*

DVBITATIO XXII.

An, & quæ pœnæ Moniali clausuram violanti, & ei fauentibus infligantur.

SVMMARIVM.

1 *Moniali clausuram violanti,& ei fauentibus duplex Pœna infligitur. Prior excommunicatio Pontificij reseruata Posterior priuatio Dignitatum,& Officiorum.*

2 *Sententia Rodriguez reiicitur,& cur.*

RESPONDETVR, de hac re sic statuit Pius V. in dict. Motu suo,qui incipit,*Decori, & honestati; Aliter autem,quàm(vt præfertur) egredientes, seu licentiam exeundi quomodocunque concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas,siue laicas,aut seculares,vel Ecclesiasticas,consanguineas,vel non,excommunicationis maioris latæ sententia vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice,nisi in mortis articulo, absolui nequeant:& insuper tam egressas,quàm præsidentes, & alios superiores præfatos,eis licentiam huiusmodi concedentes,dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas,& per eos tunc obtentis,priuamus; & illas,& illos ad obtenta,& ad alia in posterum obtinenda,inhabiles decernimus.*

2 Itaque ex dictis duplex pœna infligitur.Prior excõmunicatio Pontifici reseruata,quæ generalis est contra Moniales, aliter ac in Motu Pij V.concediture,egressas, & contra licentiam egrediendi aliter, ac in dicto Motu conceditur, concedentes, comitantes,ac receptantes.Posterior,priuatio dignitatum,administrationum,officiorum tunc obtentorum, & inhabilitas ad illa, & ad alia in posterum obtinenda; & hæc non est ita generalis, sicut excommunicatio (quia solum afficit Moniales egressas, & præsidentes, & alios Superiores licentiam egrediendi concedentes) & non est Pontifici reseruata, sicuti patet ex contextu, & tradunt Doctores apud Lezanam, *ver Clausura, num.21.*

Cæterum,quod docet Rodriguez *tom.1.quæst. 49.art.5.* (Moniales sic egressas contrahere excommunicationem aliam latam in Tridentino *sess.25.cap.5.de Regular.*)mihi non probatur;quia Tridentinum,nec ibi,nec alibi excommunicationem infert contra Moniales egredientes, sed solum contra Monialium clausuram sine legitima causa egredientes.

DVBITATIO XXIII.

An dictæ pœnæ eo ipso ante omnem Iudicis sententiam, etiam criminis declaratoriam, in foro conscientiæ contrahantur?

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Exceptis censuris, & irregularitate, pœna aliæ latæ contra violantes clausuram & quoscunque alios non contrahuntur ante sententiam criminis declaratoriam.*

2 *Pœna,præsertim,quæ non potest absque aliqua hominis actione executioni mandari (etiam si feratur ipso iure, vel ipso facto, & nulla expectata Iudicis sententia) non obligat in foro conscientiæ ante condemnationem.*

3 *Nemo subit pœnam, nisi per sententiam criminis Reus condemnetur.*

4 *Verba(ipso iure, ipso facto) intelligenda sunt de declaratione pœnæ, non autem criminis.*

5 *Lex debet esse iusta, & hominum moribus, & fragilitati accommodari.*

6 *Leges pœnales quatenus præceptum continent, diriguntur ad subditos, quatenus pœnam infligunt,referuntur ad Iudices,vt eas in transgressores exequantur.*

7 *Pœna latæ in motu Gregorij XIII. de datis, & promissis pro iustitia,vel gratia contra transgressores sui motus non cõtrahuntur ante Iudicis sententiam saltem criminis.*

8 *Pœnæ latæ in motu proprio Clementis VIII. de largitione munerum Religiosis interdicta, non contrahuntur in foro conscientiæ ante criminis sententiam.*

9 *Item dic de Clericis non deferentibus habitum clericalem.*

10 *Item dic de Clericis Sodomiam exercentibus contra Nauarrum.*

11 *Lex imponens taxam alicui rei venali,& imponens contrauenientibus pœnas non obligat ante criminis sententiam, licet ante omnem sententiam teneantur restituere excessum pretij.*

12 *Beneficiatus potest retinere beneficium, donec declaretur delictum, propter quod beneficio priuatus est,nisi forte in lege dicatur, pœnam in foro conscientiæ statim soluendam esse.*

13 *Rector Ecclesiæ sine solemnitatibus requisitis alienans rem Ecclesiæ non tenetur abdicare Beneficia ante criminis latam sententiam.*

14 *Item dic de Prælatis,qui Monasteria Monialium contra motum Gregorij XIII.ingrediuntur,& de Religiosis mulieres intra septa monasterij admittentibus.*

15 *Superior Religionis incidens in casum ipso facto priuationis superioritatis,etiam si publicè constet,in dictam pœnam non incurrit absque Iudicis declaratione.*

16 *Hæretici,& alij quorum bona ipso iure confiscantur,non tenentur ad pœnam ante criminis sententiam.*

17 *Bona Hæreticis,& aliorum à die commissi criminis obstringuntur reali obligatione, ita vt ad quemcumque transierint à fisco vindicari possint vna cum fructibus extantibus.*

18 *In delictis hæresis,& similibus sententia fertur etiam contra defunctum, & pœna iurisfictione*

ne retrotrahatur ad diem commissi delicti, sitque executio confiscationis, perinde ac si tunc sententia lata fuisset.

19 *Fisci bona fidei Possessori, verbi gratia emptori, cui res alienata fuit post delictum commissum, si defunctus, cui fiscus succedit, ditior factus sit, tenetur pretium restituere.*

20 *Recipiens donationem à criminoso, adhuc non tenetur bona fisco reddere, nisi à Iudice repetantur licet sciverit pœnam confiscationis à Donatore incursam esse.*

21 *Recensentur pœnæ, quæ in foro conscientiæ non obligant ante Iudicis sententiam criminis declaratoriam.*

22 *Clausulæ* (absque vllo superioris decreto, vel ministerio, vel sententia, absque vlla declaratione, absque vlla sententia, ante vllam sententiam) *quid importent.*

23 *Reus non tenetur exequi in se pœnam sui delicti, non solum in pœnis privativis, sed in aliis, in quibus actio talis exigitur.*

RESPONDETVR negativè (si loquamur de pœnis, exceptis censuris; & irregularitate, de quibus dicam sect. sequenti ad primum) quia lex pœnalis, præsertim, quæ non potest absq; aliqua hominis actione, executioni mandari (etiamsi feratur ipso iure, vel ipso facto, & etiam nulla expectata Iudicis sententia, vt est in casu nostro) adhuc tamen ante sententiam, seu condemnationem, saltem criminis, in foro conscientiæ non obligat; ex eo quia vsu, & consuetudine (quę optima legum exístit interpres) receptum est, quod nemo subeat pœnam, nisi per Iudicis sententiam, saltem criminis, Reus condemnetur, ita vt si in lege subdantur verba *ipso iure, vel ipso facto nulla expectata Iudicis sententia, seu declaratione*, intelligenda sint illa de sententia, seu declaratione pœnæ, non itè criminis; & meritò, quia alioquin lex humana esset nimis dura; cum tamen, vt lex sit iusta, debeat esse (sicuti communiter Theologi, & Canonistę in *c. erit, & cap. in istis, dist.* 4. docent) hominum moribus, & fragilitati accommodata: nam valde alienum à moribus, & natura hominum est, quod idem cogatur esse Reus, Iudex & iustitiæ executor, & sæpe sui criminis occulti proditor, & accusator: quapropter dicendum, quod leges pœnales, quatenus præceptum continent, diriguntur ad subditos, vt eas obseruent, quatenus vero pœnam infligunt, præcipuè referuntur ad Iudices, vt eam in transgressores exequantur; secundariò ad subditos, vt iustæ executioni obtemperent, si pœnam soluere à Iudice iubeantur; sic contra Abbatem *in can. delicti de arbitris*, Castrum *lib. 2. de lege pœnali cap. 8. & 9.* Sayrum *in Clau. Regia lib. 3. cap. 10.* Merollam *to. 1. disp. 1. cap. 2. diffic. 10. nu. 253.* Bonacinam *de clausura quæst. 1. punct. 4. numer. 7. & quæst. 5. punct. 3. num. 2.* Grassis *1. par. decis. lib. 4. cap. 23. numer. 12.* & quosdam alios tenent Caiet. *2. 2. q. 61. ar. 3.* & in Summ. *ver pœna*, Sot. *de iust. lib. 2. quæst. 6. ar. 6.* Silu. *ver pœna, q. 25.* Nauar. *cap. 23. numer. 66. & lib. 3. consil. 8. de donat. edit. 2. & in explic. Bullæ de datis & promissis, num. 44* Corduba *lib. 1. q. 36.* Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 7. q. 1* Mol. *de iust. & iur. tom. 1. tractatu 2. disp. 96. nu. 14.* (vbi dicit esse sententiam communem inter Theologos, & Iurisperitos (Couar. *in 4. decret. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 12.* Vasq. *in 1. 2. to. 2. disp. 168. num. 15.* Salas *de legib. disp. 15. sect. 2. num. 38.* Lorca *in 1. 2. to. 2. disp. 24. de legib.* Becan. *in par. 2. tract. 3. cap. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 9. disputat 30. & lib. 2. mor. cap. 22. numer. 7.* Diana *par. 3. tract. 2. resol. 60.* Sousa *in Exposit. Motus Clementis VIII. de largit. muner. num. 102.* Molfesius *in Summa tom. 1. tract. 9. cap. 9. num. 35.* Suar. *de legib. lib. 5. cap. 5. & 6.* Villalob. *in Summ. tract. 2 diffic. 26. numer. 2.* Ioan. de la Cruz *par 1. dub. 3. de legib.* & alij passim.

Hinc sequitur, quod (licet Gregorius VIII. in Motu suo de datis, & promissis pro iustitia, vel gratia statuat contra dicti sui Motus transgressores, ibi: *Eos omnes omni beneficio ipso iure priuamus, ac priuatos esse declaramus, ac inhabiles ad illa, & ad alia esse volumus.*) Hæ pœnæ tamen ante Iudicis sententiam, saltem criminis, non cõtrahantur, Nauar. *in dict. Motus Gregorij XIII. Exposit. numer. 41.* Sousa, & Mol. *in locis supra cit.* quod maximè procedit in priuatione officij, administrationis, & dignitatis, tunc obtentorum; cum ea sit pœna ad sui executionem aliqua hominis actione egens. 8

Sequitur secundo, quod (licet Clemens VIII, in Motu proprio de largit. muner. Religiosis interdicta, rigidioribus verbis vtatur, ibi: *Omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officiis eo ipso priuatus, ac ad illa, & alia in futurum obtinenda inhabilis in perpetuum, & in capax existat, & hoc absque vllo Superioris decreto, aut ministerio*) hæ pœnæ tamen similiter in foro conscientiæ ante criminis sententiam non incurrantur; Nauar. *cit. num. 44.* & alij Doctores, quos citat, & sequitur Sousa *in dicti Motus Clementis VIII. explicat. cit. n. 102.* & Molfesius *supra*.

Sequitur tertiò, quod idem dicendum sit de pœnis appositis in Bulla Sixti V. contra Clericos non deferentes habitum clericalem, Doctores, quos citat, & sequitur Molfesius *loco supra cit.* 9

Sequitur quartò, quod idem etiam dicendum sit de pœnis appositis in Bulla Pij V. contra clericos sodomiam exercentes; Sayrus *de censur. lib. 7. cap. 12. n. 24.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disputat. 46. numer. 18.* Auil. *de cens. par. 7. disputat. 4. dub. 7. concl. 7.* Hentiq. *lib. 14. cap. 5. n. 1. in gl. lit. F.* Azor. *par. 3. libro 3. cap. 19. q. 5.* Suar. *de cens. disp. 31. sect. 4. num. 22.* Filliuc. *tom. 1. tractatu 17. numer. 127.* Homobon. *par. 2. tractatu 11. cap. 12. q. 26.* Floron. *de casibus referu. par. 2. cas. 7 §. 1. numer. 8* Bonacina *de matrim. quæstio. 4. punct. 11. numer. 2.* Zanard. *par. 2. precept. 6 cap. 9.* & Finell *de casib. referu. cas. 9. numer 6.* Quidquid in contrarium sentire videatur Nauar. *cap. 27. num. 250.* 10

Sequitur quintò, quod lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contrauenientibus pœnas, non obliget hos ad pœnas, saltem ante criminis sententiam, etsi ante omnem prorsus Iudicis sententiam teneantur restituere excessum pretij; Doctores, quos refert, & sequitur Villalob. *loco supra cit. num. 3.* 11

Sequitur sextò, quod beneficiatus possit (donec declaretur delictum, propter quod beneficio priuatus est) beneficium retinere; nisi fortè in lege dicatur, pœnam in foro conscientiæ statim subeundam esse, Surd. *decis. 247.* & Azor. *par. 1. lib. 5 cap. 7. q. 6* Qua de re vide tamen, quæ nos *infra dicemus sect. sequentibus.* 12

Sequitur septimò, quod Rector Ecclesiæ sine solemnitatibus requisitis alienans rem Ecclesiæ, abdicare beneficia ex vi Bullæ Pauli II. *Ambitiosæ* non teneatur, saltem ante criminis latam sententiam; Sanch. *lib. 2. Mor. cap. 22. num. 20.* Nauar. *cit.* 13

*cap.27.num.*110.Henriq.*lib.*13.*cap.* 56 *num.* 41. Graff.*in decis.par.*1.*lib.*2.*cap.* 11.*n.* 41.& Diana *cit.resol* 66.

Sequitur octauò, quod idem dicendum sit de
14 Prælatis,qui contra Motum Gregorij XIII *dubia, quæ emerguntꝰ*,Monasteria Monialium ingrediuntur;& de Religiosis,qui contra Motum Pij V.mulieres intrà septa Monasterij admittunt; Doctores,quos refert, & sequitur Rodrig. *in Explicat. dicti Motus Pij V.num.*32.& Suarez *de Relig.tom.* 4 *lib.*1.*cap.*7.*num.*10.& nos dicemus *Dubitat.*68. & 79.

15 Sequitur nonò, quod superior Religionis incidens in casum ipso facto priuationis superioritatis,non incurrat (etiamsi publicè constet de crimine) in dictam pœnam,donec per Iudicem in eam incurrisse declaretur: quapropter interim non poterunt subditi eum è gubernatione expellere,Doctores,quos citat,& sequitur Io.Valer. *in diffic.vtriusque fori, ver.pœna, differ.*20.*numero* 42.

16 Sequitur decimò,quod hæretici,& alij, quorum bona ipso iure confiscantur, non teneantur, saltem ante criminis sententiam illa fisco restituere,Doctores communiter,quos citat, & sequitur Sanchez *loco cit.cap.*20.*num.*7.& Sanctarellus *de hæresi c.*21.*dub.*1.*n.*6.

Quapropter pœna confiscationis bonorum, quæ ipso iure incurritur ob crimen hæresis, iuxta *cap.cum secundum leges,de hæresi in* 6.ob crimen lesæ Maiestatis,iuxta *l.*5.*& vlt.Cod.ad legem Iuliam, Maiestatis*,& ob similia crimina,non eo sensu intelligi debet,quasi Reus à lege condemnatus,bonorum suorum dominio,vel possessione ante criminis sententiam priuatus sit, vt ea retinere, vel
17 validè alienare non, sed fisco deferre debeat,sui ipsius accusator,Iudex,aut vindex;at debet intelligi in sensu,quod à die commissi criminis ante omnem Iudicis sententiam,bona ipsius Rei reali obligatione,veluti vinculo, astringantur fisco,vt ad quemcumque possessorem,quocumque titulo, contractus hæreditatis,vel legati perueniant,tali oneri obstricta maneant, vt post Iudicis sententiam condemnatoriam, vel declaratoriam criminis,rescisso contractu, testamento, vel legato, vindicari,ac fisco applicari possint, vnà cum fructibus extantibus,vel quatenus possessor inde ditior factus fuerit;sic præter Sanchez, & Sanctarellum *supra* citatos docent ex communiori sententia Caiet.2.2.*q.*61.*art.*3.Sot.*de iust.lib.*2.*quæst.* 6.*art.*6.Couar.*in* 4.*decret.par.*2.*cap.*6.§.8.Azor.*to.* 1.*lib.*5 *cap.*7.*quæst.*1.Corduba *lib.*1.*qq.quæst.* 36. Less.*de iust.& iure lib.*2.*cap.* 29.*num.* 63. Victor. *relect.de Indis,num* 8.Med.*Cod.de eleemosyna,qu.*4. *in princip.*Silu.*ver.hæresis,*1.*quæst.*6.*&* 8. Nauar.*c.* 28.*num.*66 Simanca *tit.*9. *num.* 17. Gomez 3.*resol.cap.vlt.*Vasq.*disp.*170.*cap.*3. Bannez 2.2.*quæst.* 12.*ar.*2.Suar *lib.*5.*de legib.cap.*5.*numero* 9 & Mol. *de iust.tract.*2.*disp.* 95. contra Abbatem *cap.* 1.*de Constit.& cit.cap.dilecti.de arbitris*, Castrum *citat. lib.*2.*de lege pœnali,cap.*10.*&* 11.& Grassis 1.*par.*
18 *decis.lib.*4.*cap.*23. Quare licet in his grauissimis delictis sententia feratur, etiam in defunctum, iuxta *l.vlt.Cod.ad leg.Iuliam Maiestatis,& cap.* 2. *de præscript in* 6.*iunct.gl.ver.hæretici*, Abb.*in cap. vlt de hæreticis in fin* & Couar. *cit.*§.8.*num.* 7. tamen iuris fictione retrotrahitur ad diem commissi delicti,sicque executio confiscationis, perinde ac si tunc sententia lata fuisset.

Aduerte tamen hic,quod fiscus bonæ fidei possessori, verbi gratia emptori, in quem post delictum commissum à defuncto, res alienata fuerit (si exter,vel quatenus inde defunctus, cui fiscus succedit, ditior factus fuerit) pretium restituere teneatur,Gomez 3.*resol.cap.*2.*num.* 2. Vasq. *disp.* 172.*cap.*2.*numero* 2.Sanchez *lib.*2.*Moral cap.* 22. *numero* 68 Simanca *de Cathol.Instit.cit. tit.*9. *numero* 19 *& seqq.*& videri etiam poterit Nauar.*lib.* 3.*conf.*8.*num.*3.*de donat.* & Vasq.*disp.* 171. *cap.*3. vbi subdunt,quod,tametsi aliquis sciens, pœnam bonorum confiscationis ipso iure propter commissum crimen incursam esse, donationem à criminoso recipiat, adhuc non teneatur bona fisco reddere,nisi à Iudice repetantur. 20

Breuiter itaque dico, quod pœnæ, quæ in dictis,vel in aliis Summorum Pontificum,vel S.Cõgreg.constitutionibus imponuntur, v. g. priuationis vocis actiuæ,& passiuæ,priuationis officiorum,dignitatum, administrationum bonorum, &c.Item inhabilitatis ad prædicta,vel alia quæuis obtinenda ipso facto,vel ipso iure, vel eo ipso incurrendæ, non obligant in conscientia, ante Iudicis sententiam, ad minus declaratoriam transgressionis talis legis;quia sicuti dicebam, sic in praxi receptum est,etiam apud doctos, & timoratos viros,vt scilicet non se credant obligatos esse, tales pœnas subire, nisi post dictam Iudicis sententiam, ad minus declaratoriam criminis; quia sic est conforme naturæ legis humanæ, quæ debet esse facilis,& accommodata fragilitati humanæ;cum tamen contrarium(scilicet quod dictę pœnæ contrahantur ante dictam Iudicis sententiam)sit valde durum, & rigidum, & fragilitati humanæ dissonum,& difforme. 21

Quando tamen dictæ pœnæ imponuntur,non solum sub illis terminis,*ipso facto,ipso iure, vel eo* 22 *ipso* incurrendæ,sed etiam cum addito *absque vlla declaratione,ante omnem declarationem, absque vllo Superioris decreto,vel ministerio vel sententia*, &c. tunc,licet probabile sit,quod statim incurrantur, & obligent etiam in conscientia,ante quamcumque declarationem, vel sententiam; quia nihil aliud videntur intendere Pontifices, & legum latores, dum his terminis vtuntur,nisi, quod nulla expectetur declaratio, vel sententia ad illas(sicut ad censuras,& irregularitates)in vtroque foro incurrendas,alias superfluè adderent ly *absque vlla declaratione,absque vlla sententia, ante vllam sententiam*,&c.Suar.*lib.*5.*de legib.cap.*8.Vasq.*loco cit.* & alij nihilominus ob rationes dictas probabile etiam est oppositum;& sic quod per ly *absque declaratione,absque sententia,vel ante declarationem, vel sententiam*, &c.solum denotetur non requiri (ad hoc vt dictæ pœnæ incurrantur,etiam in foro conscientiæ)sententiam, vel declarationem talis pœnæ,sed ante istam incurri, non tamen denotetur,non requiri declarationem, vel sententiam criminis commissi; hoc enim semper requiritur, vti dicebam;quia sic temperatur rigor istarum legum, vt scilicet non teneatur Reus exequi in se pœnã sui delicti;quod maximè verum est in pœ- 23 nis,non quidem purè priuatiuis (in quibus exequendis non exigitur aliqua actio hominis, vt sunt inhabilitas,&c.)sed in aliis, in quibus actio talis exigitur.Vide Bonacinam *de clausura qu.*1. *punct.*4.*n.*7.*& de leg.disp.*1.*q.*1.*punct.* 7 §. 2.*n.*9.*& de contractib.disp.*3.*q.*8. *punct. vlt.* Sousam *in Exposit.Motus Clementis VIII.de largit. muner. cit.nu.* 102.Dianam *par.*3.*tr.*2.*resol.*66. & Petrinum *tom.*1. *priuileg.Minim.in Constit.*6.*Iuly* 11.*n.*19.

SECTIO

SECTIO II.

Difficultates, earumque ſolutiones.

SVMMARIVM.

1 *Affertur ratio, cur cenſuræ & irregularitas ſtatim ante vllam Iudicis ſententiam etiam in foro conſcientiæ incurrantur.*

2 *Leges pœnales, præſertim Eccleſiaſticæ, interdum ſtatim ipſo facto poſt commiſſum crimen, ante omnem Iudicis ſententiam, efficiunt Reum inhabilem ad acquirendum, vel ad vtendum acquiſito.*

3 *Tales ſunt cenſuræ Eccleſiaſticæ, excommunicatio ſuſpenſio, & Interdictum, quæ fuerint latæ ſententiæ.*

4 *Cenſuræ quando ſunt ferendæ ſententiæ non incurruntur, niſi per Iudicem ſit lata ſententia.*

5 *Irregularitas propter crimen contracta obligat ante Iudicis ſententiam in foro conſcientiæ.*

6 *Impedimenta canonica Matrimonij ex crimine contracta obligant ſtatim.*

7 *Inhabilitas acquirendi dominium bonorum incertorum ante omnem Iudicis ſententiam obligat ad reſtituendum Pauperibus & ſibi ipſi etiam applicando partem aliquam, ſtante paupertate.*

8 *Inhabilitas ad ſuffragium tam activum, quam paſſivum ob crimen incurritur ante Iudicis ſententiam ſaltem criminis.*

9 *Inhabilitas acquirendi reditus Beneficij ob omiſſionem horarum canonicarum contrahitur ante Iudicis ſententiam.*

10 *Idem dic de non emittente profeſſionem fidei intra duos menſes poſt adeptam poſſeſſionem alicuius Beneficij Curati, Canonicatus, ſeu Dignitatis in Eccleſia cathedrali contra Sanchez & alios.*

11 *Leges tam Imperiales, quam Pontificiæ imponentes pœnam ipſo iure, & ante Iudicis ſententiam obligantes non tam rigoroſè interpretantur vt ſtatim verbi gratia Reus excidat Dominio, ſed quod Iudicis ſententia retrotrahatur ad diem commiſſi delicti.*

12 *Verbum (ipſo iure, vel ipſo facto accommodatur pœnæ ſecundum capacitatem ipſius pœnæ, & Verbum ante ſententiam Iudicis) intelligitur ad ſummum ante ſententiam pœnæ, non item ante ſententiam criminis.*

13 *Pœna teſtamentaria de facto contrahitur in foro conſcientiæ ante vllam Iudicis ſententiam non ex eo quod infligitur ſine Executore; ſed quia voluntas Teſtatoris ſic diſpoſuit.*

14 *Vxor relicta Domina, & vſufructuaria quamdiu caſte vixerit, adueniente caſu caſtitatis omiſſæ tenetur in conſcientia de conſumptis.*

15 *Idem dic ſi prohibita tranſire ad ſecundas nuptias non ſeruet hanc conditionem impoſitam.*

16 *Pœna teſtamentaria potius conditionis, quam pœnæ rationem habet*

17 *Pœna conuentionalis in foro conſcientiæ ante Iudicis ſententiam contrahitur.*

18 *Aſſignatur diſparitas inter pœnam conuentionalem & legalem.*

19 *Pœnam conuentionalem, probabile eſt in foro conſcientiæ ſoluendam non efficiantequam Debitor talis pœnæ per ſententiam Iudicis ad eam compellatur, & cur.*

20 *Is cuius bona ſunt confiſcanda, ſi fraude, vel mendacio id impediat, non tenetur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ.*

21 *Reus impediens ſententiam confiſcationis nõ facit contra iuſtitiam commutatiuam; ſed ſoluũ contra veritatem & obedientiam, & iuſtitiam legalem, quarum virtutum violatio non obligat ad reſtitutionem.*

22 *Quiſque ſicut habet ſummum ius ad tuendam vitam; ita habet ſummum ius ad tuenda bona quæ ſunt inſtar vitæ.*

23 *Hæreticus, qui fraude, mendaciis, vel falſis teſtibus ſe defendit, & impedit ſententiam, & bonorum confiſcationem, non tenetur ad reſtitutionem.*

24 *Adultera, quæ per adulterium ipſo iure dotem amittit, non tenetur eam Viro tradere ante ſententiam Iudicis.*

25 *Vir poſſidens dotem Vxoris adulteræ, non tenetur eam Vxori repetenti reſtituere; quia poteſt ei adulterij exceptionem opponere.*

26 *Idem dic de eo, cuius bona ob non ſolutum vectigal ſunt ipſo iure fiſco commiſſa.*

27 *Idem dicendum etiam eſt de Cuſtodibus non accuſantibus in caſu, quo conſtituta ſit pœna in eos, qui certo loco venantur, lignantur &c. ſecus ſi agatur de damno dato.*

28 *Lex pœnalis, & commiſſoria non eſt facta vt Reſpublica, vel alter pœnis locupletetur, ſed ſolum vt leges ſeruentur, & ſubditi officium ſuum præſtent.*

29 *Cuſtodes ſtipendio conducti ſi non accuſant damnificantes, peccant contra officium, & ſic contra iuſtitiam.*

30 *Ciuis impediens Militem Principis iuſte de mandato ipſius expilantem bona ciuitatis, non tenetur ad reſtitutionem.*

31 *Teſtes impedientes falſo teſtimonio ſententiam, & confiſcationem bonorum, non tenentur ad reſtitutionem, & cur.*

32 *Idem dic de Procuratore fiſcali ſi in dictis caſibus non accuſet, & de Iudice, ſi non condemnet.*

OBiicies tota ratio, cur cenſuræ, & irregularitas ſtatim ante vllam Iudicis ſententiam, etiam in foro conſcientiæ, incurrantur, eſt quia ſunt pœnæ priuatiuæ, nulla hominis actione ad ſui executionem indigentes, ergo idem, ſaltem de inhabilitate (cũ & hęc ſit eiuſdem naturę ac ſunt cẽſuræ, & irregularitas) dicendum erit. 1

Reſpondetur, nego antecedens, & conſalem; ſed tota ratio doctrinæ eſt; quia (ſicut infra dicetur) Tridentinum clarè indicat, & vſus, & conſuetudo iam explicuit, quod cenſuræ, & irregularitas, etiam in foro conſcientiæ, nulla prorſus expectata Iudicis ſententia contrahantur, non ſic autem inhabilitas, licet & hæc etiam ſit pœna priuatiua, & nulla hominis actione ad ſui executionem indigens, ſicut ſunt cenſuræ, & irregularitas; Doctores, quos refert, & ſequitur Sanch. *lib. 9. de matrim. diſp. 30. num. 1. & ſeqq. & lib. 2. mor. cap. 6.*

Itaque leges pœnales, præſertim Eccleſiaſticæ, interdum ſtatim ipſo facto poſt commiſſum crimen, ante omnem prorſus Iudicis ſententiam, efficiunt Reum inhabilem ad acquirendum, vel ad vtendũ acquiſito; ita vt in conſcientia, infamia tamen ſui remota, abſtinere teneatur; atque ita præter Sanchez loco ſupra cit. docent Caiet. 2. 2 *quæſt.* 61. *ar.* 3 Nauar. *cap.* 23. *numer.* 67. Sotus *de inſt. &* 2

inſt.

*iur.lib.*1.*quæſt.*3.*ar.*6.Caſtrus *lib.*2. *de lege pœnali*, Mol.*de iuſt.tom.*1 *tract.*2.*diſp.*96. Suar. *lib.*5.*de legib.c.*8.Sà *ver.pœna,n.*1.Rodrig.*to.*1.*qq. Regul.q.*6. *ar.*16.& alij communiter.

3 Primò in cenſuris Eccleſiaſticis, excommunicatione,ſuſpenſione,& interdicto, quæ fuerint latæ ſententiæ,vt ſi dicatur,*quod ipſo facto,ipſo iure, aut eo ipſo* ſint incurrendæ:tum enim ſtatim, non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in interiori conſcientiæ obligant; ita vt ante omnem prorſus Iudicis ſententiam teneatur tranſgreſſor legis ad illas obligantis, illas ſubire;quia ſic eſt communis praxis totius Eccleſiæ; tum qnia ſic videtur ſupponere Tridentinum Concilium *ſeſſ.*24.*cap.*6. nam, dum ibi concedit Epiſcopis facultatem abſoluendi ab

4 eis,quando ſunt occultæ,videtur ſupponere clarè eas incutri, etiamſi non deductæ ad forum exterius.Quamuis,quando dictæ pœnæ non ſunt latæ ſententiæ,ſed ferendæ(vt ſi dicatur, ſub *pœna excommunicationis,ſuſpenſionis,interdicti*, &c.vel dicatur, *Excommunicabitur,ſuſpẽdetur, excommunicetur, ſuſpendatur, &c.*) non incurrantur, donec per Iudicem ſit lata ſententia; quia ſic etiam è contra in iſto caſu eſt communis praxis totius Eccleſiæ.

Secundò,in irregularitate propter crimen con-

5 tracta.

6 Tertiò,in matrimonij impedimentis canonicis ex crimine contractis.

Quartò, in inhabilitate acquirendi dominium

7 bonorum incertorum, quæ ex furto, rapina vel vſura poſſidentur,& propriis dominis reſtitui non poſſunt:hæc enim pauperibus(etiam non exceptis ipſis poſſidentibus, ſi reuera pauperes ſunt) ante omnem Iudicis ſententiam erogari debent, iuxta *cap.cum tu, de vſuris*, & meritò, quia ex ſe ſunt aliena,& non propria.

8 Quintò,in inhabilitate ad ſuffragium,tam actiuum,quàm paſſiuum,quæ interdum ipſo facto infligitur;ſic Suar.*lib.*5.*de legib.cap.*9.& Bonacina *de clauſur.quæſt.*1.*punct.*4.*num.*7.quamuis Sot.*lib.*1.*de iuſt.q.*6.*ar.*6.*ad*4.Mol.*cit. diſputat.* 96. & Sanchez *cit.diſp.*30.*num.*2.negent,inhabilitatem dictam ipſo facto inflictam ob crimen, ante ſententiam ſaltem criminis,incurri iuxta ea, quæ ſupra dicebantur.

Sextò,in inhabilitate acquirendi reditus bene-

9 ficij ob horas canonicas non recitatas,iuxta Concil.Lateranenſe ſub Leone X. ibi:*Beneficiorum ſuorum fructus non faciant ſuos.* Et paulò poſt:*Tanquam iniuſtè perceptos erogare teneantur.* Item ob reſidentiam iuxtemiſſam,iuxta Tridentinum *ſeſſ.*24.*cap.*1. *de reformat.*ibi: *eum pro rata temporis abſentiæ,fructus ſuos non facere; nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta,illos ſibi detinere poſſe.* Simi-

10 lis etiam videtur eſſe pœna,quæ in eodem Tridentino *citat.ſeſſ.* 24. *cap.* 12. *de reformat.* prouiſis de beneficio curato,vel Canonicatu,vel dignitate Eccleſiæ Cathedralis imponitur; vt (niſi intra duos menſes poſt diem poſſeſſionis adeptæ, fidei profeſſionem fecerint)fructus ſuos non faciant;ſic Azor. *tom.*2.*lib.*7.*cap.*2.*quæſt.*1.& Bonacina *loco ſuprà cit.* Quamuis Sanchez *cit.lib.*2.*mor.cap.*6. *numer.*11.& alij putent,etiam ad hoc, opus eſſe Iudicis ſententiam,& condemnationem, & Beneficiatus ita perceptos fructus reſtituere cogatur, iuxta ea etiam, quæ ſupra dicebantur.

Confirmantur omnia ſupra dicta; quis licet

11 dubium non ſit (quod ſupremus Princeps ex plenitudine poteſtatis ſubditos ob crimen graue, vel pernicioſum, ipſa lege lata, abſolutè ſpoliare poſſit dominio,vel iure iam acquiſito, ita vt ante omnem Iudicis ſententiam teneatur Reus poſitiuã pœnalem actionem in ſeipſum exercere, abdicando ſe dominio,ac iure iam acquiſito, ſicuti videre eſt apud Suar.*cit.lib.*5.*cap.*5. *& ſeqq.*)tamen adhuc negari non poteſt,non ſatis conſtare, tales leges, ſeu Imperatorias, ſeu etiam Papales hactenus ita rigoroſè latas, vel ita rigoroſè vſu receptas eſſe; quamuis enim aliquando explicitè dicatur,vt v.g. pœna priuationis, vacationis officii, vel beneficii ipſo iure,ac facto contrahatur,adhuc tamen id benignius explicari poterit,vt ſcilicet Reus non ſtatim excidat dominio, ſeu iure retinendi officium, vel beneficium,modò illud per ſe,vel per alium adminiſtret,ſed vt lata poſtea à Iudice ſententia criminis, idẽ operatur ob iuris diſpoſitionẽ,ac ſi tempore commiſſi criminis lata fuiſſet,ſicuti ſupra dicebatur etiam de pœna confiſcationis bonorum;& tradunt Caiet.2.2.*q.*61.*ar.*3.Couar.4.*decret.par.*2. *cap.*6.§.8.*num.*8.Nauar.*comment.de datis, & promiſſis notab.*31.*num.*44.Auila *de cenſur.par.*1.*Dub.*7. Sanch.*lib.*2.*moral.cap.*26.Leſſ.*de iuſt.& iur.cap.*35. *Dub.*26.*in princip.*Sà, *ver.pœna, num.*1.& Suar. *de relig.tom.*1.*tract.*3.*lib.*4.*de ſimon.cap.*43.*num.*13.vbi

12 hanc regulam generalem,& communiter receptam tradit; *Quando aliquis per pœnam priuatur re ſua, non obligatur ad executionem ante ſententiam criminis*,& licet addatur verbum,*ipſo iure, vel ipſo facto*, tale verbum accommodatur pœnæ ſecundum capacitatem ipſius pœnæ: & licet addatur verbum, ante ſententiam Iudicis,tale etiam verbum accommodatur,vt intelligatur, ad ſummum ante ſententiam pœnæ, non item ante ſententiam criminis.

Obiicies ſecundò; pœna teſtamentaria de fa-

13 cto contrahitur in foro conſcientiæ ante vllam Iudicis ſententiam,ergo & pœna legalis.

Reſpondetur;diſparitas eſt;quia quod dicitur in antecedente,verum eſt,non ex eo,quia pœna teſtamentaria infligitur ſine executore,ſed ex eo, quia iam euenit caſus,in quo voluntas teſtatoris ſic diſpoſuit;quapropter & reliqua à teſtatore diſpoſita in aliis caſibus non egent declaratione Iudicis, cum caſus illi eueniant, ita diſponente teſtatore,v.

14 g.ſi vxor relicta ſit domina,& vſufructuaria,quamdiu caſtè vixerit,aduenientе caſu caſtitatis omiſſæ, deſinit marito ſuccedere in illis bonis ,ſic ſibi diſpoſitis,& conſequenter tenetur in conſcientia de conſumptis,poſtquam deſiit caſtè viuere, etiamſi nullus Iudex humanus ad hoc compellat:ſimiliter in caſu,quo maritus reliquerit illam dominam,vel

15 vſufructuariam,niſi tranſierit ad ſecundas nuptias, deſinit in conſcientia,ſiue clam, ſiuè publicè nubat,eſſe domina vel vſufructuaria, etiamſi nullus Iudex,nullus executor inhibeat:quorum omnium vna communis eſt ratio;quia ſcilicet ventum eſt ad caſum, in quo teſtator noluit, bona ſuà ad illam tranſire;ac per hoc tunc vxor nullum ius habet in illis bonis,quæ ſolum ex voluntate teſtatoris habebat,quidquid iuris in illis habebat. Itaque dici-

16 tur,quod pœna teſtamentaria, potius conditionis, quàm pœnæ rationem habeat, & ſic manifeſtè patet ad argumentum diſparitas.

Obiicies tertiò; ſaltem pœna conuentionalis(ſi

17 ſit poſt moram culpabilem,& notabilem,verbi gratia ſupra decem dies,& moderata iuxta menſuram culpæ) in foro conſcientiæ ante Iudicis ſententiam contrahitur;ergo & pœna legalis.

Reſpondetur:concedo antecedens:at nego conſequen

18 ſequentiam ; & diſparitas eſt; quia pœna conuentionalis debetur ex vi pacti inter contrahentes initi;non ſic pœna legalis,& iudicialis:hęc enim non debetur ſimiliter ex vi pacti,& promiſſionis rei,ſed ſolum ex lege,vel præcepto Iudicis delictum punientis. Silu. *ver. pœna.n.*14. Mol. *de iuſt.& iur.diſp.* 97. Paludanus *in* 4 *diſt.*47.*q.*1.*ar.*2. Petr. Nauar. *de reſtit.lib.*2.*cap.*3.*num.*236. Layman. *lib.*3.*tract.*4.*cap.* 30.*nu.*6.& Couar. *in epit.*4. *Decret.*2.*p. cap.*6.§. 8.*n.* 11. qui tamen rectè ſubdunt, quod ſicut pœna legalis, & iudicialis non debetur ante ſententiam Iudicis, ita conuentionalis (etiam circumſtantiis ſupradictis exiſtentibus) non debeatur ante exactionem partis, quæ hic Iudicis vicem ſupplet: eſſet enim etiam nimis durum, & hominum moribus non accommodatum,quod ſolutio talis pœnæ debeatur ante exactionem partis, quamuis ſit æquum, quod debeatur parte exigente ante ſententiam Iudicis,quia debetur ex pacto.quare ſicuti Iudici iubenti non licet in vlla pœna reſiſtere, ita licet parti exigenti pœnam conuentam denegare.

19 Reſpondetur ſecundò : nego antecedens ; quia probabile etiam eſt,neque pœnam conuentionalé in foro conſcientiæ ſoluendam eſſe, antequam debitor talis pœnæ per ſententiam Iudicis ad eam compellatur; ſicuti contra Doctores *ſupra* citatos ſentiunt Adrian. *quolib.* 6.*ar.*2.*concl.*2.*illat.*3. Lopez *de contract.lib.*1.*cap* 31.*& cap.*34. Nauar. *cap.*23.*n.* 68. Vaſq.*diſp.* 173.*cap.*1.*num.*3.& Sanch *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 37.& ratio eſſe poteſt, quia mens contrahentium, & pœnam apponentium eſſe videtur (niſi aliud exprimant,vt cogere poſſint ſecum contrahentem ad ſeruandam fidem , & vt ius habeant compellẽdi eum ad pœnæ ſolutionem,ſi fefellerit. Accedit, quod , cùm pœna ſit contra voluntatem, ipſius,conditio naturalis poſtulare videtur , quod non debeatur , niſi debitor ad eam ſoluendam cogatur.

20 Obiicies quartò, ſequeretur , quod ſi is,cuius bona ob crimen iuſtè iunt confiſcanda , vel diripienda , fraude , vel mendaciis id impediat,neque ad reſtitutionem in foro conſcientiæ teneatur.

Reſpondetur,: concedo totum; quia huiuſmodi occupatio bonorum conſtituta eſt in pœnam criminis.& pœna ex dictis non debetur ante ſententiam,ſaltem declaratoriam,criminis; immò probabiliter neque debetur ante ipſius pœnæ conſtitutiuam ſententiam, qua iubeatur ipſa pœna ſoluita quia ſic , & non in maiori rigore , videntur leges receptæ:quapropter,etiam tali ſentẽtia non ſecuta probabiliter adhuc neque debetur pœna,niſi in caſu,quo lex ad illam obliget ante ſententiam Iudicis.

Inſtabis:non deberi per modum pœnæ ratione criminis initio commiſſi,at deberi ſaltem per modum compenſationis damni ratione doli quatenus mendaciis impediendo Reus iudicij curſum , & ſententiam iniuſtè, impediuit commodum , quod inde erat fiſco obuenturum , & ad quod fiſcus ius habebat ; maximè , ſi crimen ſit,ſaltem ſemiplenè, probatum : quia tunc Reus tenetur veritatem fateri , conſequenter & damnum iniuſtè illatum compenſare;ſic Sot. *de iuſt.lib.*1.*q* 6.*ar.*6 & Mol. *diſp.* 95.§. *duo ſunt.*

21 Reſpondetur:nego antecedens;quia opus illud, quo Reus ſententiam impedit , non eſt contra iuſtitiam commutatiuam,ſed ſolum contra veritatem,& obedientiam,& iuſtitiam legalem , quarum virtutum violatio non obligat ad reſtitutionem: non enim poſita ſemiplena probatione , tenetur Reus lege iuſtitiæ commutatiuæ veritatem fateri, ſed lege obedientiæ,& iuſtitiæ legalis,& religionis ſi iurauit.

Accedit , quod etiamſi opus illud,quo impedit, eſſet contra iuſtitiam in ordine ad ferendam ſententiam(vt ſi minaretur Iudici,ne ſententiam ferat,vel actori,ne in cauſa pergat) non eſſet tamen contra iuſtitiam in ordine ad iſta bona , quatenus ſcili. et fiſcum,vel actorem ab iſtis conſequendis impedit; tum propter rationes iam ſupra dictas ; tum quia, 22 ſicut quiſque habet ſummum ius in tuenda vita,ita etiam habet ſummum ius in tuendis bonis , quæ ſunt inſtar vitæ , cum abſque illis vita ſit inuita: quapropter,ſicut is,qui non ſinit,ſibi eripi vitam, ob crimen iuſtè eripiendam,non facit contra iuſtitiam , vt ad reſtitutionem vllam teneatur , etiamſi alteri inde maximum commodum erat ſecuturum; ita nec is,qui non ſinit,ſibi eripi bona , ob crimen iuſtè eripienda,facit contra iuſtitiam, vt ad reſtitutionem aliquam obſtringatur,etiamſi fiſco inde maximum emolumentum erat peruenturum : & quamuis faciat Reus contra iuſtitiam in Iudicem armis reſiſtendo,vel minando illi,hæc tamen iniuria contra iuſtitiam in Iudicem , non eſt in illum, cui erat pœna applicanda;quia ille ius ad eam non habebat,niſi poſt ſententiam Iudicis poſitam:immò ſententia Iudicis poſita non habet ius,vt Reus ſponte bona ſua ei tradat,aut cum illis non fugiat, cum ad nihil horum per Iudicis ſententiam ſit condemnatus,ſed ſolum per miniſtros publicos ea occuper,& auferat,qua quidem occupatione facta & eorũ poſſeſſione pacifica cõſecuta,Reus nõ amplius ius habet illa ſubripiendi , vel vi auferendi, cum iam illorum dominium , & poſſeſſionem per ſententiam Iudicis poſitam amiſerit;quapropter ſi poſtea auferret,ad reſtitutionem teneretur.

Ex his ſequitur , Hæreticum, qui fraude , mendaciis , vel falſis teſtibus ſe defendit , & impedit ſententiam , & bonorum confiſcationem , ad reſtitutionem non teneri , quia non facit fiſco iniuriam , vel ſaltem talem , quæ reſtitutioni ſit obnoxia. 23

Sequitur ſecundò,idem dicendum de adultera, quæ per adulterium ipſo iure dotem amittit : non enim tenetur eam viro tradere ante ſententiam Iudicis. Vnde etiamſi falſis probationibus ſe defendat,aut falsò probet , etiam virum adulteraſſe, ſicque ſententiam diuortij impediat;non tamen ad reſtitutionem tenetur. Similiter ſi à ſententia iniquè appellet.nam appellatio ſententiam ſuſpẽdit. Quamuis , ſi vir dotem poſſideat, non tenetur eam vxori repetenti reſtituere , quia poteſt ei adulterij exceptionem opponere , ſicuti colligitur ex cap.plerumque de donat.inter virum,& vxorem. 24 25

Sequitur tertiò , idem dicendum de eo , cuius bona propter non ſolutum vectigal , vel propter res prohibitas , vel exportatas , ſunt ipſo facto addicta , ſeu commiſſa fiſco , vel alteri , quia cum & hoc fiat in pœnam criminis , requirit etiam ſententiam Iudicis , vnde , ſi is ſententiam impediat, vel ita agat , vt crimen conſtare non poſſit , ad reſtitutionem non tenetur. Similiter ſi cum rebus ſuis , priuſquam occupentur , fugiat ; quamuis teneantur ſoluere vectigal,ſi iuſtum erit, quia huiuſmodi vectigal non eſt conſtitutum in pœnam, ſed in iuſtam compenſationem ratione gubernationis , vel ſecuritatis , quam Princeps in beneficium Communitatis præſtat. 26

Sequitur

27 Sequitur quartò, idem dicendum de custodibus dissimulantibus, vel non accusantibus, in casu, quo constituta sit pœna in eos, qui certo loco venantur, lignantur, piscantur, vel certas merces important, vel exportant, aut vectigal non soluunt; quia ex dictis pœna non debetur ante sententiam; tum quia (licet hic forsan non agatur de solutione pœnæ, sed de damno dato; vel commodo contra officium neglecto) custodes non tenentur ex iustitia accusare, vt dominus, vel Respublica pœnis dicetur, sed solum vt damna impediantur, & vectigalia soluantur; cum officium ipsorum sit, non pœ-
28 nas, sed vectigalia procurare, & res suæ custodiæ creditas indemnes præstare. Accedit, quod lex quoque pœnalis, & commissoria non est facta, vt Respublica, vel alter pœnis locupletaretur, sed solum vt leges seruentur, & subditi officium suum præstent.

Atque ita docent Nauar. *cap.* 25. *num.* 34. & Silu. *ver. Restitutio*, 3. *quæst.* 5. quamuis contrarium sentiant Sot. *de iust. & iur. lib.* 1. *quæstio.* 6. *ar.* 6. *ad* 4. Petr. Nauar. *de restit. lib.* 3. *cap.* 4. *numer.* 142. & Salon.
29 *quæstio.* 62. *ar.* 7. *controu.* 5. moti ex eo; quia custodes non accusando, vel non apprehendendo, sunt causa damni suis dominis, à quibus stipendium accipiunt: nam cum domini hoc ipso, quo quis cõtra legem huiusmodi pœnalem delinquit, ius acquirãt ad pœnam, tenentur ipsi hoc ius non negligere, quod si negligant, peccant contra officium, & sic contra iustitiam: quapropter tenentur de damno secuto. Sed ad istorum Doctorum fundamenta solutio patet ex dictis.

30 Sequitur quintò, idem dicendum in casu, quo Miles iustè vrbem aliquam concessu Principis expilat, quia fit hoc etiam in pœnam criminis cuius omnes ciues præsumuntur participes. Vnde etiamsi mendaciis, fraudibus, vel etiam vi militem quis ciuium impediat, ne res ipsius miles diripiat, non tenetur ciuis ad restitutionem,

31 Sequitur sextò, idem dicendum de testibus, qui falso testimonio impediunt sententiam, & consequenter confiscationem bonorum; quia ex dictis fiscus, vel actor non habet ius ad bona occupanda, nisi post sententiam Iudicis posita: quapropter, hac non posita, non fit iniuria fisco, vel actori ex hac parte; tum quia principalis author, & qui mandat, ad restitutionem non tenetur, ergo neque tenebuntur secundarij, qui illum iuuant, seu cooperantes, & adiuuantes; tum quia ab huiusmodi testibus fiscus, detecta falsitate, non solet exigere cõpensationem damni, quod bona Rei ipsi non obuenerint, sed solum solet illos punire, tanquam periuros: ergo signum est, quod non censeat sibi ab illis factam iniuriam restitutioni obnoxiam.

32 Sequitur septimò, idem dicendum de Procuratore fiscali, si in dictis casibus non accuset. Idemque de Iudice, si in iisdem casibus non condemnet; quod scilicet neuter istorum ad pœnæ compensationem fisco, vel actori teneatur.

SECTIO III.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Defendens se falsis testibus in casibus supradictis tenetur ad expensas litis. Ladens aliquem ad expensas medicorum & non soluens iustum vectigal, ad illius solutionem.*

2 *Pactum, quod pignus incidat in commissum licitum est, & mora solutionis interueniente, etiam cessante pacto licitum est pignus detrahere postquam ter denunciatum est debitori, vt soluat.*

3 *Creditor, si pignus distrahat, non potest (saltem in foro externo) neque per interpositam Personam illud emere.*

4 *Pœna triplex est legalis, iudicialis, conuentionalis, & quæ singulæ sint.*

5 *Pœna legalis benigniorem interpretationem admittit quam pœna conuentionalis, & iudicialis.*

6 *Parochus, qui ex lege pœnali tenetur fieri sacerdos intra annum, alias vacet beneficium, non contrahit talem pœnam anno non elapso.*

7 *Pœna conuentionalis (sicut iudicialis) constituta nisi ad certum tempus aliquid pactum fuerit, tempore culpabiliter elapso contrahitur.*

8 *Pœna ante tempus contracta peti non potest nisi tempus statum aduenerit.*

9 *Assignatur aliud discrimen inter pœnam statutam ab homine, & statutam à lege, & quod nam sit.*

10 *Obligatio nisi pœnalis dicitur conuentionalis, & ab homine prouenies, & ideo si is, qui nouit sit in mora culpabili v.g. ingrediendi Religionem vel prorogationem, vel dispensationem obtineat à summo Pontifice.*

11 *Reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad pœnam honestam, & non nimis acerbam, debet illam per se ipsum exequi.*

12 *Reus damnatus ad pœnam pecuniarum debet eã soluere; quamuis expectare possit donec exigatur. Limita nisi Iudex expressè iubeat, quod Reus sine alia admonitione pecuniam per se asferat.*

13 *Damnatus ad carcerem, vel ad exilium debet se conferre, & ibi manere.*

14 *Damnatus ad abstinentiam, vel sui ipsius flagellationem moderatam, & non infamem, debet eam præstare.*

15 *Reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad pœnam mortis, mutilationis, vel flagellationis publicæ, & infamis debet ad illam cooperari indirectè tamen, & per accidens, secus directè, & per se.*

16 *Damnatus ad venenum bibendum non tenetur obedire, quia qui venenum sciens bibit, non minus directè ac positiuè ad sui occisionem concurrit, quam si liquidum, ac feruens plumbum bibat.*

17 *Directa, & positiua sui ipsius occisio non potest neque iustè executioni mandari.*

18 *Damnatus ad mortem inedia patiendam, non tenetur cibum sibi clanculum contra Iudicis voluntatem subministratum recusare, sed licitè potest illum acceptare.*

19 *Damnatus ad mortem inedia patiendam potest cibum recusare, si illi clam offeratur; quia non concurrit actiuè ad mortem suam, sed eam fortiter sustinet amore iustitiæ.*

ADuerte tamen, quod si in aliquo ex dictis casibus aliquod damnum iniustè inferat is, qui 1

res

res suas tuetur, teneatur ad restitutionem, v. g. si falsis testibus se defendat, teneatur ad expensas litis; si resistendo lædat, teneatur ad expensas medicorum; si vectigal iustum nõ soluat, teneatur ad solutionem illius, &c. Idemque dic de adiuuantibus, & cooperantibus.

2 Aduerte secundò, quod licitum sit pactum, vt si debitor in mora soluendi fuerit, verbi gratia si pensionem, vel censum biennio non soluerit, pignus, vel hypotheca statim distrahi possit, atque inde accepto debito, quod reliquum est, debitori restituatur; sicuti colligitur ex dictis *sect. præcedenti ad tertiam difficultatem, & ex leg. si conuenit, ff. de pignor. act.* Quin etiam si nihil conuentum fuerit de pignore distrahendo, adhuc illud distrahi poterit, biennio post moram, & interpellationem debitoris *l. vlt. Cod. de iure dominij.* Item, etsi conuentum fuerit, vt pignus distrahi non possit, adhuc postquam ter denunciatum est debitori, vt soluat, bienniumque interim elapsum est, pignus distrahi poterit, *cit. l. conuenit*, & docet gl. ibi, 3 Silu. *ver. pignus, q.* 10. & Nauar. *c.* 27. *n.* 205. Quamuis si creditor pignus distrahat, non possit (saltem in foro externo) ipsemet, neque per interpositam personam illud emere, *l. & qui, Codic. de distract. pignor.* 4

Aduerte tertiò, quod (cum ex dictis etiam supra loco cit. ad tertiam difficultatem, detur triplex pœna, vna legalis, quæ lege propter culpam decernitur; alia iudicialis, quæ à Iudice in particulari causa imperatur: tertia conuentionalis, quæ per partium contrahentium consensum, soluenda ab eo, qui verbi gratia à contractu recesserit, vel in 5 mora culpabili fuerit restituendi debitum, statuitur, *leg. si pacto, Codic. de pactis, & in cap. significante, de pignoribus*) inter hæc pœnarum genera 6 discrimen, præter assignatum supra, aliud sit, quod scilicet benigniorem aliam interpretationem admittat pœna legalis, quàm conuentionalis, & iudicialis, sicuti notant Bart. & alij passim *in leg. cum stipulatum, ff. de verb. obligat.* & Sanchez *lib.* 4. *mor. cap.* 12. *numero* 25. Nim, si lege pœnali decretum fuerit, quod ad certum tempus aliquid peractum sit, alioquin pœna contrahatur (verbi gratia nisi Parochus intra annum sacerdos factus fuerit, ipsius beneficium vacet, *cap. licet canon de elect. in* 6.) talis pœna, priusquam annus integer 7 elapsus sit, non contrahitur, *cap. commissa, eod. tit. in* 6. At verò pœna conuentionalis (sicut & iudicialis) constituta, nisi ad certum tempus aliquid peractum fuerit, statim (cum tantum temporis culpabiliter elapsum est, vt in reliquo tempore illud perfici certò non possit) incurritur, *citat. leg. cum stipulatus*, & docet *gloss. in leg. in illa stipulatione, ff. eod.* vbi tamen rectè subdit, & 8 sumitur ex *leg. hoc iure, & leg. si ita stipulatus essem, ff. eod.* quod, licet in hoc casu ante tempus pœna contracta sit, peti tamen illa non possit, donec tempus statutum aduenerit: quapropter in effectu 6 discrimen, præter assignatum supra, hoc aliud est inter pœnam statutam ab homine, & statutam à lege, quod si ante lapsum tempus (quando iam opus perfici non posse certum est) terminus prorogatur, non contrahitur pœna legalis, sed pœna conuentionalis permanet; quippe quæ ante prorogationé temporis incursa est, sicuti colligitur ex *cit. l. cum stipulatus*, & docent communiter Doctores, quare 10 mitius agitur cum lege, quàm cum homine, ait gl. *in l. Celsus, ff. de recept. arbitr.* & videri potest Sanch. *loco supra cit. num.* 16 vbi propterea idem docet de voto pœnali; quippe cuius obligatio quasi conuentionalis est, & ab homine prouenions: quapropter si quis votum edidit, v. g. Religionis ingrediendæ, nisi intra certũ tempus, v. g. biennium, aliquod opus perfecerit, postea verò, cum illud, culpabili mora interposita, in reliquo biennij tempore perficere non possit, temporis prorogationem, vel dispensationem à summo Pontifice impetrat, non ideo pœna hæc adiecta, & iam contracta, censeri debet sublata, si eius mentio specialis facta non sit.

Aduerte quartò, quod Reus postquam per Iudicis sententiam condemnatus est ad pœnam honestam, & non nimis acerbam, debeat illam per seipsum exequi; quia quisque subditus superiori suo iusta, & moraliter possibilia imperanti obedire debet; S. Th. 2. 2. *qu.* 62. *ar.* 3. Caiet. *ibid. & q.* 69. *ar.* 3. *ad* 4. Nauarr. *Comment.* 4. *de Regul. num.* 63. Driedo *de libert. Christ. cap.* 6. Suarez *de legib. lib.* 3. *cap.* 10. *numer.* 15. Salas *disp.* 15. *sect.* 7. & Castrus *lib.* 2. *de lege pœn. c.* 3. 11

Hinc damnatus ad pœnam pecuniariam, debet eam soluere; quamuis expectare possit, donec exigatur; sicuti supra cit. sect. superiori dicebam, & docent Nauar. *c.* 23. *n* 66. & Salas *loco cit. n.* 82. Excipe, nisi Iudex expressè iubeat, quod Reus sine alia admonitione pecuniam per se afferat. 12

Secundò, damnatus ad carcerem, vel ad exilium, debet eò se conferre, & ibi manere; Doctores, *in locis suprà citatis.* 13

Tertiò, damnatus ad abstinentiam, vel sui ipsius flagellationem moderatam & non infamem, debet eam præstare, Sot. *de iust. lib.* 1. *q.* 6. *ar.* 6. Suar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 17. Vasq *disp.* 173. *cap.* 3. & est in vsu in quibusdam Religionibus, & Tribunal Officij S. Inquisitionis. 14

Aduerte quintò, quod Reus, postquam per Iudicis sententiam condemnatus est, ad pœnam mortis, mutilationis, vel flagellationis publicæ, & infamis, debeat ad illam cooperari, indirectè tamen, & per accidens, quatenus id conueniens, vel necessarium est ad publicæ iustitiæ pœnam perferendam, ne legitimæ potestati resistere videatur; quare damnatus ad furcam, debet scalas conscendere, damnatus ad gladium, debet collum præbere. 15

Quamuis non debet ad illam cooperari directè, & per se; quia directè, & per se in seipsum pœnam tam acerbam, vel ignominiosam exercere (vt seipsum in publico foro flagellare) est quid nimis à natura hominis alienum, & præceptum moraliter impossibile, Sotus, Suarez, & Vasquez *in locis supra cit.* Quapropter rectè dixit S. Thom. 2. 2. *quæst.* 96. *art.* 4. *ad* 2. Sot. *lib.* 5. *q.* 6. *art.* 4. *in fin.* Driedo *cit. art.* 6. & Castrus *lib.* 2. *de lege pœn. cap.* 3. quod Reus interdum à Iudice damnatur ad agendum, nempe in mitioribus pœnis pecuniæ, vel carceris, interdum verò ad patiendum, nempe in grauioribus mortis, mutilationis, vel captiuitatis perpetuę.

Hinc damnatus ad venenum bibendum, non tenetur obedire; quia qui venenum sciens bibit, non minus directè, ac positiuè ad sui occisionem concurrit, quàm si liquidum, & feruens plumbum biberat, vel gladio se confodiat: at directa, & positiua sui ipsius occisio non potest, neque iustè executioni mandari, neque iustè imperari; ergo, &c. Caiet. 17 *cit. q.* 69. *ar.* 4. *ad* 7. Sot. *cit. q.* 6. *ar.* 4. Couar. 1. *resol. cap.* 14. *numer.* 8. *in fin.* Sayr. *lib.* 7. *cap.* 9. *numero.* 26. Salon. *qu.* 96. *ar.* 4. Quamuis contrarium doceant

Victoria *relect.de homic. numero* 30. Cordub.*lib.*1. *q* 36.Aragon.2.2.*q.*69.*art.*4.& Sà, *ver.iudicialis in Reo,num.*12. Quapropter Reus conformare se poterit probabili sententiæ Iudicis ita præcipientis.non tamen ad id obligatur, cum sit præceptum inhumanum; & ex alio capite facilè possit aliud supplicium decerni.

18 Secundò, damnatus ad mortem inedia patiendam, non tenetur cibum sibi clanculum contra Iudicis voluntatem subministratum recusare, sed licitè potest illum acceptare, & comedere; quia minus difficile est, mortem subire, si vitare illam facilè possit, sic contra Dried.*lib.*2.*de libert.Christ. cap.*6.*dub.*1.tradunt S.Thom.2.2.*quæst.* 96. *art.* 4. Henric.*quodlib.*9.*quæstio.*26. Salon. *ibid.* Sotus *de iust.lib.*5.*quæstio.*6.*art.*4 & Sà *loc.suprà citat. numero* 11.

19 Quamuis possit illum recusare; quia non concurrit actiuè ad mortem suam, sed eam fortiter sustinet amore iustitiæ; sic contra Caietanum,Aragonium,Castrum *locis supra cit.*Couar.*n.* 20.& Vasq. *disp.*174.*c.*4.tenent Sotus,Sayrus *locis etiam supra cit.*Maior.*in* 4 *dist.*15.*q.*22.Toletus *lib.* 5. *cap.*6.& Petr.Nauar.*de rest.lib.*2.*c.*3.*n.*72.

SECTIO IV.

An Reus captus possit licitè fugere?

SVMMARIVM.

1 *Reus captus potest ante sententiam Iudicis licitè fugere,quia carcer in tali casu non se habet per modum pœnæ, sed solum per modum custodiæ.*

2 *Reus potest etiam post sententiam mortis, mutilationis, vel cuiuscumque alterius similis mali grauis licitè fugere,& cur.*

3 *Reus potest ad euitandas pœnas vincula, & carceres licitè perfringere,& quare.etiam si damnatus sit ad perpetuos carceres, ad triremes, vel ad seruitutem.*

4 *Limita nisi iuramento,vel voto ad ibi permanendum sit obstrictus.*

5 *Religiosus iustè ad perpetuum carcerem damnatus fugere licitè non potest; quia ratione voti obedientiæ tenetur Prælato obedire in omnibus, quæ sunt secundum regulam, & accessoria ad regulam.*

6 *Opinio,quod Reus post sententiam latam,non potest licitè fugere à carcere non est improbabilis.*

7 *Reus etiam ad grauissimam pœnam damnatus, quamuis possit licitè fugere, potest etiam licitè non fugere, sed amore iustitiæ Iudicis sententiæ se conformare.*

8 *Reus in omni casu, in quo licitè potest fugere, eiusque rei causa compedes, & carceres effringere, potest etiam per alium licitè adiuuari consilio, & instrumentis, nisi obstet lex specialis, vel specialis obligatio ratione officij.*

9 *Nemo potest ad violandam custodiam Reo cooperari principaliter, quia publicam custodiam violare est res per se grauis,ac proinde soli Reo permissa.*

10 *Reus potest effringere licitè carceres ad fugiendum,etiam si in eo custodiantur multi alij,qui possint cum damno alterius fugere, quia vitur iure suo.*

11 *Reus fugiens à carcere grauius punitur, & maximè ratione præsumpti delicti.*

RESpõdetur, & dico primò;potest ante sententiam Iudicis licitè fugere (nisi promiserit,vel iurauerit non fugere) quia ante sententiam Iudicis nullum habet manendi præceptum: ideoque in hoc casu carcer non se habet per modum pœnæ,sed solum per modum custodiæ;quare si negligenter custodiatur, custodis hæc culpa est, Reus autem iure,ac libertate sua vtitur; sic ex communi Couar.1.*resol.cap.*2.*num.*11.*& seqq.* Driedo *cit.cap.* 6.Vasq.*disp.*174.*cap.*2.Less.*de iust. & iur. lib.*2.*cap.* 31.*Dubitat.*5. Nauar. *Comment.* 4. *de Regular. numero* 63.Aragon.2.2.*quæstio.* 69.*art.* 4. *controuers.* 2.*concl.*1. 1

Dico secundò, potest etiam post sententiam mortis,mutilationis, vel cuiuscumque alterius similis mali grauis licitè fugere; quia nimis dura, & ab hominum naturali inclinatione aliena videtur in tali casu persistendi in carcere si facilè Reus inde se liberare possit, S.Thom. *citat. q.* 96. *art.* 4.*ad* 2. Caietan. *ibid.* Couarr. Driedo, Toletus, Aragonius in *locis suprà cit.* & Silu.*ver. fugere.* 2

Quinimmò potest ad hunc finem vincula, & carceres licitè perfringere; quia cui concessus est finis, concessa sunt etiam media ad finem necessaria; sic contra Henricum *cit.quæstio.*26.Maiorem *in* 4. *dist.*15 *q* 22.Couar.*loco supra cit.num.* 14. Simancam *de Cathol.Instit.tit.*16.*num.* 28. & Siluestrum *loco cit.& ver.accusatio,num.*12.docent Caietanus,& Driedo locis cit.Sotus *lib.*5.*q.*6 *art.*4.Nauar.*cap.*17.*num.*102. & videri etiam poterunt Salonius *loc.cit.concl.*4.Suar.*lib.*5.*de legib. cap.*10.*numer.*16.& Less.*num.*39.qui hanc fugiendi licentiam extendunt etiam ad casum, quo quis damnatus fuerit ad perpetuum carcerem,ad triremes, vel ad seruitutem; quia etiam nimis dura, & à naturali inclinatione aliena videtur esse obligatio persistendi in perpetua,vel durissima custodia, captiuitate, vel seruitute, si inde facilè Reus se eximere possit. 3

Excipe, nisi quis iuramenti, vel voti, vel specialis promissionis vinculo ad permanendum ibi obligatus sit; qua ratione Religiosus iustè ad perpetuum carcerem damnatus fugere licitè non potest, quia ratione voti obedientiæ tenetur Prælato obedire in omnibus, quæ sunt secundùm Regulam, & accessoria ad Regulam (sicuti diffusè dicebam *supra Dubitat.* 3. *per totam*) Suarez *lib.*5 *de legib. cap.* 10. *numero* 17. & videri etiam poterit Nauar. *citat.Comment.* 4. *de Regularib. numero* 64. qui tamen vniuersim negat, posse Reum post sententiam latam è captiuitate fugere; quod etiam docent non improbabiliter Sotus *de iust. & iur.lib.*5. *quæstio.*6.*art.* 4. Vasquez *disp.*174. *cap.*1. *in fin.* & ex parte Sanchez *lib.* 6. *mor. cap.* 8.*numero* 12.At quod dixi,est multò probabilius. 4 5 6

Conueniunt tamen (vt videre est apud Angelum *ver.fugere*, Siluestr.*ibid.*Caietan.*cit. art.* 4.*qu.* 6.Sotum *cit.quæstio.*6.*art.*4.Couarr *cit. cap.* 2.*num.* 9.& Vasquez *cit.disp.*174.*cap.*4.)communiter Doctores in eo,quod Reus,etiã ad grauissimam pœnã, dãnatus,quamuis possit licitè fugere, possit etiam licitè nõ fugere,sed amore iustitiæ Iudici sẽtẽtiæ se conformare:quin & licitè potest mortẽ cõmeritus 7

vltrò

vltrò Iudici se sistere, & occasionem iustitiæ exercendæ submini strare ; quia sicuti alius Iudici licitè suadere potest, vt publica auctoritate Reum ad iustam mortem condemnet motiuo iustitiæ; ita etiam licitè poterit ipse Reus ex eodem motiuo iustitiæ, Less. *de iust. & iur. libro 2. cap. 9. dub. 6. numer.* 28. & Petr. Naua. *de restit. 2. cap. 3. num. 75.*

8 Dico tertiò, in omni casu, in quo Reus licitè potest fugere, eiusque rei causa compedes, & carceres effringere, poteris etiam tu licitè ad id Reo consilium, & instrumenta submini strare; quia licet ordinariè tibi opem alteri ferre ad id, quod ille licitè facere potest, nisi obstet lex specialis id prohibens, vel specialis obligatio ratione officij ; qua ratione licitè non potest Iudex, custos, & quicumque alter Iustitiæ minister Reum adiuuare, vt è carcere fugiat, Caiet, *cit. ar. 4. ad 9.* Salonius *ibid. cõtr. 1.* Vasq. *disp. 174. cap. 3.* Driedo *cit. cap. 6.* & Sà *loc. supra cit. num. 9.*

Quamuis licitè non possis ad violandam custo-
9 diam Reo principaliter cooperari ; quia publicam custodiam violare, est res per se grauis, ac proinde soli Reo, ratione grauissimæ necessitatis suæ declinandæ, permissa, non item alteri, si id agat, vt causa principalis. Quod dixi, quia si id agat, vt instrumentum, v.g. si seruus iussu domini in custodia simul cum domino manens, carcerem, & compedes effringat, id licitè poterit facere ; quia quod quis potest per seipsum, potest etiam per alterum, vt instrumentum suum, efficere.

Obicies: fuga Rei cedit in detrimentum custodis, & Reipublicæ, cum etiam alij in carcere detenti possint effugere; ergo Reus non potest licitè è carcere fugere.

Respondetur: transeat antecedens: at nego con-
10 sequentiam; quia id Reus potest permittere, cum vtatur iure suo, Regul. *ff. 55. nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur.* Et custos, & Respublica sibi imprudent, si non didicerint cautius agere.

Obicies secundò, in *l. 1. ff. de effractoribus* dicitur: Supplicium sumendum de iis, qui è carcere, foribus effractis, vel conspiratione facta, erumpunt; ergo.

Respondetur: loquitur ibi Iurisconsultus in foro externo, non interno: vel loquitur etiam in foro interno, secutus opinionem oppositam non omninò improbabilem, quam tenent Henricus, Maior, Couar. Silu, & Simanca, vti *supra* dicebam, vel tandem Iurisconsultus ibi dicit, *supplicium sumendum de iis, qui*, &c. ratione delicti præ-
11 sumptionis grauis, quam generat Rei fuga, carcerisque effractio, præterquam quod interest Reip. tales, quamuis minus noxios, aliquantò grauius puniri prorer bonum publicum, vt publica custodia inuiolata permaneat.

DVBITATIO XXIV.

An, & quid nomine dignitatum, administrationum, & officiorum (quibus Motus Pij V. incipiens, *Decori, & honestati*, Moniales absque legitima licentia egredientes, ac facultatem egrediendi concedentes priuat) intelligatur?

SVMMARIVM.

1 *Nomine Dignitatum, Administrationum, & officiorum intelliguntur Generales, Prouinciales, & superiores locales, vt Abbas, & Abbatissa, Prior, & Prioriss a, &c. non item alia officia, quæ coniunctam non habent administrationem.*

2 *Nomine Dignitatum, Administrationum, & officiorum intelligitur etiam officium Visitatoris, Commissarij Generalis, & Vicarij Monachorum, vel Monialium; non autem officium Diffinitoris, vel Discreti in Religione Cappucinorum.*

3 *Nulla simonia (etiam realis, id est vtrinque consummata, inducit pœnas iuris (in quibus est etiam pœnalis restitutio accepti) nisi in Religionis ingressu, ordine, & Beneficiis.*

4 *Committens realem simoniam in sacramentis conferendis, vel accipiendis, & in aliis similibus spiritualibus vendendis, peccat grauiter, sed non tenetur pœna excommunicationis, suspensionis, aut inhabilitatis.*

5 *Committens simoniam mentalem peccat grauiter, sed non contrahit excommunicationem &c.*

6 *Iurisdictio Ecclesiæ solum se extendit ad opera externa punienda.*

7 *Committens simoniam in Religionis ingressu, ordine, & beneficiis, etiam conuentionalem, siue purè conuentionalem, siue mixtè, non incurrit excommunicationem.*

8 *Excipe simoniam confidentialem in Beneficiis, quæ pœnas iuris inducit, etiamsi non sit completa ex vtraque parte.*

9 *Simonia confidentialis, nisi sit simul realis, licet ipso facto inducat excommunicationem, tamen probabiliter nec inhabilitatem ad beneficia, nec priuationem beneficij in foro conscientiæ ipso facto inducit ; sed solum in foro externo.*

10 *Idem dic de simonia, quæ committitur siue in electione Pontificis, siue in examine ad Parœcias.*

11 *Electio Pontificis etiam per simoniam facta, si alioquin à duabus tertiis partibus Cardinalium legitimè facta sit, non est ipso iure irrita.*

12 *Simonia realis probabiliter non obligat ad restituendum spirituale simoniacè acceptum, præterquam Beneficium, obligat tamen ad restituendum temporale simoniacè acceptum, etiam ante sententiam ob Religionis ingressum, ordinem, & Beneficium.*

13 *Simonia, quæ fit in sacramentis, vel aliis spiritualibus exceptis recensitis in opinione nonnullorum Doctorum non obligat simpliciter ad restituendum pretium simoniace acceptum.*

14 *Simonia non obligat ad restitutionem de iure naturali, sed solum de iure positiuo.*

15 *Doctores pro vtraque sententia afferuntur, & primo pro affirmatiua, quod officia regularia pari passu cum beneficiis eant in materia simoniæ sed negatiua præsertim in officiis amouibilibus est satis probabilis, & cur.*

16 *Conferens, vel acquirens Beneficium per simoniam realem, pœnas Iuris incurrit, secus tamen est in Prælaturis, & officiis Regularium.*

17 *Vendens iuspatronatus, licet sit quidem simoniacus, & peccet mortaliter ; non tamen est excommunicatus, nec alias simoniaci pœnas incurrit.*

18 *Canonici, si sede vacante in Electione Vicarij*

Digitized by Google

conueniant,vt salarium, & emolumenta ex officio prouenientia inter omnes diuidantur,sunt simoniaci, & peccant mortaliter, non tamen sunt excommunicati, & aliis simoniæ pœnis affecti.

19 *Vicariatus, licet sit quid spirituale, non tamen est beneficium.*

20 *Opinio Soti asserentis, quod omnis simoniacus incurrat excommunicationem, non probatur.*

21 *Verba(quomodolibet dando,vel recipiendo)posita in Extrauag. 2. de simonia, intelliguntur tantum de Religionis ingressu, ordine,vel beneficio.*

22 *Nomine officiorum Ecclesiasticorum in cit. extrauaganti intelliguntur Beneficia.*

23 *Permutans, vel paciscens propria auctoritate beneficia,simoniam committit, secus est de permutante, vel paciscente propria auctoritate Prælaturas,vel officia Regularia, mutuas preces,mutua sacrificia, mutuam operam in audiendis confessionibus,&c.*

24 *Non est iniuria rei sacræ si cum alia sacra componatur,sed cum temporali.*

25 *Simonia non est si duo Adulti paciscantur, vt se mutuo baptizent.*

26 *Regulares,si inter se conueniant,seu paciscantur, elige me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem,grauiter peccant,sed à simonia excusantur.*

RESPONDETVR intelligi(quidquid in contrarium dixerit Lezana *to.*1. *cap.*10 *num.*32.)dignitates,administrationes, & officia habentia coniunctam Superioritatem quandam, vt esse Generalem, Prouincialem, aut Superiorem localem,vt Abbatem, vel Abbatissam,Priorem,vel Priorissam,&c.non item intelligi etiam alia officia,vt esse Confessorem, Concionatorem,Theologiæ Lectorem,Pharmacopolij,vel sacristiæ Præfectum,&c Probatur; quia Sixtus V.sic quendam suum Motum (quod Regulares illegitimè natos dignitatibus,gradibus, & officiis priuat) explicat altero suo posteriori Motu; ergo idem à simili dicendum est etiam in casu nostro; præsertim cum pœnæ semper sint restringendę: quapropter & Motum Clementis VIII. de largitione muner.vtentem iisdem verbis sic etiam explicant Sousa *in expos. illius,num.*101. & alij Doctores,quos sequitur Filliucius,& Bonacina *de clausura, quæst.* 1 *punct.*4.*num.*6.&Motum Pij V.& Gregorij XIII. interdicentium ingressum fœminarum in Monasteria virorum,similiter sub pœna priuationis officij in admittentes,sic etiam explicant Rodrig. *in expos.eius Motus Pij V.numero* 21.& Sorb. *ver.Ingressus Monasteriorum Monial.num.*8.qui rectè subdunt,nomine dignitatum,administrationum,& officiorum intelligi etiam officium Visitatoris, Cõmissarii generalis,& Vicarii Monachorum,vel Monialium;non autem officium Diffinitoris, vel discreti in Religione Cappucinorum; quod tamen non dicas de definitoribus, & Consultoribus nostræ Clericorum Regularium Theatinorum Religionis; cùm hi superioritatem quandam coniunctam habeant. 1

An autem officium Generalis, Prouincialis,aut Superioris localis includatur sub nomine beneficii ad incurrendas pœnas simoniæ? 2

Suppono, nullam Simoniam(etiam realem,id est,vtrimque consummatam,per traditionem scilicet pretii,& rei spiritualis) inducere pœnas iuris (in quibus,præter excommunicationem, suspensionem,& inhabilitatem, est etiam pœnalis restitutio accepti)nisi in Religionis ingressu,ordine,& beneficiis,vti docent Silu.*ver.Simonia,q.*19.Nauar. *cap.*23.*num.*111.Tannerus *in* 2.2.*S. Th.disp.*5.*q.*8. *dub.*4.*n.*45.Gordon.*to.*2.*lib.*8.*q.*9.*c.*3.§. 1.*n.*8.Sanchez *in opusc.to.*1.*lib.*2.*cap.*3.*dub.*117.*num.*3. & alii passim.

Vnde si quis in aliis Sacramentis conferendis, vel accipiendis,in consecrationibus, benedictionibus,dispensationibus, in pensione vendenda, vel emenda,vel redimenda, in Vicaria temporali conferenda simoniam(etiam realem)committat,grauiter quidem peccabit,non tamen contrahet pœnas iuris,id est,pœnam excommunicationis,suspensionis,aut inhabilitatis,&c. 4

Idemque secundò dicas,si committat simoniam mentalem (quæ absque externo aliquo contractu, tacito,vel expresso peragitur) etiam in Religionis ingressu,ordine,& beneficiis; vt ex Extrauag. *cum detestabile,de simonia.& c.final.eod. tit. in Decretalibus*,docent communiter Doctores. Quod adeo verum est,vt plerique Doctores satis probabiliter sẽtiant,Ecclesiam non posse simoniam internam(quę scilicet nullo modo in opere externo ex natura rei deprehendi potest)punire,eo quod ipsius iurisdictio solum ad opera externa præcipienda vel vetanda, & consequenter ad illa solum punienda, se extendat. 5 6

Idemque tertiò dicas,si committat (etiam similiter in Religionis ingressu,ordine, & beneficiis) simoniam conuentionalem; siue purè conuentionalem,id est,neutra ex parte completam; siue conuentionalem mixtam, quæ completa est ex altera tantum parte, vt quodammodo constet ex reali, & conuentionali (vt si pactione inita conferatur beneficium, altera parte nondum soluente pretium, vel è contra, si soluatur pretium, nondum collato beneficio; cuius simoniæ species est simonia confidentialis,qua quis paciscitur cum eo,cui confert,vel renunciat beneficium vt illud cum suis fructibus, vel eorum portione cedat alteri, verbi gratia,nepoti,vel fratri,&c.) ita vt pœnas iuris(id est excommunicationem,suspensionem, & inhabilitatem,&c.) in dicto casu non incurrat, incurrat tamen eas, si committat simoniam in Religionis ingressu,ordine,vel beneficiis realem(id est,quando pactio ex vtraque parte completa est, saltem inchoatè;vt si collatio Religionis ingressus,Ordinis,vel beneficii facta sit,& pretii pars soluta)sicuti patet ex cit.Extrauag.*Cum detestabile*,ibi:*Qui conuentione facta quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint*:& ex Tridentino *sess.* 21.*cap.* 1 ibi:*Tam dantes, quàm accipientes*; & contra Caietanum *ver.simonia*,Sotum *de iust.& iur.lib.*9.*quæst.* 8.*art.* 5.& quosdam alios docent Siluest. Nauarr. in *locis suprà citat.* Conarr. *in Clement. si furiosus, par.*1.§.2.*num.*7.*& par.*2.§.3.*num.*4. Vgolin.*tab.*4. *cap.*6. 7

Excepta solum simonia Confidentiali in beneficiis,quæ simonia pœnas iuris dictas inducit, etiamsi non sit completa ex vtraque parte,sed tantum ex vna parte(si enim ex neutra parte completa est, adhuc illas non inducit, vt rectè insinuat Nauarr. supra,& colligitur ex ipsa bulla cit. cum ibi significetur,beneficium debere esse simoniacè receptũ) quamuis Tannerus in 2.2.*S.Thom. disp.* 5.*q.* 8.*Dubitat.* 4. *numero* 99. sentiat, quod & simonia 8 9

confi

confidentialis ista,licet quidem ipso facto inducat excommunicationem,tamen probabiliter non inducat,nec inhabilitatem ad beneficia , nec priuationem beneficij (nisi eadem simonia simul realis sit) in foro conscientiæ ipso facto , sed solum in foro externo , ideoque post sententiam declaratoriam criminis ; qui Doctor loco cit. subdit, 10 quod probabiliter hoc idem locum habeat in simonia , quæ committitur,tam in electione Pontificis , quam in examine ad parœcias : subdit secundò quod & probabiliter electio Pontificis , et- 11 iam per simoniam facta , si alioquin à duabus tertiis partibus Cardinalium legitimè facta sit,nõ fit ipso facto irrita. Subdit tertiò , quod & probabiliter nec simonia realis obliget ad restituendum spirituale simoniacè acceptum , præterquam beneficium ; obliget tamen ad restituendum temporale simoniacè acceptum , etiam ante sententiam ; quamuis ex probabili etiam opinione satis sit ante sententiam illud restitui ei , à quo acceptum est:idque si loquamur de Simonia in Religionis ingressu,ordine,& beneficiis:nam si loquamur 13 de alia simonia (quæ fit in aliis spiritualibus, vel sacramentis) multi Doctores(quos citat, & sequitur Turrianus in *disputat.select. centur.* 4. *Theolog. Dubitat.* 59.) sentiunt , quod simpliciter non obliget ad restituendum pretium simoniacè acce- 14 ptum : supponunt enim simoniam non obligare ad restitutionem ex iure naturali , sed solum ex iure positiuo,quod non obligat ad restitutionem, nisi in simonia quo ad Religionis ingressum, Ordinem,& beneficia,& modo, quo supra dicebatur. His positis.

15 Respondetur,quod(quamuis affirment propter Extrauag. 2.*de simonia* Raynerius *in Catal. censur. cap.9. excommun.* 12. Caiet. *ver. Excommunicatio cap.*75. Nauarr.*cap.*27.*numero* 116. Suarez *tom.*5. *disput.*22.*sectio.*5.*numero* 24.& *disp.* 31.*sect.*4.*num.* 45.Less.*de iust.& iur.lib.*2.*cap.*35.*Dubitat.*25.*num.* 137. Sanchez *in opusc. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.*3. *Dubitat.*104.*numero* 5.& 12.& *Dubitat.*107. *numero* 3. Peregrin *in Constit.par.* 3.*cap.*1 *lit.I.§.* 2. *verf.*7.loquens de Consultoribus,definitoribus , & Præpositis nostræ Religionis,Reginaldus *lib.* 23. *cap.*12. *numero* 182. Portell.*in Dubitat.Regular. tom.*2.*ver. simonia,numero* 5.Hieronym. Rodrig. *in Compend. qq. Regular.resol.*129.*numero* 5. Gordon.*in summa tom.*2.*leb.*7.*quæstio.*13.*cap.*4.*numer.*70.Sebastianus à Bononia *in tract.de elect.par.*2.*cap.*1. *Dubitat.*58. *numer.*18.Tamburin.*de iure Abbat.tom* 2.*disputat.* 10.*quæstio.*5.*numero* 3.& 4. & alij , quia huiusmodi officia sunt beneficia Regularia) nihilominus negent (præsertim in officiis amouibilibus,pendentibus scilicet ex arbitrio delegantis, vt sunt in nostra Religione Clericorum Regularium Theatinorum Vicariatus , qui pendet ad libitum ex voluntate Superioris localis)satis probabiliter Azor. *par.*3 *lib.*12 *cap.*21.*quæstio.*6.Peirinus *de Relig.subdito.tom.*1.*quæstio.*1.*cap.*31.§. 9.*dict.* 21.Barbosa *in Collectan.tom.*3.*lib.*5. *Extrauag.* 2. *numero* 9.& Bonacina *tom.*1.*de simonia disputat.*1.*quæstio.*7.§.2.*numero* 2.quia si Pontifex in *dict Extrauag.*2.*de simonia*,per beneficia non voluisset intelligere solum ea,quæ propriè beneficia vocantur , sed quælibet alia regiminis spiritualis , & sic Regularium officia,clarius in illa Extrauag. locutus fuisset : quapropter cum simus in materia pœnali , verba non sunt amplianda , sed potius restringenda ; & non valet argumentum à pari , vel à maiori ad minus, sed proprietati verborum standum est ; & nomine officiorum Ecclesiasticorum , quod aliquando in dicta Extrauag.ponitur , non intelliguntur quælibet officia Ecclesiastica , sed solum beneficia propriè dicta , sicuti colligitur ex verbis antecedentibus , & consequentibus,siquidem Pontifex,vt omnia beneficia generaliter comprehenderet, vsus est dictis verbis; cum fieri possit , vt aliquod beneficium alicubi officium vocetur.

Ex hac posteriori sententia satis probabili se- 16 quitur,quod(licet pœnas iuris incurrat, qui beneficium acquirit,vel qui beneficium cõfert, aut procurat alteri per simoniam realem,eligendo,præsentando,postulando , instituendo , confirmando,vel commendando &c.)non tamen pœnas iuris incurrit,qui per simoniam realem idem efficit in Prælaturis Regularibus,vt Generalis,Prouincialis,aut Superioris localis ; sicut nec pœnas iuris incurrit, qui idem efficit in officiis Ecclesiasticis non regularibus,quæ non sunt beneficia , neque in pensionibus,vel vicariis temporalibus; quia de his clarè dicta Extrauag.non loquitur , vt conueniunt Doctores.

Quapropter rectè dixit Sanch.*loc.supra cit.*quod 17 vendens ius patronatus, licet sit quidem simoniacus,& peccet mortaliter,non tamen sit excommunicatus,nec aliàs simoniaci pœnas incurrat ; quia ius patronatus non est beneficium.Similiter si Canonici,sede vacante , conuenirent , vt quicumque ex ipsis eligeretur Vicarius Capituli,diuideret cum 18 cæteris salarium, & emolumenta ex officio prouenientia,omnes quidem essent simoniaci ; & peccarent mortaliter,non tamen essent excommunicati, & aliis simoniæ pœnis affecti ; quia licet Vica- 19 riatus sit quid spirituale , non tamen est beneficiũ; Quidquid in contrarium dixerit Sot. *de iust.lib.*9. 20 *q.*8.*ar.*2.*ad fin.*tenens,quod omnis simoniacus incurrat excommunicationem per dict. Extrauag.2. de simonia,ibi:*Qui quomodolibet dando,vel recipiẽdo simoniam committit.*Et infrà:*In beneficiis , & officiis Ecclesiasticis,*&c.ex quibus verbis deducit ipse, quod cõprehendatur omnis simonia. Ad hoc enim respondetur,illa verba,*quomodolibet dando, vel recipiendo,*intelligi pro Religionis ingressu,ordine,vel beneficio;quia de hac tantum simonia Pontifex ibi loquitur;& per officia Ecclesiastica intelligi beneficia, sicuti supra dicebam , & tradunt Doctores, 22 quos citat Sanchez loco citato.

Sequitur secundò, quod (licet simoniam iuris 23 humani committat , qui propria auctoritate permutat,vel paciscitur beneficia ; quia id sic fieri,expressè prohiberur in beneficiis, *cap.quæsitum , & c. cum olim de pactis)* non tamẽ simoniam committit, qui similiter propria auctoritate permutat,vel paciscitur Prælaturas , vel officia Regularia; sicut nec simoniam committunt, qui commutant , vel paciscuntur mutuas preces,mutua sacrificia , mutuam operam in audiendis confessionibus , & similibus & officiis:item nec qui commutant , vel paciscuntur globulos benedictos , & Rosaria , etiam habita ratione sanctitatis,& benedictionis; quia ex natura rei,remoto iure positiuo prohibente (vti contingit solum in beneficiis)non est iniuria rei sactæ , si cũ alia sacra componatur , sed solum , si componatur cum temporali:vnde nec erit simonia,si duo adulti 24 paciscantur,vt se mutuo baptizent,S.Th.*in 4.dub.* 25.*quæst.*3.*art.*3.*ad* 8.Sot.*de iust.lib.*9. *quæst.*5.*ar.*2. 25 Durand.*dist.*25.*q.*5.*num.*9. Victoria *de Simonia nu.* 17.Sanch *in opusc.to.*2.*lib.*2.*cap.*3.*dub.* 44. *num.*3. & Tolctus *lib.*5.*cap.*78. contra Ricardum *in* 4.*dist.* 25.*circa tertium princip.q.*1.Adrianũ *quodlib.*9.*ad* 4

*confirmationem,lit.E.*Siluestrum,*ver.Simonia q.16. in fin.*Armill. *eod.ver.num.42.*Tabien.*n.46.* Lopez *part.1.cap.259.*& Petrum Nauar.*de restit.lib.2.c.2. n.386.*

26 Quapropter excusat Sanch. *loc. cit. num. 4.* à simonia(etsi aliunde propter damnum Communitatis grauiter peccent) Regulares, si inter se conueniant,seu pacisfcantur:*Elige me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem,*quia,licet hæc sint officia spiritualia,non tamen sunt beneficia;& ex alio capite iura dum prohibent commutationem beneficiorum, cum sint iura pœnalia, non debent extendi,sed potius restringi,*sicuti suprà dicebatur.*

DVBITATIO XXV.

An, & quando Moniales egredientes è clausura pœnas Motus Pij V. incurrant ?

SVMMARIVM.

1 *Moniales clausuram violant,& censentur à Monasterio egredi, si ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter Portam Monasterij clausam, & alteram secularibus patentem, egrediantur, & ita incurrunt pœnas contra violantes clausuram impositas.*

2 *Limita dummodo egressus non sit culpa venialis ratione paruitatis materiæ.*

3 *Excommunicatio,& pœna tam graues non imponuntur,nisi ob culpam grauem.*

4 *Moniales non incurrunt dictas pœnas,si licitè sine licentia superioris ob periculum in mora adeundi illum, egressæ fuerint; postea ad Monasterium regressæ Superiorem non moneant.*

5 *Moniales iustè egressæ à Monasterio, si finita causa egressus, statim non regrediantur, sed diu culpabiliter extra Monasterium morentur, vel vagentur, non incurrunt dictas pœnas.*

6 *Pœnæ statutæ in motu Clementis VIII. de largitione munerum contrahuntur tantum à largientibus,non autem à Recipientibus.*

7 *Moniales conuersæ professæ existentes in Domibus Monasterio contiguis ad petendas eleemosynas non incurrunt dictas pœnas, etiamsi ob inutilia, quin ob praua opera ex illis egrediantur.*

1 REspondetur, quod licet videatur, quod non incurrant,nisi egrediantur,è septis Monasterij, non autem si egrediantur è sola clausura strictè sumpta, v.g.ad Ecclesiam suam,vel ad spatium quod est inter Monasterij portam clausam,& alteram secularibus patentem, per quam hi ingrediũtur)ex eo, quod in Motu dicto Pij V. dicitur: *A Monasteriis exire,nec extra illa, nisi ad necessarium tempus stare.* Et paulo post:*Aliter egredientes,& comitantes, ac receptatrices personas.*) tamen contrarium dicendum sit,quia Pius V. dictas Pœnas statuit in Moniales clausuram violantes, sed Moniales clausuram violant, & censentur è Monasterio egredi, si ad Ecclesiam suam, vel ad spatium, quod est inter portam Monasterij clausam,& alteram secularibus patentem, egrediantur, vt explicuit Gregorius XIII.in suo Motu, *Deo sacris virginibus*, ergo Moniales sic egredientes incurrunt dictas pœnas, dummodo egressus non sit culpa venialis, ratione paruitatis materiæ(vt dicam infrà dubit 52.) sed mortalis; quia excommunicatio, & pœnæ tam graues non imponuntur, nisi ob culpam grauem; cum pœna debeat culpæ proportionari. 2 3

Ex his sequitur, quod Moniales (quicquid dixerit Zecchius *de Republ. Eccl esiastica tit.de Regularib.cap.3.num.15.*)non incurrant dictas pœnas si licitè sine licentia Superioris, ob periculum in mora adeundi illum,egressæ, postea ad Monasterium regressæ Superiorem non moneant in casu, quo deberent illum monere, iuxta ea, quæ dicebam *dubit.*21.quia pœnæ inferuntur contra Moniales iniustè egredientes, hæ autem in dicto casu non iniustè,sed iustè egrediuntur. 4

Sequitur secundò,quod neque Moniales(quidquid dixerit Llamas *in append.*5.10.)incurrant dictas pœnas,si iustè egressæ,finita causa egressus,statim non regrediantur, sed diu culpabiliter extra Monasterium morentur,vel vagentur, quia licet hæ ex vi Motus Pij V. mortaliter peccent, & clausuram violare dicantur, si finita causa egressus statim non redeant,*sicuti dicebam dubit.*20. tamen quia dictus Motus,quando descendit ad pœnas infligendas, non generaliter loquitur contra ipsius Motus violatores, sed strictè contra solas Moniales illegitimè egredientes, & eis fauentes, sit,quod dictas pœnas(cùm vtpotè odiosæ, sint restringendæ) non incurrant dictæ Moniales; quia licet hæ post egressum illicitè morentur, non tamen iniustè è Monasterio egredi dicuntur. Vide, quæ dicentur *dubit.*51. 5

Confirmatur à pari;quia(cùm Clemens VIII. in Motu suo de largitione muner.Religiosis prohibita, interdicat Religiosis munerum largitionem, & quibuscumque aliis receptionem absque conditionibus ibi positis; postea verò,quando in transgressores pœnas indicit solius largitionis mentionem faciat) sit,quod dictas pœnas non incurrunt recipientes,sed solum largientes, vt videre est apud Sousam *in exposit. dicti Motu Clementis VIII.num.*100. ergo sic à pari in casu nostro. 6

Sequitur tertiò, quod neque Moniales Conuersæ professæ existentes in domibus Monasterio contiguis ad petendas eleemosynas, incurrant dictas pœnas, si ob inutilia, quin ob praua opera committenda ex illis egrediantur; quia cum domus illæ non sint regulares, nec intra clausuram (sicuti dicebam *dubit.*16.)non dicuntur è Monasterio,vel clausura egredi. 7

DVBITATIO XXVI.

An pœnas Motus Pij V. incurrant Episcopi, Religiosi, & quicunque alii in dignitate constituti, si Monialis illicito egressui cooperentur ?

SVMMARIVM.

1 *Episcopi,Religiosi,& quicunque alij in Dignitate constituti, Monialem iniustè egressam comitantes,vel recipientes,& Episcopi illicitam licentiam concedentes incurrunt pœnas praedictas.*

2 Clerici

2 *Clericorum nomine in materia odiosa non veniunt Episcopi, nec Clerici in Dignitate constituti, vt Ecclesiæ Cathedralis Canonici, item nec Regulares.*

1 RESPONDETVR, quod quamuis videatur, quod illas non incurrant Episcopi Religiosi, & alij in dignitate constituti, Monialē iniustè egressam comitantes, vel recipientes, nec Episcopi illicitam egressus licentiam concedentes, ex eo, quia dictus Motus Pij V. incipiens, *Decori, & honestati*, dum pœnis subiicit comitantes, vel recipientes, &c sic ait: *Nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, sine laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas*; vbi nullam Episcoporum, Religiosorum, vel aliorum in dignitate constitutorum mentionem facit: & ex alio capite, nomine clericotum
2 in materia odiosa non veniunt Episcopi, nec clerici in dignitate constituti, vt Ecclesiæ Cathedralis Canonici; nec Regulares, vtpotè in Superiore quodam ordine ad alios Clericos, Abb. *in Rubr. de vita & honest. clericor. numero* 4. Rosella *ver. clericus, in princip.* Angelus, Silu. & Tabiena *eod. ver.*

Accedit, quod *ex cap. periculoso, de sent. excommun. in 6.* licet Episcopi contrahant quidem excommunicationem, non tamen contrahunt suspensionem, nisi de ipsis fiat expressa mentio, nihilominus dicendum sit oppositum. Ratio quia Motus Pij V. generaliter subiicit pœnis comitantes, vel recipiētes, &c. & postea, ne quis se posset exemptum ab eis existimare (eo quod sit secularis, Ecclesiasticus, vel consanguineus) expressit omnes istos, non quasi velit, quod generaliter dixerat, restringere, sed vt clariùs, ne quis aliquo ex his prætextibus possit se excusare, loquatur. Episcopi etiam, si iniustè egrediendi licentiam concesserint, suspensionem ab officio, quam in tali casu Motus Pij V. contra ipsos infligit, contrahunt; quia de ipsis expressè mentionem facit dictus Motus; cum enim in principio dixisset, quod Episcopi, & Religionis Prælati sit egressus licentiam concedere, in fine postea hac censura afficiens iniustam egrediendi licentiam concedentes, subdit: *Insuper tam egressas, quàm præsidentes, & alios superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes*, &c. quibus verbis clarè comprehendit Episcopos & Superiores Regulares, de quibus in principio mentionem fecerat. Atque ex his patet responsio ad opposita.

DVBITATIO XXVII.

An, & quando pœnas Motus Pij incurrant Monialem illicitè egressam comitantes, vel recipientes?

SVMMARIVM.

1 *Comitantes, vel Recipientes Monialem illicitè egressam ita vt faueant huiusmodi egressui, vel perseuerantiæ in illo, seu sint causa efficax huiusmodi egressus, vel perseuerantiæ in illo, cooperando Monialis delicto contrahūt dictas pœnas.*

2 *Recipientes hæreticos non tamen vt hæreticos, nec hæresi fauendo non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ.*

3 *Excommunicatio Bullæ Cœnæ non incurritur ab Hæretici receptore, auxiliatore, vel Defensore, nisi malus effectus sequatur.*

4 *Comitantes, vel Recipientes Monialem post illicitum egressum, vt eius honori, & castitati consulant, non incurrunt dictas pœnas.*

5 *Comitantes, vel Recipientes Monalem illicitè egressam nulla necessitate ducti, sed solum vrbanitatis gratia non incurrunt dictas pœnas, dummodo non faueant illicito egressui, vel perseuerantiæ in illo.*

6 *Comitantes, vel Recipientes quomodo unque Monialem Nouitiam egressam non incurrunt prafatas pœnas.*

1 RESPONDETVR, quod incurrant, si comitentur, vel recipiant, ita vt faueant huiusmodi egressui, vel perseuerantiæ in illo, seu sint causa efficax huiusmodi egressus, vel perseuerantiæ in illo, cooperando scilicet Monialis delicto; Nauar. *Comment. 4. num. 51. de Regular. b.* Graff. *1. par. decis. lib. 4. cap. 23. num. 17* Azor *to. 1. lib. 13. cap. 8. qu. 1.* Zerola *par. 1. ver. Moniales ad 16. quæsit. sub. 1.* Rodrig *qq. Regular. to. 1. quæst. 49. ar. vlt.* Zechius *de Republ. Ecclesiastica, tit. de Regular. cap. 3. num. 15.* Llamas *in Append. §. 11. in fin.* Bonacina *de clausq. quæst. 1. punct. 4.* Lezana *tom. 1. cap. 25. num. 19.* Et probatur; quia pœnæ sunt potius restringendæ, quàm ampliandæ; tum quia ob dictam rationem, excommunicationem in hæreticorum receptatores latam non incurrunt, nisi qui recipiunt hæreticos, vt hæreticos, fauendo scilicet aliquo modo hæresi; ergo & excommunicationem hîc latam non incurrent, nisi qui comitantur, vel recipiunt Monialem iniustè egressam, fauendo scilicet similiter aliquo modo delicto Monialis Consequentia patet à pari: antecedens docent Caietanus ver. Excommunicatio, cap. 1. & Sanchez *lib. 1 mor. cap. 10. num. 5.* qui contra Sayrum *in Thes. lib. 3. cap. 5. num. 4.* & Graffis *par. 1. decis. lib. 4. cap. 18. num. 54.* subdunt & rectè, talem 3
excommunicationem in Bulla Cœnæ neque in tali casu incurri ab hæretici receptatore, auxiliatore, vel defensore, nisi malus effectus sequatur, scilicet vt hæreticus ob tale ipsi auxilium præstitum, manus Iudicis euadat, vel hæresim magis diffundat; quia, cum excommunicatur aliquid faciens principaliter, accessoriè autem mandans, consulens, vel fauens, isti excommunicationem non contrahunt, nisi secuto effectu; sed dicta excommunicatione excommunicantur hæretici principaliter, accessoriè autem, & secundum quandam extensionem ipsorum receptatores, fautores, & defensores, ergo isti non incurrunt excommunicationem, nisi ex fauore, vel auxilio ab ipsis præstito malus effectus sequatur.

Ex his sequitur, quod pœnas non incurrant, qui 4
Monialem comitantur, vel recipiunt post egressum illicitum, vt eius honori, & castitati consulant; præsertim quia tales potius actum meritorium, quàm peccaminosum exercent, Doctores in *locis supra cit.*

Sequitur secundò, quod pœnas neque incurrant, 5
qui Monialem illicitè egressam comitantur, vel recipiunt etiam nulla necessitate ducti, sed solum causa vitandi inurbanitatem, vel causa amicitiæ, aut cognationis, dummodo non faueant illicito egressui, nec perseuerantiæ in illo; Llamas & Rodrig. *supra* quamuis Nauarrus in *cap. statuimus, nu.* 51 (quem sequi videtur Miranda *de Monialibus,*

ver. clauſura, num. 20. & generaliter de omnibus caſibus, etiam poſt Tridentinum reſeruatis, tenent Tolet. *libr.* 1. *cap.* 41. *numer.* 7. Candidus *to.* 1. *Diſquiſit. Moral. diſquiſit.* 3. *ar.* 28. & Merolla *to.* 1. *diſp.* 1. *cap.* 2. *diff.* 10. *numer.* 527. Quod non ſolum eſt verum reſpectu ſecularium, & Monialium Epiſcopis ſubditarum, ſed etiam reſpectu Regularium exemptorum, & Epiſcopis non ſubditorum. Vide, quæ dicentur *infra dubit.* 69. 81. & 82.

7 Dico ſecundò, item poteſt ab eadem excommunicatione ſupra dicta, licet publica, abſoluere quilibet approbatus Confeſſarius, virtute Cruciatæ, ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo; quia expreſsè dicta Bulla concedit Confeſſariis approbatis hanc facultatem ſic abſoluendi, quando cenſuræ ſunt reſeruatæ; Sorbus *ver. Ingreſſus in Monaſteria Monialium, num.* 12. Rodrig. *in Expoſit. Motus Pij V. contra fœminas ingredientes in virorum Monaſteria, nu.* 3. Lezana *ver. clauſura, n.* 20 & Diana *cit. reſ.* 66.

8 Dico tertiò, item poteſt ab eadem excommunicatione ſupra dicta, licet etiam publica, abſoluere quilibet priuilegiatus Confeſſarius toties quoties; quia Religioſi habent priuilegium abſoluendi toties quoties ab omnibus caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & ab omnibus pœnis, & cenſuris conſurgentibus ex iis, præterquam contentis in Bulla Cœnæ, & ſpecialiter reſeruatis ab Epiſcopo, Sorbus, & Rodriq. *in locis cit.* Lezana *to.* 1. *c.* 18. *n.* 29. & 36. & *cap.* 19. *numer.* 15. & *cit. ver. clauſura, numer.* 20. Bonacina *de clauſura quæſt.* 1. *punct.* 5. *numer.* 2. Tamburinus *de iure Abbat. diſp.* 19. *quæſt.* 5. *numer.* 3. & nos *ſupra cap.* 14. *dubit.* 18. *ſect.* 17. & *lib. de Parlament. Dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. & 32. dicebamus.

9 Cæterum quid dicendum ſit, quando excommunicatio iſta deducta eſt ad forum externum, ſeu contentioſum, & ſic denunciata? vide *infra cit. Dubit. vlt.* & *cit. lib. de Parlamentis dubitat.* 4 *ſect.* 19. *ſubſect.* 32 *pag.* 133. & *ſeqq.* Item quid dicendum ſit de quinque caſibus, in ordine ad quos Religioſis reuocata fuerunt priuilegia ex Decreto S. Congregationis ſub Clemente VIII. (in quo præter caſus Bullæ Cœnæ, & quos ſibi ſpecialiter reſeruant Epiſcopi, reſeruantur etiam Pontifici, reuocatis Religioſorum priuilegiis, violatio immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorij XIII.
10 11 12 13 14 15 ſecundò, violationis clauſuræ Monialium ad malum finem. Tertiò prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta decretum Tridentini, & Conſtitutionis Gregorij XIII. Quartò, percuſſionis clerici, iuxta *Can. ſi quis ſuadente, 17. queſtion.* 4. Quintò, ſimoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis (vide *Dub ſeq.* 69.

DVBITATIO XXIX.

An, & quis poſſit in iſto caſu diſpenſare à priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa?

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa ob violatam clauſuram non contrahuntur niſi poſt Iudicis ſententiam.*

2 *Pœna predicta ſi incurrantur ante Iudicis ſententiam, ſi res ſit occulta, poteſt ab ipſis Epiſcopus diſpenſare virtute Tridentini.*

3 *Superior Religionis etiam localis ex priuilegio poteſt in dictis caſibus diſpenſare.*

4 *Clericis miniſtrantibus Infirmis conceſſum fuit à Gregorio XIV. huiuſmodi priuilegium.*

5 *Superiores Ordinis Prædicatorum & conſequenter omnium Mendicantium gaudent eadem prorſus facultate erga alios Regulares ſubditos, qua gaudent erga ſibi virtute Tridentini ex indultu Pij V.*

6 *Superior Religionis non poteſt ... delegare facultatem recenſitam (ſtante clauſula pro ipſum) appoſita in dicta conceſſione.*

7 *Confeſſarius approbatus virtute bullæ cruciatæ non poteſt in his pœnis diſpenſare.*

8 *Nomine cenſuræ veniunt ſolum Excommunicatio Suſpenſio, & Interdictum.*

9 *Regulares poſſunt abſolui ab hac, & ſimilibus inhabilitatibus à ſuo Confeſſario per Prælatos deputatis ſemel in vita, dummodo per integrum annum qualibet hebdomada ſemel recitent pſalmos pœnitentiales cum litaniis, vel ſi ſint impediti ſuppleant in ſequenti.*

10 *Confeſſarius habens priuilegium abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis, & à cenſuris, & pœnis conſurgentibus ex eis poteſt abſoluere toties quoties in foro conſcientiæ à predictis priuationibus, & inhabilitatibus.*

11 *Superior Religionis etiam localis an poſſit ex priuilegio cum ſubditis etiam in foro externo in pœnis diſpenſare; eſt de crimen inter Doctores, pars vero negatiua eſt probabilior.*

SVPPONO, ex dictis *ſupra Dubitat.* 23. 1 has pœnas hic non incurri abſque Iudicis ſententia, & ſic non dari caſum, quo res ſit occulta, cùm iam ad forum externum, ſeu contentioſum deducta ſit, Iudicisque ſententia acceſſerit ex ſuppoſitione; quia tamè, vt *cit. dub.* 23. dicebam, nonnulli ſentiunt oppoſitum; ideo hoc ſuppoſito,

Reſponderur in opinione dicentium, has pœnas 2 incurri ſine Iudicis ſententia (ſi res ſit occulta) poteſt diſpenſare Epiſcopus; quia in inhabilitate cõtracta ob delictum occultum poteſt Epiſcopus diſpenſare cum ſuis ſubditis, virtute Tridentini *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. ſicuti ex communi dicebamus *cit. lib. de Parlamentis, Dub.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 33. Quin & in eodẽ caſu contra Graſſium *par* 1. *lib.* 4 *cap.* 43. 3 *num.* 12 ex priuilegio poteſt Religionis Superior, etiam localis (cum hic quoque in ſuos ſubditos habeat iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem) diſpenſare ſimiliter cum ſuis ſubditis; ſicuti poteſt Epiſcopus cum ſuis. Vide apud Lezanam *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. & *cap.* 18. *num.* 35. priuilegium Gregorij 4 XIV. Clericis miniſtrantibus infirmis conceſſum, ibi: *Nec non cum iis, ſi opus fuerit, etiam cum ratihabitione, & abſterſione inhabilitatis, & infamiæ macula diſpenſare.* Vide etiam Motum Pij V. qui incipit: 5 *Romani Pontificis*, apud Rodriq. *to* 1. *qq. Regular. quæſt.* 61. *ar.* 9. *ad finem*, vbi Pontifex expreſsè conceſſit omnibus Superioribus Ordinis S. Dominici, & conſequenter omnium Ordinum Mendicantium, & fruentium eorum priuilegiis, vt erga ſuos Regulares ſubditos gaudeant eadem prorſus facultate, qua gaudẽt Epiſcopi in ſuos virtute Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Vide etiam Rodriquez.

driquez *loco cit. q.* 24. *ar.* 17. & in Exposit. dicti Motus Pij V. *num.* 36. Sorbum *ver. Ingressus in Monasterium, num.* 11. Henriq. *lib.* 14 *cap.* 19. *num.* 2. Peirinum *tom.* 1. *priuileg. Minim. in. Constit.* 6. *Iulij II. num.* 24. Dianam *part.* 3. *tract.* 2. *resol.* 66. Portellum *in dub. Regular. ver. clausura Monialium, numer.* 28. Bonacinam *de clausura quæst.* 1. *punct.* 5. & Lezanam *cit. cap.* 10. *numer.* 35. *& cit. capite* 18. *numer.* 46. *& capite* 25. *num.* 19. *& ver. clausura, numero* 21. qui rectè subdunt, has pœnas hic non esse Pontifici reseruatas, vti patet ex ipso contextu.

6 Aduerte tamen quod Religionis Superior non possit facultatem alteri delegare; quia Pius in eo priuilegio expressè ait, vt Religionis superior per seipsum id possit. Vide Sorbum, & Rodriq. *locis supra citatis.*

7 Aduerte secundò, quod approbatus Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ non possit in his pœnis dispensare; quia dicta Bulla Cruciatæ solum absolutionem à censuris concedit; & ex alio capite priuatio hæc, & inhabilitas non sunt censuræ, sed quædam aliæ diuersæ rationis pœnæ, *cap. quærenti de verb. signif.* vbi expressè dicitur, nomine censuræ comprehendi solum excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Vide Dianam *cit. resol.* 66. Sorbum *loc. cit. vers. dicitur tertiò*, & Rodriq. *in cit. Exposit. Motus Pij V. num.* 35. qui subdunt, quod per priuilegium tamen Eugenij IV. (vt videre est apud compendium priuilegiorum Mendicantium, *ver. absolutio extraordinaria quoad fratres §. 3. & 4.*) possint Regulares à suis
9 Confessariis per Prælatos deputatis absolui ab hac & similibus inhabilitatibus semel in vita; dummodo per integrum annum recitent qualibet hebdomada semel psalmos pœnitentiales cum litaniis; & quod, si legitimo impedimento detenti aliqua hebdomada id facere omiserint, possint supplere hebdomada anni sequentis.

10 Aduerte tertiò, quod per priuilegium absoluendi ab omnibus casibus reseruatis, & à censuris, & pœnis consurgentibus ex eis (vti dicebam *Dubit. precedenti ad fin.*) possit etiam Confessarius habens tale priuilegium, absoluere toties quoties in foro conscientiæ à prædictis priuationibus, & inhabilitatibus; præsertim quia prædictæ priuationis, & inhabilitatis pœnæ impositæ contra violantes prædictum Motum Pij V. non sunt Pontifici reseruatæ, sicuti supra dicebam. Vide Doctores *supra cit.* & quæ nos dicebamus *lib. de Parlament. Dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 31. *& 32. per totas*, & dicemus *infrà dubit. vlt.*

11 An autem Religionis Superior, etiam localis, possit ex priuilegio cum suis subditis, etiam foro externo, in pœnis dispensare?

Affirmant Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæst.* 24. *art.* 17. Cruz *lib.* 1. *de statu Relig. cap.* 6. *dub.* 15 *con.* 6.

Negant verò probabilius (cum quoad hoc non videatur apparere euidens vllum Pontificium priuilegium) Peirinus *loco supra cit. num.* 25. Lezana *cit. cap.* 10. *num.* 36. & Bonacina *de clausur. quæst.* 1. *punct.* 5 *num.* 5. Quod à fortiori in omnium sententia verum est, si secuta fuerit Iudicis sententia.

DVBITATIO XXX.

An, & quis, & sub quibus pœnis prohibeatur ingredi Monasterium Monialium?

SVMMARIVM.

1 *Qui nam prohibeantur ingredi Monasteria Monialium sub pœna Excommunicationis latæ sententiæ sine licentia.*

2 *In casu necessitatis si quis Monasterium ingredi debeat, est ei obtinenda licentia in scriptis ab Episcopo, vel à Prælato ordinis.*

3 *Reges, Imperatores, eorumque Vxores, filij, & filiæ, non prohibentur ingredi septa Monasterij Monialium contra Merollam.*

4 *Infantes nondum vsum rationis habentes non comprehenduntur in motu Gregorij XIII. contra ingredientes clausuram, nec Moniales eos recipientes, dummodo speciale præceptum non extet in oppositum.*

5 *Infans tam masculus quam femella in dubio si septennis sit præsumitur vsum rationis adeptum esse, comprehendi prædicta prohibitione, peccare mortaliter, & excommunicationem incurrere, si ignorantia non excusetur.*

6 *Vsus rationis an Masculo, vel fœminæ citius adueniat est dissensio.*

7 *Amentes etiam perpetui comprehenduntur in dicta prohibitione non quidem per se ipsos, qui peccare non possunt, sed respectu Monialium, qua non possunt admittere Puberes.*

8 *Moniales licitè à suo Monasterio egressa non includuntur in dicta prohibitione; & liberum est Abbatissæ istas absque alia superioris licentia admittere, præsertim si sint eiusdem ordinis, & habitus, & iter faciant; secus si ingrediantur ex pura recreatione, vel causa inuisenda amicæ.*

RESPONDETVR, prohiberi quemlibet cuiuscumque generis, conditionis, sexus, vel ætatis, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne ingrediatur intra septa Monasterij Monialium sine licentia: propter casum aliquem necessitatis, in scriptis obtenta ab Episcopo, vel à Prælato Ordinis, cui Monasterium exemptum subiectum est, *cap. periculoso de statu Regular. in* 6. ibi: *Nulli aliquatenus inhonesta personæ, nec etiam honesta (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinuerit, speciali licentia) ingressus, vel accessus pateat ad easdem Moniales.* Item Tridentino *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* addita excommunicatione, ibi: *Ingredi intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda; dare autem tantum Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis.* Item Motu proprio Gregorij XIII. qui incipit, *Vbi gratia*, ibi: *Et alias pœnas aliter ingredientibus, & Monialibus, qua ingredientem admittunt*, Item tandem Motu proprio Pij V.

1

2

Pij V. qui incipit, *Circa Paſtoralis* vbi innouantur, & confirmantur omnia contenta *in dicto cap. periculoſo.* Vide Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 1. *c.* 10. Bonacinam *de clauſ. q.* 4. *punct.* 1. *& ſeqq.* Nauarrum *cap.* 28. Cordubam *in Summ. quæſt.* 60. Lezanam *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 24. & Gauantum *in Man. Epiſcop. ver. Monialium clauſura, num.* 46. *& ſeqq.* An autem hæc iura vbique ſecundum omnem prohibitionis modum recepta ſint? vide *ſuprà dub.* 2. *in fine.*

3 Petes: An comprehendantur Reges, Imperatores, ipſorumque vxores, filij, & filiæ?

Reſponderur contra Merollam *tom.* 1. *diſp.* 1. *diff.* 3. *num.* 470. & Bonacinam *de clauſ. q.* 4. *punct.* 1. *num.* 4. negatiuè, quia Gregorius XIII. dum in cit. Motu proprio prohibet ingredi perſonas cuiuſcũque conditionis, ſubdit: *Licet illæ perſonæ Comitiſſæ ſint*; quibus verbis manifeſtè excludit perſonas altioris Ordinis. Vide Rodriq. *tom.* 1. *q.* 48. *art* 1. & alios, quos citat, & ſequitur Diana *part.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 67.

Obiicies; Tridentinum prohibet ingredi perſonas cuiuſcunque generis, ergo.

Reſponderur; Tridentinum prohibere modo, quo prohibet Gregorius XIII non autem ſimpliciter; quod inde patet, quia Tridentinum etiam prohibet ingredi perſonas cuiuſcunque ætatis, & tamen non comprehendit infantes, vt mox *infrà* dicetur.

4 Petes ſecundò: An comprehendantur infantes, nondum vſum rationis habentes?

Reſponderur etiam (dummodo ſpeciale præceptum non extet in oppoſitum) negatiuè; idque non ſolum quoad ipſos (quod certum eſt, cùm, vtpotè vſum rationis non habentes, nec culpæ, nec cenſuræ contrahendæ capaces ſint) ſed etiam quoad Moniales, quæ eos intra clauſuram admittunt, & quoad quoſcunque alios, qui huius ingreſſus ſunt cauſa. Ratio; quia licet Tridentinum *loci cit.* verbis prohibeat, ingredi perſonas cuiuſcunque ætatis, eius tamen mens eſt, comprehendere tantum eos, qui vſum rationis habent; ſiquidem eius prohibitionis finis eſt, ne Moniales perturbentur, & ad peccatum excitentur, quod non contingit ex ſolo ingreſſu, vel admiſſione infantium; & ſic ex communi docet Nauar. *cap.* 28. *addit.* 2. *ad numerum* 143. *& Comment.* 4. *numer.* 59. Henriq. *lib.* 4. *de pœnit. cap.* 5. *numer.* 2. *& lib.* 13. *de excommun. cap.* 42. *num.* 3. Suar. *de relig. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 16. *numer.* 4. Miranda *tom.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 1. *concl.* 1. Riccius *in prax. deciſ.* 648. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 102. *num.* 32. Bonac. *de clauſ. q.* 4. *punct.* 1. *num.* 5. Granad. *in* 2. 2. *S. Th. contr.* 7. *tract.* 3. *part.* 1. *diſp* 6. *ſect.* 5. Io. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib* 1. *cap.* 5. *dub.* 2. *concl.* 3. Hieron. Rodriquez *in Compend. qq. Regular. reſol.* 26. *num.* 7. Merolla *tom.* 1. *diſp.* 1. *diffic* 7. *num.* 498. Diana *par.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 57. Rodriq. *in expoſit. Motus Pij V. & qq. Regular. tom.* 1. *quæſt.* 46. *art.* 1. Sorb. *ipart.* 2. *ver. ingreſſus in Monaſteria Monial. num.* 2. Zerola *part.* 1. *ver. Moniales ad* 8. *quæſt.* Llamas *in append.* §. 8. Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 12. *num.* 2. Naldus *ver. clauſura, num.* 4. Lezana *eod. ver. num.* 23. & Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſt.* 5. quidquid dubitare videantur Paulus Tuſch. *de vitalitate, & regim. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 25. Vgolinus *de poteſt. Epiſc. cap.* 21. §. 3. *num.* 3. & Corduba *in Summ. q.* 60. *in fin. edit.* 2. propter S. Congregationis declarationes (quas refert Lezana *to.* 1. *c.* 25. *n.* 24. Comitolus *in Reſponſ. Moral. lib.* 6. *q.* 19. Gauantus *in Manual. Epiſc. ver. Monialium clauſura n.* 31. & Scortia *in ſelect. Conſtitut. Theorem.* 336.) Nam declarationes iſtæ reuera intelliguntur ſolum de pueris conſtitutis in ea ætate, vt poſſint Monialibus occaſionem peccandi præbere.

Cæterum, in dubio, an infans vſum rationis adeptus ſit, & ſic comprehendatur hac prohibitione? Reſponderur, ſi ſeptennis ſit, præſumitur adeptus eſſe, & ſic comprehendi hac prohibitione, atque adeo ingrediendo peccare, & excommunicationem incurrere, ſi ignorantia non excuſetur; ſecus, ſi ſeptennis non ſit; quia cum vſus rationis communiter, completo ſeptennio, adueniat (vt communiter notant Doctores apud Cordubam *q.* 60. *ad fin.* & Bonacinam *de matrim. q.* 1. *punct.* 4 *num.* 3.) in dubio ante talem ætatem non præſumitur. 5

Quod intelligas non ſolum de infante maſculo, 6 ſed etiam de infante fœmella; quidquid dicant aliqui ſentientes, in fœmella vſum rationis poſtponi per annum, & ſic ei licere ingreſſum vſque ad octauum annum incluſiuè; alij verò tenentes vſum rationis in fœmella præuenire per annum, & ſic ei licere ingreſſum ſolum vſque ad ſextum annum ſimiliter incluſiuè: nam dicta hæc nulli ſolidæ rationi fundantur.

Petes tertiò; An includantur amentes? 7

Reſponderur, quod (licet nonnulli, vt videre eſt apud Azorium *cit. capite* 8. *quæſt.* 5. ſentiant, includi amentes, ſi lucida interualla habeant; quia tunc peccare, & cenſuras contrahere poſſunt; ſecus ſi perpetuò amentes ſint, quia tunc idem iuris de ipſis eſt, ac de infantibus, cum vtrique nec peccare, nec cenſuras contrahere poſſint) nihilominus dicendum ſit, etiam perpetuò amentes includi, ſi pubertatem conſecuti ſint, non quidem vt ipſi peccent, & excommunicationem contrahant (cùm tales peccati, & excommunicationis, ob defectum vſus rationis, incapaces ſint) ſed admittentes, & quicunque talis ingreſſus cauſa ſunt, vtpotè prohibitioni huic contrauenientes. Ratio; quia talium, licet perpetuò, amentium ingreſſu Moniales conturbari, & ad peccatum excitari poſſunt, Nauar. *Comment.* 4. *num.* 155. Rodriquez, Llamas, & Zerola *locis ſuprà cit.* Suar. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 5. Miranda *in tract. de Monialib. q.* 2. *ar.* 1. *concl.* 1. *ad fin.* Barboſa *de offic. & poteſt Epiſc. allegat.* 102. *num.* 32. Bonac. *de clauſ. q.* 4. *punct.* 1. *num.* 17. Tamburin. *de iure Abbat. diſp* 22. *q.* 5. Lezana, *ver. clauſura, num.* 23. *& tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 24.

Petes quartò, An includantur Moniales licitè 8 è ſuo Monaſterio egreſſæ?

Reſponderur negatiuè, ita vt liberum ſit Abbatiſſæ, iſtas abſque alia Superioris licentia admittere; quia cum ſit valde decens honeſtati Monialis egreſſæ, eam admitti, non videtur, mentem Pontificis fuiſſe, eam etiam ab ingreſſu, vel admiſſione ad clauſuram excludere (præſertim ſi Monialis ſit eiuſdem ordinis, & habitus, ac ſunt Moniales Monaſterij, quod ingreditur; quia tũc tali Monaſterio non cenſetur extranea) quod tamen intellige, ſi ex cauſa ingrediatur (vt ſi iter agens eò accedat in hoſpitium admittenda, & maximè, ſi ibi in alia domo commodè pernoctare non poſſit) ſecus, ſi ingrediatur ex pura recreatione, vel cauſa inuiſendæ amicæ, aut conſanguineæ, & maximè, ſi ſit diuerſi Ordinis, & habitus; cum eas poſſit per crates inuiſere, & alloqui. Vide Llamas *in append.*

append. §. 11. in. fin. & alios, quos citat Bonacina *de clausura, q. 4. punct. 1. num.* 3. quamuis ipse nostram sententiam non sequatur, quoad Monialem diuersi Ordinis, & habitus; ex eo quod talis censeatur extranea Monasterio, sed quod dixi, est etiam probabile, cum ad oppositam istam rationem facilè pateat Responsio ex dictis.

DVBITATIO XXXI.

An, & quid veniat nomine Monasterii Mopialium?

SVMMARIVM.

1 *Nomine Monasterij Monialium venit spatium illud, quod intra Monasterij ianuam semper clausam continetur, modo clausura deputatum sit.*

2 *Recipiens se intra Monasterij ianuam, quæ semper claudi solet etiam ad vnum, vel duos pedes, incurrit secundum probabiliorem opinionem pœnas latas contra violatores Clausuræ.*

3 *Item Recipiens se intra Viridarium, vel Vineam, vel Chorum; secus si se sistat in ianua ex parte exteriori, quæ secularibus patet.*

4 *Spatium nondum Clausuræ deputatum non venit nomine Monasterij.*

1 RESPONDETVR, venire spatium illud quod intra Monasterij ianuã semper clausam continetur, modo clausuræ deputatum sit. Vnde Monasterium ingredi dicitur, & consequenter pœnas ingredientium Monialium Monasteria contrahit, qui se recipit intra Monasterij ianuam, quæ semper claudi solet, etiamsi fortè ad vnum, vel duos pedes intra illam se recipiat, iuxta communiorem, & probabilem opinionem, *vt infra dubit.* 53. dicam.

2 Item, qui se recipit intra Viridarium, vel vineam Monialium septam, & intra clausuræ limites contentam, vel intra chorum Monialium; secus, si se sistat in ianua ex parte exteriori, quæ secularibus patet, & ad quam Monialis seipsam sine clausuræ violatione recipere non potest: quapropter sine clausuræ violatione potest persona secularis, & Monialis simul esse in ianuæ illius limine, si scilicet à parte exteriori sit secularis, ab interiori autem sit Monialis; quia in tali casu neutra persona suos limites transgreditur; cum pars exterior sit extra clausuram, interior autẽ intra illam. Vide Rodrig. *to. 1. q. 46. ar. 1.* Suar. *to. 4. de relig. lib. 1. cap. 10. num. 6. & seqq* & quę dicebantur *dub. 1.* & dicentur *dub. 53.*

3 Dixi, *modò clausura deputatum sit*, quia si spatium illud nondum clausuræ deputatum, & addictum est, non venit nomine Monasterij, ita vt ingressus ad illud interdictus sit, vti accidit, dum Monasterium construitur, & ædificatur, & clausuræ nondum subiectum est; sic declarauit S. Cardinalium Congregatio 1584. teste Coriolano *par. 2. casu 3. q. 2. n.* 29. & Sotbo *ver. Ingredi, n.* 13.

DVBITATIO XXXII.

An, & quis possit concedere licentiam ingrediendi Monasteria Monialium?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus concedere potest licentiam ingrediendi Clausuram Monasterij sibi subiecti auctoritate etiam delegata, idem etiam potest superior Regularis in Monasterio sibi subiecto.*

2 *Eius est licentiam concedere cuius est clausuram Monialium indicere.*

3 *Cui ligandi facultas competit, soluendi etiam facultas competere consueuit.*

4 *Res per quas causas nascitur per easdem dissoluitur.*

5 *Superior ille est, qui Monasterio praest.*

6 *Episcopus non potest concedere licentiam ingrediendi clausuram Monasterij subiecti Regularibus.*

7 *Episcopus vbi est introducta consuetudo potest dare licentiam ingrediendi clausuram Monasterij subiecti Regularibus, & etiam licentiam eorum registrare, seu approbare; secus tamen est praecisa consuetudine.*

8 *Declarationes sac. Congregationis circa hoc recensentur, & conciliantur*

RESPONDETVR, quod (quamuis aliqui probabiliter teneant, posse solum Episcopum, etiam quando Monasterium non est ipsi, sed Regularibus subiectum, ex Tridentino *sess. 25. de Regular. c. 5.* vbi Concilium disiunctiuè loquitur, asserens, eam licentiam ab Episcopo, vel Superiore concedendam esse; ita Zecchius *de Republ. Ecclesiastica, tit. de Regular. cap. 3. nu. 15.* vbi ait sic declarasse S. Cardinalium Congregationem; & Zerola *ver. Moniales, ad 8. quæst. verf. 4. ad fin.* vbi dicit sic se vidisse Neapoli obseruari) nihilominus probabile etiam sit, dictam licentiam concedere posse Episcopum auctoritate ordinaria (quando Monasterium est sibi subiectum) auctoritate delegata (quando est subiectum immediatè sedi Apostolicæ) Prælatum verò Regularem concedere posse, quando Monasterium est subiectum Regularibus. Ratio, quia eius est licentiam 1 concedere, cuius est clausuram Monialibus indicere, vt rectè dixit Monachus *in cap. periculoso, de statu Regular. in 6. numer. 1. & 2.* Franch. *ibidem numer. 5.* Dominicus *numer. 10.* Bonacina *de clausura, quæstion. 4. punct. 2.* Lezana *ver clausura, num. 24. & tom. 1. cap. 25. numer. 25.* & ratio 2 est; quia cui ligandi facultas competit, soluendi etiam facultas competere consueuit, iuxta 3 illud: *Res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur.* At Episcopi est in priori duplici Monasterio tantum clausuram indicere, & egressus licentiam in casibus necessariis concedere; Superioris Regularis autem in posteriori Monasterio, sicut ex probabili sententia *supra dubitat. 6. & 7.* dicebam; ergo idem dicendum in casu nostro de concedenda ista licentia ad ingressum.

Confirmatur; quia sic habetur ex *cit. cap. periculoso*

periculoſo, (quòd per Tridentinum *eod. cap.* 5. non corrigitur, ſed innouatur, & confirmatur) ibi: *De illius, ad quem pertinuerit licentia*, vbi Archidiac. *num.* 2. Ioan. Andr. *num.* 2. Ancharan. *num.* 3. & alij paſſim explicant, Superiorem hunc eſſe, 5 qui Monaſterio præeſt: at Epiſcopus ſolum præeſt poteſtate ordinaria Monaſteriis ſibi ſubiectis, & poteſtate delegata ſubiectis immediatè Sedi Apoſtolicæ, iuxta Tridentinum *cit. ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 9. & 6 nullo pacto præeſt Monaſteriis, quæ ſubduntur Regularibus, ergo ſolum in iis prioribus, non autem in iſtis poſterioribus Monaſteriis concedere poteſt ingreſſus licentiam, atque ita tenent Nauarrus *cap.* 28. *addit.* 2. *ad num.* 143. *cap.* 25. *& Comment.* 4. *num.* 60. *de Regularib.* ſubdens, ſic declaratum eſſe à Pio V. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæſ.* 7. Graff. 1. *part. deciſ. lib.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. Llamas *in append.* §. 5. Confectius *in priuileg. Mendicant. tit.* 20. *cap.* 6. Lezana *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 25. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 22. *& ver. clauſura num.* 24. Suarez *de Relig. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Miranda *de Monialib. quæſt.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 1. Barboſa 3. *part. allegat.* 102. *num.* 40. Bonacin. *de clauſura quæſt.* 4. *punct.* 2. *num.* 3. Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 46. *art.* 2.

7 Confirmatur ſecundò; quia licet nonnullæ Cardinalium Declarationes (quas refert Lezana *cit. ver. clauſura, num.* 24. & Suar. *tom.* 4. *de Religion. tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 15. in his verbis: *Vbi poſt Tridentinum fuerit conſuetudo introducta, vt Epiſcopus det hanc licentiam in Monaſteriis Regularibus ſubiectis, obſeruanda eſt: vbi autem fuerit conſuetudo introducta, vt Epiſcopus habeat ſuperintendentiam aliquam ſuper cõceſſione talium licentiarum, verbi gratia quod debeant apud ipſum regiſtrari, obſeruanda ſimiliter eſt, quamuis Epiſcopus non poſſit tunc licentiam improbare*) velint ſtandum eſſe conſuetudini, tamen, præciſa ſaltem conſuetudine, apud Tamburinum *de iure Abbat. diſp.* 24. *quæſt.* 1. & Lezanam *loco ſupra cit.* ſacra eorundem Cardinalium Congregatio in aliis declarationibus decreuit *licentias ingrediendi intrà ſepta Monialium ex vera tantum neceſſitate concedere quoad Monaſteria Regularibus ſubiecta ſpectare tantum ad ipſum Superiorem Regularẽ*, qui Superior Regularis quãdoque eſt generalis, quandoque eſt Prouincialis, vel ipſorum Vicarius, quandoque eſt Prælatus Conuentualis, iuxta ſtatuta, vel morem Religionum, & Monaſteriorum ipſarum Monialium; ſiquidem licentiam ingreſſus hanc concedere eſt illius, cuius eſt clauſuram Monialibus indicere, quod ad dictos Prælatos ſpectare ſolet, ſicut *Dubitatio.* 6. dicebam. Quapropter

8 Ad oppoſita; & primò ad id (quod affertur ex Tridentino, quod loquatur diſiunctiuè) Reſpondetur, Concilium diſiunctiuè loqui, vt denotet, licentiam Epiſcopi neceſſariam eſſe, & ſufficere reſpectu Monaſteriorum prioris generis, licentiam autem ſuperioris Regularis ſimiliter neceſſariam eſſe, & ſufficere reſpectu Monaſteriorum poſterioris generis. Et ad id, quod ſubditur de quibuſdam aliis Cardinalium declarationibus in oppoſitum, Reſpondetur iuxta dicta, illas ad ſummum intelligi, vbi ſic eſt conſuetudo loci introducta, præſertim, quia ſic concordantur inter ſe prædictæ declarationes, alioquin ſibi contrariæ; & quia Romæ huiuſmodi licentia non conceditur à Prælatis Religionum, ſed à Prælato ad cutam Monialium ſpecialiter per ſummum Pontificem deputato.

Cæterum, an poſſit eciam concedere licentiam ad ingreſſum Capitulum Sede vacante, Vicarius Epiſcopi, vel Vicarius Capituli Sede vacante, vel cuiuſcunque alterius iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentis? dic, vt dicebam *ſupra Dubit.* 8.

DVBITATIO XXXIII.

An poſſit concedere licentiam ingrediendi, Prælatus Regularis Conuentualis?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Regularis conuentualis poteſt concedere licentiam ingrediendi clauſuram Monaſterij Monialium ſibi ſubiecti, dummodo à ſuis ſuperioribus Generalibus eidem ablata non ſit talis facultas.*

2 *Generalis, vel Prouincialis non poteſt dare licentiam ingrediendi Monaſterium Monialium Auctoritate Pontificia ſoli Prælato conuẽtuali ſubiectum, quamuis tempore viſitationis poſſit inquirere an abuſus fuerit dicta facultate.*

3 *Ingreſſus intra Monaſteria Monialium abſque ſpeciali Pontificis licentia fratribus Minoribus in eorum Regula interdicitur.*

4 *Regula predicta cum nullum Monaſterium excipiat, intelligitur de Monaſteriis quarumcumque Monialium.*

5 *Generalis nihil poteſt fratribus Minoribus concedere quoad ingreſſum in Monaſteria Monialium propter Nicolai III. declarationem.*

6 *Cardinales, & Epiſcopi, vel alij habentes priuilegium ingrediendi Monaſteria Monialium cum ſociis, non poſſunt aſſumere pro ſocis fratres Minores, ſi de ipſo non fiat mentio in dicto priuilegio.*

7 *Fratres Minores ex indultu Leonis X. vocati à Prælatis Eccleſiarum, aut à Prælatis Religioſis, aut à Viſitatoribus habentibus curam aliquorum Monaſteriorum Monialium ad hoc vt viſitent predicta Monaſteria &c. poſſunt ingredi.*

8 *Limita quod ſi illi fratres ſubditi fuerint, obtinere prius debent licentiam à ſuis ſuperioribus.*

9 *Prælati Conuentuales ad hunc ingreſſum non indigent licentia Prouincialium.*

10 *Conceſſio predicta non eſt reuocata per motum Gregorij XIII. qui incipit, vbi gratiæ.*

11 *Priuilegium perſonale non dicitur ſolum, eo quod Perſona particulari concedatur; ſed etiam quia conceditur certo Perſonarum generi.*

12 *Priuilegium relatum ad Perſonas dicitur perſonale, & relatum ad locum, Ciuitatem, Religionem, Monaſterium, vel Collegium eſt Reale.*

13 *Fratres Minores vt ingrediantur Monaſteria Conceptionis, & ſanctæ Clarę ipſis ſubiecta*

præter casus in Regula Monialium concessos, indigent sedis Apostolicæ licentia.

14 *Opinio Rodriquez nempe sufficere legitimam causam & superioris licentiam stante decreto fac. Concilij Tridentini satis non probatur, & cur.*

15 *Ingressus permissus an non intelligitur secundum consuetudinem legitimè introductam.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis nonnulli, vt Suar. & Confectius in *locis suprà cit.* negent, tenentes, posse talem licentiam concedere solum Generales, Prouinciales, & alios quibus ipsi commiserint) tamen affirmandum sit (si talis Prælatus Regularis Cõuentualis sit superior illius Monasterij Monialium, & à Superioribus, immediatis, vel Constitutionibus ablata non sit ipsi facultas) Ratio; quia iura absolutè, & generaliter tradunt, id ad superiorem pertinere.

2 Et hoc adeò verum est, quod, si auctoritate Pontificia Monasterium soli Prælato Conuentuali subiectum sit, non possit Generalis, vel Prouincialis licentiam ingressus ad tale Monasterium concedere; cùm in tali casu ipsi nullam iurisdictionem in illud Monasterium habeant: quamuis possint quidem, dum visitant, inquirere, an Prælatus ille iustè facultatem ingrediendi concesserit, quia per hoc non exercent iurisdictionem in Monasterium illud, sed in Religiosum sibi subiectum, de cuius criminibus omnibus (cùm sit ipsis subditus) inquirere possunt, sicut & de aliis subditis. Idemque propter eandem rationem dicas de Episcopo respectu clerici secularis, cui soli Monasterium aliquod subditur. Vide Rodriquez *cit. quæstio. 46. art. 5.* & Bonacinam *de clausura quæst. 4. punct. 2. numer. 5.*

3 Aduerte tamen hic, quod Fratribus Minoribus interdicatur in sua Regula ingressus absque speciali Pontificis licentia, his verbis: *Præcipio Fratribus vniuersis, ne ingrediantur Monasteria, præter illos quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis.* Quam Regulam declarauit Gregorius IX. (vt refert Collector priuilegiorum Mendicantium, ver. Ingressus in Monasteria Monial. *num.* 1.) intelligi de Monasteriis quarumcumque Monialium, cùm Regula nullum excipiat. Et (quamuis postea Alexander IV. & Innocentius IV. dictam declarationem Gregorij IX. coarctauerint ad sola Monasteria S. Dominici, & S. Claræ, & Gregorius X. decreuerit, quod Fratres Minores possint declaratione Alexandri IV. & Innocentij IV. vti ex sui Generalis dispensatione) tamen quia tandem Nicolaus III. decreuit, standum esse declarationi Gregorij IX. qua Pontifex declarauit, in quælibet Monialium Monasteria ingressum Fratribus Minoribus esse interdictum, fit, quod nihil iam possit Generalis in hoc casu concedere propter hanc vltimam Nicolai III. declarationem. Videatur idem Collector *loc. cit. num. 9. & 10.* Rodriq. *quæst. 46. ar. 3. in princip.* Miranda *de Monialib. q. 2. ar. 3. concl. 1.* & Bonac. *de claus. q. 4. punct. 2. num. 7.* qui propterea rectè inferunt, Cardinalem, Episcopum, vel alium habentem priuilegium ingrediendi Monasteria Monialium cum sociis, quos secum assumere voluerit, non posse assumere Fratres Minores; cùm isti, vt dicebam, non possint ingredi Monasteria Monialium absque speciali Sedis Apostolicæ licentia; & in prædicto priuilegio, vt suppono, non fiat mentio de ipsis Fratribus Minoribus.

Concessit tamen Leo X. dictis fratribus Minoribus, quod vocati à Prælatis Ecclesiarum, aut à Prælatis Religiosis, aut à Visitatoribus habentibus curam aliquorum Monasteriorum Monialium, ad hoc vt visitent prædicta Monasteria, vel exerceant omnia alia, quæ in Monasteriis sibi subiectis exercent, vel ad hoc, vt intrent cum ipsis Prælatis, vel Visitatoribus ad videndum officinas, & totum Monasterium interius possint ingredi non obstantibus suæ Regulæ prohibitionibus, & declarationibus, dummodo, si Fratres illi subditi fuerint, impetrent suorum Superiorum licentiam, sic Bonacina *vbi suprà*, & Rodriq. *loc. cit. q. 47. ar. 8.* vbi rectè notant duo. Primum, Prælatos Conuentuales ad hunc ingressum non indigere licentia Prouincialiũ; quia concessio loquitur de Fratribus, qui ita subditi sunt, vt nullum superioritatis munus obtineant; cum, si illud obtinent, possint sibimet ipsis dispensare, sicuti possunt cum aliis, vti dicetur *dub. 34.* Secundum, concessionem hanc non esse reuocatam per Motum Gregorij XIII. qui incipit, *Vbi gratia*, in quo reuocantur omnes facultates ingrediendi Monasteria Monialium, cùm ibi non fiat expressa mentio de priuilegio quibuscunque personis concesso, & sic de omni priuilegio personali (nõ enim priuilegium personale solum dicitur, quod personæ particulari conceditur, sed etiam quod conceditur certo personarum generi, vti constat ex *l. quia tale, ff. solut. matrim.*) Nec de priuilegio reali, quale est hoc concessum toti Religioni Fratrum Minorum, siquidem priuilegium relatum ad personas dicitur personale; at relatum ad locum, ciuitatem, Religionem, Monasterium, vel Collegium, est reale, & ideo perpetuum, vt ad posteros in perpetuum transeat; vti rectè tradunt Doctores, quos citat, & sequitur Suarez *de legib. lib. 8. cap. 3. numero 4.* Socinus *in leg. 2. ff. de rebus dubiis, numero 4.* Rodriquez *tom. 1. quæstion. 47. art. 8. ad fin.* Bonac. *de clausura quæst. 4. punct. 2. numero 8.* & Barbosa *in cit. leg. quia tale*; & constat *ex leg. forma, §. quamquam, ff. de censib.* vbi gloss. rationem reddit; quia licet partes illius Communitatis quotidie mutentur, semper tamen manet eadem Communitas, vel idem populus, *l. proponebatur ff. de iudiciis.*

7 8 9 10 11 12

Aduerte secundò, quod ad ingressum in Monasteria Conceptionis, & Sanctæ Claræ Fratribus Minoribus subiecta, præter casus in talium Monasteriorum Monialium Regula concessos, exigatur Sedis Apostolicæ licentia, vti refert idem Collector *citat. vers. Ingressus in Monasteria Monialium., numero 2. & seqq.* vbi tamen varias Pontificum concessiones, & reuocationes affert: quapropter Rodriquez *tom. qq. Regular. quæstion. 46. art. 3. & 6.* post longam de hac re discussionem concludit, standum esse decreto Tridentini *sess. 25. de Regular. cap. 5.* vbi generaliter concedit ingressum in Monasteria ex legitima causa, & Superioris licentia. At (quia Tridentinum *eadem sess. 25. cap. 22.* ait: *Si qui verò Regularis, tam viri, quàm mulieres sunt, qui sub arctiori Regula, vel statuto viuunt, eos ab eorum instituto, & obseruantia S. Synodus amouere non intendit.*) quod dicit Rodriquez mihi satis non probatur, nisi id iam per aliquod posterius priuilegium, vel legitimè introductam consuetudinem in vsu positum sit; ita vt quid dicendum sit de Fratribus Minoribus, & de Monasteriis Conceptionis, & S. Claræ, quoad ingressum, attendi semper debeat consuetu

14 15

consuetudo legitimè introducta; Rodriq. *cit. art.* 3. & 6. Miranda *de Monialib. q.* 2. *art.* 2. & 3. Cassarubius *in Compend. privileg. Mendicant. ver. ingredi Monasteria Monial. n.* 2. & *seqq.* Bonacina *de clausura q.* 4. *punct.* 2. *num.* 6. & 7. Tamburinus *de iure Abbat. disp.* 23. *q.* 4. & Lezana *ver. clausura, n.* 24.

DVBITATIO XXXIV.

An possit concedere licentiam ingrediendi Abbatissa?

SVMMARIVM.

1. *Abbatissa licet sit verè sui Monasterij superior, non tamen potest dare licentiam ingrediendi Monasterium; quia etiam ipsa, sicut aliæ Moniales, tenetur præcepto Clausuræ.*
2. *Gravitas præcepti clausuræ exigit, vt facultas concedendi licentiam in Monasteria ingrediendi non committatur Prudentiæ mulieris.*
3. *Abbatissa, vel quicumque alius neque ex commissione Prælati potest hanc licentiam concedere.*
4. *Abbatissa, vel Confessarius potest facultatem ingressus concedere ex superioris potestate sibi attributa in casibus frequenter occurrentibus; cum ad superiorem aditus sæpe non pateat.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis cum Nauarro *cap.* 28. *addit.* 2. *ad num* 143. *cap* 25. affirmandum videatur, quia tam Tridentinum, quàm *cap. periculoso* aiunt, id spectare ad Superiorem, cùm ex alio capite Abbatissa verè sit sui Monasterij Superior. *cap. delicta de excessib. Prælat. & cap. attendentes, §. statuimus de statu Monachor.* & constat ex facultate, quam potest concedere ad vsum, & dispositionem bonorum temporalium) negandum tamen sit; quia illius superioris tantum est hanc licentiam concedere, cuius est Monialibus clausuram indicere: at hoc nō est Abbatissæ (cùm ipsa clausuræ præcepto teneatur, sicut & cæteræ Moniales) ergo. Accedit, quia sic videtur exigere gravitas rei, & indicare vterque textus supra adductus, quod scilicet id non com-
2 mittatur prudentiæ mulieris, Monach. *in dict. cap. periculoso, num.* 1. & 2. Dominic. *ibid. nu.* 10. Franch. *num.* 5. Nauar. sibi contrarius *Comment.* 4. *num.* 59. *de Regular. Rodrig. cit. q* 46. *num.* 2. & *seqq* Azor. *lib.* 13. *cap.* 8. *q.* 6. Confectius *tit.* 20. *cap.* 6. Bonac. *de claus. q.* 40. *punct.* 2. *num.* 5. & Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8 *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 14. Subdens, quod Abba-
3 tissa, vel quicumque alius, neque ex commissione Prælati possit hanc licentiam concedere.

An autem possit Abbatissa facultatem ingressus
4 concedere in casu repentinæ necessitatis, dicam *infrà dub.* 36.

Interim dico, posse Abbatissam, vel Confessariū facultatem ingressus concedere ex Superioris potestate sibi attributa in casibus frequenter occurrentibus, cùm ad Superiorem aditus sæpe, non pateat. Nauar. *loc. cit. num.* 60. Rodriq. *vbi suprà in fin.* Graff. 1 *par. dec. lib.* 4. *c.* 23. *n.* 6. & Bonacina *cit. n.* 5. contra Suar. *cit. n.* 14.

DVBITATIO XXXV.

An possit ingredi sine licentia alterius in casibus necessariis, qui potest aliis in iis casibus licentiam concedere?

SVMMARIVM.

1. *Qui potest aliis in casibus supradictis concedere licentiam ingrediendi Monasteria Monialium, potest etiam ea pro se vti, si opus fuerit.*
2. *Concedens licentiam ex officio aliis ingrediendi Monasteria non debet esse deterioris conditionis quam alij, sed debet vti in ingressu duabus conditionibus, hoc est vt id faciat in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis Viris comitatus.*
3. *Deputatus ad officium dandi huiusmodi licentiam, licet sit Delegatus, vtitur eadem facultate, secus si sit facultas commissa ad peculiares Confessarios, vt ad Ordinarios Monialium, & is non sit ex iis.*
4. *Causa limitata limitation producit effectum, & facultas non excedit limites suos.*
5. *Per paucos in motu Gregorij XIII. intelliguntur tres, nec non quatuor, vel etiam quinque.*
6. *Per Religiosos intelliguntur etiam seculares Religiosis moribus dotati, & etiam matronæ graues, & vitæ exemplares.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis Collector priuilegiorum ver. accedere ad Monasteria Monial. *q. vlt.* in annotationibus Cordubæ circa finē, vers. quoad illa duo, neget ex eo, quia nemo potest secum dispensare) tamen affirmandū sit; quia oppositum est multò probabilius, cùm ipse non esse debeat deterioris conditionis, quàm alijs ficuti probabam *cap.* 15. *Dubit.* 17. tum quia Gregor XIII. in Motu proprio, qui incipit: 2
dubiis, quæ emergunt, id clarè decidit, ibi: *Declaramus præterea, tam seculares, quàm Regulares, quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, ita demum vti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religionis personis comitati.* Ergo ex officio facultatem habet vtendi licentia, quam quis potest concedere aliis, seruatis dictis conditionibus, vt scilicet non ingrediatur, nisi à paucis, iisque senioribus, ac religiosis viris comitatus, Nauar. *lib.* 3. *Consil. sit. de statu Monachor. cons.* 6. & 9. Corduba *in Annotat. ver. accedere ad Monasteria Monial. q. vlt.* Rodrig. *cit. q.* 46. *ar.* 5. *in princip.* Llamas *in append.* §. 7. Azor. *cit. cap.* 8. *q* 9. Layman. *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 12. *n.* 2. Suar. *tom.* 4. *de relig lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 23. Miranda *tract. de Monialib. quæst.* 2. *ar.* 14. & Bonacina *de clausura q.* 4. *punct.* 2. *n.* 9.

Quin sequitur, quod propter eamdem rationem 3
idem dicendum sit de illo, qui aliis ingressus licentiam concedere potest ex facultate sibi delegata; eaque limitata, non quidem ad certas personas, sed ad officium, vt si commissa sibi esset facultas concedendi licentiam Confessariis in genere, necessitate postulante, tunc ipse posset

Digitized by Google

4 ingredi sine alterius licentia, si sit Confessarius: secus si esset facultas commissa ad peculiares Confessarios, vt ad Ordinarios Monialium, & ipse non sit ex his: quia causa limitata limitatum producit effectum; & facultas non excedit limites suos.

5 Cæterum, cum dicitur in dicto Motu Gregorij XIII. quod Prælati debeant ingredi *à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati*, per paucos intellige tres, sic Miranda de Monialibus *quæst.* 2. *art.* 15. *concl.* 3. & Lezana *ver. clausura, n.* 32. quamuis alij, vt Tamburinus *de iure Abbat. disp.* 24. *quæst.* 10. & Victorellus *de orig. & clausur. Monial.* §. *An Confessor.* ad exequias, non improbabiliter intelligant quatuor, vel etiam quinque. Et per religiosos intellige etiam seculares, religiosis moribus dotatos, & matronas graues, & vita exemplares.

DVBITATIO XXXVI.

An licentia ingrediendi requiratur, quod sit specialis? Vbi etiam, an iam concessa intelligatur pro vna vice tantum?

SVMMARIVM.

1 *Licentia ingrediendi debet esse specialis, & iam concessa intelligitur pro vnica tantum vice.*

2 *Licentia ingrediendi Monasterium Monialium non sufficit, nec valida est si non faciat mentionem de ingressu Monasterij etiam si sit ad quoscunque actus per superiorem concessibiles, valida tamen est si sit ad ingressum cuiuscunque Monasterij.*

3 *Licentia ingrediendi indefinitè concessa intelligitur pro vna vice tantum, nisi aliud in ea explicetur.*

4 *Priuilegium in fauorabilibus extenditur etiam ad iteratos actus, quoties absolutè conceditur, secus est si aliud de mente concedentis colligatur.*

5 *Pontifex concedens indulgentiam Ecclesiam visitantibus, intelligitur concessa vt sæpius in die illam visitans toties lucretur indulgentiam.*

6 *Iubilæum, si prima hebdomada lucretur, potest etiam repetendo opera in illo præscripta, in altera hebdomada obtineri.*

7 *Nuptias contracturus si dispensationem absolutè obtinuit à voto perpetuæ continentiæ vt nubat cum persona expressa, potest ea impedita contrahere cum alia, secus si dispensatio conferatur limitate verbi gratia ne mulier decepta infamiam incurrat.*

8 *Priuilegium eligendi sibi Confessarium potest intelligi toties quoties opus fuerit confiteri, & quod possit mutare.*

9 *Priuilegium quando est merè gratiosum non finitur finito primo actu.*

10 *Priuilegium in odiosis, vt ingrediendi Monasterij clausuram non admittit extensionem ad iteratos actus, sed finitur primo actu.*

11 *Sermo simpliciter in odiosis prolatus intelligitur de prima vice.*

12 *Sermo quamuis in materia fauorabili æquiualet vniuersali.*

13 *Habens licentiam specialem loquendi cum Moniali, si ea vtatur in tempore quo omnibus est concessum cum ipsis loqui, non potest amplius ea vti.*

14 *Amplia etiam si ingressus quisque sit vigore licentiæ particularis ingrediendi cum duobus, vel tribus, & is vnus ab habente licentiam sit electus, non potest altera die vti facultate sibi concessa quin per huiusmodi ingressum censetur spirata.*

15 *Limita primo, nisi prior licentia specialis fuisset de loquendo cum aliqua Moniali in particulari, & quis ex vi licentiæ generalis locutus esset cum aliis, non autem cum illa Moniali particulari.*

16 *Limita secundo procedere doctrinam supradictam quando in licentiis non est expressa causa ingressus, sed simpliciter est data licentia ingrediendi clausuram Monialium.*

17 *Limita tertio, nisi in licentia speciali esset limitata certa dies diuersa omnino à licentia generali.*

18 *Ius commune non tollit priuilegium speciale, nisi expresse illi deroget.*

19 *Priuilegium non tollit aliud priuilegium, nisi de eo mentionem faciat, maximè si primum priuilegium est speciale, & secundum generale.*

20 *Speciei non derogatur per genus, & Procurator specialis non censetur reuocatus per creationem Procuratoris generalis.*

21 *In materia Clausuræ ex præsumpta mente superioris concedentis per licentiam generalem censetur reuocata specialis, vel esse inclusa in generali, vel confusa.*

22 *Legatum in codicillis tollit primo legatum in testamento.*

23 *Ingrediens ex vi licentiæ generalis, videtur renunciasse licentiæ speciali.*

24 *Posterius priuilegium generale non tollit priuilegium primum speciale quando sunt contraria, secus quando non sunt contraria, sed de eadem re.*

25 *Ingrediens Monasterium pro causa expressa in licentia particulari, si habeat licentiam generalem verbi gratia ingrediendi ad videndam consecrationem Abbatissæ, potest iterum ingredi pro causa particulari expressa in tenore licentiæ.*

RESPONDETVR affirmatiue: colligitur ex Tridentino *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* in quo innouatur *cap. periculoso, in princip. de statu Regular. in* 6. vbi dicitur: *Nisi speciali licentia*, & docent Ancharan. ibi, *numero* 3. *notab.* 4. Archidiac. *numero* 2. Dominic. *numero* 5. & 9. Francus *numero* 5. Azor. *tom.* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæstio.* 5. Miranda *de Monialib. quæst.* 2. *ar.* 2. & Lezana *ver. clausura, n.* 35. 1

Cæterum, dicitur specialis, si in specie contineat facultatem ingrediendi Monasteria Monialium: quapropter non sufficit, nec valida est, si non faciat mentionem de ingressu Monasterij, etiamsi sit ad quoscunque actus, quos Superior concedere potest; quia hæc est licentia generalis, non specialis: valida tamen est, si sit ad ingressum cuiuscunque Monasterij; quia est specialis 2

circa

circa ingreſſum, licet generalis quoad Monaſteria: item valida eſt, ſi ſit generalis, vt v.g. Confeſſarij, medici, fabri, aliique ſimiles ingrediantur; quia etiam huiuſmodi licentia eſt ſpecialis quoad ingreſſum, licet quoad perſonas in ea expreſſas, ſpecialis non ſit, ſed generalis, etſi ſpecialis etiam dici poſſit in alio ſenſu (ſcilicet quoad certum genus perſonarum) quamuis in ipſa non fiat ſpecialis mentio alicuius perſonæ particularis, ſed in genere dicatur, quod Confeſſarij, medici, vel ſimiles, vti dicebam, ingrediantur, Doctores *ſupra cit.* præcipuè Miranda *queſt. 2. art. 2. ad fin.*

An autem hæc licentia ingrediendi indiffinitè, & ſine temporis præfinitione conceſſa, intelligatur conceſſa pro vna vice tantum, ita vt vnico actu finiatur.

3 Reſponderur, niſi aliud in ea explicetur, etiam affirmatiuè, prout iudicatum fuiſſe refert Riccius *in praxi fori Eccleſ. deciſ. 649. edit. 1. & part. 3. collectan.* 587. & docent Doctores *infra* citandi contra Bonacinam de clauſura *queſt. 31* 4 *punct. 5. num. 8.* & alios, quos ipſe citat. Ratio autem eſt; quia, licet conceſſio, ſeu priuilegium in fauorabilibus extenſionem admittat ad iteratos actus quoties abſolutè conceditur, niſi ſecus de mente concedentis colligatur.

5 Vnde, cùm Pontifex indulgentiam concedit Eccleſiam viſitantibus, intelligitur conceſſa, vt ſæpiùs in die illam viſitans, toties lucretur in- 6 dulgentiam: quapropter etiam qui prima hebdomada lucratus eſt lubilæum; poteſt & in altera hebdomada, repetendo opera in illo præſcripta, iterum illum lucrari: Henriquez *lib. 6. cap. 16. num. 3. & lib. 7. cap. 11. num. 1.* Rodriq. *tom. 1. ſum. cap. 184. num. 14.* & ſentire videntur etiam Nauarr. *notab. 32. num. 46.* & Benzon *lib. 5. cap.* 7 *15. dub. 23.* quamuis aliqui contrarium ſentiant. Item ſecundò, qui nuptias contracturus cum Caia, diſpenſationem abſolutè propter difficultatem, verbi gratia continendi, à ſupplicante allegatam, diſpenſationem ſuper voto perpetuæ continentiæ, vel approbatæ Religionis impetrauit, poteſt, impeditis poſtea his nuptiis, aliud matrimonium contrahere: Doctores communiter *in tract. de legib.* quamuis ſecus dicendum, ſi diſpenſatio conferatur limitatè, ac reſpectiuè, pura in ordine ad certum, ſeu determinatum matrimonium, cuius contrahendi cauſa, atque neceſſitas vrget, verbi gratia, ne mulier decepta infamiam incurrat: tunc enim (cùm diſpenſationis motiuum, ſeu cauſa ceſſet) talibus nuptiis impeditis, non poterit aliud matrimonium contrahere ſine noua diſpenſatione. Item 8 tertiò, qui facultatem eligendi confeſſorem obtinuit, poteſt toties, quoties voluerit, confeſſorem eligere, & illum mutare: Doctores, quos citat, & ſequitur Suarez *de pœnit. diſp. 27. ſect. 2.* idque ex eo, quia cum tale priuilegium ſit merè gratioſum, in detrimentum nullius vergens, non 9 finitur finito primo actu.)

Nihilominus conceſſio, ſeu priuilegium in odioſis, litigioſis, vel pœnalibus, vt ingrediendi Monaſterij clauſuram, loquendi cum Monialibus, & ſimilia, extenſionem non admittit ad iteratos actus, ſed finitur finito primo actu; quia 11 in odioſis ſermo ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l. boues, §. hoc ſermone, ff de verbor. ſignific.* & ſic ſermo, quamuis in mate- 12 ria fauorabili æquiualeat vniuerſali. *argum. leg. cum inter veteres, verſ. maximè, Cod de fideicommiſſ. lib. non ſic tamen in odioſa*: Bart. *in leg. ſi pluribus, ff. de legat. 2.* Iaſon. *in leg. duobus reis, §. ſed, qui, numero 75. ff. de iureiur. & in leg. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, numero 28. ff. de acquir. haered.* Felin. *in cap. innouamus, de treug. & pace verſ. fallit. 3. & §. licentia de ingrediendo, & cap. 1. numero 17. de reſcript.* Alex. *in leg. 2. numero 5. ff. de liber. & poſthum.* vbi Socinus *numero 11.* Iaſon *numero 8.* Gemin. *in cap. vt circa de elect. lib 6. in fine*, Decian. *conſil. 343. numero 2.* Alberic. *de reſ. lib. 2. ſtat. 9. 181.* Ioan. Andr. *de regul. iur. lib. 6. regul. 34.* Tiraquell. *de controuerſ. connub. §. 2. gloſ. 1. numero 70.* Sbroz. *de offic vicar. lib. 2. queſtion. 210.* Graff. *tom. 1. conſ. 22. de ſentent. excommunicat. numero 38.* Maſtrill. *deciſ. 97.* Diana *par. 3. tractat. 2. reſolut. 48.* & Roderiq. *qq. regul. tom. 3. queſtio. 6.* qui propterea ſubdunt, quod ſi 13 quis habuit licentiam ſpecialem loquendi cum Monialibus alicuius Monaſterij, & antequam tali licentia vtatur, concedit Prælatus facultatem generalem, vt quilibet tali die poſſit cum Monialibus illius Monaſterij loqui, iſte talis, loquendo in illa die, in qua cuilibet licitum eſt cum Monialibus loqui, non poſſit poſtea iterum cum illis loqui, vtendo ſua licentia ſpeciali. Similiter, ſi Pontifex conceſſit Paulo licentiam ſpecialem, vt poſſet ingredi clauſuram Monialium, & antequam Paulus tali licentia vteretur, Pontifex conceſſit licentiam generalem, vt quilibet tali 14 die ingredi poſſet dictam clauſuram, ſi Paulus vigore licentiæ generalis ingreſſus eſt clauſuram in illa die, non poſſit iterum ingredi virtute ſuæ licentiæ ſpecialis. Similiter, ſi Pontifex conceſſit licentiam ſpecialem Paulæ, vt poſſet ingredi Monaſterium, ante cuius vſum Antonia obtinuit licentiam, vt cum tribus honeſtis mulieribus idem Monaſterium ingredi poſſet, & inter alias elegit prædictam Paulam, poſt ingreſſum cum Paula, non poſſit iterum ingredi Paula virtute ſuæ licentiæ ſpecialis: qua de re vide Doctores *ſupra citat.* & præcipuè Alberic. Ioan. Andr. Tiraquel. Fel. Rodriq. & Graff. *in loco ſuprà cit.* quorum doctrinam tamen

Limito primò, niſi prior licentia ſpecialis fuiſſet de loquendo cum aliqua Moniali in parti- 15 culari, & quis ex vi licentiæ generalis locutus eſſet cum aliis, non autem cum illa Moniali particulari: tunc enim poſſet iterum vti licentia ſpeciali, & illam particularem Monialem alloqui; quia in tali caſu non militat ratio aſſignata. Confirmatur; quia ſi poſt obtentam licentiam loquendi cum Paula, antequam tali licentia vtatur, obtinet licentiam loquendi cum Antonia, per locutionem cum Antonia, non expirat licentia loquendi cum Paula: ergo ſimiliter dicendum eſt in caſu noſtro, quod per vſum licentiæ generalis, & ex vi cuius locutus eſt cum aliis Monialibus, & non cum illa Moniali particulari, quæ continebatur in licentia ſpeciali non expiret licentia ſpecialis, atque adeo propterea hac vti poſſit.

Limito ſecundò, vt vera tantum ſit eadem 16 eorundem Doctorum *ſuprà* dicta Doctrina quando in licentiis non eſt expreſſa cauſa ingreſſus, ſed ſimpliciter eſt data licentia ingrediendi clauſuram Monialium, vel ſi cauſæ ſint expreſſæ, tales tamen ſunt, quæ poſſint in eodem ingreſſu commodè expediri, vt ſi, verbi gratia in

vna licentia dicatur,pro consecratione. Abbatissæ, & in alia licentia, pro visitatione alicuius Imaginis, aut pro visitatione consanguineæ, &c. Secus enim dicendum est, si causæ essent diuersæ, & quæ in eodem ingressu commodè expediri non possent: nam tunc posset homo bis ingredi;quia effectus licentiarum non possunt in eodem ingressu obtineri,vt si,verbi gratia in licentia speciali fuerit expressa causa, quod Paulus, congregato Monialium Capitulo, volebat contractum facere, vel negotium aliud graue tractare, quod commodè tractari non poterat in die licentiæ generalis, propter concursum populi.

17 Limito tertiò, nisi in licentia speciali esset limitata certa dies diuersa omninò à licentia generali; quia quod facit ratio diuersitatis causarum, quæ simul commodè non possunt expediri,multò magis id facit temporis;seu dierum variatio.

18 Dices: si Paulus in casu nostro non posset iterum ingredi, esset, quia per licentiam generalem videtur reuocata licentia specialis;sed hoc est falsum: ergo, &c. Minor probatur; quia licentia generalis, vel est ius commune, vel priuilegium: si primum, ius commune non tollit priuilegium speciale, nisi expresè illi deroget, *cap. 1. de constit. lib. 6.* Si secun-
19 dum, priuilegium non tollit aliud priuilegium, nisi de eo mentionem faciat, ergo, &c. maximè si primum priuilegium est speciale, & secundum generale, vt ex communi docet Mandos. *in tractat. de priuileg. ad instar. gloss. 8. numero 7. & seqq.* & colligitur ex *cap. veniens, de præscript.* vbi gloss. & sequitur Rebuff. *cap. 1. de rescript. numero 10.* ergo in casu nostro licentia specialis
20 prior non censetur reuocata per licentiam generalem posteriorem, iuxta illud commune axioma Iuristarum:Speciei non derogatur per genus;qua ratione procurator specialis non censetur reuocatus per creationem procuratoris generalis,vt probat Costa *de retract. c. 9. cas. 13. n. 7.*

21 Respondetur,quod ex rationabili,& præsumpta mente Superioris, in casu nostro vel per generalem licentiam censetur reuocata licentia specialis, vel licentia generalis non extenditur ad Paulum, vel si extenditur, in licentia generali intelligitur inclusa,seu confusa licentia specialis.Ratio, quia non videtur, quod licentia generalis in tali casu extenditur ad Paulum *argum. leg. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulg. & pupill. substit. & leg. doli clausula ff. de verb. obligat.* non enim videtur Superior velle,Paulum habentem licentiam specialem includi in licentia generali;vel si includit, in licentia generali inclusa,seu confusa intelligitur licentia specialis,*argum. leg. debitori, Codic. de pactis,* & cum secundũ *Codic. de fideicomm.* quin non solum videtur in licentia generali confundi specialis, sed etiam
22 per illam reuocari,*leg. libertis, ff. de aliment.* Vbi vl-
23 timò legatum in codicillis tollit primò legatum in testamento. Adde,quod Paulus ingrediens ex vi licentię generalis,videtur renunciasse licentię speciali;quod locum habet non solum in contrariis, & omninò incompatibilibus, sed etiam in ambitiosis,& odiosis,*argum. cap. de multa,& cap. præterea de presb. & cap. gratia de rescript. lib. 6.* & dato, quod non renunciasset per alterius licentiæ electionem, non potest,nisi semel,effectum cõsequi;quia,vt supra dicebatur,in odiosis,& restringẽdis quocunque modo quis consequatur effectum gratiæ, & licentiæ generalis,effectum suum est consecutus, non potest amplius vti licentia speciali. Ad probationem minoris respondetur,quod licet posterius priuilegium generale non tollat priuilegium prius speciale,quando sunt contraria(in quo casu pro- 24
cedit illud commune axioma Iuristarum in contrarium allegatum)tamen quando non sunt contraria,sed de eadem re, tunc in odiosis posterius priuilegium generale,vel non extenditur ad personam cui concessum fuerat speciale,vel si extenditur,intelligitur priuilegium speciale confusum, seu inclusum in generali.Dixi, *in odiosis*, vt est in casu nostro,nam in fauorabilibus, & ampliandis aliter dicendum est.

Dices secundò; saltem quando Paulus vt ex li- 25
centia generali, effectum in licentia speciali intentum (quamuis commodè illum consequi potuisset) actu consecutus non est, potest iterum ad eum consequendum ingredi: vt si verbi gratia causa expressa in licentia speciali fuisset ad visendam aliquam Sancti imaginem, & in licentia generali diceretur, quod quisque ingredi posset ad videndam consecrationem,vel benedictionem Abbatissæ:tunc si Paulus ingrediens ad videndam cõsecrationem Abbatissæ,non visitet imaginem illius Sancti,non videtur,cur non possit ingredi ex vi licentiæ specialis ad visendam imaginem concessæ, sicut dicebatur,quod habens licentiam specialem loquendi cum tali Moniali,v.g. Paula, si is ex vi licentiæ generalis omnibus concessæ ad loquendum cum Monialibus,loquatur cum aliis,excepta Paula,potest postea vtens licentia speciali, loqui cum illa.

Respondetur, disparitatem esse; quia per hanc licentiam dispensatio fit in ipsa locutione, quæ erat prohibita, & ideo quamdiu quis cum ea Moniali non loquitur, licentia non dicitur habuisse effectum suum:at per licentiam specialem ingrediendi clausuram Monialium ad visendam imaginem,non dispensatur formaliter in ipsa visitatione,sed in ingressu:hic enim est prohibitus, & non visitatio imaginis præcisè, & illa est tantum ratio, seu causa dispensandi, vnde hoc ipso, quod Paulus semel ingressus est Monasterium Monialium,censetur licentia, seu dispensatio effectum suum habuisse,saltem si per Paulum stetit,quin tũc viseret imaginem. Confirmatur:nam aliàs si quis habens licentiam ingrediendi clausuram Monialium ad finem visitandi consanguineam infirmam, & ingrediatur semel,& illam non visitet,sed aliud agat, posset iterum ingredi,quod non est dicendum.

DVBITATIO XXXVII.

An requiratur, quod licentia sit in scriptis?

SVMMARIVM.

1 *Licentia ingrediendi clausuram Monasterij Monialium debet esse in scriptis, non sufficit tacita,nec oretenus concessa.*

2 *Licentia in scriptis requiritur etiam ad licitum Monialis ex clausura egressum.*

3 *Ingredi clausuram Monasterij Monialium si solum solemnitas scripturæ desit ex probabiliori sententia est culpa mortalis.*

4 *Solemnitas scripturæ in concedenda in clausuram*

ſuram ingreſſus non eſt leuis , & ad ſubſtantiam præcepti parum conducens ; ſed quid graue.

5 *Actus lege, vel contrahentium conſenſu ſcripturam exigens, eſt nullus ſi ſcriptura careat.*

6 *Actus ſine forma celebratus non ſubſiſtit.*

7 *Licentia oretenus à Prælatis conceſſa Clericis adſtrictis reſidentia non excuſat eos à fructuum amiſſione.*

8 *Contraria ſententia eſt etiam probabilis , & cur.*

9 *Religioſus non eſt Reus pœnarum contentarum in motu Clementis V I I I. de largitione Munerum obtenta licentia ſuperiut oretenus & non in ſcriptis ; quia dicta ſolemnitas requiritur tantum in foro externo , non autem interno ; ſed melius dic , quia dicta Bulla non eſt vſu recepta.*

10 *Cauſa ingrediendi licet ſit clara v. g. pro aliqua neceſſitate Monaſterij non excuſat vt ingreſſus ſine ſcriptis ſit licitus iuxta probabiliorem opinionem.*

11 *Licentia in ſcriptis neceſſaria eſt etiam ingredientibus verbi gratia miniſtrandi cauſa Sacramenta , medendi infirmis , vel conſtruendi edificium , quia licet his omnibus , in ſpecie ſit conceſſa , non autem eſt in individuo.*

12 *Conceſſo principali cenſetur conceſſum etiam acceſſorium , niſi ſit aliqua ſpecialis illius acceſſorij prohibitio.*

13 *Licentia in ſcriptis non eſt neceſſaria miniſtris quando periculum eſt in mora , & ſuperior non poſſit commode adiri , & ſi ſit periculum eam obtinendi oretenus , abſque ea ingredi poſſunt.*

14 *Licentia ſi in ſolo ſcripto expectando periculum eſſet, eſt neceſſaria oretenus.*

15 *Abbatiſſa legitimè Prælata ad licentiam ingreſſus concedendam , ſi periculum ſit expectare licentiam Prælati tam in ſcriptis , quam oretenus , poteſt eam concedere , & hoc caſu ceſſat neceſſitas illius non obtinenda.*

16 *Abbatiſſa certum non eſt, quod iure ordinario non poſſit huiuſmodi licentiam concedere.*

17 *Abbatiſſa ex præſumpta mente Prælati , videtur poſſe concedere licentiam quando neceſſitate vrgente non poſſit commode Prælatus adiri.*

18 *Diſpenſatio Epiſcopi expectanda eſt , quando non poteſt ſine mora periculo pro ea ſummus Pontifex adiri.*

19 *Superiores rectè facerent ſi concederent facultatem ipſis Abbatiſſis, vel Monialium Confeſſariis vt in caſibus neceſſitatis , & in ordinariis paſſim occurrentibus licentiam ingrediendi in ſcriptis tribuerent.*

20 *Licentia ingreſſus ſicut debet eſſe in ſcriptis , ita licentia egreſſus alicuius Monialis in ſcriptis eſſe debet.*

1 RESPONDETVR , affirmatiuè : patet ex Tridentino *ſeſſ. 25. de Regular. cap. 5.* ibid : *Sine Epiſcopi , aut Superioris licentia in ſcriptis obtenta* : quare dicendum, quod non ſufficiat tacita, etiamſi ſit ex ſcientia , & patientia Superioris quacunque ; quia cum ſcripturam requirat, nec verbis expreſſa ſufficit ; Conferctius *in Priuileg. Mendicant. tit. 20. c. 6.* & Lezana *ver. clauſur num. 15.* Similis licentia in ſcriptis requiritur ad licitum Monialis ex clauſura egreſſum , vt habet Motus Pij V. qui incipit: *Decori & honeſtati*, & dicebam *dubit. 7* 2

Au autem ſit culpa mortalis ingredi , ſi ſolum ſcripturæ ſolemnitas deſit (vt ſolum verbotenus licentia obtenta fuerit) quamuis cauſa ingreſſus ſit legitima, & à legitimo Superiore conceſſa? 3

Reſpondetur ex probabiliori ſententia Doctorum affirmatiuè ; quia Tridentinum , & Pius V. in locis ſupra cit. ſcripturã requirunt ; non ſolum, vt illa ſit licentiæ conceſſæ teſtimonium , quo licentia conſtet , ſed etiam vt maturius, & ſic rarius licentia concedatur (ob quam rationem *in cap. 1. de ſentent. excommun. in 6.* iubentur Prælati excommunicationem in ſcriptis proferre) ergo non eſt hæc ſolemnitas leuis , & ad ſubſtantiam præcepti parum conducens (vt volunt Auctores oppoſitæ ſententiæ) ſed quid graue , & ab ſubſtantiam præcepti pertinens, atque adeo ſub culpa mortali aſtringens. 4

Confirmatur; quia actus lege, vel contrahentium conſenſu ſcripturam exigens , eſt nullus , ſi ſcriptura careat , *l. contractus , Cod. de fide inſtrument.* iuncta gloſſ. ibi communiter recepta : & ratio eſt quia tunc ſcriptura videtur de forma ; actus autem ſine forma celebratus non ſubſiſtit : ergo licentia hæc ex iuribus prædictis ſcripturam exigens, ſi non ſit in ſcriptis, nulla erit; atque adeo perinde foret, ac ſi quis ſine licentia ingrederetur, vel egrederetur, quod in omnium ſententia culpa mortalis eſſet. 5 6

Atque ita tenet Suar. *de Relig. tom. 4. libro 1. cap. 10. numer. 15.* Llamas *in Append. §. 6. in princip.* Bonacina *de clauſura, queſtion. 4. punct. 3. numer. 2.* Lezana *cit. numer. 15.* Confectius *tit. 10. cap. 6.* vbi ait , quod ſi licentia non ſit in ſcriptis , ſit irrita, & à pœnis incurrendis non excuſet. Eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Nauar. *libro 3. conſil. tit. de clerie. non reſid. conſ. 13.* & *conſil. 22. in 2. edit. nu. 5. & ſeqq.* quatenus ait, licentiam oretenus Prælatis, aut Parochis, vt à ſuis Diœceſibus, aut parochiis abſint , conceſſam , eos à fructuum amiſſione in Tridentino *ſeſſ. 23. cap. 1. de reformat.* in illos (qui ſine licentia in ſcriptis abſunt) decreta non excuſare. 7

Quamuis contrarium ſit etiam probabile, ſicuti colligitur ex iis , quæ dicebam *cap. 14. ſect. 3. num. 15.* & ſentiunt Miranda *de Monialib. q. 3. ar. 2. ad fin.* Homobonus *de caſibus reſerv. par. 2. caſ. 5.* & Petr. Bellochius *in prax. Theolog. Mor. par. 2. queſtion. 9. numer. 162.* ex eo , quia licet per decretum Concilij Tridentini licentia in ſcriptis requiratur, hoc tamen quoad forum externum tantum intelligendum ſit, nõ item quoad forum internum; in quo cum veritas ſolum attendatur , ſufficit, vt conſenſus ſolum iure naturali requiſitus interueniat , & citant Innocentium , Abbatem , & Felinum. Idem ſentire videntur Souſa *in Declarat. Motus Clementis V I I I. de largit. munerum. Religioſis interdict. num. 98.* Ioann. Valerus *in differ. veriuſque fori ver. Munera , numer. 83.* Fauſtus *in Theſ. Religionis libro 8. queſtion. 219. numer. 5.* & Diana *par. 1. tract. 6. reſol. 20.* dum aiunt, quod (licet Clemens V I I I. in dicto Motu proprio ſub multis pœnis interdixerit Religioſis largitionem munerum; niſi ex licentia Superioris, & Conuentus in ſcriptis obtenta , & aliis ſeruatis conditionibus , quæ ibi requiruntur , id fecerint) 8 9

nihilominus non sit reus illarum pœnarum Religiosus, qui scripturam, vrpote leuem solemnitatem, & quæ ad substantialem illius Bullæ rationem non spectat, omiserit; quodque scriptura in testimonium fidei sit tantum necessaria pro foro externo, non item interno. Ad quod tamen responderi posset ex dictis, negando antecedens: quodque si nunc de facto Religiosus donando sine licentia Superioris in scriptis, non est reus dictarum pœnarum, id sit; quia dicta Bulla Clementis VIII. non est vsu recepta, sicuti rectè adnotarunt Doctores, quos citat, & sequitur Diana *loco supra cit. resol.* 1. At si esset vsu recepta, probabilius esset oppositum quod de facto docent Bert. in exposit. dictæ Bullæ *p.* 2. *cas.* 3. & Graff. *de casibus reserv. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 58.

10 Adde, quod (licet nonnulli Doctores, vt Llamas *loco cit.* Miranda *tract. de Monialib. quæstion.* 2. *ar.* 2. *concl.* 2. Hieronym Rodrig. *in Compend. qq. Regul. resol.* 26. *numer* 8 Villalobos *tom.* 2. *tractatu* 35. *diffi.* 46. *numer.* 4. & multi alij sentiant, licentiam, nec specialem, nec in scriptis, exigi, quando causa est clara, vt si verbi gratia sit ad ingressum Confessarij, infirmis sacramenta ministrantis, medici, barbitonsoris; cœmentariorum, lignariorum, & ministrorum similium; ex eo, quod hi omnes excipiuntur in cap. periculoso, iuncta glossa. *ver. causa, de statu Regular. in* 6. cum enim ibi textus concedat ex causa iusta ingressum, glossa ponit exemplum in his ministris) tamen probabilius sit etiam oppositum; Doctores quos citat, & sequitur Bonac. *cit. punct.* 3. *num.* 2. & ratio est; quia in dicto *cap. periculoso* exigitur præter causam claram specialis licentia superioris; quare non est verum, hos excipi in illo textu: & gloss. ibi ver. causa, solum ait, in his concurrere causam, non tamē ait, hos excipi, quasi ius ipsum eis ingressum, inconsulto superiore, concedat: & Tridentinum vltra causam, & licentiam Superioris in eo textu requirit etiam vt sit in scriptis: vide, quæ dicentur *infra Dubitat.* 40.

11 Neque obstat, si dicas, quod hi omnes ministri comprehenduntur in licentia v. g. ministrandi sacramenta, medendi infirmis, vel construendi ædificium, &c. ex eo, quia cum ipsorum ingressus ad hæc exequenda sit fini illi omninò necessarius, videtur in iis licentiis inclusus; siquidem qui concedit principale, videtur etiam concedere accessoria, sine quibus principale obtineri non potest, *l.* 2. *ff. de iurisd. omn. Iud.* ergo, &c.

Respondetur enim; quod in dicta licentia hi omnes ministri comprehendantur, omnes quidem in specie, non autem omnes in individuo; quia hi omnes in specie sunt necessarij, non autem hi omnes in individuo; quin aliquos ex ipsis in individuo, ratione iuuentutis, vel improbæ famæ, posset Superior iure optimo iudicare indecentes, atque adeo illis ingressum denegare electis aliis ministris maturioris ætatis, & bonæ famę.

12 Quapropter ad illud, quod dicitur (concedentem principale videri concedere accessorium) Respondetur, id intelligendum esse, nisi sit aliqua specialis illius accessorij prohibitio, ob quam in talis accessorij concessione specialis aliquis modus concedendi exigatur, vt est in casu nostro.

Illud tamen cum Nauarro *Comment.* 4. *de Regular. numer.* 60. Graff. 1. *par. decis. libro* 4. *cap.* 23. *numer.* 6. *in fin.* Azorio *tom.* 1. *libro* 13. *cap.* 8. *quæstion.* 8. Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regular. quæstio.* 46. *ar.* 2. *in fin.* Tamburino *de iure Abbat. disputat.* 23. *quæst.* 9. Bonacina *de claus. quæstio.* 4. *punct.* 2. & Lezana *ver. Clausura, numer.* 25. dicendum 13
est, quod vbi repentina horum ministrorum necessitas occurrat, & (si superioris licentia in scriptis expectetur) periculum sit in mora, licentia in scriptis tunc necessaria non sit; quia aliter non satis esset repentinis his necessitatibus consultum, quapropter dicendum, quod talis casus sit exceptus ex Epiicheia vel quod præsumatur adesse Superioris licentia; quinimmò si sit periculum in mora, quod obtineatur illa oretenus, nec oretenus illam obtineri, necessarium erit ob easdem rationes; Nauar. Graff. & alij Doctores *in locis supra cit.* Quamuis, si in solo scripto expectando periculum esset, necessaria sit licentia verbotenus; quia iura requirunt licentiam, eamque in scriptis obtentam coniunctim, ergo vbi necessitas non excusat ab vtroque, id, quod absque morę periculo seruari poterit, necessariò seruandum erit; Doctores, quos citat, & sequitur Bonacina contra Nauarrum, & Graffium *in locis supra cit.* 14

Cæterum, an quando periculum est, expectare licentiam Prælati, tam in scriptis, quàm oretenus, non autem sit periculum, expectare licentiam Abbatissæ Monasterij, hæc necessariò sit expectanda? 15

Respondetur distinguendo: Si Abbatissa generalem à Prælato facultatem huius licentiæ concedendæ habet, videtur necessariò expectanda, & in scriptis etiam, si in scriptis illam expectare, periculum non sit; quia, cum tunc Abbatissa ad hanc licentiam concedendam sit legitima Prælata, cessat necessitas illius non obtinendæ, Nauar. Bonacina, & Graff. *vbi supra.* At si Abbatissa dictam generalem à Prælato facultatem non habet, Respondetur, quod adhuc (licet Nauar. & Graff. *in locis supra cit.* negent, tunc licentiam Abbatissæ esse necessariò expectandam, forsan ex eo, quia cùm absque ea commissione careat Abbatissa facultate huius licentiæ concedendæ, frustra hæc licentia Abbatissæ expectaretur.) tamen affirmandum sit, etiam tunc licentiam Abbatissæ necessariò esse ex- 16
pectandam; tum quia certum non est, quod Abbatissa iure ordinario non possit eam licentiam concedere, sicuti colligitur ex iis, quæ dicebantur *Dubit.* 33. tum quia in casibus vrgentibus, in quibus non potest sine morę periculo Prælatus adiri, ex præsuppositа Prælati voluntate, videtur eam licentiam concedere, ad Abbatissam spectare: sicut quando non potest sine 17
morę periculo pro dispensatione aliqua Pontifex adiri, expectanda est dispensatio Episcopi; quippe qui ex præsumpta Pontificis voluntate potest, ratione necessitatis, tūc dispensare. Vide Doctores supra citatos, præcipuè Rodriquez *tom.* 1. *quæstio.* 46. *ar.* 2. *in fin.* & *quæstio.* 47. *ar.* 4. *in fin.* & Barbosam *de offic. Episc. par.* 3. *allegat.* 102. *num.* 39. Bonacinam *qu.* 4. *punct.* 3. *num.* 2. Tamburinum *disp.* 23. *quæst.* 9. & Lezanam, *numer.* 25. qui subdunt, quod 18
rectè facerent superiores, si pro casu necessitatis 19
dicto; quin & pro casibus ordinariis passim occurrentibus, vt quoad medicos, cœmentarios, lignarios, & similes (quorum opera passim indigent Moniales) Abbatissis, vel Monialium Confessariis facultatem concedendi licentiam in scriptis tribuerent.

Cæterum, quæ dicta sunt de licentia ingressus:

eadem

eadem dicas de licentia egreſſus(ſcilicet Monialis è Monaſterio) quam in ſcriptis etiam debere eſſe, dicebam *ſupra Dubit.7.*ex Motu Pij V. qui incipit: *Decori,& honeſtati.*

DVBITATIO XXXVIII.

An licentia ad concedendam ingrediendi facultatem,requiratur,quod ſit etiam in ſcriptis?

SVMMARIVM.

1 *Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non requiritur,quod ſit etiam in ſcriptis.*
2 *Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non eſt propriè ingrediendi licentia, quam ſolam in ſcriptis obtineri petit Tridentinum corrigens cap. periculoſo de Regul. in 6.*
3 *Iuris correctio eſt ſtrictè interpretanda.*
4 *A diuerſis non valet illatio.*
5 *Priuilegium ad eius valorem non requirit ſcripturam niſi aliter in aliquo caſu iure præſcribatur.*
6 *Facultas arbitrij alteri commiſſa exigit ſcripturam in concedenda licentia ingreſſus.*
7 *Vſus receptus in quibuſdam locis, quo Epiſcopus, vel ipſius Vicarius facultatem quamdam generalem quoad Perſonas; ſed ſpecialem ingreſſum in ſcriptis concedit, approbatur.*

1 RESPONDETVR; quod quamuis Rodriguez & Graff. locis ſupra cit. affirmare videantur, forſan ex eo, quia hæc licentia eſt indirectè, & remotè ad ingreſſum) tamen cum Diana *par.* 3. *tractatu* 2. *reſol.* 129. & Bonacina *de clauſura, quæſtion.* 4. *punct.* 3. *numer.* 4. pro-
2 babilius negetur; ita vt ſufficiat, eam orretenus obtineri. Ratio; quia non eſt verè ingrediendi licentia; quam ſolam in ſcriptis obtineri petit Tridentinum *ſeſſ.* 25 *de Regular. cap.* 5. Non enim diſpoſitio Tridentini (cùm quoad hoc corrigat *cap. periculoſo, de Regularib. in* 6. vbi ſolum licentia petebatur; & cum iuris correctio ſit ſtrictè interpretanda) extendi non debet ad eam,
3 quæ verè, & propriè non eſt ingrediendi licentia: quod autem non ſit ea verè, & propriè ingrediendi licentia, inde confirmatur; quia Abbatiſſa in hoc caſu teneretur dare licentiam in ſcriptis (cum non aliter date licentiam poſſit ipſemet Prælatus) At ſi prior eſſet licentia ingrediendi, hæc poſterior Abbatiſſæ licentia ſcripto non indigeret: quapropter, cum iura non requirant ſcripturam in huiuſmodi faculeato, ſeu priuilegio, ſed ſolum in ipſa licentia ingrediendi & formaliter loquendo, aliud ſit facultas concedendi licentiam ingrediendi, & aliud licentia ipſa ingrediendi,
4 conſequens eſt, quod à diuerſis non valeat illa-
5 tio, *l. Papinianus ff. de Minor.* præſertim quia de ratione priuilegij non eſt ſcriptura, niſi aliter in aliquo caſu iure præſcribatur, vti dicebam Dubit. præcedenti, & tradunt communiter Doctores, quos citat, & ſequitur Bonacina *de legib. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 4. *nu.* 49.

Cæterũ, ſi facultas ſolius arbitrij daretur Abba- 6
tiſſæ (ſicut & Confeſſario, vel alteri) verbi gratia ſi Prælatus diceret: *Concedo ingrediendi licentiam ei, quem ingredi Abbatiſſa, vel alter iudicabit eſſe neceſſarium*; tunc facultas ingreſſus eſſet in ſcriptis concedenda; quia ea eſt vera, & propria ingreſſus licentia. Quamuis arbitrium Abbatiſſæ, vel Confeſſarij, in ſcriptis etiã eſſe nõ debeat; cùm ipſũ arbitrium Abbatiſſæ, vel Confeſſarij non ſit ingreſſus licentia; quapropter approbo praxim, & vſum in quibuſdam locis receptum, quo Epiſcopus, vel ipſius Vicarius, facultatem quandam generalem quoad perſonas, ſed ſpecialem quoad ingreſſum in ſcriptis concedit quibuſdam operariis (quorum opera indigere ſolent Moniales) vt Confeſſariis, medicis, cœmentariis, fabris lignariis & ſimilibus quos elegerit Abbatiſſa: hoc enim non eſt priuilegium, ſeu facultas concedendi licentiam, ſed eſt conceſſio licentiæ, ſeu licentia ipſa ingrediendi, quam in præcedenti Dubit. dixi in ſcriptis concedendam eſſe.

DVBITATIO XXXIX.

An vt licentia ingrediendi ſit legitima, requiratur, quod ingrediendi cauſa ſit iuſta, & manifeſta?

SVMMARIVM.

1 *Licentia ingrediendi ad hoc vt ſit iuſta, requiritur quod ingrediendi cauſa ſit iuſta, & manifeſta.*
2 *Cauſa concedendi licentiam requiritur quod ſit manifeſta alicui Prælato.*
3 *Manifeſtum & publicum differunt inter ſe, & quare.*
4 *In moralibus probabilitas ſufficit ad rectè, & prudenter operandum.*
5 *Operans cum conſcientia dubia peccat pro ratione peccati, cuius periculo ſe exponit.*
6 *Cauſa vt ſit rationabilis, & iuſta debet eſſe neceſſaria non quidem ne eſſitate extrema; ſed tantum neceſſitate morali.*
7 *Minor cauſa requiritur ad concedendam licentiam ingreſſus fœminarum, quam Virorum.*
8 *Minor cauſa requiritur ad concedendam licentiam ingreſſu Matris, aut ſororum, quam aliarum fœminarum.*
9 *Minor cauſa requiritur ad concedendam licentiam ingreſſus in Monaſterij receptacula, quam ad officinas interiores.*
10 *Cauſa reputatur neceſſaria neceſſitate morali quotieſcumque Miniſterium exercendum concernit vtilitatem Monaſterij, vel ſaltem ſit petit charitas.*

RESPONDETVR affirmatiuè: patet 1
ex *cap. vnic. in princip. de ſtatu Regular. in* 6. ibi: *Niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat.* vbi Ioan. And. *num.* 22. Ancharan. *num.* 3. Do-
mine. *num.* 9. Franc. *numer.* 5. Nauar. *Comment.* 4. *De Regular. num.* 59. Azor. *tom. lib.* 13. *cap.* 8 *q.* 6. Rodrig.

tom. 1.

*to 1.97.Regular.q.46.ar.8.*Lezana *ver.clausura ,num.* 26.Bonacina *de clausura,q.4.punct.4.n.1.* & Confectus *tit.20.cap.8* notãt,vtrumque coniunctim requiri,& meritò,quia textus coniunctim loquitur.

2 Requiritur autem , quod causa sit manifesta, scilicet soli prælato ; quia solius Prælati est , iustitiam causæ iudicare ; tum quia Pontifex petit
3 causam manifestam , non publicam ; manifestum autem, & publicum differunt inter se ; tum quia rarò accidere potest , quod toti populo , vel maiori illius parti causa manifesta sit , Lezana *cit. numer.* 26. Bonacina *numer.* 3. & Rodrig. *cit. quæstion.* 45. *ar.* 4. *& cit. quæstion.* 46. *ar.* 8. vbi rectè subdit , sufficere , quod sit manifesta soli Prælato moraliter , id est , vt probabiliter is iudi-
4 cet , illam esse iustam ; quia in moralibus probabilitas sufficit ad rectè , & prudenter operandum, tum quia alioquin , aut infinitis scrupulis aditus aperiretur,aut superior,antequam alicui licentiam ingrediendi concederet ; processum constituere deberet ad veritatem certò cognoscendam ; quod præter benignam Pontificis intentionem in casibus tam frequenter occurrentibus necessarium esse non arbitror. Secus dicendum est , si causa sit dubia , vtrum scilicet adsit causa concedendi licentiam , vel vtrum ea sit sufficiens , & iusta;
5 quia operans cum conscientia dubia peccat pro ratione peccati , cuius periculo se exponit , iuxta illud : *Qui amat periculum , peribit in eo.*

6 Requiritur etiam , quod causa , ad hoc vt sit rationabilis , & iusta , sit necessaria ; quia sic *cap.periculoso* explicuit Tridentinum *sess. 25. cap. 5. de Regular.* ibi : *In casibus necessariis* , & Gregorius XIII. in Motu , *Vti gratiæ* , ibi : *Propter necessitatibus vrgentibus.* Non quidem necessaria necessitate extrema , sed tantum necessitate morali ; quia omne præceptum morale (quale est hoc de seruanda clausura) necessitatem tantum moralem petit ad ipsius transgressionem excusandam ; Bonacina *de clausura quæstion.* 4. *punct.* 4. *numer.* 1. Lezana *cit. numer.* 26. Miranda *de Monialibus quæstion.* 2. *ar.* 4 *concl.* 2. Barbosa *de offic. & potest. Episc.* 3. *par. allegat.* 202. *numer.* 48. Rodriguez *cit. quæstion.* 46. *ar.* 4.
7 & Llamas *in append.* §. 6. qui rectè subdunt , quod minor causa requiritur ad concedendam licentiam ingressus fœminarum , quam virorum; quia horum ingressus est multo indecentior
8 honestati Monialium : & minor causa requiritur ad concedendam licentiam ingressus matris, aut sororum , quàm aliarum fœminarum ; quia prior est magis rationi,ac pietati naturali consonus : ac
9 tandem minor causa requiritur ad concedendam licentiam ingressus in Monasterij receptacula(quę sunt statim post clausuræ ianuam) quàm ad officinas interiores;quia prior ingressus est minus indecens.

10 Cæterum causa reputatur necessaria necessitate morali , quotiescunque ministerium exercendum concernit vtilitatem Monasterij , vel saltem sic petit charitas , & illud non potest commodè exerceri per Moniales , & sine secularium ingressu. Secus , si vna ex his tribus conditionibus deficiat; vt si ministerium illud non sit vtile Monasterio, nec sic petat charitas , vel illud possit commodè exerceri per Moniales , vel sine ingressu secularium. Vide Doctores *supra cit.* & præcipuè Confectum *tit.* 23. *cap.* 27. & Lezanam *cit. num.* 26. Et ex hac regula soluuntur difficultates 11. immediatè sequentes,& solui poterunt innumeræ aliæ.

DVBITATIO XL.

An ingressus causa sit iusta in Medicis , fabris,musicis,& similibus?

SVMMARIVM.

1 *Medici , Chirurgi , Barbitonsores , seu sanguinis Minatores,& similes necessarij morbo Monialium curando , iustam ingressus causam habent.*
2 *Pharmacopola potest Monasterium ingredi dum ipsius ingressus ad Moniales , pharmaca condire,& componere,instruendas necessarius est.*
3 *Pharmacopola non potest ingredi ad præbendam Moniali medicinam , cum hæc per aliam Monialem præberi possit*
4 *Fabri Cæmentarij , & similes necessarij monasterij ædificio construendo iustam ingressus causam habent.*
5 *Item sartores.*
6 *Secus autem sutores.*
7 *Secus etiam Musici , quibus solum est permissum docere ad crates Magistro existente extra clausuram,item dicas de organista si Monialis doceret.*
8 *Obstetrix potest intromitti in Monasterium tempore partus alicuius mulieris ,ibi forsan cum licentia legitima existentis.*
9 *Ingredientes Monasteria quomodo & à quibus comitari debeant , desumendum est ex statutis,& Constitutionibus Monasterij ,præcipuè ex constitutionibus Pontificiis , si quæ fuerint circà hoc.*
10 *Licentia pro medicis , Chirurgis &c. concedi solita singulis quibuscumque trimestribus renouari debet.*

RESPONDETVR ex dictis *Dubitat* 1
39. *numer. fin.* quod iustam ingressus causam habeant medici , chirurgi , barbitonsores , sanguinis minutores , & similes necessarij morbo Monialium curando : quod adeo verum est , vt probabile putem , idem dici posse , dum Monialis de valetudine dubitans, medicum , vt pulsum suum experiatur , ad lectum accersit , licet sine magno salutis detrimento ianuam adire potuisset,sed ibi medicum noluit consulere propter magnam erubescentiam. Addo etiam Phamacopolam posse Monasterium ingredi, 2
dum ipsius ingressus ad Moniales, pharmaca condire , & componere , instruendas necessarius est; cum hæc sit moralis necessitas ; tamen similiter 3
ingredi posse ad præbendam Moniali medicinam; cum hæc per aliam Monialem præberi possit ;Doctores , quos citat , & sequitur Bonacina *de claus. q.4.punct.4.n.5.*

Item iustam ingressus causam habent fabri, 4
Cæmentarij , & similes necessarij Monasterij ædificio construendo : item sartores ; quia etiam 5
istorum ingressus est necessarius vestibus Monialium

lium corpori dimetiendis ; Nauar. *comment. 4. num. 59.* & alij contra Llamas *in append. § 6* Mirandam *quæſtio. 2. ar. 4. ad fin.* & Bonacinam *cit. punct. 4. num. 11.*

6 Non ſic autem ſutores; quia hi poſſunt de Monialium calceorum certiores fieri, vel oſtenſo calceo, vel declaratis punctis, quibus calceus earum conſtat; Doctores communiter apud Bonacinam, citato *num. 11.*

7 Neque etiam ſic Muſici, qui docerent Moniales cantum ; quia huiuſmodi miniſterium exerceri poteſt per Monialem aliquam aliam huius artis peritam; quod ſi nulla Monialis talis ibi ſit, poſſunt docendæ Moniales accedere ad crates, magiſtro exiſtente ex altera parte extra clauſuram: quamuis ſecus (ita vt tunc licitus ſit ingreſſus) ſi tot Moniales eſſent docendæ, vt ad crates doceri non poſſint commodè.

Et quæ dixi de muſico, qui doceret Moniales cantum, eadem dicas de eo, qui Moniales pulſum organorum doceret, vel organa incompoſita temperaret, vel horologium componeret, &c. Vide gloſſam *in cap. periculoſo, ver. cauſa de Regularib. in 6.* Nauar. *Comment. 4. de Regular. numer. 59.* Confectum *tit. 20. cap. 6.* & Llamas *in Append. §. 6.* (qui tamen quoad Sutores nobiſcum non conſentit, ſed tenet oppoſitum) vide etiam Portellum *in Dubitat. Regular. ver. clauſura, Monialium, numer. fin.* Tamburinum *de iure*
8 *Abbat. diſputat. 24. quæſit. 1.* & Lezanam, *ver. clauſura, numer. 16.* qui ob eandem rationem dictam de neceſſitate morali ſubdunt, quod, ſi fortè mulier prægnans in Monaſterio cum licentia legitima moraretur, poſſet obſtetrix ad illam iuuandam tempore partus admitti.

Cæterum, quonam comitatu prædictæ perſonæ ingredi debeant, deſumi debet ex conſuetudine, & ſtatutis Monaſterij, præcipuè ex Conſtitutionibus Pontificijs, ſi quæ fuerint circa hoc, Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 102. numer. 52.* Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. ver. ingredi Monaſteria notab. 1. verſ.*
10 *quintus caſus*, qui ſubdunt, licentiam pro medicis, chirurgis, operariis, & ſimilibus concedi ſolitam, ſingulis quibuſcunque trimeſtribus renouari debere ; & ita declarauit S. Congregatio Epiſc. & Reg. apud Sellium *in ſelect. Canon. cap. 18. num. 28.* & Tamburinum *de iur. Abb. diſp. 24. quæſit. 6. n. 7.*

DVBITATIO XLI.

An ingreſſus cauſa ſit iuſta in Confeſsariis, aliiſque ſacramenta miniſtrantibus, vel exorcizantibus?

SVMMARIVM.

1 *Confeſſarius habet iuſtam cauſam ingrediendi quando locus, vbi infirma iacet non eſt propè aliquam feneſtellam, per quam confeſſio commodè excipi poſſit, item ſi Monialis ſurda ſit, vel morbo oppreſſa non poſſit accedere.*

2 *Sacerdos habet iuſtam cauſam ingrediendi ſi infirma ſit miniſtranda Euchariſtia, vel extrema Vnctio, vel ſit aſſiſtendum moribundæ.*

3 *Matri non licet ingredi Monaſterium vt inuiſat filiam moribundam, & multo minus habitum ſuſcipientem, & profeſſionem emittentem.*

4 *Filia moriens, habitum ſuſcipiens, aut profeſſionem emittens maiori triſtitia, & perturbatione præſentia affectur.*

5 *Sacerdos habet iuſtam cauſam ingreſſus, vt celebret officium ſepultura, vel aperiat, vel cooperiat ſepulturam Monialis, vel Monialem in ſepulturam immittat, item dic de ſeculari quæ intra clauſtra ſit ſepelienda, ſi Moniales per ſe ipſas commodè id præſtare non poſſint.*

6 *Confeſſarius, & Euchariſtiam miniſtrans ingredi poſſunt non ſolum quando morbi periculum obligat ad hæc ſacramenta ſuſcipienda, ſed etiam in ipſo morbi principio.*

7 *Medici ſtatim in ipſo morbi principio monentur ſuadere infirmis, vt Confeſſionis, & Euchariſtiæ ſuſcipiant ſacramenta.*

8 *Confeſſarius, & Miniſtrans Euchariſtiam ingredi poſſunt quotieſcumque ex Regulæ præſcripto ſolent Moniales Confiteri, & quotieſcumque Infirma dixerit ſe ſacramentu indigere.*

9 *Item quotieſcumque iuxta laudabilem Monaſterij vſum ſolent Moniales confiteri, & Euchariſtiã recipere: vel Infirma etiam ex peculiari deuotione, vel frequentatione ſolet his ſacramentis vti.*

10 *Item ingredi poſſunt quocumque tempore, etiam de nocte ſi ſic expoſcit neceſſitas.*

11 *Cellæ ianua aperta remanere debet, & amba Comitatrices ad eiuſdem Cellæ ianuam morari Confeſſario Monialis infirmæ confeſſionem audiente.*

12 *Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad Sacramenta miniſtranda recta via, & abſque diuerticulo ire debet, nec aliò ſe conferre etiam prætextu adminiſtrandi Sacramenta, ſi non ſit neceſſitas.*

13 *Confeſſarius Monialis adminiſtrans ei ſacramentum Extremæ vnctionis nõ poteſt ibi manere poſt talem adminiſtrationem ad animam Deo commendandam, ſed ſententia oppoſita eſt probabilior.*

14 *Sacerdos quod poſſit ingredi clauſuram ad portandam Moniali Infirmæ inſignem aliquam reliquiam non eſt improbabile.*

15 *Confeſſarius Monalium ſi ſit Regularis ingrediens Clauſuram poteſt ſecum conducere Socium, ſecus ſi Confeſſarius eſt ſecularis & non accedat miniſtraturus Euchariſtiã, vel extremam vnctionem; quia tali caſu neceſſarius eſt ei etiam ſocius.*

16 *Item dic ſi accedat ad facitndum ſacrum in Valetudinario ob eamdem rationem.*

17 *Comitantes Euchariſtiam iuſtam cauſam non habent ingredi clauſuram, cum ſtatim Moniales cereis accenſis eam comitentur ſatis decenter.*

18 *Quibus ex iuſta cauſa licitus eſt ingreſſus ij poſſunt ingredi etiam cum Perſonis, à quibus ipſi iuxta decentiam ſui ſtatus comitari par eſt.*

19 *Conceſſo alicui ingreſſu ad audienda ſacra tempore interdicti cenſetur quoque conceſſus ingreſſus comitibus ſequentibus.*

20 *Socius Confessarij Monialium debet esse integræ vitæ,& supra quinquaginta annos, si commodè potest fieri.*

21 *Confessarius,& socius ipsius non possunt alloqui Monialem sine licentia Sacræ Congregationis.*

22 *Prætextu exorcizandi Energumenam non est aliquis admittendus intra clausuram Monialium nec non modus exorcizantibus præscribitur.*

1 RESPONDETVR ex dictis tit. *Dubitat.* 39. *numero fin.* quod etiam iustam ingressus caulam habeat Cõfessarius, quando locus, vbi infirma iacet, non est prope aliquam fenestellam, per quam absque ingressu commodè confessio excipi possit: in hoc enim casu, sicut & in casu, quo Monialis valde surda sit, vel valde morbo pressa, vt non possit accedere ad solitam fenestellam, potest Confessarius ingredi: secus, si illa possit accedere, prout decisum refert Gauan-
2 tus *in Man. Episcop. ver. Monialium clausura, numer.* 39. Idemque dicas de sacerdote, qui infirmæ ministrarer Eucharistiam, vel Extremam vnctionem, vel assisteret moribundæ (quia hoc etiam est munus Sacerdotis proprium; præsertim quia tunc occurrere potest scrupulus, ad quem sedandum
3 opus sit Confessario; vnde patet disparitas, quod non liceat etiam, ingredi matrem, vt inuisat filiam moribundam, & multò minus habitum suscipientem, vel professionem emittentem; quia hæc non est necessitas moralis; immò sæpe filia
4 moriens, habitum suscipiens, aut professionem emittens maiori tristitia, & perturbatione præsentia matris afficitur, sicut ex declaratione Cardinalium docent Cucus *lib.* 3. *Instit. maior. tom.* 2. *numero* 12. Rodriquez *quæstio* 46. *art.* 11. Miranda *in tractat. de Monialib. quæstio.* 2. *art.* 8. Bonacina
5 *de claus. q.* 4. *punct.* 4. *numero* 12. & Lezana *ver. clausura, numero* 34.) vel celebraret officium sepulturæ, vel aperiret, & cooperiret sepulturam Monialis, vel Monialem in sepulturam immitteret; quia hæc munia, saltem commodè per fœminas exerceri non possunt. Vide Doctores *suprà citat.* & præcipuè Llamas § 6. Lezanam *numero* 26. & 29. Andr. Victorellum *de orig. & clausur. Monial.* §. *an Confessor. ad exequias, pag.* 49. Portellum *in Dubit. Regular. ver. clausura Monial. numero* 12. & Tamburinum *de iur. Abbat. disputat.* 24 *quæst.* 5. An verò liceat etiam ingressus; si quis secularis intra claustra Monasterij Monialium sepeliatur, dependet etiam ex morali necessitate; quæ sicuti dicebam, tunc locum habet, cum id Moniales per se ipsas præstare non possunt; Doctores supra citati, præsertim Portellus ibidem, & *in additionib. num.* 3.

6 His adde, quod & Confessarius, & Eucharistiam ministrans ingredi possunt, non solum, quando morbi periculum obligat ad hæc Sacramenta suscipienda, sed etiam in ipso morbi principio, sicuti constat ex *cap. cum infirmitas de pœnit. & remiss.* & ex Motu Pij V. vbi iubentur medici statim in ipso morbi principio suadere infirmis, vt Confessionis, & Eucharistiæ suscipiant Sacramen-
7 ta, tanquam valde conducentia non solum ad salutem animæ spiritualem (præsertim cum sæpe inopinatò contingat, infirmum mori, vel phrenesi arripi, & sic incapacem horum Sacramentorum reddi) sed etiam (si sic animæ saluti spirituali expedit) ad salutem corporis materialem; præsertim cum sæpe morbus in pœnam peccatorum contingat, iuxta illud: *Propter peccata venient aduersa.*

Item ingredi possunt, quotiescumque ex Re- 8
gulæ præscripto solent Moniales confiteri: item quotiescumque infirma dixerit, se Sacramentis dictis indigere; Rodriquez, quem citat, & sequitur Portell *ver. clausura Monialium, numero* 9. Villalobos *tomo* 2. *tractat.* 35. *difficult.* 47. *numero* 4. & Diana *par.* 3. *tractat.* 2. *resolut.* 67. Item quo- 9
tiescunque iuxta laudabilem Monasterij vsum solent Moniales confiteri, & Eucharistiam recipere, vel infirma, etiam ex peculiari deuotione, vel frequentatione, solet his Sacramentis vti; quia rationi consonum est, infirmas hoc solatio non priuare, sed potius tristitiam earum tam salutari medicina leuare. Vide Doctores *suprà citat.* & præcipuè Rodriquez *tom.* 1. *qq. Regularib. quæstio.* 10
47. *art.* 4. Item ingredi possunt quocunque tempore, etiam de nocte, si sic exposcit necessitas, sicuti declarauit S. Congregatio anno 1593. apud Tamburinum de iure Abbat. *disputat.* 24. *quæst.* 2. *numero* 2. Quæ etiam declarauit 13. Septembr. 1583. apud Barbosam *in Collectan. Bullar. ver. Confessarius Monialium*, 2. quod, Confessario Monialis infirmæ confessionem audiente, cellæ ianua aperta remaneat, & ambæ co- 11
mitatrices ad eiusdem cellæ ianuam morentur, ita vt & Confessarius, & infirma ab eis commodè videri possint. Item declarauit apud Barbosam *loco citat.* quod Confessarius Monialium 12
clausuram ingressus ad Sacramenta ministranda, recta via, & absque diuerticulo tendat, & redeat, nec in aliam Monasterij partem, etiam occasione visendi alias infirmas (quibus Sacramentorum administratio non est necessaria) diuagetur. Item declarauit apud Gauantum, & Bar- 13
bosam *locis citat.* quod Confessarius Monialis administrans ei Sacramentum extremæ vnctionis non possit ibi manere post talem administrationem, etiam ad confortandam eam ad bene moriendum, & ad animam eius Deo commendandam: quamuis quoad hoc opposita sententia, quam supra tradebam, declaratione ista non obstante, sit vsu recepta ob rationem ibi dictam, Llamas, & Lezana *locis suprà citat.* Tamburin. *numero* 6. & Peirinus *tom.* 2. *priuileg. Minim. in Constit.* 6. *Pij V. numero* 30. qui subdit, posse Sacerdotem etiam ingredi ad deferendam Moniali infirmæ 14
insignem aliquam reliquiam, quod mihi ob solatium Moniali tempore mortis debitè præstandum, vt supra dicebam, omninò non improbatur; præsertim si sic habeat locum consuetudo Monasterij.

Adde secundò, quod potest etiam ingredi socius 15
si scilicet Confessarius, qui ingreditur, est Regularis; quia sic decreuit S. Congregatio 21. Febr. 1617. apud Barbosam *in Collectan. Bullarum ver. Confessarius Monialium*, 2. & sic consuetudo, & decentia regularis, præsertim quando ingressus est ad Monasteria Monialium, exigere videtur, Miranda *de Monialib. quæstio.* 2. *art.* 17. *ad fin.* & alij passim (quidquid dissentire videatur Bonac. *de claus. quæst.* 4. *punct.* 4. *numero* 4.) Non sic, si Confessarius est secularis, quia talis Confessarius decenter accedit ad quarumcumque fœminarum confessiones audiendas incomitatus; quamuis secus,

si

si accedat ad Eucharistiam, vel Extremam vnctionem ministrandam, ad quod opus exercendum necessarius est socius; cum indecens, & à more Ecclesiastico alienum sit, fœminam huic ministerio inseruire: qua ratione, cum ingreditur sacerdos, etiam secularis, ad Sacrum faciendum (saltem his diebus, quibus Missa, aut Communio est de præcepto) coram Monialibus infirmis, vel valetudinariis, quæ è Valetudinario commodè egredi non possunt, iustè semper ingreditur cum socio; cum non liceat fœminæ Sacro ministrare; Miranda *cit. quæst. 2. ar. 16.* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. 3. par. allegat. 102. numer. 49.* & Bonac. *cit. num. 4.*

17 Qui verò Eucharistiam comitantur, iustam ingressus causam non habent; quia statim, ac ad clausuræ fores Eucharistia accedit, satis decenter Moniales accensis cereis eam comitantur; ob quam rationem Eucharistiæ processiones non sunt secularibus iusta causa ingressus.

18 Adde tertiò, quod quibus ex iusta causa licitus est ingressus, hi ingredi possunt etiam cum personis, à quibus ipsos iuxta decentiam sui status comitari par est, arg. Bullæ Gregorij XIII. quæ incipit: *Dubiis, quæ emergunt*; vbi Pontifex Prælatis in casu necessario ingredientibus iubet, quod ingrediantur comitati; & in omni casu, in quo est concessa ingrediendi licentia principali, intelligitur etiam ob actionis connexionem concessa socio, ita vt non requiratur explicita, vel alia distincta licentia pro

19 socio, *arg. c ap. licet, de priuilegiis in 6.* vbi concesso alicui ingressu ad audienda sacra tempore interdicti, censetur quoque concessus ingressus comitibus sequentibus; quia alioquin, vt ait gl. ibi *ver. non debet*, priuilegium eius redderetur inutile. Vide Tamburinum *de iure Abbat. disp. 24. quæst. 3. n. 3.*

20 Cæterum declarauit S. Congregatio apud Barbosam *in Collectan. Bullar. ver. Confessarius Monial. 2.* socium in nostro casu debere esse probæ vitæ (quod semper obseruari debet) & esse ætatis supra quinquaginta annos (quod solum obseruari debet, cum commodè potest) item declarauit apud eundem Barbosam *loco suprà cit.* & Tamburinum *numer. 5. & 6.* tam Confessarium, quàm eius socium non posse alloqui Moniales sine licentia S. Congregationis. Item

22 declarauit, non posse admitti aliquem sub prætextu exorcizandi Monialem energumenam, & simul apud Aldanam *in Compend. Canon. Resol. libr. 2. tit. 10. numer. 26.* & Barbosam *in collect. Bullar. ver. Monialium clausura, circa egressum 4.* præscripsit modum, quo id fieri debeat, in his verbis: *Monialis nulla energumena intra Monasterij septa à quocunque Presbytero seculari, vel regulari, etiam Confessario, exorcizetur, sed ad Ecclesiam exteriorem eiusdem Monasterij, obtenta prius à S. Congregatione licentia, ea de causa deducatur, vel transferatur, in translatione autem huiusmodi sicut & in actu exorcizationis honesta consanguinea, vel alia mulieres prouecta ætatis, ac probæ conuersationis energumenam comitentur. Exorcista sit ad actum huiusmodi ab Ordinario approbatus Exorcizatio minori, quo poterit, fiat strepitu. Ecclesia ianua cousque occlusa remaneat, quousque exorcizatione completa ad monasterium energumena reducatur. Caterum tam in reditu quam in accessu ad Ecclesiam, Monasterium rectè, & sine diuerticulo attendatur.*

DVBITATIO XLII.

An ingressus causa sit iusta in Superioribus visitantibus?

SVMMARIVM.

1 *Superiores tam seculares, quam Regulares volentes visitare Monasteria iustam causam habent clausuram ingrediendi cum comitatu paucorum seniorum, ac religiosorum Virorum.*

2 *Superiores iustam ingressus causam habent ad visitandas officinas Monasterij, cellas, & supellectilem Monialium, decentiam Dormitorij, ædificium &c. ad quæ omnia inducere secum debent Notarium.*

3 *Superiores iustam ingressus causam habent ad occultas res Conuentus tractandas.*

4 *Superiores seculares, seu Regulares iustam causam ingressus habent in Monasteria sibi aliquo modo subiecta non solum causa visitationis, sed etiam causa cuiuscumque alterius rei necessaria; secus est si nullo modo sint subiecta.*

5 *Magistratus, & Deputati ad curam Monialium non debent ingredi cum Episcopo, nisi eos Episcopus elegerit.*

6 *Episcopus non debet permittere deputari à Ciuitatibus aliquos, qui comitentur Visitatores Monialium; etiam Regularibus subiectarum.*

RESPONDETVR, ex dictis *cit. dubitat. 9. in fin.* quod etiam iustam ingressus causam habeant Superiores, siue seculares, siue Regulares (cum comitatu scilicet paucorum, seniorum, ac religiosorum virorum præscripto à dicta Bulla Gregorij XIII. quando visitationem inchoare volunt: quia tunc debent Monialibus edicta proponere, visitationem denunciare, exhortationes habere. Quæ omnia fieri debent secretò, & exclusis nouitiis, conuersis, aliisque Monasterio ministrantibus; & sic in nullo loco commodius, quàm in loco, quo conueniunt Moniales ad secretas alias res Monasterij tractandas, seu in Capitulo Cõuentuali; Item secundo iustam ingressus causam habent Superiores ad visitandas officinas Monasterij, cellas, & suppellectil & Monialium decentiam dormitorij, ædificium, si quod construendum est, vel ruinam minatur. Et finita visitatione ad dictum locum Monasterij venire, ob suæ visitationis publicationem, & culparum inde resultantium intimationem: & ad hæc omnia, tam ad visitationem hanc iudicialem faciendam, quam ad eiusdem visitationis iam finitæ publicationem denuntiandam debent secum inducere Notarium, qui omnium istorum actuum testimonium det, & actus iudiciales faciat. Item tertiò iustam ingressus causam habent superiores ad occultas res Conuentus tractandas, idque in dicto loco

Monaſterij,ſeu Capitulo Conuentuali,cum huiuſmodi rebus tractandis nullus locus ſit aptior,vti *ſupra* dicebam. Vide Llamas *in Aprend.* §. 7.(vbi ſic teſtatur de praxi) Mirandam *de Monialibus quæſtion.* 2.*ar.* 14.(vbi etiam oſtendit,an Epiſcopus poſſit ingredi Monaſterium exemptum cauſa viſitationis , ſaltem , dum conſtaret, clauſuram in tali Monaſterio violatam eſſe) Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſcop.* 3. *par. allegat.* 202. *numer.* 43. & Bonacinam *de clauſura quæſtion.* 4. *punct.* 4. *num.* 6.

His adde , quod etiam iuſtam ingreſſus cauſam habent ſuperiores (ſiue ſeculares , ſiue Regulares) in Monaſteria ſibi aliquo modo ſubiecta , non ſolum cauſa viſitationis , & finium , quos *ſupra* dicebam , ſed etiam cauſa cuiuſcunque alterius rei neceſſariæ ; quia ſic ſupponitur in Motu Gregorij XIII. qui incipit: *Dubiis,quæ emerſunt,*& docent communiter Doctores. 4

Non tamen iuſtam ingreſſus cauſam habent alij (ſiue Epiſcopi , ſiue quicunque alij Prælati) in Monaſteria ſibi nullo modo ſubiecta ; ſic etiam communiter Doctores propter *cap. periculoſo* , Tridentinum Concilium , & alia iura *ſupra* adducta, ſicuti videre eſt apud Mirandam *de Monialibus q.* 2. *ar.* 13.& quidem quoad Epiſcopos ſic teſtatur deciſum in vna Ianuenſi 10. Maij , 1631. Aldana *in Compend. Canonic. Reſol. lib.* 3. *tit.* 25. *numer.* 8. & quoad Vicelegatos ſic refert declaratum in S. Congregatione Gauantus *in Man. Epiſc. ver. Monialium clauſura* , *numer.* 29. qui *numer.* 30. ſubdit quod ex eadem S. Congregatione 1. Martij 1581. Magiſtratus , & deputati ad Curam Monialium non debeant ingredi cum Epiſcopo,niſi eos Epiſcopus elegerit,& *num.* 26. ſubdit,quod ex eadem etiam S.Congregatione,12.Ianuarij 1618.non debeat Epiſcopus permittere, deputari à ciuitatibus aliquos,qui comitentur viſitatores Monialium,etiam Regularibus ſubiectarum. 5 6

DVBITATIO XLIII.

An ingreſſus cauſa ſit iuſta in expellentibus malefactorem , qui Monaſterium ingreſsus eſt,& egredi recuſat ?

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus cauſa eſt iuſta ſi ſit expellendus Malefactor , qui commodè per Moniales expelli non poteſt,& is egredi nolit.*

2 *Iudex poteſt ingredi Monaſterium ad expellendum Malefactorem ad locum tamen eiuſdem Monaſterij exteriorem immunitate gaudentem.*

3 *Malefactor iuſtam cauſam habet ingrediendi Monaſteria Monialium , vt periculum Iudicis inſequentis euadat.*

4 *Ius naturale fortius obligat quam ius poſitiuum.*

5 *Malefactor ceſſante periculo debet exire , quod ſi nolit,& non gaudeat immunitate Eccleſia tradi poteſt Curia ſeculari ; ſi vero gaudeat ad minus extrahi debet,& poni in alio loco ſacro.*

REſpondetur affirmatiuè ; quia is commodè per Moniales,cum ſint timidæ , & debiles,expelli non poteſt ; & ex alio capite dedecet ,eum cum Monialibus eſſe ; Doctores , quos citat , & ſequitur Llamas §.6.Rodrig.*tom.*1.*qq. Regul. queſt.* 47. *ar.* 4. *in fin* & Bonacina,& Lezana *in locis infra citandis.* 1

Hinc ſequitur , quod etiam Iudex poſſit Monaſterium ingredi , vt eum expellat ; ad locum tamen eiuſdem Monaſterij exteriorem immunitate gaudentem , non autem ad locum alterius rationis,vel ad carcerem;niſi in caſu,quo manifeſtè is Eccleſiæ immunitate non gaudeat ;quia tunc poterit Iudex ex licentia ſuperioris eum è Monaſterio ſimpliciter expellere,& ducere ad carcerem quin ſi periculum ſit in mora,vel iniuſtè denegetur licentia,poterit ſine licentia Monaſterium ingredi, & eum expellere;quia in priori caſu neceſſitas veget contra Bonacinam ;& in poſteriori iniuſtè iure ſuo priuaretur. 2

An autem malefactor iuſtam ingreſſùs cauſam habeat , vt periculum Iudicis inſequentis euadat: quando meritò timet,fore,quod ab illo ex Eccleſia extrahatur? 3

Reſpondetur affirmatiuè ; quia ius tuendi vitam , vel vitandi graue damnum , vt potè de iure naturæ,excuſat ab obſeruantia iuris poſitiui ; cùm ius naturale fortius obliget , quàm ius poſitiuum (quamuis non liceat Monialibus illum admittere; quia dedecet ipſarum ſtatum,ſecum malefactorem intra clauſuram admittere;Doctores,quos citat,& ſequitur Bonacina *de clauſura , quæſtion.* 4.*punct.*4. *numer.*13.& Lezana *ver.clauſura , numer.* 31.)Vide, quæ dicentur *Dubit.* 47. ceſſante tamen periculo debet exire;quod ſi nolit,& non gaudeat immunitate Eccleſiæ , iuxta *dicta cap.* 16. *per totum* ,tradi poteſt Curiæ ſeculari iuxta modum præſcriptum in Conſtitutione Gregorij XIV & nos dicebamus *cit.cap.*16. *dubit.* 40.ſi verò gaudeat,ad minus extrahi debet è clauſura Monaſterij , & poni in alio loco ſacto extra illam,data etiam viris in vtroque caſu ad eum è clauſura eiiciendum facultate, ſicuti *ſupra* dicebam,& docet Rodriguez *cit.ar.*4. *verſ. nec hu obſtat* , vbi ſubdit , iuxta ea , quæ ſupra dicebam , non eſſe opus in hoc caſu recurrere ad Superiorem longè diſtantem ; cùm periculum ſit in mora;ſed ſufficere conſenſum Abbatiſſæ,& Diſcretarum. 4 5

DVBITATIO XLIV.

An ingreſsus cauſa ſit iuſta in Monaſterij œconomo ad quærenda inſtrumenta in Archiuio intra clauſuram exiſtenti ?

SVMMARIVM.

1 *Oeconomus Monaſterij habet iuſtam cauſam ingrediendi clauſuram ad quærenda Inſtrumenta , in Archiuio , ſi id fieri neceſſe eſt, & commodè præſtari per Moniales non poſſit.*

REſpondetur ex dictis affirmatiuè quando id fieri neceſſe eſt , & fieri commodè 1

non

non poteſt per Moniales; præſertim ſi neſciant id facere; Vide Llamas *loc. ſuprà cit.* §. 6. & Lezanam *ver clauſura, n.* 30.

DVBITATIO XLV

An ingreſsus cauſa ſit iuſta in baiulis Monaſterio neceſsaria intromittentibus?

SVMMARIVM.

1 *Baiuli Monaſterio neceſſaria intromittentes, ſi ea ſint onerosa nimis, nec poſſint Moniales ſublevare, iuſtam cauſam habent ingrediendi.*

2 *Hortulani iuſtam cauſam habent excolendi cauſa Hortum.*

3 *Deponens in Monaſterio notabilem quantitatem pecuniarum ſi ſit benemeritus Monaſterij iuſtam cauſam habet ingrediendi, ſi ad illam deponendam non eſſet alius locus tutus, & ſic exigeret charitas.*

4 *Ingreſſus in Monaſterium permiſſus videtur ob vtilitatem Monaſterij, vel ſi ſic ius naturæ, vel diuinum ſuadent.*

1 RESPONDETVR ex dictis etiam affirmatiuè; quando ea ſunt nimis onerosa, vt non poſſint commodè per Moniales, vtpotè debiles, & delicatas, introduci; quia tunc adeſt moralis neceſſitas. Accedit, quia iam ſic vſu receptum eſt; Miranda *de Monalibus q.* 2 2 *ar.* 17 *ad ſic.* Bonacina *quæſtio.* 4. & Llamas §. 6. vbi propter eandem rationem idem docent de hortulanis cauſa horti interioris rigandi, & excolendi, ſecus tamen de pharmacopola ad potionem medicam infirmis porrigendam; quia hoc fieri commodè poteſt per ipſas Moniales: quamuis ſi eſſet opus ingredi pharmacopolam, vt doceat Moniales aliqua medicamenta condire, liceret tunc eius ingreſſus; quia tunc eſt de eius ingreſſu neceſſitas mòralis, vti dicebam *ſuprà dub.* 40.

3 Cæterum, an ingreſſus cauſa ſit etiam iuſta ad intromittendum depoſitum pecuniarum in magno pondere, quod propterea commodè non poſſit ſimiliter introduci per Moniales?

Reſpondetur affirmatiuè etiam, ſi tamen deponens ſit bene meritus, ſaltem in ſpe, de Monaſterio; vel ſi ob alias circumſtantias, v.g. quia ad illas deponendas non eſſet alius locus tutus, ſic exigeret charitas. Aliàs non; quia tunc nec Monaſterij 4 vtilitas, nec charitas locum haberet; ſiquidem ingreſſus in Monaſterium permiſſus videtur ob vtilitatem Monaſterij, vel ſi ſic ius naturæ, vel diuinum ſuadeat.

DVBITATIO XLVI.

An ingreſsus cauſa ſit iuſta in puellis, vt honeſtè in Monaſterio Monialium educentur?

SVMMARIVM.

1 *Puellæ vt honeſtè in Monaſterio educentur, in-*
Th. Delbene, de immunit. Eccleſ. Pars II.
ſtam ingreſſus cauſam habent.

2 *Ingreſſus Puellarum vt educentur in Monaſterio non eſt intrinſecè malus, imò eſt aliquo modo neceſſarius, & ideo permittitur de Epiſcopi, ſeu ſuperioris licentia.*

3 *Ingreſſus Puellarum cenſetur iuſtus primo ſi non repugnet Inſtituto Religionis. Secundo ſi recipiendi ſit conſuetudo. Tertio ſi accedat conſenſus Abbatiſſæ & Monaſterij licentia Superioris in ſcriptis obtenta. Quarto vt ſtent ſine famulabus. Quinto vt egredi & regredi nequeant. Sexto vt ſint minores 25. annis & vltra 25. ætatis annum in Monaſterio non retineantur. Septimo, vt habitu conuenienti vtantur.*

4 *Puella, quæ completo 25 anno non egreditur, nec Monialium Prælata, quæ retinet excommunicationem incurrit.*

5 *Epiſcopus poteſt fœminæ renuenti egredi de Monaſterio conſtituere terminum ad eligendum egreſſum, vel ad ſuſcipiendum habitum Religionis.*

6 *Ingreſſus Puellarum vt ſit iuſtus vltra ſeptem cauſas recenſitas, requirit tres alias ex præſcripto ſac. Congregationis Cardinalium nempe vt non ſint ſupra numerum, vt quolibet ſemeſtri ſoluantur anticipata alimenta, vt ſint ſeparatæ à Dormitorio, & laboratorio Monialium.*

7 *Ingreſſus in Monaſteria Monialium prohibitus fuit à Sixto V. tantum virtute facultatum, quæ à Sede Apoſtolica hactenus ad id conceſſæ fuerant, non autem virtute Iuris communis.*

8 *Priuilegia in corpore Iuris incerta non comprehenduntur in generali priuilegiorum derogatione.*

9 *Priuilegiis in Concilio conceſſis per nullam clauſulam quantumuis generalem derogatur; niſi de ipſo ob eius grauitatem fiat ſpecialis mentio.*

10 *Puellæ educationis gratia ingredi non poſſunt Monialium Monaſteria in quibus non eſt conſuetudo ad dictum finem eas recipiendi, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ.*

11 *Puellæ conditionibus prædictis occurrentibus admitti non debent, niſi completo ſeptennio, & iuxta nonnullorum opinionem debent eſſe annorum 12. contra Portellum.*

RESPONDETVR affirmatiuè; quia hoc 1
non eſt intrinſecè malum, & aliquo modo eſt neceſſarium pro Monaſteriis Monialium, cum multæ ex prædictis puellis habitum poſtea ſuſcipiant in Monaſteriis, in quibus educantur: quapropter videtur permiſſum à Tridentino Concilio, quatenus ab ipſo permittitur ingreſſus in Monaſteria Monialium de licentia Epiſcopi, vel Superioris in caſibus neceſſariis, *ſeſſ.* 25. *num.* 5. Vnde & 2
ſic docent ex declaratione Cardinalium Cuchus *lib.* 3. *Inſtit. Maiorum tom.* 2. *numero* 11. Nauar. *Comment.* 4. *numero* 67. *verſ.* 5. *de Regularib.* Rodriquez *tom.* 1. *quæſtion.* 46. *art.* 10. Azor. *tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. *q.* 4. Sotus *in Compend. priuileg.* 2. *par. ver. ingreſſus Monaſterior. Monial. verſ. de puellis autem*, Suar. *to.* 4. *de Relig. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 21. Quaranta *ver. Monaſteria Monialium colum.* 1. Miranda *de Monial. q.* 2. *ar.* 6. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 102 *n.* 61.

Fuscus *de visitatione, & regim. Eccles. lib. 2. cap. 19.* 3 *num. 27. & 28.* Confectius *in priuileg. Mendicantium tit. 20. cap. 7.* Sà, *ver. Monasterium. num. fin.* Peirinus *tom. 2. priuileg. Minim. in Constit. 6. Pij V. num. 10.* & Zerola *part. 1. ver. Moniales ad 10. quæst.* dummodo hæ conditiones concurrant. Prima, vt institutum Religionis, vel aliquod aliud non repugnet. Secunda, vt Monasterium tales recipere consueuerit. Tertia, vt Superioris licentia in Scriptis obtenta, & Abbatissæ, Monasteriique consensus accedat. Quarta, vt sine famulabus in Monasterio commorentur. Quinta, vt clausura egredi, ac semel egressæ iterum admitti non possint (nisi egrederentur causa medendi morbo, & ex licentia Superioris; vel quia Moniales effici volunt, sicuti declarauit S. Congregatio, teste Rodriq. Sà, & Zerola *in locis suprà cit.*) Sexta, vt sint minores 25. annis, & vltra vigesimum quintum ætatis annum 4 in Monasterio non retineantur (quamuis putem, nec puellam, quæ completo vigesimo quinto anno non egreditur, nec Monialium Prælatam, quæ retinet, excommunicationem incurrere; quia puella, non illicitè est ingressa, nec S. Congregatio in 5 tali casu excommunicationem imposuit; certè posset, & debeat Episcopus huiusmodi fœminæ constituere terminum ad eligendum egressum, vel habitus Religiosi susceptionem; sicuti S. Congregatio decreuit, teste Campanil *rubr. 12. cap. 16. num. 29.* Francisco Leone *in Thesauro fori part. 2. cap. 16. num. 54* & Barbosa *de offic. & potest. Episc. 3. part. allegat. 102. n. 65.*) Septima, vt vestitu honesto, & 6 virginibus conuenienti in Monasterio vtantur: sic Doctores in *locis supra cit.* vbi ex altera declaratione Cardinalium ad septem supradictas conditiones tres alias addunt: Primam, vt non sint supra numerum præfixum. Secundam, vt quolibet semestri soluantur anticipata alimenta. Tertiam, vt sint separatæ à loco Monialibus, & Nouitiis ad dormiendum, & manuum operibus vacandum destinato.

Obijcies. Sixtus V. in quodam Motu suo (quem refert Rodriq. *cit. q. 46. art. 6.*) reuocat omnes à Sede Apostolica, & à se mulieribus cuiuscunque status Monialium Monasteria ingrediendi, & ibi ad tempus permanendi licentias concessas, iubetque iam ingressas egredi, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sibi reseruatæ contra quoscunque, qui tale decretum, ingrediendo, vel ibi permanendo, violauerint; ergò.

7 Respondetur cum Rodriquez, Sixtum V. in illo Motu prohibere tantum, ingredi, & permanere in Monasterio virtute facultatum, quæ à Sede Apostolica hactenus ad id concessæ fuerant, vt colligitur ex eius tenore, ibi: *A Sede Apostolica, & à nobis concessa*; non autem prohibere ingressum virtute iuris communis, & Concilij 8 Tridentini concessum. Quæ Responsio eò magis vera est, quia in generali priuilegiorum derogatione non comprehenduntur facultates, & priuilegia in corpore iuris inserta, gloss. *in l. heres absens, in princip. ff. de iudic.* & in Authent. *qua in prouincia, ver. illic, in fin. Cod. vbi de crimine agi oport.* Felin. *cap. 1. de rescript. num. 12.* Lopez *l. 2. tit. 8. part. 8.* Perez *lib. 4. ordin. tit. 4. l. 22.* & alij multi, quos citat, & sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 40. num. 25.* 9 tum quia per nullam clausulam, quantumuis generalem, derogatur priuilegiis in Concilio concessis, nisi de ipso, ob eius grauitatem, fiat specialis mentio, Doctores, quos refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 3 disp. 26. n. 7.*

Instabis: Sacra Congregatio Episcop. (quam refert Gauantus in *Man. Episcop. ver. Monialium educatio, num. 8.* Lezana *tom. 1. cap. 25. num. 25.* Bonac. *de legib. disput. 1. quæst. 1. punct. 3. num. 20. & de claus. quæst. 4. punct. 4. num. 16.*) expressè decreuit, puellas educationis gratia ingredi non posse Monialium Monasteria sine licentia Sedis Apostolicæ, ergo. 10

Respondetur, id intelligi tantum de iis Monasteriis, in quibus non est consuetudo tales puellas ad dictum finem recipiendi, iuxta ea, quæ *supra* dicebam; & sic concordantur declarationes de hac re diuersæ, quæ inter se prima facie videntur pugnare. 11

Cæterum, vt puellæ, conditionibus prædictis concurrentibus, iustè admittantur, requiritur etiam, quod septennium compleuerint; quia decet infantulas, quasi in cunis, & cum nutricibus in Monasterio retineri; & ita colligitur ex facultatibus, quæ à S. Congregatione Cardinalium ad has puellas admittendas conceduntur in his verbis: *Dummodò maiores septennio sint*, &c. Vide Dianam 3. *part. tract. 2. resol. 131.* & Zerolam *ver. Moniales ad 11 quæst.* 12

Et hoc adeò verum est, vt Azor. *tom. 1. lib. 12. cap. 17.* & Hieron. Rodriq. *in Compend. qq. Regul. resol. 27. num. 16.* putent à Superioribus non posse has puellas admitti, nisi habeant 12. annos; quamuis contrarium minus rectè sentiat Portell. *in addit. ad dub. Regular.* tenens, dictas puellas posse admitti, vt suo tempore profiteantur, etiamsi sint ætatis infantilis, nondum attingentes vsum rationis, in tertio verbi gratia vel quarto ætatis anno. 13

DVBITATIO XLVII.

An ingressus causa sit iusta in puellis, ob alios fines? Vbi etiam de aliis fœminis.

SVMMARIVM.

1 *Ingressus causa est iusta in Puellis, & etiam in alijs fœminis ob alios fines præter educationem seruatis supradictis conditionibus.*

2 *Puellæ pauperes, quæ commodè viuere possunt in Monasterio ob legata eis alimenta à Propinquis ea lege vt in Monasterio retineantur, iustam habent causam ingrediendi.*

3 *Item Puellæ è locis publicis causa pietatis extractæ, donec nubendi occasio contigerit.*

4 *Item si Parentibus destitutæ congruam dotem non habeant.*

5 *Viduæ probæ vitæ, vel nobiles Matronæ, si honestatis causa, vel ex alio honesto fine in Monasterio viuere cupiant, iustam habent ingrediendi causam.*

6 *Mulier nupta ob timorem viri suspicantis eam esse adulteram, iustam habet causam.*

7 *Item si discordiam, habeat cum Marito, modo timeat eius sæuitiam.*

8 *Episcopo non licet dare licentiam ingressus Viduæ in Monasterio vsque ad finem vitæ cum*

cum habitu ſeculari viuere cupienti, vt ibi quietius viuens animæ ſuæ conſulat.

9 *Conſuetudo introducendi Puellas habitum ſuſcepturas, per biduum, vel triduum antea in Monaſterium, vbi viget, eſt tolerabilis.*

10 *Mulieres etiam coniugatæ ex declaratione Sac. Congregationis admitti poſſunt, ſi ſit caſus vrgens, & grauis neceſſitas.*

11 *Reſolutiones aliquæ ſacræ Congregationis afferuntur.*

12 *Sacra Congregatio reſoluens alibi appoſitum intelligit in caſibus Ordinariis, & frequenter occurrentibus, non autem in tam grauibus, & vrgentibus.*

13 *Clauſura cum ſit de iure poſitiuo non obligat cum tanto incommodo.*

14 *Reſolutio ſac. Congregationis in contrarium affertur, ſed locum habere ſolum cenſetur vbi non viget conſuetudo ſimiles mulieres admittendi.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; idque propter eandem rationem dictam *Dubitat. precedenti*, dummodo ſeruentur ſimiliter eædem conditiones, quas ibidem dicebam.

2 Exempla ſint; ſi tuto puellæ domi ſuæ ob tenues facultates ali non poſſint, & à propinquis, vel ab aliis per legatum, vel aliam viam alimenta eis præ-

3 ſtentur ea lege, vt in Monaſterio retineantur. Item ſi è locis publicis cauſa pietatis extractis deſumptæ ſint, donec nubendi occaſio contigerit. Item,

4 ſi parentibus, & propinquis deſtitutæ congruam dotem non habeant.

5 Et quod dixi de puellis, idem dico de aliis fœminis, ſi non ob vtilitatem Monaſterij ſupra dictam, ſaltem ob ſimilem, vel ob legem charitatis. Exempla ſint, ſi vitæ probæ viduæ, vel nobiles matronæ, honeſtatis cauſa, vel ex alio honeſto fine in Monaſterio viuere cupiant (quamuis contrarium quoad hoc S. Congregationem decreuiſſe, referant Miranda *tractat. de Monialib. quæſtion. 2. art. 7.* & Barboſa *de poteſt. Epiſcop. allegat. 102. numero 67.*) Item, ſi mulier nupta ad Monaſterium ſe recipiat timore viri ſuſpicantis, eam

7 eſſe adulteram. Item, ſi mulier ſimiliter nupta in diſcordia, vel in lite ſit cum marito, & eius ſæuitiam timens, in Monaſterio eſſe velit, donec lis componitur, vel ad concordiam cum illo reducitur. Sic Nauarr. *lib. 4. conſil. 5. numero 1. tit. de diuortiis, 2. edit.* Azor. *tom. 1. lib. 3. cap. 8. quæſtion. 4.* Zerola *par. 1. ver. Moniales, ad 10. quæſito.* Barboſa, & Miranda *in locis ſuprà citat.* Portellus *in addit. ad Dubitat. Regular. ver. clauſura* Monialium, *numero 2. & in Reſponſ. Moral. tomo 2. caſu 106.* Campanil. *rubr. 12. cap. 16. numer. 28.* & Rodriquez *tom. 1. qq. Regular. quæſtio. 46. art. 10.* qui afferunt pro noſtra iſta ſententia multas Cardinalium declarationes (quæ ſaltem locum habent, ſi ſic ſit conſuetudo) quamuis aliæ Cardinalium declarationes velint, admiſſas (ſeruatis tamen conditionibus, quas *precedenti Dubit.* dicebam) tolerandas eſſe, at in poſterum nullas tales eſſe admittendas. Vide Doctores *ſupra cit.* & Cuchum *lib. 3. Inſtit. maior. tomo 2. numero 12.* & Bonacinam *de clauſura quæſtion. 4. punct. 4. numero 17.* qui ſubdunt, Cardinales

8 etiam declaraſſe non licere Epiſcopo, dare licentiam ingreſſus Viduæ in Monaſterio vſque ad finem vitæ cum habitu ſeculari viuere cupienti, vt vitam ibi quietius ducens, animæ ſuæ ſaluti prouideat.

Cæterum tamen declarauit eadem Cardinalium 9
S. Congregatio, quod vbi viget conſuetudo, puellas habitum ſuſcepturas, per biduum, vel triduum antea in Monaſterium introduci, toleranda ſit talis conſuetudo, Gauantus *in Manuali Epiſcop. vel. Monialium clauſura, n. 32.* & Lezana *ver. clauſura, n. 23.*

Item declarauit, quod, ſi ſit caſus vrgens, & gra- 10
uis neceſſitatis, mulieres, etiam coniugatæ admitti poſſint in Monaſterium, Portellus in *locis ſuprà citat.* Primò ſic: *Mulier coniugata, ſi ſit in Monaſterio Monialium, & conſtet, quod, ſi inde exierit, verſabitur in periculo Mortis, in Monaſterio relinqui debet.* Secundò ſic: *Mulier, quæ venit in ſuſpicionem adulterij apud maritum, & ob id timet, ne ab eo vis aliqua inferatur, permitti debet, vt Monaſterium Monialium ingrediatur, modò conſtitutiones Monaſterij non repugnent.* Tertiò ſic: *Mulier, quæ eſt in diſcordia cum marito, & eius ſæuitiam timet, ſi eſt extra culpam, quando tam timendi cauſam habet, debet in Monaſterio tolerari.* Quapropter dici debet, S. Congregationem aliàs declarantem op- 12
poſitum (non poſſe ſcilicet dictas mulieres admitti de licentia Epiſcopi, ſed ad id requiri licentiam Sedis Apoſtolicæ) loqui ſolum de caſibus non tam vrgentibus, ſed paſſim, & ordinariè occurrentibus; 13
præſertim quia clauſura, cùm ſit de iure poſitiuo, non obligat cum tanto incommodo, & rigore, ſicuti dicebam *dub. 43.*

Quamuis etiam quoad hoc contrariam aliam 14
Cardinalium declarationem afferant Portell. *citat. ver. clauſura Monialium, numero 2.* Hieronym Rodriquez *in compend. qq. Regular. reſolut. 26. num. 15.* & Diana *par. 3. tractat. 2. reſolut. 130.* in his verbis: *Non licet Epiſcopis, vel permittere, vel licentiâ concedere mulieribus, vt ex cauſa litium matrimonialium, adulteriorum, ac diſſenſionum inter viros, & vxores apud Monaſteria Monjalium ſequeſtrentur ſecuritatis gratia, immò ingredientes incidunt in excommunicationem à Concilio impoſitam.* Ad quam tamen declarationem, vt concordetur cum aliis, dici poſſet, locum eam ſolum habere, ſi in Monaſterio non ſit conſuetudo, ſimiles mulieres admittendi, vel ſi mulieribus dictis non magnum vitæ periculum immineat.

DVBITATIO XLVIII.

An ingreſſus cauſa ſit iuſta in famulabus ſecularibus, vt culinæ, & aliis Monaſterii inferioribus officiis inſeruiant?

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus cauſa iuſta eſt in famulabus ſecularibus vt Culinæ, & aliis Monaſterij inferioribus officiis inſeruiant, dummodo foras ea non exeant, ſi pro dictis inferioribus officiis in Monaſterio Profeſſæ Conuerſæ non ſint.* 2

2 *Moniales Choro deputatæ, duriſſimum eſt ſi grauentur inferioribus officiis.*

3 *Ingreſſus famularum iuſſus ſimpliciter non videtur niſi concurrat neceſſitas Monaſterij, vel ratio magnæ nobilitatis, ægra valetudinis, aut nimia ſenectutis cauſam præbeat.*

4 *Defectus charitatis, aut malitia Monialium iusta est causa habendæ famulæ, si coactio per superiores facta nihil profit, & hoc non solum in quasi extremæ,sed etiam in graui, seu notabili necessitate.*

5 *Quæ requirantur pro ingressu licito ad Monasteria sanctæ Clarę, & alia Monasteria, quæ strictiorem clausuram profitentur.*

6 *Famulæ prædictæ non possunt pro suo libito ingredi & egredi, sed tenentur quodammodo legibus Clausuræ Monialium.*

7 *Famulæ prædictæ ingredi non possunt in seruitium Infirmarum, vel Decrepitarum Monialium sine licentia Sedis Apostolicæ.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis Rodriquez *citat quæstion.46. art.* 7. affirmet simpliciter, excipiens tamen Monasteria sanctæ Clarę, & alia Monasteria, quæ strictiorem clausuram profitentur; nisi in certis casibus) tamen affirmandum sit, solum cum distinctione, scilicet licitum esse pro totius Monasterij (qualiscunque obseruantiæ illud sit) vtilitate, has (dummodò foras non exeant)ingredi,si pro dictis inferioribus officiis in Monasterio professæ Conuersæ non sint,secus,si sint.

2 Prior pars probatur;quia non oportet, Moniales choro deputatas,à choro, & alrioribus officiis ob hæc inferiora officia impediri; præsertim quia sæpe sunt illæ delicatæ, nec his officiis assuetæ: quapropter eas horum officiorum onere grauari, durissimum est: & ita respondisse fertur Gregorius XIII.

3 Posterior pars patet; quia tunc nulla concurrit Monasterij necessitas:at pro priuatæ Monialis ministerio prædictarum famularum ingressus simpliciter iustus non videtur, nisi contra Suar. in loco *infrà* citando,quando specialis ratio magnæ nobilitatis,aut ægræ valetudinis,aut nimiæ senecturis personæ causam præberet, & eius necessitati per Monasterij famulas,aut Cõuersas sufficienter subueniri non posset, siue ex impotentia(vt concedit
4 Rodriquez *art* 8.)siue etiam ex defectu charitatis, aut malitia Monialium, contra Rodriquez loco cit quia, quamuis ex malitia id oriatur,si Superior non potest commodè eas cogere, vel si coactæ malè ministrant,iusta adhuc est habendæ famulæ,causa,non solum in quasi extrema (vt concedit Llamas *in appẽd.*§.11 *in fine*)sed etiam in graui seu notabili necessitate,contra Llamas *loco cit.* Vide Nauarrum *Comment 4.numer. 66. & 67. de Regularib.* Suarez *tomo 4.lib.1.de Relig.cap.*10. *numero* 20.Zerolam *par.2.ver.Moniales,Dubitat.*5,Cordubam *in addit.ad priuileg.Mendicant.ver.Ingressu Monasterior. Monal.* Rodriquez *quæstio.* 47. *ar.* 4. *& seqq.* (vbi multa tradit de causis specialiter requisitis pro
5 ingressu licito ad Monasteria S.Clarę, & alia Monasteria, quæ strictiorem clausuram profitentur) Barbosam de iure Ecclesiastico *num.* 61. *& de offic. & potest.Episc.par.* 3 *allegat.*102. Peirinum *tomo* 1.
6 *priuileg.Minim.in Constit.6.Pij V.numero* 31. Lezanam *ver.clausura,n.*34.(qui referunt S. Congregationem declarasse in vna Abulensi, dictas famulas non posse pro suo libito ingredi, & egredi,sed teneri quodammodo legibus clausuræ Monialium) Mirandam *in tr.de Monialib.qu.*2.*art* 9. Campanil. *rubr.*17.*c.*6.*num.*28.Bonacinam *de clausura,quæst. 4.punct.*4.*numer.* 10. & Gauantum *in Man.Episc ver.Monialium receptio,numero* 14.qui aiunt, cautè in hac procedendum esse; quia S. Congregatio Episcoporum & Regularium declarasse fertur, non posse dictas famulas in seruitium infirmarum, vel decrepitarum Monialium introduci sine licentia Sedis Apostolicæ.

Cæterum,quantanam sit auctoritas S. Congre- 7
gationis Cardinalium declarationum, sicut & decisionum Rotæ,styli Curiæ Romanæ,& similium? dixi *c.*14.*dub.*5.*sect.* 2.

DVBITATIO XLIX.

An ingressus causa sit iusta in nobilibus fœminis, quæ prætextu alicuius muneris necessarij in Monasterio exercendi ingrediuntur;cum nihil,aut parum ingressæ facturæ sint, nec tale ministerium sit earum statui consonum?

SVMMARIVM.

1 *Ingressus nobilium fœminarum prætextu alicuius muneris exercendi, quod reuera non exercent dicitur esse in fraudem legis,præsertim si notabiliter ibi morentur.*

2 *Nobiles fœminæ si reuera ad aliquod opus necessarium Monasterio ingrederentur, & in illo occupentur non minus quam fœminæ viles ad illud opus exercendum alias ingressuræ,si statim moraliter finito opere, egrediantur non peccarent,data etiam curiositate.*

3 *Ingrediens in Monasterium ad exercendum aliquod opus necessarium ex causa vilis Ministerij, si simul intentionem habeat turpiter loquendi, vel agendi cum Moniali non peccat contra clausuram, sed solum ob prauum finem. Contra nonnullos vtrumque asserentes.*

RESPONDETVR negatiuè; quia 1
id est in fraudem legis; præsertim si ingressæ, notabiliter ibi demorentur, quod esse illicitum, dicetur *infra dubitat.*52.

Quamuis(si reuerà ad opus Monasterio necessa- 2
rium,quod per Moniales commodè exerceri non potest,ingrediantur,& in illo occupentur,non minus, quàm occuparentur fœminæ viles ad illud opus exercendum aliàs ingressuræ, & statim moraliter, vt dicetur *citat. Dubitat.* 52. finito opere, egrediantur) non peccarent, licet non ob hunc finem, sed ob curiositatem videndi Monasterium principaliter ingrederentur; quia reuerà tunc ex causa necessaria, quam exequuntur, ingrediuntur:non possunt tamen tunc ingredi cum comitatu decenti, quia non instar nobilium, sed instar vilium fœminarum, seu famularum ingrediuntur.

Hinc sequitur,idem dicendum esse de illo, qui 3
Monasterium ingreditur cum licẽtia Superioris ex causa vilis ministerii necessarii,sed simul intentionẽ habet turpiter loquendi,vel agendi cũ Moniali; quia hæc praua intentio non tollit priorem ingrediendi causam, ob quam à Superiore ingrediendi licentiam obtinuit;quãuis ob prauum finẽ grauiter peccet,

peccet; & grauibus pœnis ob ſacrilegij reatum, quem committit, plectendus ſit. Vide Zerolam *in prax. p. 1. ver. Monia es ad 8 quæſtio. verſ.* & Rodrig. *to. 1. quæſtio. 46. ar. 3. notab. 2.* Etſi nonnulli non omninò improbabiliter contrarium ſentire videantur; forſan ex eo, quia Superior in tali caſu non præſumitur facultatem conceſſiſſe, quin neque concedere potuiſſet; ſed quod dixi, eſt multò probabilius; quia hæc eſt conditionata Superioris voluntas, quæ nihil ponit in eſſe; & Eccleſia non iudicat de occultis.

DVBITATIO L.

An ingreſſus cauſa ſit iuſta in ſuperiore, qui electioni Abbatiſſæ præſit, & Monialium vota ſuſcipiat?

SVMMARIVM.

1 *Superior non dicitur habere iuſtam cauſam ingrediendi clauſuram ad preſidendum electioni Abbatiſſæ, & vota ſuſcipienda.*

2 *Vota Monialium in Electione Abbatiſſæ accipi poſſunt à ſuperiore per feneſtellam clauſis Eccleſiæ ianuis.*

3 *Ingreſſus cauſa in electione Abbatiſſæ poteſt eſſe iuſta ſi opus ſit ſedare rixas, & altercationes Monialium & tunc ſuperior ingrediatur comitatus iuxta motum Gregorij XIII.*

4 *Opinio Nauarri, & Rodriguez commendatur contra Azorium, & Llamam.*

1 RESPONDETVR, quod (licet Llamas in *Append.* §. 7. affirmet; quia ante, & poſt electionem, & in ipſa electione, debet Prælatus exhortari, & dirigere Moniales, ad quæ facienda ipſius ingreſſus neceſſarius eſſe videtur) negandum tamen ſit; quia hæc fieri commodè poſſunt clauſis Eccleſiæ ianuis per feneſtellam, per quam aliæ exhortationes quotidie fieri ſolent; tum quia ita clarè decidit Trident. *ſeſſ. 25. cap. 7. in fin. Regul.* ibi: *Non ingrediatur, ſed per feneſtellam ſuſcipiat*: & quamuis Concilium non vtatur verbis præceptum, ſed conſilium denotantibus, tamen ſatis clarè decidit, hanc non eſſe iuſtam, & neceſſariam ingreſſus cauſam: & *cap. 6.* eiuſdem ſeſſionis ſub excommunicationis latæ pœna ingreſſum præterquam in caſibus neceſſariis, interdixerat; tum quia ita declarauit S. Congregatio apud Barboſam *de iure Eccleſ. numer. 171.* & Tamburin. *de iur. Abbat. diſputat. 24. quæſit. 8.* & docent Nauar & Rodrig. in locis *infra* citandis, & alij, quos citat, & ſequitur Lezana *to. 1. cap. 25. num. 25.* & *ver. clauſura, num. 32.* Villalob *to. 2. tract. 35. diffic. 46. num. 12.* Bonac. *de clauſ. q. 4. punct. 4. n. 7.* & Diana *par. 3. tract. 2. reſol. 67.*

2

3 Non nego tamen, quod ſi in electione concurrant circumſtantiæ (verbi gratia ſit magna ſubornationis ſuſpicio, vel magna Monialium reuolutio) ob quas hic, & nunc ingreſſus Prælati prudenter iudicetur neceſſarius, licitum ſit, Prælatum ingredi, comitatum ab aliquibus, iuxta Motum Gregorij XIII. quem afferebam *ſupra Dubitat. 35.* quia non præſumitur Tridentinum in tali caſu tantæ neceſſitatis ad bonum Monaſterij commune, quod pendet ex bona Abbatiſſæ electione, ingreſſum denegare; Villalob. Bonacina, & Diana in *locis ſupra cit.* Miranda *de Monialib. q. 2 ar. 15. concl. 3.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 102. n. 47.* & Lezana *loco ſupra cit.*

Et in hoc ſenſu verum eſt, quod ait Nauar. 4 *Comment. 4. numer. 59. de Regularib.* & Rodrig. *tom. 1. qq. Regul. q 46. ar. 4. in fin. & ar. 5 in princip.* licitum ſcilicet eſſe ingreſſum vocati ad bonam Abbatiſſæ electionem dirigendam: quamuis diſſentiat Azor. *to. 1. lib. 13. cap. 8. q. 6.* & Llamas §. 8 *in fine.*

DVBITATIO LI.

An ingreſſus cauſa ſit iuſta in Epiſcopo, vt alicui de Monaſterio Confirmationis ſacramentum adminiſtret? Vbi etiam de ingreſſu pro benedictione, vel Conſecratione Monialis, vel pro alia cauſa ſimili.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non habet iuſtam cauſam ingrediendi clauſuram ad confirmandam Monialem niſi ea ſit infirma, ita vt non poſſit ad crates accedere, & periculum ſit in mora.*

2 *Monialis commodè poteſt confirmari per feneſtellam, per quam Moniales Euchariſtiam recipiunt.*

3 *Item dicas de benedictione, vel conſecratione Monialis de dando habitu, aut profeſſione Nouitiæ, & his ſimilibus.*

4 *Matri, ſorori, vel aliis Conſanguineis Monaſterium ingredi non licet, vt Monialem viſitent, aut illius profeſſioni, vel morti aſſiſtant.*

5 *Capellano, vel Confeſſario Monialium non licet ingredi clauſuram in caſu renouationis ſacramenti exiſtentis in choro interiori; cum id fieri poſſit abſque ingreſſu, & exponi per feneſtellam in Eccleſia exteriori.*

RESPONDETVR negatiuè (niſi confirmanda ſit infirma, vt non poſſit ad crates, vel feneſtellam accedere, & periculum ſit, quod abſque tali ſacramento moriatur) quia citra hunc caſum poteſt id fieri commodè per feneſtellam, per quam Moniales Euchariſtiam recipiunt, Rodriguez *cit. tom. 1. quæſtio. 47. ar. 10.* & Llamas *cit. §. 8. in principio.* 1 2

Idem dicas in caſu de benedictione, vel conſecratione Monialis, vel de dando habitu, aut profeſſione Nouitiæ, vel de dando velo ſolemniter profeſſæ, vel de examinando Moniales; aut quaſcunque alias in Monaſterio legitimè morantes, idque propter eandem rationem dictam; Rodrig. & Llamas *locis ſupra cit.* & declarauit S. Congregatio apud Barbolam *de iure Eccleſiaſtico num. 171.* & apud Tamburinum *de iure Abbat. diſp. 24. quæſit. 8.* Vide etiam *Dubit. 41.* vbi probabam, neque licere matri, ſorori, vel aliis conſanguineis Monaſterium ingredi, vt Monialem viſitent, aut illius profeſſioni, vel morti aſſiſtant. 3 4

5 Idemque dicas in casu de renouatione Sacramenti existentis in Choro interiori; quod scilicet neque possit Capellanus, vel Confessarius ingredi ad illud renouandum; cum renouatio illius fieri possit absque ingressu, & exponi per fenestellam in Ecclesia exteriori existentem, & interiorem Chorum respicientem; Miranda *qu.* 2. *art.* 19. & alij passim.

DVBITATIO LII.

An ingrediens Monialium Monasterium ex legitima licentia, teneatur finito negotio, statim egredi? Vbi etiam etiam de requisitis ad licentiam ingressus.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens Monialium Monasterium ex legitima licentia, tenetur finito negotio statim egredi.*

2 *Monialis ex legitima licentia è Monasterio egressa, tenetur finito negotio statim regredi.*

3 *Licentia ingrediendi non est concessa nisi ob causam, qua cessante, cessat ipsa licentia.*

4 *Præceptum de seruanda clausura est morale, & moraliter intelligendum.*

5 *Ingrediens clausuram ex legitima licentia, si finito negotio illic moretur parumper vt circumspiciat ex curiositate, non peccabit, neque venialiter.*

6 *Ingrediens Monasterium ex legitima licentia, si finito negotio parumper ibi demoretur circumspiciendo ex praua intentione peccat, sed non contra præceptum clausuræ.*

7 *Ingrediens Monasterium ex legitima licentia, si finito negotio ibi ex praua intentione vel secundum moram moralem, vel longissimam, non incurrit censuras contra nonnullos, etiam si habeat copulam cum Moniali.*

8 *Monialis legitimè egressa, si finito negotio extra Monasterium degat cum quacumque praua intentione, & executione non incurrit censuras, & cur.*

9 *Licentia ingrediendi olim aliquibus Mulieribus concessa, reuocatæ fuerunt, & per quos, & quomodo.*

10 *Mulieres seculares habentes licentiam ingrediendi, non possunt ea vti, nisi accedat consensus Monialium capitulariter obtentus secus incurrunt censuras.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè, idque propter easdem rationes, propter quas Dubitat. 20. dicebam, Monialem legitima licentia è Monasterio egresam, teneri finito negotio, statim regredi; & patet; quia licentia ingrediendi non est concessa, nisi ob causam, quæ iam cessasse supponitur. Vide, quæ dicebantur *ibi*; vide etiam collectorem priuilegior. Mendicant. *ver. Ingressus Monasteriorum Monial. notab.* 1. *ad fin.* Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regular. q.* 47. *ar.* 11. Molfesium *in sum. tract.* 7. *cap.* 20. *n.* 40. Mirandam *de Monialib. q.* 2. *ar.* 20. & Bonacinam *de clausura q.* 4. *punct.* 4. *num.* 22.

2 At, quia hoc præceptum (vt *cit. Dubitat.* 20. dicebam) est morale, moraliter est intelligendum; præsertim quia sic iam vsu receptum est, etiam apud viros timoratæ conscientiæ, teste Molfesio *loco supra cit.* Vnde si quis ingressus, finito negotio per breuem moram demoretur, verbi gratia ex curiositate, quæ sunt in Monasterio circumspiciendo, non peccabit, neque etiam venialiter. Vide Collectorem Rodriguez Molfesium, Mirandam, Boancinam in *loco supra cit.* & Aloysium Bariolam *in Aphorism. tit. M. ver. Moniales*, § 8.

3 4

6 Excipe, nisi adsit praua intentio; quia tunc peccabit quidem ratione praue intentionis, non tamen peccabit contra præceptum clausuræ; cum sit legitima licentia ingressus, & finito negotio, non sit moralis mora, ad quod tantum, præceptum hoc obligationem inducit.

7 An autem in tali casu (si scilicet sit praua intentio, & moralis mora) contrahat etiam censuras?

Respondetur, quod (quamuis affirment Collector *loc. cit.* Llamas *in Append.* §. 10. Zechius *tit. de Regularibus, cap.* 3. *numer.* 15. *vers.* 9. & & Merolla *tom.* 1. *disput.* 1. *disc.* 7. *numer.* 498. & inclinent Naldus *ver. Monialis, numer.* 15. & Bonacina *cit. numer.* 22.) negandum tamen sit; idque etiamsi sic ingressus per longissimam moram ibi demoretur, & cum Moniali copulam habeat; sicuti *Dubitat.* 25. dicebam, Monialem legitimè 8 egressam, si finita egressus causa, diuturnam extra Monasterium moram trahat cum quacumque praua intentione, & executione, non incurrere censuras; quia reuerà non dicitur hic egressus absque licentia; & censuræ (quæ non sunt ampliandæ sed potius restringendæ) contra egressam solum latæ sunt. Vide Dianam *par.* 3. *tractat.* 2. *resol.* 67. Bonacinam *de claus. quæstion.* 1. *punct.* 4. *numer.* 3. & Zerolam *ver. Moniales ad* 8. *quæsit. edit.* 2.

9 Cæterum, licentias Mulieribus quibuscunque ingrediendi Monasteria Monialium concessas limitauit Paulus V. in Bulla, *Facultatum*, anno 1608. Et postea in Bulla, *Monialium*, anno 1612. omninò reuocauit omnes tales licentias, præcipiēs quicunque mulieribus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ sibi reseruata, ne prædicta Monasteria prætextu licentiarum ingrediantur; & Monasteriorum Abbatissis, seu Priorissis, & Superioribus sub eadem, & aliis pœnis, ne talem ingressum permittant. Vide Peirinum *tom.* 2. *priuileg. Minim. in Constit.* 6. *Pij V. numer.* 5. Tandem Vrbanus VIII. in Bulla 5. *sacrosanctum*, anno 1624. declarauit, consensum Monialium (qui requiritur ad hoc, quod fœminæ seculares ipsarum Monasteria ingrediantur) per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstandum esse, aliàs licentiæ huiusmodi mulieribus quibus concessæ fuerunt, nullatenus suffragentur, ibi: *Motu proprio, & ex certa scientia nostra, harum serie decernimus, atque declaramus, consensum dictarum Monialium de cætero per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstandum esse, & præstari debere, aliàs licentia huiusmodi mulieribus, quibus concessa fuerint*

10

fuerint, nullatenus ſuffragentur; & quæ ſanctimonialium Monaſteria vigore licentiarum prædictarum, abſque conſenſu capitulariter, vt præfertur, relatæ, ingredi præſumpſerint, ſententias, cenſuras, & pœnas contra clauſuras Monaſteriorum Monialium violentes inflictas ſe nouerint incurſuras. Loquitur itaque Pontifex (vt patet ex textu) in caſu, quo dictæ Mulieres ingredi velint ex vi licentiarum à Sede Apoſtolica conceſſarum. Vide Bonacinam *de clauſura, quæſt. 4. punct. 5.*

DVBITATIO LIII.

An tranſgrediens clauſuram modico ingreſſu, vel egreſſu peccet, & cenſuras incurrat?

SVMMARIVM.

1 *Ingredientes clauſuram modico ingreſſu, vel egreſſu neque peccant, neque cenſuras incurrunt.*

2 *Modicum moraliter loquendo, ſeu paruitas materiæ à peccato, & cenſuris excuſat.*

3 *Ingreſſus, ſeu egreſſus ſecundum Graſſium, & alios quomodo eſſe poſſit leuis materia, ſeu modicum.*

4 *Furtum vnius argentei ratione paruitatis materiæ non eſt peccatum mortale, licet ſit verum, & perfectum furtum, nec inducet cenſuras latas contra furantes.*

5 *Ingreſſus vel egreſſus per duos tantum pedes præciſo periculo peccati, & data prauæ morę non eſt peccatum, nec inducit cenſuras.*

6 *Modicum, ſeu paruitas materiæ in caſu ingreſſus, ſeu egreſſus intelligitur inxta mentem Auctoris quando res non eſt conſummata; ſed verbi gratia vna pars corporis eſt intus, altera foris.*

7 *Stans ineſtio Monaſterij non peccat, nec pœnas contra clauſuram violantes latas incurrit.*

8 *Oſtium dicitur eſſe partim intra, partim extra clauſuram contra Zechium.*

9 *Stans in oſtio cenſetur ſtare in Domo, & ſic incurrit pœnas ingredientis Domum ad tradita per Bartolum, Baldum, & alios.*

10 *Opinio Auctoris contra Zechium eſt probabilior, & quare.*

1 RESPONDETVR negatiuè (quia cum hoc præceptum, vtpote morale, moraliter tantum obliget, vt
2 *Dubitat. precedenti* dicebam) modicum à peccato, & cenſuris excuſat; Doctores, quos citat, & ſequitur Graff. *de caſib. reſerv. cap. 5. n. 44. & 1. par. deciſ. lib. 4. cap. 13. nu. 25.* & alij mox *infra* citandi. Vide etiam, quæ dicebam *dub. 4.*

Cæterum, quantumnam ſit modicum in caſu noſtro?

3 Reſpondetur, quod (licet Graff. *locis ſupra citatis*, Naldus, *vel. clauſura, numer. 4.* & Mercolla *tom. 1. diſp. 1. cap. 2. diffic. 7. numer. 502.* putent, modicum eſſe, ſi ingreſſus ſecularis in Monaſterium Monialium, vel egreſſus Monialis è clauſura ſui Monaſterij, vel ingreſſus fœminæ in Monaſterium virorum ſit per duos pedes; moti ex eo, quia etſi ille ſit verus, & perfectus ingreſſus, vel egreſſus, tamen eſt in parua materia, & ſic non ſufficiens ad peccatum mortale; ſicuti, licet furtum vnius argentei 4
ſit verum, & perfectum furtum, tamen quia eſt in parua quantitate, non eſt ſufficiens ad peccatum mortale, nec ad contrahendas pœnas latas contra furantes; quod mihi non improbatur, ſi abeſt peri- 5
culum peccati, & cum illo modico ingreſſu, vel egreſſu coniungitur parua mora temporis) nihilominus probabilius ſit, modicum in hoc caſu, ſeu 6
in hoc ingreſſu, vel egreſſu eſſe, quando hæc non ſùt perfecta, & conſùmata; ita vt nimirùm pars corporis (ſiue maior, ſiue minor) ſit intus, altera foris; ſeu totum corpus non ſit intus, vel totum foris; vt ſi quis, verbi gratia vno pede clauſuræ ianuam exierit, altero intus extiterit; vel ſi quis quaſi equitans, Monaſterij muro inſideat; Portell. *in dub. Regular. ver. clauſura Monialium nu. 25.* Bonacina *de clauſ. qu. 1. punct. 8. nu. 7.* Tamburin. *de iure Abbat. diſp. 19. qu. 5. ad 7.* Diana *par. 3 tract. 2. reſol. 52.* Homobon. *in conſult. Moral. tom. par. 4. reſponſ. 61.* Texeda *in controuerſ. to. 1. lib. 2. tractatu 1. controuerſ. 14 dub. 1. numer. 9.* Ant. Fernandez *in Inſtruct. Confeſſ. par. 2. cap. 5. n. 13.* Rodrig. *to. 1. q. 49. ar. 7.* & Lezana *ver. clauſura, n. 7.*

Vnde probabilius non peccat, nec pœnas contra 7
clauſuram ingrediendo, vel egrediendo violantem latas incurrit, qui ſtat in oſtio, quia oſtium eſt par- 8
tim intra, partim extra clauſuram (vti rectè dixit gloſſ. *in cap. cum ſanctum, ver. vt ergo, de pœnitentia, diſt. 6.* Bald. *in l. cætera, ff. de legat. 1.* Alex. & Iaſon. *ibi l. numer. 11.*) quamuis contrarium non omninò improbabiliter teneat Zechius *de caſibus reſerv. caſ. 10. nu. 1.* motus ex eo; quia ſtans in oſtio cenſetur 9
ſtare in domo, & ſic incurrit pœnas ingredientis domum; cum ad hoc ſatis ſit, tangere partem domus; ſicuti tradunt Bartolus *in l. 1. §. hoc interdictum, num. 1. ff. de cloacu*, Baldus *in Rubr. verſ. hic adde, ff. ſoluat matrim.* Alex. *conſ. 137. num. 14. vol. 2.* & Iaſ. *in l. plerique, num. 20. limit. 4. ff. de in ius vocando*: ſed 10
quod dixi, eſt probabilius propter rationem dictam præſertim cum pœnæ ſint potius reſtringendæ, quàm ampliandæ.

DVBITATIO LIV.

An, & quas cenſuras, pœnaſque incurrat ingrediens Monaſterium Monialium, extra caſus permiſsos?

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens clauſtra Monialium præciſa cauſa neceſſitatis, & ſuperioris licentia in ſcriptis conceſſa, incurrit ipſo facto excommunicationem latam à Concilio Tridentino.*

2 *Licentia conceſſa ingrediendi clauſtra Monialium quibuſcumque fœminis reuocata fuerunt à Gregorio XIII. & ab eo aucta fuerunt pœna lata contra violantes clauſuram, quæ ex eiuſdem Decreto incurrunt excommunicationem ipſo facto, à qua non poſſint abſolui*

solui nisi à Romano Pontifice præciso mortis articulo.

3 *Superiores quocumque nomine censeantur permittentes ingredi prætextu dictarum licentiarum vltra dictam excommunicationem, incurrunt pœnas priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda.*

4 *Dispositio Pauli V. est similis dictæ dispositioni Gregorij in Bulla, quæ incipit Monialium statui.*

5 *Paulus V. secundum mentem Cherubini in suo Bullario reuocauit simpliciter omnes facultates, & priuilegia ingrediendi, etiam si in ipsis non contineatur licentia conuersandi, & refectionem corporalem sumendi cum Monialibus.*

6 *Particula (aut) dicitur disiunctiua.*

7 *Paulus V. quod non reuocauerit simpliciter omnes facultates & priuilegia ingrediendi est etiam probabile.*

8 *Particula (&) dicitur coniunctiua, & posita in concessionibus quid operetur.*

9 *Particula (huiusmodi) relationem habet ad præcedentia; & ideo nihil obstat quod Paulus V. in dicto motu simpliciter mentionem faciat de ingredientibus.*

10 *Gregorius XIII. in alio motu, qui incipit, Dubiis, quæ emergunt, alias pœnas statuit in superiores illegitimè ingredientes Monasteria Monialium. Vide ibi quæ sint.*

11 *Personæ quæcumque sine licentia superioris in scriptis obtenta ingredientes Monalium Monasteria, non reseruatam excommunicationem ipso facto incurrunt, etiam si alioquin iustam habeant ingrediendi licentiam.*

12 *Excommunicatio predicta non dicitur reseruata, si ingredient non habeat malum finem, sc. luxuriæ; secus tamen est malo fine non præciso.*

13 *Violatio clausuræ ad malum finem luxuriæ est casus ex quinque summo Pontifici reseruatis, à quo nemo poterit absoluere virtute priuilegiorum.*

14 *Personæ cuiuscumque status, & conditionis (etiam si sint Comites, Marchiones, aut Duces, quæ ingredi audent Monialium Monasteria virtute quarumcumque facultatum à quocumque concessarum, excommunicationem summo Pontifici reseruatam ipso facto contrahunt.*

15 *Abbatissæ omnes, Abbates, Conuentus, ac alij Monasteriorum cuiuscumque sexus superiores, & Personæ quocumque nomine vocentur, eandem excommunicationis Pontifici reseruatæ pœnam incurrunt, ac etiam pœnam priuationis Dignitatum, Beneficiorum, & officiorum suorum & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda si in Monasteria sua permittant quemquam ingredi prætextu dictarum licentiarum, & facultatum.*

16 *Ingredientes ex facultate Episcopi, seu Superioris legitimi præcisa necessitate, & Moniales, quæ eos aliter admittere præsumunt, contrahunt omnes pœnas recensitas.*

17 *Episcopi, & Superiores legitimi Monasterij Monialium, quibus regimen Monasterij quouis modo incumbit si præcisa necessitate ingrediantur, prima vice sunt Ecclesiæ ingressu interdicti, secunda vice à munere Pontificali, & à Diuinis suspensæ, atque deinceps ipso facto excommunicatæ.*

18 *Ingredientes peculiaria Monialium Monasteria, contrahunt etiam alias antiquiores excommunicationes.*

19 *Gregor. IX. & Eugenius IV. tulerunt reseruatam excommunicationem ipso facto incurrendam in præsumentes ingredi Monasteria sanctæ Clarę.*

20 *Bonifacius IX. excommunicationem tulit in præsumentes ingredi Monasteria Ordinis Prædicatorum.*

21 *Iulius II. tulit excommunicationem in præsumentes ingredi Monasteria Conceptionis.*

SVPPONO, quod Tridentin. *sess. 25. de Regular. cap. 5.* excommunicationem ipso facto infert in ingredientem clausura Monialium, præterquam in casibus necessitatis, & ex Superioris licentia in scriptis concessa, cuius excommunicationis absolutionem Concilium non reseruat, nec pœnas statuit in Moniales, quæ aliter ingressum in Monasterium admittunt. 1

Suppono secundò, quod Gregorius XIII. in Motu proprio, qui incipit *Ubi gratiæ*, pœnas auget, vbi prius reuocat licentias, & facultates quibuscunque (etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & aliis cuiuscunque status, & conditionis mulieribus) concessas ingrediendi Monasteria, domus, & loca Monialium, vel virorum, & quibuscunque viris, etiam eiusdem conditionis, & status, ingrediendi Monasteria, domos, vel loca Monialium, licet à quocunque Pontifice, vel Legato, vel aliis concessæ sint ex motu proprio, & ex certa scientia, & cum quibuscunque clausulis, & ex quibuscunque vrgentissimis causis, & licet iteratis vicibus renouatæ sint; & statim addit hæc *Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super quam à nemine nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutionis beneficium possis impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant: Abbatissis verò, nec non Abbatibus, Conuentibus, ac aliis Monasteriorum virumque sexus superioribus, & personis, quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, ac priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, domus, & loca sua, quocunque prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant: quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam Ordinum quorumcunque, etiam Mendicantium, Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopo, vel à Superioribus (quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilij Tridentini facultas tribuitur) Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus, dumtaxat ingredi, neue Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant.* Similem dispositionem edidit Paulus V. in Bulla, quæ incipit: *Monialium statui*, in qua reuocat omnes fœminis concessas facultates ingrediendi Monasteria Monialium, cum eis conuersandi, ac refectionem sumendi: & similiter excommunicationem sibi reseruatam infert contra fœminas ingredi 2 3 4

præsumen

præſumentes prætextu facultatum conceſſarum: & contra Abbatiſſas & Superiores, quæ aliquam fœminam ingredi volentem prætextu huiuſmodi licentiarũ audent introducere, ſeu admittere, vel retinere, ibi: *Ipſorum verò Monaſteriorum Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac Superioribus ſub eadem, ac priuationis officiorum, qua obtinent, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda ipſo facto abſque alia declaratione incurrendis pœnis, nè eas introducere, ſeu admittere, ſeu admiſſas quoquo modo retinere audeant, ſeu præſumant.*

5 An autem Paulus V. in dicta Bulla ſimpliciter reuocauerit fœminis omnes licentias ingrediendi, vel ſolum eas, in quibus contineretur etiam facultas conuerſandi, & refectionem corporalem ſumendi.

6 Reſpondetur, quod (quamuis Cherubinus in ſuo Bullario, cum diſiunctiuè loquatur per particulam *aut*, ſentire videatur, Paulum V. reuocaſſe ſimpliciter quaſcunque facultates, & priuilegia ingrediendi, etiamſi in ipſis non contineatur licentia conuerſandi, & refectionem corporalem 7 ſumendi cum Monialibus) oppoſitum tamen ſit etiam probabile; quia Paulus V. vtitur forma loquendi coniunctiua, per particulam *Et* ibi: *Omnes, & ſingulas licentias ingrediendi Monaſteria* 8 *Monialium vbique locorum exiſtentium cum Monialibus conuerſandi, & refectionem ſumendi corporalem ſecularibus cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis*, &c.

Neque obſtat, quod in §. ſubſequenti, in quo Pontifex excommunicationem infert, ſimpliciter mentionem faciat de ingredientibus.

9 Reſponderi enim poteſt, quod mentionem facit ſimpliciter de ingredientibus *prætextu prædictarum licentiarum huiuſmodi*; vbi particula ly *huiuſmodi* relationem habet ad præcedentia, id eſt, ad licentiam ingrediendi, conuerſandi, & refectionem corporalem ſumendi.

10 Suppono tertiò, quod tandem Gregorius XIII. in alio motu, qui incipit, *Dubiis, quæ emergunt*, alias pœnas ſtatuit in Superiores illegitimè ingredientes Monaſteria Monialium, his verbis: *Declaramus, Prælatos omnes, tam ſeculares, quàm Regulares, quibus cura, & regimen Monaſteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate ſibi ex officio attributa ingrediendi Monaſteria prædicta, ita demum vti poſſe, ſi id faciant in caſibus neceſſitatis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac religioſis perſonis comitati. Quocirca vniuerſos, ac ſingulos Epiſcopali, ſeu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, nec non quoruuis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcunque Superiores Regulares, ſeriò monemus, vt facultate huiuſmodi, qui etiam habent, præterquam in caſibus, vt præfertur, neceſſariis nequaquam vtantur. Quod ſi contra fecerint, ſtatuimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, qua contra fecerint, Eccleſiæ ingreſſu interdictos, pro ſecunda, à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque vlla declaratione excommunicatos exiſtere; Regulares autem omni officio, ac miniſterio priuatos excommunicationis pœna ſimiliter ſubiacere.* Vide Bonacinam *de clauſura quæſtion. 4. punct. 5.* Gauantum *in Man. Epiſcop. ver. Monialium clauſura, numero 46. & ſeqq.* & Lezanam *tom. 1. cap. 25. numero 17.*

Ex his iuribus, & ſuppoſitis ſequitur, varias perſonas variis pœnis affici: quapropter

Reſpondetur, & dico primò; quæcunque perſonæ ſine licentia Superioris in ſcriptis obtẽta Mo- 11
nialium Monaſteria ingrediuntur, non reſeruatam excommunicationem ipſo facto incurrunt, etiamſi alioquin iuſtam haberent ingrediendi licentiam, ob quam eis Superior licentiam conceſſiſſet; conſtat ex Tridentino loco cit. quia excommunicat ibi Concilium ingredientes ſine licentia in ſcriptis, & de reſeruatione nullam mentionem facit.

Quod vltimum tamen intellige (ſicuti dicam *Dubit. 69.*) modò qui ingreditur, non ingrediatur 12
ad malum finem, ſcilicet luxuriæ; quia violatio 13
clauſuræ ad huiuſmodi malum finem eſt caſus ex quinque vnus Summo Pontifici reſeruatus, à quo nemo poteſt abſoluere virtute priuilegiorum; ſicuti paret ex declaratione Sacræ Congregationis, quæ incipit: *Sacra Congregatio.* An autem, ſi delictum ſit occultum, poſſit abſoluere Epiſcopus virtute facultatis Tridentini Concilij, & Regularis virtute priuilegiorum ſuæ Religionis, dicam *citat. Dubitat. 69.* & dicebam *dub. 28.*

Dico ſecundò; Perſonæ cuiuſcunque ſtatus, & 14
conditionis (etiamſi ſint Comites, Marchiones, aut Duces) quæ ingredi audent Monialium Monaſteria, virtute quarumcumque facultatum à Romano Pontifice, Legato, Epiſcopo, vel aliis ante cõceſſarum, excommunicationem Pontifici reſeruatam ipſo facto contrahunt; conſtat ex cit. Motu Gregorij XIII. *Vbi gratia*, & ex cit. Motu Pauli V. *Monialium ſtatui.* An autem in dictis Motibus includantur etiam Reges, Imperatores, ipſorumque vxores, filij, & filiæ: Vide ſupra *dub. 30.* & *infra dub. 74.*

Dico tertiò; Omnes Abbatiſſæ, Abbates, Con- 15
uentus, ac alij Monaſteriorum cuiuſque ſexus Superiores, & perſonæ (quocunque nomine vocentur) eandem excommunicationis Pontifici reſeruatæ pœnam incurrunt, ac etiam pœnam priuationis dignitatum, Beneficiorum, & officiorum ſuorum, & pœnam inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ſi in Monaſteria ſua faciant, vel permittant quemquam ingredi prætextu huiuſmodi licentiarum, & facultatum, conſtat ex eodem Motu proprio Gregorij XIII. & Pauli V.

Dico quartò; eandem pœnam excommunica- 16
tionis Pontifici reſeruatæ, & priuationis dignitatum, beneficiorum, ac officiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda contrahunt, qui ex facultate Epiſcopi, vel Superiorum (quorum eſt illam concedere) ingrediuntur abſque neceſſitate; & Moniales, quæ eos aliter admittere præſumunt; conſtat etiam ex eodem Motu proprio Gregorij XIII. & Pauli V.

Dico quintò; perſonæ Pontificali dignitate 17
præditæ, quibus regimen Monaſterii Monialium quouis modo incumbit, ſi Monaſteria Monialium, præterquam in caſibus neceſſariis, ingrediantur, prima vice ſunt Eccleſiæ ingreſſu interdictæ; ſecunda vice à munere Pontificali, & à diuinis ſuſpenſæ, atque deinceps ipſo facto excommunicatæ: ſi autem ſint Regulares Prælati, ad quos regimen Monaſterii Monialium quouis modo ſpectat, & dicta Monaſteria, præterquam in caſibus neceſſitatis, ingrediantur, ſunt ſimiliter excommunicati, ac priuati omni officio, & miniſterio; conſtat ex cit. alio Motu proprio Gregorii XIII. qui incipit: *Dubiis, quæ emergunt.*

Dico

18 Dico sextò,ingredientes peculiaria Monialium Monasteria, contrahunt etiam alias antiquiores excommunicationes; quia Gregorius IX. & Eugenius IV. reseruatam excommunicationem ipso facto incurrendam tulerunt in præsumentes ingredi Monasteria S.Claræ, & Bonifacius IX. excommunicationem tulit in præsumentes ingredi Monasteria Ordinis Prædicatorum;& Iulius II.in ingredientes Monasteria Conceptionis; sicuti patet ex Constitutionibus summorum Pontificum apud Rodriq.*tom* 1.q.47.*art.*1.*&* 2. & apud Compendiatorem priuilegiorum Mendicant.ver. *Ingredi* Monasteria Monialium.

19 Ex his dictis soluuntur 16. Dubitationes immediatè sequentes.

DVBITATIO LV.

An ingrediens Monialium Monasterium ex licentia quidem Superioris in scriptis obtenta, non tamen iustè (id est,in casu necessario, vt petit Tridentinum) concessa, contrahat Tridentini excommunicationem non reseruatam.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens Monialium Monasterium ex licentia Superioris in scriptis obtenta, si Superiori allegauerit bona fide causas sui ingressus examinandas, nullam simpliciter contrahit excommunicationem stante causa approbatione, & bona fide ingredientis.*

2 *Ingrediens Monialium Monasterium falsam causam proponendo, & Superiorem decipiendo contrahit non reseruatam excommunicationem Pontifici.*

3 *Ingrediens,si Superiorem non deceperit sua potestate abutentem in concedenda extra casum necessitatis licentia, si superioris abusum nouit, contrahit excommunicationem etiam Tridentini;secus est si bona fide excusetur.*

4 *Licentia non liberam, sed prudentiæ consonam voluntatem importat ad allegata per Bartolum.*

5 *Excommunicatio Tridentini cadit super ingredientem absque superioris licentia citra causam rationabilem, & manifestam concessa.*

6 *Licentia, vtpotè ab Inferiore sine iusta causa concessa est nulla, & irrita.*

7 *Superior concedens licentiam ingrediendi sine iusta causa non incurrit excommunicationem.*

1 RESPONDETVR, & dico primò, si ingrediens proposuit Superiori bona fide causas ingressus ab eo examinandas, & Superior concessit licentiam, ingrediens nullam simpliciter excommunicationem contrahit; quia tunc licet causa ingressus reuera non sit sufficiens, ille tamen (cùm eam iudicio Superioris, cuius est approbare, vel reprobare, discutiendam bona fide proposuerit) non peccat; sed, si quæ culpa est, illa Superioris,non ingredientis est, ergò nullam simpliciter excommunicationem contrahit.

2 Dico secundò, si ingrediens falsam causam proponendo, Superiorem decepit, non reseruatam Pontifici excommunicationem contrahit, quia tunc (cum licentia sit per fraudem extorta, consequenter ratione erroris inuoluntaria) perinde est,ac si illa concessa non esset,& sic est,ingredi sine licentia: Suar. *tom.*4.*de relig. tract.*8.*lib.*1.*c.*9. *num.*14. Bonacin. *de claus. q.*1. *punct.*4. & Lezana *tom.*1 *cap.*25.*n.*20.

3 Dico tertiò; si ingrediens Superiorem non decepit, sed iste sua potestate abutens concessit extra casum necessitatis licentiam, & ingrediens Superioris abusum nouit (si enim non nouit, bona fide excusatur) contrahit excommunicationem etiam Tridentini; Doctores *supra cit.* & probatur; quia (licet Tridentinum in *cit.* [*cap.* 5. quando excommunicationem tulit, his solis verbis vsum sit: *Ingredi septa Monasterij nemini liceat, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda*; vbi, cùm non faciat mentionem de iusta causa, sed statim subdat, *Episcopum non debere illam absque causa necessaria concedere*; videtur, quod excommunicatio, cum sit pœnalis, non sit extendenda ad licentiam absque causa necessaria concessam) tamen satis in his verbis, *absque superioris licentia, & in scriptis obtenta* (in quorum 4 defectum excommunicationem statuit) explicuit Tridentinum necessitatem causæ iustæ; cum ly *licentia*, non liberam, sed prudentiæ consonam voluntatem importet, vt rectè dixit Bart. *in l.alio, ff. de alimentis, & cibariis legatis, num.*8. Ancharan. *in cap. fin. de testam. in* 6. *num.* 10. & alij complures, quos citat, & sequitur Suar. *tom.*4. *de Relig. lib.*1. *cap.*9. *num.*14. & Menoch. *lib.* 1. *de arbitr. quæst.* 8. *num.*45. *& seqq.* quod inde etiam patet; quia ideo Tridentinum licentiam in scriptis exigit, vt illa non nisi maturè concedatur.

Confirmatur; quia Tridentinum ibi in principio dicit se innouare *cap. periculoso, de statu Regular. in* 6. (vbi ad hunc ingressum rationabilis, & manifesta, simul cum Superioris licentia, causa exigitur) ergo dicti Tridentini excom- 5 municatio cadit super ingredientem absque Superioris licentia, citra causam rationabilem, & manifestam, concessa.

Confirmatur secundò; quia dato, Ingrediens 6 non contrahat excommunicationem Tridentini non reseruatam, contrahit tamen aliam Pontifici reseruatam (vt dicetur *dubit.*65.& ratio pro nunc breuiter est; quia huiusmodi licentia, vtpote ab inferiore, sine iusta causa concessa, est nulla, & irrita, vt patet ex Motu Gregorij XIII. *Vbi gratia*, in quo Motu imponitur pœna excommunicationis reseruatæ, & priuationis beneficiorum, & inhabilitatis in eos, qui ex facultate Episcopi, vel Superiorum, ad quos pertinet facultatem concedere, absque vrgenti necessitate ingrediuntur, & in Moniales, quæ illos aliter admittere præsumunt) illamque contrahit, etiamsi tempore concessionis adfuit causa iusta, si tamen tempore ingressus cessauit, vt dicetur *cit. dubit.*65. An verò excommunicationem contrahat etiamsi tempore concessionis non adfuit causa iusta, adfuit autem tempore ingressus, dicetur eadem *Dubit.*65.

Cæterum, an ingrediens ex causa iusta, & de Superioris licentia, sed non in scriptis obtenta, peccet,

peccet, & dictas censuras, pœnasque contrahat? dixi *dubit. 7. 36. & 37.*

Item An superior concedens licentiam ingrediendi sine iusta causa, incurrat excommunicationem ? Respondetur negatiuè ; quia huiusmodi excommunicatio nullibi expressa reperitur. Item an Superior permittens, aliquem Monialium Monasterium absque iusta causa ingredi , incurrat excommunicationem, & alias iuris pœnas, patebit ex dicendis *Dubit. 61. & seqq. vsque ad 67.* 7

DVBITATIO LVI.

An contrahat Tridentini excommunicationem non reseruatam, ingrediens sine licentia Superioris , sed animo habitum regularem assumendi , & profitendi.

SVMMARIVM.

1 *Ingredient sine licentia Superioris, sed animo habitum regularem assumendi, & profitendi contrahit excommunicationem Tridentini non reseruatam.*

2 *Puellæ sic ingredientes stante bona fide à peccato, & à censuris in foro interno excusantur , secus est in foro externo.*

1 RESPONDETVR ex dictis *cit. dubit. 7. & 36.* affirmatiuè ; quia ad excommunicationem non contrahendam præter causam iustam , requiritur Superioris licentia , eaque in scriptis ; ergo ; quamuis ratione bonæ fidei (quæ reperiri solet in puellis) regulariter loquendo, à peccato, & sic à censuris , & pœnis excusetur, saltem in foro interno ; Doctores , quos citat, & sequitur Bonacina *de claus. quæst. 4. punct. 1. num. 3.* 2

DVBITATIO LVII.

An contrahat Motus Gregor. XIII. *Vbi gratia*, excommunicationem reseruatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum decretam , ingrediens virtute licentiæ ab Episcopo ante dictum Motum Gregorij XIII. concessæ.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens virtute licentia ab Episcopo ante dictum motum Gregorij XIII. concessa contrahit excommunicationem reseruatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum decretam, & cur.*

2 *Auctor facit vnum obiectum assignando contradictionem in dicto Motu , tandem soluit , & conciliat.*

SVPPONO , Dubitationes sequentes locum habere etiam in Motu Pauli V. *Monialium statui.* Hoc supposito. 1

Respondetur affirmatiuè ; quia dictus Motus Gregorij XIII. loquitur in principio de quorumcunque Superiorum licentia (sicuti constat ex iis verbis , *tam à prædecessoribus nostris, quàm etiam à nobis , & Sedis Apostolicæ legatis , aut aliis*, vbi per ly aliis satis clarè comprehendit omnes Superiores , qui possunt licentiam concedere, quia alioquin esset verbum superfluum) ergo , &c.

Obiicies : Motus Gregorij XIII. paulò post principium excommunicat ingredientes ex licentia Episcopi, vel alterius legitimi Superioris, præter casus necessarios , concessa ; cum tamen in principio excommunicauerit ingredientes virtute licentiarum, etiam in casibus necessariis , concessarum ; ergo, si dicatur , Motum loqui in principio etiam de licentia Episcoporum , ac inferiorum Prælatorum, erit contradictio. 2

Respondetur ; nego consequentiam ; quia in principio loquitur Motus de licentiis à quocunque vsque tunc ob quamuis vrgentissimam causam concessis , quas omnes reuocat, & ideo illis iam reuocatis vtentem excommunicat ; paulò verò post loquitur de licentiis in posterum concedendis , quas ibi non reuocat , & ideo solum illis, extra casus necessarios, vtentem excommunicat.

DVBITATIO LVIII.

An contrahat eiusdem Motus Gregorii XIII. pœnas, ingrediens solum virtute facultatis alicuius sibi concessæ , vel etiam ingrediens absque vlla prorsus facultate, seu licentia.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens Monasteria Monialium solum virtute facultatis alicuius sibi concessæ , vel etiam ingrediens absque vlla prorsus facultate , seu licentia , contrahit pœnas Motus Greg. XIII.*

2 *Motus Gregorij XIII. cum sit pœnalis non est extendendus ad casum alium similem etiam ex identitate rationis.*

3 *Excommunicatio lata contra Matrimonium contrahentes in Clement. vnic. de consanguin. & affin. contra solemne votum castitatis comprehendit tantum Moniales professas cuicumque nubentes , & eas in vxores accipientes, & Viros professos , vel in sacris constitutos matrimonium contrahentes ; non autem fœminas seculares professo nubentes.*

4 *Pius V. in quodam suo Motu, qui incipit, Regularium Personarum , excommunicationem decreuit præcipue contra fœminas Monasteria Virorum prætextu facultatum vsque tunc concessarum ingredientes.*

5 *Afferuntur nonnulla argumenta ad probandum mentem Gregorij XIII. fuisse comprehendere quoscumque ingredientes , & admittentes, demum soluuntur.*

6 *Motus Gregorij XIII. & similis circa clausuram*

licet tendat ad vitanda peccata , & in salutem animarum , tamen quoad clausuram est simpliciter odiosus,& non fauorabilis.

7 *Ingrediens vel admittens vlla facultate , & licentia grauius delinquit,quam qui cum facultate,seu licentia.*

8 *Argumentum desumptum à maioritate , seu minoritate rationis in materia censurarum non valet.*

9 *Multoties in iure magis puniuntur delicta minora committentes propter specialem rationem, quæ in illis concurrit.*

10 *Ingrediens etiam ad malum finem, dummodo tamen sine prætextu licentiæ ingrediatur , non contrahit probabilius pœnas Motus Gregorij XIII.*

11 *Lex pœnalis probabilius non extenditur quoad pœnam ad casum non expressum, etiam si in illo sit maior,nedum eadem ratio.*

12 *Ingredientes,qui habent dictas facultates , si ingrediuntur non facultatibus innitentes , sed quasi illas non habentes,non contrahunt pœnas dicti motus Gregorij XIII.*

13 *Item nec eas contrahunt admittentes sic ingredientem.*

14 *Admittens ingredientem Monasterium Monialium non virtute prædictarum facultatum,neque contrahit excommunicationem latam in Tridentino,& cur.*

15 *Admittens non incurrit excommunicationem ratione participationis cum excommunicato in crimine criminoso , quia talis excommunicatio non incurritur nisi præuia denunciatione Excommunicati.*

16 *Ingrediens tam prætextu facultatum,quas nouit irritas esse ob reuocationem Gregorij XIII. quam prætextu facultatum inualide obtentarum ob subreptionem,vel aliam causam probabilius non contrahit excommunicationem,& pœnas dicti motu.*

17 *Non entium nulla sunt partes, & qualitates.*

18 *Nomine prætextus non venit qualibet causa,sed solum illa,de qua in casu sermo est.*

19 *Idem est ingredi ex facultate valida obtenta, sed iam reuocata , ac ingredi ex facultate inualide obtenta quoad ius ingrediendi , non autem quoad pœnas ingredientibus impositas.*

20 *Ingredient si tempore ingressus fingeret se habere facultatem ingrediendi Monasterium Monialium obtentam post dictum Motum Gregorij XIII. non contraheret pœnas talis Motus, sed solum excommunicationem Concilij Tridentini.*

1 SVPPONO ex dictis *suprà Dubitat.* 54.ingredientem Monasteria Monialium absque vlla prorsus licentia,contrahere excommunicationem in Tridentino decretam , quæ tamen Pontifici non est reseruata;vti reseruata est , quæ decernitur in hoc Motu Gregorii XIII. in quo etiam ingredientem admittens variis pœnis afficitur , vt *in citat. Dubitat.* 54 dicebam : quapropter omnino videndum est , an eæ pœnæ comprehendant solum ingredientem prætextu facultatis , seu licentiæ , & similiter solum eum , qui sic ingredientem admittit , an potius omnes eos , qui absque debita licentia ingrediuntur. & similiter omnes eos,qui sic ingredientem admittunt.Hoc supposito:

Respondetur,contrahere Motus Gregorii XIII. 2
pœnas solum ingredientem , & admittentem prætextu facultatum;quia de his tantum ingredientibus,&admittentibus dictus Motus expresè loquitur.

Confirmatur ; quia cum talis Motus sit pœnalis,non est extendendus ad casum alium similem, etiam ex identitate rationis (vti dicebam *cap. 16. Dubitat.* 24 *sectio.* 3. & constare videtur ex *Clement. vnic. de consanguin. & affin.* vbi cùm excommunicetur matrimonium contra solenne votum castitatis contrahentes , tamen , quia textus non loquitur vniuersaliter , sed excommunicat Moniales professas cuicumque nubentes , & eas in vxorem accipientes , & viros professos , vel in sacris constituros matrimonium contrahentes, communiter Doctores apud Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disput.* 48 *numero* 2. tradunt , dictam excommunicationem non contrahere fœminas seculares professo nubentes) & sic multò minus est extendendus ad casum nostrum , vbi non est identitas , sed diuersitas rationis ; cùm multò audaciores sint ad ingressum , qui ingressus facultatibus aliquibus innituntur : quapropter oportuit hos præcipuè grauioribus pœnis subiicere , sicuti in simili fecit Pius V. in quodam suo Motu,qui incipit : Regularium personarum , vbi propterea 4
excommunicationem decreuit præcipuè contra fœminas Monasteria virorum , prætextu facultatum vsque tunc concessarum , ingredientes, de quo Motu dicam *infra dub.* 72.*& seqq.*

Atque ita docent probabilius Suarez *tom.* 5 *in* 3. *par,disputat.* 12 *sectio.* 6 *numero* 11. *& seqq.* Rodriquez *tom* 1 *qq.Regular.quæstio.* 47 *art.* 1.*& quæstion.* 48 *art.* 2. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 31. *numero* 10. Miranda *de Monial. quæstio.* 2 *art.* 10. *conclus.* 1. Barbosa *de potest. Episcop par.* 3. *allegat.* 102. *numero* 37. Campanile *rubr.* 12. *cap.* 16. *numero* 24. Diana *par.* 2. *tractat.* 5 *resolut.* 32. Sà *de excommunicat. Papæ reseru.* Bonacina *de Claus. quæstion.* 4. *punct.* 5. *numero* 4. Zerola *part.* 1. *ver. Moniales ad* 8. *quæs. edit.* 2. Philiarch. *tomo* 1. *par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 30. *ad fin.* & alii contra Nauarrum *cap.* 27. *numero* 105. & *in Comment.* 4. *numero* 62. *notab.* 4. Coriolan. *de casib. reseru.* 2. *part. cas.* 3. *numero* 40. Azorium *tomo* 1. *lib.* 13. *cap.* 8. *quæstio. vlt.* Quarantam *ver. Monasteria Monialium* , Beiam *par.* 1. *cas.* 30. Riccium *in praxi tomo* 1. *resol.* 544. *numero* 4. Filliucium *tomo* 1. *tractat.* 15. *cap.* 5. *numero* 119. Rainerium *cap.* 9. *excommunicatio* 15. Homobonum *par.* 1. *tractat.* 5. *cap.* 9. *numero* 60. Cherubinum *tomo* 2. *Constit.* 28. *Gregorij XIII. schol.* 1. Graff. 1. *part. decis. lib.* 4. *cap.* 23. *numero* 8. Villaguram *de vsuris , quæstion.* 35. *numero fin.* & Zecchium *titul. de regular. cap.* 3. *numero* 11.

Obiicies:Gregorius XIII. declaranit , mentem suam fuisse comprehendere quoscunque ingre- 5
dientes,& admittentes.

Respondetur ; de hac declamtione non constat authenticè,sic Doctores *suprà* cit.

Obiicies secundò, stylus , & praxis pœnitentiariæ seruat in praxi sententiam oppositam,teste Filliucio *loco cit.& tract.* 29. *c.* 8. *n.* 170.

Respondetur, distinguo antecedens : tanquam tutiorem,concedo,tanqnam probabiliorem , nego.

Obiicies

Obiicies tertiò; Motus Gregorij XIII. cùm tendat ad vitanda peccata, est in salutem animarum, ergo ampliandus, vtpotè fauorabilis, non autem odiosus.

Respondetur: transeat antecedens: at nego
6 consequentiam; quia, licet propter dictam rationem sit ille aliquantulum ampliandus, non tamen propterea est sufficiens, vt ad casum etiam omninò diuersum amplietur. Adde, quod dictum Motum, & similem circa clausuram esse simpliciter odiosum, & non fauorabilem, tenent Doctores, quos citat, & sequitur Hieronym. Rodriquez *in Compend. qq. Regular. resolut. 26. numero* 18. & Diana *3. part. tractat. 2. resolut. 67.* contra Merollam *tomo* 1. *disputat. 1. diffic. 7. numero* 498. & alios.

7 Obiicies quartò; grauius delinquit, qui ingreditur, vel admittit absque vlla prorsus facultate, seu licentia, quàm qui cum facultate, seu licentia, ergo multò magis pœnas Motus Gregorij XIII. contrahit prior, quàm posterior delinquens.

8 Respondetur; transeat antecedens: at nego consequentiam; quia probabilius in materia censurarum, & pœnarum non valet argumentum à
9 maioritate, nedum à paritate rationis; quia multoties in iure magis puniuntur delicta minora committentes propter specialem rationem, quæ in illis concurrit; Et sic, vti dicebam, est in casu nostro, propter maiorem scilicet ingrediendi audaciam, quæ reperitur in iis, qui quibusdam facul-
10 tatibus innituntur. Quapropter probabilius etiam neque pœnas Motus Gregorij XIII. contrahit,
11 qui ingreditur ad malum finem, si sine prætextu licentiæ ingrediatur, quia lex pœnalis probabilius non extenditur, quoad pœnam, ad casum non expressum, etiamsi in illo sit maior, nedum eadem ratio; sicuti *suprà* dicebam, & colligitur ex *cap. quicunque de sentent. excommunicat.* & docet Gloss. *in Clement. 1. de consanguin. & affin.* Caietan. *ver. Excommunicatio, in princip. & in c. 47.* Anton. *cap. fin. de consuetud. numero* 58. Castrus *lib. 1 de lege pœnali cap. 7.* Sanchez *de matrimon. lib. 10. disputat. 4. numero* 3. Barbosa *citat. par. 3. allegat. 101. numero* 82. & Diana *citat. resolut. 32.* contra Roland. à Valle *consil. 27. num. 48. volum. 1.* Peiam *loco cit.* Gomez *var. lib. 1 cap. 5. numero* 12. Gutierez *qq. Canon. lib. 1. cap. 10. numero* 3. *& consil. 50. numero* 8. Molinam *de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 5. num. 16.* & Lambertinum *de iure patronat. lib. 2. par. 1. quæstion. 10. art. 4.* qui tenent oppositum quod scilicet lex pœnalis extendatur ad casum similem non expressum, etiamsi in eo sit eadem, nedum maior ratio. Vide quæ dicebantur, *dub. 11.*

12 Ex dictis sequitur, quod pœnas Motus Gregorij XIII, nec contrahant ingredientes, qui habent dictas facultates, si ingrediuntur non faculta-
13 tibus innitentes, sed quasi illas non habentes; nec dictas pœnas contrahant sic ingredientem admittentes; quia tunc tales non dicuntur ingredi; nec ingredientem admittere virtute alicuius facultatis, quod ad contrahendas dictas pœnas requiritur, vti constat ex illis verbis: *Præcipimus, &c. ne in Monasteria, domus, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.* Vide Nauarrum *Comment. 4. numero* 62. *notab. 4. de Regular.* & Rodriquez *in Exposit. Motus* Pii V. qui incipit: *Regularium personarum.*

Dices, saltem admittens ingredientem Mona-
14 sterium Monialium, non virtute prædictarum facultatum, contrahit excommunicationem latam in Tridentino *sess. 25. de Regular. c. 5.*

Respondetur, nego antecedens, quia Tridentinum ibi excommunicationem infert in egredientes, nullam mentionem faciens de admittentibus. Vide *dub. 61.*

Instabis admittens incurrit excommunicatio-
15 nem; quia participat cum ingrediente in crimine criminoso, iuxta *cap. nuper, & cap. si concubinæ, de sent. excomm.*

Respondetur nego antecedens, quia ad excommunicationem (propter dictam participationem) incurrendam requiritur excommunicatus, cum quo quis in crimine criminoso participat, esse publicè de illa excommunicatione denunciatus (vt communiter docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 48. n. 4*) quod non est in nostro casu.

Cæterum, an non solum ingrediens prætextu
16 facultatum, quas nouit irritas esse ob reuocationem Gregorii XIII. sed etiam ingrediens prætextu facultatum inualidè obtentarum ob subreptionem, vel aliam causam, contrahat excommunicationem, & pœnas dicti Motus Gregorii XIII.

Respondetur etiam probabilius negatiuè; quia Pontifex loquitur de ingredientibus prætextu facultatum quas ipse reuocat, ibi: *Ipsarum licentiarum prætextu*; at reuocatio non cadit super licentias inualidas, & nullas; quia non reuocatur, quod non est; cùm non entis nullæ sint partes, & qualitates; idemque dicitur de dispositione Pauli V.
17 *Monialium statui*, de qua dicebam *suprà Dubitat. 54.*

Obiicies; nomine prætextus venit non solum vera causa, sed etiam ficta; ergo etiam ingrediens prætextu facultatum inualidè obtentarum contrahit pœnas.

Respondetur; nomine prætextus non venire
18 quamlibet causam, sed solum illam, de qua in casu sermo est, in casu autem nostro sermo est de ingredientibus prætextu licentiarum, quas Summus Pontifex reuocat.

Obiicies secundo; idem est ingredi ex facultate
19 validè obtenta, sed iam reuocata, ac ingredi ex facultate inualidè obtenta; cùm vtraque viribus careat, & ius vllum non conferat.

Respondetur, idem esse quoad ius ingrediendi,
20 non autem quoad pœnas ingredientibus impositas. Addo, eum, qui tempore ingressus fingeret se habere facultatem ingrediendi Monasterium Monialium obtentam post dictum Motum Gregorij XIII nec contrahere pœnas talis Motus, quia sicut istas pœnas non contrahit, qui ingreditur ex vi facultatis ab Episcopo obtentæ post prædictum Motum (etsi illa alio titulo inualida sit) cùm in dicto Motu non irritentur licentiæ in futurum obtinendæ; ita neque pœnas dicti Motus contrahit, qui ingreditur ficta facultate, seu licentia; contrahit tamen excommunicationem Tridentini *sess. 25. cap. 5.* (de qua dicebam *citat. dub. 54.*) quia reuerà ingreditur sine licentia.

DVBITATIO LIX.

An contrahat pœnas dicti Motus Gregorii XIII. quilibet ingrediens virtute prædictarum facultatum quomodocunque culpabiliter, vel solum culpabiliter ex scientia? Vbi etiam de ingredi faciente, vel permittente?

SECTIO I.

Dubitationis resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ingrediens virtute facultatum culpabiliter ex scientia, & sic ex audacia, & præsumptione, atque adeo ex ignorantia non quacumque licet quantumcumque culpabili, & crassa; sed solum ex ignorantia adeo crassa, & supina, ita vt reputetur ingens temeritas, contrahit pœnas dicti motus Gregorij XIII.*

2 *Verbum (audere) temeritatem exigit.*

3 *Ignorantia solum crassa & supina, & non qualibet alia est sufficiens ad contrahendas pœnas audentibus statutas.*

4 *Ignorantia ne dum crassa & supina, sed etiam affectata excusat à censura lata contra scienter facientes, & cur.*

5 *Ignorantia affectata æquiualet scientiæ quoad incurrendam culpam non legem, contra tamen æquiuales scientiæ quoad incurrendam pœnam contra legem.*

6 *Qui eligit nescire vt liberius delinquat, videtur grauius contemnere legem; peccatum tamen illud dicitur grauius per relationem ad actum voluntatis, quo voluit quis ex proposito ignorare non autem secundum se, & absolute consideratum.*

7 *Quod scienter fit, est voluntarium in se, ac directè quod autem fit per ignorantiam affectatam, est voluntarium tantum in causa, & indirectè, scilicet in ipsa ignorantia.*

8 *Dispositio loquens de scientia non comprehendit ignorantiam affectatam ex proprietate sermonis; sed ex quadam extensione, & in materia pœnali non debet fieri extensio de casu ad casum, etiamsi ex larga significatione vocabuli posset ille casus comprehendi.*

9 *Præsumptio importat temeritatem, & malitiam, quæ excludat omnem ignorantiam.*

10 *Ignorantia affectata non æquiparatur scientiæ veræ sed scientiæ fictæ.*

11 *Constitutio pœnalis loquens de casu vero non comprehendit casum fictum.*

12 *Pœna imposita hæredi non vindicanti necem defuncti non comprehendit fideicommissarium, qui est hæres fictus.*

13 *Lex, quæ punit occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hæreditariam; quæ fictè, & non verè est alterius.*

14 *Pœna illius legis, quæ imponitur Maiori venienti contra iuramentum, non ligat minorem venientem contra iuramentum sunm.*

15 *Minor iurans reputatur maior ratione iuramenti per fictionem iuris, à qua fictione pœna recedit.*

16 *Constitutio noua loquens in casu vero quando, & quomodo comprehendat casum fictum.*

17 *Clerici non residentes de iure communi fructus Beneficiorum non percipiunt, exceptis Infirmis, & existentibus in seruitio Papæ, & duobus Canonicis existentibus in seruitio Episcopi, cum hi residere censeantur, & per nouam constitutionem superuenientem non includentur supradicti casus à iure communi excepti.*

18 *Constitutio disponens idem quod ius commune debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis; at secus est quando constitutio noua esset prater, vel contra ius commune.*

19 *Ignorantia affectata minor est quam scientia.*

20 *Verbum (saltem) denotat diminutionem.*

21 *Ignorantia affectata nedum crassa, & supina quæcumque sine iuris, sine facti excusat à censuris in casu supradicto.*

22 *Limita id verum tantum esse in dispositionibus, seu legibus odiosis, non autem in fauorabilibus.*

23 *Leges fauorabiles loquentes in casu vero, extenduntur etiam ad casum fictum.*

24 *Ignorantia affectata sive iuris, sive facti excusat legentes libros Hæreticorum ab excommunicatione lata contra scienter legentes, contra nonnullos oppositum tenentes.*

25 *Operantes quodcumque aliud ex ignorantia sive iuris, sive facti affectata, non contrahunt pœnam contra facere aliquid præsumentes, aut casu temerario facientes latam.*

26 *Ignorantia affectata excusat violantem clausuram Monialium à contrahenda excommunicatione lata à Gregorio XIII. contra clausuram violare præsumentes.*

27 *Ignorantia affectata excusat loquentes cum Monialibus à contrahenda excommunicatione lata ab Ordinario contra loquentes sine licentia.*

RESPONDETVR illas contrahere solum, qui ingreditur virtute facultatũ culpabiliter ex scientia; & sic ex audacia, & præsumptione, atque adeo ex ignorantia non quacunque, licet quantumcunque culpabili, & crassa; sed solum ex ignorantia adeo crassa, & supina, vt reputetur ingens temeritas. Ratio; quia ibi dicitur: *Ne ipsarum licentiarum pretextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeat.* Et ex alio capite ly *audere* temeritatem exigit, ita vt solum ignorantia, tã crassa, & supina, quã dicebam, & non quælibet alia, sufficiat ad contrahendas pœnas audentibus statutas; sicuti contra Toletum *lib. 1. cap. 48.* & Alterium *de censuris disp. 11. c. 5. §. hoc autem*, docent Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 40.* Nauar. *Comment. 4. de Regular. nu. 62.* Molina *tractatu. 5. disp. 71. num. 13.* Auila *de censur. par. 2. cap. 6. disputat. 10. dubitat. 6.* Pontius *de matrimon. libro 10. cap. 6. numer. 10.* Curiel. *in par. 2. quæstion. 76. ar. 4. dub. 4.* Diana *par. 3. tract. 5. resol. 13.* Suar. *de cens. disp. 4. sect. 10. numer. 2.* & Henriq. *lib. 13. cap. 23. num. 3.* vide, quæ dicebantur

1 2 3

bantur *cap.* 16. *Dubitat.* 36. *num.* 3. *& cap.* 17. *Dubitat.* 1. *n.* 10.

4 Et hoc, quod modò dixi, adeo verum eſt, vt *lib. de Parlamentis Dubitat.* 4. *ſectio.* 19 *ſubſect.* 31. *pag.* 78. plus defenderim, ſcilicet quod ſi, vt in caſu noſtro, quem dicebam, excommunicatio, vel quæcunque alia cenſura, aut pœna feratur contra ſcienter facientes, non contrahat illam is, qui contra facit, etiam ex ignorantia affectata, nedum ex ignorantia craſſa, & ſupina quacunque talis pœnæ: atque ita contra gloſſ. *clem.* 1. *de conſang.* Franchum *cap.* 2 *de conſt. in* 6. S. Antoninum 3. *par. titul.* 24. *cap.* 34. Roſellam, *excommunicatio* 1. *caſ.* 43. *numero* 2. Silueſtr. *excommunicatio* 9. *caſ.* 41. *num.* 76. Tabiena *excommunicatio* 5. *caſ.* 49. *numero* 3. *notab.* 2. Graff. 1. *par. deciſ. lib.* 4. *cap.* 9. *numero* 38. Henriquez *lib.* 13. *de excommunicat. cap.* 23. *numero* 3. Suarez *tomo* 5. *in* 3. *part. diſputat.* 4. *ſect.* 10. *numero* 1. Sanchez *lib.* 9. *de matrimon. diſput.* 32. *numero* 40. Molinam *tractat.* 5. *de iuſt. diſputat.* 71. *numero* 13. Layman. *lib.* 1. *tractat.* 5. *cap.* 5. *numero* 8. docent Sanchez tacitè ſe retractans *lib.* 2. *Moral. cap.* 10. *numero* 38. Duardus *in Bull. Cœn. lib.* 2. *queſtion.* 36. *numero* 3. Anguianus *de legibus tom.* 1. *lib.* 4. *controu.* 4. *numero* 18. Bonacina *de cenſur. diſputat.* 2. *queſtion.* 5. *punct.* 4. *numero* 9. *& in Bull. Cœnæ tom.* 3. *diſputat.* 1. *queſtion* 2. *punct.* 4. *numero* 9. Filliucius *tom.* 2. *tract.* 2. *cap.* 7. *numero* 205. Paſqualigus *in cit. deciſ.* 376. *numero* 4. Diana *par.* 3. *tract.* 5 *reſol.* 13. & alij.

Primò, quia verba legis pœnalis non ſunt extendenda vltra proprium ſignificatum, ſed potius ſunt reſtringenda, iuxta *reg. odia, de reg. iur. in* 6. at qui ex ignorantia affectata, nedum ex ignorantia craſſa, & ſupina quacunque aliquid facit contra legem, verè non facit ſcienter contra legem, ergo non incurrit in pœnam contra ſcienter facientes latam à lege, licet enim faciat ex ignorantia affectata contra legem, & id cauſetur à culpa, adhuc tamen non ſcienter facit contra legem; & ſic licet ignorantia affectata æquiualeat ſcientiæ quoad incurrendam culpam contra legem,
5 non tamen æquiualet ſcientiæ quoad incurrendam pœnam contra legem: hæc enim imponitur ſolum aduerſus ſcienter facientes contra legem.

Non obſtat, quod peccatum ex ignorantia af-
7 fectata commiſſum, grauius ſit, quàm ſi ex certa ſcientia committeretur, ex eo quia qui elegit neſcire, vt liberius delinquat, videtur grauius contemnere legem, vt dicitur *in* 1. 2. *queſtion.* 6. *art.* 8. Non obſtat, inquam, nam dicitur peccatum illud grauius, per relationem tantum ad actum internum voluntatis, quo voluit quis ex propoſito ignorare, vt liberius legem violaret (eo enim actu videtur magis legem contemnere) at verò ſecundum ſe, & abſolutè conſideratum, eſt minus graue, cùm ſit minus voluntarium; quàm ſi ex certa ſcientia committeretur; quia quod ſcienter fit, eſt voluntarium in ſe, ac directè; quod autem ſit
7 per ignorantiam affectatam, eſt voluntarium tantum in cauſa, & indirectè, ſcilicet in ipſa ignorantia: cum igitur excommunicatio non puniat principaliter actum internum, ſed actum externum, verbi gratia die Veneris comeſtionem carnis ſecundùm ſe conſideratam, quæ comeſtio ſit ignoranter die Veneris; manifeſtè ſequitur, velcentem carnibus ex ignorantia affectata, die Veneris, non contrahere excommunicationem contra ſcienter carnem die Veneris comedentes latam; & hoc verum eſt, etiamſi actus ille voluntatis, quo ignorantia affectatur, actu perſeueret, quando ſit violatio exterior legis; quia eadem eſt ratio vtrobique.

Secundò; quia, quod diſpoſitio loquens de 8
ſcientia, comprehendat ignorantiam affectatam, non eſt ex proprietate ſermonis; ſed ex quadam extenſione, *cap. eos, qui de tempor. Ordin. lib.* 6. *ver. ſeu affectata ignorantia*, quod verbum eſt ampliatiuum præcedentis ſermonis. *leg. ſi quis ita legauerit, ff. de aur. & argent. leg.* at in materia pœnali non debet fieri extenſio de caſu ad caſum, præſertim ſi non ſit omnimoda ratio, *lege penult. & leg fin. Codic. de interd. matrimon. inter tut. & pupill.* etiam ſi ex larga ſignificatione vocabuli poſſet ille caſus comprehendi, *leg. ſi vxor in princip. ff. ad leg. Iuliam de adult.* ergo, &c. Vide Franc. Aret. *in cap. per tuas de probat.* Caietan. 9
ver. excommunicatio cap. 81. Nauarrum *cap* 27. *numero* 24. & *in cap. ſtatuimus numero* 62. & Lezanam *tomo* 1. *cap.* 10. *numero* 33. qui rectè aiunt, quod præſumptio importet temeritatem & malitiam, quæ excludat omnem ignorantiam.

Tertiò, quia ignorantia affectata non æquipa- 10
ratur ſcientiæ veræ, ſed ſcientiæ fictæ, *cap. cum inhibitio de claud. deſponſ.* ibi: *Cum non inexperta ſcientia, vel ſaltem affectatores ignorantiæ videantur*; quod verbum, *videantur*, importat fictionem, *leg.* 11
1. *ff. de vi, & vi arm.* ſed conſtitutio pœnalis loquens de caſu vero, non comprehendit caſum fictum, *leg. antequam, ff. ad ſenat. conſul. Syll. & leg. ſeqq.* & notat Franc. Aret. *in leg.* 1. *ff. de vulg. & pupill.* vbi pœna impoſita hæredi non vindi- 12
canti necem defuncti, non comprehendit fideicommiſſarium qui eſt hæres fictus, *leg. filius ff. de eo, quod cert. loc.* & facit, quod notat Bartol. *in* 13
leg. vltim. Codic. vnde vi, vbi dicit, quod illa lex, quæ punit occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hæreditariam, quæ fictè, & non verè eſt alterius, *leg.* 1. §. 1. *ff. de rer. diuiſ. & leg. hæres quinque, ff. de acquir. hæred.* Vnde docet idem Bartol. (quem Doctores ſequuntur) *in leg. ſi quis maior. Codic. de tranſact.* 14
quod pœna illius legis, quæ imponitur maiori venienti contra iuramentum, non ligat minorem venientem contra iuramentum ſuum; quia licet minor iurans reputetur maior ratione iura- 15
menti, auth. *iuramenta puber. Codic. ſi aduerſus vendit.* id eſt per fictionem; & ideo lex illa non habet locum in eo, qui à iure fingitur maior.

Non obſtat, ſi dicas, quod quando caſus verus, & caſus fictus æquiparantur à lege antiqua, ſeu à iure communi, tunc etiam conſtitutio noua, quæ aliàs eſt ſtrictè interpretanda, loquens in caſu vero, comprehendant etiam caſum fictum, *cap. cum dilectus, & cap. ad audientiam, de cleric. non reſident.* Vbi Imola, & Panormitan. Sed ſcientia, & ignorantia affectata æquiparantur *in diſt. cap. eos, qui de tempor. Ordin. lib.* 6. Ergo, &c.

Reſpondetur enim cum Panormitano loco cit. 16
Maiorem eſſe tantum veram, quando Conſtitutio noua diſponit idem, quod ius commune, quod æquiparat illos duos caſus; verbi gr. de iure com-

trimi est, quod clerici non residentes fructus beneficiorum non percipiant, excipiuntur infirmi, & existentes in seruitio Papæ, & etiam duo Canonici existentes in seruitio Episcopi (cùm hi residere censeantur, *cap. cum dilectus, & cap. ad audientiam, de cler. non resident.*) si deinde aduenit aliqua noua Constitutio simpliciter disponens, vt clerici non residentes, seu absentes, fructus beneficiorum non percipiant, non includet supra dictos casus à Iure communi exceptos, quamuis infirmi, & existentes in seruitio Papæ, vel Episcopi, non verè, sed fictione iuris, residere dicantur; quin immò verificabitur etiam in casu ficto, qui habetur pro vero; & sic adest casus, in quo Constitutio loquens de casu vero, verificetur etiam in casu ficto, contra not. *in l. 3. §. hæc verba, ff. de reg. gest. & in cap. in nostra, ff. de inius.* quod ideò est; quia ius commune in hoc æ-
18 quiparat casum verum, & fictum: quapropter constitutio disponens idem, quod ius commune, debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis, vt ait Panormit. *in dict. cap. cum dilectus, & cap. ad audientiam.* At secus est, quando Constitutio noua esset præter, vel contra ius commune: nam tunc constitutio noua non verificatur in casu ficto, sed verba eius debent intelligi propriè, id est secundùm proprium significatum, & sic intelligitur illa *lex 3. §. hæc verba, & cap. in nostra cit.*

19 Quartò; quia minor est ignorantia affectata, quàm scientia, *cap. inhibitio, de clandest. desponsalib.* ibi: *Vel saltem affectatores ignoran-*
20 *tiæ*, quod verbum, *saltem*, denotat diminutionem, *cap. penult. de donat. inter virum, & vxorem.* Sed dispositio pœnalis non debet extendi de maiori ad minus, *l. si vxor, in princip. ff. ad legem Iuliam, de adult.* Ergo, &c.

21 Et hoc, quod dixi, scilicet, quod ignorantia affectata, nedum crassa, & supina quæcunque, excuset à censuris in casu nostro, quem dicebam, verum etiam videtur, siuè ignorantia affectata sit iuris, siue facti; quia vtrobique est
22 eadem ratio; limitò tamen, quod id verum tantum videatur in dispositionibus, seu legibus odiosis, non item in fauorabilibus. Ratio, quia omnes rationes supra adductæ locum habent solum in odiosis: huiusmodi enim dispositiones sunt restringendæ potius quàm ampliandæ, & propterea non extenduntur de casu vero ad casum fictum. At in fauorabilibus secus dicendum videtur; quia hæ sunt potius ampliandæ, quàm restringendæ: & ideo non est mirum, si hæ loquentes de iis, qui scienter aliquid faciunt, extendantur etiam ad eos, qui ex ignorantia affectata operantur: nam cum scienter, & ex proposito ignorare velint, ad hoc, vt liberius actionem prohibitam faciant, dicuntur aliquo modo scienter violare legem: licet enim legis illa violatio non sit eis scienter, & expressè, ac directè voluntaria per modum effectus, est tamen scienter, ac directè, seu expressè voluntaria per modum obiecti, hoc est, scientes, & expressè volita: vnde ex
23 communi sententia Doctorum, leges fauorabiles loquentes in casu vero, extenduntur etiam ad casum fictum. Ergo dicendum, quod licet ignorantia affectata non sit verè scientia, sed fictè, lex fauorabilis tamen loquens de facientibus aliquid scienter, extendenda sit etiam ad eos, qui faciunt ex ignorantia affectata, ob rationem iam dictam.

Hinc qui ex ignorantia siue iuris, siue facti 24
affectata legunt libros hæreticorum, non contrahunt excommunicationem contra scienter legentes latam in Bulla Cœnæ, Sanch. Duard. & Bonacin. *in locis supra cit.* quamuis alij ex eodem principio sentiant contrarium: nam cum prædicta lex Ecclesiæ prohibens sit principaliter (inquiunt ipsi) in fauorem fidei, & animarum, non est pœnalis, seu odiosa, & sic restringenda; sed potius fauorabilis, & sic amplianda, sicuti præter alios docet Suar. *in tract. de fide, disput. 20. sect. 2. num. 10.*

Hinc secundò, qui etiam ex ignorantia, siuè 25
iuris, siue facti, affectata operantur quodcunque aliud, non contrahunt pœnam contra facere aliquid præsumentes, aut ausu temerario facientes latam, vt in casu nostro, verbi gratia qui ex 26
ignorantia affectata violant clausuram Monialium, non contrahunt excommunicationem latam à Gregorio XIII. contra clausuram violare præsumentes; nec qui ex ignorantia affectata loquuntur cum Monialibus, contrahunt ex- 27
communicationem latam contra loquentes cum illis sine licentia Ordinarij (quæ excommunicatio similiter contra præsumentes lata est, saltem in aliquibus locis, vt Neapoli) & ratio horum est; quia ex dictis, quamuis qui ex ignorantia affectata facit contra legem, videatur præsumere, ac ausu temerario facere contra legem, cum eligat nescire, vt liberius possit violare legem; tamen quia præsumptio, ac temeritas ista non afficit formaliter actum externum, cui principaliter pœna imposita est à lege, sed afficit actum internum; sequitur, quod quamuis affectans eo modo ignorare, vt liberius delinquat contra legem, possit dici præsumptuosè, ac temerè velle transgressionem legis, per modum obiecti; non tamen sequitur, quòd cum facit actum externum, cui principaliter pœna imposita est à lege, præsumptuosè, & ausu temerario faciat contra legem; cum reuera, quando operatur, non cognoscat se facere contra legem; quare meritò non contrahit pœnam contra facere aliquid præsumentes, vel ausu temerario facientes latam à lege, quamuis alij ex eodem principio (vt *supra* dicebam) probabiliter sentiant oppositum; quia (inquiunt ipsi) vtraque censura prædicta, cum principaliter in fauorem animarum, & Religionis lata sit, non est pœnalis, seu odiosa, & sic restringenda, sed fauorabilis, & sic amplianda.

SECTIO II.

An hæc eadem scientia, audacia & præsumptio, requiratur etiam in ingredi faciente, vel permittente virtute dictarum facultatum, vt ipse similiter contrahat pœnas supradictas.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia crassa, & supina, excepta quatibet alia minori ignorantia, non excusat à censuris*

cenſuris latis in Motu Gregorij XIII. Prælatas, & Prælatos aliquem ingredi vigore facultatum facientes, vel permittentes, excuſat tamen in Bulla Pauli V.

2 *Ignorantia etiam vincibilis, & culpabilis modo non ſit craſſa, & ſupina, quando in excommunicatione contrahenda non requiritur ſcientia, audacia, & præſumptio, probabiliter excuſat ab illa contrahenda.*

3 *Cenſura non contrahitur ſine contumacia, & quodam virtuali contemptu.*

Cenſuræ, ſeu legis Eccleſiaſticæ contemptor eſſe non videtur, qui eas prædicta ignorantia ignorat.

4 *Cenſuræ ſunt inſtitutæ ad medendum, non ad periculum animis iniiciendum.*

5 *Amplia dictam Doctrinam locum habere in ignorantia non tantum craſſa, & ſupina, ſed etiam in conſideratione, & oblivione legis, vel præcepti Eccleſiaſtici ſimiliter non craſſa, & non ſupina.*

6 *Amplia non ſolum prædicta locum habere in ignorantia iuris, ſed etiam ignorantia facti, verbi gratia ſi neſcias Clericum eſſe quem percutis, & nihil refert quod detur opera rei illicitæ.*

7 *Ignorantia tollit voluntarium circa obiectum, quod ignoratur.*

8 *Amplia prædicta locum habere etiam ſi ignorantia ſit concomitans, verbi gratia ſi paratus ſis percutere etiam ſi ſcires eſſe Clericum.*

9 *Cenſura Eccleſiaſtica non fertur propter internam operantis diſpoſitionem habitualem, vel actualem ſed propter externam Eccleſiaſtici præcepti contumacem tranſgreſſionem.*

10 *Eccleſia, cum non iudicet de occultis, non punit interno affectu delinquentes.*

11 *Amplia dicta de cenſuris procedere in irregularitate, & reſtituendi obligatione.*

12 *Amplia prædicta procedere in ſciente etiam opus Eccleſiæ præcepto eſſe prohibitum, ſi tamen ignoretur ei annexam eſſe cenſuram.*

13 *Doctrina tradita de cenſuris, intelligi debet contra nonnullos etiam de aliis pœnis, præſertim de irregularitate, qua ex delicto contrahitur iuxta probabilem opinionem.*

14 *Confeſſarius inferior poteſt etiam abſolvere à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, ſi peccatum, quod Pœnitens commiſit, ignorantiam, oblivionem, vel inadvertentiam ſaltem non craſſam ſeu ſupinam reſervationis habet.*

15 *Reſervatio eſt veluti pœna, & pœnam ſaltem in foro interno probabiliter non contrahit ignorans ignorantia prædicta, ſed ſolum contumax, & pœnæ contemptor.*

16 *Delinquens vt incurrat pœnam iuris poſitivi ex delicto, non ſufficit vt cognoſcat, & aduertat actu opus eſſe peccaminoſum, nec ſufficit vt præterea cognoſcat, & aduertat actu eſſe illud prohibitum à iure poſitivo, niſi cognoſcat ſub tali pœna eſſe prohibitum.*

17 *Limita Doctrinam traditam de ignorantia excuſante à contrahendis cenſuris, non procedere in ignorantia craſſa, ſeu ſupina, & multo minus in affectata, ſeu directè volita.*

18 *Ignorantia volita voluntarium culpæ non minuit quin potius malitiam directam, ſeu ex propoſito, & dolum formalem includit.*

19 *Ignorantia craſſa, & ſupina directam malitiam, ac dolum formalem non continet, ſicut continet ignorantia affectata.*

20 *Ignorantia ſi ſit nimis craſſa in externo foro interdum ignorantia affectata, & dolo æquiparatur.*

21 *Ignorantia vincibilis, & culpabilis non excuſat, a peccato, excuſat tamen à cenſura, & cæteris pœnis.*

22 *Cenſura non incurritur ab eo, qui ex metu grani mortis, infamiæ &c. tranſgreditur legem naturalem, ſi tali tranſgreſſioni ſit annexa cenſura, licet peccet contra legem.*

23 *Cenſura non incurritur à contrahente & conſummante grani metu inducto matrimonium cum conſanguinea, licet non mortaliter peccet.*

24 *Cenſura non incurritur ab eo, qui grani metu adactus remigat in Triremibus Turcarum contra Chriſtianos, quamuis ex probabili mortaliter delinquat.*

25 *Grauis metus cenſetur inſtus & probabilis in ordine ad forum externum, & leges poſitivas Eccleſiæ, quamuis interdum ſpectato iure naturæ à peccato mortali non excuſet.*

26 *Ea, quæ ſunt de iure poſitivo Ordinariè non obligant cum tanta ſeueritate, ſicuti obligant quæ ſunt de iure Diuino.*

27 *Textus in c. ſacris de iis, quæ vi metuſve cauſa fiunt explicatur.*

28 *Coactio ſeu vis ſemper à cenſura excuſat, quia ſimpliciter aufert voluntarium; ideoque aufert omnem culpam, conſequenter & omnem pœnam in culpa fundatam, at verò metus relinquit voluntarium ſimpliciter, ideoque culpam omnem non aufert.*

29 *Cenſura vel irregularitas contrahitur ab eo qui facit actum intrinſecè malum, cui ratione alicuius circumſtantiæ ea ſit annexa, quamuis ob grauem metum exercens contra Eccleſiaſticam etiam legem delinquat.*

30 *Sacerdos excommunicatus, ac publicè denunciatus ſi grani metu adactus confeſſionem audiat, & abſoluat non ſine irreuerentia Sacramenti, ſi communicet cum excommunicatis in contemptum Eccleſiaſticæ poteſtatis, vel cum Chriſtianæ Religionis detrimento contrahit irregularitatem, & pœnas.*

31 *Ignorantia craſſa & ſupina quænam ſit, & affectata.*

32 *Ignorantia in communi diuiditur in antecedentem, & conſequentem, & quæ vtraque ſit vide diffuſius, vbi quando ſit iuſta, probabilis, & inuincibilis, & vincibilis.*

33 *Ignorantia vincibilis ſubdiuiditur in affectatam, & non affectatam.*

34 *Ignorantia affectata eſt cum quis data opera vult ignorare, & non inquirere veritatem, ſiue ob diſcendi pigritiam, ſiue vt legis obligatione ignorata excuſationem habeat, vel liberius peccare poſſit.*

35 *Ignorantia non affectata, quæ eſt tantum indirectè volita, altera eſt craſſa, lata, ſeu ſupina, ad quam ſc. tollendam nulla, vel modica adhibetur diligentia.*

36 *Ignorantia craſſa, lata, ſeu ſupina eſt, quæ ex*

magna cognoscendi negligentia oritur, sine quam quis facilè, cum posset,& deberet,deponere negligit.

37 *Ignorantia altera est non crassa, non lata, non supina, qua scilicet non tam facilè superari potuit, vel ad quam superandam diligentia adhibita est; sed non sufficiens.*

38 *Ignorantia non crassa,non lata,seu non supina an sufficere possit ad culpam mortalem,sunt Doctores pro vtraque sententia.*

RESpondetur, quod (quamuis affirmandum sit in Bulla Pauli V. in qua in ordine ad talem etiam apponuntur illa verba, *audere, vel præsumere*) negari tamen debeat in Motu Gregorij XIII. in quo in ordine ad eundem non apponitur ly *audere, vel præsumere*; vt patet ibi: *Abbatissis verò, nec non Abbatibus, Conuentibus, & aliis Monasteriorum virinsque sexus Superioribus, & personis, quocunque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, ac priuationis dignitatum, beneficiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda ne Monasteria, domus, & loca sua quemquam pretextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.* Quare Prælatas, & Prælatos aliquem ingredi virtute facultatum facientes, vel permittentes non excusabit à pœnis dicti Motus Gregorii XIII. contrahendis ignorantia crassa & supina; quamuis probabiliter eos excuset quælibet alia ignorantia minor, etsi vincibilis, & culpabilis, modò non sit crassa, & supina; quia quando in excommunicatione contrahenda non requiritur scientia, audacia, & præsumptio, probabiliter excusat ab illa contrahenda ignorantia, etiam vincibilis, culpabilis, modò non sit crassa, & supina.

Sic docent Doctores, quos citat, & sequitur Sanchez. *de matrimon. libro 9. disputat. 32. numer. 31.* & Diana *par. 3. tractat. 5. resol. 13.* & desumitur ex *cap. 2. de constitutionibus in 6.* ibi: *Vt animarum periculis obuietur, sententiis per statuta quorumcumque Ordinariorum prælatis, ligari volumus ignorantes; dum tamen eorum ignorantia crassa non sit, aut supina.* Et ratio est, quia ad contrahendam censuram requiritur contumacia, & virtualis quidam contemptus; in eo consistens, quod aliquis monitioni legis, vel præcepti cum comminatione tantæ pœnæ parere recuset. At qui huiusmodi Ecclesiasticæ legis, vel præcepti comminatione, siue censuram ignorat ignorantia prædicta, is contumax, vel censuræ contemptor non videtur, *argum. l. si ignorans, ff. locati*, ibi: *Non contemnit disciplinam, qui ignorat*, ergo, &c. Ex quo infertur, quod in *cit. cap. 2.* non nouum ius positiuum condatur, sed id quod ipsa natura, & institutio censurarum exigit, declaretur, siquidem censuræ sunt institutæ ad medendum, non ad periculum animis iniiciendum: quapropter idem propter eandem rationem de Pontificis censuris dici debet, etsi in dict. *cap. 2. de Episcoporum censuris* solùm mentio fiat.

Porro tradita doctrina de excusatione à contrahendis censuris extendi debet, quod non solùm locum habeat in ignorantia non crassa, & non supina, sed etiam in inconsideratione, siue obliuione legis, vel præcepti Ecclesiastici similiter non crassa, & non supina; quia ignorantia, & inconsideratio, siue obliuio æquiparantur; cum contra legem, vel præceptum Ecclesiæ contumax, vel contemptor etiam non sit, qui illud non aduertit, seu non attendit.

Secundò, extendi debet, quod non solùm locum habeat in ignorantia iuris, sed etiam in ignorantia facti, sicuti supra dicebam; ita vt censuram effugias, non solum, si verbi gratia nescias, percussionem clerici esse sub excommunicationis pœna prohibitam sed etiam, si nescias, clericum esse illum, quem percutis; *cap. si vero, 2. de sent. excomm.* & docent gloss. *in cit. l. ignorans, ver. contemnit*, Couar. *in cap. alma, par. 1. §. 10. num. 15.* Graff. *1. par. decis. lib. 4. cap. 9. numer. 42.* Suar. *de censur. disputat. 4. sect. 8. numer. 12. qui numer. 13.* contra Syluestrum *ver. Excommunicatio, §. 6.* rectè subdit, nihil referre, vtrum ignorans dederis operam rei alioquin licitæ, vel illicitæ; cum qui manus violentas in clericum iniicit, nesciens esse clericum, is operam dat rei illicitæ, & tamen excommunicationem non contrahit, *cit. cap. si vero*; cuius rei ratio est; quia ignorantia tollit voluntarium circa obiectum, quod ignoratur: quapropter talis non peccat contra legem, seu censuram Ecclesiæ de non percutiendo clerico; quamuis aliquando à censura excommunicationis absoluatur ad cautelam,& in quantum indiget.

Tertiò, extendi debet, quod locum etiam habeat, si ignorantia sit concomitans, vt censuram etiam effugias, si verbi gratia clericum percutiens, nescias esse clericum, quamuis animo paratus sis, eum etiam percutere, si esset clericus vel optes esse clericum, quem percutis, & putas esse laicum; Henriquez *libro 11. cap. 10. in princip. in Comment. lit. A.* Vasq *1. 2. disputat. 126. numer. 9.* Suar. *cit. sect. 8. numer. 7.* Sanch. *de Matrim. libro 9. disput. 32. numer. 16.* contra Couar. *cit. numer. 15.* Graff. *cit. num. 42.* & Vgolinum. *tab. 1. cap. 9. §. 8. num. 8.* & ratio est; quia censura Ecclesiastica non ferretur propter internam prauam operantis dispositionem habitualem, vel actualem, sed propter externam Ecclesiastici præcepti contumacem trangressionem: at qui opus, quod operatur, Ecclesiæ præcepto sub censura esse prohibitum, actualiter ignorat, contra præceptum nihil delinquit; atque adeo contra illud actualiter contumax non est, ergo, &c. Et quamuis interno affectu contra illud delinquat; eum tamen Ecclesia, vtpote quæ de occultis non iudicat, non punit, sed Deus. Vnde sequitur, quod dixi de censuris, idem dicendum esse de irregularitate, & restituendi obligatione; cum hæ similiter non contrahantur ob prauum animi affectum, sed ob prauum externum opus vel illari damni iniuriam: quapropter, cum ignorantia obiecti, circa quod externa operatio versatur, tollat voluntarium (vt si verbi gratia inimicum occidas, putans esse ceruum) sequitur, quod tollatur iniuria, omnisque prauitas ab opere externo, & non inficiatur ab interno prauo affectu concomitanti adiuncto, ac illius operis causa non existente.

Quartò

12 Quartò, extendi debet, quod quamuis ſcias opus, etiam Eccleſiæ præcepto, eſſe prohibitum, ſi tamen ignores, ei annexam eſſe cenſuram, adhuc cenſuram effugias: Sic Silu. *ver. excommunicatio*, 10 *quæſt.* 3. Nauar. *cap* 29. *num.* 274. & *lib.* 3. *conſil.* 10. *num.* 4. *de ſepult. edit.* 2. Sanch. *cit. diſput.* 32. *num.* 13. Suar. *loc. cit. ſect.* 9. *num.* 19. Coninch *diſp.* 13. *dub* 10. contra gloſſam, *cap. à nobis, de ſent. excommun.* Couar. *cap alma, part.* 1. §. 10 *num.* 9. & Cordubam *lib.* 2. *quæſt.* 25. & probatur *ex cap. propoſuiſti, d.* 82. & *ex cit. cap.* 2. *de conſtitut. in* 6. vbi generatim dicitur, *ſententiis per ſtatuta ordinariorum prolatis non ligari ignorantes*; quod dictum cum ſit fauorabile, retenta proprietate verborum, rectè extenditur, vt quamuis ſtatutum ſcias, ſi tamen ei adiunctam ſententiam, ſeu cenſuram ignores, ea non ligeris; præſertim cum ibi ſubdatur: *Vt animarum periculis obuietur*; & propterea cum cenſura pœna medicinalis ſit, & medicina non eſſet, ſed tantum obeſſet, ſi, etiam ignorata, contraheretur: præſertim etiam, cum nemo, ſicuti dicebam) cenſuram contrahat, niſi aduerſus Eccleſiæ cum tantæ pœnæ comminatione aliquid præcipientis, vel prohibentis poteſtatem contumax actualiter ſit; at contumax actualiter non eſt, qui Eccleſiæ cenſuram ignorat, ergo, &c.

13 An autem doctrina hæc tradita de cenſuris, intelligenda ſit etiam ea de aliis pœnis.

Reſpondetur, quod (quamuis nonnulli negent, & putent id eſſe proprium cenſurarum; quippe quæ ſunt pœnæ medicinales, & ſic idem non comperat aliis pœnis; adeo quod cenſeant, etiam irregularitatem ex delicto reipſa contrahi, tametſi delinquens eiuſmodi canonici impedimenti inuincibili ignorantia laboret; eo quod talis irregularitas non contrahatur propter contumaciam, ſed propter turpitudinem, ſeu maculam culpæ, qua criminoſus ſecundum Eccleſiæ Canonem inhabilis redditur ad altaris miniſterium) tamen probabile ſit etiam oppoſitum, vt patet ex iis, quæ dicebantur *lib. de Parlamentis*
14 *dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. *coroll.* 3. *pag.* 81. vbi dicebam, quod ſi quis committit peccatum, verbi gratia in Bulla Cœnæ contentum, & ignorantiam, obliuionem, vel inaduertentiam ſaltem non craſſam, ſeu ſupinam reſeruationis habet, in reſeruationem Papalem non incurrit, & ſic ab inferiori Confeſſario etiam abſolui poteſt; ſicut ex Molina docet Sanchez *loco ſupra cit.* & ratio eſſe
15 poteſt, quia reſeruatio eſt veluti pœna; & pœnam, ſaltem in foro interno, probabiliter non contrahit ignorans ignorantia prædicta, ſed ſolum contumax, & pœnæ contemptor; ſicuti docent etiam præter Sanchez *vbi ſupra*, Nauar. *c.* 23. *num.* 43. & Coninch *diſput.* 13. *num.* 93. vbi propterea cum iiſdem Doctoribus dicebam, quod neque contrahit quis irregularitatem ex delicto, ſi neſciat, vel actu non aduertat, delicto, etiam iure Eccleſiaſtico prohibito, irregularitatem annexam eſſe; & quod dico de irregularitate ex delicto, idem quoque propter eandem rationem dicebam de aliis pœnis; vt non petendi debitum coniugale, inhabilitatis, priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, priuationis officij, & ſimilium; & multò magis idem dicebam de pœnis cenſuratum, quæ non inferuntur, niſi vt pœnæ medicinales, in inobedientes, & contumaces Eccleſiæ; multoque magis idem dicebam, ſi delinquens, quamuis aduertat, opus eſſe peccaminoſum contra ius naturæ, non tamen aduertit, eſſe peccaminoſum contra ius poſitiuum, ſeu eſſe prohibitum à iure poſitiuo. Itaque ad hoc, vt delinquens incurrat in 16
pœnam iuris poſitiui ex delicto non ſufficit, vt cognoſcat, & aduertat actu, opus eſſe peccaminoſum; nec ſufficit, vt præterea cognoſcat, & aduertat actu, eſſe illud prohibitum à iure poſitiuo, ſed etiam ſub tali pœna eſſe prohibitum; id eſt, cognoſcat, & aduertat actu ſupra malitiam operis, & prohibitionem, & pœnam iuris poſitiui ſimul, qua de re vide præter Sanchez, & Coninch. *in loco ſupra cit.* Siluest. *ver. Matrimonium*, 8. *quæſt.* 7. *dict.* 2. Paludanum *in* 4. *diſt.* 42. *quæſt.* 1. *art.* 3. *concl.* 2. Portel. *in addit. ad dub. Regul. ver. ignorantia, num.* 21. *& ſeqq.* vbi citat Nauarrum & Rodriq. vide etiam Curiel. *in part.* 2. *quæſt.* 76. *art.* 4 *dub* 5. Valentiam *tom.* 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 6. *punct.* 1. *coroll.* 9. Henriq. *lib.* 13. *cap.* 23. *num.* 2. Suar. *de cenſur diſput.* 4. *ſect.* 9. *num.* 19. Auilam *part.* 2. *cap.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 5. *& dub.* 7. Saytum *de cenſ. lib* 1. *cap.* 18. *num.* 37. Caſtrum Palaum *tom.* 1. *tract.* 2 *diſput.* 1. *punct.* 17. *num.* 8. Duard. *in Bull. Cœn. lib.* 1. *cap.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 27. & Bonacinam *de cenſ. diſput.* 1. *queſt.* 2. *punct.* 1. *numer.* 13.

At tradita doctrina, quod ſcilicet cenſura, & 17
quæcunque alia pœna non liget ignorantes, excipi debet; niſi ſit ignorantia craſſa, ſeu ſupina, *cit. cap.* 2. *de conſtit.* à cenſuris enim, & ab aliis pœnis non excuſat ignorantia craſſa, ſeu ſupina, & multo minus excuſat ignorantia affectata, ſeu directè volita: hæc enim voluntarium culpæ non 18
minuit, quin potius malitiam directam, ſeu ex propoſito, & dolum formalem includit: quapropter (ſicuti ſupra dicebam) multi Doctores ſatis probabiliter cenſent, quod, ſi cenſura, vel quæcunque alia pœna feratur contra eos, qui ſcienter, conſultò, temerario auſu, vel præſumptione quidpiam fecerint, contrahatur etiam ab iis, qui cum affectata ignorantia fecerunt; ſecus, ſi cum 19
non affectata, quamuis craſſa, & ſupina; quia ignorantia craſſa, & ſupina directam malitiam, ac dolum formalem non continet, ſicuti continet ignorantia affectata, quamuis, ſi ignorantia ſit nimis craſſa, in externo foro interdum ignorantiæ 20
affectatæ, & dolo æquiparetur.

Itaque tradita doctrina, quod ſcilicet cenſura, & quæcunque alia pœna non liget ignorantes, intelligitur ſolum de ignorantia, quæ ſit minor, quam eſt ignorantia craſſa, ſeu ſupina nedum, quam eſt ignorantia affectata, ſeu directè volita, licet alioquin ſit vincibilis, & culpabilis.

Obiicies: ignorantia vincibilis, & culpabilis 21
non excuſat à peccato, ergo neque excuſat à cenſura, & cæteris pœnis.

Reſpondetur; tranſeat antecedens; at nego 22
conſequentiam; & do inſtantiam; quia adhuc qui ex graui metu mortis, infamiæ, &c. tranſgreditur legem, vel præceptum Eccleſiæ, is in opinione probabili multorum (quamuis interdum à culpa, etiam mortali, non excuſetur, ſi ſcilicet violet legem, quæ naturaliter etiam obligat) tamen non contrahit cenſuram annexam; verbi gratia qui graui metu inductus ma- 23
trimonium contrahit, & conſummat cum conſanguinea, licet mortaliter peccet, non tamen contrahit excommunicationem latam *in Cle-*

ment:

Negant Sotus *in 4. diſt. 29. quæſtio. 1. ar. 2.* Graff. *par. 1. deciſ. lib. 4. cap. 9. numer. 20.* Villalob. *in Summ. tom. 1. tractatu 16. dub. 12. numer. 6.* & Suar. *de cenſur. diſput. 4. ſect. 10. num. 10* quatenus aiunt, quod omnis ignorantia mortalis, ſit craſſa, lata, ſeu ſupina (quamuis ignorantia hæc latitudinem habeat, vt poſſit eſſe vel valde craſſa, lata, & prorſus ſupina, vel minus craſſa, lata, & non prorſus ſupina; omnis tamen ignorantia hæc, vtpotè craſſa, lata, ſeu ſupina, vt ſic, mortalis ſit) Quæ autem ignorantia venialis eſt, ſit non craſſa, non lata, ſeu non ſupina, & leuis.

Affirmant Sanch. *libro 1. moral. cap. 16. numer. 7.* & *de matrimon. libro 9. diſp. 32. num. 31.* Portell. *in addit. ad dub. Regular. ver. ignorantia, nu. 25.* Diana *par. 3. tract. 5. reſol. 23.* Bonacina *de cenſur. diſput. 1. q. 2. p unct. 1. num. 10.* & Barboſa *in Collect. tom. 3. lib. 1. Sexti Decret. tit. 2. cap. 2 num. 7. & 8.* quatenus aiunt quod etiam non craſſa, non lata, ſeu non ſupina ignorantia ſufficiat interdum ad culpam mortalem. At quæſtio videtur de nomine: prioris tamen ſententiæ modus loquendi mihi magis probatur, conſulendus, & ſequendus in praxi.

DVBITATIO LX.

An excommunicatio in dicto Motu Gregorij XIII. lata in facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, ſit Pontifici reſeruata, ſicuti eſt reſeruata, quę in eodem Motu fertur contra ingredientes virtute prædictarum facultatum? Vbi etiam de aliis pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio in Motu Gregorij XIII. lata contra facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum eſt Pontifici reſeruata, ſicuti eſt reſeruata quæ in eodem motu fertur contra ingredientes virtute prædictarum facultatum.*

2 *Pœnæ reſeruatæ in dicto motu Gregorij XIII. excepta excommunicatione, non ſunt reſeruatæ Pontifici, & ideo auferri poſſunt per Inferiorem.*

3 *Abſoluere quis poſſit à dicta excommunicatione, & in pœnis diſpenſare vide ibi.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; quia cum Pontifex præmiſerit excommunicationem ſibi reſeruatam in ingredientes virtute facultatum, conſequens eſt, quod ſi excommunicatio prior ſit reſeruata, reſeruata etiam ſit & hæc poſterior; quia Summus Pontifex eandem excommunicationem infert in facientes, & permittentes ingredi, ac intulerat in ingredientes, ibi: *Sub eadem excommunicationis pœna*, &c. at in iſtos intulerat excommunicationem reſeruatam, ſicuti dicebam, & patet ex textu; ergo, &c. Llamas *in Append. §. 12. in princip.* Suar. *to 5. in 3. par. diſput. 22. ſect. 6. n. 14.* Confectius *tit. 10 cap. 6. ad fin. & cap. 9. n. 3.* & Bonac. *de clauſura q. 1. punct. 6. n. 7.* Alias verò pœnas hic non reſeruat ſibi Pontifex: quapropter auferri illæ poterunt ab iis, quos dicebam *Dub. 28.* 2

Cæterum, an ab hac vtra excommunicatione Pontifici reſeruata, ſi ſit occulta, poſſit abſoluere Epiſcopus virtute Tridenti, vel Confeſſarius virtute Bullæ, vel Religioſus virtute priuilegiorum ſuæ Religionis? Vide *ſupra cit. Dubit. 28. & infra Dubit. 69. 81. & 82.* Item an à pœnis in dicto Motu Appoſitis, ſcilicet à priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa, poſſit diſpenſare alius, quàm Summus Pontifex? *Dubit. 29* Vide Item an ad dictas pœnas incurrendas requiratur ſententia Iudicis; vide *Dubit. 23.* Item tandem quid intelligatur nomine officiorum? Vide *Dubit. 24.* 3

DVBITATIO LXI.

An, & quæ perſonæ facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum contrahant excommunicationem, & cæteras pœnas dicti Motus Gregorii XIII.?

SVMMARIVM.

1 *Superiores vtriuſque ſexus tantum ſecundum probabiliorem opinionem contrahunt excommunicationem, & cæteras pœnas vt priuationem officiorũ, & inhabilitatem ad illa latas in motu Gregorij XIII. contra facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum.*

2 *Verba (quocumque nomine vocentur) ſatis clare denotant motum non loqui de priuatis Religionum Perſonis.*

3 *Sententia prædicta rationibus confirmatur.*

4 *Admittens ingredientem ad malum finem, & ſi non ex prætextu licentiæ, non contrahit excommunicationem Tridentini.*

5 *Scribens, vel mittens ad Monialem literas etiam obſcœnas non contrahit excommunicationem contra loquentes latam.*

6 *Participans cum Excommunicato in crimine criminoſo non incurrit excommunicationem niſi poſt declarationem excommunicati non toleranti.*

7 *Permittens ingredi habentem dictas facultates; modo ingrediens prætextu illarum non intromittatur, incurrit prædictas pœnas dicti Motus.*

1 REſpondetur, quod (licet Llamas *cit. §. 11. in principio.* Bonac. *de clauſura quæſt. 4. punct. 6. numer. 3.* Filliucius *tom. 1. tract. 15. cap. 5. numer. 119.* & alij putent, quod pœnas dicti Motus Gregorij XIII. contrahant, non ſolùm omnes ſuperiores vtriuſque ſexus, ſed etiam omnes Religioſi vtriuſque ſexus, facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum; moti ex eo, quia in cit. Motu dictæ pœnæ expreſsè imponuntur, *Abbatiſſis, Abbatibus, Conuentibus, & aliis Monaſteriorum vtriuſque ſexus Superioribus* At paulò poſt immediatè ponuntur, &

aliis personis, quocunque nomine vocentur. At per illa verba: *Et aliis personis, quocunque nomine vocentur*, significari nō possunt, nisi Religiosi vtriusque sexus quia alioquin dicta verba essent superflua; cum iam cit. Motus expresserit Superiores vtriusque sexus, ergò, &c.) tamen oppositum (quod docet Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regular. quæst.* 47. *ar.* 3. Miranda *tract. de Monial quæstio.* 2. *ar.* 12. *concl.* 3. Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 102. *num.* 33. & Diana *par.* 3 *tract.* 5. *resol.* 33.) sit multò probabilius; nempe tantum Superiores vtriusque sexus facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, contrahere excommunicationem, & cæteras pœnas (vt privationem officiorum, & inhabilitatem ad illa) dicti Motus Gregorij XIII. quia per illa verba, *Et aliis personis, quocunque nomine vocentur*, solum significantur alij Superiores, quocunque nomine dicantur, cum his verbis, *quocunque nomine vocentur*, satis clarè denotetur Motum non loqui de privatis Religionum personis; nam hæ semper Religiosi, vel Religiosæ dicuntur; sed de Religionum Superioribus, & qui in diuersis Monasteriis diuerso nomine vocantur.

2 Confirmatur; quia dictus Motus paulò inferiùs volens suis pœnis comprehendere quascunque Moniales, quæ admittunt ingredientem cum licentia Episcopi in casibus non necessariis, id expressit indefinitè dicens, *Moniales*; ergo si idem voluisset in casu nostro, id facilè expressisset similiter dicens & alios Religiosos vtriusque sexus.

3 Confirmatur secundò; quia pœnæ potius sunt restringendæ, quàm ampliandæ, ergo; &c. Idemque, quod modo dixi de Bulla Gregorij XIII. absque dubio dicendum est de Bulla Pauli V.

Obiicies ex Filliucio loco supra cit. praxis S. Pœnitentiariæ seruat oppositum, ergo.

Respondetur, transeat antecedens; nec id est mirum; quia oppositum est etiam satis probabile; quapropter sic S. Pœnitentiaria sequitur opinionem probabilem, quin agit cautius, & tutius.

4 Instabis; saltem admittens ingredientem ad malum finem, & si non ex prætextu licentiæ, contrahet excommunicationem Tridentini *sess.* 25. *de Regular. cap.* 5. Pontifici non reseruatam.

Respondetur, nego antecedens; quia Tridentinum ibi excommunicat solum ingredientes, nullam mentionem faciens de admittentibus, qui nec alibi excommunicantur, nisi casu quo admittant ingredientem prætextu facultatum; excommunicatio autem, vtpote pœnalis, non extenditur de casu ad casum, à paritate, quin neque à maioritate 5 rationis: verbi gratia scribens, vel mittens ad Monialem literas, etiam obscœnas, non contrahit excommunicationem contra loquentes cum Monialibus latam. Vide, quæ dicebantur *Dub.* 58. *in fin.* & Doctores, quos citat, & sequitur Barbosa *de potest. Episc. par.* 3. *allegat.* 102. *n.* 82.

6 Vrgebis: participat in crimine criminoso; & sic participans contrahit eandem excommunicationem, quam is, cum quo participat, contraxit, *cap. nuper, de sent. excommun.* ergò, &c.

Respondetur, ad incurrendam excommunicationem istam iuxta *cit. cap. nuper*, opus esse, vt is, cum quo quis participat, sit excommunicatus denunciatus, seu notoratus.

Addo, quod neque excommunicationem, & 7
alias pœnas dictas contrahat, qui permittit ingredi habentem prædictas facultates, sed non ingredientem virtute illarum, sed ingredientem, veluti ac si illas non haberet, seu illis non innitendo; quamuis eas contrahat, si permittat ingredi eum, qui habens prædictas facultates velit ingredi virtute illarum, licet ipse non permittat, ingredi eum virtute illarum, sed talem prætextum respuat. Ratio, quia in tali casu permittit vsum talium facultatum, dum permittit ingredi ingredientem virtute facultatum, quas hic reuera aliquando habuit. Vide Nauarrum *Comment.* 4. *de Regular. num.* 62.

DVBITATIO LXII.

An, & quid veniat nomine Conuentuum, quos facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum, punit Motus Gregorii XIII.?

SVMMARIVM.

1 *Conuentus nomine veniunt Religiosi cum Superiore in vnum coacti*

2 *Capituli nomine veniunt Canonici cum Decano in vnum congregati.*

3 *Motus Gregorij XIII. excommunicat Religiosos vtriusque sexus si in vnum seu collegialiter coacti quempiam virtute facultatum ingredi faciant, vel permittant.*

4 *Conuentus collegialiter coactus si delinquat puniri debent omnes consentientes, aut non contradicentes si consentire, vel contradicere teneantur.*

5 *Conuentus nomine secundum Rodriguez satis probabiliter non veniunt omnes vtriusque sexus Religiosi sed solum maiores cum Prælato.*

6 *Pontifex prohibens excommunicari vniuersitatem, permittit excommunicari aliquos ex vniuersitate.*

7 *Prælati, & officiales puniri iubentur, cum totus Conuentus in simoniacam Monachi receptionem deliquerit.*

8 *Religiosi omnes tenentur restituere pecuniam simoniacè acceptam, Abbates verò, & Maiores Personæ pœna lata contra simoniacos afficiuntur.*

9 *Motus Gregorij XIII. puniens Conuentum prætextu facultatum aliquem ingredi facientem vel permittentem, afficit tantum Superiores, & eorum Consultores, seu præcipuos Officiales quorum consilio superior gubernatur.*

10 *Maiores cum Prælato non puniuntur pœnis in dicto motu contentis, si Conuentus non delinquat collegialiter congregatus; sed ij soli sint adhibiti priuatè in Consultores.*

REspondetur cum Doctoribus, quos citat, 1
& sequitur Bonacina *de clausura, qu.* 4. *punct.* 6. *numer.* 4. venire Religiosos cum Superiore in vnum coactos, sicuti nomine Capituli veniunt

veniunt Canonici cum Decano in vnum congregati: ita vt talis Motus excommunicet, & cæteris ſupradictis pœnis afficiat Religioſos vtriuſque ſexus, ſi in vnum, ſeu collegialiter coacti, virtute facultatum quempiam ingredi faciant aut permittant, ſuffragium præſtando, vel cum poſſint contradicere, non contradicendo; quia hoc eſt, Conuentum delinquere.

4 Confirmatur; quia (ſicuti rectè docent Abb. *in capite dilectus*, 2. *de ſimonia, num.* 8. & Ananias *ibid. num.* 9.) quando Conuentus collegialiter coactus delinquit, puniri debent omnes conſentientes, aut (ſicuti contradicere tenebantur) non contradicentes; non tamen omnes de Conuentu; niſi forſan omnes de Conuentu conſentiendo, vel non contradicendo culpæ participes fuerint.

5 Quamuis Rodriq. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 47. *art.* 3. ſatis probabiliter doceat, nomine Conuentus, etiam quando colligialiter congregatur in vnum, non venire omnes vtriuſque ſexus Religioſos, qui collegialiter coacti ingreſſum conceſſerunt, ſed venire ſolum Maiores cum Prælato, *argum. cap. Romana, ad fin. de ſent. excommun. in* 6. vbi Pontifex prohibens excommunicari vniuerſitatem, permittit excommunicari aliquos ex vniuerſitate, in his verbis: *Sed in illos duntaxat de Collegio, vel vniuerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit, promulgetur.* Vbi gloſſ. ver. *Culpabiles*, ait: *Sicut Prælatus, vel Conſules, & huiſmodi Maiores.* Item ſecundò, arg. cit. cap. dilectus, vbi, cum totus Conuentus in ſimoniaca Monachi receptione deliquerit, ſoli Prælati, & officiales puniti iubentur; vbi gloſſ. ver. *Officialibus*, quærens, cur non totus Conuentus delinquens, ſed hi ſoli puniantur, ait; quia horum *officialium conſilio, & auctoritate omnia fiunt.* 8 Item tertiò, argum. cap. veniens de ſimonia, vbi in ſimili Conuentus delicto, iubentur quidem omnes Religioſi reſtituere pecuniam ſimoniacè acceptam: at quoad pœnas dicitur: *Abbatem, & maiores perſonas Monaſterii pro tanta pranitatis exceſſu*, &c. vbi gl. ver. Maiores, ait, *quorum conſilio Abbas regitur*; ergo, ſic etiam in caſu 9 noſtro dicendum videtur; quod ſcilicet Motus Gregorij XIII. puniens Conuentum, virtute facultatum, ingredi facientem, vel permittentem, explicandus ſit, quod nomine Conuentus intelligat tantum Superiorem, & ipſius conſultores, ſeu præcipuos officiales, quorum conſilio Superior gubernatur, non autem omnes de Conuentu, etiamſi omnes de Conuentu collegialiter, ſeu in vnum congregati conſenſerint.

10 At quidquid ſit de hac opinione, quæ, & oppoſita, eſt ſatis probabilis, illud interim dicendum eſt, quod non puniantur Maiores cum Prælato (ſi ab iſto cum conſilio eorum ingreſſus eſt permiſſus) quando non delinquit Conuentus; v. g. ſi non cogitur collegialiter in vnum Conuentus, ſed priuatim cum quibuſdam Religioſis tractat Prælatus de hac ingreſſus permiſſione, non Maiores cum Prælato, ſed Prælatus ſolum contrahat excommunicationem, & pœnas dicti Motus Gregorij XIII. quia de Prælatis ſolum ibi Pontifex expreſſam mentionem facit; & ſic eaſdem pœnas non contrahunt etiam conſultores, & alij, cum quibus ille tractauit; quia de his dictus Motus mentionem non facit, ſed ſolum de Superioribus, & de Conuentibus; et tunc non eſt Conuentus, qui deliquerit; quia non collegialiter, nec nomine Conuentus illi dederunt votum, vel conſilium; ergo, &c. niſi dicas, eos etiam excommunicationem, & pœnas dictas contrahere, non quatenus Conuentus, ſed quatenus perſonas permittentes ingreſſum, caſu quo eum impedire poterant, & tenebantur ex officio.

DVBITATIO LXIII.

An, & quid veniat in dicto Motu Gregorij XIII. per ly *facere, vel permittere ingredi virtute facultatum*?

SVMMARIVM.

1 *Per verbum facere, vel permittere, in motu Gregorij XIII. appoſitum venit quacumque actio vel poſitiua, vel negatiua, vt iubendo, conſulendo, aut ianuam aperiendo, vel negatiua vt non prohibendo.*

2 *Qui non impedit etiamſi poſſit impedire, cum tamen ad hoc ex officio non teneatur, non contrahit dictas pœnas.*

RESPONDETVR, venire quamcunque actionem, vel poſitiuam (vt iubendo, conſulendo, aut ianuam aperiendo, ſeu intromittendo) vel negatiuam (vt non prohibendo) qua Prælati ſunt cauſa talis ingreſſus, quia cum hi prohibere ex officio teneantur, & commodè poſſint, vti ſuppono, cenſentur non prohibendo indirecta cauſa huius ingreſſus: quapropter meritò ipſorum permiſſio ſubditur dictis pœnis Gregorij XIII. Non ſic dicendum de eo, qui non impedit etiam ſi poſſit impedire, ſi impedire non tenetur ex officio; Rodriq. *tom.* 1. *q.* 47. & Miranda *de Monialib. q.* 2. *art.* 12. *concl.* 3. 1 2

DVBITATIO LXIV.

An veniat in dicto Motu Gregorij XIII. per ly *quempiam facere, vel permittere ingredi* virtute facultatum, mas tantum, vel etiam fœmina?

SVMMARIVM.

1 *Nomine (quempiam) ex probabiliori ſententia Doctorum venit non ſolum mas; ſed etiam fœmina in dicto motu Gregorij.*

2 *Fœmina etiam comprehenditur in canone, ſi quis ſuadente diabolo.*

3 *Fœmininum comprehenditur ſub maſculino in legum diſpoſitione, etiam in materia odioſa, & pœnali.*

4 *Dictio (quemquam) cadit ſuper perſonas in præcedentibus expreſſas, in quibus etiam de fœminis fit mentio in dicto motu.*

5 *Ingressus permissio etiam fœminis prohibetur.*

6 *Motus Gregorij loquitur de ingressu in Monasteria tam virorum, quam mulierum.*

7 *Summus Pontifex quando in dicto motu voluit comprehendere sexum fœmininum, expressit; sed non ex hoc sequitur quod appellatione superiorum non veniant postea in dicto motu etiam fœmina, & cur.*

1 RESPONDETVR, ex probabiliori sententia Doctorum, venire etiam fœminam; quia in Canon. *si quis suadente diabolo*, venit etiam fœmina, ergo sic & in casu nostro. Et ratio

2 vlterius est; quia contra Decium in loco infra citando, & Salas *de legib. disput. 21. sect. 3. vers. 12* in legum dispositione, etiam in materia odiosa, & pœnali, sub masculino comprehenditur fœmininum; Doctores, quos citat (etsi non sequatur) Decius *regul. fœmina, num. 110. ff. de reg. iur.* & Doctores, quos refert, & sequitur Tiraquell. *de tractatu Lignagier. §. 1. gloss. 9. num. 221.* & Menoch. *de adipisc. possess. remed. 4. numer. 61.*

3 *& sequentib.* Ergo multo magis in casu nostro; cum in casu nostro materia non sit totaliter odiosa, vt potè tendens ad vitanda peccata, & concernens salutem animarum; sic Archidiac. *in capit. periculoso de statu Regular. in 6. numer. 1.* Ioan. Andr. *ibid. numer. 2.* Ancharan. *numer. 2. notab. 3.* Dominic. *numer. 7.* Francus *num. 4. notab. 6.* & alij. Vide tamen Rodriq. *tom. 1. qq. Regular. quæst. 47. art. 3. in fin.* & quæ dicentur *infra dubit. 76.*

4 Confirmatur; quia ly *quemquam* cadit super personas in præcedentibus expressas: at in præcedentibus sermo erat non solum de viris, sed etiam de fœminis in Monasteria Monialium ingredientibus; ergo, &c.

5 Confirmatur secundò; quia dictus Motus prohibet, ingredi, etiam fœminam, ergo signum est, quod prohibeat permissionem ingressus, etiam fœminæ.

6 Confirmatur tertiò; quia idem Motus loquitur de ingressu in Monasteria tam virorum, quam mulierum) prohibet etiam *tam Abbatissis, quàm Abbatibus, ne in Monasteria sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant.*) At multò indecentior est ingressus mulierum in Monasteria virorum, quàm ingressus virorum in Monasteria mulierum (cum hic sæpissime sit necessarius, ille verò vix, aut nunquam) ergo, &c.

7 Obiicies; Motus Gregorij XIII. volens comprehendere superiores vtriusque sexus, id expressit his verbis: *Abbatissis verò, nec non Abbatibus, Conuentibus, ac aliis Monasteriorum vtriusque sexus Superioribus.* Nec satis censuit dicere, *Superioribus* (quæ vox est generis masculini) sed addidit, *vtriusque sexus, non obstante*, quod præmiserit, ly *Abbatissis, nec non Abbatibus*; ergo cum postea loquens de personis, solo genere masculino vsus sit, ibi: *Ne in Monasteria sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum ingredi faciant, vel permittant*, signum est, quod fœminam non comprehendat.

Respondetur; nego consequentiam; quia id, quod fecit Pontifex, loquendo de Superioribus sic expressè, fecit ad maiorem cautelam; quod inde patet; quia bis expressit, cum exprimi satis superque sufficeret semel.

DVBITATIO LXV.

An, & quis contrahat pœnam excommunicationis Pontifici reseruatæ, & priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda in dicto Motu Gregorij XIII. impositam iis, qui ex facultate Episcopi, vel superiorum (quorum est illam concedere) absque necessitate ingrediuntur, & Monialibus, quæ eos aliter admittere præsumunt?

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ dicti motus Gregorij XIII. à quibus nam contrahantur.*

2 *Pœnæ dicti motus non contrahuntur ab ingredientibus absque vlla superioris licentia, vel non inhibendo illi, secus est cum licentia, quæ etiam sit ex causa vrgenti concessa, si tempore ingressus cessant causa.*

3 *Dispensatio cessat cessante omnino causa dispensationis.*

4 *Pœnæ dicti motus non contrahuntur ab eo, qui tempore licentiæ non habebat instam causam ingressus si iusta causa tempore ingressus superuenit.*

5 *Motus præfatus Gregorij XIII. parum curat in his pœnis valorem licentiæ; sed solum plectit his pœnis eum, qui ingreditur absque casu necessitatis virtute licentiæ dictorum superiorum.*

6 *Ingrediens modo prædicto contrahit secundum probabiliorem opinionem saltem excommunicationem Tridentini non reseruatam.*

7 *Concilium Tridentinum ad licitum ingressum præter causam necessariam requirit etiam licentiam.*

8 *Moniales præsumentes admittere in sua Monasteria ingredientes prædictos respectu facultatum contrahunt easdem pœnas.*

9 *Prælati siue seculares, siue Regulares dantes prædictam licentiam sine iusta causa, vel postea admittentes non contrahunt easdem pœnas.*

1 RESPONDETVR, & dico primò; has pœnas contrahunt omnes, & quæcunque personæ, siue Ecclesiasticæ, siue seculares, cuiuscunque ordinis, quæ prætextu licentiarum concessarum ab Episcopis, vel legitimis superioribus, (qui ex solis causis necessariis eam concedere possunt) Monasteria Monialium extra casum necessitatis ingrediuntur. Patet ex contextu.

2 Hinc eas non contrahunt, quando ingrediun-

tur

tur abſque vlla ſuperioris licentia, vel non innitendo illi, iuxta ea, quæ dicebam *dubit.* 58. contrahunt tamen eas (licet licentia ſit ex cauſa vrgenti conceſſa) ſi tempore ingreſſus ceſſauit cauſa; quia dictus Motus Gregorij XIII. his
3 pœnis ſubiicit ingredientes ex licentia, quando is abſque cauſa vrgenti ingreditur, & non dicit, quando nulla fuit cauſa conceſſionis ingreſſus: at reuera hic abſque cauſa ingreditur, cum illa tempore ingreſſus iam ceſſarit; tum quia ceſſante omnino cauſa diſpenſationis, ceſſat diſpenſatio; tum quia in *cap. periculoſo, de ſtatu Regular.* dicitur: *Niſi rationalis, & manifeſta cauſa exiſtat*, qui textus innouatur in Concilio Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 5.

4 Quamuis non contrahant eas, quando tempore licentiæ non erat iuſta cauſa ingreſſus, ſi iuſta cauſa erat tempore ingreſſus, quia iam non ingreditur extra caſum neceſſitatis: & licet ea licentia ſit irrita, vt mox *infrà* dicetur, Motus
5 tamen dictus Gregorij XIII. (vt patet ex contextu) parum curat in his pœnis valorem licentiæ, ſed ſolum plectit his pœnis eum, qui ingreditur abſque caſu neceſſitatis virtute licentiæ dictorum ſuperiorum; hic verò ingreditur in caſu neceſſitatis, ſeu ex cauſa neceſſaria, quam ſummus Pontifex tubeſſe vult tempore ingreſſus; ergo, &c. Vide Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 22. *ſect.* 6. *num.* 14. & Bonacinam *de clauſ. quæſt.* 4. *punct.* 5. *num.* 10.

6 An autem talis ingrediens contrahat ſaltem excommunicationem Tridentini non reſeruatam, de qua dixi *dubit.* 53. 54. & 55.

Reſpondetur, quod (quamuis videatur negandum; quia reuera ingreditur ex ſuperioris licentia, & in caſu neceſſitatis) tamen probabilius affirmetur; quia, cum illa licentia extra caſum neceſſitatis (vt potè ſine cauſa tunc exiſtente, conceſſa) fuerit inualida, & cauſa ſuperueniens (cum ex ipſa non ſit ea conceſſa) non faciat eam validam, hic ingreſſus videtur ſine licentia atque adeo Tridentini excommunicationi ſubiacere, cum Tridentinum ad licitum ingreſſum
7 præter cauſam neceſſariam requirat etiam licentiam. Vide Bonacinam *loco ſupra cit.* & *punct.* 4. *num.* 20.

8 Dico ſecundò; eaſdem pœnas contrahunt Moniales, quæ hos ingredientes prætextu dictarum licentiarum admittere in ſua Monaſteria præſumunt; patet etiam ex contextu. Vide *citat. dubit.* 53. 54. & 55.

9 Dico tertiò, eaſdem pœnas tamen non contrahunt Prælati, ſiue ſeculares, ſiue Regulares, dantes prædictam licentiam ſine iuſta cauſa, vel poſtea admittentes; quia hæ imponuntur ſolis Monialibus; & nulla hic imponitur pœna dantibus illis licentiam ſine iuſta cauſa, neque poſtea admittentibus; & meritò; cum maior, & magis culpabilis cauſa ingreſſus ſit, dando licentiam, quam ſolum poſtea admittendo.

***

DVBITATIO LXVI.

An veniat nomine Monialium Abbatiſſa in pœnis Motus Gregorij XIII. iam ſupra dubit. præcedenti dictis?

SVMMARIVM.

1 *Abbatiſſa non venit ſecundum probabilem opinionem nomine Monialium in motu Gregorij XIII.*

2 *Abbas in materia odioſa, & pœnali non venit nomine Monachorum.*

3 *Abbatiſſa ſecundum probabiliorem opinionem venit nomine Monialium in motu Gregorij XIII.*

4 *Abbas venit nomine Monachorum quando materia, vt pote in caſu noſtro non eſt totaliter odioſa.*

5 *Item quando materia eſt pariter proportionabilis Prælato, & ſubditis.*

6 *Item quando ex ſtatuentis mente coniicitur, velle is eos comprehendere.*

RESPONDETVR, quod (licet probabiliter negetur; quia quoad dictas pœnas nulla mentio ſit de Abbatiſſa, ſed ſolum de Monialibus in genere, ibi: *Neue Moniales ſub eiſdem pœnis aliter admittere præſumant:* & in materia odioſa, & pœnali ſicuti nomine 2
Monachorum non venit Abbas, ita nomine Monialium non venit Abbatiſſa; Doctores communiter in *cap. fin.* de ſimonia, & Armilla *ver. Abbas, num.* 11. Nauarr. *lib.* 5. *conſil. tit. de Regul.* Mandoſius *de priuileg. gloſſ.* 7. *num.* 28. & confirmatur; quia idem Motus Gregorij XIII. quando voluit comprehendere Abbatiſſas, eas explicuit) 3
tamen probabilius affirmatur; quia licet, quando materia eſt odioſa, & pœnalis, nomine Monachorum non veniat Abbas, nec nomine Monialium veniat Abbatiſſa, (quamuis id nonnulli ſimpliciter negent; vt Francus *rubr. de teſtam. in* 6. *num.* 65. & Alciatus *conſ.* 163. *num.* 3. *lib.* 5.) ve- 4
nit tamen, quando materia (qualis eſt in caſu noſtro, vt pote concernens ſalutem animarum, vti *ſuprà* dicebam) non eſt totaliter odioſa; Archidiac. *in cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in* 6. *num.* 1. *Ioan. Andr. ibid. num.* 2. Ancharan. *n.* 2. *notab.* 3. Dominicus *num.* 7. & Francus *num.* 4. *notab.* 6. Item quando materia eſt pariter proportionabi- 5
lis Prælato, & ſubditis; Abb. *in Clement.* 2. *de procurator, num.* 2. Mandoſius *loco ſuprà cit.* & Francus *cap.* 2. *in princip. numer.* 5. *ne clerici, vel Monachi.* Item quando ex ſtatuentis mente 6
coniicitur, velle is eos comprehendere, Doctores *ſuprà* cit. præcipuè Mandoſius *cit. num.* 28. vt eſt in caſu noſtro; quia non eſt veriſimile, voluiſſe Pontificem punire Moniales ſubditas (quibus non incumbit expellere) & non punire Abbatiſſam, cui id competit ex officio, & ſic admittendo magis delinquit. Vide, quæ dicebantur *cap.* 14. *ſect.* 3. *num.* 7.

DVBITATIO LXVII.

An, & quid veniat nomine admiſſionis in Monaſteria virtute licentiarum, cui admiſſioni pœnæ Motus Gregorij XIII. *in dubit.* 54. dictæ imponuntur?

SVMMARIVM.

1 *Nomine admiſſionis in Monaſteria virtute licentiarum venit cooperatio tantum ſiue directa ſiue indirecta ad ingreſſum; quatenus ſcil. quis exercet actionem poſitiuam vel negatiuè ſe habet ad ingreſſum, quem impedire tenetur ex officio.*

2 *Monialis, ſi ad ipſam non ſpectet impedire ex officio, v. g. cum non ſit Prælata Monaſterij, nec præſit portæ cuſtodiendæ non incurrit pœnas dicti motus Gregorij XIII. ſecus ſi ingredienti ianuam aperiat, conſulat, iubeat, vel mandet, aut ſi manu trahat inuitet, & aliquo alio modo poſitiuo faciat quempiam ingredi.*

3 *Monialis qualiſcunque illa ſit, ſi mandet, vel conſulat ingreſſum Perſonæ, quæ ingreditur, contrahit dictas pœnas.*

4 *Monialis, ſi non mandet, vel conſulat ingreſſum perſonæ, quæ ingreditur; ſed alteri, contrahit etiam dictas pœnas ſi tenebatur ex officio impedire ingreſſum; at contra ſi non tenebatur ex officio.*

5 *Monialis qualiſcumque etiam illa ſit, ſi confabuletur, vel comitetur Perſonam, quæ illicitè Monaſterium ingreditur, non contrahit dictas pœnas; ſed peccat tantum mortaliter, vel venialiter pro vt ſua locutione dat anſam notabilis, vel lenis moræ.*

6 *Monialis qualiſcumque etiam illa ſit, non contrahit dictas pœnas, ſi admittat ad ingreſſum ex aliqua inaduertentia, obliuione, negligentia, ignorantia etiam craſſa, & ſupina, quin & affectata, vel ex aliquo bono fine v. g. ne admiſſus ab inimicis percutiatur, &c.*

7 *Monialis, qua Virum, vel fœminam pretextu licentiarum ingredientem in Monaſterium Monialium extra caſum neceſſitatis admittere præſumit, ipſo facto incurrit excommunicationem Pontifici reſeruatam & priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa.*

8 *Superior Monialium, aut alius admittens non incurrit pœnas dicti Motus; quia textus loquitur tantum de Monialibus.*

9 *Abbatiſſa, vel alia Monialium ſuperioriſſa an incurrat, viſum eſt dubitatione præcedenti.*

10 *Monialis admittens tam virum, quam fœminam incurrit pœnas dicti motus.*

11 *Monialis ſi vrgente neceſſitate aliquem admittat, non incurrit dictam excommunicationem & pœnas, & cur.*

12 *Admittens aliquem in caſu neceſſitatis; ſed abſque licentia ſuperioris non incurrit excommunicationem Tridentini, & cur.*

13 *Admittens, ſeu directe vel indirecte cooperans ingreſſui, & non alius incurrit dictas pœnas.*

14 *Pœna prædicti motus non contrahuntur niſi data ſcientia, vel ſaltem ingenti temeritate.*

15 *Excommunicatus vigore dicti Motus non poteſt abſolui niſi à ſummo Pontifice.*

RATIO dubitandi eſt; quia in hac parte dictus Motus Gregorij XIII. non dicit, *ingredi faciant, vel permittant*; ſicut dixerat prius, quando excommunicat Prælatos, qui ingredi faciunt, vel permittunt viros, vel mulieres in Monaſteria Monialium, ſed dicit, *Neue Monialis aliter admittere præſumant.* Hoc ſuppoſito, 1

Reſpondetur, venire cooperationem tantum, ſiue directam, ſiue indirectam ad ingreſſum; quatenus ſcilicet quis exercet actionem poſitiuam, vel negatiuè ſe habet ad ingreſſum, quem impedire tenetur ex officio; quia alterutro modo tantum cenſetur admittere ad ingreſſum; Doctores, quos citat, & ſequitur Suar *tom. 5. in 3. part. diſp. 22. ſect. 6. num.* 14. Miranda *de Monialib. queſt. 2. art. 12. concl.* 3. Coriolanus *de caſib. reſerv. part. 2. caſ. 3. num.* 36. & Bonacina *de clauſ. q. 4. punct. 6. num. 12.* ita vt Monialis, ſi ad ipſam 2
non ſpectet impedire ex officio, (v.g. non ſit Prælata Monaſterij, nec præſit portæ cuſtodiendæ) non incurrat pœnas dictas *dubit.* 65. caſu, quo non impedit, etiamſi poſſit impedire; quia in tali caſu, nec directè, nec indirectè cooperari dicitur ad ingreſſum, conſequenter non cenſetur admittere ad ingreſſum: ſecus, ſi ingredienti ianuã aperiat, conſulat, iubeat, vel mandet, aut ſi manu trahat, inuitet, & aliquo alio modo poſitiuo faciat quempiam ingredi; quia tunc, cum directè admittat, directè cooperari dicitur ad ingreſſum; etiamſi impedire non teneatur ex officio; & ſic cẽſetur admittere ad ingreſſum, etiam ſi impedire non teneatur ex officio. Item, ſecus, ſi impedire teneatur ex officio, & non impediat, cum commodè poſſit impedire quia tunc etiam, ſaltem indirectè dicitur cooperari ad ingreſſum, & ſic tunc etiam cenſetur admittere ad ingreſſum.

Hinc Monialis (qualiſcunque illa ſit) ſi mandat, vel conſulit ingreſſum perſonæ quæ ingreditur; contrahit dictas pœnas; quia hoc eſt inuitare, & directè cooperari ad ingreſſum; & ſic 3 4
cenſetur admittere ad ingreſſum: ſi autem non mandat, vel conſulit ingreſſum perſonæ, quæ ingreditur, ſed alteri, contrahit etiam dictas pœnas; ſi tenebatur ex officio impedire ingreſſum; quia, ſi contrahit illas non impediendo ingreſſum (quod eſt indirectè cooperari ad ingreſſum) à fortiori contrahet eaſdem mandando, vel conſulendo ingreſſum (quod eſt directè cooperari ad ingreſſum) Doctores, quos citat, & ſequitur Bonacina *loco cit. num* 13. At non contrahet, ſi non tenebatur ex officio impedire ingreſſum; quia tũc cum ingredientem non inuitet, nec ingredienti mandet vel conſulat ingreſſum nec teneatur ex officio impedire ingreſſum, non dicitur nec directè, nec indirectè (niſi ſolum remotè) cooperari ad ingreſſum; conſequenter non cenſetur admittere

ad

adingreſſum; ergo, *&c.* ſuppono nãque, quod cenſuræ, ac pœnæ latæ in committentem delictum, non comprehendunt mandantes, vel conſulentes illud committi, niſi exprimantur; Doctores communiter in tractatu de cenſuris.

5 Hinc ſecundò Monialis (qualiſcunque etiam illa ſit) ſi confabuletur, vel comitetur perſonam, quæ illicitè Monaſterium ingreditur, non contrahit dictas pœnas; quia nec propriè introducit, vel admittit ad ingreſſum (cum iam perſona illa ingreſſa ſit) nec aliquo modo cooperatur ad ingreſſum; cum iam ſupponat ingreſſum; quamuis contrarium teneant Rodriq. in expoſit. Motus Pij V. *n.* 9. & Sorbus *ibid n.* 4. & inclinet Bonac. *n.* 14. ſed, quod dixi, eſt probabilius. Peccat tamen dicta Monialis contra obligationem clauſuræ mortaliter, vel venialiter, provt ſua locutione, vel comitatu cauſa eſt, quod ingreſſus diutius, notabiliter, vel leuiter prorrahatur.

6 Hinc tertiò, Monialis (qualiſcunque etiam illa ſit) nec contrahit dictas pœnas, ſi admittat ad ingreſſum ex aliqua inaduertentia, obliuione, negligentia, ignorantia, etiam craſſa, & ſupina, quin & affectata, vel ex aliquo bono fine, ne v.g. admiſſus ad ingreſſum ab inimicis percutiatur, vel à ſatellitibus, ſaltem ad pœnam grauem corporalem, carceretur; quia ly *præſumant*, importat ingentem temeritatem, audaciam, & ſcientiam legis, & ſic ſaltem virtualem contemptum legis, ſicuti dicebam *cap.* 16. *dubit.* 36. *&* *cap.* 17. *dubit.* 1. *num.* 16. *& lib. de Parlament. dubit.* 4. *ſect.* 19. *ſubſect.* 31. *pag.* 78. Vide Nauarrum *Comment.* 4. *de Regular. n.* 62. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. diſput.* 22. *ſect.* 6. Rodriguez *loco ſuprà cit. & tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 47. *art.* 2. Sorbum *ver. ingreſſus Monaſter. Monial. num.* 6. & Coriolanum 2. *part. caſ.* 3. *numer.* 32. vbi propter eandem rationem idem in terminis tradunt de religioſo, qui bono fine mulierem admittit in ſuum Monaſterium: quidquid diſſentiat Bonacina *loco ſuprà citat. num.* 15. motus ex eo; quod bonus finis non tollat præſumptionem contra legem; ad quod tamen fundamentum facilè Reſponſio patet ex dictis.

7 Ex his itaque breuiter dico Monialis, quæ virum, vel fœminam prætextu licentiarum ingredientem in Monaſterium Monialium extra caſum neceſſitatis admittere præſumit, ipſo facto incurrit excommunicationem Pontifici reſeruatam, & priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa ſicuti patet ex Motu Gregorij XIII. *Vbi gratia*, quem referebam *ſuprà dubit.* 54.

8 Dixi, *Monialis*; quapropter dictam excommunicationem, & pœnas non incurrit Superior Monialium, aut alius admittens; quia textus loquitur tantum de Monialibus.

9 An autem incurrat Abbatiſſa, vel alia Monialium ſuperioriſſa? patet ex dictis *dubitat. precedenti.*

10 Dixi ſecundò, *quæ virum vel fœminam*, *&c.* quapropter dictam excommunicationem, & pœnas incurrit Monialis admittens perſonam cuiuſcunque ſexus; quia textus generaliter loquitur; cum vtatur verbo relatiuo, *illos*, quod refertur ad perſonas ſuperius in eadem clauſula expreſſas; ſuperius autem vius fuerat verbo generali, ibi: *Interdicimus omnibus, & quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, & ſecularibus.*

11 Dixi tertiò, *extra caſum neceſſitatis*; quapropter, ſi vrgente neceſſitate Monialis aliquem admittat, non incurrit dictam excommunicationem, & pœnas; quia textus loquitur ſolum de admittente in caſibus non vrgentibus, ibi; *Sed neceſſitatibus vrgentibus ingredi, neue Moniales ſub iiſdem pœnis illos aliter admittere præſumant*; vbi ly *aliter* relationem habet ad neceſſitates vrgentes.

An autem admittens aliquem in caſu neceſſitatis, ſed abſque licentia ſuperioris, incurrat ſaltem excommunicationem Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. 12

Reſpondetur negatiuè; quia talis excommunicatio nullibi expreſſa reperitur, ſicuti expreſſa reperitur de ingrediente ſine licentia ſuperioris. Vide *cit. dubit.* 54. *&* 65.

Dixi quartò, *admittere*, id eſt, directè, vel indirectè cooperari ingreſſui, exercendo ſcilicet actionem poſitiuam, vel (ſi ex officio tenetur impedire) negatiue ſe habendo ad ingreſſum; ſicuti dicebam *ſuprà*, quapropter dictas pœnas non incurrit alius. 13

Dixi quintò, *præſumit*: quapropter ad dictam excommunicationem, & pœnas incurrendas requiritur ſcientia, vel ſaltem ingens temeritas, quæ ſcientiæ compatatur, & non ſufficit bona fides, inaduertentia, vel obliuio, quin neque ignorantia vincibilis, craſſa, & ſupina, ſicuti dicebam *dubit.* 59. 14

Dixi ſextò, *excommunicationem Pontifici reſeruatam* quapropter ipſius abſolutio non poteſt impendi à quolibet Confeſſario. Vide *dubit.* 28. *&* 69. vbi etiam dicitur de aliis pœnis; & à quo iſtæ auferri poſſint? 15

DVBITATIO LXVIII.

An, & quis contrahat pœnas in Motu Gregorij XIII. (qui incipit: *dubiis, quæ emergunt*) Prælatis extra caſum neceſſitatis in Monialium Monaſteria ſibi ſubdita ingredientibus impoſitas?

SVMMARIVM.

1 *Cenſura ſc. excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum contrahuntur ante omnem iudicis ſententiam à comprehenſis in motu Gregorij; non tamen alia pœna ibi ſtatuta.*

2 *Soli Prælati ſeculares Pontificali dignitate inſigniti, & quicumque Prælati Regulares contrahunt dictas pœnas.*

3 *Vicarij Epiſcoporum, & quicunque Abbates, & Prælati ſeculares iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes; ſi ipſi etiam præter caſum neceſſitatis ingrediantur Monialium Monaſteria ſibi ſubdita, non contrahunt dictas pœnas.*

4 *Prælati ſeculares Pontificali Dignitate inſigniti, & Prælati Regulares quicumque in caſu neceſſitatis ingredientes, ſi ingrediantur ſoli, vel comitati à perſonis non habentibus conditiones requiſitas in eo motu non contrahunt dictas pœnas.*

5 *Prælati pontificali Dignitate insigniti excommunicationem pro primo, vel secundo ingressu; sed solum pro tertio, & quocumque deinceps ingressu incurrunt.*

6 *Prælati Regulares secundum opinionem probabiliorem si extra casum necessitatis Monialium Monasteria sibi subiecta ingrediuntur in primo & secundo ingressu contrahunt excommunicationem, & priuationis officiorum pœnam.*

7 *Prælati Regulares probabile est quod dictas pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum contrahant solum in tertio ingressu.*

8 *In pœnis mitior interpretatio facienda est.*

9 *Excommunicatio prædicta, quæ in tertio ingressu & sequentibus infertur, non est summo Pontifici reseruata, & ab ipsa potest absoluere quilibet approbatus Confessarius.*

OPPONO, quod (sicuti dicebam *dubit.* 54. *in fine*) Pontifex in dicto Motu, postquam interdixit omnibus Prælatis, etiam Cardinalibus, & quacumque alia dignitate insignitis, siue secularibus, siue Regularibus (quibus Monialium cura incumbit) ne ingrediantur Monasteria Monialium extra casum necessitatis (& tunc, non nisi comitati à paucis senioribus, & religiosis viris) descendens ad pœnas in facientes contrarium, ait: *Serio monemus vt faculiate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus (vt præfertur) necessariis, neutiquam vtantur. Quod si contra fecerint, statuimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, pro prima vice, qua contra fecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda, munere pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere; Regulares verò omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere.* Vbi Pontifex nullam censuram ex his sibi reseruat; omnes tamen illæ pœnæ præter priuationem officiorum, ac ministeriorum (quam incurrunt soli Prælati Regulares) incurruntur ante Iudicis sententiam; quia censuræ, scilicet suspensio, interdictum, & excommunicatio (quidquid in contrarium dicat Sorbus *loco supra citat. numer.* 10. exigi scilicet, etiam ad has incutendas sententiam iudicis, quando non dicitur: *sint suspensi ipso facto*, nec additur, *Absque alia declaratione*) de facto incurruntur ante omnem Iudicis sententiam, sicuti dixi *dubitat.* 23. Quod autem è contra, vt incurratur officiorum, & ministeriorum priuatio, requiratur Iudicis sententia, saltem criminis, ita vt si in lege subdantur verba, ipso iure, vel ipso facto, nulla expectata iudicis sententia, vel declaratione, intelligenda sint solum de sententia, vel declaratione pœnæ, non item criminis, dixi *cit. dub.* 23. Item quid veniat nomine officiorum, & ministeriorum, dixi *dubit.* 24. Item quis possit in his pœnis dispensare, vel absoluere. dixi *dubit.* 28. & 29. Quis autem possit à suspensione, & interdicto ab ingressu Ecclesiæ absoluere dicam *dubit.* 81. & 82. Hoc suppo sito.

1 2 Respondetur, soli Prælati seculares pontificali dignitate insigniti, & quicumque Prælati Regulares contrahunt dictas pœnas. Patet ex contextu prædicti Motus, qui incipit: *Dubitis quæ emergunt.*

Hinc primò, non contrahunt eas Vicarij Episcoporum, & quicumque Abbates, & Prælati seculares iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, si ipsi etiam, præter casus necessitatis, ingrediantur Monialium Monasteria sibi subdita; quia licet dictus Motus omnibus Prælatis talem ingressum interdicat, descendens tamen ad contrauenientium pœnas, mentionem facit solum de Prælatis secularibus dignitatem pontificalem habentibus, & Prælatis Regularibus quibuscunque. 3

Secundò, neque contrahunt eas, etiam Prælati seculares pontificali dignitate insigniti, & Prælati Regulares quicunque, in casu necessitatis ingredientes; si ingrediantur soli, vel comitati à personis non habentibus conditiones requisitas in eo Motu, scilicet comitati à non religiosis, nec senibus; quia licet faciant contra dictum Motum Gregorij XIII. tamen pœnæ talis Motus extenduntur solum ad ingredientes in casibus non necessariis; cum, dum dictus Motus pœnas statuit contra transgressores, solum mentionem faciat de ipsis Prælatis, quatenus ingrediuntur extra casum necessitatis. 4

Tertiò, neque contrahunt Prælati pontificali dignitate insigniti, excommunicationem pro primo, vel secundo ingressu, sed solum pro tertio, & quocumque deinceps ingressu; quia, cum (postquam dictus Motus imposuit alias pœnas pro primo, & secundo ingressu) subiunxerit ea verba, *ac deinceps excommunicato existere*, signum est, quod excommunicationem statuat solum pro vlteriori ingressu, id est, tupia primum, & secundum. Vide Llamas *in Append. §. 7.* Gauantum *in Manual. Epist. ver. Monialium clausura num.* 46. & *seqq.* Bonacinam *de clausura quæst.* 4. *punct.* 5. *n.* 11. & Leżanam *tom.* 1. *cap.* 25. *n.* 27. 5

An autem Prælati Regulares extra casus necessitatis Monialium Monasteria sibi subiecta ingredientes pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum contrahant primo, & secundo ingressu? 6

Respondetur, quod (licet nonnulli, vt Llamas loco cit. negent, ex eo; quia, cùm dictus Motus loquens de Prælatis pontificali dignitate insignitis, statuerit diuersas pœnas pro primo, & secundo ingressu, & excommunicationem pro tertio, & vlteriori ingressu, & statim subiunxerit pœnas pro Prælatis Regularibus, signum sit ex adiunctis, eas pœnas locum habere contra dictos Prælatos Regulares solum quando tertiò, & vlterius ingrediuntur) probabilius tamen sit oppositum, Prælatos scilicet Regulares dictas pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum contrahere pro quocunque ingressu extra casum necessitatis; quia cum Motus prius statuerit pœnas in Episcopos, distinguens in illis ingressus, & postea, nullam diuersitatis ingressuum mentionem faciens, descenderit ad Prælatos Regulares, signum est, quod horum pœnas connexuerit cum pœnis eorum, non autem cum numero ingressuum.

Dixi,

8 Dixi, *probabilius tamen sit oppositum*; quia & probabile est, quod defendit Llamas *loco cit.* scilicet Prælatos Regulares etiam, dictas pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum contrahere solũ in tertio ingressu; idque tum quia in pœnis mitior interpretatio facienda est; tum quia sic seruatur proportio inter pœnas Episcopis, & Prælatis Regularibus impositas, vt scilicet Prælati Regulares etiam, in primo ingressu sint interdicti ab ingressu Ecclesiæ; in secundo sint suspensi, à diuinis; in tertio & sequentibus sint excommunicari, & priuari omni officio.

9 Cæterum excommunicatio hæc, quæ in tertio ingressu, & sequentibus infertur, non est summo Pontifici reseruata; quia prædictus Motus Gregorij XIII. illam imponens, nullam facit mentionem de reseruatione; consequenter absolutio talis excommunicationis de iure communi à quolibet approbato Confessario impendi potest, iuxta *cap. nuper, de sent. excomm.*

10 *Item respectu secularium.*

11 *In locis vbi publicatur Bulla Cruciatæ possunt illam habentes à quolibet approbato Confessario semel in vita, & semel in morte absolui ab omnibus casibus, & censuris reseruatis.*

12 *Regulares cuiuscumque Instituti quoad Confessarij scilicet electionem, vti non possunt Bulla Cruciatæ. Secus tamen dic de Nouitijs.*

13 *Episcopus virtute Decreti Concilij Tridentini potest absoluere ingredientem septa Monasterij, & ibi cum Moniali incestum, seu potius sacrilegium committentem, si casus sit occultus, idem dic de aliis quatuor casibus reseruatis ex decreto sac. Congregat. sub Clemente VIII.*

14 *Confessarius quilibet approbatus virtute Bullæ Cruciatæ potest absoluere semel in vita, & semel in morte.*

15 *Regulares item virtute priuilegiorum suæ Religionis possunt absoluere, si casus similiter sit occultus, & non sit specialiter ab Episcopo reseruatus.*

16 *Regulares possunt etiam absoluere à casibus & censuris in iure latis, propter quas excusantur aliqui adire sedem Apostolicam, & qui nam sint, vide ibi.*

DVBITATIO LXIX.

An omnes pœnæ, huc vsque, siue contra ingredientes, siue contra ingredi facientes relatæ, contrahantur, quando ingressus, vel admissionis delictum est omninò occultum, prodiit tamen in actum externum? Vbi etiam de eo, qui potest absoluere, & dispensare.

SVMMARIVM.

1 *Omnes pœna hucusque, siue contra ingredientes, siue contra ingredi facientes relatæ licèt ingressus, vel admissionis delictum sit omnino occultum; prodiit tamen in actum externum, contrahuntur.*

2 *Quis nam à prædictis censuris, & pœnis possit dispensare, & absoluere, vide ibi.*

3 *Ingredientes simpliciter sine necessitate, & licentia in scriptis ex decreto Concilij possunt absolui iure ordinario ab Episcopis, & si sint subditi à Prælatis Regularibus, ab omnibusque approbatis Confessarijs proprij pœnitentes absoluuntur.*

4 *Ab excommunicatione contracta ob motum Gregorij XIII. vbi gratiæ, nemo absoluit nisi summus Pontifex, ipsius Pœnitentiarij, & si casus sit occultus Episcopus, vel Prælatus habens priuilegium absoluendi.*

5 *Afferuntur 13, quibus auctoritas est attributa absoluendi ab aliis censuris incursis extra motum supradictum.*

6 *Ingredientes non simpliciter; sed ad malum finem incurrunt casum vnum ex quinque Pontifici reseruatis.*

7 *Priuilegia Religiosis concessa in ordine ad dictos casus reuocata fuerunt ex decreto sacræ Congregationis sub Clemente VIII.*

8 *Decretum prædictum habet locum solum in Italia, & extra vrbem*

9 *Item de ingredientibus ad malum finem luxuriæ, committendi sc. sacrilegium per actum venereum in Monasterij clausura.*

RESPONDETVR, (quidquid dixerit Castr. *de lege pœnali lib. 2. cap. vlt.* & Llamas *cit. §. 7. censuras* scilicet, præter excommunicationem, non contrahi ob tale delictum occultum) affirmatiuè; est communis sententia Doctorum, & satis colligitur ex Tridentino *sess. 24. cap. 6. de reformat.* quatenus ibi concedit Episcopis posse absoluere ab omnibus censuris contractis ob delictum occultum. Vide quæ dicebam *lib. de Parlam. dubit. 4. sect. 19. subsect. 31. pag.* 106. *& seqq.* Vide etiam Sayrum *de censur. lib. 6. cap. 1. n. 19.* Couar. *in Clement. si furiosus, 2. part. §. 3. n. 4.* Cordubam *lib. 1. quæst. 35.* Rodriq. *in in expos. Motus Pij V. num. 31.* & Sorbum *ver. ingressus Monaster. Monial. num. 10.* 1

Quisnam autem à prædictis censuris, & pœnis possit absoluere, & dispensare? Vide supra *dubit. 28. & 60. & infra dubit. 81. & 82.* breuiter tamen dico, quod ab excommunicatione, quam incurrunt simpliciter ingredientes sine necessitate, & licentia in scriptis, ex decreto Tridenti Concilij, *sess. 25. cap. 5.* (cum illa non sit Pontifici reseruata) possunt absoluere iure ordinario Episcopi, & Prælati Regulares suos subditos, & omnes Confessarij approbati suos pœnitentes, iuxta *dict. cap. nuper, de sentent. excommunic.* 2 3

Dixi, *simpliciter ingredientes*; quia ab excommunicatione, quam ex motu Gregorij XIII. *Vbi gratiæ*, incurrunt prædicta Monialium Monasteria, prætextu facultatis sibi concessæ, ingredi præsumentes, & ingressum permittentes (cum illa sit Pontifici reseruata) nemo potest absoluere, nisi ipse Pontifex; ipsius Pœnitentiarij, & (si sit casus occultus) Episcopi, & Prælati, qui habent priuilegium absoluendi suos subditos à casibus Papalibus occultis; & Regulares virtute priuilegiorum suæ Religionis, & omnes approbati Confessarij virtute Bullæ 4

Cruciatæ, iuxta ea, quæ dicebantur *cit. dubit.* 28. & dicentur *dubit.* 81. & 82.

5 Ex his patet primò, quid dicendum sit de absolutione ab aliis censuris excommunicationis, interdicti, & suspensionis ab eodem Gregorio XIII. in alio Motu *Dubiis, qua emergunt*, contra Prælatos illegitimè dicta Monasteria Monialium ingredientes inflictis. Quid verò dicendum sit de dispensatione in pœnis priuationis, & inhabilitatis, quæ in iisdem Motibus continentur, constat ex dictis *dubit.* 29. & videri poterit Portellus *in dub. Regular. ver. dispensare numer.* 10.

Patet secundò, quid dicendum sit de aliis censuris, & pœnis antiquioribus Gregorij IX. Bonifacij IX. Eugenij IV. & Iunij II. contra peculiaria Monasteria Monialium ingredientes impositis, quas ego annuebam *dubit.* 54. *in fine*, & referunt Rodriq. *tom. qq. regular. quæst.* 47. *art.* 1. & 2. & Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. ver. ingressus Monasteriorum Monialium.*

6 Dixi etiam, *simpliciter ingredientes*; quia ingredientes, seu violantes clausuram Monialium ad malum finem, incurrunt casum vnum ex quin-
7 que Pontifici reseruatis, in ordine ad quos reuocata priuilegia Religiosis fuerunt ex decreto sacræ Congregationis sub Clemente VIII. sicuti notabam *dubit.* 28. & notant etiam Bonacina *de claus. quæst.* 1. *punct.* 5. *num.* 2. & Tamburin. *de iure Abbat. disp.* 22. *quæsit.* 1. *n.* 3.

8 Quod tamen decretum intellige solum in Italia, & extra Vrbem; Doctores, quos citat, &
9 sequitur Lezana *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. & 16. Item intellige solum de ingredientibus ad malum finem luxuriæ, committendi scilicet sacrilegium per actum venereum in Monasterij clau-
10 sura; sic responsum Romæ. Item intellige respectu secularium; Doctores quos citat, & sequitur Peirinus *tom.* 2. *priuileg. in Constit.* 6. *Pij V. num.* 42. Quamuis in locis, vbi publicatur Bul-
11 la Cruciatæ possint illam habentes à quolibet approbato Confessario semel in vita, & semel in morte ab omnibus casibus, & censuris reseruatis absolui, iuxta dicta *in cit. dubit.* 28.

12 Qua Bulla Cruciatæ an vti possint etiam Regulares cuiuscumque instituti (quoad Confessarij scilicet electionem) negat, & rectè, ex quadam Bulla Vrbani VIII. Cardinalis de Lugo *in tractatu de Sacramento Pœnitentiæ disp.* 20. *sect.* 9. *per tot.* Vnde esto prius opposita sententia fuerit probabilis, modò post prædictam Bullam probabilis non videtur; Diana *in addition. resol.* 9. & *part.* 1. *tract.* 11. *resol.* 14. Nouitij tamen prædicta Bulla vti possunt; quia non militat in his eadem ratio disciplinæ regularis, ac militat in professis, præsertim Religionis obseruantis, & bene ordinatæ.

13 Cæterum, quisnam possit absoluere ingredientem septa Monasterij, & ibi cum Moniali incestum, seu potius sacrilegium committentem?

Respondetur, quod si casus iste sit occultus (idemque dico de quatuor aliis reseruatis ex dicto decreto sacræ Congregationis sub Clemente VIII.) potest absoluere Episcopus, virtute decreti Tridentini *sess.* 24. *de reformat. capit.* 6. iuxta ea, quæ dicebam *cit. dubit.* 28. & dicam *dubit.* 81. & 82. & docent Suarez *in* 3. *part. disp.* 30. *sect.* 2. *num.* 12. & 13. Diana *part.* 2. *tract.* 5. *resol.* 35. Peregrinus *tract. de duello quæst.* 37. *num.* 3. Homobonus *part.* 1. *tract.* 7. *cap.* 17. *quæst.* 26. & *in tract. de statib. part.* 1. *cap.* 24. & alij, quos dict. *dubit.* 28. citabam contra Grassium *in pract. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 17. Riccium *in praxi tom.* 1. *resol.* 544. *n.* 5. Chapeauillam *tract. de casib. reseruatis capit.* 14. *quæst.* 3. *difficult.* 2. Zerolam *ver. Moniales ad quæsit.* 8. & Zechium *de casib. reseru. cas.* 10. *num.* 1. Rationes, & solutiones ad opposita vide *citata dubit.* 28. 81. & 82.

Item secundò, potest absoluere quilibet Con- 14
fessarius approbatus virtute Bullæ Cruciatæ, semel in vita, & semel in morte, Doctores *in locis supra citatis*, & ego dicebam *dict. dubit.* 28.

Item possunt Regulares, virtute priuilegio- 15
rum suæ Religionis, si casus similiter sit occultus vti supra dicebam de Episcopo; quia tunc huiusmodi casus est Episcopalis, vti patet ex dictis de Episcopo & rectè adnotarunt Sanch. *libr.* 4. *moral. cap.* 54. *num.* 27. & Merolla *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *num.* 540. & ego dicebam *libr. de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 31. *pag.* 85. Quapropter, si non fuerit specialiter sibi 16
reseruatus ab Episcopo, absolui poterit virtute priuilegiorum suæ Religionis à Regularibus, vt ibidem probabam, vbi vlterius propter eandem rationem subdebam, quod Regulares possint etiam absoluere à casibus, & censuris in iure latis, propter quas excusantur aliqui adire Sedem Apostolicam, ob aliquod impedimentum, quales sunt senes, impuberes, mulieres, membris destituti, valetudinarij, delicioſi, ac nobiles habentes curam aliorum, filij sub patris potestate, serui, habentes capitales inimicitias, pauperes, qui non nisi mendicando (præter solitos) ire possunt Romam, & alij, de quibus *in tit. de sent. excomm.* Hi enim omnes casus sicuti possunt absolui ab Episcopis, ita & absolui possunt à Regularibus, si ab Episcopis specialiter non fuerint sibi reseruati; idque tum ob rationem dictam; tum quia mens Pontificum in suis decretis derogatoriis fuit tantum derogare priuilegiis Regularium in casibus, in quibus adeunda esset Sedes Apostolica, quæ in prædictis casibus adeunda non est.

DVBITATIO LXX.

An, non solum ingredi Monasteria Monialium sed etiam ea fine iusta causa, & licentia superioris, adire, vel frequentare sit iure prohibitum? Vbi etiam de locutione, & scriptione ad Moniales.

SECTIO I.

Dubitationis Resolutio.

SVMMARIVM.

1 *Ingredi Monasteria Monialium, eaque sine licentia frequentare, & sine iusta causa est prohibitum.*

2 *Adire, seu accedere ad Monasterium est ille*

Digitized by Google

ille actus, quo quis ſe transfert ad Monaſterium.

3 *Qui cogitauit ſe transferre ad Monaſterium, & iter inchoauit; ſed ab inchoato itinere deſiſtit, non dicitur accedere ad Monaſterium.*

4 *Qui Domum Monaſterio contiguam habet, & è feneſtra ſuæ domus Monialem alloquitur, non dicitur ad Monaſterium accedere; quia non dicitur ſe ad Monaſterium transferre cum ibi exiſtat.*

5 *Mittens ſeruum ad Monaſterium propriè non dicitur ad Monaſterium accedere; Miſſus tamen propriè accedit, & ſic iſte pœnas accedentium incurrit, niſi iuſta cauſa excuſetur.*

6 *Qui conſentit, vel cooperatur ad alterius acceſſum, nec pœnas accedentium incurrit, cum ipſe non accedat.*

7 *Qui obtenta licentia accedendi ad Monaſterium, & loquendi cum aliqua ibi, ſi aliquam data occaſione alloquatur, non violat præceptum prohibens acceſſum; ſecus ſi præceptum ſit de non loquendo.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; patet *ex cap. Monaſteria de vita, & honeſt. cleric.* ibi: *Monaſteria Monialium ſi quiſquam clericus ſine manifeſta, & notabili cauſa frequentare præſumpſerit, per Epiſcopum arceatur, & ſi non deſtiterit, ab officio Eccleſiaſtico reddatur immunis; ſi laici, excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni.* Item ex cap. periculoſo, de ſtatu Regular, in 6. ibi: *Nullique aliquatenus inhoneſta perſonæ, nec etiam honeſtæ, niſi rationabilis, & manifeſta cauſa exiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpecialis licentia ingreſſus, vel acceſſus pateat ad eaſdem Moniales* (quod *cap. periculoſo* innouatur à Tridentino *ſeſſ. 25. de Regul. cap. 5.* & à Pio V. in Motu, qui incipit: *Circa paſtoralis officij*, ibi: *Approbamus, & innouamus in omnibus, ac per omnia, & diſtrictè obſeruari mandamus.*) Et probatur ratione; quia conducit ad perfectam Monialium clauſuram, non ſolum ingredi, ſed etiam non adire ipſarum Monaſteria.

2 Cæterum adire, ſeu accedere ad Monaſterium eſt ille actus, quo quis ſe transfert, vel transferri ſinit ad Monaſterium; ſic communiter Doctores.

3 Hinc, qui cogitauit ſe transferre ad Monaſterium, & iter inchoauit, ſed ab inchoato itinere deſiſtit, non dicitur accedere ad Monaſterium; quia aliud eſt, inchoare iter cauſa acceſſus, & aliud re ipſa accedere, præſertim quia verba cum effectu intelligi debent, *l. 1. §. hæc verba, ff. quòd quiſque iuris, l. quoties ff. qui ſatisd. cog. & cap. ſi à Iudice de appell.*

4 Secundò, qui domum Monaſterio contiguam habet, & è feneſtra ſuæ domus Monialem alloquitur, nec dicitur ad Monaſterium accedere; quia non dicitur ſe ad Monaſterium transferre; cum ibi exiſtat: acceſſus enim indicat motum ad aliquem locum, ſicut receſſus motum ab aliquo loco, Graff. *libr. 1. deciſ. cap. 12. n. 23.* & Homobon. *de caſib. reſerv. punct. 2. caſu 5.*

5 Tertiò, qui ſeruum, vel alium ad Monaſterium mittit, nec propriè dicitur ad Monaſterium accedere; miſſus tamen propriè accedit, & ſic iſte pœnas accedentium incurrit, niſi iuſta cauſa excuſetur, vt quia magnum incommodum pateretur non accedendo: lex enim poſitiua non obligat cum magno incommodo: ſic Graff. *part. 1. conſil. 22. de ſent. excomm. n. 35.* & Homobon. *loco ſupra cit. verſ. 4.*

Quartò, qui conſentit, vel cooperatur ad alterius acceſſum, nec pœnas accedentium incurrit; cum ipſe non accedat, vt ſuppono; eſt tamen reus eiuſdem peccati, cuius eſt accedens. 6

Quintò, qui obtenta licentia accedendi ad Monaſterium, & loquendi cum aliqua ibi, aliam data occaſione, alloquitur, nec violat præceptum prohibens acceſſum; cum iam licite accedat; ſecus, ſi præceptum ſit de non loquendo, vel de non accedendo, & loquendo ſimul, ſeu de accedendo ad loquendum. 7

SECTIO II.

Aduertenda.

SVMMARIVM.

1 *Nomine Clericorum in materia pœnali non veniunt Religioſi, nec Epiſcopi, nec alij Clerici in dignitate conſtituti, nec Canonici Eccleſiæ Cathedralis; veniunt tamen ſi verba ſimpliciter ita generalia ſint, vt ad quoſlibet extendantur.*

2 *Ingreſſus & acceſſus quoad prohibitionem tam comprehendit viros, quam fœminas.*

3 *In cap. periculoſo nulla pœna imponitur accedentibus ad Monaſteria Monialium; ſecus eſt in cap. Monaſteria, vbi Clerici præſumentes ea frequentare, ſi moniti ab Epiſcopo non deſtiterint, ſuſpenduntur; ſi verò laici ſint, excommunicantur non lata ſed ferenda ſententia.*

4 *Verba (excommunicationi ſubdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni) important cenſuras non latas; ſed ferendas.*

5 *Excommunicatio ſimpliciter prolata, intelligitur ſemper de maiori.*

6 *Particula, & ſtat pro id eſt; quod contingit quotieſcumque dictio copulatiua ponitur inter duo, quorum vnum eſt effectus alterius.*

7 *Dictio (&) poſita inter duo, quorum vnum ineſt alteri, ambo reſoluuntur in vnum.*

8 *Excommunicatio ferenda ſententia contra frequentantes Monaſteria requirit præuiam monitionem; qua peracta ſi ſemel contraueniant puniri poſſunt.*

9 *Clerici etiam Monaſteria frequentantes, ſi moniti non reſipuerint vltra pœnas dicti cap. Monaſteria, puniri poſſunt pœna excommunicationis, ac tandem pœna depoſitionis.*

10 *Frequentare Monaſteria ſatis habetur per duos acceſſus; quia actus geminati conſuetudinem inducunt.*

11 *Frequentia in criminibus duabus vicibus inducitur.*

12 *Frequentia quando nam inducatur relinquendum eſt arbitrio prudentis Viri.*

13 *Frequentia eſt ſi quis in vno die bis accedat ad Monaſterium, vel ter tribus diebus continuis, vel quater in eadem hebdomada, vel ſemel ſingulis hebdomadis, & menſibus; ſecus*

cui si quater in anno , vel semel ternis mensibus.

14 *Nomine Monasteriorum, qua adiri , vel frequentari prohibentur , probabilius veniunt Moniales , itavt sumatur continens pro contento.*

15 *Frequentia Monasteriorum causa audiendi diuina , vel videndi exteriorem ornatum Monasterij , vel simili alia de causa , non prohibetur ; sed solum causa locutionis siue aspectus siue actiui , siue passiui Monialium.*

16 *Frequentia , vel etiam accessus ad Monasteria vt non sit prohibitus , requiritur manifesta causa & rationabilis non omnibus , seu maiori parti populi , sed concedenti.*

17 *Consanguinitas non est simul rationabilis & manifesta causa , excepta tamen secundum aliquos, Parentum , fratrum , & sororum frequentia.*

18 *Limita nisi extet peculiaris prohibitio contra quascumque consanguineas accedentes , fieri enim potest vt iusta subsit causa dicta prohibitionis.*

19 *Frequentia , vel etiam accessus ad Monasteria ne sit prohibitus requiritur etiam prater rationabilem , & manifestam causam licentia superioris vel tacita etiam.*

20 *Scriptura non est de tatione priuilegij ; nisi sic de iure decernatur.*

21 *Afferuntur diuersa iura prohibentia loqui cum Monialibus, vide , vbi etiam decretum fac. Congreg. Cardinalium de anno 1590. vt nulli Religioso exceptis superiore Monialium, & Confessario ordinario & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, liceat sine licentia eiusdem Congregationis accedere.*

22 *Confessariis pariter interdictum est sub pœna vocis actiua & passiua ne in adibus Monasterij vel ei contiguis pernoctent , vel alios pernoctare faciant, &c.*

23 *Roma promulgatum est decretum à Vicario Pontificis , de illius commissione , ne vir, vel fœmina nocte aut die loquatur , vel scribat alicui Moniali , vel Prælatæ , vel Puellæ in Monasterio quacumque de causa inclusæ sine Vicarij Pontificis , vel Ordinis Protectoris licentia sub pœna 500. aureorum ; & alia arbitraria, vide ibi quis nam excipiatur.*

24 *Prædictum decretum latum Roma ex commissione Papæ ad alias Prouincias non extenditur.*

25 *Literas scribere ad Moniales licet in iuribus practatis non sit prohibitum ; attamen in aliquibus Diœcesibus iure speciali id vetitum est.*

26 *Gregorius XIII. præcepit quibusdam Regularibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ne scriberent literas Monialibus sui Ordinis ; non propterea ex his quis Regularis si Moniali scribat contrahit excommunicationem.*

27 *Effectus, seu finis extrinsecus non est regulariter materia legis , seu præcepti, & non cadit sub præceptum.*

28 *Scriptio literarum est effectus intrinsecus, quem significant illa verba , tamen id locum habet quando legislator non petit expressè , vel tacitè effectum extrinsecum.*

29 *Promittens inuenire latronem non satisfacit inueniendo , nisi eum captum etiam iudici exhibeat.*

30 *Statutum Episcopi ligans excommunicatione accedentes , loquentes , vel scribentes ad Monasteria Monialium , extenditur etiam ad Monasteria exempta , & Regularibus subiecta.*

ADuerte tamen , quod in cap. *Monasteria* , prohibetur tantum frequentatio : at *in cap. periculoso* , prohibetur quilibet accessus. Item in cap. *Monasteria* , fit mentio tantum de clericis, & laicis (quare cum simus in materia pœnali,nomine clericorum non veniunt Religioli, nec Episcopi , nec alij clerici in dignitate constituti , nec Canonici Ecclesiæ Cathedralis , vti dicebam *dubit.* 26. Et ratio est ; quia hi speciali nota digni sunt : veniunt tamen , si verba simpliciter ita generalia sunt , vt ad quoslibet extendantur ; Abbas *in rubr. de vita , & honest. clericor. num.* 4. Angelus, Siluester , & alij, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 6. cap.* 15. *num.* 74.) At in cap. *periculoso* fit mentio vniuersaliter de omnibus ; ac apertè tam de viris , quam de fœminis , ibi: *nulli inhonestæ personæ, nec etiam honestæ* ; quod inde confirmatur , quia statim ibi subditur , *ingressus , vel accessus pateat ad easdem Moniales.* At manifestum est , ingressum prohiberi tam viris , quàm fœminis ; ergo idem dicendum de accessu. 1

Aduerte secundò , quod in cap. *periculoso* , nulla pœna imponitur accedentibus ad Monasteria Monialium ; at in cap. *Monasteria* , iubetur Episcopus præsumentes ea frequentare (si clerici sint , & ab Episcopo moniti id facere non desiterint) ab officio Ecclesiastico immunes reddere, id est , suspendere ; si verò laici sint , nec moniti ab Episcopo id facere desiterint , iubetur Episcopus eos excommunicationi subdere , & à cœtu fidelium facere penitus alienos. Quæ verba , cum sint futuri temporis (scilicet *excommunicationi subdantur , & à cœtu fidelium fiant penitus alieni*) important censuras non latas , sed ferendas ; Doctores communiter in tractatu de censuris , & Tiraquell. *in l. si vnquam num.* 39. *& seqq. Cod. de reuocandis donat.* 2 3 4

Obiicies ; ly verba , *à cœtu fidelium fiant penitus alieni* , videntur superflua ; quia iam prius dictum fuerat , *excommunicationi subdantur*, quod est formaliter à cœtu fidelium excludi.

Respondetur , nego antecedens ; quia prius intelligitur de excommunicatione minori: posterius autem de maiori : sic nonnulli : vel melius (quia excommunicatio simpliciter prolata intelligitur semper de maiori, *cap. si quem, de sent. excom.*) 5

Respondetur secundò , ly & stat pro *id est* , quod contingit quotiescumque dictio copulatiua ponitur inter duo , quorum vnum est effectus alterius , ex *l.* 1. *ff. de pactis*, & docent Ioan. Andr. *in cit. cap. Monasteria n.* 4. Hostiens. *ibid. in fin.* Abb. *num.* 4. Ancharan. *num.* 4. Cardinalis *num.* 3. Gutierez *lib.* 3. *qq. pract. quæst.* 13. *num.* 61. Gonzalez *ad regul.* 8. *reg.* 3. *num.* 9. *& seqq.* Cened. *pract.* 9. *sing.* 50. *num.* 6. & 12. & Barbosa *de dictionib. dict.* 93. *num.* 7. asserentes , dictionem *Et* positam inter duo , quorum vnum inest alteri , ambo resolui in vnum , & vnum esse veluti adiectionem alterius. Vel Respondetur tertiò , prius intelligi de excommunicatione maiori, posterius autem de eius denunciatione ; vt sic à 6 7

fidelibus

fidelibus euitentur; Ioan. Andr. Abb. & Ancharan. *ibidem.*

8 Aduerte tertiò, quod (cum dicitur in cap. Monaſteria, *vt antequam hæ pœnæ Monaſteria frequentantibus infligantur, arceantur illi ab Epiſcopo*) ſenſus eſt, monendo corrigantur; Ioan. Andr. *ibi num.* 2. & Cardinalis *num.* 2. quare rectè dixit gl. *ibid. ver. non deſiterint*, opus eſſe, vt has pœnas præcedat monitio: poſtquam autem moniti ſunt, ſatis eſt, vt his pœnis puniri poſſint, ſi vel ſemel tantum poſt monitionem ad Monaſterium Monialium accedant; quia ex tunc ſunt contumaces, & accedendo dicuntur non deſiſtere; Ioan. Andr. *ibid num.* 3. Hoſtienſ. *numer.* 2. Cardinalis *num.* 1. Imola, & Ancharan. in fine.

9 Aduerte quartò, quod clerici etiam, Monaſteria frequentantes, ſi moniti non reſipuerint, poſſunt vltra pœnas dicti cap. *Monaſteria*, puniri pœna excommunicationis, ac tandem pœna depoſitionis, *cap. vt clericorum, de vita, & honeſt. cleric.* & tradunt Ioan. Andr. *in cit. cap. Monaſteria, num.* 3. Cardinalis *n.* 1. & Imola *in princip.*

10 Aduerte quintò, quod frequentare Monaſteria ſatis habetur per duos acceſſus; quia actus geminati conſuetudinem inducunt, *cap.* 3. *in fin. Cod. de Epiſc. audientia*; ſic gloſſa *in cap. ita nos*, 15. *quæſt.* 2. *ver. vſum* vbi ait, in criminibus duabus vicibus induci frequentiam, & in *cit. cap.* 3. *in fin. Cod. de Epiſc. audientia, ver. conſuetudini*, vbi dicit, in criminibus duabus vicibus induci conſuetudinem; & *in cap. Monaſteria ver. frequentare, de vit. & honeſt. cleric.* vbi paſſim Canoniſtæ tradunt eandem doctrinam, quæ eſt conformis iis, quæ dicebantur *cap.* 16. *dubit.* 11 12 13. quamuis alij ſentiant, id relinquendum eſſe arbitrio prudentis viri; ſic Ioan. Andr. *eodem cap. Monaſteria, in fin.* Hoſtienſ. *ibid. num.* 2. Ancharanus, Cardinalis, Imola *in fin.* Nauar. *comment.* 4. *n.* 61. *de Regular.* Rodrig. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 45. *art.* 4. Miranda *in tract. de Monaſtib. q.* 4. *art.* 1. *ad fin.* Campanile *in Rubr.* 12. *c.* 16. *num.* 40. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc.* 3. *part.* 13 *allegat.* 102. *num.* 70. & Llamas *in Append* § 4. ita vt frequentiam eſſe, dici poſſit, ſi quis ad Monaſterium accedat bis in vno die, vel ter tribus diebus continuis, vel quater in eadem hebdomada, vel ſemel in ſingulis hebdomadis aut menſibus: ſecus, ſi quater in anno, vel ſemel ternis menſibus. Quæ ſententia eſt ſatis probabilis.

14 Aduerte ſextò, quod nomine Monaſteriorum quæ adiri, vel frequentari prohibentur, probabilius contra Hoſtienſem *cit. cap. Monaſteria, num.* 1. Ioan. Andr. *ibid. num.* 1. Imolam, *num.* 1. Panormitanum, & Cardinalem *num.* 3. veniunt Moniales; ita vt ſumatur continens pro contento; ſic Innocent. *in dicto cap. Monaſteria*; quare docent Nauar. *comment.* 4. *num.* 61. *de Regular.* Rodrig. *tom.* 1. *qq. regul. q.* 45. *art.* 2. & Bonacina *de clauſura q.* 3. *punct.* 1. *num.* 3. 15 non prohiberi etiam frequentiam Monaſteriorum, cauſâ audiendi diuina, vel videndi exteriorem ornatum Monaſterij, vel ſimili alia de cauſa, ſed, ſolum cauſa locutionis, vel aſpectus, ſiue actiui, ſiue paſſiui, Monialium; & rectè; quia hoc ſolum videtur aliquo modo perfectam Monialium clauſuram infringere; tum quia *in capit. periculoſo*, loco Monaſterij dicitur; *Ad Moniales*, ibi: *Nulli pateat ingreſſus, vel acceſſus ad Moniales.* 16

Aduerte ſeptimò, quod, ne frequentia vel etiam acceſſus ad Monaſteria ſit prohibitus; requiritur ſimul rationabilis, & manifeſta cauſa; patet ex *eod. cap. Monaſteria, & cap. periculoſo, de ſtatu Regul. in* 6. quia dicta iura petunt vtrumque, vt citati Canoniſtæ ibi; debet autem eſſe manifeſta, non quidem omnibus, vel maiori parti populi ſed, ſoli concedenti, ſicuti dicebam *dubitat.* 39.

An autem conſanguinitas ſit ſimul rationabi- 17
lis, & manifeſta cauſa?

Reſpondetur negatiuè; quia (vt dicitur *in cap. diffinimus*, 18. *quæſt.* 2.) non modicum detrimentum patiuntur Moniales ex hac conſanguineorum frequentia, & ita docent Hoſtienſ *in eod. cap. Monaſteria, num.* 2. Ioan. Andr. *ibid. num.* 2. Abb. *num.* 3. Ancharan. *num.* 3. Imola, *num.* 2. & Cardinalis *num.* 3. quamuis aliqui rectè excipiant parentes, fratres, & ſorores Monialis, ex eo, quod iſtorum frequentia non ſit indecens, nec ſcandali cauſa; & multò minor cauſa requiratur ad acceſſum quàm ad ingreſſum, cum multò minus ſit accedere, quàm ingredi; Rodrig. *citat. artic.* 4. Bonacin. *de clauſ. quæſtion.* 3. *punct.* 5. *num.* 11. & Homobon. *part.* 2. *caſ.* 5. *verſ.* 2. *pag.* 391.

Quod limito, niſi peculiaris extet prohibi- 18
tio contra quoſcunque conſanguineos accedentes: fieri enim poteſt, vt iuſta ſubſit cauſa, propter quam quibuſcumque conſanguineis prohibentur acceſſus ad Moniales; ſicuti rectè adnotarunt Hoſtienſ. Ioan. Andr. Ancharan. Rodriq. Bonac. & Homobon. *in locis ſupra cit.*

Aduerte octauò, quod, ne frequentia, vel etiam acceſſus ad Monaſteria ſit prohibitus, 19
requiritur etiam, præter rationabilem, & manifeſtam cauſam, licentia Superioris; patet ex *eod. cap. periculoſo in princip.* ſufficit tamen hic, quod licentia ſit tacita, vt ſi Prælatus v. g. videns acceſſum, & potens illum impedire, non impediat; quia hic non iubetur expreſſa; & de ratione 20
priuilegij non eſt ſcriptura niſi ſic de iure decernatur, DD quos ſequitur Rodriq. *tom.* 1. *q.* 45. Porrò licentiam hanc poteſt dare etiã Abbatiſſa (etſi non ei, cui Prælatus acceſſum prohibuit) contra Bonac. *de clauſ. quæſtion.* 3. *punct.* 5. *numer.* 7. & ratio eſſe poteſt; quia acceſſus eſt multo quid minus, quàm ingreſſus, vti ſupra dicebam. At de hac, & ſimili alia licentia conceſſa, vel concedenda vide plura *dubit.* 32. *& ſeqq. & dubit.* 55.

Aduerte nonò, quod extant diuerſa iura pro- 21
hibentia, loqui cum Monialibus; ſiquidem in *cit. cap. diffinimus*, 18. *quæſt.* 2. ſancitur, quod ſi neceſſaria vitæ ad Moniales deferantur, ea extra ianuam Abbatiſſa ſuſcipiat: & Monachus propinquam Monialem inuiſere volens, cum ea modicè, ac breuiter, ac in præſentia Abbatiſſæ loquatur. & ſtatim abeat. Item *in cap.* 10. *actione* 18. *quæſt.* 2. dicitur, non licere Abbati, nec alij Superiori loqui cum Monialibus, præterquam cum Abbatiſſa, niſi raro, & breuiter, & præſentibus duabus, vel tribus perſonis. Item anno 1590. editum fuit decretum à ſacra Cardinalium Congregatione, vt nulli Religioſo exceptis Superiore Monialiũ, & Confeſſario ordinario, & extraordina-

rio

tio (cùm ad tẽpus deputabitur) liceat absque expressa eiusdẽ Congregationis licentia accedere ad Monialiũ Monasteria, siue sui, siue alieni ordinis, nec ipsas Moniales, nec alias personas intra clausurã existẽtes alloqui. Et Confessariis similiter interdixit, ne in ædibus Monasterij, vel ei contiguis pernoctent, vel alios pernoctare faciant, neue ibi comedant, bibant, reficiantur, aut cibum sumant excepto Confessore; quæ omnia, & singula præcepit obseruari sub pœna priuationis officiorum, & vocis actiuæ, & passiuæ ipso facto incurrendæ. Item Romæ promulgatum est decretum à Vicario Pontificis de illius commissione, ne vir, vel fœmina nocte, aut die loquatur, vel scribat alicui Moniali, vel Prælatæ, vel puellæ in Monasterio quacunque de causa inclusæ, sine Vicarij Pontificis, vel Ordinis Protectoris licentia, sub pœna 500. aureorum, & alia arbitraria, exceptis deferentibus eleemosynas, aut opera manuum ab eis facienda, qui solum Abbatissam, aut eius vicariam alloqui possunt. Quamuis Nauar. *comment. 4. num. 61. de Regular.* & Rodrig. *tom. 1. qq. Regular. quæst. 45. art. 3.* doceant, decretum hoc ad alias prouincias non extendi, & meritò, quia exigit illud licentiam Vicarij Papæ, vel Ordinis Protectoris: qui Romæ solum degunt. Vide, quæ de locutione cum Monialibus, diffusè dicebantur *cap. 14. dubit. 5. per totam.*

22 23 24

25 Aduerte decimò, quod, licet in præcit. iuribus non sit interdictum, literas scribere ad Moniales, & sic non sit communis, & vniuersalis de hac re prohibitio; tamen in aliquibus diœcesibus iure speciali id veritum est, sicut etiam Gregorius XIII. præcepit quibusdam Regularibus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne scriberent literas Monialibus sui Ordinis.

26

An autem ex his quis Regularis talem excommunicationem contrahat, si Moniali scribat literas, quæ ad eam non perueniant aliqua ratione, vt si intercipiantur, in via?

Respondetur negatiuè; quia, licet (cùm dicitur ex *l. 1. §. hæc autem verba, ff. quod quisque iuris*, & *ex capit. hæc autem verba, de pœnis*, verba cum effectu intelligenda esse) hoc dictum regulariter non sit intelligendum de effectu, seu fine extrinseco (effectus enim, seu finis extrinsecus non est regulariter materia legis, seu præcepti, & non cadit sub præceptum) sed de effectu, seu fine intrinseco, quem verba propriè significant (vt ex multis probat Nauar. *in cit. cap. hæc autem verba, n. 10. & 11.*) & in casu nostro scriptio literarum est effectus intrinsecus, quem significant illa verba; tamen id locum habere dicendum est, quando legislator non petit expressè vel tacitè effectum extrinsecum, ex *l. 1. Cod. de fideiuss.* vbi dicitur promittentem inuenire latronem, non satisfacere inueniendo, nisi eum captum etiam Iudici exhibeat: & ita videtur esse in casu nostro; quia hæc videtur esse mens, & intentio Superioris literas scribi prohibentis; cum parum referat in casu nostro, literas scribi, nisi perueniant: Miranda *de Monialib. quæst. 4. art. 5.* Bonacina *de clauss. q. 3. punct. 2. num. 6.* loquens etiam de excommunicatione lata contra scribentem ad Cardinales in Conclaui existente, Rodrig. *cit. quæst. 45. art. 3.* & Nauar. *lib. 5. consil. tit. de sent. excomm. consil. 60. edit. 1.* qui tamen subdit, dictum Regularem excommunicationem contrahere si dictæ literæ per relationem personarum fide dignarum ad Monialem perueniant; sed adhuc probabilius est oppositum; quia id non est verè, ad Monialem peruenire literas; sed potius quoddam literarum nuncium; quatenus ei significatur; quid in eis continebatur.

27 28 29

Cæterum, an Episcopi statutum ligans excommunicatione accedentes, loquentes, vel scribentes ad Monasteria Monialium, extendatur etiam ad Monasteria exempta, & Regularibus subiecta? Vide *cap. 14. dubit. 5. sect. 3. num. 18. & seqq.* 30

DVBITATIO LXXI.

An Monasteria sine iusta causa & licentia Superioris adire, vel frequentare sit iure prohibitum sub mortali? Et quid in specie dicendum de Religiosis.

SVMMARIVM.

1 *Frequentare Monasteria præciso scandalo & praua intentione non est peccatum mortale secundum probabiliorem opinionem contra nonnullos oppositum affirmantes.*

2 *Nulla Clericis iure prohibita obligant eos virtute illius prohibitionis seclusis circumstantiis extrinsecis sub culpa mortali donec absit contumacia non obediendo monitioni superioris.*

3 *Non solum frequentare sine iusta causa, & licentia superioris; sed etiam vel semel Monasteria adire est peccatum veniale.*

4 *Religiosi accedentes ad Monasteria Monialium ipso facto incurrunt pœnam priuationis officiorum, vocis actiuæ & passiuæ. Vide Decretum per extensum relatum.*

5 *Decretum præditum non obligat Religiosos sub mortali ex probabili opinione.*

6 *Lex pœnalis ex probabili non obligat sub mortali, quamuis contrarium sit probabilius.*

7 *Religiosi licitè sine vllo peccato possunt Monasteria adire, & Moniales alloqui, si id faciant de licentia Episcopi iuxta decretum Vrbani VIII. quod vide per extensum.*

8 *Religiosus afficitur prædicti decreti pœnis etiam ob vnicum accessum; quia Decretum loquitur de accedentibus sine licentia sacra Congregationis, non autem de frequentantibus.*

9 *Eques sancti Ioannis Hierosolymitani est verè Religiosus, & ob id pœnis præditis afficitur.*

10 *Religiosus ex probabili non afficitur dictis pœnis in conscientia ante Iudicis sententiam.*

11 *Religiosus si sit exemptus, qualis hodie est fere omnis, non afficitur pœnis impositis ab Episcopo contra frequentantes Monialium Monasteria sine sua licentia, quamuis hodie ex alio capite supradicto puniri possit ab Episcopo. Vide verba Decreti per extensum.*

RESPONDE

1 RESPONDETVR, quod (licet Llamas *in append.* §. 4. Rodrig. *tom.* 1. *citat. q.* 45. *art.* 4. Homobon. *part.* 2. *caſ.* 5. *verſ.* 4. *ad fin.* & Bonac. *loc. cit. punct.* 3. *n.* 1. affirment ex *cap. Monaſteria, de vita, & honeſt. cleric.* & *ex cap. preiculoſo, de ſtatu Regul. in* 6. quia ibi tam clericis, quàm laicis ſub grauibus pœnis id prohibetur) tamen probabilius negetur, etiã frequentare, ne dũ adire ſine iuſta cauſa, & licentia Superioris Monaſteria eſſe peccatum mortale, ſi abſit ſcandalum, & praua intentio adeuntis; vel frequentantis; & non ſimus in caſu, quod frequentans ab Epiſcopo monitus non deſiſtat. Ratio; quia his circumſtantiis remotis, etiam frequentare non videtur materia grauis; & citata iura dictas graues pœnas non intelligunt ante prædictam monitionem, Nauar. *cap.* 24. *n.* 10. Diana *p.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 48. *in fin.* Suar. *tom.* 4. *de Relig. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 26. & 27. & eiuſdem ſententiæ videtur eſſe Caiet. *ver. Clericorum peccata, verſ. non obſtat,*
2 quatenus ibi ait, nulla clericis iure prohibita obligare eos ex, vi illius prohibitionis, ſeclusis circumſtãtiis extrinſecis, ſub culpa mortali, donec adſit cõtumacia non obediendo monitioni Superioris.

3 Cæterum certum eſt, ob iura dicta, eſſe peccatum veniale ſine iuſta cauſa, & licentia Superioris, non ſolum frequentare, ſed etiam, vel ſemel, Monaſteria adire; quidquid dubitarit Nauar. *loco ſupra cit.*

4 Aduerte tamen, quod contra Religioſos accedentes ad Monaſteria Monialium impoſita ſit pœna priuationis officiorum, vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrenda, ſicuti patet ex decreto S. Congregationis, iuſſu Sixti V. edito 1590. in his verbis: *Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi DD. Card. ſacræ Regularium Congregationis prefecti ad occurrendum ſcandalis quæ contingere poſſunt, aliiſque iuſtis, & rationabilibus cauſis animum ipſorum piè mouentibus, de ſpeciali, & expreſſo mandato S. D. N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eis facto decreuerunt, & mandauerunt nulli poſt hac Religioſo cuiuſcunque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis exiſtat (ſuperiore, cui Monaſterij, ſeu domus cura incumbit, viſitatore, vel viſitatoribus, Confeſſarioque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere abſque licentia expreſſa eiuſdem ſacræ Congregationis accedere ad Monaſteria, ſeu domus quarumcunque Monialium, vel Sororum, ſiue ſui, ſiue alterius cuiuſuis Ordinis, ad colloquendum, ſiue tractandum cum eis. Quod ſi aliquando mandato ſui Superioris aliquos Religioſos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Miſſas in ipſarum Monialium, ſeu Sororum Eccleſiis, ſiue Oratoriis exterioribus, ſiue extra clauſtra exiſtentibus, miſti contigerit, prohibuerunt, ne dicti Religioſi vllo quæſito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam perſonam, intra clauſuram degentes, alloqui poſſint. Confeſſariis autem ſimiliter interdixerunt, ne in ædibus Monaſterij, ſeu domus, vel Monaſterio, ſeu domui Monialium, aut Sororum contiguis pernoctent, aut alios pernoctare faciant, vel alias ſecum retineant, neve extra tempora generalium confeſſionum (quibus ſoli tantum Confeſſario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum ſua habitatio, aut virorum domus, vel Monaſterium, in quo degit, à Monialium, ſeu Sororum Monaſterio, vel domo minimum diſtat, niſi tamen, & eo caſu contrarium ſpecialiter conſtitutum ſit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum ſumant. Quæ omnia, & ſingula ſub pœnis priuationis officiorum, ac vocis actiuæ, & paſſiuæ ipſo facto incurrendis, aliiſque eiuſdem Congregationis arbitrio præceperunt inuiolabiliter obſeruari; injungentes cunctis RR. Patribus Generalibus, Prouincialibus, &c.*

An autem hoc decretum obliget Religioſos ſub mortali?

Reſpondetur ex probabili negatiuè; quia lex 6
pœnalis ex probabili non obligat ſub mortali, 5
ſicuti docet Nauar. *cap.* 23. *num.* 57. *& ſeqq.* & ego dicebam *c.* 14. *dub.* 5. *ſect.* 2. Quamuis contrarium probabilius docent alij, vt ibidem notabam.

Poſſunt tamen Religioſi licitè ſine vllo pec- 7
cato Monaſteria adire, & Moniales alloqui, ſi id faciant de licentia Epiſcopi: ſiquidem ſacra Congregatio Cardinalium 12. Kalendas Decembris 1623. de mandato Vrbani VIII. conceſſit Epiſcopis, vt de hac re Religioſis licentiam poſſent dare; certis regulis, & conditionibus ſeruatis, vti patet ex ipſo dictæ ſactæ Congregationis decreto, ibi; *Vt quatenus ſibi viſum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere poſſint per quatuor vices ad ſummum quolibet anno cuicunque Regulari, vt Moniales ſibi in primo, & ſecundo tantum conſanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui poſſit. Id vero non aliter, quam ſeruata ad vnguẽ forma infra ſcripta. Vt id nullo modo liceat diebus feſtiuis, aut in Aduentu, Quadrageſima, feria ſexta, ſabbato, & vigiliis, prædictaq; licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quẽ ſpectet eam concedere, conſignetur Confeſſario ordinario Monaſterij, qui penes ſe retinere debeat, iſque aſſocietur, & præſens ſit, & Auſcultatrices de more; non autẽ alia aſſiſtant: prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in ſcriptis cõcedatur, & in libris Cancellariæ eiuſdẽ Ordinarij annotetur. Quod ſi prædicti locorũ Ordinarij per plures vices, vel in vlteriori, gradu coniunctis aut aliter, quàm ſeruata forma ſupradicta, licentias conceſſerint, vel permiſerint, ſciant ſe intẽtionis Sanctiſſ. D. N. & ſacræ Congregationis trangreſſores, iudiciũq; reformident; Regulares autem pœnis in ſupradicto decreto contentis, ac ſi nullã licentiã obtinuiſſent, eo ipſo ſe nouerint eſſe addictos, & arbitrio S. Congregationis, ſeuerius puniendos. Romæ* 12. *Kal. Decembr.* 1623.

Aduerte ſecundò, quod Religioſus afficiatur præ- 8
dicti decreti pœnis, etiam ob vnicum acceſſum; quia decretum loquitur de accedentibus ſine licentia S. Congregationis, non autem de frequentantibus; Doctores, quos ſequitur Rodriq. *q.* 45. *art.* 4. & Bonacina *de clauſ. q.* 3. *punct.* 5. *n.* 1.

Aduerte tertiò, quod iiſdem pœnis afficiatur 9
Eques S. Ioan. Hieroſolymitani; quia talis Eques eſt verè Religioſus; ſic declauit S. Cardinalium Congregatio, teſte Campanili *in diuerſ. iuris Canon. rubr.* 12. *c.* 16. *n.* 43. & Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc.* 3. *par. allegat.* 102. *n.* 72.

Aduerte quartò quod ex probabili dictis pœnis 10
in conſcientia non afficiatur Religioſus ante ſententiam Iudicis; qua de re ſatis dixi *dub.* 23.

Aduerte quintò, quod Religioſus (ſi ſit exem- 11
ptus, qualis hodiè eſt ferè omnis) neque afficiatur cenſuris ab Epiſcopo contra Monialium Monaſteria ſine ſua licentia adeuntes impoſitis; quia excommunicatio fertur ſolum in ſubditos; Quaranta *ver. Monaſteria Monialiũ, verſ. dubitari*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 33. *numer.* 23. Rodriq. *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 45. *artic.* 2. & Barboſa *cit.*

cit. allegat. 102. *num.* 70. contra Graffium *part.* 1. *decis. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 68. & alios. Quamuis hodie si loquatur Religiosus cum Moniali (etiam in Monasterio exempto,& Regularibus subiecto) sine licentia Episcopi puniri possit modo, quo dicebam *cap.* 14. *dubit.* 5. *sect.* 1. *ab Episcopo*, ex decreto Gregorij X V. in Bulla de exemptorum priuilegiis, ibi: *Adhuc tam Regulares, quàm seculares huiusmodi nullis priuilegiis, aut exemptionibus tueri se possint; quamuis si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, aut circa bonorum administrationem Monasteriorũ Monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci, similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolica delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant*, Idemque S. Cardinalium Congregatio censuit, & Vrbanus V I II. 1624. approbauit, qua de re vide quæ dicebantur *cit. c.* 14. *dubit.* 5. *sect.* 1.

DVBITATIO LXXII.

An ingredi Monasteria virorum sit prohibitum mulieribus.

SVMMARIVM.

1 *Ingredi Virorum Monasteria est prohibitum mulieribus ex motu Pij V. qui incipit, Regularium Personarum, & ex motu Gregorij XIII. vbi gratia.*

2 *Afferuntur Verba precisa motus Pij V.*

3 *Religiosi graviter peccant, si fœminas in sua Monasteria admittunt; secus tamen est si admittant fœminas licitè ingredientes.*

1 RESPONDETVR affirmatiuè; patet ex Motu Pij V, qui incipit *Regularium personarũ* vbi Pontifex, postquam reuocauit omnes ing ediendi Monial ũ Monasteria facultates, etiam à sede Apostolica mulieribus quãuis Comitissis, Marchionissis, & Ducissis, cõcessas, subdit: 2 *Districtè prohibentes mulieribus predictis facultates, & licentias pretendentibus, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, postquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non possunt, nisi à Romano Pontifice absolui, præterquam in mortis articulo, nè dictas domus, vel Monasteria ingredi audeant*; & statim etiam subdit alias pœnas Religiosis illas admittentibus. Idem patet etiam ex Motu Gregorij XIII. *Vbi gratia*, in quo Pontifex interdicit ingressum, siue fœminarum, siue virorum in Monasteria Monialium, & ingressum fœminarum in Monasteria virorum, de quo Motu in præcedentibus dubitationibus satis iam dictum est

3 Ex his sequitur, Religiosos graviter peccare admittendo fœminas in sua Monasteria; tum quia id ipsis in dictis Motibus specialiter interdicitur sub grauibus pœnis; tum quia cooperantur delicto fœminarum; quamuis secus dicendum sit, si admittant fœminas licitè ingredientes; quia has admittere non prohibentur, nec peccato vlli cooperantur.

DVBITATIO LXXIII.

An sub hac prohibitione comprehendantur puellæ cuiuscumque ætatis, & etiam mente captæ?

SVMMARIVM.

1 *Puellæ, quæ sunt aptæ impudicitiis hoc est maiores decem annis, vel quæ sunt aptæ Matrimonio consummando id est quæ sunt duodecim annorum secundum nonnullos comprehenduntur in dictis prohibitionibus vide dicta dubit.* 30. *&* 31.

2 *Mulierum nomine in pœnalibus comprehenduntur solũ quæ vel impudicitiis, vel matrimonio consummando aptæ sunt; at secus est in dictis prohibitionibus in quibus Pius V. voluit comprehendere quascumque ætates aptas ad rationis vsum, & mente captas puberes, etsi à peccato istæ posteriores possint excussari.*

3 *Legis intelligentia desumenda est ex ratione legis, quæ est anima legis*

4 *Puellæ minores septennio, maiores tamen sexennio secundum aliquos comprehenduntur in dicta prohibitione.*

5 *Mulier ingrediens Religiosorum Monasterium, in quo scit hic, & nunc nullum Religiosum esse, probabilius peccat mortaliter, & contrahit censuras; quia per accidens est in aliquo casu non violari finem legis.*

RESPONDETVR, quod (licet 1 nonnulli, vt Llamas *in Append* §. 13. *ad fin.* putent comprehendi tantum puellas, quæ sunt aptæ impudicitiis, id est, quæ sunt maiores decem annorum; & alij, vt Sorbus *in Compendio priuileg. Mendicant in Annotat. n.* 2. putent, comprehendi tantum puellas quæ sunt aptæ matrimonio consummando, id est, quæ sunt duodecim annorum completorum, nisi malitia suppleat ætatem) tamen probabilius de hac re dicatur id, quod dixit *dubit.* 30. *& 31. de ingressu puerorum, & puellarum in Monasteria Monialium*; quia prorsus vtrobique est eadem ratio. Vide *ibi.*

Obiicies: Pius V. in dicto suo Motu; *Regularium personarum*, loquitur de mulieribus, at nomine 2 mulierum, præsertim in pœnalibus, comprehenduntur solum; quæ impudicitiis, vel matrimonio consummando aptæ sunt, ergo, &c. sic Llamas: & Sorbus in *locis supra cit.*

Respondetur, quod, licet Pius V. in hoc suo Motu vsus sit nomine mulierum, reuera tamen ob rationes in *cit dub.* 30. dictas voluit comprehendere quascunque ætates aptas ad rationis vsum, & mẽte captas puberes, quæ ad carnis peccatum posſũt cõmouere (etsi istæ posteriores mulieres defectu vsus rationis à peccato; & sic à censuris, excusentur) quia legis intelligentia desumenda est ex ratione legis, quæ est anima legis, *l. cũ ratio ff. de bonis dãnat.* mens autẽ legis in casu nostro est, vt occurratur periculo impudicitiæ, ergo, &c. Et hoc quod dixi, adeò verũ est, vt nonnulli putent cõprehendi etiã puellas minores septennio, maiores tamẽ sexẽnio, sic Rodriq. *in Exposit. dicti Motus Pij V. n.* 12. 3

&

& conſentit Sorbus *loco ſupra cit.* Vide etiam Lezanam *tom. 1. cap. 10. num. 10.* & Bonacinam *q. 5. punct. 2.*

5 Cæterum, an mulier ingrediens Religioſorum Monaſterium, in quo ſcit hic, & nunc nullum Religioſum eſſe, ex eo, quod omnes ad proceſſionem vel ad aliud negotium exiuerint, mortaliter peccet, & pœnas ingredientium incurrat.

Reſpondetur, quod (quamuis negandum videatur; quia cum in tali caſu per ipſius ingreſſum nullus Religioſus perturbari poſſit; ceſſat ratio prohibitionis, & ſic ceſſat ipſa prohibitio, *c. cum ceſſante de appellat.*) probabilius affirmetur; quia reuera talis mulier ingrediendo facit contra legem ſub grauibus pœnis id prohibentem; & per accidens eſt in aliquo caſu non violari finem legis, quæ reſpicit id, quod eſt per ſe, non id, quod eſt per accidens, *l. nam ad ea. ff. de reg. iur.*

DVBITATIO LXXIV.

An ſub eadem prohibitione comprehendantur etiam Imperatrices, Reginæ & ipſarum filiæ.

SVMMARIVM.

1 *Imperatrices, Reginæ, & ipſarum filiæ non comprehenduntur ſub eadem prohibitione; quia Pontifex de iis mentionē non facit ſicut opus erat pro reuocatione vt poſtè ſuperioris ordinis.*

2 *Religioſi eas admittentes non contrauenium dicti motus prohibitioni, quamuis illæ nullum impediendi priuilegium habeant.*

3 *Mulieres aliæ hoc eſt ſeniores, & ſelectæ ingredi poſſunt cum Imperatricibus, & Reginis ratione decentiæ.*

1 RESPONDETVR, negatiuè; quia Pontifex in dicto Motu, *Regularium perſonarum*, reuocans facultates mulierum cuiuſcunque conditionis, explicat *etiamſi ſint Comitiſſæ. Marchioniſſæ, vel Duciſſæ*; vbi Imperatricum, Reginarum, filiarum mentionem non facit; cum quidem iſtarum, vtpote in ſuperiori ordine, mentionem facere deberet, ſi eas comprehendere vellet. Quapropter dicendum quod, cum ſummus Pontifex in enumeratione talium perſonarum in dignitate conſtitutarum non progrediatur ad alias in maiori dignitate conſtitutas, nolit ſuam conſtitutionem vlterius ad eas extendere; conſequenter etiam dicendum, quod nec ipſæ ingrediendo Monaſteria Religioſorum, nec Religioſi illas admittendo contraueniant dicti Motus prohibitioni.

2 Et hoc verum eſt; quamuis illæ nullum ingrediendi hæc Monaſteria priuilegium haberent, quia in dicta prohibitione non exprimuntur, & ſic non includuntur, quin potius ex dictis tacitè excluduntur; nec alibi reperitur ius prohibens ſub mortali ingreſſum fœminarum in Monaſteria Religioſorum, vt bene obſeruat Suar. *de cenſ. tom. 5. diſput. 22. ſect. 6. num. 12.* quapropter dicendum, quod prædictæ Reginæ, Imperatrices, ac ipſarum filiæ poſſint in Monaſteria virorum ingredi, etiamſi nullum habeant priuilegium ingrediendi, quia non eſt opus priuilegio, vbi non eſt prohibitio. Vide Suar. *de relig. lib 1. cap. 7. n. 5.* Rodriq. *tom. 1. qq. Regular. queſtion. 48. artic. 1. & in Expoſit. huius Motus proprij Pij V. num. 3.* Lezanam *loco ſupra cit.* & Bonacinam *de clauſ. q. 5. punct. 2. n. 5.*

An autem ſimul cum Imperatricibus, Reginis, &c. aut cum aliis Mulieribus (quibus ingreſſus in Monaſteria virorum eſt conceſſus) ingredi mulieres aliæ poſſint, illas comitari conſuetæ? 3

Reſpondetur, quod (licet nonnulli, vt Rodriq. *in expoſit. dicti Motus Pij V.* & Bonacina *cit. quæſt. 5. punct. 4. num. 3.* ſimpliciter affirment ex eo, quia non videtur Pontifex velle, quod illæ ingrediantur alitèr, ac ipſarum dignitatem decet; & fauet cap. licet, de priuileg. in 6. vbi priuilegium alicui ad ſacra tempore interdicti audienda conceſſum extenditur etiam ad perſonas eum comitari conſuetas) tamen probabilius ſit, dicere ingredi poſſe cum eis mulieres tantum paucas, ſeniores, & probatæ vitæ licet à pluribus illæ comitari conſueuerint; argum. Motus Gregorij XIII. qui incipit: *Dubius, quæ emergunt*; vbi Pontifex ſtatuit, quod Prælati in caſu neceſſitatis Monaſteria Monialium ingreſſuri, ingrediantur comitati tantum à viris paucis ſenioribus, & religioſis (id eſt probatæ vitæ) licet à pluribus comitari ſoliti fuerint; & ratio eſt; quia cum in caſu noſtro prohibitio ſit ratione decentiæ Monaſteriorum, ea maximè in caſu noſtro attendi debet: præſertim cum ſit valde indecens, quod omnes puellæ dictas mulieres comitari conſuetæ Monaſterium ingrediantur; atque hinc patet ad fundamenta contraria.

DVBITATIO LXXV.

An ſub eadem prohibitione comprehendantur etiam mulieres Monaſteriorum virorum fundatrices.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres Monaſteriorum Virorum fundatrices non comprehenduntur in dicta prohibitione, vbi vide quomodo Gregorius XIII. derogauerit Regulæ fratrum Minimorum, & quid nam indulſerit circa fundatrices.*

2 *Indultum Minimorum competit habentibus ſimilem Regulam.*

3 *Superior non præſumitur velle ſtatutis Inferiorum derogare, niſi id exprimat.*

RESPONDETVR, quod (cum Gregorius XIII. conſultus, an hic Motus Pij V. *Regularium perſonarum*, deroget Regulæ Fratrum Minimorum concedenti, quod mulieres ſtirpis Regiæ & quæcunque talis Ordinis fundatrices poſſint decenter comitatæ eorū Monaſteria ingredi, reſponderit, reſte Rodrig. *tom. 1. qq Regul. q. 48. art. 2.* Sorbo *ver. Ingreſſus Monaſt. Monial. in fine*, & Bonacina *de clauſ. quæſtion. 5. punct. 2. numer. 3.* non derogare prædictæ Fratrum Minimorum Regulæ quo ad Reginas, quarum nomine ex dictis præcedenti dubit. comprehenduntur etiam filiæ, & quoad fundatrices dumtaxat, conſequens 1

est, quod in quacunque alia Religione, vbi similis fuerit regula, vt permittantur ingredi fundatrices) possint etiam fundatrices ingredi; quia Gregorius XIII. non indulgendo, sed declarando dixit, non derogari per dictum Motum Pij V. 2 prædictæ Fratrum Minimorum Regulæ: quapropter, cum sit eadem ratio de quacunque alia Religione habente similem Regulam, idem quoque de quacunque alia Religione dicendum erit 3 (præsertim, quia Superior non præsumitur velle statutis inferiorum derogare, nisi id exprimat) etsi non idem dicendum sit de aliis Religionibus in quibus non est similis Regula. Vide Rodriq. *loc.cit.& in expos. dicti Motus Pij V. num.* 3. Bonacinam *vbi supra* & Lezanam *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 10.

DVBITATIO LXXVI.

An sub eadem prohibitione comprehendantur etiam mulieres, quæ nullius facultatis prætextu ingrediuntur? Vbi etiam de Religiosis mulieres sic ingredientes admittentibus?

SVMMARIVM.

1 *Mulieres, quæ nullius facultatis prætextu ingrediuntur, & Religiosi Mulieres sic ingredientes admittentes ex non omnino improbabili sententia non comprehenduntur in dicta prohibitione.*

2 *Certum non est dicere talem Mulierum in Monasterium Virorum ingressum, & admissionem esse sub peccato mortali, & excommunicationis censura prohibitum.*

3 *Lex pœnalis non debet extendi à casu expresso ad alium non expressum præsertim diuersum.*

4 *Declaratio Pij V. quod comprehendat mulieres dicitur non constare authenticè, & sacra Pœnitentiaria sequitur opinionem oppositam satis probabilem, & forsan probabiliorem, non tamen certam.*

5 *Lex nulla generalis in communi iure Pontificio, nec in aliis Pontificum decretis inuenitur, quæ prohibeat ingressum Mulierum in Virorum Monasteria sub mortali, neque ex natura rei in hoc actu per se est intrinseca malitia.*

6 *Statuta peculiaria ipsarum Religionum plerumque iubent, vt ad interiores Domus, intra Monastery claustra Mulieres non admittantur; quamuis non semper obligent sub mortali.*

7 *Mulieres licet non sub priuilegij prætextu; sed ex conscientia erronea ingredientes peccant, non tamen contrahunt censuras.*

8 *Conscientia intrinseca potest operanti imponere peccatum, cum illa sit regula actionum ipsius operantis; non tamen potest imponere censuram.*

9 *Censura vt locum habeat debet habere suum Auctorem, quod non contingit in habente conscientiam erroneam.*

10 *Mulieres ingredientes Virorum Monasteria dato quod contrahant excommunicationem, à quo nam ea lata sit.*

11 *Mulieres ingredientes excusantur ab incurrenda censura motus Pij V. si bona fide seu ex ignorantia culpabiliter crassa, & supina, quin & forsan etiam affectata ingrediantur.*

RESPONDETVR, ex non omnino 1
improbabili sententia quorundam, negatiuè; ita vt saltem non sit dicendum, esse certum, talem mulierum in Monasteria virorum ingressum, & admissionem esse sub peccato mortali & excommunicationis censura prohibitam. Ratio quia (licet allegari soleat ad hoc probandum Motus dictus Pij V. qui incipit: *Regularium personarum*, & Motus Gregorij XIII. qui incipit, *ubi gratia*) est tamen aliquo modo probabile, non fuisse ibi mentem horum Pontificum (vti sentiunt Rodriq. *tom.* 1. *qq. Regul. q.* 48. *art.* 2. Suar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 22. *sect.* 6. *n.* 11. & *tom.* 4. *de relig. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 8. Philiarch. *tom.* 1. *p.* 1. *lib.* 3. *c.* 30.) nouo iure condito ingressum Mulierum in Monasteria virorum prohibere, sed solùm paci, & quieti Religiosorum prospicere, ad quorum monasteria tam Moniales, quàm laicę mulieres (vt Comitissę, Marchionissæ, Ducissæ, &c.) prætextu priuilegiorum ipsis concessorum, contra Instituta eorundem Religiosorum, & interdum non sine molestia ipsorum ingredi præsumebant: quarum mulierum priuilegijs sublatis Pius V. & postea Gregorius XIII. in dictis suis Motibus sub excommunicationis censura sedi Apostolicæ reseruata prohibuerunt, ne tales mulieres prætextu talium priuilegiorum Monasteria virorum ingredi auderent; Gregorius verò XIII. qui dictum Pij V. Motum etiam ad Monasteria Monialium extendit, eandem excommunicationis censuram statuit in vtriusque sexus Regulares, si quemquam prætextu talium facultatum, seu priuilegiorum in Monasteria, domus, vel loca sua ingredi faciant, vel permittant, vbi tamen expresse nulla fit mentio sexus fœminini; quasi vero etiam viri Religiosi excommunicationem contrahant, si quamcunque mulierem in loca Religiosa ingredi permittant; siquidem in pœnalibus nomine masculino probabiliter nõ cõprehenditur fœmininum vt docent nõnulli quos citat, & sequitur Decius *regul. fœmina num.* 110. *ff. de regulis iuris*, & Rodriq. *tom.* 1. *qq Regul. q.* 47. *art.* 3. & nos notabamus *supra dubit.* 64 præsertim quando ratio disparitatis aliqua assignari potest, sicuti fortasse potest in casu nostro; quia scilicet semper grauius prohibitus fuit ingressus virorum in Monasteria Monialium, quam ingressus mulierum in Monasteria virorum, ex Tridentino Concilio *sess.* 25. *c.* 5. *de Regularibus.*

Et dato, in dicto Motu (quod probabilius videtur, sicuti probabam *cit. dubit.* 64) comprehendatur masculino illo *quemcumque*, etiam sexus fœmininus, ob rationes ibi dictas, tamen Pontifex ibi non excommunicat simpliciter admittentes in Monasteria quemcunque, aut quancunque, sed prætextu alicuius facultatis ipsi concessæ; lex 3
autem pœnalis, qualis est hæc, non debet extendi à casu expresso ad alium non expressum, præsertim diuersum, sicuti ex communi docet Caiet. *ver. Excommunicatio, in princip.* Nauar. *capit.* 27. *numer.* 51. & Rodriq. *quæstion.* 47. *art.* 1. & *quæst.* 48. *artic.* 2. & nos dicebamus *supra cap.* 16. *dubit.* 24. *sect.* 3.

Neque

4 Neque obstat, quod Nauar. *in Comment. 4. de Regular. numer. 62.* Filliuc. *tract. 15. cap. 5. quæstion. 7. num. 118.* Confectius *in priuileg. Ordin. Mendicant. fol. mihi 147.* Villagut *tract. de vsuris quæst. 35. num. vlt.* Bonac. *de claus. quæst. 5. punct. 3. num. 1.* Quaranta *ver. Monasteria*, & Lezana *tom. 1. cap. 10. num. 9.* testentur, Pium V. declarasse, quod dictus Motus suus habeat etiam locum, si mulieres non sub priuilegij prætextu ingredi præsumant; sicque in S. Pœnitentiaria ex mente Gregorij XIII. obseruari solitum esse.

Respondetur enim cum Rodriq. *loco supra cit.* de ista declaratione Pij V. & de ista mente Gregorij XIII. non constare authenticè; & S. Pœnitentiariam sequi opinionem oppositam satis probabilem, & forsan probabiliorem, non tamen certam, ita vt reddat alteram omninò im-
5 probabilem. Quapropter Suar. rectè *loc. cit. sect. 6.* ait, nec in communi iure Pontificio, nec in aliis Pontificum decretis inueniri generalem legem prohibentem ingressum mulierum in Monasteria virorum sub mortali, neque etiam ex natura rei, aut ex ipsa professione esse in hoc actu per se, & intrinsecam malitiam; & ideo non esse hoc peccatum mortale, si excludantur circumstantiæ praui finis, scandali, violentiæ, vel iniuriæ Monasterio illatæ.

6 Consulantur tamen peculiaria statuta ipsarum Religionum, quæ plerumque iubent, vt ad interiores domus, seu habitationes intra Monasterij, vel Collegij claustra mulieres non admittantur; quamuis & hæc eadem ipsarum Religionum statuta non semper obligent sub mortali; indecens tamen semper sit, quod mulieres, etiam sic ingrediêntes, admittantur, sicuti *dubit. sequenti* dicetur.

7 Obiicies; Mulieres, etiam si non sub priuilegij prætextu ingrediantur, ex conscientia saltem erronea peccant; ergo ex conscientia saltem erronea incurrunt censuras.

8 Respondetur, transeat antecedens; at nego consequentiam; & disparitas est; quia conscientia intrinseca potest operanti imponere peccatum, cum illa sit regula actionum ipsius operantis, non tamen potest imponere censuram, cum hæc nascatur tantum à legislatore extrinseco, & iuris positiui, non ab intrinseco.

Instabis; si operans ex conscientia erronea putet non adesse censuram, quamuis adsit, non contrahit censuram, ergo, è contra si ex conscientia erronea putet adesse censuram, quamuis non adsit (vt in casu nostro) contrahet censuram.

Respondetur: concedo antecedens; at nego consequentiam; & disparitas est; quia fauores
9 ampliantur, odia verò restringuntur. Vt omittam, quod in priori casu censura locum non habet; quia non adest contumacia vlla operantis; in posteriori autem nec locum habet, quia non adest auctor vllus censuræ.

10 Cæterum, esto Mulieres ingredientes Monasteria virorum sine prætextu facultatum, contrahant excommunicationem (quæ est communis, & multo probabilior opinio) contrahunt tamen excommunicationem Pij V. non item Gregorij XIII. quia Pius V. solum, non item Gregorius XIII. declarauit mentem suam esse, suum Motum loquentem de ingredientibus cū prætextu extēdere etiā ad ingredientes sine prætextu: cuius Pontifi-
cis Motus (sicut & Motus Gregorij XIII) cum loquatur de ingredi præsumētibus cum prætextu & sit solum per declarationem eiusdem Pij V. extensus etiam ad ingredi præsumentes sine prætextu; consequens est, quod etiam, si mulieres ingredientes sine prætextu contrahant excommunicationem; ex vi talis declarationis Pij V. excusentur tamen ab illa contrahenda, non solum, si ingrediantur bona fide, sed etiam si ingrediantur culpabiliter cum ignorantia crassa, & supina, quin & forsan etiam affectata; quia ad istam excommunicationem contrahendam, ex dictis Motibus requiritur præsumptio, & audacia, & sic scientia legis, atque adeo saltem virtualis contemptus legis. Vide Bonacinam *loco cit. punct. 3. num. 1*

DVBITATIO LXXVII.

An, & quid veniat nomine virorum Monasterij, in quo fœminarum ingressus, & admissio prohibetur?

SVMMARIVM.

1 *Nomine virorum Monasterij in quod fœminarum ingressus, & admissio prohibetur probabilius veniunt solum quæ sunt intra Monasterij ambitum, seu sepia, quæ vna clausura clauduntur; ita vt pro eodem sumantur Domus, & Monasteria.*

2 *Domus, Horti, & Prædia separata, seu seiuncta, quæ intra clausuram Monasterij non sunt, non veniunt nomine Monasterij.*

3 *Particula (&) quæ de sui natura ponitur inter diuersas res significatas, sumitur pro (seu) quæ sumitur dispositiuè, & est inter nomina diuersa idem significantia.*

4 *Nomine Virorum Monasterij licet non veniant Religiosorum Prædia, Domus rusticæ, & Horti à Monasterio separati, non decet tamen Mulieres nec ad hæc loca ingredi, vel admitti, licet cesset prohibitio.*

5 *Nomine Monasterij non venit Chorus Ecclesiæ Religiosorum.*

6 *Chorus est pars Ecclesiæ, nec intra Monasterij sepia continetur.*

7 *Nomine Monasterij veniunt Horti contigui, Nemora & alia loca, ei annexa, quæ Monasterij muris, seu septis cinguntur, maxime si per claustra Monasterij sit ad ipsa ingrediendum. prædicta tamen intellige præcisa consuetudine in contrarium, si alicubi sit.*

8 *Officinæ interiores dicuntur omnia loca intra Monasterij ianuam, & clausura ambitum existentia.*

9 *Nomine Monasterij venit etiam Sacristia Ecclesiæ contigua solo pariete intermedio eam ab Ecclesia diuidente præcisa tamen consuetudine in contrarium, si alicubi ea sit.*

10 *Nomine Monasterij veniunt etiam Prioratus, quos habent Monachi sancti Benedicti, vel sancti Bernardi, & similes.*

11 *Nomine Monasterij non veniunt Religiosorum Domus nondum completa fabricatæ; sed fabricari incepta.*

12 *Idem dicas de Domibus, Hospitiis, vel infirmariis in ciuitate constitutis, ad Religiosos tanquam hospites ibi excipiendos, vel vt in iis ad valetudinem pristinam recuperandam incumbant.*

13 *Idem dicas de domibus, vbi in forma Conuentus adhuc non viuitur, nec Ecclesia cum Eucharistia est.*

14 *Limita nisi praedicta domus aliàs clausura subiecta fuerint, quia quod ea non vigeat est Regularium incuria.*

15 *Nomine Monasterij veniunt Religiosorum domus quæ vulgo residentia vocantur si ea perpetua sint habentes Ecclesiam cum Eucharistia; secus contra.*

16 *Nomine Monasterij non venit Atrium scholarum & si ha contigua sint Collegio Societatis Iesu.*

17 *Prælati Religionum possunt designare clausuræ terminos, extra quos Religiosi non possint sine licentia exire.*

18 *Egressus nocturnus, & furtiuus è Monasterio intelligitur coniunctiuè; ita vt non sufficiat illum esse solum nocturnum, vel solum furtiuum; sed requiritur vterque simul.*

19 *Egressus non sufficit quod sit in crepusculis stante expressione (nocturnum.)*

20 *De noctis essentia videtur esse omnimodus recessus lucis.*

21 *Per verbum (furtiuum) requiritur quod sit sine licentia superioris, itavt in tali casu, quamuis exeat quis videntibus, expectantibus, vel custodiam facientibus aliquibus de Monasterio, adhuc tamen incidat in casum reseruabilem; secus si superior daret licentiam, quamuis illegitimè.*

21 *Licentia illegitimè data pro nulla habetur.*

22 *Prælatus etiamsi illegitimè exiret, incideret in casum, si alias esset reseruatus à suo superiore.*

1 RESPONDETVR, quod (licet venire videantur quæcunque Religiosorum propriæ domus, etiamsi à Monasterio separatæ, seu seiunctæ sint, vt sunt prædia, domus rusticæ, ac horti ipsorum, quo recreationis causa solent aliquando se illi conferre, ex eo quod Motus Pij V. prohibet, *ne dictas domus, & Monasteria ingredi*, &c. Et dictio copulatiua inter diuersa ponitur) tamen probabilius dicatur, nomine virorum monasterij venire solum, quæ sunt intra Monasterij ambitum, seu septa, quæ vna clausura clauduntur, ita vt pro eodem prorsus sumantur in casu nostro domus, & Monasteria; & sic non veniant in casu nostro domus, horti, & prædia separata, seu seiuncta, quæ intra clausuram Monasterij non sunt, Nauar. *comment.* 4. *num.* 62. *notab.* 1. *de Regular. & lib.* 1. *consil.* 66. *de Regular. libr.* 3. *& seqq. edit.* 1. Rodriq. *in exposit. huius Motus num.* 1. Llamas *in Append.* §. 12. Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *cap.* 13. *in fin.* Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. & Paz *in practica tit.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *num.* 32.

2

3 Obiicies; Pontifex in hoc suo Motu non vtitur particula *seu*, quæ sumitur expositiuè, & est inter nomina diuersa idem significantia, sed vtitur particula, *Et*, quæ ponitur inter diuersas res significatas, ergo non stant hic pro eodem domus, & Monasteria.

Respondetur, quod, licet ly *Et*, ex se sit talis naturæ, vt dicitur in argumento, tamen aliquando, vt est in casu nostro, sumitur pro *seu*, vel, *siue*, vt cum dicitur: Accidens adest, & abest præter subiecti corruptionem: & natura est principium motus, & quietis (qua de re Cenedus, Gonzalez, & alij, quos citat, & sequitur Bonacina *de claus. quæst.* 5. *punct.* 1. *num.* 2. Comitolus *in Respons. Moral. lib.* 7. *quæst.* 9. *num.* 2. & Diana *part.* 2. *Miscell.* 3.) Quapropter nego consequentiam.

Cæterum, licet nomine virorum Monasterij non veniant Religiosorum prædia, domus rusticæ, & horti à Monasterio separati; ita vt in dicto Motu Pij V. prohibeatur etiam in hæc loca ingressus, & admissio fœminarum, tamen non decet, illas nec ad hæc loca ingredi, vel admitti, addunt aliqui, etiam ad audiendum sacrum die festo, & die festo, quando alibi non est sacrum. Quod mihi, si peculiaris aliqua circumstantia non obstet, non probatur; quia cum fœminæ possint intra Monasterij claustra, causa diuinorum, ingredi, sicuti dicam *dubit.* 78. multo magis poterunt, vrgente præcepto de Missa audienda, ingredi in loca clausuræ non subiecta, si peculiaris aliqua circumstantia non obstet, vti dicebam. 4

Petes primò; An nomine Monasterij veniat chorus Ecclesiæ Religiosorum. 5

Respondetur negatiuè; quia chorus est pars Ecclesiæ, nec intra Monasterij septa continetur. Idque, propter dictam rationem, verum est, etiamsi Religiosi soleant ibi se induere, & præparare ad celebrandum. 6

Petes secundò; An nomine Monasterij veniant saltem horti contigui, nemora, & alia loca ei annexa, quæ Monasterij muris, seu sepris cinguntur. 7

Respondetur affirmatiuè; & quidem, si per claustra Monasterij sit ad ipsa ingrediendum, venire conueniunt Doctores. Veniunt etiam (quamuis nonnulli dubitent, vt Rodriq. *in exposit. dicti Motus Pij V. num.* 2. & Sorbus *in compend. priuileg. Mendicant. ver. ingressus Monaster. Monial. in suis Annotat. num.* 1.) si ad ipsa per aliam ianuam, sine claustrorum ingressu, pateat accessus; quia sunt pars Monasterij, & sic censentur esse intra clausuram Monasterij: quod inde confirmatur; quia nomine septorum comprehendit ea Clemens VIII. in decretis super cas. referu. dum inter tales casus refert Religiosorum egressum extra septa Monasterij; tum quia Moniales, quæ clausuræ rigorosæ obstrictæ sunt, possunt liberè ad illos se conferre, sicuti praxis ostendit; ergò, &c. Peirinus *tom.* 2. *de Prælato quæst.* 3. *cap.* 2. §. 1. *num.* 39. Io. Nouarius *in lucerna Regular. ver. clausura num.* 2. Coriolan. *de casib. referu. quæst.* 2. *num.* 30. Bonac. *num.* 5. & Lezana *eod. ver. num.* 3. *& tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Excipe, nisi alicubi sit consuetudo in contrarium, ad opus rusticum aliquod necessarium ibi peragendum, vt mox infra quid simile de sacristia dicetur.

Obiicies Innocentius IV. & Nicolaus III. declararunt, nomine Monialium S. Claræ Monasterij (in quod Fratribus Minoribus sua Regula ingressum prohibet) comprehendi solum dormitoria, claustra, & officinas interiores, ergo.

Respondetur, Pontifices illos per officinas interiores intellexisse omnia loca intra Monasterij 8

ianuam

ianuam, & clauſuræ ambitum exiſtentia, & ſic etiam hortos, vt pote qui recreationi Monialium, & Religioſorum manentium intra clauſuram deſeruiunt; quod inde patet; quia Gregorius XIII. in ſuo Motu proprio, *Vbi gratia* (in quo ingreſſum etiam fœminarum prætextu priuilegij in Monaſteria virorum prohibet) ait, ne in Monaſteria, domus, & loca ſua (puta contigua, non item à Monaſterio ſeiuncto, ſicuti dicebam) ingrediantur.

9 Petes tertiò, An veniat etiam ſacriſtia Eccleſiæ contigua, ſolo pariete intermedio ſeiam ab Eccleſia diuidente?

Reſpondetur ſimiliter affirmatiuè; & quidem, ſi per clauſtra Monaſterij tantum ſit ad ipſam ingrediendum, venire non eſt difficultas apud Doctores. Venit etiam (quamuis nonnulli dubitent, vt Sorbus *loco ſuprà cit. num.* 14.) ſi ad ipſam etiam per aliam portam ſine clauſtrorum ingreſſu pateat acceſſus; quia ſacriſtia illo medio pariete diſiuncta ab Eccleſia, non eſt pars Eccleſiæ, ſicuti ſunt ſacella Eccleſiæ; Doctores, quos citat, & ſequitur Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 15. *num.* 31. & 34. conſequenter eſt pars Monaſterij; quapropter etiam in tali caſu ſub clauſura comprehendi ſacriſtiam, declarauit S. Congregatio Cardinalium, teſte Coriolano *de caſib. reſer. part.* 2. *quæſt.* 4. *n.* 31. Quamuis ſi conſuetudo ſit, vt fœminæ ſacriſtiam talem ingrediantur, v.g. ad Confeſſiones ibi faciendas, non ſit conſuetudo talis damnanda, cum res hæc (vtrum ſcilicet ſacriſtia in tali caſu ſit pars Monaſterij, & ſic comprehendatur ſub clauſura) non ſit certa, ſed ſub vario iudicio Doctorum, vti notant Rodriq. Lezana, & Layman in locis ſuprà cit. Videri etiam poterit Bonacina *quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 4. qui recte ſubdit, quod ſacriſtia, ad quam non eſt aditus per Monaſterij clauſtra, ſed ſolum per Eccleſiam, non ſit ſubiecta clauſuræ; quia in tali caſu ſacriſtia, ſi non eſt pars Eccleſiæ, neque eſt pars Monaſterij, cum intra Monaſterij ambitum non contineatur.

10 Petes quartò, An veniant Prioratus, quos habent Monachi S. Benedicti, vel S. Bernardi, & ſimiles?

Reſpondetur affirmatiuè; quia tales Prioratus ſunt verè Monaſteria, & clauſuram habent. Llamas *in Append.* §. 12. *verſ. circa quam primò aduertimus*, & Lezana *tom.* 1. *capit.* 10. *num.* 11.

11 Petes quintò, An veniant Religioſorum domus, nondum completè fabricatæ, ſed fabricari incœptæ?

Reſpondetur negatiuè; quia cum nondum conuentus ad ibi degendum fuerit introductus, ſed ſolum aliqui Religioſi ibi inhabitent pro fabricæ totius ſeruitio, non cenſentur tales Religioſorum domus eſſe Monaſteria, ſeu Conuentus; Sorbus *loc. cit. num.* 11. & Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Idem dicas de domibus, hoſpitiis, vel
12 infirmariis in ciuitate conſtitutis, ad Religioſos, tanquam hoſpites, ibi excipiendos, vel vt in iis ad valetudinem priſtinam recuperandam attendere poſſint; quia nec Conuentum, nec Eccle-
13 ſiam habent. Idemque dicas de domibus, vbi in forma Conuentus, ſeu Collegij adhuc non viuitur, nec Eccleſia cum Euchariſtia inſtar aliarum domuum, ſeu Conuentuum eſt; quia tales domus potius videntur habere rationem hoſpitij, quàm Conuentus. Quod tamen limitarem, niſi 14
huiuſmodi domus aliàs clauſuræ ſubiectæ fuerint; quia tunc clauſuræ eas ſubiectas eſſe arbitror, quamuis de præſenti, incuria Religioſorum ibi inhabitantium, in forma Conuentus in illis non viuatur. Naldus *in ſum. ver. clauſura, numer.* 1. & Lezana *eod. ver. num.* 3. *& cit. cap.* 10. *num.* 11. Videri etiam poterit Quaranta *ver. Monaſterium*, Coriolanus *de caſibus reſerv. part.* 2. *caſ.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 29. & Bonac. *loc. cit. num.* 5. qui referunt, ſic declaraſſe in dictis caſibus S. Congregationem Cardinalium.

Petes ſextò; An veniant Religioſorum domus, 15
quæ vulgo Reſidentiæ vocantur?

Reſpondetur, ſi Religioſi in Reſidentia iſta tanquam in priuata domo, ad tempus ſint, non cenſetur ea habere clauſtrum, ſeu clauſuram: ſecus, ſi ſit reſidentia perpetua habens Eccleſiam cum Euchariſtia; quia in priori caſu reputatur tanquam priuata hoſpitij domus, in poſteriori autem eſt omnino inſtar domorum aliarum Religionis; Doctores *ſuprà cit.*

Petes ſeptimò; An veniat atrium ſchola- 16
rum, etſi hæ contiguæ ſint Collegio Societatis IESV?

Reſpondetur negatiuè; quia cum dictum atrium ita pateat ſecularibus, vt ingreſſus illuc nemini prohibeatur, ſedes ianitoris ibi non ſit, ad clauſuram ſeruandam, cenſetur eſſe extra clauſtrum ſeu clauſuram Monaſterij; ita vt clauſura cenſeatur incipere ab ea porta, in qua Ianitor ſedet ad dictam clauſuram ſeruandam; dedecet tamen adhuc, intra dictum atrium fœminas ingredi & admitti; & ſic praxis locum habet.

Cæterum, deſignare clauſuræ terminos, extra 17
quos Religioſi non poſſint ſine licentia exire, ſpectat ad Prælatos ipſorum; quia hi ſunt ordinarij iudices, & Paſtores ipſorum.

Quomodo autem intelligendus ſit nocturnus, 18
& furtiuus è Monaſterio egreſſus, qui eſt caſus reſeruabilis in Religionibus, ex dictis decretis Clementis V. ſuper caſus reſeruatos?

Reſpondetur, intelligendum eſſe coniunctiuè, ita vt non ſufficiat, illum eſſe ſolum nocturnum vel ſolum furtiuum, ſed requiri eſſe nocturnum, & furtiuum ſimul, Suar. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 5. Naldus *ver. clauſura*, §. *dummodo tamen*; & patet; quia Pontifex ibi vtitur particula *Et*.

Cum autem Pontifex ibidem dicat *nocturnum*, 19
& ſimus in odioſis, non ſufficit, quod egreſſus ſit in crepuſculis; quia in illis non eſt nox, de
cuius eſſentia videtur eſſe omnimodus receſſus 20
lucis ſolis; Peirinus *tom.* 2. *de Prælato quæſt.* 3. *cap.* 2. §. 1. *num.* 40.

Et cum dicat *furtiuum*, requiritur, quod ſit 21
ſine licentia ſuperioris, ita vt in tali caſu, quamuis exeat quis videntibus, expectantibus vel cuſtodiam facientibus aliquibus ſociis de Monaſterio adhuc tamen incidat in caſum reſeruabilem, Peirinus *loco ſuprà cit.* Secus ſi ſuperior daret licentiam, quamuis illegitimè; quia tunc, licet egreſſus eſſet illegitimus, & ſic illicitus, non tamen eſſet furtiuus; Peirinus *ibid.* Et ſi oppoſitum non improbabiliter ſentiat Suarez *loco ſuprà cit. numer.* 5. ex eo, quia cum licentia illegitimè 22
data pro nulla habeatur, idem eſſet, ac ſi quis exiret ſine licentia, atque adeo furtiuè; quapro-

pter etiamsi ipse Prælatus exiret illegitimè, incideret in casum, si aliàs esset reseruatus à suo superiore; quia & talis egressus, vt pote contra voluntatem Religionis, Regulæ, & Superiorum, censeretur etiam esse sine licentia, atque adeo & furtiuus; Suarez *ibid.* & videri poterit Molfesius *in summ. tom. 1. tractat. 7. cap. 25. numer. 16. & sequentib.* & Longus *de casib. reseru. part. 2. cas. 3.*

DVBITATIO LXXVIII.

An in quibusdam casibus licitus sit ingressus, & admissio fœminarum in Monasteria virorum?

SVMMARIVM.

1 *Ingressus mulierum in Monasteria virorum licitus est si adsit priuilegium post motum Pij V. & Gregorij XIII. obtentum.*
2 *Inferior summo Pontifice, non potest hoc priuilegium concedere.*
3 *Priuilegia obtenta prius reuocantur motibus Pij V. & Gregorij XIII.*
4 *Fœmina minores septennio.*
5 *Imperatrices, Reginæ, vel ipsarum filiæ.*
6 *Fœmina fundatrices, si in aliquibus ordinibus sit consuetudo eas admittendi.*
7 *Fœmina valde illustres si in aliquibus locis sit consuetudo, quod admittantur.*
8 *Fœmina si consuetudo sit, quod sacristiam Ecclesiæ contiguam intra parietem claustri ingrediantur.*
9 *Residentia Religiosorum tanquam priuata eorum domus.*
10 *Consuetudo, quod Monasteria habeant mulieres coquas honestas, & nullo modo suspectas præciso populi scandalo.*
11 *Si mulier ingrediatur causa medendi Religioso infirmo.*
12 *Item si præter fœminam non sit in oppido, qui certo morbi generi mederi nouerit, v.g. qui ossa accommodare sciat.*
13 *Item si iudicio medicorum infirmus indigeat lactari à fœmina; & hic in dictis casibus non possit a claustro tutò ameueri.*
14 *Præceptum de clausura seruanda, vt pote positiuum non obligat cum tanto incommodo, & cum tanta necessitate.*
15 *Mulieres cum reliquo populo admitti possunt intra Monastery sepra ad diuina officia; secus si Religiosi soli priuatim in claustro id efficiant, & quæ diuina officia sint vide diffusius.*
16 *Fœmina licitè ingredi potest etiam si nouerit à Prælato institui processionem, ad hoc vt ipsa, & alia ingredi queant, quamuis fieri possit vt pecces ratione finis praui.*
17 *Prælati Religionum non possunt ad libitum processionem extraordinariam intra claustra instituere, adfinem vt mulieres illuc licite ingrediantur.*
18 *Mulieribus ingredi claustra, & illuc admitti vesperi non licet nec quando processio est iam celebrata præcisa modica mora.*
19 *Prælati Religionum processionem eo fine instituentes ad libitum, vt ea occasione mulieres licitè possint Monasterium ingredi, peccant tantum abusu potestatis.*
20 *Nomine alterius officij intelliguntur alia officia pia, vt habitus susceptio, vel professionis emissio, Prædicatio in claustro, solemnis benedictio candelarum, olinarum, & his similia.*
21 *Conclusiones Theologiæ, vel aliqua representatio non veniunt nomine alterius officij.*
22 *Mulieres in Monasterij claustra ingredientes possunt etiam in locum, quem De profundis appellant ingredi, quando talis locus est coniunctus claustro.*
23 *Fœmina quæ non tantum ratione processionis ingrediuntur, sed ex peruerso fine, non incurrunt pœnas latas à Pontifice contra Bonacinam, etiam si ibi exterius aliquod peccatum committant.*
24 *Ingrediens Monialium Monasterium in casu vrgenti ex legitima causa non incurrit pœnas etiam si ad fornicandum ingrediatur, quin & de facto ibi fornicetur.*
25 *Mulieres ex predictis causis ingredientes tenentur his officiis completis statim egredi, non quidem statim physicè, sed moraliter.*
26 *Religiosus incurrit pœnas, si finitis dictis officiis causa est, vt ibi fœmina ingressæ diu commorentur; secus tamen dic de fœminis diu ibi dicta occasione commorantibus.*
27 *Mulieres si officinas Monasterij interiores ingrediantur incurrunt pœnas, quia priuilegium ingrediendi est limitate concessum; contrarium autem non est improbabile.*
28 *Mulieres nullius facultatis, aut priuilegij prætextu ingredientes, & Religiosi mulieres has admittentes an peccent mortaliter, & pœnas ac censuras incurrant, dictum est dubit. 76.*
29 *Priuilegium Pontificis fœminis ad ingrediendum Monasteria virorum concessum non suffragatur quando Monasteria suis statutis ingressum prohibent, & dictum Priuilegium non haberet clausulas derogatorias.*
30 *Mulieres virtute cuiuscumque priuilegij Pontificij iustum est non admittere, si illud de prohibitione Regulæ mentionem non faciat, & talis prohibitio sit sub Regula.*
31 *Mulieres virtute talis priuilegij ingredientes, & Religiosi ipsas admittentes contrahunt censuras, nisi ignorantia excusentur.*

RESPONDETVR affirmatiuè; primò, si adsit summi Pontificis priuilegium post Motum Pij V. & Gregorij XIII. obtentum; quia cum ingressus fœminarum in Monasteria virorum iure Pontificio sit interdictus, consequens est, quod priuilegio summi Pontificis, præcisis circunstantiis, extrinsecis, fiat licitus, quandoquidem eius est legem relaxare, cuius est condere. 1

Dixi, *priuilegio summi Pontificis*; quia inferior summo Pontifice (cum non possit inferior Superioris legem relaxare) non potest hoc priuilegium concedere. 2

Dixi

3 Dixi *poſt Motum Pij V. Gregorij XIII. obtentum*; quia priuilegia prius obtenta reuocantur prædictis Motibus.

4 Secundò, ſi fœminæ propter minorem ætatem, ſeptennij circiter, vſum rationis non habeant; cum harum ingreſſus, & admiſſio nullibi prohibeatur, ſicuti dicebam *dubit.* 72.

5 Tertiò, ſi ſint imperatrices, Reginæ, vel ipſarum filiæ; cum & harum ingreſſus, & admiſſio nullibi etiam prohibeatur, ſicuti dicebam *dubit.* 73.

6 Quartò, ſi in aliquibus Ordinibus ſit conſuetudo, quod admittantur fœminæ fundatrices, ſicuti dicebam *dubit.* 74.

7 Quintò, ſi in aliquibus locis ſit priuilegium, quod admittantur fœminæ valde illuſtres quibus caſibus neceſſarius, & decens eis mulierum comitatus etiam permittitur, iuxta ea, quæ dicebam *cit. dubit.* 73. *in fine.*

8 Sextò, ſi conſuetudo ſit, quod fœminæ ſacriſtiam Eccleſiæ contiguam intra parietem clauſtri (v.g. ad faciendas confeſſiones) velad hortos Monaſterio contiguos (v.g. ad opus ruſticum aliquod neceſſarium ibi faciendum) ingrediantur; ſicuti dicebam *dubit.* 76.

9 Septimò, ſi Religioſi ſint in reſidentia, tanquam in priuata domo, ad tempus; quia tunc in eam mulieres ingredi, & admitti poſſunt, ſicuti dicebam *cit. dubit.* 76.

10 Octauo, ſi ſit conſuetudo, quod Religioſi extra Monaſterij clauſtra ſinguli habitantes, habeant mulieres coquas honeſtas, & nullo modo ſuſpectas; ſicuti notauit Navar. *Comment.* 4. *de Regular. num.* 63. & Rodriq. *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 48. *art.* 3. quatenus aiunt, ſuſtineri poſſe (cum nullus ſit textus id interdicens) quod liceat mulieri honeſtæ, & non ſuſpectæ ingredi domum Regularis canonici, non habitantis intra clauſtra Conuentus, licet domus illa Monaſterio contigua ſit.

Qua eadem ratione ſuſtineri poterit conſuetudo quorundam Monaſteriorum, in quibus mulieres honeſtæ, & nullo modo ſuſpectæ admittuntur ad Abbatis, vel Præpoſiti Regularis domum, quæ ſeiuncta eſt à clauſtro Conuentus, & ad vnius Abbatis, vel Præpoſiti Regularis, eiuſque officialium vſum deputata; dummodo res ſine ſcandalo, querela, & ſpecie vel ſuſpicione mali ſit; quia ſi conſideratis circunſtantiis, periculum ſcandali, vel offenſionis in populo ſubeſſe videtur, ad loci Ordinarium (cui Monaſterium ſubiectum eſt) & ad delegatum ſedis Apoſtolicæ, in primis verò ad ipſos Ordinum Religioſorum Prælatos, & conſtitutos viſitatores ſpectabit, talem conſuetudinem tollere, atque ſtatuere quod mulieres intra Monaſterij ſepta, ſeu muros non admittantur, ſed in externa domo, ſi opus ſit (quod eſt decentius) hoſpitalitatis beneficia recipiant.

11 Nono, ſi mulier ingrediatur cauſa medendi Religioſo infirmo, inſtante neceſſitate; v. g. ſi tam multi infirmi ſint, vt Religioſi non ſufficiant ad miniſtrandum, & ſeculares ad hoc officium præſtandum ingredi nolint. Item ſi præter fœminam non ſit in oppido, qui certo morbi genen 12 medeti nouerit, v. g. qui oſſa, vt brachia, vel trara accommodare ſciat. Item ſi iudicio me- 13 dicorum infirmus indigeat lactari à fœmina, & hic in dictis caſibus non poſſit è clauſtro tutò amoueri; quia præceptum de ſeruanda clauſura, vt pote poſitiuum, non obligat in tanta neceſſitate cum tanto incommodo. 14 Vide Rodriq. *tom.* 1. *qq. Regul. quæſt.* 46. *art.* 7. *ad fin.* Lezanam *tom.* 1. *cap.* 10. *n.* 10. Bonacinam *quæſt.* 5. *punct.* 4. *num.* 5. & Sorbum *ver. ingreſſus Monaſter. Monial. num.* 6.

Decimò, admitti poſſunt mulieres cum reli- 15
quo populo intra Monaſterij ſepta ad diuina officia (dum v. g. ibi perſoluuntur horæ Canonicæ, vel dicitur officium B. Virginis, defunctorum, &c. quæ tamen diuina officia ſint communia, ad quæ alij admitti ſolent; ſecus, ſi Religioſi aliqui priuatim in clauſtro id efficiant) & ad Eccleſiaſticam ſepulturam (dum v. g. ibi aliquis ſpelitur, vel anniuerſaria celebrantur, vel ſuffragia pro mortuis fiunt, &c. Rodriq. *loc. cit. quæſt.* 48. *artic.* 3. & *in Expoſit. cit. Motus Pij V. num.* 15. Quaranta *ver. Monaſteria, & Conuentus, num.* 6. & Lezana *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. *ex Bulla Pij V.* quæ incipit: *Decet Romanum Pontificem*; vbi Pius V. expreſsè concedit, cauſa proceſſionis (dum ſcilicet Religioſi proceſſionem per clauſtra faciunt, vel Euchariſtiam ſolemniter & publicè ad infirmum, vel ad alium finem deferunt vigiliæ, Miſſæ, funeris alicuius defuncti, vel alterius cuiuſuis officij intra Monaſteriorum clauſtra celebrati, licere fœminis in clauſtra, & in ea Religioſorum loca (dum hæc celebrantur) ingredi, dummodo in officinas internas non admittantur (quæ eadem limitatio locum habet in omnibus caſibus ſequentibus) & vbi expreſsè etiam concedit, fœminis licere in eadem dicta loca, exceptis prædictis officinis internis, ingredi, quando in Eccleſia Monaſterij prædicatur, vel ob aliam quamcunque cauſam tantus eſt populi concurſus, vt nequeant mulieres in Eccleſiam aliter, quàm per clauſtrum, vel alia Religioſorum loca ingredi, vel ex ea egredi, dummodo recto tramite ad portam qua de Monaſterio exitur, tendant, & recto tramite ad Eccleſiam procedant. Circa quam conceſſionem.

Petes primò, An fœmina, quæ nouit proceſſio- 16
nem extraordinariam à Prælato Religioſorum inſtitui ad hoc vt ipſa, & aliæ ingredi queant, licitè ingredi poſſit?

Reſpondetur affirmatiuè; quia iure ſuo vtitur; tum quia vbi ius non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, quamuis fieri poſſit, vt peccet ratione finis praui vel alterius prauæ circunſtantiæ; vt ſi cooperetur peccato prædicti Prælati Religioſorum.

Petes ſecundò, An Prælati Religionum poſſint 17
ad libitum proceſſionem extraordinariam intra clauſtra inſtituere, ad finem, vt mulieres illuc licitè ingredi, & admitti poſſint?

Reſpondetur negatiuè; quia propter ſi id efficiant, peccant; quia hæc conceſſio Pij V. eſt, vt ſcrupuli vitentur, concedaturque ingreſſus rationi conſonus, & non ad clauſuram relaxandam; Sorbus *num.* 7. Lezana *loco ſuprà cit.* & Rodriq. *citat. quæſt.* 48. *art.* 3. & *in Expoſit. dicti Motus, numer.* 16. qui rectè ſubdit, *numer.* 20. non licere mulieribus ingredi clauſtra, & illuc admitti, veſperi verbi gratia (quando proceſſio 18
non celebratur, ſed celebrata eſt mane) vel è contra; quia cum tunc non celebretur, ceſſat cauſa permiſſionis ingreſſus, & admiſſionis; niſi in hoc ſit modica mora; quia cum ſimus in moralibus,

moraliter

moraliter procedendum eſt, & parum pro nihilo reputatur.

19 Cæterum Prælati Religionum proceſſionem ad libitum inſtituentes, vt ea occaſione mulieres licitè poſſint Monaſterium ingredi, peccant tantum abuſu poteſtatis (quapropter quidem digni ſunt pœna) non tamen peccant (quamuis alij contrarium ſentiant) contra conſtitutiones Pontificias, ita vt earum pœnis afficiantur; quia in tali caſu non admittunt mulieres illicitè ingredientes at quoties fœminæ licitè ingrediuntur (quia ſcilicet ius habent ingrediendi) non peccant Religioſi contra Pontificum iura, ſi eas tunc admittant, Doctores, quos citat, & ſequitur Coriolanus *p.2. caſu 3. num.34.*

20 Petes tertiò, quidnam intelligatur nomine alterius officij?

Reſpondetur, intelligi alia officia pia, vt ſi quis intra clauſtrum admittatur ad ſuſcipiendum habitum (quamuis quoad hoc non conſentiant Peirinus, Bonacina, & Lezana in locis infra citandis) vel ad emittendam profeſſionem, vel ſi in clauſtro prædicetur, vel fiat ſolemnis benedictio candelarum, aut oliuarum, vel fiat adoratio crucis cum adorationibus ab Eccleſia inſtitutis, vel fiat alia ſimilis cæremonia quæ ſolemniter fit
21 ex inſtitutione Chriſti, aut Eccleſiæ, vel ſolemniter cantetur Epiſtola, aut Euangelium; vel fiat lotio pedum in die Cœnæ: nam hæc etiam cæremonia in tali die fit ex inſtitutione Chriſti & Eccleſiæ. Non item, ſi ibi defendantur Concluſiones Theologicæ, vel fiat pia aliqua repræſentatio; quia hæc non numerantur inter officia cia pia. Vide Sorbum *numer.7.* Peirinum *tom.1. priuileg. Minim. in Conſtitut.6. Iulij II. num.14.* Bonacinam *de clauſ. queſt. 5. punct. 4. numer.10.* Lezanam *tom.1. capit. 10. numer. 12.* & Rodriq.
22 *quæſt.48.art.2.& in expoſit. Motus Pij V.* vbi rectè ſubdit, mulieres in Monaſterij clauſtra ingredientes, poſſe etiam in locum (quem De profundis appellant) ingredi, quando talis locus eſt coniunctus clauſtro & ita patens, ac ſunt ſacella clauſtri; ſecus, ſi portam habeat; quia tunc reputatur interior Monaſterij officina.

Quapropter poterunt mulieres illuc admitti ad audiendum ſacrum, quod intra clauſtri ſacellum fit ob alicuius perſonæ potentis deuotionem, vel ob quamcunque aliam cauſam; quia tunc celebratur ibi diuinum officium.

23 Petes quartò, An contraueniant prohibitioni Pontificum, & conſequenter incurrant pœnas fœminæ tempore proceſſionum, vel officiorum (quæ in clauſtro celebrantur) ingredientes, ſi non tam ex hoc, quàm ex alio peruerſo fine ingrediantur?

Reſpondetur contra Bonacinam *cit. punct. 4. in fine*, negatiuè; idque etiam ſi ibi exterius aliquod peccatum commitant; quia tunc temporis non eſt eis ingreſſus interdictus, ſed conceſſus, quamuis aliunde ſit malus: & pœnæ ſtatuuntur ingreſſui interdicto, non licito. Quid
24 ſimile dicebam *dubit.5 2.* quod ſcilicet ingrediens Monialium Monaſterium in caſu vrgenti ex legitima cauſa, non incurrat pœnas, etiamſi ad fornicandum ingrediatur, quin, & de facto ibi fornicetur. Idemque ibi dicebam etiam de admittentibus. Vide Sorbum *num.25.* & Rodriq. *in locis ſuprà cit.*

25 Petes quintò, An mulieres ex prædictis cauſis ingredientes teneantur, his officiis completis, ſtatim egredi?

Reſpondetur affirmatiuè, non quidem ſtatim phyſice, ſed, cum ſimus in moralibus, ſtatim moraliter; ſicuti de ingreſſu in Monaſteria Monialium dicebam *cit. dub. 5 2.* & docet Bonacin. *diſt. punct.4. num.15.* & Rodriq. *quæſt. 48. art. 2. in fin. & in Expoſit. cit. Motus Pij V. num.19.* vbi 26
tamen ſubdit, quod Religioſus incurrat pœnas, ſi, finitis dictis officiis, cauſa ſit, vt ibi fœminæ ingreſſæ diu commorentur (quod etiam docet de ipſis fœminis diu ibi commorantibus) ſed minus rectè; quia (ſicuti dicebam *dict. dubit. 5 2.*) hæ pœnæ non imponuntur moram trahenti, ſed ſine iuſta cauſa, & ſine licentia ſuperioris ingredienti: quapropter in noſtro caſu pœnæ non incurruntur;

Secus, dicendum ſi mulieres officinas Monaſterij interiores ingrediantur; quia Pontifex tan- 27
tum ad clauſtrum, & ad loca (vbi celebrantur officia) concedit eis licentiam ingreſſus, explicitè prohibendo eiſdem ingreſſum ad officinas interiores.

Etſi contrarium ſit etiam probabile ex eo, quia dici poteſt, quod mulieres in tali caſu non dicantur propriè ingredi Monaſterium, ſed immorari in Monaſterio, vel ambulare, percurrere, & viſitare loca Monaſterij: quapropter licet reuera mulieres in tali caſu peccét contra clauſuram, vlterius procedendo, non tamen afficiuntur excommunicatione lata contra mulieres ingredientes; quia non propriè dicuntur ingredi Monaſterium, ſed perluſtrare Monaſterium; at excommunicatio propriè fertur in fœminas ingredientes, non verò in immorantes, vel vlterius progredientes.

His tamen non obſtantibus, quod dixi, eſt probabilius, non ſolum quoad mulieres ingredientes, ſed etiam quoad Religioſos mulieres tales comitates; quia ex Motu Pij V. *Regularium perſonarum*; excommunicatione, & aliis pœnis afficiuntur Religioſi non ſolum fœminas introducentes, ſed etiam admittentes, at Religioſi, qui fœminas comitantur ad eum Monaſterij locum (ad quem prædictis fœminis non licet accedere) dicuntur fœminas admittere; ergo, &c. Bonacina, & Rodriq. *in locis ſuprà cit.*

Petes ſextò, An mulieres nullius facultatis, ſeu 28
priuilegij prætextu ingredientes, & Religioſi mulieres has admittentes, peccent mortaliter, & pœnas, ac cenſuras incurrant?

Reſpondetur, de hac re ſatis dixi *dubitatione 76.*

Cæterum, priuilegium Pontificis fœminis ad 29
ingrediendum Monaſteria virorum conceſſum, non ſuffragatur, quando Monaſteria virorum conceſſum, non ſuffragatur, quando Monaſteria ſuis ſtatutis ingreſſum prohiberent, & dictum priuilegium nullam derogationis talium ſtatutorum mentionem faceret; quia vt his ſtatutis cenſeatur derogari, ſpecialis mentio requiritur; *cap. 1. de Conſtit. in 6.* vbi ea redditur ratio; quia, cum res eſt quid facti, præſumitur Pontifex eam ignorare; & docent Rodriq. *in ſumm. tom. 1. cap.60. num.6. edit.2.* Bonacin. *de clauſ. quæſt.5. punct.4. num. 2.* & Paſſarellus *in Compendio priuileg. Fratrum Minim. cap 9.* qui propterea rectè ſubdunt, iuſtum eſſe, quod in aliquibus Religionibus ſtatutum eſt, non poſſe mulieres virtute cuiuſ-

cunque

cunque priuilegij Pontificij, ſi illud de prohibitione Regulæ mentionem non faciat, ad ingreſſum ſuorum Monaſteriorum admitti: quapropter mulieres virtute talis priuilegij ingredientes, & Religioſi ipſas admittentes, contrahent (niſi ignorantia excuſantur) pœnas, & cenſuras prædictas; quia cum talis facultas ſit nulla, perinde eſt, ac ſi abſque licentia ingrederentur, & admitterentur.

DVBITATIO LXXIX.

An, & quas pœnas contrahant mulieres illicitè in virorum Monaſteria ingredientes? Vbi etiam de Religioſis illas ſic ingredientes admittentibus.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ingredientes virorum Monaſteria ex motu Pij V. contrahunt excommunicationem Papæ reſeruatam.*

2 *Ignorantia quamuis craſſa, & ſupina, quin & forſan affectata excuſat à cenſuris ſic ingredientes.*

3 *Religioſi prædictas mulieres in ſua Monaſteria admittentes ex motu Pij V. ſuſpenduntur à diuinis, & incurrunt officiorum priuationem, & ad illa in poſterum obtinenda inhabilitatem ipſo facto.*

4 *Motus Gregorij XIII. excedit motum Pij V. quia vltra recenſita in dicto motu, ſtatuit priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & excommunicationem Pontificis reſeruatam, nec petit in admittentibus præſumptionem. Viae aliae differentias dictorum motuum.*

5 *Pœnæ recenſitæ in dictis motibus contrahuntur à Religioſis ſi permittant fœminas ingredi prætextu facultatum.*

6 *Nomine officiorum, quibus priuantur, & ad illa inhabiles reddantur, & quid nomine admiſſionis intelligatur vide ibi.*

1 RESPONDETVR, Pius V. in dicto ſuo Motu, qui incipit, *Regularium perſonarum*, ſtatuit in mulieres Monaſteria virorum ingredi audentes excommunicationem ſibi reſeruatam, ibi: *Ingredi audeant*; quo eodem verbo vtitur Gregorius XIII. in ſuo Motu, 2 qui incipit, Vbi gratiæ; quapropter ignorantia, quamuis craſſa, & ſupina, quin & forſan affectata, excuſabit à cenſuris ſic ingredientes, iuxta ea, quæ dicebam *dubit.* 59. Item Pius V. in eodem 3 ſuo Motu ſtatuit in Religioſos prædictas mulieres in ſua monaſteria admittentes ſuſpenſionem à diuinis, priuationem officiorum, & ad illa in poſterum obtinenda inhabilitatem ipſo facto ſine alia declaratione contrahendas, ibi: *Ipſis verò Monaſteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Prepoſitis, Prioribus, & aliis Præſidentibus, quocumque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & fratribus, ſiue mendicantibus, ſiue non mendicantibus, ſub priuationis officiorum, quæ in præſenti obtinent, & inhabilitatis in poſterum ad illa, & alia omnia, & ſuſpenſionis a diuinis ipſo facto ſine alia declaratione incurrendis pœnis, ne eas introducere, admittereve præſumant.*

Ex quibus patet, quod Motus Gregorij XIII. 4 (de quo dicebam *dubit.* 54. *& ſeqq.*) excedit Motum Pij V. quia ille præter pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa ſtatutam à Pio V. contra Religioſos fœminas in Monaſteria virorum ingredi permittentes, ſtatuit etiam priuationem beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, & excommunicationem Pontifici reſeruatam, nec petit in admittentibus præſumptionem, ſicuti dicebam *cit. dubit.* 59. & iis pœnis afficit eos, qui viros, ac fœminas ingredi faciunt, vel permittunt in Monaſteria Monialium, vel fœminas in Monaſteria virorum. At motus Pij V. non ſtatuit pœnas priuationis beneficiorum, & inhabilitatis ad illa, ſed ſolum officiorum. Item petit præſumptionem in admittentibus. Item ſolum loquitur de admittentibus fœminas in Monaſteria virorum. At exceditur; quia dictus Motus Gregorij XIII. comprehendit ſolum Prælatos facientes, vel permittentes ingredi, ſicuti dicebam *dubit.* 61. & comprehendit ſolum eos, qui admittunt virtute facultatum ingredientibus conceſſarum ſicuti dicebam *dubit.* 58. nec imponit ſuſpenſionem à diuinis in facientes, vel permittentes ingredi; Motus verò Pij V. intelligitur (ſaltem ſecundum communiorem, & probabiliorem Doctorum opinionem) de facientibus, vel permittentibus ingredi fœminas in Monaſteria virorum, quamuis nullius facultatis, ſeu priuilegij prætextu ingrediantur, ſicuti dicebam *dubit.* 76. Item præter pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa ſtatuit in admittes, vel facientes ingredi ſuſpenſionem à diuinis, ſiue hi ſint Prælati, ſiue quicunque alij Religioſi; ſicuti conſtat ex eius verbis iam ſupra relatis.

Quapropter, quod probabile putat, & in S. Pœnitentiaria vſu receptum eſſe, teſtatus Filliuc. *tract.* 15. *cap.* 5. *quæſt.* 7. *numer.* 119. (nempe Religioſos, qui fœminas in Monaſteria intromittere, vel admittere præſumunt, etiamſi fœminæ ſine prætextu facultatum ingrediantur, incurrere ipſo facto, non ſolum ſuſpenſionem à diuinis, priuationem officiorum, inhabilitatem ad illa, & alia in poſterum obtinenda, iuxta dictum Motum Pij V. *Regularium perſonarum*, ſed etiam excommunicationem Pontifici reſeruatam iuxta 5 cit. Motum Gregorij XIII. *Vbi gratiæ*) id intelligendum eſt, ſi Religioſi permittant fœminas ingredi prætextu facultatum, ſicuti *cit. dubit.* 54. *& 76.* dicebam.

Quid autem intelligatur nomine officiorum, 6 quibus priuantur, & ad illa inhabiles reddantur, qui has fœminas illicitè admittunt, dicebam *dubitat.* 24. Item quid intelligatur nomine admiſſionis; & an comprehendantur mandantes, & conſulentes, dicebam *dubit.* 63. *& 67.*

DVBITATIO LXXX.

An in casu nostro pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa contrahantur absque vlla sententia iudicis?

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa, in casu, de quo agitur, non contrahitur ante iudicis sententiam contra nonnullos. Requiritur enim saltem aliqua sententia criminis declaratoria, secundum probabiliorem opinionem.*

2 *Suspensio à diuinis, cum sit censura contrahitur absque aliqua iudicis sententia.*

3 *Item quicumque Confessarius Regularis virtute suæ Religionis priuilegiorum & etiam toties, quoties potest absoluere.*

4 *Dicta de suspensione à diuinis dicuntur etiam de interdicto ab ingressu Ecclesiæ; quia etiam Interdictum est censura.*

5 *Absoluere ab excommunicatione Papæ in hoc motu reseruata dictum est dubitat. 28. & 69.*

1 RESPONDETVR, quod (quamuis nonnulli affirment, ex eo, quia imponitur *incurrenda ipso facto sine alia declaratione iudicis*; & sic quod admittens fœminas illicite ingredientes, teneatur in posterum in foro conscientiæ non vti suis officiis, nec admittere alia officia, quamuis ipsius crimen non sit deductum in iudicium; sic Rodriq. *in Explicit. huius Motus n.* 51. *in princip.* Sorb. *in Compend. priuil. Mendic. ver. ingressus Monast. Monial. n.* 10. Bonac. *de claus. q.* 1. *punct.* 4. *num.* 7. *& q.* 5. *punct.* 3. *n.* 2. Merolla *tom.* 1. *disp.* 1. *cap.* 2. *diffic.* 10. *n.* 253. & Sayr. *in Claui Reg. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 31. qui tamen subdunt, quod non teneatur Reus huius criminis occulti, desistere statim ab vsu sui officij, si proprij delicti manifestationem, & infamiam timeat, sed solum teneatur mediis occultis dispensationem procurare, & interim nullatenus, ratione inhabilitatis, officium aliud acceptare) probabilius tamen negetur; adhuc scilicet ad dictas pœnas incurrendas requiri aliquam iudicis sententiam, saltem declaratoriam criminis; ita vt illa verba, *absque alia declaratione*, intelligenda sint de declaratione pœnæ, non item criminis. Vide, quæ de hac re satis dixi *dubit.* 23. *sect.* 1. 2. *& 3.*

2 Cæterum, ad suspensionem à diuinis incurrendam (cum sit censura) non requiritur aliqua iudicis sententia, sicuti dicebam *cit. dubitat.* 23. *sect.* 2.

DVBITATIO LXXXI.

An, & quis possit absoluere à suspensione à diuinis, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas illicitè in Monasteria virorum ingredientes?

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest absoluere à suspensione à diuinis, quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas illicite in Monasteria virorum.*

2 *Item quilibet Confessarius ab Ordinario loci approbatus virtute Bullæ Cruciatæ toties quoties contra nonnullos.*

1 RESPONDETVR, & dico primò, si occulta illa sit, potest ab illa absoluere Episcopus, virtute Tridentini *sess.* 24. *cap.* 6. Vide *dubit.* 28.

2 Dico secundò, potest etiam absoluere quicunque Confessarius ab Ordinario loci approbatus, virtute Bullæ Cruciatæ; quia hæc concedit tali Confessario absolutionem ab omnibus censuris; & suspensio à diuinis est censura, *cap. quærenti, de ver. signif.* quinimmò contra Sorbum *ver. ingressus Monast. Monial. in Annotat. n.* 11. & Rodriq. *in Explicit. huius Motus num.* 34. (qui sentiunt, posse cum eum absoluere tantum semel in vita, & semel in mortis articulo) potest absoluere toties, quoties; quia censura hæc suspensionis à diuinis non reseruatur in hoc Motu, & Bulla Cruciatæ concedit toties, quoties absolutionem à censuris non reseruatis, Merolla *tom.* 1. *disputat.* 1. *cap.* 2. *diffic.* 10. *num.* 525. & Diana *part.* 3. *tractat.* 2. *resol.* 66.

3 Dico tertiò, potest etiam absoluere quicunque Confessarius Regularis virtute suæ Religionis priuilegiorum, & etiam toties, quoties; quia virtute talium priuilegiorum explicitè conceditur Regularibus posse absoluere toties, quoties ab omnibus casibus, & censuris, & pœnis consurgentibus ex eis, præterquam à contentis in Bulla Cœnæ, & à specialiter reseruatis ab Ordinariis locorum. Vide *capit.* 14. *dubitat.* 18. *sect.* 6. *& lib. de Parlament. dubit.* 4. *sect.* 19. *subsect.* 32. *per totam.*

4 Et quod dixi de suspensione à diuinis, idem dico de suspensione, & interdicto ab ingressu Ecclesiæ (quæ censura sicuti dicebam *dubit.* 54. *& 68.* incurritur à Prælatis Monasteriorum Monialium absque causa iusta illuc ingredientibus) quia etiam interdictum est censura; cit. cap. quærenti; & non reseruatur ibi, sicuti non reseruatur hic suspensio à diuinis.

5 Cæterum, quisnam possit absoluere ab excommunicatione Pontifici in hoc motu reseruata contra fœminas in Monasteria virorum illicitè ingredientes? Vide *dubit.* 28. *& 69.*

DVBITATIO LXXXII.

An, & quis possit absoluere à suspensione in diuinis, & cæteris censuris, etiamsi deductæ sint in forum contentiosum?

SVMMARIVM.

1 *Confessarius quicumque ab Ordinario approbatus virtute Bullæ Cruciatæ, & quicumque Regularis virtute priuilegiorum suæ Religionis potest absoluere à suspensione à diuinis,*

&

& ceteris cenſuris etiam ſi deductæ ſint in forum contentioſum.

1 *Priuilegium ſine limitatione conceſſum non venit reſtringendum, ſed potius ampliandum.*

3 *Abſolutio conceſſa virtute Bullæ Cruciatæ, & Religionis priuilegiorum non prodeſt pro foro externo, ſed tantum pro foro conſcientiæ, conſequenter non infert damnum Ordinariis.*

4 *Priuilegia Religionis, & Bulla Cruciatæ non habent limitationem Concilij Tridentini; Epiſcopis enim conceſſio Concilij erat perpetua per viam ſtatuti, & magis amplia, cum comprehẽdat ferè omnes irregularitates, & omnes caſus ſedi Apoſtolicæ reſeruatos at Conceſſio Bullæ & Religionis non eſt ita ampla, & perpetua.*

5 *Condemnatus, vel publice diffamatus de hæreſi etiam motu Sixti IV. non poteſt abſolui vigore Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij generalis.*

6 *Sixtus IV. tantum prohibet abſolutionem faciendam vi facultatum ab ipſo non item ab aliis Pontificibus conceſſarum.*

7 *Extrauagans dicti Sixti IV. non amplius vires habet.*

8 *Diſpenſare quiſquam poſſit in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa in hoc motu Pij V. ſtatutis dictum eſt Dubit. 29.*

1 RESPONDETVR, poteſt ſimiliter abſoluere quicunque Confeſſarius ab Ordinario approbatus, virtute Bullæ Cruciatæ, & quicunque Regularis virtute priuilegiorum ſuæ Religionis; quia in Bulla Cruciatæ, & in priuilegiis Religionum conceditur abſo-
2 lutè facultas abſoluendi à cenſuris ſine vlla limitatione, ſi crimen non ſit publicum, vel ad forum contentioſum non deductum; priuilegium autem ſine limitatione conceſſum, non eſt cur limitetur; cum potius, vtpote fauorabile, ampliandum ſit, tum quia, cum Pontifex intendit facultatem abſoluendi, vel diſpenſandi limitare, ſi ſcilicet crimen eſt publicum, aut deductum ad forum contentioſum, ſolet explicare, ſicuti patet in priuilegio Epiſcopis conceſſo à Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 6.* ergo cum hãc limitationem priuilegiis Regularium non adiecerit, ſignum eſt in contrarium, atque ita dicebam *lib. de Parlamentis Dub. 4. ſect. 19. ſubſect. 31. circa finem*; & docent Metolla, & Diana *in locis ſupra cit.* Sotus *in 4. diſt. 22. art. 3.* Couar. *in cap. alma mater, 1. par. §. 11. nume. 16.* Ledeſma *24. quæſtio. 26. art. 1.* Henriquez *lib. 7. de indulgent. cap. 13. numero 2. & lib. 8 de Euchariſtia cap. 6. numero 4.* Polancus *in director. c. 4. fol. 52.* Angles *1. par. quæſt. vnic. de excommunicatione art. 4. diffic. 2.* Rodriquez *in Addit. ad Bullam numero 49. §. 9.* & Bonacina *de clauſ. q. 1. punct. 5. numero 3.* contra Sorbum, *loco ſupra*, & nonnullos alios.

Obiicies; dicta facultas abſoluendi, vtpote inferens dammum Ordinariis, & ſic odioſa, potius eſt reſtringenda, ergo, &c.

3 Reſpondetur, nego antecedens; quia abſolutio conceſſa virtute Bullæ Cruciatæ, & Religionis priuilegiorum non prodeſt pro foro externo, ſed tantum pro foro conſcientiæ; conſequenter non infert dammum Ordinariis, cum illi propter rationem dictam, non obſtante iſta abſolutione, poſſint procedere contra ſuſpenſum, vel excommunicatum in foro externo eadem ratione, ac poſſent procedere, ſi ille in foro interno non eſſet abſolutus.

Obiicies ſecundò; Concilium Tridentinum *cit. ſeſſ. 26. cap. 6. de reformat.* licet concedat Epiſcopis 4
amplam facultatem diſpenſandi in irregularitatibus & aliis cenſuris, ſubdit, dummodo non ſint in forum contentioſum deductæ; ergo multò magis idem in caſu noſtro dicendum erit; cum non ſit verſimile, Concilium velle negare Epiſcopis facultatem diſpenſandi, & abſoluendi (quando irregularitates, & cenſuræ deductæ ſunt in forum contentioſum) & mentem Pontificum eſſe, velle concedere cuilibet Confeſſario, quod virtute Bullæ Cruciatæ, & cuilibet Regulari, quod virtute priuilegiorum Religionis, poſſit abſoluere ab excommunicatione, & ſuſpenſione deductis ad forum contentioſum; & publicis.

Reſpondetur, concedo antecedens: at nego conſequentiam; & retorqueo argumentum, quia Concilium appoſuit eam limitationem in Epiſcopis, quam non apponit Pontifex in Bulla Cruciatæ, nec in priuilegiis Religionis, idque totum ex voluntate concedentis. Nec debet eſſe mirum, quod dictam limitationem non habeant Bulla Cruciatæ, & priuilegia Religionum, ſicuti habent Epiſcopi; quia conceſſio Concilij in Epiſcopis erat perpetua per viam ſtatuti, & magis ampla, cum comprehendat ferè omnes irregularitates, & omnes caſus Sedi Apoſtolicæ reſeruatos, at conceſſio Bullæ, & priuilegiorum Religionum, nec eſt ita ampla (cum ſecundum communiorem opinionem Doctorum non ſe extendat ad irregularitatem) nec eſt ita perpetua; tum quia ſi Concilium concederet Epiſcopis facultatem abſoluendi à cenſuris, & diſpenſandi ab irregularitatibus deductis ad forum contentioſum, deberet illis concedere eam facultatem etiam pro foro externo, cum in tali foro Epiſcopi Iudices ſint; vnde ſequerentur quamplurima incommoda, & perturbaretur Iuriſdictio eorum, ad quorum forum cenſuræ illæ forent deductæ. At Confeſſariis per Bullam, & priuilegia Religionum concedi potuit facultas abſoluendi pro ſolo foro interno, cum ex talis facultatis vſu nullum ſequatur inconueniens in foro externo, ſicuti dicebam.

Obiicies tertiò, Sixtus IV. in *Extrauag. Dominici, 2. de pœnit. & remiſſion.* iubet, ne virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij generalis abſoluatur denunciatus, ſententialiter condemnatus, vel publicè diffamatus, ergo.

Reſpondetur, Sixtus IV. ibi loquitur non de quocunque Reo cuiuſcunque criminis ad forum externum deducti, ſed tantum criminis hæreſis. vel (dato 6
quod loquatur de quocumque Reo cuiuſcumque criminis ad forum externum deducti) Reſpondetur ſecundò, tantum prohibet abſolutionem criminum deductorum ad forum externum faciendam virtute facultatum ab ipſo, non item ab aliis Pontificibus, conceſſarum, vti notant Sotus *loco ſupra citat.* Silueſtr. *ver. Excommunicatio, 17. numero 32.* Angelus *eod. ver. 5. numero 31.* Nauar. *cap. 12. numero 75. & cap. 27. n. 55.* & conſtat ex ipſamet Extrauag. Vel Reſpondetur tertiò, dicta Extrauag. non amplius vires habet, quia cum ipſa fuerit additio quædam ad Bullam Cœnæ, quæ per nouam Bullæ Cœnæ editionem ceſſare ſolet, ſequitur, quod & ipſa additio etiam ceſſauerit, cõſequenter,

quod & casus in dicta Extraüag. contenti sub dispositione iuris communis remaneant ; Silu. *citat. num.* 32. & Suar. quem citat, & sequitur Bonac. *num.* 4.

Cæterum, quisnam possit dispensare in priuatione officiorum, & inhabilitate ad illa in hoc Motu Pij V. statutis contra Religiosos ; qui fœminas in sua Monasteria illicitè ingredientes admittunt? Vide *Dubit.* 19. Atque hic totius Operis finis esto.

DEO OPT. MAX. BEATÆ VIRGINI;

Et omnibus Sanctis Sempiterna laus, & gloria Amen.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM ET VERBORVM QVÆ in hac ſecunda parte continentur.

Prior numerus eſt marginalis ; Poſterior paginam deſignat.

A

A B

ABBAS in odioſis non venit Monachorum nomine, nec Abbatiſſa Monialium. 8.175

Abbates, & alij Prælati iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes, nec non Capitulum ſede vacante circa fundationem nouorum Monaſteriorum poſſunt omnia, quæ poteſt Epiſcopus. 11.233

Abbas in ſuo monaſterio præſente Epiſcopo non poteſt benedicere palma, ſi Epiſcopus ad illud ire teneatur. 41.251

Abbas in materia odioſa, & pœnali non venit nomine Monachorum. 2.543

Abbas venit nomine Monachorum quando materia, vtpote in caſu noſtro non eſt totaliter odioſa. 4.543

Abbatia, Prioratus & huiuſmodi, quæ ſunt alterius Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & ſic ſubducta à Iuriſdictione Epiſcopi, in ordine ad Epiſcopum æquiparantur loco ſito extra Diœceſim. 4.155

Abbatiſſa, cum præcepto clauſuræ obſtringatur, ſicut cæteræ Moniales, non poteſt dare licentiam egrediendi à clauſura. 6.472

Abbatiſſa poteſt egredi ad recipiendum iuramentum fidelitatis à Domino temporali in aliquo caſu omnino neceſſario. 23.478

Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ ſolum conceditur licentia egrediendi in caſibus, in quibus conceditur ceteris Monialibus. 2.480

Abbatiſſæ non poteſt egreſſus licentia concedi in caſu, qui poſſit commodè, & facile expediri, ſeu præſtari per alios, & è contra. 4.480

Abbatiſſa poteſt auctoritate iuris egredi è clauſura, ſi ſuperior ſine iuſta cauſa licentiam deneget, & euidenter conſtet de iniuſtitia ipſius. 7.481

Abbatiſſa in dubio ſtare debet iudicio ſuperioris. 8.481

Abbatiſſa licet ſit verè ſui Monaſterij ſuperior, non tamen poteſt dare licentiam ingrediendi Monaſterium ; quia etiam ipſa, ſicut aliæ Moniales, tenetur præcepto Clauſuræ. 1.507

Abbatiſſa, vel quicumque alius neque ex commiſſione Prælati poteſt hanc licentiam concedere. 3.507

Abbatiſſa, vel Confeſſarius poteſt facultatem ingreſſus concedere ex ſuperioris poteſtate ſibi attributa in caſibus frequenter occurrentibus; cum ad ſuperiorem aditus ſæpe non pateat. 4.507

Abbatiſſa legitimè Prælata ad licentiam ingreſſus concedendam, ſi periculum ſit expectare licentiam Prælati tam in ſcriptis, quam oretenus, poteſt eam concedere, & hoc caſu ceſſat neceſſitas illius non obtinendæ. 15.512

Abbatiſſa certum non eſt, quod iure ordinario non poſſit huiuſmodi licentiam concedere. 16.512

Abbatiſſa ex præſumpta mente Prælati, videtur poſſe concedere licentiam quando, neceſſitate vrgente non poſſit commodè Prælatus adiri. 17.512

Abbatiſſæ omnes, Abbates, Conuentus, ac alij Monaſteriorum cuiuſcumque ſexus ſuperiores, & Perſonæ quocumque nomine vocentur, eamdem excommunicationis Pontifici reſeruatæ pœnam incurrunt, ac etiam pœnam priuationis Dignitatum, Beneficiorum, & officiorum ſuorum & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda ſi in Monaſteria ſua permittant quemquam ingredi prætextu licentiarum, & facultatum. 15.527

Abbatiſſa ſecundum probabiliorem opinionem venit nomine Monialium in motu Gregorij XIII. 3.543

Abbatiſſa, vel alia Monialium ſuperioriſſa an incurrat, &c. videatur ibi in dubitatione 9.544

Abiurans de facto de mandato Inquiſitoris ſine Epiſc. & è contra non manet ſubiectus pœnæ relapſi. 1.186

Abiuratio eſt ignominioſa Reo, & eius Conſanguineis illumque reddit obnoxium morti, ſi in crimen abiuratum incidat. 2.185

Abiuratio cenſetur grauiſſima pœna. 3.185

Abiuratio non eſt contra Reum, quatenus purgat ſuſpicionem ; eſt tamen contra Reum quatenus reddit illum infamem, & relapſi pœnæ ſubiectum. 4.185

Abiurationis legitimæ effectus eſt pœna relapſi. 3.186

Non minor diſcretio requiritur ad recipiendam ſacramentalem *Abſolutionem*, quam ad recipiendam reuerenter Euchariſtiam. 13.161

An, vt sacerdos possit *Absoluere*, præter potestatem Ordinis, requiratur potestas iurisdictionis. 204
Absoluere est actus iudicialis, & sic Iurisdictionem in subditos requirit. 2.204
Minister Absolutionis à censuris validè in articulo mortis potest etiam esse laicus, siue Vir, siue fœmina. 4.204
Facultas seu Iurisdictio *Absoluendi* non de iure diuino, sed ex Ecclesiæ concessione competit sacerdoti contra Caietanum satis probabiliter asserentem esse de iure diuino. 7. 205
Facultas Absoluendi vnam vel plures Personas determinatas non expirat morte concedentis; secus si super prouisione certæ Personæ facienda. 16.212
Nemo potest se ipsum à peccatis Absoluere, nec pœnis, vel censuris ligare defectu iurisdictionis. 21.246
Absolutio Sacramentalis de iure diuino postulat distinctionem iudicis, & Rei, non sic iurisdictio ad dispensationem voti, iramenti, & ceterorum. 22.246
Interdum Absolutio obtinetur per Breuia ab Vrbe, sed pro foro exteriori, vel etiam pro foro interiori, ad maiorem cautelam, vel ex ignorantia. 10.436
Absolutus in articulo mortis à simplici sacerdote à censura aliqua superiori reseruata, cessante mortis periculo superiori sistere se debet, non vt iterum absoluatur; sed vt mandatum eius accipiat, si partis satisfactio requiratur, aliàs secus. 15.16.206.
Absolutus à priuilegiato à censura prædicta in articulo mortis non tenetur se sistere superiori. 17.206

AC

Accessorium sequitur naturam sui Principalis. 16. 261
Accessorium sequitur naturam sui Principalis, & Dispositio facta de superiore, comprehendit etiam officialem. 6.352
Accessorium sequitur naturam sui Principalis. 2.387
Accipiens non potest in conscientia rem acceptam retinere, neque etiam fructus rei acceptæ. 10. 391
Accusatus in foro Delicti, non potest reaccusari in foro Domicilij. 23.97
Intentio *Acquirendi*, quod masculis extantibus fœminæ non succedant, non lædit Ecclesiam, cum eius non interesit quod Pater magis acquirat vni, quam alteri ex filiis. 31. 109
Regula illa, *Acquisibilia* priuilegio sunt etiam acquisibilia cõsuetudine, aut præscriptione, vera est, nisi lex consuetudinem tanquam abusum, & corruptelam improbet. 13.25
Actor, & Iudex est vnusquisque vbi discrimen vltimum imminet, nec alio pacto quam propriis viribus, & conatu vitari potest. 10. 35
Actio realis, seu rei vindicatio intentari potest etiam hæreditate non adita, cum ad id non requiratur subiectum actionis personalis; sed dominium ex parte agentis, & possessio ex parte rei conuentæ. 7.87
Actio & passio sunt idem; passio autem est in passo, & non in agente: & ideo ex Ecclesia occidens non occidit in Ecclesia manentem extra ipsam. 7.304
Actio est ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur. 15.447
Nota si quis vnam ex Actionibus præstiterit in ordine ad alienationem, vel infeudationem bonorum fisco addictorum propter delicta, quia bona non comprehenduntur in Bulla Pij V. & aliorum. 12.451
Actor Rei forum sequitur siue in rem, siue in Personam sit actio. 9.58
Actor sequi debet forum Rei in contentiosis, non autem in voluntariis. 44.91
Actus tribuitur mandanti, & non exequenti. 6. 307
Acta instructoria vnius iudicij non probant in alio; nisi fiant inter easdem Personas in eisdem causis, & ad eumdem effectum. 2. 382
In dubio standum est pro valore Actus, & quia in dubio nemo præsumitur malus, & non præsumitur delictum, nisi demonstretur. 18. 414
Actus, si pendeat à mera facultate agentis, tametsi agens contra iuramentum agendo periurus sit, & licitè agat, valet tamen quod agit. 2. 446
Actus lege, vel contrahentium consensu scripturam exigens, est nullus si scriptura careat. 5. 511
Actus sine forma celebratus non subsistit. 6.511

AD.

Administratores omnes, alienantes bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, vel Conuentuum contrahunt, præter sacrilegium, excommunicationem ipso facto. 6. 436.
Nomine *Admissionis* in Monasteria virtute licentiarum venit cooperatio tantum siue directa siue indirecta ad ingressum; quatenus scilicet quis exercet actionem positiuam vel negatiuè se habet ad ingressum, quem impedire tenetur ex officio. 1.544
Admittens ingredientem Monasterium Monialium non virtute prædictarum facultatum, neque contrahit excommunicationem latam in Tridentino, &c. cur. 14.531
Admittens non incurrit excommunicationem ratione participationis cum excommunicato in crimine criminoso, quia talis excommunicatio non incurritur nisi præuia denunciatione Excommunicati. 15.531
Admittens ingredientem ad malum finem, & si non ex prætextu licentiæ, non contrahit excommunicationem Tridentini. 4.540
Aduena, & Peregrinus, si habet animum permanendi in perpetuum in aliquo loco, tenetur legibus illius loci. 1.115
Aduena, & Peregrinus amplius non censetur constituto alicubi domicilio; sed incola, & pars illius Reipublicæ. 2.115
Aduena qui acquisiuit alicubi Domicilium, potest ordinari ab Episcopo illius loci, in cuius Diœcesi existit. 3.115
Aduena, & Peregrinus licet intendat solum maiori

iori anni parte in aliquo loco permanere, tenetur legibus illius. 10.116

Aduena, & Peregrinus tenetur in contractibus ſeruare conditiones, & ſolemnitates ſtatutas à legibus municipalibus loci contractus. 38.117

Aduena tenetur ſeruare pretium mercibus taxàtum, & ſoluere gabellam, & quodcunque aliud onus ibidem contractui annexum. Idem dic ſi contractus celebretur etiam per nuncium, vel per epiſtolam. 40.117

Aduena contrahens cum Incola alicuius loci, cui notum eſt eſſe ſtatim diſceſſurum non poteſt conueniri in loco contractus, ſed vbi habet domicilium. 47.117

Aduena, & Peregrinus etiam obſtringitur legibus municipalibus loci, per quem tranſit quando iiſdem obſtringitur in loco ſui Domicilij. 50. 118

Aduena, qui in loco ſui Domicilij ſeruauit legem vtrique loco communem, puta ieiunium, ſi aduenìat, vbi tale ieiunium ob Kalendarij diuerſitatem non eſt peractum, non tenetur ieiunare, & ſic de ſingulis. 53.118

Aduena, & Peregrinus tenetur ſeruare leges in loco, vbi tranſit, etiam ſi latæ ſolum ſint ad bonum illius loci. Item tenentur, etiam ſi latæ fuerint in ordine ad Peregrinos tantum contra Innocentium. 54-55.118

Aduena tenetur ſeruare in loco, per quem tranſit leges Iuris communis, etiam ſi in ſuo territorio ex contraria conſuetudine non teneatur. 56. 118

Aduena, & Peregrinus exceptis caſibus recenſitis ſuperiori ſectione (per ſe loquendo, & remoto ſcandalo) non tenetur ſententiis, ſtatutis, legibus, præceptis, & conſuetudinibus municipalibus (vt de cenſuris) loci illius per quem ad breue tempus tranſeunt, ſeu maiori anni parte commorari non intendunt. 1.119

Aduena, & peregrinus non ſubiicitur Iuriſdictioni, nec fortitur forum loci ob breue tempus hoſpitij. 16.ibid.

Aduenæ, & Peregrini non ſunt propriè Pars Communitatis, in qua reperiuntur. 2.121

Aduena, & Peregrinus legibus municipalibus, & conſuetudinibus ſuæ Patriæ proprijs, dum abſens eſt, eximitur, & legibus locorum per quæ tranſit, vel in quibus hoſpitatur, non obſtringitur. 4. 121

Aduenæ, & Peregrini legibus loci per quem tranſeunt obſtringi, & tranſgredientes puniri non eſt de iure Gentium. 1.122

Aduenæ & Peregrini tenentur ad obſeruantiam Legum municipalium, quando illarum trangreſſio cederet in damnum loci, per quem tranſeunt. 7.1.123

Aduenæ, & Peregrini in contractibus tenentur ſeruare leges, & conſuetudines loci Contractus. 2.123

Aduena, qui poſt publicationem edicti Epiſcopi ſub Excommunicatione contra non reuelantes tale quid, ſi tranſtulit Domicilium in illius Epiſcopi Diœceſim, tenetur reuelare ſi ſciat, aliàs incurrit cenſuram. 1.127

Aduena, qui aderat tempore dicti edicti neque ratione delicti, neque Perſonæ erat ſubditus, quapropter obſtrictus eſſe non debet à dicta excommunicatione. 4.127

Aduena, & Peregrinus violans præceptum generale, aut ſpeciale Epiſcopi non continens materiam aliàs iure naturali, vel Diuino prohibitam, non fit ſubditus ipſi Epiſcopo ratione delicti. 12.127

Aduena, & Peregrinus violans præceptum naturale & Diuinum generaliter, vel ſpecialiter prohibitum ab Epiſcopo, fit ſubditus eidem ob dictam violationem tantum. 13.127

In tres ſententias iure ſcribentes circa diſpenſationem cum Aduenis in legibus, votis, &c. Aduenæ & Peregrini, iuxta primam ſententiam, quam tuetur Pontius, poſſunt diſpenſari in legibus, votis &c. à ſuperiore loci in quo reperiuntur, etiam ſi ad breue tempus ibi ſint. 12.130

S. Congregatio Concilij Tridentini declarauit Aduenas abſolui poſſe ab Ordinario loci per quem tranſeunt. 13.130

Aduena & Peregrinus conductã Domo ad habitandum ex dicta ſecunda ſententia contrahit quaſi domicilium, & ſortitur forum, vbi poteſt etiam de alibi geſtis conueniri. 18 130

Aduena & Peregrinus ex tertia ſententia non poteſt diſpenſari ab Ordinario loci, vbi reperitur, niſi contraxerit Domicilium. 19.130

Multæ declarationes S. Congregationis Cardinalium relatæ per Garciam tradunt Aduenam non habentem Domicilium non poſſe ab Ordinario loci diſpenſari, quamuis poſſit à Cenſuris, & peccatis abſolui. 20 130

Aduena, quod poſſit diſpenſari à ſuperiore loci, per quem etiam ad breue tempus tranſit, non eſt improbabile; vide rationes ibi adductas pro prima ſententia aliàs recenſita. 22 130

Aduena, quod non poſſit diſpenſari præſertim in prima ſententia maximè in voto, Iuramento, irregularitate, ſeu altero ſingulari impedimento eſt probabilius. 23.130

Aduena eſt abſoluendus à cenſuris, & peccatis ratione neceſſi atis, ſecus eſt de diſpenſatione, quæ non ita eſt neceſſaria. 25.130

Aduena, & Peregrinus extra ſuum Territorium non tenetur ſententiis, & præceptis ſui Principis, ſeu Ordinarij contra Abbatem, & alios docentes oppoſitum ex eo quod ſententia inhæreat Perſonæ, lex Territorio. 21.133

Aduenæ & Peregrini loquentes cum Monialibus vbi non habent Domicilium pœnas non incurrunt. 11.175

Adultera, quæ per adulterium ipſo iure dotem amittit, non tenetur eam Viro tradere ante ſententiam Iudicis. 24.491

Adulterium eſt cauſa mixti fori, quia per ipſum peccatur proxime contra Sacramentum Matrimonij; & ſic proxime peccatur contra Eccleſiam, quæ ratio eſt cur ſacrilegium in Eccleſiaſtico foro puniatur. 9. 67

Adulterium dicitur eſſe ſacrilegium. 10.67

Adulterij Crimen, & multo magis crimen violationis ſponſaliorum ſecundum nonnullos, ſi de eorum valore non agatur, ſunt Crimina mere ciuilia, & ſecularia & quomodo poſſit de iis cognoſcere Poteſtas Eccleſiaſtica. 11.67

Solus Iudex ſecularis competens eſt in cauſa adulterij, ſi agatur de pœna ſanguinis imponenda, & quoad alias pœnas competens eſt vterque Iudex. 5.73

Videntur nonnullæ criminales ex identitate rationis gaudere non debere; immunitate, vt ra-

ptüs,adulterij,Sodomiæ,incendij, ſacrilegij, & ſimilium tendentium in præiudicium Reipublicæ. 1.352

AE

Æquitas non patitur vt idem de eodem crimine bis iudicetur,& puniatur adæquatè. 21.97

AG

Agentes in Curia,ſcholares Vniuerſitatum ex ſecunda ſententia poſſunt diſpenſari ab Ordinariis illorum locorum. 17.130

Agentes,& conſentientes pari pœna puniuntur ſi ſic expreſſum ſit. 12.307

AL

Alienatio rei Eccleſiaſticæ licet fiat in fauorem Eccleſiæ alterius Diœceſis auctorizatur à Prælato Rei alienatæ & non ab alio. 42.91

Alienatio declaratur eſſe nullius valoris. 6.391

Alienationis prohibitio extenditur etiam ad bona loci pij, verbi gratia Confraternitatis, Collegij, Congregationis, Capellæ, vel Hoſpitalis, ſi auctoritate Epiſcopi ſint erecta. 14.391

Alienans,deſtruens, vel dimouens ex ignorantia iuris, vel facti excommunicationem, & pœnas dictæ extrauagantis non incurrit, ſecus forſitan ſi ignorantia coniuncta ſit cum ingenti temeritate. 21.392

In alienatione quantitatis parui momenti, puta 25. aureorum non requiritur iuris ſolemnitas, nec Romani Pontificis conſultatio, & conſenſus. 23.392

Nomine Alienationis in materia hac Eccleſiæ, & priuilegiatis Perſonis fauorabili; comprehenditur etiam quæuis conſtitutio pignoris, & hypothecæ ſpecialis, non tamen generalis. 30.392

Nomine alienationis in materia odioſa non comprehenditur hypotheca, vel pignus niſi ſit conſtitutum pro tanta quantitate, vt non ſit ſpes facilis redemptionis. 32.392

Alienationis prohibitio fauore Eccleſiæ comprehendit omnem actum, per quem in extraneum ius aliquod vtile transfertur, & per quem in rebus Eccleſiæ ſeruitus aliqua conſtituitur, licet probabiliter comprehendat tantum hypothecam ſpecialem. 6.402

Alienatio prædicta non tamen de iure antiquo de conſenſu ſummi Pontificis obtento eſt inualida, ſi ſolum conditio hęc deſit; quia nullo iure antiquo illa irritatur. 3.403

Alienatio, etiam cum conſenſu Apoſtolico ſupplente facta impugnari poterit, niſi euidenter conſtet illam in vtilitatem Eccleſiæ celebratam fuiſſe. 10.403

Alienationi Nomine s ex iuris diſpoſitione venit etiam locatio ad longum tempus,& in pignus, ſeu hypothecam,vel in feudum, & emphyteuſim conceſſio. 13.405

Nomine alienationis per extrauagantem Pauli II. venit etiam locatio ad longum tempus, & in pignus,ſeu hypothecam, vel in feudum, & emphyteuſim conceſſio. 14.405

Nomine Alienationis in aliis prohibitionibus, non venit repudiatio legati, vel hæreditatis. 8.409

Alienatio legati, vel Hæreditatis non cenſetur facta in fraudem creditorum. 10.409

Alienatio, ſi fiat ob Eccleſiæ vtilitatem, vtilitas ob quam alienatur res Eccleſiæ debet eſſe quam maxima haberi poſſit. 12.414

Alienatio facta à Prælato decepto in eo, quod ipſum putauerit faciendum ex cauſa legitima, adhuc non exiſtente legitima cauſa ſuſtinetur. 14.414

Alienatio an facta fuerit ex legitima cauſa nec ne in dubio ſemper præſumendum eſt pro parte affirmatiua,præſertim ſi Commiſſarius conſenſum præſtiterit. 17.414

Alienatio quando ſit pro ſoluendis debitis Eccleſiæ, cogitur venditor probare pretium verſum eſſe in talem effectum. 20.414

Alienatio bonorum Eccleſiæ facienda etiam eſt pro extrema neceſſitate vel valde graui illorum Pauperum qui culpabiles ſunt in eorum paupertate. 25.414

Alienatio rerum immobilium, vel mobilium pretioſarum quæ ſeruando ſeruari poſſunt, eſt licita, ſi præter legitimam alienandi cauſam, adſint quinque ſequentes conditiones. 1.416

Alienatio facta à Prælato ſine conſenſu Capituli eſt irrita; niſi Capitulum poſtea ratificauerit, & tunc vires ſumet ab ipſa ratificatione & non aliàs. 12.417

In omnibus caſibus Alienationis rerum, quæ veniunt in citata Extrauaganti, præter caſus à iure expreſſos, requiritur Pontificis conſenſus. 30.418

Alienatio facta etiam cum tali conſenſu ſummi Pontificis, conſtito de ſubreptione gratiæ, poteſt impugnari. 42.418

Alienatio ſine conſenſu Summi Pontificis fieri poteſt, ſi res alienanda ſit modici valoris. 43.418

Alienatio fieri poteſt ſi in diſpoſitione relicti, expreſſa fuerit licentia per diſponentem poſſe nempe alienari ſine ſolemnitatibus, & in proprios vſus conuerti, non ſeruatis iuris ſolemnitatibus. 1.419

Alienatio rei Eccleſiaſticæ facta ſine iuſta cauſa inualida eſt, tam in foro externo, quam conſcientiæ, contra nonnullos ſentientes in dicto caſu validam eſſe alienationem; ſed Eccleſiæ competere reſtitutionem in integrum. 1.431

Per alienationem vltra formam præſcriptam, factam, recipienti ius aliquod non acquiritur. 4.455

Poteſtas Eccleſiaſtica ſi agatur in laicos de *Alimentis* filio ſpurio præſtandis,poteſt ſimiliter ratione pietatis cumulatiuè ad poteſtam laicam cognoſcere. 1.85

Filius ſpurius poteſt petere Alimenta ſibi debita coram Iudice tam Eccleſiaſtico quam laico,quę tamen magis maluerit eligere. 2.85

Nomine Alimentorum veniunt Cibaria,potus,veſtes,habitatio,medicinæ,lectus,& ſimilia ad corporis ſuſtentationem neceſſaria. 3.85

Alimenta æſtimari poſſunt vel quatenus ſunt neceſſaria præciſe ad vitam ſuſtentandam, vel quatenus requiruntur ad honeſtam vitæ ſuſtentationem attenta qualitate Perſonæ. 6.85

Alimentorum qualitas, quæ illegitimis debetur tanto magis decreſcit quanto eorum conditio, ſeu qualitas ex natiuitate vilior eſt. 8.85.

Alimenta ad honeſtam ſuſtentationem negari etiam

tiam poſſunt filiis, ſi crimẽ commiſerint, ob quod poſſint exhæredari, ſecus ea quæ ſunt neceſſaria. 10.85

Alimenta debentur filio ſpurio ſpectatis deinceps paternis, & eius dignitate, & qualitate. 11. 85

Alimenta debentur filio ſpurio, ſi tamen ipſe ex ſua arte, opere, vel aliunde commode viuere non poſſit. 13.85

Altaria Eccleſiarum Regularium, quibus non incumbit cura animarum ſecularium, nec loca, vbi aſſeruatur ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum aut audiuntur ſecularium confeſſiones viſitari non poſſunt ab Epiſcopo. 20. 136

An poſſit Epiſcopus extra propriam diœceſim vti altari portatili, vel coram ſe facere in illo celebrari? 154

A M.

Amentes etiam perpetui comprehenduntur in dicta prohibitione non quidem per ſe ipſos, qui peccare non poſſunt, ſed reſpectu Monialium, quæ non poſſunt admittere Puberes. 7. 503

Amicus reconciliatus æquipollet Inimico iuxta illud Inimico tuo ne credas in æternum. 6. 310

A N

Anathema accipitur quandoque pro execratione, ſeu deteſtatione. 12.243

Verbum *anathematizare* aliquando accipitur pro aliquem excommunicatum declarare, & ita ij q ui excommunicandi poteſtatem habent, anathematizant hæreticos etiam poſt mortem. 14. 243

Animalia non ſunt capacia, quod conueniantur, & condemnentur, & res, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit. 7. 40.

An ſi Eccleſiaſticorum animalia damnum inferant, poſſint per poteſtatem laicam capi, vt damnum ab illis illatum reparetur? 60

Abſurdum non eſt animas hominum quibuſcumque vaſibus, vel veſtimentis præferri. 6. 413

A P

Pereira, & Cenallos aſſerentes Iudicem laicum cognoſcere de crimine *Apoſtaſiæ* à fide, ſi tractetur de quæſtione facti, refelluntur. 3. 72

Crimen Apoſtaſiæ non eſt ſpecie diſtinctum ab hæreſi, quia eſt ſicut & hæreſis contra fidem. 4.72

Apoſtata à Religione ob rationes ſupradictas non excluditur ab immunitate Eccleſiæ, in opinione tamen illorum Doctorum aſſerentium quod Clerici, & Regulares Delinquentes gaudeant Eccleſiæ immunitate. 1. 340

Omnes poſt *Apoſtolos* iuriſdictionem à ſummo Pontifice mediatè, vel immediatè recipiunt. 5. 207

Apoſtolus cauſas de dominio directo Eccleſiæ ad Eccleſiam deferri, & ibi determinari præcepit. 44.110

Appellantes vel ſpoliantur, vel turbantur ſua poſſeſſione, & vtroque caſu habent remedium ordinarium reintegrandæ, & retinendæ. 14.14

Appellatio conſeruat ſtatum appellantis ante ſententiam. 2.18

Poſt appellationem Iudex vt priuatus habetur. 3. 18

Et maiori Iudici ſubeſſe dicitur. 4.19

Et oppreſſus, quin & quicumque alius priuatus, etiam armis obſiſtere poteſt. 5.19

Appellatio debet eſſe ad Iudicem ſuperiorem in eodem ordine. 12.19

In caſu extraordinario poteſt eſſe ad Iudicem in diuerſo ordine. 13 20

Appellatio facienda eſt coram Iudice Eccleſiaſtico quando cauſa deciſa eſt ab vtroque Iudice & laico, & Eccleſiaſtico. 11.112

Appellatio ad Legatum non admittitur in cauſis Regularium, niſi in iis magnus, & euidens ſit exceſſus. 6.231

Limita in caſu, quo Prælatus Regularis contra Regulas ordinis procederet, & vti priuatus ſubditum grauaret, & ad ſuperiorem appellationem admittere noller. 7.231

Appellatio à ſententia Epiſcopi de non ædificando nouum Monaſterium non admittitur quoad effectum ſuſpenſiuum ſed tantum deuolutiuum. 3. 233

Appellatio eſſe non poteſt ab eodem ad eumdem. 7.474

Approbatio Confeſſarij non eſt gratia, ſeu priuilegium, quod ex libera voluntate concedentis dependet, ſed eſt teſtificatio habilitatis, & idoneitatis ſacerdotis. 12.215

Habentes publicam approbationem de æquitate, examini nouo non ſubiiciuntur, cum adſit magna præſumptio de ipſorum ſufficientia. 10 115.

An *approbatus* ab vno Ordinario poſſit vbiuis terrarum Confeſſiones audire ſine noua approbatione Ordinarij loci illius, vbi de nouo Confeſſiones audire vult? 118

Approbatus ſeu Parochus vnius Diœceſis ex ſola Parochi alterius Diœceſis delegatione poteſt confeſſiones audire etiam non approbatus ab Epiſcopo contra nonnullos præſertim ex vi Iubilei, & Bullæ Cruciatæ. 1. 219

Idem dic ſi iam Approbatus ob maleuolentiam fuerit reprobatus, & quocumque modo, niſi tamen defectu ſcientiæ, approbatus fuerit, licèt hodie non ſit approbatus. 2. 219

Approbatio fieri debet ab illo Epiſcopo in cuius Diœceſi ſacerdos confeſſiones audit. 1.223

Approbatio de natura ſua, eſt actus intellectus, non autem voluntatis, cum ſit de idoneitate iudicium. 46.217.

Approbatus Ordinarij iudicio, ſeu ſufficiens declaratus non hoc ipſo iuriſdictionem recipit. 1. 223.

Approbatio diſtinguitur à delegatione iuriſdictionis; cum approbatio ſit actus intellectus, & delegatio ſit actus voluntatis ſuperioris. 2. 223.

A R

Arbiter, & Arbitrator differunt, nam Arbiter conſtituitur à Partibus, & ſecundum Iuris terminos iudicat, at Arbitrator à Partibus eligitur tanquam amicabilis Compoſitor. 37.101

Arbitrario munus, ſeu arbitramentum cum ad partium concordiam, atque pietatem principaliter ſpectet non eſt alienum à Religiuſatibus. 38. 101

Quod dictum de inciſione *Arborum* idem dic de inciſione vineæ, vel alterius rei ſimilis. 9.401

Arbores non cæduæ non cenſentur Beneficij fructus, ſed Eccleſiæ bona. 7.414

Archiepiſcopus in aliena Diœceſi pallio vti non poteſt, quia ſtrictior eſt vſus pallij, quam Pontificalium. 2.153

Archiepiſcopus in ordine ad Coëpiſcoporum ſeu ſuffraganeorum Epiſcoporum ſubditos nullo pacto ſuperior eſt, nec iuriſdictionem vllam habet. 15.229.

Archiepiſcopus ad alium Archiepiſcopatum tranſlatus non poteſt vti pallio priori; ſed indiget alio de nouo. 4.230

Archiepiſcopus vti non poteſt pallio extra Prouinciam ſuam etiam de licentia Epiſcopi illius Diœceſis in qua reperitur. 1.231

Tranſlatus de vno Archiepiſcopatu ad alium, ſi tandem redeat ad priorem, indiget nouo pallio; cum primum pallium non ſufficiat. 6. 231

Archiepiſcopus, qui amiſit pallium, poteſt probabiliter ſine illo Pontificalia exercere. 2.ibid.

Archiepiſcopus ſi velit Prouincialia ſtatuta condere, debet Epiſcoporum ſynodum eius rei cauſa congregare, & in ea tanquam Decanus in capitulo præſidere. 18.230

Archiepiſcopus eſt inferior Concilio Prouinciali, & ideo non poteſt eius decreta reuocare, vel immutare. 19. 231

Archiepiſcopus hoc ipſo quo confirmatus fuerit poteſt expedire ea, quæ ad adminiſtrationem, & ordinariam iuriſdictionem pertinent. 20.231

Archiepiſcopus non debet prius quam à ſede Apoſtolica pallium acceperit, exercere ea, quæ ordinis Epiſcopalis ſunt, neque cogere Concilium. 21. 231.

Plenitudo officij Archiepiſcopi pallio ſignificatur. 22. 231

Archiepiſcopus ante acceptum pallium poteſt alteri concedere facultatem ordinandi, cum talis conceſſio ſit actus iuriſdictionis. 23. 231

Pallium habet quaſi ſingulare perſonale priuilegium, quo Archiepiſcopus vti debet determinatis feſtis, vt illud alteri Archiepiſcopo commodare. non poſſit, ſed cum eo mortuus ſepeliri debeat 24 231.

Archiepiſcopus factus Epiſcopus non poteſt vti pallio. 1.230

Archiepiſcopus ante pallij ſuſceptionem non poteſt vocari Archiepiſcopus. 2.230

Arma ſublata ab Eccleſiaſticis per Iudices laicos non poſſunt fiſco applicari, ſed debent, vel in ſe ipſis, vel in valore ſeu pretio ſuo reſtitui Eccleſiaſticis, vel ipſorum Iudici, niſi hic eos condemnet in dictorum armorum priuatione. 37.8

Arma eo in Eccleſia auferri quidem debent propter rixas vitandas, & propter bonum publicum, & reuerentiam debitam loco ſacro, non tamen per Iudicem ſecularem, ſed Eccleſiaſticum. 7.302

A S

Aſcendenta, & extranei hæredes propriiſſime ſunt hæredes 2.427

Attentans *Aſſaſinium* etiam non ſecuto effectu priuatur immunitate, quia is dicitur Aſſaſinus etiam effectu non ſecuto, at non dicitur occiſor proditorius niſi ſecuta morte. 6.314

Aſſaſinium quo minus pecunia interuenit, eo eſt grauius delictum, quia vita hominis magis vilipenditur. 11.316

Promiſſio de danda aliqua in Vxorem, de dando aliquod officium, & quid ſimile, licet non ſit in poteſtate promittentis, attamen eſt quid pretio æſtimabile & conſtituit aſſaſinium. 12. 316

Promiſſio de re incerta, & generali. v.g. non defuturam eſſe in eius neceſſitatibus ſufficit ad aſſaſinium. 13.316

Promiſſio ad hoc vt conſtituat aſſaſinium debet eſſe acceptata; alioquin cùm nullam pariat obligationem, non eſt pretio æſtimabilis, & ſic non æquiualet pecuniæ. 14.316

In crimine aſſaſſinij ad excommunicationem, depoſitionem vel aliam cenſuram ferendam requiritur etiam partis citatio. 4.385

In crimine aſſaſinij ad ferendam ſententiam ſufficiunt probabilia argumenta; quæ tamen in caſu immunitatis non ſufficiunt. 5.385

Aſſaſſinus non gaudet immunitate Eccleſiæ. 1.315

Aſſaſinus præciſa Conſtitutione Gregoriana ſi non de rigore iuris ſaltem de conſuetudine priuatur immunitate. 2. 315

Aſſaſinus per tranſlationem ab Infidelibus ex Syria eſt, qui fas eſſe arbitrabantur quoſcumque Regis ſui inimicos ipſo iubente interficere. 3.315

Mandans aliquem occidi per Aſſaſinos videtur priuari immunitate etiam effectu non ſecuto. ex cap. 1. de homicid in 6. 4.315

Pœnæ, & cenſuræ decretæ in cap. aduerſus crimen Aſſaſinorum hodie locum non habent. 4.315.

Aſſaſinus eſt qui (ſiue Infidelis, ſiue fidelis ſit) pecunia, vel alio æquiualenti conductus incautum aliquem occidit. 5.315

Mandans in aliquorum ſententia Aſſaſinus propriè non eſt, & pœnæ Aſſaſinij ad mandatarios extenduntur. 6. 315

Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur qui pecunia, vel alio æquiualenti cõductus occidit infidelem. 1.317.

Aſſaſinus non eſt, nec priuatur immunitate qui accepta, vel pacta mercede occidit mandantis, & ſui ipſius Inimicum. 1. ibid.

Aſſaſinus non eſt nec immunitate priuatur, qui pecunia, vel alio æquiualenti conducitur ad vulnerandum tantum, ſed non ad occidendum. 1. 318.

Aſſaſinus non eſt qui conductos ad occidendum, (licet per accidens) non occidit, ſed tantum vulnerat. 2.318

Aſſaſinus in ſententia aliorum eſt qui conductus ad occidendum, (licet per accidens) non occidit ſed tantum vulnerat, quia per ſe ipſum non ſtetit quominus ſequatur homicidium. 4. 318

Reſtringe quod commitat aſſaſinium quoad affectum, non tamen quoad effectum. 5.318

Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur qui ſub promiſſione pecuniæ, vel alterius æquiualentis mandat aliquem occidi. 1.319

Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur qui receptat, defendit, vel occultat aſſaſinum, dummodo is vere cauſa ſit mortis illatæ per aſſaſinium & cognoſcat ſe aſſaſinio auxiliari, aliàs non. 1.319

Qui per proclamata Gubernatoris vrbis habetur pro aſſaſino, licet aliàs de iure aſſaſinus dici non poſſit, gaudet immunitate. 4. 319

Aſſaſinus eſt, & immunitate priuatur Teſtis, qui pecunia, vel alio æquiualenti corruptus, falſum deponit, vnde Innocens morte damnatus fuit. 1. 320.

Aſſenſus ſuperioris debet præcedere contractum, quia quãdo aliquid pertinet ad formam actus, debet

bet præcedere ipſum actum. 45.393
Sine aſſenſu Apoſtolico licet alienari poſſit prædiolum, vel vineola; tamen non poteſt alienari pars prædij magni, & pretioſi quia ſic ſucceſſiue poſſet alienari totum in fraudem legis. 5. 412.
Aſſocians Regulatem, qui habet licentiam loquendi cum Monialibus non dicitur habere, iuſtam, & rationabilem cauſam. 30.177
Lex Moſaica de reorum *Aſylo* poſt Chriſti mortem expirauit. 5.252

A T

Attentans, tractans, vel promittens alienare, dummodo in effectu non alienet, licet tradat rei pacificam poſſeſſionem non incurrit excommunicationem, & pœnas dictæ extrauagantis. 40. 393
Ad incurrendas pœnas Conſtitutionis Gregorianæ, & excommunicationem ipſi annexam ſufficit Attentare per illam clauſulam, ibi appoſitam (ſi quis præter, vel contra attentare præſumpſerit) modo *attentatio* ad actum proximum externum reducta fuerit. 1.365
Atteſtantes de conſuetudine legitime introducta contra Eccleſiæ Immunitatem, videant quid affirment. 8.537

A V

Auctoritas Principis non extenditur extra ſuum Territorium. 2.61
Nulla Auctoritas poteſt alteri condonare quod Deo, ſeu alteri ſuperiori debetur, ſi iuſta cauſa condonandi non ſubſit. 13.249
Raro *Auxilium* laicorum, etiam cum armis adhibendum eſt ad Eccleſiam defendendam. 5. 356

B

B A

Baiuli Monaſterio neceſſaria intromittentes, ſi ea ſint oneroſa nimis, nec poſſint Moniales ſubleuare, iuſtam cauſam habent ingrediendi. 1. 519
Bannientes, nec nō Executores, & ſubexecutores talis banni, Perſonas Eccleſiaſticas à Regno quomolibet, excommunicantur in Bulla Cœnæ, & quomodo poſſit euitari, & debeat dicta excommunicatio Bullaris. 11.28
An poſſit *Bannitus* per poteſtatem laicam ſpoliari bonis, & occidi in territorio Eccleſiæ. 61
Bannitus, & condemnatus ob delictum, licet ob delictum exceptum, non tamen ſi fuerit condemnatus plenis probationibus, gaudet immunitate. 1. 279
Bannitus non debet poſt condemnationem eſſe melioris conditionis, quam ante condemnationem. 2 279
Bannitus multo magis gaudebit ſi quomodocumque condemnatus fuerit ob delictum non exceptum. 4.279
Bannitus non poteſt extrahi ex alieno Territorio, & ſic neque ex Eccleſia, cum ea ſit de Territorio Epiſcopi. 2.341
Bannitus vel Exul ſi ſit in Eccleſia ſuæ Patriæ non dicitur exilium fregiſſe. 3.341
Bannitus, & exul mortuus non poteſt ſepeliri ex doctrina Bartoli in Eccleſiis locorum, de quibus arcetur. 7.341
Bannitus, vel Exul, hoc ipſo, quod tranſgrediatur fines vetitos confugiendo ad Eccleſiam committit crimen læſæ maieſtatis, ſed non in Perſonam Principis. 12. 341
Bannitus, vel exul cum confidenter audeat permanere in loco ſacro ſacro, delinquit in Eccleſia, non tamen occidendo, vel mutilando, & ideo gaudet immunitate. 13.341
Bannitus ſi vi ſtatuti poſſit impunè occidi, non ſolum non debet extrahi ab Eccleſia, ſed nec in illa occidi. 15.341
Quomodo ſint recipiendi, & detinendi Banniti, qui non commiſerint delicta excepta. 16. 372
Bannitus à iudice ſeculari, pro Bannito etiam habetur ab Eccleſiaſtico. 10.585

B E

Beneficiarius extra Diœceſim ſi contra non reſidentes ſi. lata excommunicatio eam incurrit, quia ratione omiſſionis dicitur in Diœceſi delinquere. 5.144
Beneficiarius in quorumdā opinione poterit ſe obligatione perſonali obligare ad dandam commoditatem percipiendi fructus ad multos annos, vel ſua vita durante cuicumque voluerit. 9. 453
Beneficiarius poterit liberaliter cedere alteri fructus ſui beneficij pro vita ſua durante, ſi per huiuſmodi ceſſionem, non transferat ius aliquod ad bona Beneficij. 10.453
Beneficiarius poteſt gratis cedere diſtributiones obligatione ſolum perſonali; ſine obligatione reali, per quam transferat aliquod ius in rem. 11. 453
Beneficiarius, ſi ſine iuris ſolemnitatibus incidat arbores, non tamen cæduas, tenetur Eccleſiæ ad damni compenſationem. 6.434
Beneficiarius poteſt fructus ſui beneficij ad longum tempus v. g. pro ſua vita locare, & alienare. 1.458
Beneficiatus poteſt retinere beneficium, donec declaretur delictum, propter quod beneficio priuatus eſt, niſi forte in lege dicatur, pœnam in foro conſcientiæ ſtatim ſoluendam eſſe. 12. 487
Beneficiorum collatio quamuis poſſit ex priuilegio per Papam laicis concedi; non tamen id poteſt conſuetudine, aut præſcriptione laicis acquiri. 10.22
Beneficium Eccleſiaſticum numquam ſine Canonica inſtitutione, obtineri poteſt. 33.77
Is, qui Beneficium conferre poteſt, non poteſt ſeipſum inſtituere. 9.246
Beneficium non confertur in inuitum, & volenti non fit iniuria. 5.347
Is, qui eſt ſolus, poteſt ſeipſum in Beneficioorum latione ſeipſum eligere. 32.247
Publicatio reſignationis Beneficij eſt facienda, licet notoria ſit reſignatio. 6.374
Beneficium reſtitutionis in integrum, eſt remedium extraordinarium quod non datur ei, cui competit remedium ordinarium. 2. 431

B L

Blanditiæ, & præcipue doloſa verba violentiæ æquiparantur. 4.347
Blaſphemia, quia tendit contra Deum ſupernaturaliter reuelatum; ideoque continet quoddam Chriſtianæ Religionis vilipendium, eſt crimen mixti fori; ſecus ſi ſit coniuncta cum hæreſi, quia tunc ſpectat ad Iudices Eccleſiaſticos. 15.68

Blaſphemus etiam Dei,& B. Virginis, ac ſuperſtitioſus,niſi de hæreſi ſuſpectus ſit gaudet, immunit. 1.337.
Blaſphemus etiam Dei, & B.Virginis cum ſententia multorum Doctorum non gaudet immunitate. 2.338.
Blaſphemus,ſi Blaſphemia ſit hæreticalis non gaudet immunitate,non vt Blaſphemus,ſed vt hæreticus eſt. 5.338

B O

Bona ſemper adhærent Perſonæ,& Perſona non eſt integrè,& perfectè exempta,niſi illius bona etiam exempta ſint. 8.59
Bona Eccleſiaſticorum quæcumque illa ſint, etiam patrimonialia, gaudent priuilegio exemptionis Eccleſiaſticis ſimiliter ratione ſtatus conceſſo. 5.55
Bona, niſi habeant obligationem per ſe propriam ſibi, ſeu realem, neceſſario ſequuntur ſtatum, & conditionem Perſonæ. 3.57
Bona Clericis conceſſa maxime ex titulo ſpirituali Eccleſiaſtica efficiuntur, & gaudent eodem priuilegio, quo gaudent Perſonæ Clericorum. 17. 97.
Bona Eccleſiæ dicuntur ſancta ſanctorum; & Patrimonium Chriſti. 3.107
Habens iuriſdictionem tantum laicalem, nullam poteſtatem habet in Bonis Eccleſiæ. 4.107
Multa bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati; quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. 12.286
Bona Eccleſiaſtica alienationis immunitate gaudent; & propterea inalienabilia dicuntur. 2.350
Non poſſunt Bona iuriſdictionalia in feudum vel emphyteuſim concedi, vel vltra triennium locari. 13.391
Nomine bonorum immobilium vel mobilium in hac materia alienationis,veniunt vaſa aurea,argentea,gemmæ,caſulæ pretioſæ,tapetes: item quæcumque triennio non corrumpuntur, & ſimul fructificant, vt integer Grex ouium, caprarum &c. 30. 393.
Nomine bonorum immobilium veniunt fundi, Prædia,domus, & ſimilia, quæ fixam radicem habent. 1.394
Inter Bona immobilia numerari debent arbores, ſi prædio ſint neceſſariæ; ita vt illis ſublatis Prædium notabiliter deterioretur. 1.401
Qui ſua Bona tantum hypotheca generali obligauit, non impeditur ea alienare, cum eadem ſic alienata creditori non ſubmittantur. 8.402
Non poſſunt bona vnius Monaſterij transferri in aliud. 12.402
Poſſunt tamen, ſi ſint bona non pretioſa, vel quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. 13.402
Cenſus non debet imponi cum hypotheca, etiam ſuper alia bona Eccleſiæ, ſpeciali. 9. 412.
Bona Eccleſiæ ſubſunt arbitrio ipſius ſummi Pontificis. 39.418
Bona immobilia non poſſunt dici fructifera, niſi ſint deſtinata ad fructificandum, & niſi ſoleant fructus afferre. 9.430
In caſu, quo Bona immobilia, quæ Miſſarum onus perpetuum annexum habent authoritate Apoſtolica alienentur, eorum pretium ſub pœna interdicti ipſo facto incurrenda in alia bona ſtabilia fructifera, cum eiuſdem oneris annexione,conuerti debent. 16.430
Bona immobilia non dicuntur ſolita fructificare niſi pluries fructum afferant. 14.430
Bona immobilia, & mobilia quoad PP. Theatinos ſunt in diuerſa ratione, ſi quidem immobilia repugnant inſtituto,non ſic mobilia. 34.437
Bona Eccleſiæ dicuntur Patrimonium, & Bona Dei, & Chriſti, non ſolum vt Dominus vniuerſalis ſicut eſt ceterorum,ſed etiam vt particularis,quatenus ipſi particulariter offeruntur. 11.443
Bona Eccleſiæ dicuntur res ſacræ, & propterea ſub nullius poteſtate exiſtunt. 12.443
Bonorum Eccleſiæ dominium eſſe penes Congregationem fidelium ſenſerũt multi Doctores. 13.ibid.
Iure antiquo Bona Eccleſiæ locari poterant per nouennium & ſi non vltra. 4.452
Bonum commune præfertur priuato, etiam cum periculo vitæ. 50.465
Bonum commune Religionis præponderare debet bono priuato cuiuſcumque particularis Monialis. 3.482.
Bona Hæretici, & aliorum à die commiſſi criminis obſtringuntur reali obligatione ita vt ad quemcumque tranſierint à fiſco vindicari poſſint vnà cum fructibus extantibus. 17.488
Is cuius bona ſunt confiſcanda, ſi fraude,vel mendaciis id impediat,non tenetur ad reſtitutionem in foro concientiæ. 20.491

B V

Bulla Clementis VIII. circa erectionem nouorum Monaſteriorum locum habet etiam in erigendis Monaſteriis monialium. 6.233
Bulla Gregorii XIV. in Delictis exceptis in medium affertur iuxta quælibet delictorum nomina. 2. 194.
In Bulla confirmationis Concilii adeſt clauſula Decreti irritatis,quæ omnem conſuetudinem Præteritam,& futuram ſuſtulit. 2.334
In Bulla Cœnæ fertur cenſora reſeruata contra violatores non quidem Immunitatis,ſed libertatis Eccleſiaſticæ, & non cuiuſcumque libertatis ſed ſpecialis. 7.370
Bulla Gregoriana de immunitate non extenditur ad caſus ſimiles,ſeu ad grauiores. 4.476
Bulla Clementis Octaui de largitione munerum extenditur etiam ad caſus ibi non exceptos, modo ſint ſimiles exceptis,ſeu grauiores. 16.477
In locis vbi publicatur Bulla Cruciatæ poſſunt illam habentes à quolibet approbato Confeſſario ſemel in vita, & ſemel in morte abſolui ab omnibus caſibus,& cenſuris reſeruatis. 11.548

C

C A

Caducitas cenſetur remiſſa,ſi Prælatus vel Beneficiarius recipiat penſionem,& canonem pro tempore elapſo. 12.421
Campanile plus ſpiritualitatis habet, quam Palatium Epiſcopi, cum ibi ad ſint campanæ oleo ſancto conſecratæ,& ibidem exerceantur opera pia,quãdo in Dei honorem campanæ pulſantur. 14.265
Campanile diſiunctum ab Eccleſia ſi diſtet ab illa intra triginta paſſus gaudet immunitate ex determinatione S. Cong. Epiſcoporum,& immunitatis. 18.263.
Canones prohibent ab Eccleſiaſticis Iudicibus ad laicos appellari. 10.13
Sacri Canones concedentes immunitatem loquuntur generaliter,& ſine limitatione, ſed comparatiue ad Iudices ſeculares tantum. 1.286

Canon prohibens immoderatam caſtigationem ſerui vel Diſcipuli, non autem moderatam, quæ in Eccleſia fieri poteſt. 17.287

Adducuntur in medium plures ſacri Canones prohibentes extractionem reorum ab Eccleſia & iubentes reſtitutionem. 5.347

Canones permittentes permutationem rerum Eccleſiaſticarum inter Eccleſias ſunt correcti per alios Canones prohibentes. 15.423

Canonici vt ſinguli ſeorſim ſumpti, non faciunt Capitulum; nec talis conſenſus ſingulorum eſt conſenſus Capituli. 9.417

Capellæ, valuæ, ſerta, tectum, ſacriſtia, parietes, & turres etiam ipſius Eccleſiæ gaudent immunitatis priuilegio. 2.262

Capella, quæ non fuit auctoritate Epiſcopi erecta, non cenſetur Eccleſiaſticum beneficium. 17.391

Capella cum ſepulturis concedi poſſunt ad vſum, non tamen poteſt vendi; ita vt qui emit fiat Dominus rei, & poſſit cuicumque alteri vſum eius concedere, quia tunceſſet vera alienatio. 2.418

Capellani, ſeu cooperatores aſſumpti à Parocho ad audiendas Confeſſiones mortuo Parocho exercent facultatem, donec à ſucceſſore remoueantur. 7.211

Capellano, vel Confeſſario Monialium non licet ingredi clauſuram in caſu renouationis ſacramenti exiſtentis in choro interiori; cum id fieri poſſit abſque ingreſſu, & exponi per feneſtellam in Eccleſia exteriori. 5.524

Capitulares præter Regulam antiquam poſſunt facere nouum ſtatutum, ex quo obligentur & ipſi, & Regulam profeſſuri, non item Religioſi prius profeſſi, qui capitulari ſtatuto non interfuerunt. 11.463

Capitulum, ſeu Conuentus non poteſt renunciare iuri acquiſito per conſuetudinem, ſtatutum, aut priuilegium, ſi tale ius ſit Eccleſiæ vtile, aut honorificum. 8.56

Capitulum, ſeu Conuentus ſi faciat contra laudabilem conſuetudinem, vnus ſolus poteſt ſe opponere, & inualidare actus ceterorum; quin Epiſcopus poteſt, & debet impedire. 9.56

Capitulum an ſit Iudex delegatus reſpectu Exemptorum, reſoluitur negatiue contra plures Doctores. 12.181

Capitulum non ſuccedit Epiſcopo niſi in his, quæ Epiſcopo competunt iure ordinario, non autem ex delegatione. 14.181

Capitulum in exercenda Iuriſdictione in cauſis fidei non per ſe, ſed per Vicarium ad id ſpecialiter deputatum procedere debet. 14.181

Capitulum non eſt requirendum niſi ſede vacante, non autem per Epiſcopi abſentiam, nam ſedes tunc non dicitur vacare. 14.190

Capitulum, vel is, ad quem Epiſcopalis iuriſdictio tunc temporis pertinere noſcitur, poteſt facere omnia, quæ poſſet Epiſcopus ſi tunc viueret. 5.379

Capitulum quando conſentire cenſetur; cum maior pars trahere debeat minorem. 7.417

Conſenſus Capituli debet eſſe à Canonicis in Capitulo congregatis, & non ſufficit, ſi ſit à ſingulis ſeorſim ſumptis. 8.417

Capitulum ſi ob bellum, vel aliam cauſam vrgentem abſit, Prælatus debet loco Capituli ſubſtituere alios clericos, quibuſcum tractet, & conſulat de re Eccleſiæ alienanda, & quorum conſenſu obtento, rem Eccleſiæ alienet. 12.417

Capitulum poteſt interim contrahentem ad contractus obſeruationem compellere, quia fauore Eccleſiæ contractus interim claudicat. 13.417

Conſenſus Capituli Eccleſiæ Cathedralis requiritur etiam quando Epiſcopus eſt principalis auctor alienationis bonorum alicuius Eccleſiæ ſecularis, non Cathedralis. 23.417

Capitulum valide auget numerum Canonicorum licet iurauerit ſtatutum de non augendo numero. 8.447

Capitulum ſede vacante probabilius eſt quod poſſit in Monaſteriis exemptis circa clauſuram, quidquid poterat Epiſcopus. 8.473

Capituli nomine veniunt Canonici cum Decano in vnum congregati. 2.541

Captiuans, & componens perſonas ſi pluries id faciat, in itineribus, & ſtratis publicis etiam vrbium, non gaudet immunitate, ſecus ſi id faciat priuatim, & ſecretò, ſiue immediatè, ſiue miſſis aliquibus nuntiis, vel literis comminatoriis. 2.296

Captura Reorum eſt actus iuriſdictionis, qui in Eccleſia, vt potè de alieno Territorio, à iudice laico exerceri non poteſt. 7.375

Captus, & è manibus miniſtrorum Iuſtitiæ confugiens ad Eccleſiam, gaudet immunitate Eccleſiaſtica. 1.280

Captus & in carcere incluſus, ſi facto carcere ad Eccleſiam confugiat, gaudet immunitate. 1.280

Captus, & in carcere incluſus ſubeſt Poteſtati, & iudicio Iudicum dum in eorum Iuriſdictione exiſtit, ſecus ſi extra illam exeat, ſicut de facto exiit, cum ad Eccleſiam ſe recepit. 4.280

Capucini, & Fratres Minores, licet non poſſint iuxta ipſorum regulas poſſidere bona ſtabilia fructifera, poſſunt tamen poſſidere Conuentus & hortos pro ipſorum vſu. 15.430

Carceratus fugiens à carcere delictum non committit, quia vtitur iure ſuo, & dato, quod committat, non committit delictum exceptum. 5.280

Carceratus non gaudet immunitate, ſi in carcere exiſtens confugiat ad ſacerdotem ibi adminiſtrantem Euchariſtiam. 5.281

Carceratus ductus per Eccleſiam à Birrariis non neceſſariò, ſed voluntariè in ſententia nonnullorum Doctorum gaudet immunitate. 6.281

Carceratus in alieno Territorio, vel in Eccleſia, non poteſt etiam pro alia inſta cauſa ad inſtantiam cuiuſuis in carcere detineri. 31.364

Cardinalis, an caſu, vel data opera in Reum ad ſupplicium ductum inciderit, ſtandum eſt eius ſine alio iuramento. 5.272

Cardinalis quod potius extra Vrbem, quam in Vrbe habeat talem facultatem dicendum eſt, & præcipuè extra ſtatum Eccleſiaſticum. 6.272

Cardinales Regibus æquiparari debent. 7.272

Cardinales non debent eſſe deterioris conditionis ac erant olim apud Romanos flamines, Diales, & Virgines veſtales, ob quos fontes non plectebantur. 8.272

Cardinales in fauoribus, & gratiis Epiſcopis comparantur. 12.272

Cardinalis ob offensam indicitur Ciuitati sedis Episcopalis amissio, & comparantur Pontifici. 13.272

Cardinales æquiparantur Regibus,& faciunt vnum corpus,& Consistorium cum summo Pontifice,& sunt speciali modo membra illius,& filij Ecclesiæ Catholicæ. 39.325

Cardinalis subest pœnis statutis contra præsumentes alienare bona Ecclesiastica. 1.442

Cardinalis non subest legibus pœnalibus nisi exprimatur; id tamen non procedit in iis, quæ pertinent ad publicam Ecclesiæ vtilitatem, vel quæ agunt de iustitia seruanda, vel fraude vitanda.2. 442.

Cardinalis subest Cancellariæ regulis, in quibus de fraude vitanda agitur. 3.442

Cardinalis adstringitur iuramento,ne possit alienare bona Ecclesiastica,imò iurat non esse consensurum eorum alienationi. 4.442

Cardinalis post Cardinalatum factus Episcopus tenetur vinculo iuramenti ad bona Episcopatus non alienanda; quamuis de non alienando iuramentum non emiserit. 8 442

Cardinales, & Episcopi, vel alij habentes priuilegium ingrediendi Monasteria Monialium cum sociis, non possunt assumere pro sociis fratres Minores,si de ipso non fiat mentio in dicto priuilegio. 6.506

Carthusiani satis probabiliter in suis infirmitatibus, etiam cum periculo vitæ, ad abstinentiam ab esu carnium obstringuntur. 4. 482

Castellanus transiens per Lusitaniam, non potest die sabbati vesci intestinis animalium, sicuti in Castella.Idem dic de Mediolanensi, cum in ipsius Patria non incipiat Ieiunium quadragesimale à feria quarta cinerum transeunti per locum vbi ieiunium præfatum seruatur. 60. 218

Casus non expressus habetur pro omisso in omnibus dispositionibus. 2 197

Casus exceptus firmat regulam in casibus non exceptis. 3.197

Quando duo Casus æquiparantur in lege antiqua, Lex noua,loquens in vno,locum habet in altero. 10.290

Casus valde dubius, & ideo ex consilio Auctoris, si accidat, est de eo summus Pontifex certiorandus per Episcopum, & ab eo consilia capienda. 5.319

Casus si contingat ex sententia Dianę capiendum est consilium à summo Pontifice. 10.319

Casus expressi tres sunt tantum scilicet venditio, permutatio, & donatio, hi tantum contractus sunt alienatio propriè dicta,per quam rei Dominium transfertur. 26.417

Casus exceptus tunc extenditur ad similes, quando lex excipiens non vtitur dictione aliqua taxatiua. 2.476

Casus exceptus extenditur ad similes in materia fauorabili, non item in materia odiosa. 7. 477

In noua dispositione Casus omissus intelligitur relictus iuri antiquo. 42.437

Casus exceptus cum dictione taxatiua admittit extensionem ad casus similes,vel vrgentiores, non autem ad casus dissimiles,& minus vrgẽtes.2.482

Causæ spirituales,quæ sint,& quales,vide diffusè.2. 65

Causæ temporales,seu merè ciuiles sunt omnes illæ, quæ sunt de laicorum Dominio. 3.65

Causæ mixti fori,quæ,& quales dicantur. 8.66

Causa affecta aliqua qualitate spirituali, puta Religionis,spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiuè,vel saltem cumulatiuè. 5.70

Causa temporalis, vel secularis incidenter spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. 6.70

Recensetur Causæ mere Ecclesiasticæ, vide quæ sint. 1.71

Causæ mere Ecclesiasticæ non cognoscuntur si sint prioris generis, nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicos. 2.71

Causæ posterioris generis licet cadere possint in laicos, adhuc sunt ita spirituales, vt merè spirituales sint,cum ortum habeant ex aliquo, quod solum ad Ecclesiam pertinet. 3.71

Causæ posterioris generis cognosci non possunt nisi ab Ecclesiastica Potestate priuatiuè quoad laicam & Curi 4.71

Recensentur causæ, quas Potestas Ecclesiastica potest cumulatiuè ad laicam Potestatem cognoscere, & quæ sint,vide ibi, & cur id sit. 1. 74.

In causis recensitis si quæstio sit Iuris,& non facti,cognitio causæ spectat solum ad Iudicem Ecclesiasticum. 2. 74

Causa proprietatis circa spiritualia spectat solum ad Iudicem Ecclesiasticum, ita etiam causa possessionis circa eadem spectat ad eumdem. 12. 77.

Causæ temporales, & profanæ Laicorum à Iudice Ecclesiastico tractari possunt, quando qualitate aliqua Religionis afficiuntur. 2.81

In Causis mixti fori,si vnus Iudex reum absoluerit,alter si Reum ipsum absolutum deprehendat nocentem condemnare potest. 1. 96

Causa est omnino Ecclesiastica cum agitur de Dominio directo Ecclesiæ. 43.110

Causa decimatum, quæ datæ sunt in feudum secularibus discutienda est coram Iudice Ecclesiastico quia dependet à Iure spirituali & Ecclesiastico. 53.110.

Causa iam iudicata non debet iterum iudicari. 11. 190

Causa magistratus non est causa propria priuata ipsius Iudicis,sed publica,nam non sibi ius dicit; sed tuetur auctoritatem,& maiestatem publicam. 12.203

Causa Iurisdictionis non est priuata; sed publica; nam damnum, & emolumentum non pertinet ad Iudicem; sed ad Rempublicam. 13. 203

Causa omnis est illius, ad quem pertinet damnum, vel emolumentum. 14.203

Causa exemptionis est causæ superioris. 16.203

Causæ, quæ ad correctionem, & claustralem obedientiam pertinent, non sunt à Legatis tractandæ, sed superioribus Regularibus relinquendæ. 51.231

Quotiescunque duplex est Causa mouens ad aliquam dispositionem faciendam, cessante vna,si altera perseueret, non cessat dispositio. 5. 303

Causæ Ecclesiasticæ cognitio,qualis est immunitatis, non potest nisi ad Iudicem Ecclesiasticum spectare. 2.376

Causa Immunitatis Ecclesiasticæ pertinet ad honorem,& reuerentiam Rei. 3.376

Digitized by Google

Cauſa extinctionis debitorum Eccleſiæ, non eſt cauſa ſufficiens alienandi res Eccleſiæ niſi debitum ſit vrgens, ita vt illud extingui, ſit neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ. 18.399

Cauſa, quæ in proœmio extrauagantis ambitioſæ, non eſt cauſa finalis, ſed impulſiua ad prohibitionem alienationis rerum Eccleſiæ faciendam. 10.423

Cauſæ legitimæ nomine ab Epiſcopo approbandæ ex Concilio Tridentino non intelligitur quæcumque ab Epiſcopo approbata: ſed tantum expreſſa in cap. periculoſo. 3.475

Cauſæ expreſſæ in iuribus data capacitate, & commoditate Monaſterij ad medendum, & ceſſante contagionis alio periculo, non ſunt ſufficientes. 5.475

Ceſſantibus Cauſis expreſſis in motu Pij V. non poteſt Monialibus concedi licentia egrediendi è clauſura. 1.476

Cauſę prædictæ, quod ſint extendibiles ad ſimiles, & vrgentiores, eſt ſatis probabilis ſententia Doctorum. 10.477

Cauſæ exhæredationis filiorum non poſſunt extendi ad alias ſimiles, ſeu grauiores. 5.477

Cauſa limitata limitatum producit effectum, & facultas non excedit limites ſuos. 4.508

C E

Cellulæ, Horti, & adhærentia Eccleſiæ gaudent immunitate. 3.264

Cellæ ianua aperta remanere debet, & ambæ Comitatrices ad eiuſdem Cellæ ianuam morari Confeſſario Monialis infirmæ confeſſionem audiente. 11.516

Cenſuræ, & anathemata diſſimulari poſſunt, & aliquando etiam debent, ne ſtatus Eccleſiæ perturbetur, & ſcandalum ſequatur. 21.11

Cenſura per modum ſententiæ etiam generalis lata directe fertur in perſona ſecundum ſe præſcindendo à Territorio. 5.127

An ſubditi incurrant Cenſuram latam per ſtatutum proprijæ diœceſis ſi contra illud agant extra diœceſim, vel etiam intra Diœceſim in loco exempto? 136

An ſubditi incurrant Cenſuram latam per particulare præceptum proprij Superioris, ſi ſimiliter contra illud agant extra diœceſim, vel etiam intra diœceſim in loco exempto? 137

Cenſura ſi lata ſit contra vulnerantes, occidentes, deflorantes non incurritur ſi actus conſummetur in alieno Territorio, vbi non eſt cenſura, licet ibi fuerit inchoatus. 3.147

Cenſura lata contra occidentes in Eccleſia ligat occiſorem, qui cum ſit in Eccleſia occidit exiſtentem extra ipſam. 4.147

Cenſura incurritur ab eo, qui lethaliter vulnerat in diœceſi vbi homicidium eſt prohibitum ſub cenſura, etiam ſi ſic vulneratus extra propriam diœceſim moriatur, & quære id procedat. 5.147

Cenſura, ſi quæ lata ſit ab Epiſcopo contra deferentes frumentum extra diœceſim, incurritur ab eo ſtatim ac defert, quia actio, quæ defertur conſummatur intra, licet terminus actionis ſit extra. 7.147

Cenſura non tenet, niſi præcedat aliqua ſpecialis iuris monitio, & citatio, quæ, abſente Reo per fraudem, ſatis eſt fieri Domi ſeu in publico loco. 7.150

Cenſuræ latæ facultate ordinaria non afficiunt niſi ſubditos, & ſic non regulares exemptos. Item dic de facultate delegata. 5.178

Cenſura in foro conſcientiæ, iniuncta pœnitentia ſalutari, ſine abſolutione Sacramentali tolli poteſt. 7.210

Cenſura vt contrahatur tendere debet in Baptizatum viatorem, rationis, & doli capacem, & qui in Eccleſia ſuperiorem habeat. 9.242

Cenſura non incurritur ab homine nondum completo crimine, vel nondum completa conditione, ſub qua cenſura lata eſt, ſi antequam perficiatur, obeat. 10.243

Cenſura fertur in contumaces, quales eſſe non poſſunt infantes, furioſi & amentes. 19.243

Furioſus, qui ante furorem contraxit Cenſuram debet abſolui in ipſa amentia. 20.243

Cenſura cum ſit pœna medicinalis, non debet afficere eum, qui medicinæ ſpiritoalis incapax eſt. 21.243

Poteſtas Eccleſiaſtica nō fert Cenſuram in propria cauſa, niſi per modum defenſionis, vt ſc. violentiam ſibi factam repellat. 26.243

Cenſura lata contra facientes non extenditur ad mandantes. 3.306

Cenſuras incurrit qui extrahit perſonam Eccleſiaſticam etiamſi hæc commiſerit crimen exceptum; dummodò ſeruauerit requiſita Concilij Tridentini. 22.363

Cenſura lata contra facientem non ligat conſentientem, niſi exprimatur. 49.393

Cenſuræ contrahuntur ante ſententiam criminis, non aliæ pœnæ. 50.408

Cēſura incurritur &c. etiamſi agatur dē alienatione bonorum deuolutorum ad ſedem Apoſtolicam. 2.451

Cenſuræ quando ſunt ferendæ ſententiæ non incurrūtur, niſi per Iudicem ſit lata ſententia. 4.490

Nomine cenſuræ veniunt ſolum Excommunicatio, Suſpenſio, & Interdictum. 8.502

Modicum moraliter loquendo, ſeu paruitas materiæ à peccato, & Cenſuris excuſat. 2.515

Cenſura non contrahatur ſine contumacia, & quodam virtuali contemptu. 3.536

Cenſuræ, ſeu legis Eccleſiaſticæ contemptor eſſe non videtur, qui eas prædicta ignorantia ignorat. ibid.

Cenſuræ ſunt inſtitutę ad medendum, non ad periculum animis iniiciendum. 4.536

Cenſura Eccleſiaſtica non fertur propter internam operantis diſpoſitionem habitualem, vel actualem, ſed propter externam Eccleſiaſtici præcepti contumacem tranſgreſſionem. 9.536

Cenſura non incurritur ab eo, qui ex metu grauis mortis, infamiæ &c. tranſgreditur legem naturalem, ſi tali tranſgreſſioni ſit annexa cenſura, licet peccet contra legem. 22.537

Cenſura non incurritur à contrahente & conſummante graui metu inducto matrimonium cum conſanguinea, licet non mortaliter peccet. 23.537

Cenſura non incurritur ab eo, qui graui metu adactus remigat in Triremibus Turcarum contra Chriſtianos; quamuis ex probabili mortaliter delinquat. 24.538

Cenſura vel irregularitas contrahitur ab eo qui facit actum intrinſecè malum, cui ratione alicuius circumſtantiæ ea ſit annexa; quamuis ob grauem metum exercens contra Eccleſiaſticam etiam legem delinquat. 29.538

Cenſura ſcilicet excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum

terdictum contrahuntur ante omnem iudicis sententiam à comprehensis in motu Gregorij; non tamen aliæ pœnæ ibi statutæ. 1.546

Censura vt locum habeat debet habere suum Auctorem, quod non contingit in habente conscientiam etroneam. 9.557

Census breui duraturus computatur inter bona mobilia. 29.399

Census redimibilis etiam computatur inter bona mobilia. 30.400

Census vilitatius dicitur vtilis ex vno capite, & ex alio damnosus Ecclesiæ, quia tendit ad priuationem intra certum tempus necessario futurum; & Ecclesia de præsenti exponitur periculo perdendi capitale. 39.400

Census impositio fieri potest à capitulo pro sustinendis litis expensis. 3.402

Census fundari non potest in Conuentu, & horto annexo, & in omnibus aliis supradictis rebus; cum etiam census comprehendatur in prohibitione. 7.428

Census, si fundaretur super Conuentu, vel horto annexo conuentui, emolumentum pro celebratione Missarum non corresponderet oneri. 6. 430.

Cessio litis, vel causæ fieri non potest sine solemnitate iuris, quia & talis cessio est quædam alienatio, cum & ipsa sit cessio iuris iam acquisiti. 7.421.

Cessio legati, vel hæreditatis relictæ fieri non potest sine iuris solemnitate; quia talis cessio est etiam alienatio, cum sit iuris acquisiti, & non acquirendi. 3.421

In cessione iuris acquirendi non sunt seruandæ iuris solemnitates; secus autem est in concessione iuris acquisiti. 1.421

C H

Charta seu appellationes tuitiuæ admitendę non sunt in causis Ecclesiasticis contra nonullos; quia sunt contra Immunitatem Ecclesiasticam. 34. 15.16.

Chorus est pars Ecclesiæ, nec intra Monasterii septa continetur. 6.558

Christus supra legem naturæ, ac fidei nullas leges ceremoniales nisi circa ritus sacrificij, & Sacramentorum præscripsit, reliqua vero Ecclesiæ disponenda reliquit. 3.252

Circumstantia quod quis in Ecclesia existens occidat hominem extra ipsam non aggrauat notabiliter homicidii peccatum. 2.303.304

C I

Citatio quomodocumque consideretur, semper est actus iudicialis. 4.149

Citatio est fundamentum Iudicii actus, & actus Iurisdictionis. 5.149

Citatio sine causæ cognitione censeri potest actus voluntariæ Iurisdictionis. 8.150

Citatio dari non potest in aliena Diœcesi sine illius Episcopi licentia. 11.150

Citatio, quæ fit ratione contractus non afficit immediate Personam; sed bona, at ratione delicti immediate afficit Personam. 17.150

Citatio facta Regulari ab Episcopo quando id facere non est illi specialiter concessum, est ipso iure nulla. 30.168

Citatus ab Episcopo tanquam habente iurisdictionem ordinariam, & ab Inquisitore, qui eam habet delegatam tenetur comparere coram Inquisitore, quia gerit vices summi Pontificis. 4.183

Citatus debet comparere ad hoc vt Iudex sciat an causa sit de sua Iurisdictione; non quod stante dubio debeat cognoscere, an sua sit Iurisdictio. 20. 203.

Ciuis habens Domicilium in Ciuitate, si recreationis gratia rus petat, & ibi moriatur non electa sepultura, non in Ecclesia Villæ, sed suæ Parochiæ est sepeliendus. 34.117

Ciues, & Diœcesani non tenentur Legibus proprij Territorij dum inde absentes sunt, ita vt si in proprio territorio sit vetitus esus carnium, & vbi sunt, non adsit prohibitio, possint vesci carnibus &c. etiam si eadem die sint in Patriam propriam reuersuri. Vide casus, qui afferuntur. §. 132.

Ciues, & Diœcesani tenetur ad leges proprij Territorii seruandas, si obligent in Territorio alieno. 6.132.

Ciuis Mediolanensis Romam profectus si ibi primis quatuor quadragesimæ diebus carnibus vescatur, peccat, licet id ipsi in Patria sua sit licitum. 14.121.

Ciues & Diœcesani alterius, non improbabiliter sunt exempti à Ieiunio, & festis inductis ex præcepto particulari Episcopi, per cuius Diœcesim, seu Territorium transeunt. 8. 132.

Ciues, & Diœcesani possunt licite transire ad alienum Territorium, vitandi gratia legum, statutorum vel præceptorum obligationem suæ Patriæ. 1.139

Ciues & Diœcesani dum se subtrahunt à legibus proprij Territorij, transeundo ad alienum vtuntur iure suo. 2. 139

Ciues, & Diœcesani licite se conferre possunt ad locum vbi Tridentinum non est acceptatum, vt ibi sine parocho, & Testibus seruata veteri forma contrahant matrimonium. 3.139

Item possunt ex industria licite contrahere in articulo mortis cum Concubina, vt filios legitimos efficiant, etiam in fraudem substituti. 4. 139.

Item possunt ob casus reseruatos seu ob confessionem simpliciter faciendam ex industria licite transire ad locum, vbi non est reseruatio ex concessione iuris communis. 5.139

Ciues, & Diœcesani discedentes mane à loco, vbi ieiunatur in sententia Pontij, licet vespere peruenturi sint ad locum vbi Ieiunium non seruatur, non possunt ibi mane frangere Ieiunium quod quidem Auctori non probatur. 10.142.

Ciues & Diœcesani non solum ex industria possunt se subtrahere à legibus municipalibus eundo extra Diœcesim, sed etiam intra Diœcesim in loco exempto manentes. 13.141

Item non obligantur licet festum, vel ieiunium seruetur in loco per quem transeunt sicut in suo Territorio ex præcepto Episcopi vtriusque Diœcesis. Licet ex industria peregrinentur. 14. 141.

Ciues & Diœcesani iuxta aliàs dicta extra Territorium existentes tenentur Legibus, & præceptis Territorij si in eo deliquerint, alias nequaquam, contra Gabrielem & alios. 1.144

Ciues, & Diœcesani absentes obligantur ratione rei sitæ, quando statutum eos obligat etiam extra Territorium. 7.144

Ciues, & Diœcesani non possunt ligari extra Territorium

ritorium ſententiis, vel præceptis, niſi duobus copulatiuè concurrentibus hoc eſt delictum commiſſum in Territorio, & notitia præcepti ante egreſſum à Territorio. 14.146

Ciues, & Diœceſani extra Territorium exiſtentes ſi legibus, vel ſtatutis, & ſententiis, vel præceptis ſubdi poſſint, ſubdi poſſunt etiam pœnis, & cenſuris. Valet etiam argumentum à contrario. 1.147

Ciues & Diœceſani extra Territorium exiſtentes pœnæ non ſubdunter, ſi ipſa requirat Iudicis executionem. 8.148

Ciues, & Diœceſani non poſſunt citari extra Territorium. 1.149

Ciuis impediens Militem Principis iuſte de mandato ipſius expilantem bona ciuitatis, non tenetur ad reſtitutionem. 30.492

In lege veteri conſtitutæ erant *ciuitates* refugij pro Iudæis, & fratribus eorum non autem pro gentibus. 12.277

C L

Clauſtrum, Porticus, ambitus, Dormitorium, & cætera loca, ſeu habitacula quolibet modo Eccleſiæ adhærentia gaudent immunitate. 1.264

Clauſula (ad beneplacitum) ſtante abſoluta habilitate Regularium in ordine ad approbationem perdit vim ſuam. 40.217

Clauſula (ad beneplacitum) locum habet, quando beneplacitum Approbantis locum habere poteſt, id eſt donec aliquid emergat, ob quod reddatur inhabilis ad confeſſiones. 54.219

Clauſula (ſublata facultate ei, & eorum cuilibet &c. appoſita in conſtitutione Gregoriana tollit omnem prorſus interpretationem, & extenſionem. 10.330

Clauſula (ſit tibi ſummariè, ſimpliciter, extraiudicialiter, & quantum pro tuæ conſcientiæ informatione, ſufficere tibi videbitur) videtur importare non plenam probationem. 1.383

Clauſulæ iſtæ (ſummariè, ſimpliciter, & extraiudicialiter, ſeu de plano) non excludunt concludentem probationem; ſed excludunt ſolum modum probandi. 12.384

Clauſulæ (ſummarie, & extraiudicialiter, & quantum pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere videbitur) tollũt ſolum iuris ſolemnitates, & apices, non item veras, plenas, & concludentes probationes. 18.384

Clauſulæ recenſitæ non efficiunt, quod ius gentium, vel naturæ ſeruandum non ſit. 19.384

Clauſula recenſita non eſt iuri contratia, quia ius prohibet alienari quando bona ſunt Eccleſiæ abſolute. 5.419

Clauſulæ (abſque vllo ſuperioris decreto, vel miniſterio, vel ſententia, abſque vlla declaratione, abſque vlla ſententia, ante vllam ſententiam) quid importent. 22.488

Clauſura non læditur per locutionem cum Monialibus. 19.176

Clauſura tantum de iure poſitiuo Monialibus obſeruari præcipitur, & cur. 1.459

In materia Clauſuræ ex præſumpta mente ſuperioris concedentis per licentiam generalem cenſetur reuocata ſpecialis, vel eſſe incluſa in generali, vel confuſa. 21.510

Clauſura cum ſit de iure poſitiuo non obligat cum tanto incommodo. 13.528

Clericus ſi falſum dixerit coram iudice laico, puniri poteſt per Iudicem ſuum Eccleſiaſticũ 10.40

Clerici, quod defectu iuſtitiæ non trahantur ad Iudicium ſeculare in iure Canonico expreſſe prohibetur. 7.12

Clericus coram Epiſcopo, & Epiſcopus coram Archiepiſcopo conueniri debet, Archiepiſcopus coram Primate, & Primas coram Romano Pontifice, vel coram eius Legato ad eam Prouinciam miſſo. 9.13

Vſus Hiſpaniarum & Galliarum ſpoliandi Clericos armis, aliter defendi non poteſt, niſi dicatur id fieri de conſenſu implicito Prælatorum. 7.16

Clerici, licet legibus Principum ſecularium non obligentur quoad vim punitiuam, obligantur tamen quoad directiuam. 8.16

Clericus ferens atma poteſt reſiſtere cum armis miniſtro Laico volenti ipſum capere armiſq; ſpoliare; niſi armorum vſus ſit ita prohibitus, vt neque Domi illa retinere liceat. Vide quandiu hęc limitatio ſi vera. 12.26

Poteſtas laica poteſt capere, & detinere Clericum Debitorem ſi fugiat, vel fugam mediteur; quia tunc habet locum defenſio naturalis. 1.27

Clericus Debitor, ſi fugiat, vel fugam meditetur, poteſt non tantum à Iudice ſeculari, ſed etiam à Creditore priuato capi, & detineti ad hoc vt Iudici ſuo ſiſtatur, ſi delictum ſit conſiderabile. 2.27

Clericus, ſi graui iniuria laicum affecit, ob quam à ſuperiore Eccleſiaſtico incarcerandus eſſet, & cogendus ad ſatisfactionem, poteſt etiam à priuato capi, & detineri, vt ſiſtatur ad ſuum Iudicem, dummodo non excedatur tempus viginti horarum & quid alij ſentiant quoad hoc tempus. 4.17

Clerici, prælati, & Epiſcopi conſtituuntur à Papa ad ſeruitium, & Regimen Eccleſiarum & ideo ſi quando illi delinquunt, non poſſunt licitè à Regno expelli. 4.28

Clericus ſuſpectus de fuga captus per laicum debet ſtatim ad ſuum Iudicem Eccleſiaſticum remitti. 9.13

Clerici non tenentur contribuere ad reparationem Pontium, viarum publicarum, murorum Vrbis, & ſimilium, quæ primò & principaliter ſpectant ad Communitatem. 4.36

Clerici contrauenientes ſtatuto Laicorum reſpicienti ex æquo bonum commune puniendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos, & non ſeculares. 6.36

Clericus ſuum vinum frumentum, &c. cogitur iure naturali non ciuili Principis lege tantidem vendere, quanti Laicus; Laicus verò eodem pretio vendere non ſolum naturali; ſed etiam ciuili iure compellitur. 3.36

Clericus non efficitur Reus pœnæ ſtatutæ per Principem Laicum ſi plus vendat res ſuas, quam ſit taxatum. 4.38

Clericus in tali, & ſimili caſu contrauenies, puniri debet à Iudice ſuo Eccleſiaſtico eadem pœna, qua punitur Laicus, vel mitiori. 5.37

Clerici Perſona non poteſt à Iudice ſeculari in rebus moleſtari, nec contedatur per vnam viam quod per aliam denegatur. 9.39

Clerici Res affectę onere gabellæ poſsũt per modũ facti, ſeu per modum iuſtæ defenſionis iuris pro-

ptij, detineri, donec gabella iusta soluatur Iudicibus Ecclesiasticis consultis. 10. 39
Clericus si in causa reconuentionis condemnetur per Iudicem laicum executio facienda est per Iudicem Ecclesiasticum. 5. 42
Clericus in minoribus, licet laicus fiat, ob depositum mandato eius ipsi traditum, cogendus est à Iudice Ecclesiastico. 13. 42
Clerici tenentur contribuere quando æque primario contributio cedit in vtilitatem Clericorum, & Laicorum; sed contra ipsos à superiore Ecclesiastico executio est relaxanda. 7 44
Clericus, si eiiciendus sit à possessione, qua spoliauit laicum, eiici debet per Iudicem Ecclesiasticum, & non secularem. 3. 45
Clericus ex acceptatione officij secularis non se subiicit foro seculari, neque vt per id in bonis puniri possit. 16. 59
Subiicit tamen se clericus minorum ordinum, si muneris administrationem suscipiat, iure prohibente sub pœna priuationis priuilegij clericalis. 17. 59
Hoc ipso clericatui renunciasse censetur. 18. 59
Secus dicendum de clerico maiorum Ordinum. 19. 59
Clericus in causa feudali non subiicitur in Iudicio Domino feudi vt Clericus, sed vt Baro, seu feudatarius. 9. 63
Clericus feudatarius in causa petitorij conueniendus est coram Domino feudi, secus in causa possessorij ex doctrina Squillantis contra nonnullos. 11. 63
Clericus propter ipsius crimen non potest priuari feudo ad Ecclesiam spectanti; cum delictum Personæ in detrimentum Ecclesiæ redundare non debeat. 16. 63
Clericus feudatarius ad doctrinam Innocentij, si agatur de crimine, ob quod feudo priuari mereatur, eius cognitio non ad Dominum feudi laicum pertinet, neque feudo ante priuari potest quam ab Ecclesiastico Iudice condemnatus sit. 17. 63
Clericus trahi non potest ad forum secularem etiam ratione officij sibi concessi à Principe seculari si in eo delinquat, neque etiam ratione cuiuscumque artificij, si quam exerceat artem, quæ Consules habeat, & Primates. 18. 63
Clericus nequit officia secularia sine dispensatione superioris suscipere. 22. 64
Clericus, qui officium Tutorii, vel Curatoris exercuit & in eo deliquit, non potest in iudicium ad reddendam rationem vocari coram Iudice laico. 23. 64
Clericus legitime positus in possessione à Iudice laico contra laicum, potest recurrere ad Iudicem laicum, vt manuteneatur, etiamsi Iudex Ecclesiasticus velit Clericum à possessione eiicere, dummodo non faciat à iudice laico inhiberi Iudici Ecclesiastico. 30. 78
Clerici non possunt consentire in Iudicem non suum, nisi forte sit Persona Ecclesiastica, & Episcopi Diœcesani consensus accedat. 11. 82
Clerico Minori 25. annis si agat coram Iudice seculari actione ciuili, etiam personali dari potest Curator ab ipsomet Iudice laico. 4. 86
Clericus in casu recensito in titulo Iudicati, & puniri potest non solum à Iudice laico; sed etiam à Iudice Ecclesiastico. 12. 1. 101
Clericus, & laicus si delinquant simul causa aduersus vtrumque spectat ad Iudicem Ecclesiasticum. 1. 111
Clericus quidam promotus ad ordines cum collatione vnius Beneficij, redditus duorum scutorum annuorum, captus cum armis in habitu laicali, & Homicida, ex S. Congregationis Cardinalium decreto gaudet Priuilegio fori. 20. 156
Clericus non potest iudicari à Iudice Laico ratione officij secularis, ex eo; quia Iudex Laicus non habet iurisdictionem in illum, & Clericus est exemptus. 8. 193
Clericus non potest consentire in Iudicem secularem cum hoc sit in præiudicium status Clericalis. 12 193
Clericus non potest etiam cum Iuramento renunciare priuilegium Canonis, exemptionis gabellarum & fori. 3. 227
Clericus non perdit sua priuilegia per interdictum. 5. 261
Clericus excommunicatus non perdit priuilegium fori, vel canonis, nec excommunicatus immunitatem. 2. 275
Clericus etiam comparatiuè ad Iudices seculares, gaudet immunitate, siue subsit eorum iurisdictioni, siue non. 1. 283
Clericus non debet esse deterioris conditionis, quam laicus. 2. 283
Clericus, si non seruet requisita Tridentini, priuatur priuilegio personali, non item locali. 3. 283
Clericus, qui non subest Iurisdictioni Iudicum secularium, sed Ecclesiasticorum non gaudet immunitate Ecclesiæ comparatiue ad Iudices Ecclesiasticos. 1. 284
Clericus cum extrahitur à Iudice Ecclesiastico, ex voluntate Ecclesiæ extrahi dicitur. 8. 284
Clerici Delinquentis ab Ecclesia extractio, Ecclesiæ nec dedecus, nec irreuerentiam gignit. 13. 284
Clericus si ob delicta non posset extrahi ab Ecclesia à suo Prælato, raro puniretur. 15. 284
Clericis conuenit sanctitas, & maior quam laicis integritas. 21. 285
Clericus delinquens si confugiat ad Ecclesiam, duplici titulo eximitur à laicali Iurisdictione, & ratione Personæ, & ratione loci. 2. 286
Clerici, licet non gaudeant dicto Immunitatis priuilegio comparatiue ad Iudices Ecclesiasticos, non propterea sunt deterioris conditionis quam laici, & si sunt, non sunt per se, sed per accidens. 10. 286
Ratio, cur Clerici non gaudeant immunitate est status diuersus à laicis, in quibus magis excusabilia sunt delicta, quam in Clericis. 24. 287
Clerici confugientes ad Ecclesiam, sequuntur opinionem oppositam, quæ est etiam satis probabilit. 25. 287
Clericus dimisso habitu modo sit tantum in minoribus, gaudet immunitate. 14. 1. 288
Clericus sine requisitis præscriptis à Concilio Tridentino sess. 23. cap. 6. reputatur vt laicus, & sic non debet esse deterioris conditionis. 2. 288
Clericus gaudens priuilegio fori, si committat delictum, ob quod Iudici seculari tradendus est, extrahi potest ab Ecclesiastico Iudice, & Iudex

Digitized by Google

& Iudici ſæculari tradi. 3.288
Crimina, ob quæ Reus Clericus deponendus eſt, & Iudici ſæculari tradendus, excepta eſſe ſolent. 4.288.
Clericus extrahi non debet ob crimen non exceptum; vel ſi extrahatur Curiæ ſæculari non eſt tradendus. 5.288
Clerici filij Reorum læſæ maieſtatis non ſunt inhabiles ad Beneficium, & multo minus priuantur beneficiis acquiſitis. 25.26.325
Clericus abutens fœmina, vel commitens Beſtialitatem non incurrit pœnas Bullæ Pij V. latam contra Clericos Sodomiam exercentes, cum talis actus non ſit propriè ſodomiticus. 7.332
Clericus Sodomiam patiens probabiliter non incurrit dictas pœnas latas à Pio V. quia non eſt propriè Sodomita, ſed mollis. 8.332
Clericus exercens Sodomiam ex conſtitutione Pij V. Curiæ ſeculari traditur, 3.336
Clericus non poteſt in præiudicium ſtatus Clericalis renunciare priuilegium canonis etiam cum Iuramento. 8.348
Clericus poteſt in ciuilibus ſe ſubiicere Iudici ſeculari, qui tamen non poteſt exèqui mandatum à ſe relaxatum contra ipſum, ſed debet adiri ſuperior Eccleſiaſticus. 9.348
Clericus in cauſa reconuentionis poteſt iudicari à Iudice ſæculari. 10.348
Clerici, & Regulares non poſſunt expellere confugientes ad ſuos Conuentus, & Domos, etiam reiiciendo illos ad Eccleſiam, quia in Eccleſia naturæ neceſſaria miniſtrare non licet. 5.388.
Clericus ſubſcribens alienationem bonorum Eccleſiæ, excommunicatur, niſi alienans, & recipiens rem Eccleſiæ, celeri reſtitutione ſibi proſpiciant. 41.393.
Clericorum nomine in materia odioſa non veniunt Epiſcopi, nec Clerici in Dignitate conſtituti, vt Eccleſiæ Cathedralis Canonici, item nec Regulares. 2.499
Clericis miniſtrantibus Infirmis quale conceſſum fuerit à Gregorio XIV. priuilegium. 4.501.
Clerici non reſidentes de iure communi fructus Beneficiorum non percipiunt, exceptis infirmis, & exiſtentibus in ſeruitio Papæ, & duobus Canonicis exiſtentibus in ſeruitio Epiſcopi, cum, hi reſidere cenſeantur, & per nouam conſtitutionem ſuperuenientem non includantur ſupradicti caſus à iure communi excepti. 17.534
Numine Clericorum in materia pœnali non veniunt Religioſi, nec Epiſcopi, nec alij Clerici in dignitate conſtituti, nec Canonici Eccleſiæ Cathedralis; veniunt tamen ſi verba ſimpliciter ita generalia ſint, vt ad quoſlibet extendantur. 1.550.
Clerici etiam Monaſteria frequentantes, ſi moniti non reſipuerint vltra pœnas capit. Monaſteria, puniri poſſunt pœna excommunicationis, ac tandem pœna depoſitionis. 9.551.
Nulla Clericis iure prohibita obligant eos virtute illius prohibitionis ſecluſis circunſtantiis extrinſecis ſub culpa mortali donec abſit contumacia non obediendo monitioni ſuperioris. 2.553.

C O

Coactio ſeu vis ſemper à cenſura excuſat, quia ſimpliciter aufert voluntarium; Ideoque aufert omnem culpam, conſequenter & omnem pœnam in culpa fundatam, at verò metus relinquit voluntarium ſimpliciter, ideoque culpam omnem non aufert. 28.538
Cœmeterij ambitus nunc tantum gaudet circuitu ſupradictorum paſſuum. 11.265
Cœmeterium etiam gaudet eodem immunitatis priuilegio, quo gaudet Eccleſia. 1.266
Diſtinctio nonnullorum quod ſolum Cœmeterium benedictum gaudeat immunitate, refellitur. 2.266.
Cœmeterium eo ipſo, quod ſepulturæ fidelium eſt deſtinatum, præſumitur benedictum, & auctoritate Epiſcopali ſacratum. 3.266
Priuilegio immunitatis non ſolum Cœmeterium, ſed oſtium, & porticus eius gaudent. 4.266
Cœmeterium gaudet immunitate etiam ſi non ſit benedictum ab Epiſcopo; ſed à ſimplici ſacerdote; quinimmo etiamſi à nemine ſit benedictum; dùmodo in ipſo aliquis Chriſtianus ſepultus ſit cum Eccleſiaſticis officiis de licentia Epiſcopi. 5.266.
Cœmeterium etiam pollutum, & interdictum, gaudet immunitate. 6.266
Diſpoſitio facta in fauorem Eccleſiæ cenſetur etiam facta in fauorem Cœmeterij. 7.266
Cœmeterium, cum ſit Eccleſiæ acceſſorium æquiparantur & pari paſſu ambulant quoad ſacrilegium, interdictum, & pollutionem. 8.266.
Cognitio de quæſtione facti non eſt propriè cognitio de crimine; attamen ſi Iudex ſecularis vult ſe immiſcere, poteſt in hoc caſu inhiberi à Iudice Eccleſiaſtico. 16.312
Cognitio an territorium Eccleſiæ ſit violatum nec ne, ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum. 2.379.
Collegia excipiuntur à publicis proceſſionibus. 3.169.
Confraternitates, Collegium, Congregatio, vel Hoſpitale ſine autoritate Epiſcopi erecta, non cenſentur loca pia propriè, & quælibet horum bona poſſunt ſine ſolemnitate iuris alienari. 16.391
Commiſſarius habet iure Ordinario ſolum Deum cognitorem, & iudicem. 6.385
Commiſſarius electus ab Inquiſitore non præfertur Epiſcopo, ſecus eſt ſi ſit electus à Pontifice, licet ſit ſubdelegatus. 7.183
Commiſſarius ſiue electus ſit à Pontifice, ſiue ab Inquiſitore, eſt ſuperior Ordinario, & eius citatio eſt præferenda citationi Epiſcopi. 9.183.
Commiſſarius, ſeu Delegatus prædictus incurrit dictam excommunicationem, ſeu ſuſpenſionem, etiam ſi gratis, vel per metum, vel per præuiam pecuniam, & promiſſionem præſtiterit conſenſum, decretum, vel auctoritatem. 3.449.
In *Commiſſione* neceſſaria ius acquiritur ei, cum quo diſpenſandum eſt; at in commiſſione voluntaria nulli ius acquiſitum eſt; & ideo perit, niſi fiat à ſede, quæ nunquam moritur. 20.212.
Quod alicuius conſcientiæ committitur non dicitur Commiſſio iudicialis, ſed conſcientialis. 3.383.
Commiſſio eſt exequenda ſecundum verita-

tem, & satis est si iure gentium sustineatur. 4. 383
Ex dicta Commissione sufficit qualitercumque inquirere, ac probationem ipsi soli, cui est demandata, concludere. 5.383
Committens tempore iubilei etiam sub spe absolutionis peccata reseruata etiam habentia annexam censuram; quandiu durat iubileum, absolui potest. 3.305
Committens in Ecclesia leuia delicta gaudet immunitate. 18.500
Communicans, & intra os habens Eucharistiam non gaudet immunitate. 273
Communicatio necessaria inter Episcopum & Inquisitorem habuit pro ratione impulsiua querelas de vexationibus factis ab Inquisitoribus per excessus eorum Commissionum; at pro ratione finali habuit cauete ab errore in iudicando. 11.187.
Prorogatio temporis circa *Communionem* remittitur Iudicio Confessarij. 11.161
Confessarius si non prorogauit tempus Communionis tenetur Puer statim ac ad annos discretionis peruenerit, communicare, sicut & confiteri. 12. 161
Communitas Spiritualis Diœcesis particularis fundatur in Communitate ciuili; cùm Communitas in ordine ad spiritualia sit eorum qui sunt de tali loco. 9.106
Communitates etiam, & vniuersitates tractantes, & consulentes, vel alia ratione verba facientes, vel etiam insinuantes, vel oratores mittentes incurrunt in dictas censuras, non quidem vt omnes; sed vt particulares. 11.451
In generali *Concessione* non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. 15.90
Concessio facta ad instantiam fundatoris arguit eius mentem. 21.95
Concessio limitata audiendi confessiones facta ei, qui non est simpliciter aptus, est censenda simpliciter gratia, & non expediens vbi est copia idoneorum Confessariorum. 32.217
In Concessione per precarium, vel ad beneplacitum Ecclesiæ rei immobilis, vel mobilis pretiosæ, seruandæ sunt iuris solemnitates. 1.430
Per huiusmodi Concessionem iure transfertur ius in rem in alterum; & sic est vera alienatio. 2. 430
Concilium Tridentinum prohibet prædictos recursus Ecclesiasticorum ad Iudices seculares. 35.16
An possit Potestas laica, scilicet Rex, vt Trident. Concilij executor, cogere Ecclesiasticos, & Episcopos, vt illud obseruent, & Ecclesias suas reparent. 45
Praxis recurrendi ad Regium Tribunal quoties aliquod Sac. Concilij Tridentini Decretum per Episcopos non obseruatur, est respuenda. 5.46
Concilium Tridentinum reuocando omnia priuilegia exemptionis ab Ordinario Hospitalibus concessa, non reuocat ea, quæ concessa sunt in ipsa fundatione. 13.94
Concilium Tridentinum indecens existimat celebrare extra loca deputata, & delegat Episcopos ad corrigenda ea, quæ sunt contra decentiam celebrationis. 2.154
Concilium Tridentinum non prohibet Episcopo celebrare in Altari portatili; sed quod non permittat in illo celebrari siue à secularibus, siue à Regularibus. 3.154
Concilium Tridentinum vbi dat facultatem Episcopis procedendi per censuras contra Regulares exemptos, solet id explicare, vt in locis citatis 26.168
Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 7. intelligendum est solum de iis censuris, quæ Sacramentorum susceptionem, & Ecclesiasticam sepulturam impediunt, non de suspensione ab ordine, officio, vel Beneficio; & multo minus irregularitate. 18.206
Concilium Tridentinum reuocauit obseruantiam immunitatis secundum canones; concilia generalia, & Pontificum constitutiones. 2. 257
Concilium Tridentinum fuit confirmatum per Bullam Pij IV. in qua adest clausula Decreti irritantis, quæ tollere videtur omnem consuetudinem præteritam, & futuram contra nonnullos. 3. 257
Concilium Tridentinum de facto sustulit omnes consuetudines Immunitati Ecclesiasticæ derogantes. 1. 334
Concionatores turbulenti, qui à suggestis vitia Principum, vel magistratuum ad Turbas suscitandas exaggerant, atque plus æquo criminantur, grauissimis pœnis, atque censuris subiiciuntur. 14.10
Concordia in gratuitis priuilegiis fundata, reuocari potest. 35.24
Concubinatus est crimen mixti fori, & cognoici, & puniri potest ab vtroque Iudice seculari, & Ecclesiastico. 23.68
Concubinatus secundum nonnullos est solum crimen Iudicis Ecclesiastici, ex eo, quia eius prohibitio est tantum à iure Canonico. 24.68
In criminis Concubinatus cognitione datur præuentio. 25. 68
Episcopus potest trina monitione præcedente ferre in Concubinarios pœnam excommunicationis. 26.69
Episcop. potest in Concubinarios alias pœnas à iure communi, vel statutis synodalibus inflictas, exequi, & alium modum procedendi tenere si velit. 27.69
Prælatus potest punire Concubinarios in pecunia, exilio, reclusione, vel aliis similibus pœnis absque eo, quod præcedat trina monitio. 29.69
Condemnatus ex solis indiciis, & ex probationibus non concludentibus gaudet immunitate. 3.279
Condemnatus ad mortem, si cum ad supplicium ducitur, è manibus ministrorum Iustitiæ, confugiat ad Ecclesiam, gaudet immunitate. 8.1. 281
Condemnatus ad Triremes, siue ad tempus, siue ad semper, si à triremibus confugiat ad Ecclesiam, gaudet immunitate. 1.282
Condemnatus ad vapulandum, si ad Ecclesiam confugiat, gaudet immunitate. 8.282
Conditionibus quibusdam non existentibus Episcopus non dat consensum; & stante appellatione Regulares non possunt ædificare; alias excommunicantur ipso facto, & priuantur officio, voce actiua, & passiua. 7.179
Melior est Conditio possidentis quando sumus in dubio, & cetera sint paria. 4.387
Conditio expressa vt in perpetuum seruentur, seu numquam alienentur, necessaria non est ad legalem inalienationem. 10.395
Nec possunt alienari bona hæreditaria accepta de manu laici, & ex necessitate soluendi æris alieni alienanda. 11.395

Conditio appoſita à diſponente, quod bona relicta Eccleſiæ non poſſint alienari, debet exprimi in impetratione conſenſus ſummi Pontificis, aliàs reſcriptum vitiaret; ſecus ſi impetrandus ſit per modum approbationis cauſarum ad alienationem requiſitarum. 8.420

Confeſſarius ſolicitans, & pœnitens ſolicitatus in Regnis Hiſpaniarum ſi citentur tam ab Epiſcopo, quam ab Inquiſitore, comparere debent coram Inquiſitore, cum ibi ex privilegio Apoſtolico tractentur tantum cauſæ fidei. 8.192

Confeſſarius ſolicitans, qui non iudicatur de fide ſuſpectus, non eſt ad ſuum Ordinarium remittendus, ſed adhuc ab Inquiſitoribus ratione culpæ puniendus eſt. 17.192

Confeſſarius ſolicitans, licet non ſit ſuſpectus de fide, tamen punitur ſine abiuratione pœnitentia ſalutari ſecundum qualitatem exceſſus. 19. 192

Confeſſarius non venit in Bullis Pij V. de clauſura, & Clementis VIII. de Largitione munerum, ſed ſolum privantur gradus honorifici, quibus annexum eſt ius ſuperioritatis, contra Lezanam. 5.204

Confeſſarij debent iudicare, & abſoluere ſecundum leges ſuæ, & non alterius Diœceſis. 5. 209

Confeſſarius quilibet hodie poteſt quempiam à cenſura abſoluere, & poſt aliquot dies, poſtea eiuſdem Pœnitentis magis diſpoſiti, confeſſionem audire. 11.210

Quibus non deeſt ſcientia, deeſt aliquando probitas, vel diſcretio, cuius cognitio ad Epiſcopum ſpectat in approbatione Confeſſarij. 9. 215

Succeſſor Epiſcopi approbantis pro maiori conſcientiæ ſuæ quiete contra nonnullorum ſententiam nouo inſituro Confeſſariorum examine poterit eoſdem approbare, vel reprobare. 24. 216

Praxis Nouorum Epiſcoporum contra Regulares, eſt inſtituere nouum examen. 25. 216

Confeſſarius ſolicitans in confeſſione Puerum ante Bullam Gregorij XV. non erat denunciandus, quia præcedentes aliorum Pontificum Bullæ erant contra ſolicitantem fœminas. 6. 332

Confeſſarius approbatus, virtute bullæ cruciatæ non poteſt in his pœnis diſpenſare. 7.502

Confeſſarius quilibet approbatus poteſt ab eadem excommunicatione ſupradicta abſoluere licet publica virtute tamen Cruciatæ ſemel in vita, & ſemel in morte. 7.501

Confeſſarius quilibet priuilegiatus poteſt ab eadem excommunicatione ſupradicta toties quoties abſoluere; quia Religioſi habent priuilegium abſoluendi toties quoties ab omnibus caſibus ſedi Apoſtolicæ reſeruatis, præterquam à contentis in Bulla cœnæ. 8.501

Confeſſarius habens priuilegium abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis, & à cenſuris, & pœnis conſurgentibus ex eis poteſt abſoluere toties quoties in foro conſcientiæ à prædictis priuationibus & inhabilitatibus. 10.502

Confeſſarius habet iuſtam cauſam ingrediendi quando locus, vbi infirma iacet non eſt propè aliquam feneſtellam, per quam confeſſio commodè excipi poſſit, item ſi Monialis ſurdà ſit, vel morbo oppreſſa non poſſit accedere. 1.516

Confeſſarius, & Euchariſtiam miniſtrans ingredi poſſunt non ſolum quando morbi periculum obligat ad hæc ſacramenta ſuſcipienda; ſed etiam in ipſo morbi principio. 6.516

Confeſſarius, & Miniſtrans Euchariſtiam ingredi poſſunt quotieſcumque ex Regulæ præſcripto ſolent Moniales confiteri, & quotieſcumque Infirma dixerit ſe ſacramentis indigere. 8.516

Confeſſarius Monialium clauſuram ingreſſus ad Sacramenta miſtranda recta via, & abſque diuerticulo ire debet, nec aliò ſe conferre etiam prætextu adminiſtrandi Sacramenta, ſi non ſit neceſſitas. 12.516

Confeſſarius Monialis adminiſtrans ei Sacramentum Extremæ vnctionis non poteſt ibi manere poſt talem adminiſtrationem ad animam Deo commendandam, ſed ſententia oppoſita eſt probabilior. 13.516

Confeſſarius Monialium ſi ſit Regularis ingrediens Clauſuram poteſt ſecum conducere Socium, ſecus ſi Confeſſarius eſt ſecularis & non accedat miniſtraturus Euchariſtiam, vel extremam vnctionem; quia tali caſu neceſſarius eſt et etiam ſocius. 15.516

Confeſſarius, & ſocius ipſius non poſſunt alloqui Monialem ſine licentia Sacræ Congregationis. 21.517

Confeſſarius inferior poteſt etiam abſoluere à caſibus in Bulla Cœnæ contentis, ſi peccatum, quod Pœnitens commiſit, ignorantiam oblivionem, vel inaduertentiam ſaltem non craſſam ſeu ſupinam reſeruationis habet. 14. 537

Confeſſarius quilibet approbatus virtute Cruciatæ poteſt abſoluere ſemel in vita, & ſemel in morte. 14.548

Confeſſarijs paritet interdictum eſt ſub pœna vocis activæ & paſſiuæ ne in ædibus Monaſterij vel ei contiguis pernoctent, vel alios pernoctare faciant, &c. 22.552

Confeſſio Rei facta in tormentis ei inflictis ab inquiſitore ſine licentia Ordinarij, & è contra, licet ratificata non nocet confitenti. 2. 184

Facultas audiendi Confeſſiones alicui conceſſa ab Epiſcopo non expirat per mortem Epiſcopi. 5.211

Reuocatio facta à ſucceſſore Epiſcopi omnium licentiarum audiendi Confeſſiones non comprehendit licentias conceſſas Regularibus, niſi exprimantur. 27.216

Confeſſio in articulo mortis abſente Sacerdote, poteſt fieri etiam laico non in ordine ad Sacramentalem abſolutionem; ſed ſolum ad excitandam contritionem, & exercendum actum humiliationis, & pudoris. 2.203

Confeſſio, quod in mortis articulo abſente ſacerdote fieri debeat laico, non eſt de præcepto ſed tantum de conſilio, ſi ſpectatis circumſtantiis ſalubriter fieri poſſit. 3.204

Confuga in Eccleſia cubare, aliaque corpori neceſſaria peragere opus non habent. 4.263

Confugiens ad portas Eccleſiæ, etiam ſi clauſas illas inueniens, eaſdem, vel illarum anſam, vel vectes manibus adprehendat, gaudet Eccleſiaſtica immunitate. 6.262

Confugiens ſupra tectum Eccleſiæ, nec non ſupra tectum Palatij Epiſcopalis, Monaſterij, Hoſpitalis, vel cuiuſcumque alterius loci pij, gau-

det Eccleſiaſtica immunitate. 9.263
Confugiens ad ſcalas Eccleſiæ, quia & hæ pertinent ad Eccleſiam, & cum Eccleſiæ adhæreant, religioſæ reputantur, gaudet Eccleſiaſtica immunitate. 11.263
Confugiens ad Campanile, quod ſit Eccleſiæ coniunctum in omnium Doctorum ſententia, ſi diſiunctum in ſententia Nauarri gaudet immunitate Eccleſiaſtica. 11.263
Confugiens ad Domum Parochi, Canonici, vel alterius Eccleſiaſticæ Perſonæ etiam exiſtentem intra ſpatium prædictum, non gaudet immunitate, præſertim ſi talis domus ſit laico locata, vel ad emphyteuſim conceſſa contra nonnullos. 11.265
Confugiens ad cœtum fidelium comitantem Sanctiſſimum delatum ad infirmos, ſeu proceſſionaliter, licet non tangat haſtam Baldachini, gaudet immunitate non de iure, ſed de conſuetudine. 2. 273
Confugiens ad ſacerdotem deferentem Euchariſtiam eumque tangens, vel intra domum infirmi, vbi eſt Euchariſtia, vel Comitantibus ſe immiſcens, gaudet immunitate. 7. 273
Confugiens ad ſacerdotem deferentem oleum ſanctum ad infirmos eumque tangens non gaudet immunitate. 11.273
Confugiens ad ſanctorum Imagines, vel reliquias quæ per plateas proceſſionaliter deferuntur non gaudet immunitate. 14.273
Confugientis nomine ad Eccleſiam venit quilibet homo, ſiue mas, ſiue fœmina, ſiue liber, ſiue ſeruus, ſiue nobilis, ſiue ignobilis. 1. 274
Confugiens ad ſtatuas Principis gaudet priuilegio immunitatis. 1.274
Confugiens ad Eccleſiam cum armis prohibitis, non priuatur immunitate. 1.301
Confugiens ad Eccleſiam cum armis prohibitis, licet Eccleſiam offendat, & pœnam capitalem mereatur, gaudet immunitate. 2.301
Confugiens ad Eccleſiam non eſt libere dimittendus, ſed de crimine, quod iniquè geſſit puniendus, pœna pecuniaria, quod ſi egeat, aliquali pœna corporali, non multum tamen corporis afflictiua. 7.354
In omnibus caſibus, in quibus Cõfugiens ad Eccleſiam extrahi poteſt, non eſt ei ſeruanda fides ſuper impunitate delicti. 12.355
Confugiens ad Eccleſiam neque à Perſona priuata extrahi poteſt contra Gambacurtam. 29. 364
Congregatio Cardinalium cenſuit ſuas Declarationes vim habere, ac ſi à ſummo Pontifice emanarent. 1.63
Congregatio Concilij declarauit, quod immunitate Eccleſiæ non gaudeat qui homicidium committit veneno. 2.309
Sac. Cardinalium Congregatio fertur declaraſſe tres Epidemiæ, lepræ, & incendij cauſas non extendi ad ſimiles, nec vrgentiores. 9. 477
Coniectura non ſufficiunt vt vincant præſumptionem ortam ex poſſeſſione immunitatis, & iure fundato. 5.380
Quod per coniecturas cognoſcitur, non vere ſed probabiliter tantum cognoſcitur, neque illud eſt proprie, & abſolutè verum, ſed ſub dubio verum. 8.380
Non reuelans *coniurationem* in Perſonam Principis committit crimen læſæ maieſtatis in omittendo, ſecus in committendo, & quia Conſtitutio Gregoriana intelligit tantum de committentibus gaudet immmunitate. 6.329
Conſenſus Apoſtolicus, licet ſuppleat ſolemnitates poſitiuas; non tamen ſupplet alienandi cauſam, niſi Pontifex exprimat. 8.403
Conſenſus Apoſtolicus, ſicut & omnis alia iuris ſolemnitas, præſumitur ex lapſu triginta vel quadraginta annorum in alienatione rei Eccleſiæ, vel loci pij, ſi contrarium aliunde non conſter. 11.403
Conſenſus Apoſtolicus in dubio non præſumitur, niſi demonſtretur, ſecus eſt ſi de iure aliunde non requirebatur. 12.404
Conſenſus Capitularium eſſe debet expreſſus; vocatur n. talis conſenſus collaudatio, quæ approbationem, & conſenſum expreſſum importat. 5.417
Conſenſus inferiorum præter Capitulares, non requitur quod ſit expreſſus; ſed ſufficit ſi ſit tacitus ad differentiam conſenſus Capituli. 18. 417
Conſentiens in alienationem bonorum Eccleſiaſticorum, non incurrit excommunicationem, & pœnas dictæ extrauagantis; quia conſentire in alienationem, non eſt alienare. 48. 393
Conſeruari poſſe non debet dici id, cuius *conſeruatio* Eccleſiæ potius damnoſa eſt. 3.401
Conſiliarij Regij in Regno Valentiæ noluerunt admittere cognitionem per viam violentiæ. 18.14
Conſiliarij in Regno Hiſpaniarum de poſſeſſorio recuperandæ vel retinendæ poſſeſſionis cauſas non admittunt. 7.77
Conſtitutio Iuſtiniani contra libertatem Eccleſiaſticam correcta fuit ab Imperatore Friderico III. 29.4
Conſtitutiones Religionum Theatinorum & Ieſuitarum non obligant ad peccatum mortale, neque ad veniale. 14.208
Conſtitutio Gregoriana de immunitate vbique locorum locum habet. 1.253
Conſtitutio Gregoriana derogat omnes conſuetudines, ius commune, & prouinciale, & Doctorum interpretationes, reducendo omnia ad vnicam formam. 4.253
Conſtitutio Gregoriana de immunitate non poteſt dici non eſſe vſu recepta etiam per conſuetudinem in contrarium antiquatam. 1. 255
In conſtitutione Gregoriana nulla expreſſa mentio fit de conſuetudinibus particularibus. 8.257
Conſtitutio Gregoriana non ſolum derogat omnes conſuetudines ante introductas, ſed etiam ius commune, & multo magis Prouinciale, & ampliationes à paritate rationis à Doctoribus factas. 1.258
Conſtitutio Gregoriana derogat omnia priuilegia quæcumque illa fuerint prius conceſſa contra Zerolam, & alios. 2.258
Conſtitutio Gregoriana, quæ reducit antiquos Canones ad vnam formam, mentionem facit de laicis, & non de Clericis. 16.284
Conſtitutio Gregoriana diſponit ne laici, & ſeculares magiſtratus aliquid poſſint contra Clericos, quo fit vt nihil de Clericis, aliiſve fauore Eccleſiaſticorum

fiasticorum iudicium positiuè constitutum sit. 20.287
Constitutio pœnalis quando continet fauorem Ecclesiarum fit extensio ex identitate rationis. 11. 290
Constitutio Gregoriana reuocat omnia priuilegia & Indulta data principibus extrahendi delinquentes ab Ecclesia, & nominatim fraudulenter decoctos. 8.294
Constitutio Gregoriana derogat ius commune, sicut & priuilegia, & omnem consuetudinem in contrarium. 8.313
In Constitutione Gregoriana nomen Principis strictè pro Principe supremo accipiendum est. 2. 327
Constitutio Gregoriana corrigit ius commune, & prouinciale, Doctorum interpretationes, & à paritate rationis ampliationes, consuetudines, & priuilegia in contrarium. 12.330
Constitutio Gregoriana derogat iuri communi, & omnia reducit ad vnicam formam; & sic non obstat aliquid in contrarium. 4.340
Verba Constitutionis Gregorianæ, videlicet (extrahunt, capiunt, incarcerant) vt inania, & superflua non sint, suum operentur effectum, valent, ac si ab aliis extractum non restituant. 35.364
Constitutio pœnalis non dicitur extendi, vbi extenditur ex mente eiusdem Constitutionis. 12. 367
Ex constitutione Gregoriana requiritur quod Prælatus priusquam Reum puniendum iudici seculari tradat, cognoscat vere, quod is exceptum delictum commiserit. 7.380
Constitutio Gregoriana, quod non detur appellatio, non habet locum quando est satis sufficiens, & rationabile fundamentum appellandi, & sic non tollit, siue Reo, siue fisco appellationem, quando notoriè vel satis fundatè de latæ sententiæ iniustitia constat. 2.381
Constitutio Pauli II. in sententia Nauarri, quod pœnam priuationis beneficij nullibi est recepta, 2. 435
Constitutio in Italia videtur recepta & quoad obligationem, & quoad excommunicationem, saltem in casu, quo res alienata non fuerit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem. 4.435
Constitutio non habet locum quoad priuationem beneficij, & officij ante iudicis sententiam, licet à Sac. Pœnitentiaria tales delinquentes rehabilitentur ad beneficia, & officia. 5. 435
Constitutio prohibens alienationem rerum Ecclesiæ vltra triennium, includit etiam mandatum ad eas locandas. 1.457
Constitutio Ecclesiastica introducens clausuram Monialium, in aliquibus locis recepta non fuit; qua de causa strictè obseruari præcipitur. 2.459
Constitutio Pij V. circa Franciscanos Conuentuales in Hispania degentes laudatur. 17. 463
Constitutio noua loquens in casu vero quando, & quomodo comprehendat casum fictum. 16.533
Constitutio disponens idem quod ius commune debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis; at secus est quando constitutio noua esset præter, vel contra ius commune. 18.534
Constitutio pœnalis loquens de casu vero non comprehendit casum fictum. 11.537
Consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam non potest præscribi, & si existat alibi, est potius corruptela, quam consuetudo legitima. 30.8
Consuetudo immemorabilis etiam in casu particulari, non valet contra libertatem Ecclesiasticam. 1.21
Consuetudo immemorabilis non solum admittenda quando cum ea coniungitur constans fama, & traditio æquè antiqua, & immemorabilis, quod præcesserit priuilegium, & quando ea integrè probaretur. 2.21
Consuetudo mixta Ecclesiasticorum & laicorum tunc Ecclesiasticos obligat, quando non præiudicat sacris Canonibus, vel ab aliis non fuerit reprobata. 3.21
Consuetudo vt excuset debet esse legitima, & præscripta. 11.23
Consuetudo præscribi non potest, quoties subiectum est incapax illius rei, quæ per consuetudinem induci prætenditur. 12.23
Consuetudo per quam inducitur præscriptio, rationabilis esse debet. 17.23
Limita primò, nisi talis consuetudo, scientia, & libera patientia, seu permissione Principis adiuuetur. 18.23
Limita secundò, nisi talis consuetudo præsumpto aliquo titulo iuuetur, v.g. constante fama priuilegij concessi. 19.23
Consuetudo, secundum quam Imperator in Vassallos Clericos, & Rex in Ministros, & Consiliarios Clericos inquirit, eosque pecuniariis pœnis, depositione ab officio, vel feudi priuatione punit, defenditur, & cur. 14.63
Limita in casu, quo feudum iure proprio agnationis ad Clericum pertinet, secus si pertineat ratione Ecclesiæ. 15.63
Consuetudo in præiudicium Ecclesiæ dicitur proxima sacrilegio. 39.109
Consuetudo Populi Ecclesiastica obligationem non inducit quando oritur ab aliquibus, qui ignorantia premuntur. 5.122
Nuda Cõsuetudo etiam immemorabilis non sufficit ad probandum priuilegium in materia immunitatis, sed requiritur saltem constans fama priuilegij. 22.24
Consuetudo quamuis immemorabilis, si sola sit, & nullo titulo, seu priuilegio Summi Pontificis adiuuetur, non potest Ecclesiasticæ exemptioni quidquam derogare. 23.24
Consuetudo, quæ tendit contra neruum Ecclesiasticæ disciplinæ, vel Ecclesiæ libertatem, irrationabilis est. 26.24
Consuetudo trahendi causas Ecclesiasticas ad laica tribunalia videtur per Bullam Cœnæ reuocata. 38.24
Consuetudo, quod orta quæstione inter laicum, & Clericum, si decimæ sint laicales, an clericales, Iudex laicus cognoscat de possessione, damnatur, & cur. 43.79
Consuetudo quorumdam Iudicum laicorum, qui expensas factas in captura, & custodia mulierum suspectarum postea exigunt à Clericis, improbatur, & damnatur. 8.112
Consuetudo proprij loci non excedit territorium, neque facit priuilegium personale, sed solum locale. 57.118
Consuetudo Iuri communi contraria, est stricte interpretanda. 58.118

Consuetudo in contrarium non obstat, nam vel procedit ex iustitia, vel à causa remouendi scandalum à Pusillis. 2.122

Consuetudo Populi non potest inducere obligationem legis Ecclesiasticæ, quia non potest Populus ferre legem Ecclesiasticam, cum eiusdem potestatis sit, consuetudine, & lege obligari. 3.122

Consuetudo, quæ est contra Ecclesiarum libertatem, non valet. 5.255

Consuetudo extrahendi Reos ab Ecclesia per Curiam secularem nulla temporis diuturnitate defendi potest. 6.255

Consuetudo contra immunitatem, & libertatem Ecclesiarum est irrationabilis, & sic non potest rationabiliter præscribi, & potius corruptela, quam consuetudo dicenda est. 7.255

Consuetudo vt prævaleat aduersus canones, & leges Pontificias, opus est quod introducta sit non solum cum scientia, sed etiam cum expresso consensu summi Pontificis. 11.255

Consuetudo etiam particularis non valet aduersus immunitatem Ecclesiasticam, & aduersus canones, & leges Pontificias. 14.255

Consuetudo non potest introducere, id quod lex non potest statuere. 15.255

Consuetudo non potest habere plus auctoritatis quam lex. 16.256

Consuetudo æquiparatur statuto, & non inducitur super quibus Populus expressè statuere non potest. 17.256

Non minus est reprobanda consuetudo generalis contra immunitatem Ecclesiasticam, quam particularis. 20.256

Omnes Consuetudines ante Tridentinum & Gregorij XIV. constitutionem aduersus immunitatem Ecclesiarum sublatæ modo sunt per ipsum Concilium Tridentinum, & Bullam Greg. XIV. 1.257

Consuetudo contra immunitatem Ecclesiasticam quando de ea oritur disceptatio, videndum est an post Tridentinum & Bullam Gregorianam sit introducta & præscripta alias ad nihilum valebit. 4.257

Consuetudo, cùm sit quid factì in dubio præsumi non debet, nisi legitimè probetur. 5.257

Consuetudo, quæ iuri communi non aduersatur, breui tempore potest introduci. 6.269

Consuetudo propter quam Palatia Cardinalium gaudebant Immunitate, sublata est ex constitutionibus Gregorij XIII. & Sixti V. licet nonnulli teneant dictam sublationem factam fuisse tantum pro Vrbe, non autem pro aliis locis, 2.271

Consuetudo legitime præscripta post Bullam Gregorianam est attendenda in materia immunitatis; secus ante dictam Bullam. 13.306

Consuetudo immunitatem Ecclesiasticam derogans est corruptela. 6.334

Alleganti Consuetudinem Immunitati contrariam credendum non est, nisi probet. 10.344

Consuetudo legitime introducta, & præscripta, præcipuè videntibus, & tacentibus Prælatis tenet contra immunitatem. 6.535

Consuetudo obtinet in multis locis, vt fundi Ecclesiastici sine iuris solemnitatibus in emphyteusim licitè, & valide tradantur. 38.392

Ex actibus mere facultatiuis non inducitur Consuetudo. 20.413

Consuetudo in actibus mere facultatiuis, non participat intrinsecas legis conditiones, quarum vna est, quod sit necessaria pro Communitate. 21.423

Consuetudo si non est necessaria, indebitè, ac proinde irrationabiliter, priuat subditos; & consequenter non potest habere vim legis. 22.423

Consuetudo contraria Clausuræ potest alibi præualere, & decretis eam introducentibus non receptis eidem potest esse derogatum. 7.459

Consuetudo, quod Monasteria habeant mulieres coquas honestas, & nullo modo suspectas præciso populi scandalo. 10.561

Consul potest apud seipsum emancipare suum seruum; & sic repræsentare Personam Consulis, & Personam Domini. 18.246

Consulens extractionem Rei non incurrit censuras, & pœnas Gregorianæ. 6.365

Contractus, Testamenta, & similes actus Legatorum sunt validi, etiamsi in illis seruatæ non fuerunt leges municipales loci in quo degunt. 10.106

Contractus censetur nullus solemnitatibus à lege municipali loci, vbi celebratur, non seruatis. 39.117

Contractus Dotalis obligat contrahentes ad seruandas solemnitates loci Viri, non vbi contractus celebratur, de mente Bonacinæ, & aliorum, secus est de mente Auctoris. 42.117

Contractus Dotalis iudicari debet secundum leges municipales loci, in quo celebratus est. 45.117

Contrahentes non sortiuntur forum loci contractus, quando per pactum expressum aliter conuenerunt, vel natura contractus aliud exigat. 46.117

Contraxisse vnusquisque eo loco intelligitur, in quo vt solueret, se obligarit. 48.117

Locus Viri tam ex natura Contractus, quàm ex voluntate contrahentium dicitur solutioni designatus. 49.117

Contractus absolute initus, interpretandus est secundum consuetudines, & statuta loci, in quo factus est. 3.123

Contractus dotis stipulari debet secundum leges loci vbi Vir Domicilium habet. 6.123

Iustitia naturali etiam cauetur quod in contractibus seruetur æqualitas. 8.239

Contractus non potest celebrari sub vna conditione non acceptata ab altero ex contrahentibus. 13.239

Contractus, cum pendet à voluntate duorum, si non valet, vt fit, neque valet, vt fieri poterat. 6.455

Contrahens cum Ecclesia sine debita solemnitate, non potest pro arbitratu suo stare contractui, vel ab illo recedere; sed necessario stare illi debet, donec ab Ecclesia non repellitur. 3.432

Contrahentes præsumuntur habuisse iustam causam contrahendi. 5.431

Contrahens sponsalia iurata cum vna, validè contrahit matrimonium cum altera. 4.447

Conuentus, vel monasteria Regularium non fuit destinata ad fructificandum mediante locatione; sed inseruiunt ipsis pro habitatione & ideo non dicuntur solita fructificare. 13.430

Conuentus nomine veniunt Religiosi cum superiore in vnum coacti. 62.540

Conuentus collegialiter coactus si delinquat puniri debent omnes consentientes, aut non contradicentes si consentire, vel contradicere teneantur. 4.542

Digitized by Google

Conuentus nomine ſecundum Rodriguez ſatis probabiliter non veniunt omnes vtriuſque ſexus Religioſi ſed ſolum maiores cum Prælato. 5. 541

Conuerſæ de conſuetudine aliquorum locorum non habentur in conſideratione ad effectum augendi numerum Monialium. 15.233

Conuerſæ vbi eſt conſuetudo, quod pro quæſtu exeant à Monaſterio dummodo habeantur licentiæ neceſſariæ, & ſint ætatis ſaltem 40. annorum, & non ſint plures quam octo, tolerari poteſt. 7.468

Conuerſæ, Moniali & non profeſſæ conceditur licentia egreſſus pro quæſtu Monaſterij ex diſpoſitione Pij V. & ſi pro profeſſæ eſt concedenda, ſit annorum 40. & in domibus contiguis extra Monaſterium habitet. 1.481

Conuerſæ profeſſæ, ſi Monaſterium habeat computatis laboribus ſufficientes redditus pro ſuſtentatione, ſunt reducendæ intra clauſuram. 2. 481

Conuerſæ, quæ mittuntur ad petendas Eleemoſynas, non debent eſſe plures quam octo, & quas conditiones habere debeant. 3.481

Conuerſis profeſſis non prohibetur exitus ad audienda ſacra, & percipienda ſacramenta. 4. 481

Conuerſæ, quæ egrediuntur de domibus contiguis, quæ non ſunt Regulares, ſed extra Monaſterium, etiam ad inhoneſta perpetranda, non peccant contra clauſuram. 5.481

Correctio textuum eſt vitãda quam maximè, & ſolum admittenda quando clare apparet correctionis fundamentum. 16.423

C R.

Creditores Eccleſiæ quibus eſt ſatisfactum cum retractu Bonorum immobilium, vel mobilium alienatorum obligati ſunt probare creditum ipſorum verſùm fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem. 6. 451

Crimina bifariam ſecantur in merè Eccleſiaſtica, merè ciuilia, & mixta. 1.66

Crimina merè Eccleſiaſtica dicuntur, quæ ſolùm Canonico, vel Diuino poſitiuo Iuri aduerſantur. 2.67

Crimina, quæ aduerſantur Iuri naturali à ſeculari Poteſtate non cognoſcuntur, nec puniuntur, & cur. 3.67

Crimina merè ciuilia dicuntur, quæ opponuntur ſolum ciuili Iuri. 4.67

Crimina mixta dicuntur, quæ vtrique Iuri, tam Canonico, quam ciuili aduerſantur, & ſic immediate ab vtroque Iure, tam Canonico quam ciuili prohibentur. 5.67

Crimina mixta, ſeu mixti fori, aliquando dicuntur ſolum quoad diuerſos effectus, vt occiſio ſui ipſius, quoad confiſcationem ſpectat ad laicum, quo verò ad ſepulturam ad Iudicem Eccleſiaſticum. 34.69

Crimina iam iudicata à Iudice Ordinario, manent extincta in foro Eccleſiæ. 15.192

Crimen, quando inducit ſuſpicionem de hæreſi poteſt recognoſci vt Reus ſaltem cogatur ad abiurandum. 16.192

Vbi crimen non eſt exceptum, non habemus fundamentum, vt excipiamus perſonam. 5. 277

Crimen extrahendi Reos ab Eccleſia non eſt de exceptis; & ideo extrahens gaudet immunitate contra graues Doctores. 2.343

Crimina excepta ab Eccleſia non proteguntur, non tamen Rei in ipſa poſſunt capi, ligari, & extrahi ſine licentia Prælati Eccleſiaſtici. 8. 376

C V

Culpa antecedens non impedit obligationem charitatis, quę eſt de ſubueniendo Proximo in extrema, vel etiam valde graui neceſſitate. 26. 414

Curam habens animarum ſi non reſideat, ſed degat in aliena diœceſi poteſt ligari cenſuris ſui Epiſcopi, nam omittendo reſidentiam, cenſetur delinquere in propria diœceſi. 27.133

Curia ſecularis vt potè in Ordine inferiori inſeruire debet Curiæ Eccleſiaſticę, vt potè in ordine ſuperiori. 15.99

Curia ſecularis capiens reum lædit ius Eccleſiæ, ex iniuſta autem leſione oritur reſtituendi obligatio. 37.359

Curiæ Romanæ Stylus, & Cardinalium declarationes, quando nam dari debeat abſolutio. 12. 370

Cuſtodes ſtipendio conducti ſi non accuſant damnificantes, peccant contra officium, & ſic contra iuſtitiam. 29.492

Cuſtodiam ponere extra locum ſacrum, non eſt ipſum obſidere, neque Reum ibidem vexare; ſed profanum locum obſeruare, & in illo cuſtodiam conſtituere. 4.349

D

D A

Damnatus ad triremes eſt verè Reus (ſicut & miles, qui per fugam militiam deſerit) & poſt ſententiam latam, & pœnam inflictam contra eum, non deſiuit eſſe Reus. 11.282

Damnatus ad carcerem, vel ad exilium debet eò ſe conferre, & ibi manere. 13.493

Damnatus ad abſtinentiam, vel ſui ipſius flagellationem moderatam, & non infamem, debet eam præſtare. 14.493

Damnatus ad venenum bibendum non tenetur obedire, quia qui venenum ſciens bibit, non minus directè ac poſitiuè ad ſui occiſionem concurrit, quam ſi liquidum, ac feruens plumbum bibat. 16.493

Damnatus ad mortem inedia patiendam, non tenetur cibum ſibi clanculum contra Iudicis voluntatem ſubminiſtratum recuſare, ſed licitè poteſt illum acceptare. 18.494

Damnatus ad mortem inedia patiendam poteſt cibum recuſare, ſi illi clam offeratur; quia non concurrit actiuè ad mortem ſuam, ſed eam fortiter ſuſtinet amore iuſtitię. 19.494

Damnum in ſciſſione arborum; non conſideratur, ſi in Prædio relictæ ſint arbores ſufficientes. 5.401

D E

Debitor in diem conditione non adimpleta non tenetur ſoluere, ſecus ſi ſit diſceſſurus, & non poſſit redire præfixo termino ſolutioni. 5.141

Debitor in diem ſi intelligat intra præfixum anni tempus debito prorſus liberatum iri non tenetur, anticipare. 6.141

Cum Debitor ære alieno grauatus vult perſonam ſuam eximere, cedendo creditoribus omnia, quæ poſſidet, reuera non agit. 4.43

Conſequenter conueniri debet coram proprio Iudice. 5.56

Nec

Nec opus, quod ad instantiam clerici creditoris in carcere detineatur, vt admitti ad hoc beneficium à Iudice laico possit. 6.32
Quid agendum in dilatione quinquennali? Clericus potius deberet prius dilationem, vel remissionem debitori concedere, & non ad suum Iudicem trahendo debitorem fatigare. 7.32
Debitor laicus in sententia aliorum petens admitti ad bonorum cessionis beneficium, vel ad remissionem partis debiti non potest trahere Clericum ad forum sæculare, sed debet adire Iudicem Ecclesiasticum, nisi id faceret per viam reconuentionis. 2.31
Debitor fraudulentus ad Ecclesiam cum bonis confugiens, non debet ibi multo tempore tolerari, sed debet tandem expelli. 16.294
Debitor ob ciuilia debita ad Ecclesiam confugiens per se, vel per Procuratorem in Iudicio comparere potest. 2.290
Debitore recusante comparere in Iudicio modo prædicto potest Iudex post solemnium edictorum citationem, apprehensis bonis ipsius Creditoribus satisfacere. 3.290
Debitor suspectus de fuga, publicus tributorum Exactor, obligatus ad publica ratiocinia gaudet immunitate. 6.290
Debitor suspectus de fuga, est suspectus de graui delicto. 1.294
Decimarum Ius cum ex propria institutione sua sit Ecclesiasticum, in laicum cadere non potest, nisi ex speciali, & legitima Ecclesiastici Prælati concessione, aut priuilegio. 15.23
Decimæ si titulo gratuito concessæ sint, earum cognitio spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, quia feudum ipsum adhuc oritur ex iure Decimarum, quod est Ecclesiasticum. 38.79
Laicis quamuis concessum sit ius Decimarum non tamen censetur concessum ius decimas iudicandi. 40.79
Decisio Castilli, quod in Curia Panormitana Archiepiscopali fuerit exclusus ab immunitate quidam Religiosus, qui in Dormitorij sui Monasterij commiserat sodomiam, processit ex literis arbitrariis à Pontifice concessis; non de iure communi. 10.337
Decisiones Sac. Rotæ, & sententiæ Cancellariæ, Regiique Senatus vim legis non habent, vt necessario ligent, quia non procedunt à Iudicibus habentibus facultatem legis condendæ. 24.175
Declaratio legis in dubijs est veluti noua lex & sic vt obliget, noua promulgatione indiget. 7.172
Declarationes S. Cong. Cardinalium licet magni ponderis sint & ab eis non facile recedendum, nisi aliter per eadem Apostolicam declaretur, vim legis non habent. 8.172
Declarationes S. Congregationis Cardinalium vtrum habeant vim legis, an tolum sententiæ doctrinalis pendet ex mente Pontificis potestatem ipsis tribuentis. 4.172
Declarationes S. Cong. Cardinalium in dubio præsumuntur non habere vim legis, præsertim quando non sunt promulgatæ. 5.172
Declarationes S. Cong. Cardinalium videntur esse solum doctrinales, quia raro, & solum in grauioribus, & difficilioribus dubijs, Congregatio Pontificem consulit. 10.172
Declarationes S. Congreg. Cardinalium sæpe inter se pugnant, ex quo infertur nullam esse authenticam; cum Cardinales non possint derogare, sed solum interpretari leges. 11.172
Declarationes S. Congregationis Cardinalium neque typis mandantur, neque à Pontifice publicari iubentur. 12.172
Declarationes S. Congregationis Cardinalium, si solemniter sint promulgatæ; quia cum promulgatione concurrit Potestas, habent vim legis. 14. 172
Declarationibus, quæ promulgantur præsumitur adfuisse consensus summi Pontificis necessarius. 17. 173
Declarationes S. Congregationis Cardinalium, si non sint solemniter promulgatæ, licet de ipsis constet authenticè, ex probabili sententia Doctorum, vim legis non habent. 18.173
Declarationes Cardin. licet non sint solemniter promulgatæ ex probabiliori sententia vim legis habent, & obligant tam in Iudicio quam extra, si tamen de ipsis authentice constet per Breue summi Pontificis, vel per Monitorium Auditoris Cameræ, vel aliquo alio modo authentico. 21. 173
Declaratio debet præbere auctoritatem priuilegio, & eius terminos præscribere; quapropter fieri debet à concedente, vel ei æquali. 4.202
Declaratio Cardinalium quod Clerici confugientes ad Ecclesiam gaudeant immunitate, non constat authenticè, & facit tantum opinionem satis probabilem. item dic de pluribus aliis similibus Declarationibus. 14.286
Declaratio Clementis VIII. qua resoluitur Delinquentes sub spe immunitatis, ea gaudere non debere, non constat authentice. 11.306
Declaratio particularis non tollit legem vniuersalem. 12.306
Declarationes Sac. Congregationis Cardinalium asserentes Episcopus non posse absoluere in casibus Bullæ Cœnæ occultis non constant authenticè, & ideo standum est consuetudini in contrarium. 6.500
Decoctus fraudulenter in sententia plurimorum Doctorum non gaudet immunitate. 1.293
Decoctus fraudulenter est publicus latro, & propterea plectitur pœna capitis. 2.293
Decoctus fraudulenter nec ratione debiti, nec ratione delicti priuatur Ecclesiæ immunitate. 4.295
Decoctus fraudulenter reuera non est publicus latro, sed solum per quamdam æquiparantiam. 5. 293
Decoctus fraudulenter gaudet immunitate proculdubio si ad Ecclesiam secum non asportet bona, vt illa absconderet, sed tantum, confugit, vt saluet Personam. 7.293
Raro in fraudulenter Decocto possunt contingere quæ necessaria sunt in publico latrone, præsertim actuum frequentia. 9. 294
Decoctus non debet res, & bona in præiudicium Creditorum ad Ecclesiam transferre, sed debet illa Iudici seculari consignare, vt adiudicet cui de iure competunt. 17.294
Decoctorum bona possunt etiam auferri à Iudice seculari, de licentia tamen Iudicis Ecclesiast. 18.294
Decretum Concilij Trident. de nõ promouẽdis Clericis secularibus sine titulo, vel beneficio Pius V. extẽdit etiã ad Regulares ante professionẽ. 9.158
Decretum S. Congregationis Cardinalium latũ contra Regulares accedentes ad loquendũ cum Monialibus non obligat sub peccato mortali. 3.172
Decretum Vrbani VIII. directum ad Episcopum Gienensem disponit, quod Episcopus suspendens Regulares ab audiendis Confessionibus, nõ teneatur ipsis edicere causam, ob quam suspendit, sed tantum

tã ſedi Apoſtolicæ, ſi ab illa requiſitus fuerit. 1.230
Decretum prædictum non habet vim vniuerſaliter in omnibus locis : ſed tantum in Diœceſi Gienenſi, pro qua editum fuit; atque ideo conceſſa Epiſcopo Gienenſi, non cenſentur conceſſa aliis Epiſcopis. 2.229
Decretum prædictum Vrbani VIII. verbaliter affertur in medium. 3.220
Decretum prædictum ex intentione Papæ dirigitur ſolum ad Epiſcopum, & Diœceſim Gienenſem; & rurſus declarat Pontifex ſe id ſtatuere ad fauorem dicti Epiſcopi. 6.221
Facultas conceſſa in dicto Decreto Epiſcopi Gienenſi, eſt gratia priuilegiatiua contra ius commune, & exemptionem Regularium, qui ſunt immediatè ſubiecti ſedi Apoſtolicæ. 7.221
In Decreto Clementis VIII. aliquantulum poſtea moderato à Paulo V. prohibetur quibuſcumque Confeſſariis, ne abſoluant in caſibus in Bulla Cœnæ ſiue claris, ſiue dubiis tã Iuris, quã facti. 4.369
Decreta de clauſura Monialium ſeruanda de facto, nondum in omnibus Monaſteriis locum habent, exiſtentibus adhuc alicubi Monaſteriis clauſuram non ſeruantibus. 12.470
Decreta ingreſſum in Monialium Monaſteria prohibentia nondum vbique ſecundùm omnem prohibitionis modum recepta ſunt. 13.460
Decreti Concilij de clauſura potiùs mens quàm verba ſunt attendenda. 4.468
Decreta Generalis Concilij ob eorum grauitatem, & præſertim Tridentini non cenſentur derogata niſi habita in bullis Pontificum ſpeciali derogatione. 2.500
Decretum latum Romæ ex commiſſione Papæ ad alias Prouincias non extenditur. 24.552
Deducens aliquem per inſidias, vt ab alio occidatur, gaudet immunitate, licet deductus ab alio ſit occiſus. 1.313
Deducens aliquem vt occidatur, licet propriè proditoriè occidat, non tamen id phyſicè agit ſed tantum moraliter. 2.313
Procedens titulo *Defenſionis* naturalis, facto ipſo violentiam repellit, non veritatis indagatione cum defenſio naturalis non ſit iuriſdictionis actus in ſubditum. 12.14
Defenſio, & Protectio naturalis oppreſſorum, locum non habent niſi in caſu neceſſitatis extraordinario, cum ſc. deficit ſuperior Eccleſiaſticus. 1.16
Caſus iuſtæ naturalis Defenſionis videtur moraliter impoſſibilis, ſaltem in locis, qui non multum diſtant ab vrbe. 4.43
Defenſio non poteſt incipere, niſi iniuria incipiente. 23.167
Qui poteſt *Defendere*, poteſt etiam omnia illa, ſine quibus defenſio fieri non poteſt. 21.14
Vbi naturalis ratio Defenſionis viget, omnis immunitas ceſſat. 2.29
Iuſta defenſio naturalis locum habet, cum tunc ſolũ ſit cũ moderamine inculpatæ tutelæ. 7.13
Defunctus dicitur Perſona maximè miſerabilis cum ſe adiuuare non poſſit, & ideo ob bonum ipſius ratione pietatis ex officio commiſſa eſt Epiſcopo eiuſque Vicario executio Voluntatis eiuſdem etiam quoad profana. 5.87
Delegatio abſolutè facta non Perſonæ ſed Dignitati tribuit omnimodam Iuriſdictionem & præſentem, & futuram. 6.181
Delegatus non incurrit cenſuras ſi conſenſum, decretum, vel auctoritatem præſtiterit alienationi, quæ non ſit in detrimentum Eccleſiæ; ſed æqualis conditionis, etiam ſi faciat contra conceſſionem Pontificis obtentam ſub conditione euitantis vel litatis. 3.449
Delegatus, ſi præſtito conſenſu, vel interpoſito Decreto, alienatio non ſequatur, nullam incurrit cenſuram, etiam ſi ſecuta eam incurriſſet. 4.449
Delegati Iuriſdictio non ceſſat ob excommunicationem delegantis, ſi cauſa integra non ſit, ſed cœpta. 15.474
Delegatus ad Iuſtitiam, gerit vices Delegantis, & repræſentat eius Perſonam. 12.212
Delegati Iuriſdictio ob mortem delegantis ſtatim expirat quoad negotia cœpta. 10.474
Delegatus ad Confeſſiones audiendas exercet iudicium in foro Pœnitentiæ non tam in Perſona Delegantis, quam in Perſona Chriſti, & in auctoritate per poteſtatem ordinis collata. 14.212
Delegatus ſummi Pontificis debet eſſe in Dignitate conſtitutus, vel Cathedralis Eccleſiæ Canonicus. 40.201
Delegatus cum non poſſit excedere terminos delegationis, non poteſt Epiſcopus ex vi delegationis in ordine ad clauſuram Monialium exemptarum ſe immiſcere circa locutionem cum illis. 20.176
Delictum in loco ſacro commiſſum, ratione loci ſacri, in quo eſt commiſſum, fortitur naturam mixti fori, & datur locus præuentioni. 2.389
Ex frequenti deambulatione circa locum ſacrum mediatè, & immediatè poſt delictum, inſidiæ, & ſpeculatores ibi poſiti, & ſimilia faciunt præſumere delictum patratum ſub ſpe immunitatis. 7.305
Diuerſa ſunt ex circunſtantiis delictum effici leuius, vt pœna temperari debeat, & delictum ex vna in aliam ſpeciem tranſire, vel vnam qualitatem amittere. 8.303
Delicti excuſatio quoad pœnam, ſpeciem delicti quoad immunitatem, vel quoad forum, vel quoad aliud non mutat. 7.304
An qui aliud Delictum graue, licet non exceptum committat in Eccleſia gaudeat immunitate? ſunt Auctores grauiſſimi pro vtraque ſententia. 7.299
Delictum acceſſus ad Monialium Monaſter. a exempta dicitur commiſſum extra Iuriſdictionem Ordinarij, & per ipſum impunibile contra Bonacinam, cuius fundamentum ſoluitur. 22.176
Delictum in dubio non præſumitur, niſi demonſtretur. 31.91
Delictum eſt integra cauſa ſubiectionis, quando delinquens non eſt extra Territorium. 6.128
Delictum inchoatum in vno Territorio licet phyſicè non cenſeatur ibi conſummatum, ſecus tamen eſt moraliter. 8.148
Delictum læſæ Maieſtatis ad hoc vt Reorum filios infamia afficiat debet eſſe notorium per ſententiam; cum ſine ea non videatur ſatis probatum. 19.424
Commiſſum Delictum eſſe exceptum, eſt conditio neceſſario requiſita ad hoc vt delinquens immunitate priuetur. 12.380
Delictum quando non excipitur, neque Perſona quoad illud excipi debet. 5.321
Delictum commiſſum in Eccleſia ſi eſt Eccleſiaſticũ, vel à Clerico commiſſum, ſolum à Iudice Eccleſiaſt. poteſt puniri; quia in tali caſu eſt extra Iuriſdictionẽ Iudicis ſecularis; ſi vero delictũ eſt ſeculare, & à laicis cõmiſſũ, datur locus præuẽtioni. 4.308
Vnũ delictum fortitur vtrumque forum & ratione Perſonæ, & ratione loci commiſſi Delicti. 5.398

Delictum vbi eſt inchoatum, ibi reputatur etiam conſummatum. 2.148
Delicti inchoatio,& conſummatio,vt potè tanquam via,& finis inter ſe connexè vnum delictum cenſe i debent in vtroque loco factum,& ſic in vtroque loco æque punibile. 3.148
Delicto inchoato non inſponitur ea pœna, quę debetur delicto conſummato. 4.148
Delictum quouſque pœna purgatum non eſt, idem quoad omnes effectus reputatur, & ex fuga non fit leuius,ſed potius augetur. 7.280
Delictum,& defectus non præſumitur, niſi demonſtretur. 13.404
In atrociſſimis delictis punitur affectus, & conatus etiam non ſecuto effectu,at non procedit quoad pœnam priuationis immunitatis. 6.318
Delicta leuiora ſæpe magis puniuntur quam grauiora, quia frequentius illa accidunt, vel ex aliqua alia cauſa,quæ mentem Legiſlatoris mouit. 9.327
Nemo eſt puniendus eſt alieno Delicto. 16.196
Delinquens vt incurrat pœnam iuris poſitiui ex delicto,non ſufficit vt cognoſcat,& aduertat actu opus eſſe peccaminoſum,nec ſufficit vt præterea cognoſcat,& aduertat actu eſſe illud prohibitum à iure poſitiuo,niſi cognoſcat ſub tali pœna eſſe prohibitum. 16.537
Delinquens in Eccleſia ratione loci commiſſi delicti eſt puniendus à iudice Eccleſiaſtico; vel conſulto prius Romano Pontifice poteſt tradi Curiæ ſeculari,ſi delictum ſit atrociſſimum. 10.299
Non quilibet Delinquens contra Eccleſiam niſi mutilando,vel occidendo in illa immunitate priuatur. 4.338
Delinquens in crimine excepto non priuatur immunitate quoad crimina non excepta ſiue ante, ſiue poſt commiſſa. 1.544
Delinquens prope Eccleſiam cenſetur ſub ſpe Immunitatis delinquere, & ei incumbit onus probandi contrarium. 6.305
Delinquens in loco ſacro ſpectato eius delicto indignus eſt immunitate, ſecus ſpectata Eccleſiæ ſanctitate. 8.305
Delinquens ſi aufugiat,& citatus non compareat, pariter vterque Iudex poteſt procedere; ſed tunc non datur præuentio,cum poſſeſſionem Delinquentis requirat. 6.308
Delinquens in Eccleſia in dubio ſemper præſumitur delinquere ſub ſpe immunitatis. 12.303
Delinquens in Eccleſia defendi non debet ab ipſa, donec probauerit, ſe caſu & fortuito, & non ex proposito deliquiſſe. 13.303
Delinquens in Eccleſia indignus eſt immunitate Eccleſiæ. 2.299
Delinquens indignus eſt vt ab Eccleſia recipiatur ſpectato delicto,& Perſona; ſecus eſt ſpectata Eccleſię pietate. 4.345
Delinquentes quando puniuntur Romæ ob delicta commiſſa non puniuntur pœna ordinaria, ſed extraordinaria. 8.128
Delinquentes quando præſumuntur continuare delictum poſſunt vbique puniri,prout fures cum re furata reperti,Hæretici,Banniti, Vſurarij, Aſſaſini,& latrones publici,&c. 9.128
Citatio Delinquentis non videtur neceſſaria quotieſcumque probatio ſit ad iudicis inſtructionem,ſi ſimus in cauſis Tertio non præiudicantibus,aliàs ſecus. 3.385
Delinquentes in proprio domicilio,ſi ad alium locum accedant,non poſſunt ibi puniri. 1.128
Denominatio non fit à minori parte, ſed tantum à maiori. 4.119
Deponens in Monaſterio notabilem quantitatem pecuniarum, ſi ſit benemeritus Monaſterij, iuſtam cauſam habet ingrediendi, ſi ad illam deponendam non eſſet alius locus tutus; & ſic exigeret charitas. 3.519
Depopulator Nocturnus Agrorum non gaudet immunitate. 1.207
Agrorum Depopulator pluribus per inſidias exitium excogitat. 2.297
Agrorum Depopulator Rempublicam, eiuſque quietem,& pacem grauiter perturbat. 3.297
Agrorum Depopulator de iure ęqlareo plectitur pœna vltimi ſupplicij; licet ſæpe ſola pœna triremis,vel fuſtigationis puniatur parte ſatisfacta 4.297
Agrorum nocturnus Depopulator eſt qui nocte Agrorũ ſegetes,vel vineatum fructus deſtruit,ibi ſe abſcondendo,vel alia via eos deuaſtando. 5.297
Diurnus Depopulator agrorum inſpecto cap. inter alia de immunitate,non priuatur immunitatis priuilegio. 1.297
Diurnus depopulator attenta Conſtitutione Gregoriana indefinitè loquente non gaudet immunitate in ſententia aliquorum Doctorum. 2.297
Deportatus, vel Exul,ſi à loco deportationis vel exilij ad Eccleſiam confugiat, gaudet immunitate. 2.280
Depoſitum reſtituere differens non ſolum ciuili actione tenetur,ſed etiam vt fur coërcendus eſt, ac infamiæ notam incurrit. 1.42
Deputatus ad officium dandi huiuſmodi licentiam, licet ſit Delegatus,vtitur eadem facultate, ſecus ſi ſit facultas commiſſa ad peculiares Confeſſarios, vt ad Ordinarios Monialium, & is non ſit ex iis. 3.507
Deus,& Eccleſia delicta abhorrent, ſunt tamen delinquentium miſericordia,& refugium. 16.252
Deus,ſeu alter ſuperior ab homine plus non videtur requirere quam quod faciat quantum in ſe eſt. 16.249

D I

Diſtio(omnino,ſeu omni modo) complectitur omnes ſpecies eius,cui annectitur. 32.95
Dictio taxatiua(tantum) eſt apposita in conſtitutione Gregoriana ad excludendos omnes alios caſus præter expreſſos. 3.314
Dictio(quomodo) eſt generalis omnia comprehendens. 13.321
Dictio taxatiua(tantum)de ſui natura impedit extenſionem ad non expreſſa. 2.328
Dictio copulatiua(filiis & hæredibus) denotat rationem concedendi filiis emphyteuſim non eſſe ſolum,quia filij ſunt,ſed etiam quia hæredes. 8.427
Dictio illa(filiis,& hæredibus)non limitat ſignificatum filij, ſed potius auget ſignificationem illius. 10.427
Dictio illa(omnino)indiſtinctè prolata,omnes annos videtur comprehendere. 3.455
Dictio taxatiua ad mentem nonnullorum Doctorum non excludit probabiliter caſus ſimiles, in quibus eadem,vel vrgentior ratio militat. 11.477
Dictio(&)poſita inter duo,quorum vnum ineſt alteri,ambo reſoluuntur in vnum. 7.550
Dictum quod inter dantem, & ſaccipientem debeat eſſe diſtinctio Perſonarum non eſt generaliter intelligendum;ſed in materia beneficiorum. 10.246
Differentia quæ intercedit inter excommunicationem latam contra Delegatum præſtantem decretum in detrimentum Eccleſiæ, & procurantes dictum legatum hæc eſt. Quod illa non afficit niſi Eccleſiaſticos, iſta vero, & Eccleſiaſticos

&

& laicos, qui modo ſupradicto procuraverint. 5. 450.
Digiti dentes, & huiuſmodi multa non ſunt membrum; ſed potius partes membri. 6.296
Dignitatum Nomine, Adminiſtrationum, & officiorum intelligitur etiam officium Viſitatoris, Commiſſarij Generalis, & Vicarii Monachorum, vel Monialium; non autem officium Diffinitoris, vel Diſcreti in Religione Capucinorum. 2.496
Poteſtas *Diſpenſandi* in iure ſuperioris, præſertim Dei Prælatis Eccleſiaſticis conceſſa eſt in ædificationem, & non in deſtructionem. 14.249
Iuſta cauſa Diſpenſandi in quibuſda eſt imprudentia vouentis & iurantis; item ira, metus, & huiuſmodi. 1.250.
Item eſt ipſa materia iuramenti v. g. non petere debitum 2. ibid.
Item difficultas tam voti, quam iuramenti exequendi. 3. ibid.
Item neceſſitas, ſeu familiæ magna vtilitas. 4. ibid.
Omnis Diſpenſatio in Iuriſdictione fundatur; qua ceſſante non poteſt diſpenſari. 3.227
Graue peccatum eſt; ſi ex conceſſa diſpenſatione ſine cauſa diſpenſati ſumerent occaſionem contemnendi legem, aut inde graue damnum proueniret Eccleſiæ vel ſubditis. 5. 240
Graue damnum de facto prouenit Eccleſiæ vel ſubditis ex diſpenſatione cum ſacerdote in Cœlibatu vel in continua officij recitatione, vel in Beneficiorum pluralitate. 6. ibid.
Vtens diſpenſatione ſine cauſa à diſpenſatione conceſſa in propria lege, peccat ſaltem venialiter contra Nauarrum, & alios, non improbabiliter id negantes. 17. ibid.
Vtens diſpenſatione ſine cauſa non cooperatur peccato ſuperioris vtendo, ſed petendo illicitè diſpenſationem. 19.241
Vſus diſpenſationis ſine cauſa, non videtur ſpecialiter prohibitus. 20. ibid.
Diſpenſare ſine cauſa eſt vnicuique ad leges tranſgrediendas viam aperire. 2. 240
Diſpenſatio ab inferioribus ſine cauſa conceſſa eſt inualida. 8. ibid.
Diſpenſatio voti, iuramenti, voti iurati; & ſimilium non eſt niſi quædam condonatio. quæ fit nomine, & auctoritate Dei, nec requirit diſtinctionem Perſonarum. 27.247
Diſpenſatio non requirit maiorem diſtinctionem, quam actus iuſtitiæ. 29. ibid
Diſpenſatio Prælati facta tam ſibi, quam aliis ſine iuſta cauſa nedum eſt nulla; ſed etiam illicita, etiam in lege propria. 11.149
Diſpenſatio differt à reſciſione, ſeu irritatione; ſiquidem irritatio non requirit auctoritatem Eccleſiaſticam, ſecus eſt diſpenſatio. 19.249
Diſpenſare non eſt idem in voto, ac diſpenſare in lege humana. 25.250
Imperfectum voluntarium eſt cauſa diſpenſationis in voto. 6. ibid.
Prælatus in dubio in diſpenſatione concedenda poteſt inclinare in benigniorem partem. 7. 251
Iuſta cauſa diſpenſandi eſt vtilitas Eccleſiæ, & honor Dei. 8.251
Item vtilitas vouentis, & ipſius magna fragilitas; item leuitas, inconſideratio, inconſtantia, timor, vel quæcunque alia animi, vel mentis perturbatio. 9. ibid.
Diſpenſare non eſt idem, ac declarare materiam voti, & iuramenti, non eſſe Deo gratam. 22.250
Diſpenſatio in lege humana fieri non poteſt quando eſt acquiſitum ius tertio. 27. ibid.
Diſpenſatio ceſſat ceſſante omnino cauſa diſpenſationis. 3.143
Diſpenſatus ad ordines, non eo ipſo cenſetur diſpenſatus ad beneficia; quia non recte fit illatio ad diſpenſata. 22.90
Diſpoſitio C. de Raptoribus 36. q. 1. ſpecialis eſt in raptu Virginis propter atrocitatem talis delicti; ſed non eſt vſu recepta. 6.354
Diſpoſitio ex primario fine attendenda eſt. 22.368
Quando in vno caſu ſit ſpecialis diſpoſitio in aliis caſibus in contrariũ attendendum eſt ius commune. 41.433
Diſpoſitio loquens de ſcientia non comprehendit ignorantiam affectatam ex proprietate ſermonis; ſed ex quadam extenſione, & in materia pœnali non debet fieri extenſio de caſu ad caſum, etiamſi ex larga ſignificatione vocabuli poſſet ille caſus comprehendi. 8.538
Diſſimulationis Actus duplici modo contingit, & quomodo. 9.227
Iudex Eccleſiaſticus ſolus eſt competens ſi agatur de *Diuortio* faciendo, de ſola ſeparatione ob legatum, vel de alio impedimento. 6.73
Iudex laicus oppoſita coram eo exceptione de ſufficienti cauſa diuortii debet ſuperſedere in cauſa principali v. g. in cauſa de alimentis Adulteræ Vxori præſtandi, donec Iudex Eccleſiaſticus incidenter quæſtionem diremerit. 7. ibid.

D O

Is, qui *Doctor* Iuris creatur, poteſtatem is accipit iudicandi de rebus in iure controuerſis, vel ex cathedra publicè docendi, ſed tantum, remotam & incompletam, donec fiat Iudex vel Lector publicus. 4.204
Doctor vel licentiatus in ſac. Theologia, vel in iure Canonico non cenſetur ipſo iure approbatus ad audiendas Confeſſiones, niſi ipſi faueat loci conſuetudo. 7.215.
Dolus, & fraus nemini debet patrocinari. 6.140
Dolũ, & fraudẽ nõ cõmittit qui vtitur iure ſuo. 7. ibi.
Aſſignatur diſcrimen inter cotrahendum *Domicilium* abſolutè, & quaſi Domicilium; nam ad cõtrahendum nouum domicilium abſolutè, requiritur quod quis incipiat ibi habitare cum animo permanendi in perpetuum, ad contrahendum autem nouum quaſi Domicilium ſufficit quod incipiat habitare ad permanendum ad anni tempus non modicum. 26.27.116.117
Ad contrahendum tam Domicilium, quàm quaſi Domicilium, duo copulatiue requiruntur, ſcilicet factum, & Animus. 28.117
Ad contrahendum domicilium non requiritur decennalis habitatio; ſed tantum ad præſumendum animum in perpetuum. 7.115
Domicilium ſemel acquiſitum, non deperditur, niſi ſimul habitatio, & animus permanendi in perpetuum mutentur. 8. ibid.
Domicilium præſumitur contractum in dubio ex habitatione decennali, etiamſi deſierit animus perpetuo permanendi. 32.117
Domicilium amittitur quando hæc duo copulatiue interueniunt, ſcilicet animus recedendi, & actualis migratio 35. ibid.
Domicilium, vel quaſi Domicilium non acquiritur ex eo, quod quis minori anni parte velit alicubi commorari. 3.119
Quaſi Domicilium acquiritur ratione aſſiduæ, & diuturnæ habitationis. 14.116
Qui alicubi contraxit domicilium, ſi inde habeat animum

animum discedendi, nihilominus illius loci legibus manet obstrictus. 12.121
Ad contrahendum Domicilium non requiritur vt quis diu alicubi inhabitet, sed hæc duo copulatiuè requiruntur habitare, & animus permanendi perpetuo. 11.156
Domicilium semel acquisitum solo animo migrandi non amittitur; sed requiritur realis migratio. 11.156
Domicilium re,& facto transfertur, non nuda contestatione. 13.156
Domicilium originis ex speciali determinatione sufficit vt quis possit ab illo Episcopo ordinari; secus est in acquirenda Iurisdictionis subiectione. 24.156
In Clericis Beneficiatis idē esse solet Domiciliū habitationis,& Beneficij; secus si ibidem non resideant,nam non poterunt in loco Beneficij conueniri, præterquam in causis pertinentibus ad Beneficium. 25 157
Constituto habitationis non amittitur Domicilium originis,cum hoc immutabile sit. 9.156
Dominium Directum semper manet penes primum conferente. 3.63
An Iudex laicus, vel solum Ecclesiasticus possit de *Dominio* vtili rei emphyteuticæ Ecclesiæ inter laicos cognoscere; & quid dicendum de directo? 106
Dominium vtile inter laicos,est connexū, & dependens à Dominio directo,quod est magis dignum, & est effectus,& qualitas quędam illius,quæ non potest esse sine subiecto. 5.107
Dominium vtile ratione connexionis iudicari debet quale est directum. 6.107
Dominium vtile non potest diuersimodè considerari respectu Ecclesię,& laici, cum semper restet connexum cum directo. 20.108
Dominium vtile per solam concessionem factam laico,non separatur à directo, nisi per solam fictionem intellectus. 21.108
Dominium vtile est vna, & eadem res cum Dominio directo & talis Naturæ, vt directum semper sequatur,sicut incrementum alluuionis,& insulæ 49.110
Dominium vtile Vasalli subiicitur, & famulatur Dominio Domini principalis. 56.111
Dominus recusans dare maiorem securitatem pro serui immunitate, compellitur ad eum vendendum,quia tunc non debet Domino tradi. 5.288
Dominus Laicus cognoscens in causa feudali, potius iudicat de re sua,quam de Clerico. 8.63
Dominus ob serui delictum conueniri non potest. 21.200
Domus Monasteriis contiguæ non comprehenduntur intra clausuram, intra quas Conuersæ professę eleemosynis colligendis destinatæ, morari debent. 8.467
Domus, & Monasteria pro eodem vsurpantur in motu Pij V. qui incipit, Circa Pastoralis. 6.467
Domus,Horti,& Prædia separata,seu seiuncta, quæ intra clausuram Monasterij non sunt, non veniunt nomine Monasterij. 2.558
Donans, vel legans Ecclesiæ, licet conditionem apposuerit,vt res ab ipso relicta alienari non possit,adhuc non censetur alienari prohibita in casu necessitatis, 20.408
Donans supra quingentos aureos voluntatem habet donandi quod est permissum, non sic locans vltra triennium. 3.456
Donatio causa mortis sapit naturam vltimæ voluntatis,& sic æquiparatur successioni ex testamento. 17.324
Donatio, vel legatum sub modo habet esse suum substantiale absolutum,independenter quodammodo à modo,seu grauamine accessorio. 6.407
Donatio Ecclesiæ facta sub modo, eo non seruato, neque reuocari potest, nisi id ipsum in donatione fuerit expressum; quia in dubio præsumitur facta propter Deum, & in remedium peccatorum. 13.407
Donatio sine insinuatione facta vltra quingentos aureos,licet sit vnica donatio, solū in excessu vitiatur, & firma remanet quoad quingentos aureos à iure sine insinuatione donari permissos. 2. 456

D V

Dubium,si insurgat in lege Canonica,interpretatio petenda est à lege ciuili. 31.278
Duellantes sunt excommunicati, & priuantur sepultura Ecclesiastica, non tamen priuantur immunitate. 2.312

E

E B

Ebrij & Amentes per accidens excusantur à legis transgressione, sicut ratione dormitionis excusantur Dormientes,& ratione ignorantiæ inuincibilis excusantur,qui sic ignorant legem. 5.159
Facientes vt Ebrij, ignorantes, amentes ad tempus aliquid vetitum faciant in tempore,quo possunt excusari, peccant,possunt tamen excusari præbentes ad vescendum carnes amentibus,quia eorum Infirmitati est cibus vtilis, & necessarius. 17.159
Ebrij,Ignorantes,Dormientes,& Amentes ad tempus dicuntur transgredi præceptum,sed non culpabiliter;& ideo posteriori modo excusantur. 3. 164
Cooperantes vt Ebrij,Amentes, & Pueri etiam non septennes vsu rationis carentes ad copulam moueantur peccant. 13.165

E C

Ecclesiæ potest quoslibet de excessu notorio iudicare,quando Iudex secularis est negligens, imò potest censuris eum compellere,vt suo munere fungatur. 9.12
Ecclesia si patiatur defectum ministrorum possunt absentes priuilegiati ad redeundum cōpelli fructuum subtractione priuilegio non obstāte. 4.56
Ecclesia,si habeat feudum à Laico, censetur etiam vt Laicus. 10.63
Ecclesiæ,& loca pia non possunt fundari sine consensu Episcopi. 5.95
Ecclesię Exemptę etiam nullius Diœcesis, etiāsi earum Prælatus habeat iurisdictionem quasi Episcopalem,visitantur ab Episcopo proximiori. 18. 136.
Ecclesię Regularium non possunt visitari ab Episcopo,etiam si existant intra Diœcesim. 19.136
Ecclesia licet propriè,& directè non possit absoluere mortuum iam excommunicatum, potest tamen editis pœnitentiæ signis dare facultatem vt in loco sacro sepeliatur. 16.243
Ecclesiæ rectæ gubernationi conducit vt scrupulis obuietur,& conscientiæ securæ reddantur; quod locum habet non solum in recensitis dispensationibus;sed etiam matrimonij. 17.244
Ecclesia gaudens immunitate non sit spelunca

Digitized by Google

ta latronum, quia ibi delinquentes non defendit. 9.252.
Ecclesia gaudens imunitate non fouet delicta; sed concedit misericordiam delinquentibus. 10. 252.
Ecclesia non debet dare occasionem delinquendi, neque ab ipsa datur talis occasio, quandoquidem immunitatem concedit ob instam causam. 14. 252.
Ecclesia non intendit fauere delinquentibus; sed misericordiam præstare miseris, & casu delinquentibus. 2.253
Ecclesiæ semper sunt à iurisdictione Principis secularis exemptæ, & Pontificis iuribus subiectæ. 4.254.
Ecclesiæ nomine venit quilibet locus auctoritate Episcopi erectus, etiam si actu consecratus vel benedictus non sit, sed ad publicum sacrificij & Sacramentorum vsum deputatus. 1.259
Ecclesia, in qua diuina Mysteria celebrantur, licet non consecrata, nullo iure priuilegia immunitatis amittit. 3.259
Ecclesia eo ipso, quod auctoritate Episcopi construi cœpit, dicitur locus Diuinis obsequiis dicatus, & gaudet priuilegio immunitatis, si successiue, & continuo construatur. 1.260
Ecclesia si construi desistat non gaudet immunitate Ecclesiastica, quia tunc potius est locus desertus, quam domus orationis. Sed hæc oppinio non arridet. 2.ibid.
Ecclesia polluta gaudet priuilegio immunitatis; quia ratione pollutionis non desistit eius sanctitas. 1.ibid.
Ecclesia vt priuetur immunitate ob pollutionem non requiritur in iure expressum, & pollutio non priuat ipsam suo priuilegio. 2.ibid.
Ecclesia vt gaudeat immunitate in sententia nonnullorum Doctorum requiritur, vt ibi Sanctissima Eucharistia conseruetur. 5.ibid.
Ratio cur Ecclesiæ concedatur Immunitas, non est quia ibi seruatur sanctissima Eucharistia; sed quia locus ad publicè sacra celebranda Episcopi auctoritate sit destinatus. 7.ibid.
Ecclesia, vt immunitate gaudeat in sententia nonnullorum oportet, vt in ea diuina officia celebrari cœperint. 8. ibid.
Ecclesia eo ipso, quo constructa est Episcopi auctoritate, & ad sacra facienda determinata, fit quod sit locus sacer, Religiosus & diuinis obsequiis dicatus, licet ibi diuina non celebrentur. 9. ibid.
Ecclesia non consecrata, nec benedicta, & in qua non asseruatur sanctissima Eucharistia sed solum auctoritate Episcopi destinata publice ad diuina officia, si polluatur, indiget reconciliatione. 11. ibid.
Ecclesiæ appellatione non venit pars parietis exterior, quæ viam publicam spectat, & Reus tangens dictum parietem, non dicitur esse in Ecclesia. 14 255.
Ecclesia interdicta gaudet priuilegio immunitatis. 1.261.
Ecclesia non perdit esse sacram per interdictum. 2.ibid.
Ecclesia interdicta, quod solum gaudeat priuilegio immunitatis quoad Peregrinos, non autem quoad homines de populo, qui causam dederunt interdicto limitatur ab aliquibus. 4. ibid.
Ecclesia, si per accidens in ipsa non possit celebrari dummodo per se possit, gaudet immunitate. 5.ibid.
Ecclesia non solum quoad ambitum internum; sed etiam quoad totam fabricam gaudet immunitate. 1.262
Ecclesia non polluitur per sanguinis vel seminis effusionem factam in dictis locis. 3.ibid.
Ecclesiæ & domus appellatione, venit ostium. 8. ibid.
Ecclesia, sicut & quælibet alia domus non solum ex solo; sed etiam ex tecto, eiusque superficie constat. 10.263.
Ecclesia etiam diruta gaudet immunitate, quia saltem ratione soli, in quo posita erat, non desinit eius sanctitas. 1.261
Limita si non sit diruta de licentia Episcopi cum spe readificationis. 2.ibid.
Ecclesia diruta de licentia superioris, perdit omnia priuilegia. 3.261
Ecclesia gaudet priuilegio immunitatis etiam quoad confines. 1.264
Ecclesia Cathedralis, seu maior gaudet per 40. passus per circuitum; minor autem per 30. 2.ibid
Ecclesia ad exemplum Dei, non est acceptatrix Personarum. 2.274.
Ecclesia non perdit priuilegium immunitatis. 3. 275.
Ecclesia interdicta non caret priuilegio immunitatis. 5.276.
Ecclesia defendendo indignum tanto maiorem pietatem ostendit; quia non tantùm attendit ad censuram incursam, quam ad delinquentis fragilitatem, & loci sanctitatem. 6. ibid.
Par non est ab Ecclesia defendatur is, qui eius gremio, tutelæ, ac fidei se committere prorsus non vult. 20.278
Ecclesia de his, qui foris sunt, non curat. 22.ibid
Par est quod Ecclesia tueatur eos, qui ipsi inseruire volunt. 26.ibid.
Ecclesia non curat, de his, qui foris sunt, si exerceat iurisdictionem, secus si concedat priuilegia, quæ etiam non subditis confetri possunt. 33. ibid.
Ecclesia reddit delinquentem securum à pœna non solum infligenda, sed etiam inflicta. 4.282
Exempta Ecclesia, licet Personæ omnes ad eam pertinentes exemptæ censeantur, non tamen id etiam ad Curatum, seu Parochum extenditur. 8. 286.
Ecclesia est Domus Clericorum, at in Domo propria non decet quempiam capi, & vinculis alligari, secus à superiore Domus. 15.287
Ecclesia approbat Leges Ciuiles, quæ Ecclesiarum Immuniti à se statutæ non præiudicant. 4. 290.
Ecclesia solum Delinquentibus immunitatem concedit explicitè, implicitè autem eam concedit etiam Debitoribus. 1.291
Ecclesia est de Territorio Episcopi, & extra Territorium ius dicenti etiam à subditis non paretur. 9. 302.
Ecclesia non sit spelunca latronum, quia ibi Delinquentes corrigi, & puniri possunt à Iudice Ecclesiæ. 9.305
Ecclesia non dat occasionem delinquendi, sed Rei eam accipiunt ab ipsa; quandoquidem non est Ecclesiæ imputandus abusus illuc confugientium. 10.ibid.
Ecclesia nemini dat occasionem delinquendi con-

cedendo immunitatem ex misericordia, sed Delinquentes eam per se accipiunt. 23.333

Qui delinquit aduersus Ecclesiam sponsam immunitate priuatur, ergo multo magis immunitate priuabitur qui delinquit aduersus Christum Iesum sponsum, & Caput Ecclesiæ. 3. 338

Qui simpliciter violat Ecclesiam, est indignus vt ab illa defendatur & sic eius immunitate gaudeat, si attendatur eius delictum, secus si attendatur Ecclesiæ pietas. 3.340

Ecclesia cum diligat inimicos, ac se persequentibus benefaciat, occisores amplectitur. 8.344

Ecclesia ius propriæ immunitatis illæsum curat, non Rei vtilitatem, nisi quatenus sacris adhæret; quo semel discedente ius coniunctionis cessat, separataque de Reo ratio habetur. 6.347

Ecclesia non fauet Reis, vt Reis sed quatenus ad eam tanquam ad asylum confugiunt, ne ipsa violetur. 9.347

Ecclesia numquam id sibi ad fauorem reputat, quod renuentibus canonibus fit, quia fauorum per iniuriam captatrix non est. 10.347

Ecclesia respuit rescripta fauorabilia contra ius impetrata. 11.347

Ecclesia dum causa examinatur habet pro se regulam, quod quilibet cuiuscumque conditionis ad ipsam confugiat, sit in ipsa tutus. 7.349

Ecclesia debet conseruari in sua possessione, cum ibi Reus reperiatur, donec de veritate constiterit. 8.349

Ecclesia resistere potest ostia claudendo, & quælibet alia media extrema ad impediendam vim apponendo, sine armis tamen. 4.356

Ecclesia est locus exemptus à iurisdictione Iudicis secularis quoad actum extrahendi Reum ab ipsa extra casus exceptos, & propterea extractio, & sic omnia subsequentia sunt nulla. 2. 360

Ecclesia violatur si Iudex existens extra illam emisso iaculo occidat Reum in ea manentem. 2.368

Ecclesia videtur in tantum posse Reum defendere, in quantum gaudet immunitate, qua si non gaudeat, non est cur ipsum defendat. 9. 374

Ecclesia non est locus exemptus à iurisdictione laicali in casibus exceptis, qui eius immunitatem non concernunt; sed solum in casibus non exceptis. 10.374

Ecclesia ius habet defendendi Reum in casibus non exceptis, & Reus ius habet ne in talibus casibus à loco sacro extrahatur, & ob id Prælatus non cognoscendo exacte; iniuriam Ecclesiæ, & Reo faceret. 4.380

Ecclesia læsa restituitur in integrum intra quadriennium. 29.408

Ecclesia, cui legatum, vel hæreditas est delata, habet ius, & actionem ad illam ex dispositione testatoris. 3.409

Fauore Ecclesiæ talia relicta ipso iure transeunt in Ecclesiam, etiam absque traditione. 4.409

Ecclesia, cui legatum, vel hæreditas est delata non habet ius absolutum ad illa; sed sub tacita conditione, si scil. legatario placuerit. 19.410

Fauore Ecclesiæ relicta ipso iure, etiam absque traditione transeunt in Ecclesiam, non absolutè, sed reuocabiliter. 20.410

Ecclesia læsa negligentia, vel facilitate Prælati non solum damno accepto; sed etiam lucro amisso, potest petere beneficium restitutionis in integrum, quia ei competit tale priuilegium. 23. 410

Ecclesia potest etiam agere contra Prælatum, quia ex officio tenebatur rem Ecclesiæ agere, eiusque vtilitati consulere. 25.410

Ad licitam rerum Ecclesiæ alienationem requiritur semper causa legitima, hoc est euidens Ecclesiæ necessitas, aut vtilitas. 1.413

Ecclesiæ necessitate, aut vtilitate cessante requiritur ad alienandum quod saltem id exigat pietas sc. ad propagandam fidem, ad redimendos captiuos, & huiusmodi alia. 4.413

Ecclesia non præsumitur velle alienationem inualidam esse ob causam non legitimam; si legitima putabatur bona fide. 15.414

Ecclesia etiam ex se decepta ob bonam fidem in sententia nonnullorum gaudet beneficio restitutionis in integrum, sed contrarium est multo probabilius. 16.414

Ecclesia volens gaudere beneficio restitutionis in integrum, debet probare inualiditatem actus. 19. 414

Redditibus Ecclesiæ sufficientibus debitorum extinctioni, vel Pauperum necessitati, &c. etiam applicatis in ministrorum sustentationem, non dicitur adesse causa necessaria alienandi. 22. 414

Rerum Ecclesiæ alienatio, vt licita sit, præter legitimam causam ad illas alienandas, requiruntur aliæ iuris solemnitates, sed non pro alienatione rerum mobilium, quæ seruando seruari non possunt. 1.415

Rerum Ecclesiæ administrator potest mobilia, quę seruando seruari non possunt sine solemnitatibus iuris alienare, si sic Ecclesię, vel piis operibus expedire iudicauerit. 2.415

Ecclesia Patochialis si plures beneficiatos non habeat solum Doctor de consensu Episcopi, potest alienare. 4.416

Ecclesia, quę sit incapax possidendi, reiecta conditione retinendi per disponentem apposita, tanquam turpi, potest rem relictam alienare. 6. 419

Qui relinquit Ecclesię incapaci retinendi, ea cõditione, vt retineat, manifestè cõtradicit iuris dispositioni, & ad id talis conditio tanquam turpis est reiicienda. 7.419

Is, qui relinquit Ecclesię, ea conditione, vt alienare possit quandocumque voluerit non contradicit iuri Ecclesię, quia Ecclesia non impeditur in omni casu rem suam alienare. 8. 419

Ecclesia prohibita per disponentem alienare bonæ sibi relicta, adhuc potest alienare si non habeat quomodo possit vtilitati, necessitati, vel pietati prouidere. 1.420

Ecclesia prohibita per disponentem alienare, si habeat quomodo possit prędictis prouidere, debet conditionem seruare. 2.420

Vnio Ecclesiarum fieri non potest sine iuris solemnitatibus, quia hæc est quędam alienatio, exceptis tamen casibus Tridentini Concilij; inter quos vnus est ille, si vnio Ecclesię fiat loco Regulari. 7.422

Ex fructibus Ecclesię Parochialis non possunt erigi Canonicatus, quando maior numerus sacerdotum non est necessarius ad sacramentorum administrationem. 9.423

Incorporata dicitur res Ecclesię, si is ad quem administratio spectat, decernat eam non

non alienate; quod præſumitur ſi finita emphyteuſi per annum integrum à renouatione abſtinuerit. 13.426

Eccleſiæ Res ſemel cum ſolemnitate iuris alienata, eſt ſemper ſine ſolemnitate iuris alienabilis interuenientibus tribus dictis conditionibus. 14. 426

Eccleſia, Oratorium; vel quid ſimile ad perpetuum vſum Eccleſiaſticum, vel in pio loco fundatum, ſeu erectum auctoritate Epiſcopi, non poſſunt alienari niſi iuris ſolemnitatibus ſeruatis. Secus ſi Oratorium ſit in domo priuata. 1. 428

Eccleſia poteſt duplici capite petere reſtitutionem rei alienatæ primo ſi ſine legitima & iuſta cauſa. Secundo ſi cum enormi læſione alienauerit etiam ſeruatis iuris ſolemnitatibus. 5. 431

Eccleſia non tenetur pretium reſtituere, ſi contractus initus ſit mala fide; quia tunc ob pœnam delicti commiſſi emptor pretio priuatur in Eccleſiæ vtilitatem. 3.433

Eccleſiæ datur optio an velit ſtare contractui celebrato nec ne: debet tamen ſupplere defectus, qui interceſſerunt. 11.433

Eccleſia nolens ſtare contractui, poteſt non ſolum ipſa; ſed capitulum, & Prælatus illius rem à ſe male alienatam, repetere. 12. 433

Eccleſia tenetur pretium reſtituere ſi pretium retineat, vel locupletior ex contractu facta ſit. 5. 434

Qui offendit vnam Eccleſiam, offendit omnes; cum Eccleſia ſit vna per totum Orbem diffuſa. 25.500

Eccleſia, cum non iudicet de occultis, non punit interno affectu delinquentes. 10. 536

Eccleſiaſtici neque de iure Diuino, neque humano eximuntur à legibus ciuilibus, quatenus non repugnent Eccleſiaſticæ libertati, & ſacris Canonibus. 3.2

Eccleſiaſtici in Republica, ſeu Communitate degentes ſunt etiam Ciues, & membra Reipublicæ ſeu Communitatis. 4.2

Eccleſiaſtici extrahentes à Regno extrahi prohibita peccant mortaliter, etiamſi non extrahant in magna quantitate, contra Nauar. & alios. 9.3

Eccleſiaſtici vendentes frumentum, & vinum ſupra pretium à Principe taxatum, peccant mortaliter contra Nauarrum, & alios. 11.3

Eccleſiaſtici non ſeruantes leges Principis ſæcularis pretia cenſuum taxantes peccant mortal 12.3

Eccleſiaſtici ſubſunt communibus Principum ſæcularium legibus, quæ ad rectam Reipublicæ gubernationem, & quietem pertinent, & Sacr. Canonibus, & Eccleſiaſticorum ſtatui non repugnant. 13.3

Eccleſiaſtici ſecundum vim coactiuam; punitiuam, ſeu coercitiuam legibus Principum ſæcularium nullo pacto ſubdantur. 23.3

Eccleſiaſtici quoad Perſonas, habent pleniſſimum fori priuilegium, vt coram Iudice ſeculari conueniri, iudicari aut puniri, nullo modo poſſint. 26.4

Eccleſiaſtici violantes leges ciuiles Principum ſæcularium non poſſunt à Poteſtate ſeculari puniri, ſed querela delata ad Iudicem Eccleſiaſticum, ad ipſum ſpectat condigna pœna eos punire vel taxata à Principe laico, vel alia mitiori. 32.4

Eccleſiaſtici non habent obligationem obediendi legibus ciuilibus, quà leges ciuiles ſunt. 7.6

Ratio naturalis dictat quod Eccleſiaſtici leges ſeculares ſequantur ad hoc vt conformitatem ſeruent cum Perſonis ſecularibus eiuſdem Communitatis. 11.6

Eccleſiaſtici ſunt Ciues, & Partes ciuilis Reipublicæ, & ſic eſſe debent in temporalibus ſubiecti Gubernatori politico Reipublicæ, atque adeo Regi, ſeu Principi ſeculari. 17.7

Eccleſiaſtici non ſunt exempti à gubernatione politica Reipublicæ de iure Diuino, neque de iure humano. 18.7

Eccleſiaſtici non obſeruando leges ciuiles Principum ſecularium, peccant ſolum venialiter, ſi abſit ſcandalum. 12.6

Eccleſiaſtici peccant mortaliter, ſicut & laici, data tamen grauitate, ſeu capacitate materiæ. 13.6

Eccleſiaſtici in ſententia Nauarri neque peccant venialiter, ſi non ſeruant leges ciuiles Principum ſecularium & cur, ſed reprobatur. 14.6

Eccleſiaſtici, quod obligẽtur legibus ciuilibus Principum ſecularium, non quà tales ſunt, ſed quatenus à Pontifice approbantur ad talem effectum, negatur. 15.6

Eccleſiaſtici quoad vim punitiuam etiam in temporalibus à legibus de iure canonico exempti ſunt. 24.7

Eccleſiaſtici ligari non poſſunt pœna per Iudicem ſecularem conſtituta. 25.7

Eccleſiaſtici exempti ſunt à laicorum iuriſdictione quoad vim punitiuam, & etiam quoad directiuam in rebus tamen ſpiritualibus, & quæ eorum Immunitatem concernunt, non item in temporalibus. 20.7

Eccleſiaſtici tenentur legibus communiter latis, ſi ipſi præiudicium non afferant. 21.7

Eccleſiaſtici poſſunt à Magiſtratu ſeculari coerceri, vel cogi in bonum commune, ſi Prælati Eccleſiaſtici non poſſint moneri, & periculum ſit in mora. 29.7

Non eſt alienum à ratione naturali, neque Iuri Diuino, vel ſacris canonibus repugnat, ſi ſummi Pontifices aliique Eccleſiæ Prælati conſentiant Eccleſiaſticos legibus ſecularium ſecundum vim directiuam obedire. 22.7

Eccleſiaſtici per ſe poſſunt ſi tranſgrediantur leges ciuiles, ſicut & laici puniri à Rege, ſeu Principe ſeculari. at ex priuilegio, & exceptione illis ſiue à Chriſto, ſiue à Pontificibus conceſſa puniri non poſſunt ab alio, quam ab Eccleſiaſtica Poteſtate. 27.7

Eccleſiaſtici etiam ſi deberent aliquid pro communi bono Principis ſecularis ſeu Reipublicæ, conueniendi ſunt coram Iudice Eccleſiaſtico cum exempti ſint à Poteſtate laicali quoad tribunalia. 32.8

Eccleſiaſtici ſine ſpeciali permiſſione ſummi Pontificis poteſtati laicali ſubeſſe non poſſunt. 33.8

A Poteſtate Laica exempti ſunt quod vim punitiuam omnes Eccleſiaſtici, qui fori priuilegio gaudent. 1.9

Eccleſiaſtici non poſſunt cedere Iuri ſuo, cum non poſſint renunciare priuilegium Immunitatis contra canones. 4.21

Eccleſiaſtici de iure diuino habent, vt liberè poſſint vbicumque voluerint, habitare, & Eccleſiaſtica officia exercere. 7.28

Ecclesiastici non possunt trahi ad curias seculares pro confectione Inuentarij, licet super illius confectione citandi sint omnes Creditores, & legatarij, quia compelli non possunt ad comparendum coram Iudice laico per edictum generale. 3.30

Ecclesiastici non obedientes Principibus sæcularibus in rebus annonæ quando viget necessitas famis quoad venditionem reddituum, peccant mortaliter etiam contra ius naturale,& diuinum.4.34

Ecclesiastici tempore penuriæ, vel pestis cogi non possunt ad aliquid faciendum,vel non faciendum per Iudices laicos, sed per eorum Iudices Ecclesiasticos compelli debent, præsertim si periculum non sit in mora. 5.35

An possit Potestas laica priuare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium à Principe taxatum. 35

Ecclesiastici non possunt comprehendi sub statuto Principis Laici, quo cauetur, ne res asportentur sub pœna commissi extra Regnum. 2.36

Ecclesiasticorum Res possunt à Laica Potestate solum per modum facti, donec Iudices Ecclesiastici moneantur, impediri, ne asportentur è Regno, dummodo cessante asportationis periculo Clericis ipsis, vel eorum Prælatis restituantur. 9 37

Ecclesiastici tenentur obedire statutis Principis iustis,& in bonum commune ordinatis, in iis rebus, quæ spectant ad regimen Communitatis non directè ratione legis, sed indirectè ex vi rationis naturalis, si sacris Canonibus, & clericali statui non repugnent. 2. 38

Ecclesiastici transgredientes statutum Principis secularis respiciens ex æquo bonum commune, compelli, & puniri debent à Iudice Ecclesiastico, ad quem oportet habere recursum. 3.38

Ecclesiastici neque quoad Personam, neque quoad bona subduntur Principibus laicis quoad vim coactiuam. ibid.38

Ecclesiasticus exemptus est non solum vt Ecclesiasticus,sed etiam vt Ciuis & simpliciter. 7.38

Ecclesiastici, possunt per Iudicem laicum compelli ad reparandam viam ante Domus suas; nec non & compelli ad soluendam pœnam impositam iis, qui effuderint amurcam. 1.44

Ecclesiastici tenentur contribuere ad sternendam lapidibus viam, quæ est ante ianuas ipsorum, si omnes Vicini contribuant, sed non possunt ad id compelli per Iudicem laicum, sed per Ecclesiasticum. 3.44

Ecclesiastici prædicti in quo casu in sententia cuiusdam excusentur à residentia, & fructus beneficiorum possint percipere. 2.47

Omnes Ecclesiastici ab Ordinariis locorum exempti, quamuis sint immediatè subiecti Papæ possunt in sententia nonnullorum;si delinquant conueniri coram Iudicibus laicis,si in Regno non habent superiorem, à quo puniantur. 1.48

Ecclesiastici omnes à laica Iurisdictione sunt exempti, & multo magis,qui ex speciali priuilegio soli Papæ subduntur. 3.48

Ecclesiastici non possunt cedere priuilegio exemptionis quoad Personam à Potestate Laicali, sicut & priuilegio Canonis; quia est concessum toti statui clericali. 2. 55

Amplia etiamsi renunciationi accedat Iuramentum,& consensus Episcopi. 3. 55

Ecclesiastici possunt se subiicere Laico vt Arbitro, tam quoad bona,quam quoad Personam,& cur,& in casu,quo sententiæ ipsius nolint stare,per quem compelli debeant. 6 56

Ecclesiastici non subduntur Laicis secundum vim coactiuam quoad Personas, atque adeo neque etiam quoad bona. 2.57

Ecclesiastici in casibus, in quibus non possunt à potestate laica puniri in persona, neque possunt puniri in bonis quæcumque illa sint, etiam patrimonialia. 1.59

Ecclesiastici in bonis patrimonialibus gaudent iisdem priuilegiis, & exemptionibus, quibus gaudent, ipsorum personæ; quia ea bona sunt etiam accessoria personæ. 2. 60

Ecclesiastici iurisdictionem laicam, aut alia Regalia vsurpantes, non possunt à potestate laica bonis temporalibus priuari; nisi id fiat cum expressa Sedis Apostolicæ licentia. 3.60

Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes, vel eam impedientes non possunt à potestate sæculari capi. 1.60

Limita, nisi aliter iurisdictio laica defendi non posset. 2.60

Ecclesiastici iurisdictioni laicæ resistentes non possunt à potestate laica puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis. 3.60

An possint Ecclesiastici, si transgrediantur legem ciuilem, à potestate laica puniri pœna per talem legem imposita. 61

Iudices laici non possunt Ecclesiasticorum animalia damnum dantia capere, vt damnum ab illis illatum, reparetur. 1.61

Ecclesiastici in causis damni dati puniendi sunt per Iudicem Ecclesiasticum. 2.61

Ecclesiastici contrauenientes legi Ciuili Canonicæ conformi debent puniri per Iudices Ecclesiasticos. 3.62

Ecclesiastici legibus ciuilibus ligantur solum quoad vim directiuam, non autem punitiuam, & ideo omnino eximuntur à laica potestate quoad punitionem. 4.62

An Ecclesiastici possint cognosci à potestate laica,si bona immobilia antequam venirent ad ius Ecclesiæ, vel Ecclesiasticorum, onus aliquod certum, & inuariabile annexum habebant, v.g. aliquem censum, vel seruitutem Principi debitam, vel onus reparandæ viæ publicæ adiacentis. 64

An Ecclesiastici possint à potestate laica cognosci,si bona immobilia à laico Domino donata fuerint Ecclesiæ cum reseruatione iurisdictionis. 64

Ecclesiastici ratione criminis, quod committunt in officio,quod habent à Principe laico, non possunt trahi ad forum seculare. 5.195

Ecclesiasticus, & laicus, cum duo sint directè contraria,mutuo se emittunt,itavt admisso vno emittatur alterum. 18.284

Debent Ecclesiastici,etiam Regulares, contra Ministros iustitiæ secularis Reum defendere, ianuas claudendo,eum abscondendo,& etiam extrahendo ex manibus eorum, si opus fuerit,& censuras iuris contra eosdem intimando. 5.371

E F

Effectus,seu finis extrinsecus non est regulariter materia legis, seu præcepti, & non cadit sub præceptum. 27.552

E G

Egressus nocturnus, & furtiuus è Monasterio intelligi

Intelligitur coniunctiuè ; ita vt non ſufficiat illum eſſe ſolum nocturnum , vel ſolum furtiuum ; ſed requiritur vterque ſimul. 18. 559.

Egreſſus non ſufficit quod ſit in crepuſculis ſtante expreſſione(nocturnum.) 19.559

E L

Electio conſiliarij ad triennium facta , neque valet ad annum, ſi ſtatutum ſit quod vltra annum fieri non poſſit. 7.455

E M

Emancipatio facta de Clerico per Patrem coram Iudice Laico , & ipſo auctorizante , eſt valida. 37.91

Emancipatio fieri debet per Iudicem competentem, qualis eſt Iudex Patris agentis , & emancipantis. 38.91

Emancipatio eſt actus ipſius Patris , & non filij. 39.91

Emancipatio non derogat libertati emancipati , ſi coram laico fiat imò eam auget. 49.91

Emphyteuſim renouandi Sufficiens cauſa eſt remuneratio obſequij in ea facti;quia ſic in vtilitatem Eccleſiæ excitantur alij ad meliorationes faciendas. 10.426

Emphyteuſis conceſſio ; ſi facta ſit tibi tuiſque filiis , abſque eo quod addatur hæredibus, competit filiis , licet Patris hæreditatem renunciauerint ; quia talis emphyteuſis non eſt hæreditaria , ſed ex pacto ; ſecus dicas de feudo ſi in eadem forma relictum ſit. 11. 428

Emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit tibi , nulla facta mentione hæredum,vel ſucceſſorum,emphyteuſis hæreditaria non eſt,ac proinde ad filios non hæredes pertinere poteſt. 13.428

Emphyteuſis conceſſa ad tres generationes valida eſt quoad tertiam permiſſam, inualida quoad reliquas. 4.456

Emphyteuſi data alicui , eiuſque duobus ſucceſſoribus , cum pacto , quod illis deficientibus tertius obuenturus ſit in Emphyteuſim , & omnibus aliis præferendus , decidit Dominus Emphyteuſis obligatus non eſſe duobus hæredibus ceſſantibus ceteris tradere. 5.456

Emphyteuta Eccleſiæ non tenentur ad collectas, & onera realia ſuper rebus , & bonis impoſita. 55.110

Emphyteuta incidit in caducitatem à die, qua proprietarius declarat ſe velle caducitatem incurſam eſſe. 11.421

Emphyteuta quando vendidit rem cum pacto de retrouendendo debetur laudemium. 14. 440

Emphyteuta non cadit in commiſſum , ſi triennio non ſoluit penſionem annexam rei , quæ tantum triennio , vel biennio fructificat. 3. 454

Emptor eximitur ab onere probationis ſi præmiſſo tractatu,aliiſque ſolemnitatibus à iure requiſitis pretium ſoluerit. 21.414

E P

Epiſcopi in temporalibus Regibus , & Reges Epiſcopis in ſpiritualibus ſubditi eſſe debent. 7.3

Epiſcopus Romanus non modò Summus eſt Princeps Eccleſiaſticus , cui omnes Chriſtiani diuino iure ſubiiciuntur;ſed eſt quoque in ſuis Prouinciis Princeps temporalis , quo fit vt nullam ſupra ſe poteſtatem in terris habeat. 8.3

An poſſit poteſtas laica expellere à Regno Epiſcopos,vel alios Eccleſiaſticos,ſi propter aliquod publicum negotium ad Parlamentum vocati,venire nolint? 32

Concordatum Reginæ Aleonoræ affirmat expulſionem Epiſcoporum à Regno eſſe contra immunitatem Eccleſiaſticam. 5.33

Curtellius ſcribens,quod in caſu turbationis patis poſſit Epiſcopus per poteſtatem laicam capi, & cum literis criminis tranſmitti debito ſeruato decore ad Summum Pontificem refellitur 6.33.

Tranſmiſſio facta à poteſtate laica perſonæ Epiſcopi ad Summum Pontificem cum non ſit ordinatiè neceſſaria , & ſit quædam velata , & palliata expulſio,eſt contra immunitatem Eccleſiaſticam. 7.33

Epiſcopi tempore peſtis , vel ſuam poteſtatem in Eccleſiaſticos quantum ad arcendam ab vrbe peſtem , & ad conſeruandam ſanitatem opus eſt , Magiſtratui ſæculari delegent, vel deputent Aſſeſſorem Eccleſiaſticum. 8. 35.

Epiſcopi poſsũt excommunicare Reges;ſed propter reuerentiam Regibus debitam id efficere non debent niſi in caſu , quod ſceleris qualitas id expoſtulet. 1.47

Epiſcopi non poſſunt Reges excommunicare; nam ij habent priuilegium à ſummo Pontifice ne ab Epiſcopis excommunicari poſſint. 2.47

An Epiſcopi,alijque Eccleſiaſtici Regis feudatarij vocati à Rege , debeant potius obedire Regi directo domino feudi , quam Papæ? 48

An poſſit Poteſtas laica , ſcilicet Rex, prohibere, ne Epiſcopi abſint à ſuis Eccleſiis vltra tempus à iure Canonico ſtatutum,& nè quid aliud ſimile faciant,vel omittant. 48

Epiſcopi,alijque Eccleſiaſtici Regis feudatarij , vocati à Rege debent potius obedire Papæ , quam Regi,quin ipſi Metropolitano. 1. 48

Epiſcopi , alijque Eccleſiaſtici Regis feudatarij vocati ad bellum à Rege , non debent cum illo ad bellum ire,tenentur tamen ei opem præſtare iuxta conditionem feudorum. 1. 48

An poſſit Poteſtas laica , ſcilicet Rex , expellere Epiſcopum ab Epiſcopatu,ſi ſimoniacè illud obtinuerit? 49

Epiſcopi,& quicumque Prælati ſuis ſubditis licentiam dare poſſunt , vt ab alieno Epiſcopo datas indulgentias lucrentur. 13.57

Epiſcopus , aut Papa eſt particeps indulgentiarum quas cæteris de Communitate largitur. 14.57

Epiſcopi , & aliqui Prælati Germaniæ ratione Regalium feudorum ; quæ obtinuerunt , Imperatori ſubiiciuntur,perinde ac Principes ſeculares. 5.63

Epiſcopus in controuerſiis feudalium dominiorum quæ habet ab Imperatore , non ad Papam;ſed ad Imperatorem appellat. 7.63

Ex legibus Theodoſij , & Caroli Magni permittitur Laicis Epiſcopum loco Arbitri eligere. 19.83

Epiſcopus , & eius Vicarius eſt competens Executor voluntatis Defuncti,ſi tranſacto anno à iure hæredibus , & Executoribus ad exequendum conceſſo , non adimpleatur voluntas illius , non ſolum quoad legata pia ; ſed etiam quoad profana , & eſt locus præuentioni vtrique Iudici. 2.87

Digitized by Google

Episcopus est competens Executor etiam quoad relicta non pia etiamsi Iudex Laicus non sit negligens in administranda iustitia. 4.87
Episcopus est competens Executor etiam contra Laicum tertium Possessorem,& cur. 5.87
Episcopus non potest cum illegitimis absolute dispensare super defectu natalium. 20.90
Episcopus non potest præiudicare Episcopatui, & Ecclesiæ in iure acquisito; potest tamen præiudicare in iure acquirendo. 4.93
Episcopus non potest visitare Hospitale vt supra erectum,etiamsi non consenserit conditioni prædictæ fundatoris. 6.93
Episcopus habet ius visitandi loca pia, quantumuis exempta, & reuidendi rationes computorum, secus tamen est si in dictorum locorum fundatione expressè aliter cautum sit ob rationem dictam. 7.93
Episcopus non potest visitare vt Delegatus sedis Apostolicæ ea loca, quæ in eius fundatione ex decreto Concilij delegantis habent exemptionem. 8.93
Episcopus visitare non potest Hospitale,Confraternitatem, & quemcumque alium locum pium sub protectione Regis existentem. 14.94
Episcopus visitare potest alia loca quoad Diuinum cultum, & ornamenta; quia cum causa hæc spiritualis sit, ad Iudicem Ecclesiasticum necessariò,& priuatiuè spectat. 15.95
Episcopus potest visitare simpliciter Hospitale cessante dicta conditione,& Regia protectione, reuidere rationes computorum priuare officialem, & alia huiusmodi. 16.95
Episcopus non potest visitare Hospitale quando constat de speciali exemptione tantum in Breui Pontificio. 20.95
Episcopus non potest visitare, nec reuidere computa, si in Breui exemptionis à fundatione cautum sit, ne in his se immisceat Episcopus; etsi non ad instantiam Partis. 25.95
Episcopus visitare potest, & computa reuidere, si in fundatione sit solùm concessa generalis exemptio sine expressa mentione Immunitatis à visitatione, & reuisione computorum. 27.95
Episcopus iuxta doctrinam nonnullorum non habet Territorium,quod tamen refellitur à sacris Canonibus. 2.98
Episcopus habet Diœcesim, & Iurisdictionem ordinariam,cum Territorio,fiscum. Carcerem, & familiam armatam, per quam delinquentes capere potest. 3.98
Episcopi etiam contra Hæreticos procedere possunt. 5.98
Episcopo conceditur Carcer, & consequenter conceduntur etiam Carceris Custodes, & familia. 7.98
Item conceduntur etiam Ministri, qui Reos capiant,& in carcere deducant. 8.98
Episcopi licet non habeant Dominium temporale, ex declarationeSac. Congreg. possunt tenere familiam armatam,& habere proprios ministros, & Executores ad carcerandum, & pœnas corporis afflictiuas imponendum. 9.99
Episcopi possunt etiam in causis mixti fori contra laicos facere executionem personalem & realem sine requisitione Iudicis secularis, & eos pœnis temporalibus punire. 10.99
Episcopi non possunt imponere pœnas sanguinis, & terminare Iudicium sine recursu ad brachium seculare. 11.99
Episcopis à Concilio Tridentino expressè tribuitur Iurisdictio contra quoscumque etiam laïcos, & contra eos procedere potest ad mulctas pecuniarias, & ad captionem pignorum personarumque districtionem etiam per proprios executores. 13.99
Episcopus punire potest propriam familiam iniuriantes,etiam si Iurisdictionem non impediant, & multo magis si impediant. 11.102
Episcopus loci quod possit administrare Aduenis Sacramentum confirmationis, eo quod præsumatur ratihabitio proprij Episcopi, est probabilis opinio. 19.120
Episcopus loci non potest præter confessionem, & Eucharistiam administrare Peregrinis cetera sacramenta contra Basilium Pontium. 17.120
Neque potest cum illis in votis, Iuramentis, vel aliis obligationibus dispensare. 18.120
Episcopus potest approbare consuetudinem Ecclesiasticam sui Populi, & sic cogere ad eiusdem obseruantiam. 4.122
Episcopi solent quandoque punire Peregrinos festa, vel Ieiunia suæ Diœcesis propria non seruantes ratione scandali, vel quia sequuntur contrariam sententiam. 6.122
Episcopus ratione delicti potest excommunicare subditum alienum, dum manet in ipsius Diœcesi, vel etiam si discesserit priusquam excommunicatio feratur. 2.126
Episcopus tenetur consentire in punitione delinquentis ad requisitionem alterius Episcopi,in cuius Territorio Delinquens commisit delictum. 3.126
Episcopus, vel alius Prælatus Pontifice Inferior lata generali censura, siue per statutum siue per particularem sententiam non ligat Aduenas, & Peregrinos, si ibi reperiantur non constituto Domicilio,nec quasi Domicilio. 4.126
Episcopi ex prima sententia Pontij si non possint cum Aduenis dispensare non est defectu Iurisdictionis; sed defectu causæ requisita ad dictum effectum. 14.130
Episcopi ex secunda sententia scribentium aliàs recensita non possunt dispensare cum Aduenis in legibus, votis, Iuramentis, irregularitatibus & pœnis contractis, nisi ibi reperiantur cum animo permanendi ad diuturnum tempus. 25.130
Episcopus vrgente causa potest dispensare cum Aduenis, ex præsumpta voluntate suorum Ordinariorum vbi vide quæ causa requiratur. 19.130
Episcopus potest ratione delicti commissi in propria diœcesi per præceptum, quin etiam & per statutum ligare censuris subditum suum existentem extra Territorium. 26.133
Episcopus requisitus ab altero Episcopo procedente ratione commissi delicti in propria diœcesi ad punitionem sui subditi,debet consentire, vt possint actus necessarij fieri. 31.134
Episcopus non potest in locis exemptis suæ Diœcesis exercere Iurisdictionem contentiosam nisi in casibus à iure expressis. 6.135
Episcopus, si legem, vel statutum ferat sub excommunicationis, vel alterius censuræ pœna, nequis Clericorum aliis ludat non ligantur ludentes in loco exempto licet intra diœcesim.Item dic de festo vel de ieunio. 7.135
Episcopus in Monasteriis Regularium non potest sedere pro Tribunali, nec exercere in ipsis aliquem actum Iurisdictionis præter illos, qui expressè,& in specie ipsi conceduntur. 13.135

Episcopus, si præcipiat sub pœna excommunicationequis furetur rem sacram;& subditus eius furetur calicem in loco Regularium,non incurrit excommunicationem. 23.136

Episcopus potest punire suum subditum in alieno Territorio delinquentem,quando redit ad diœcesim suam. 10.139

Non residens,vel iussus venire ad synodum, recusans,licet existat in alieno Territorio ex omnium sententia potest excommunicari à proprio Episcopo rationibus aliàs tactis.Idem dic de fure,qui debet restituere. 11.139

Episcopus procedens contra sibi subditum Reum existentem in diœcesi alterius, nulliter procedit sine consensu illius Episcopi,etiamsi iniustè negaret consensum. 12.139

Episcopus potest excommunicare sibi subditum extra Territorium pro crimine commisso in Territorio, quia excommunicatio exercetur sine strepitu iudiciali. Secus dic de citatione. 6. 149

Episcopus potest exercere etiam Iurisdictionem contentiosam extra suam Diœcesim,quando causę cognitio non vertitur;& effectus intra suam Diœcesim confertur. 9.150

Episcopus extra suum Territorium non potest exercere Iurisdictionem voluntariam,quando requiritur alterius citatio. 10.150

Episcopus in doctrina Bartoli tunc solum potest citare sibi subditum existentem in altero Territorio, quando dicta Territoria sunt eidem subiecta, secus si Diœceses sint distinctæ. 15. 150 11 150

Episcopi omnes subsunt eidem superiori,hoc est Romano Pontifici.

Episcopus excommunicare potest sibi subditum extra diœcesim non improbabiliter quando res est adeo clara, vt non requirat cognitionem causæ, si tamen monitiones præmittat. 1. 151

Philippus Faber hallucinatur asserens absolutè Episcopum qui excommunicauit', solum posse in vniuersum excommunicationis absolutionem impertiri. 7.151

Episcopus non potest in alterius Diœcesi sine Ordinarij licentia in proprios subditos Episcopales actus exercere,cuiusmodi sunt Ordines,vel Confirmationis Sacramenta conferre. 1.152

Episcopus an possit in aliena Diœcesi sine licentia Ordinarij suis subditis primam tonsuram conferre,extant duæ opiniones pro affirmatiua, & negatiua,ambæ probabiles. 2 152

Episcopus potest in aliena Diœcesi (secluſa consuetudine) sine proprij Ordinarij licentia cum baculo,& mitra sacrificare 1.153

Episcopus in aliena Diœcesi non potest exercere pontificalia quatenus verbum exercere denotat tantum exercitium, non simplicem vsum. 2. 153

Episcopus qui per vsum pontificialium cum aliquali exercitio puta consecrandi calicem,& benedicendi corporalia,incidit in capitulum 5. de refor. sess. 6. Concilij Tridentini. 4.153

Episcopus inuitatus ad ordinandum in aliena diœcesi, an possit ordinare subditos etiam aliarum diœcesum,sunt duæ sententiæ & pro affirmatiua,& negatiua. 1. 153

Episcopus, qui habet facultatem à Papa conferendi ordines in aliena diœcesi non potest ordinare nisi Clericos illi Ordinario subiectos. 2.153

Episcopus inuitatus generaliter ab Ordinario vel à Capitulo ad conferendos Ordines potest ibi ordinare quoscumque Clericos habentes dimissorias proprij Ordinarij. 3.153

Episcopus in Pontificalibus celebrans extra propriam Diœcesim non exercet actu officium Pontificale, sed actu solum conficit sacrificium cum ornamentis Pontificalibus. 6.153

Episcopus in aliena Diœcesi ex quadam conuenientia,non ex necessitate & obligatione non celebrat in Pontificalibus,secus si consuetudo ius fecerit, nam sic obligaretur. 7.153

Episcopus extra propriam Diœcesim vti potest altari portatili, vel coram se facere in ipso celebrari sine licentia Ordinarij illius loci, dummodò non fiat Romæ contra Nauarrum, & alios. 1. 154

Episcopi non veniunt nomine secularis,vel Regularis,ideo debent specialiter exprimi. 4.154

Episcopus quilibet vere consecratus, valide potest omnes ordines conferre. 1.155

Episcopus is est vere ordinatus, qui Episcopalem characterem habet. 2.155

Episcopus potest habere characterem Episcopalem independenter ab aliis characteribus. 3.155

Episcopus non potest licite ordinare sibi non subditum nisi de licentia sui Ordinarij. 4.155

Episcopus proprius, qui licite potest conferre ordines tripliciter dicitur. 5.155

Primus est Episcopus originis, id est cuius Diœcesis ratione originis dicitur Ciuis. 6.155

Episcopus originis dicitur etiam is,in cuius Diœcesi natus est Pater Ordinandi iuxta declarationes S. Congr. Concilij, licet Pater tempore nationitatis illius Filij Domicilium aliò transtulerit. 7 155

Episcopus Domicilij, id est in cuius Diœcesi quis Domicilium fixit animo ibi perpetuo habitandi. 8.155

Episcopus non potest ordinare scholares licet diuturnæ habitationis supra decennium. 10.156

Episcopus Beneficij, is est in cuius Diœcesi quis Beneficium Ecclesiasticum possidet, licet residentiam non requirat,& Beneficiatus in illo,vel in illius Diœcesi non resideat, contra plures Doctores, quorum rationes confutantur. 18. 156

Episcopus potest ordinare Clericum sùum Beneficiarium, licet Beneficium sit tenue, dummodo adiungat patrimonium ad vitam sufficiens. 22. 156.

Episcopus potest ordinare Clericum Beneficiarium; licet non teneatur residere, neque ibi resideat. 23 156

Episcopus,si conferat famialiari suo, vel famulo sui familiaris Beneficium,potest ipsum non expectato triennio ordinare,non ratione familiaritatis, sed Beneficij. 29.157

Episcopus potest ordinare familiarem suum non subditum, si per triennium secum fuerit commoratus & beneficium cessante fraude statim fuerit adeptus. 25. 157

Episcopus proprius Nouitiorum in tali casu dicitur Episcopus Diœcesanus Monasterij, in quo reperiuntur in probatione. 7.158

Episcopus conferens ordines sacros Religioso ante professionem sine titulo patrimonij, vel beneficij est suspensus per annum à collatione illorumdem ordinum collatorum. 11.158

Episcopus potest absoluere impuberes post ipsam pubertatem

pubertatem si inciderint in canonem ante ob Clerici percussionem. 9.162
Episcopus in Regulares exemptos præsertim per censuras nihil potest. 1.166
Episcopus tamen ex causa rationabili potest prohibere sub censura suis subditis ne cum Regulibus, vel Exemptis commercium habeant. 5. 166.
Episcopus potest excommunicare Religiosos sibi subiectos ne cum Religiosis exemptis loquantur. 6.ibid.
Episcopus excommunicare potest seculares sibi subiectos, ne cum Religiosis exemptis communicent ob delictum ab ipsis commissum, cui sit annexa excommunicatio. 7.ibid.
Episcopus potest declarare Regulares incursos in Excommunicationem ob delictum, cui ex dispositione Apostolica sit annexa, ad effectum, vt euitentur à Populo suæ Diœcesis. 8.ibid.
Episcopus potest huiusmodi Regulares excommunicatos citare ad videndum declarari, & publicari. 9.ibid.
Limita Episcopum id posse facere, in casibus tantum à iure expressis nempe contra Regulares, qui sine licentia Parochi administrant Sacramenta Extremæ vnctionis, Eucharistiæ, &c. 11.ibid.
Episcopus non potest præcipere, ne Regulares exorcizent sine sua licentia, & sine quibusdam aliis conditionibus. 1.168
Episcopus neque potest præcipere & multo minus, excommunicare, quod Regulares ad processiones accedant contra Genuensem & alios. 1.168
Episcopus potest præcipere Regularibus vt eant ad processiones publicas, puta in festo corporis Christi, in litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipsi habent Monasteria. 2. ibid.
Episcopus potest præcipere ne Clerici seculares exorcizent, quia sunt ei subiecti. 3.ibid
Episcopus non potest declarare excommunicatum Regularem transgressorem legis, cui sit annexa excommunicatio, siue à iure siue ab homine, nisi hõe si. ei specialiter concessum. 28.ibid.
Episcopus non potest prohibere & multo minus excommunicare ne Regulares concionentur in Ecclesiis suis, seu suorum Ordinum secus si velint concionari in illa hora, quâ Episcopus vult habere concionem. 1.169
Episcopus licet possit compellere Regulares ad interessendum processionibus, non potest eos censuris afficere. 4.169
Episcopus non potest prædicare in Ecclesiis Regularium illis inuitis, potest tamen in illis audire officia, & in Pontificialibus celebrare. ibid.
Episcopus in Ecclesiis Regularium non potest exercere ea quæ sunt Iurisdictionis; v.g confirmare, ordinare, degradare. 5.170
Episcopus in Ecclesiis Regularium vti potest Baldachino, & ipsos contradicentes pœnis, & censuris cogere, & punire. 6.ibid.
Episcopus ex decreto S. Congregationis potest examinare Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ non sunt suorum ordinum. 8.ibid.
Episcopus non potest prohibere, & multo minus excommunicare Regulares accedentes ad Monasteria ad loquendum cum monialibus. 1.ibid.
Episcopus ex Constitutione Gregorii XV. potest punire Regulares, sicut seculares vt tedis Apostolicæ Delegatus, arcedentes ad Monasteria Monialium ipsis Regularibus etiam subiecta. 2.171
Episcopus ex dicta constitutione licet possit punire Regulares exemptos, vt sedis Apostolicæ Delegatus, non tamen potest eos excommunicare contra Duardum. 3.ibid.
Episcopi loquentes cum Monialibus non incurrunt pœnas ob eorum reuerentiam, & Dignitatem spiritualem. 12.175
Episcopus non potest carcerare Regulatem etiam extra Clausturum notoriè delinquentem, neque potest facere processum contra illum, vt postea remittat suo superiori, vt puniatur; si tamen Regularis degat in Monasterio. 1.178
Episcopus potest solum instare certiorando Prælatũ Regularem de notorietate delicti commissi extra Claustra, & præfigere tempus vt Delinquens puniatur. 2.178
Episcopus potest Regularem delinquentem extra Claustra suspectum de fuga carcerare, & suo superiori remittere. 3.ibid.
Episcopus elapso termino ab ipso præfixo ad puniendum Regularem, potest ipse punire, dummodo id factum non fuerit à superiori. 4.ibid.
Episcopus potest præfigere terminum superiori Religionis intra quem puniri debeat Regularis notorie reus & cur. 8.ibid.
Episcopus licet sit in possessione cognoscendi causas Regularium, non potest eas cognoscere, contra nonnullos Doctores. 1.179
Episcopus quid agere debeat Superiore Religionis negligente punire delinquentem Regularem, & quid si non redierit ad locum delicti. 10.178
Episcopus non potest vi Concilii Tridentini, vel decreto Clementis V I I I. per se, vel per alios procedere ad capturam Religiosi etiam notoriè delinquentis, sed tantum debet instare. 11.179
Episcopus non debet instare pro punitione Religiosi, si delictum non sit notorium, & Populo scandalosum. 12.179
Episcopus non Potest declarare excommunicatum Religiosum à iure excommunicatum, etiam si deliquerit extra claustra Monasterij. 14.179
Episcopus potest visitare, punire, & corrigere Regulares extra Monasterium degentes, & delinquentes; secus si degant de licentia suorum superiorum. 15.179
Episcopus potest visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam, secus si habeant in illis locis superiores. 20.179
Episcopus non potest prohibere, neque impedire, nè Regulates, mutent Conuentum de loco ad locum v.g. de loco non sano, vel incommodo ad locum sanum, & commodum, contra nonnullos tenentes oppositum. 1.180
Episcopus non habens potestatem ad id à summo Pontifice delegatam non potest cognoscere in crimine hæresis contra Regulares. 1.181
Episcopus ratione sui muneris est competens Iudex omnium Hæreticorum in sua Diœcesi. 3.ibid.
Episcopus respectu suorum subditorum in crimine hæresis est Iudex Ordinarius; quia ex proprio munere id ipsi competit. 4.ibid
Episcopus respectu Exemptorum in crimine hæresis est Iudex Delegatus contra Hostiensem, & Sanchez. 5.ibid
Episcopus procedens in crimine hæresis vel vt ordinarius, vel vt delegatus seruare debet modum, quem seruare possunt & debent Inquisitores per iura communia & speciales concessiones, seu ordinationes Sedis Apostolicæ. 8.ibid.

Digitized by Google

Episcopus attento iuris rigore non potest procedere sine consilio Capituli. 9.181
Episcopus non potest procedere ad torturam Rei sine Inquisitore, secus forte ad torturam Testis, & è contra. 3.184
Episcopus de iure antiquo poterat absoluere sine Inquisitore. 7.186
Episcopus; licet non explicite, implicite tamen de iure nouo, non potest proferre sententiam absolutoriam sine inquisitore. 9.186
Episcoporum nomine veniunt etiam Episcopi titulares, veniunt etiam Electi, & à sede Apostolica confirmati, etiam si consecrati non sint, secus Electi, & nondum à Sede Apostolica confirmati. 10.188.
Episcopus potest procedere contra alium Episcopum, si in illius diœcesi hæresim committat, vel de hæresi suspectus reddatur. 14.189
Episcopi quod possint procedere contra Inquisitores est opinio multorum Doctorum maximè quando hæresis est manifesta: sed reprobatur. 22. 189.
Episcopi contra Inquisitores possunt tantum informationes capere, & ad sedem Apostolicam transmittere. 23.189
Episcopus in Regnis Hispaniarum requisitus ad locum Inquisitoris accedit. 6.190
Episcopus non potest cognoscere sacerdotes Regulares de crimine solicitationis pœnitentis in confessione, nisi habeat facultatem ad id à summo Pontifice delegatam. 1.191
Episcopi omnium Regionum etiam Hispaniarum possunt diuisim cognoscere de crimine solicitationis 4.ibid.
Episcopi de iure communi possunt procedere separatim ab Inquisitoribus in causis fidei contra suspectos de fide, & contra hæreticos. 5. ibid.
Episcopi sententia abiurationis lata contra confessarium solicitantem sine Inquisitore non tenet contra nonnullos Doctores. 12.192
Episcopus non potest punire Regularem sibi vsurpantem iura Episcopalia contra plures Doctores. 1.194
In Regnis Hispaniarum Episcopi non possunt ex priuilegio apostolico cognoscere de causis fidei sed tenentur denunciationes sibi factas ad ipsos Inquisitores remittere. 7.191
Episcopus non potest exercere Iurisdictionem in Regulares nisi in casibus in iure expressis. 4.194
Episcopus potest punire Regulares exemptos perturbantes ipsius Iurisdictionem. 12.ibid.
Assignatur disparitas inter vsurpare iura Episcopalia, & perturbare Iurisdictionem, tunc n. perturbatur quando impeditur ne illa exerceatur, at vsurpans non impedit quin Episcopus etiam exerceat, 14.ibid.
Episcopus in aliena Diœcesi solemniter benedicens, non perturbat illius Iurisdictionem. 15.ibid.
Episcopus non potest punire Regulares abutentes suis priuilegiis contra Zabatellam, & alios. 1. 195.
Episcopus non potest punire Regulares propter abusum priuilegiorum, quæ non concernant exemptionem neque propter abusum priuilegiorum concernentium exemptionem. 2.3.ibid.
Episcopus in sententia Cardinalis in Clement. 1. §. quia vero, vel. addo quarto, potest cognoscere an Electus à Religione sit iustè vel iniustè electus. 1.201.
Episcopus dare non potest Regularibus tam amplam absoluendi facultatem; sed ea ipsis datur à Summo Pontifice cum dependentia à consensu, & voluntate, suorum Prælatorum. 6. 208
Episcopus potest absoluere Peregrinos à casibus reseruatis in alterius Diœcesi. 6.209
Episcopus denegans approbationem Sacerdotibus dignis, & idoneis sine rationabili causa vel semel datam reuocans, peccat. 11.215
Episcopus negans licentiam audiendi Confessiones Regularibus idoneis, vel aliàs approbatis, seu eam reuocans, excedit limites suæ facultatis. 19.216
Episcopus ob iustam, & rationabilem causam potest approbationem denegare, & semel datam reuocare. 23.216
Episcopus ob iustam causam potest limitatè approbare Regulares, hoc est ad certum tempus, locum, ad Viros, & non ad fœminas, vel è contra 30. 216
Episcopus potest reuocare licentiam audiendi confessiones Regularibus ad beneplacitum datam dummodo adsit iusta causa reuocandi contra Barbosam. 33.217
Cuiusnam Episcopi, eiusne, qui est Ordinarius Sacerdotis, an Ordinarius pœnitentis, approbatio requiratur. 223.
Episcopus habens priuilegium sibi eligendi Confessarium, si sit, extra suam Diœcesim debet eligere approbatum ab illo Episcopo contra nonnullos tenentes posse etiam ibi appprobare Confessarium. 3.4.223
Episcopus non potest prohibere quod sacerdotes Regulares, quin etiam seculares absoluant ipsius subditos à peccatis venialibus, & forsan ab excommunicatione minori. 1.224
Item à peccatis mortalibus ritè semel confessis & absoluris. 2.224
Item in periculo mortis ab omnibus peccatis, & censuris non solum Episcopis, sed etiam summo Pontifici reseruatis, licet ipsi sacerdotes sint publicè suspensi, & excommunicati ob quodcumque, delictum. 3.224
Quod procedit etiam si adsit Confessarius approbatus, quin & Parochus, & nulla censura, nullo que impedimento detentus. 4. 224.
Episcopus non potest præcipere quod sic absolutus à censuris, cessante mortis periculo, superiori se sistere teneatur, vt mandatum eius accipiat; dummodo fuerit absolutus à priuilegiato; secus aliter si censura exigat partis satisfactionem. 5. 224.
Episcopus non potest prohibere Regularibus, Nouitiis præsente vel absente, aut impedito eorum Prælato, ne confiteantur sacerdoti ipsis bono viso alias idoneo ab Episcopo non approbato. 6.224.
Episcopus non potest prohibere ne quocumque modo à quibuscumque peccatis & censuris Prælati Religionum, vel ipsorum subditi possint absoluere suos Regulares, nouitios, & seculares mox Religionem ingressuros etiam à reseruatis specialiter Episcopo, vel sanctæ Sedi Apostolicæ. 19.226.
Episcopus non potest prohibere quin Regulares ab ipso approbati non audiant omnium confluentium confessiones, & eos absoluere à quibuslibet peccatis exceptis casibus ipsi Episco-

Digitized by Google

pubertatem ſi inciderint in canonem ante ob Clerici percuſſionem. 9.162

Epiſcopus in Regulares exemptos præſertim per cenſuras nihil poteſt. 1.166

Epiſcopus tamen ex cauſa rationabili poteſt prohibere ſub cenſura ſuis ſubditis ne cum Regulibus, vel Exemptis commercium habeant. 5. 166.

Epiſcopus poteſt excommunicare Religioſos ſibi ſubiectos ne cum Religioſis exemptis loquantur. 6.ibid.

Epiſcopus excommunicare poteſt ſeculares ſibi ſubiectos, ne cum Religioſis exemptis communicent ob delictum ab ipſis commiſſum, cui ſit annexa excommunicatio. 7.ibid.

Epiſcopus poteſt declarare Regulares incurſos in Excommunicationem ob delictum, cui ex diſpoſitione Apoſtolica ſit annexa, ad effectum, vt euitentur à Populo ſuæ Diœceſis. 8.ibid.

Epiſcopus poteſt huiuſmodi Regulares excommunicatos citare ad videndum declarari, & publicari. 9.ibid.

Limita Epiſcopum id poſſe facere, in caſibus tantum à iure expreſſis nempe contra Regulares, qui ſine licentia Parochi adminiſtrant Sacramenta Extremæ vnctionis, Euchariſtiæ, &c. 11.ibid.

Epiſcopus non poteſt præcipere, ne Regulares exorcizent ſine ſua licentia, & ſine quibuſdam aliis conditionibus. 1.168

Epiſcopus neque poteſt præcipere & multo minus, excommunicare, quod Regulares ad proceſſiones accedant contra Genuenſem & alios. 1.168

Epiſcopus poteſt præcipere Regularibus vt eant ad proceſſiones publicas, puta in feſto corporis Chriſti, in litaniis, & Iubilæis publicis faciendis in plebibus, in quibus ipſi habent Monaſteria. 2. ibid.

Epiſcopus poteſt præcipere ne Clerici ſeculares exorcizent, quia ſunt ei ſubiecti. 3.ibid

Epiſcopus non poteſt declarare excommunicatum Regularem tranſgreſſorem legis, cui ſit annexa excommunicatio, ſiue à iure ſiue ab homine, niſi hõc ſi. ei ſpecialiter conceſſum: 28.ibid.

Epiſcopus non poteſt prohibere & multo minus excommunicare ne Regulares concionentur in Eccleſiis ſuis, ſeu ſuorum Ordinum ſecus ſi velint concionari in illa hora, quâ Epiſcopus vult habere concionem. 1.169

Epiſcopus licet poſſit compellere Regulares ad intereſſendum proceſſionibus, non poteſt eos cenſuris afficere. 4.169

Epiſcopus non poteſt prædicare in Eccleſiis Regularium illis inuitis, poteſt tamen in illis audire officia, & in Pontificialibus celebrare. ibid.

Epiſcopus in Eccleſiis Regularium non poteſt exercere ea quæ ſunt Iuriſdictionis; v.g confirmare, ordinare, degradare. 5.170

Epiſcopus in Eccleſiis Regularium vti poteſt Baldachino, & ipſos contradicentes pœnis, & cenſuris cogere, & punire. 6.ibid.

Epiſcopus ex decreto S. Congregationis poteſt examinare Regulares prædicare volentes in Eccleſiis, quæ non ſunt ſuorum ordinum. 8.ibid.

Epiſcopus non poteſt prohibere, & multo minus excommunicare Regulares accedentes ad Monaſteria ad loquendum cum monialibus. 1.ibid.

Epiſcopus ex Conſtitutione Gregorii XV. poteſt punire Regulares, ſicut ſeculares vt ſedis Apoſtolicæ Delegatus, accedentes ad Monaſteria Monialium ipſis Regularibus etiam ſubiecta. 2.171

Epiſcopus ex dicta conſtitutione licet poſſit punire Regulares exemptos, vt ſedis Apoſtolicæ Delegatus, non tamen poteſt eos excommunicare contra Duardum. 3.ibid.

Epiſcopi loquentes cum Monialibus non incurrunt pœnas ob eorum reuerentiam, & Dignitatem ſpiritualem. 12.175

Epiſcopus non poteſt carcerare Regularem etiam extra Clauſtrum notoriè delinquentem, neque poteſt facere proceſſum contra illum, vt poſtea remittat ſuo ſuperiori, vt puniatur; ſi tamen Regularis degat in Monaſterio. 1.178

Epiſcopus poteſt ſolum inſtare certiorando Prælatũ Regularem de notorietate delicti commiſſi extra Clauſtra, & præfigere tempus vt Delinquens puniatur. 2.178

Epiſcopus poteſt Regularem delinquentem extra Clauſtra ſuſpectum de fuga carcerare, & ſuo ſuperiori remittere. 3.ibid.

Epiſcopus elapſo termino ab ipſo præfixo ad puniendum Regularem, poteſt ipſe punire, dummodo id factum non fuerit à ſuperiori. 4.ibid.

Epiſcopus poteſt præfigere terminum ſuperiori Religionis intra quem puniri debeat Regularis notorie reus & cur. 8.ibid.

Epiſcopus licet ſit in poſſeſſione cognoſcendi cauſas Regularium, non poteſt eas cognoſcere, contra nonnullos Doctores. 1.179

Epiſcopus quid agere debeat Superiore Religionis negligente punire delinquentem Regularem, & quid ſi non redierit ad locum delicti. 10.178

Epiſcopus non poteſt vi Concilii Tridentini, vel decreto Clementis VIII. per ſe, vel per alios procedere ad capturam Religioſi etiam notoriè delinquentis, ſed tantum debet inſtare. 11.179

Epiſcopus non debet inſtare pro punitione Religioſi, ſi delictum non ſit notorium, & Populo ſcandaloſum. 12.179

Epiſcopus non Poteſt declarare excommunicatum Religioſum à iure excommunicatum, etiam ſi deliquerit extra clauſtra Monaſterij. 14.179

Epiſcopus poteſt viſitare, punire, & corrigere Regulares extra Monaſterium degentes, & delinquentes; ſecus ſi degant de licentia ſuorum ſuperiorum. 15.179

Epiſcopus poteſt viſitare, & corrigere Regulares degentes extra clauſtra occaſione docendi doctrinam Chriſtianam, ſecus ſi habeant in illis locis ſuperiores. 20.179

Epiſcopus non poteſt prohibere, neque impedire, nè Regulares, mutent Conuentum de loco ad locum v.g. de loco non ſano, vel incommodo ad locum ſanum, & commodum, contra nonnullos tenentes oppoſitum. 1.180

Epiſcopus non habens poteſtatem ad id à ſummo Pontifice delegatam non poteſt cognoſcere in crimine hæreſis contra Regulares. 1.181

Epiſcopus ratione ſui muneris eſt competens Iudex omnium Hæreticorum in ſua Diœceſi. 3.ibid.

Epiſcopus reſpectu ſuorum ſubditorum in crimine hæreſis eſt Iudex Ordinarius; quia ex proprio munere id ipſi competit. 4.ibid

Epiſcopus reſpectu Exemptorum in crimine hæreſis eſt Iudex Delegatus contra Hoſtienſem, & Sanchez. 5.ibid

Epiſcopus procedens in crimine hæreſis vel vt ordinarius, vel vt delegatus ſeruare debet modum, quem ſeruare poſſunt & debent Inquiſitores per iura communia & ſpeciales conceſſiones, ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ. 8.ibid.

Episcopus attento iuris rigore non potest procedere sine consilio Capituli. 9.181
Episcopus non potest procedere ad torturam Rei sine Inquisitore, secus forsasse ad torturam Testis, & è contra. 3.184
Episcopus de iure antiquo poterat absoluere sine Inquisitore. 7.186
Episcopus; licet non explicite, implicite tamen de iure nouo, non potest proferre sententiam absolutoriam sine inquisitore. 9.186
Episcoporum nomine veniunt etiam Episcopi titulares, veniunt etiam Electi, & à sede Apostolica confirmati, etiam si consecrati non sint, secus Electi, & nondum à Sede Apostolica confirmati. 10.188.
Episcopus potest procedere contra alium Episcopum, si in illius diœcesi hæresim committat, vel de hæresi suspectus reddatur. 14.189
Episcopi quod possint procedere contra Inquisitores est opinio multorum Doctorum maximè quando hæresis est manifesta: sed reprobatur. 22. 189.
Episcopi contra Inquisitores possunt tantum informationes capere, & ad sedem Apostolicam transmittere. 23.189
Episcopus in Regnis Hispaniarum requisitus ad locum Inquisitoris accedit. 6.190
Episcopus non potest cognoscere sacerdotes Regulares de crimine solicitationis pœnitentis in confessione, nisi habeat facultatem ad id à summo Pontifice delegatam. 1.191
Episcopi omnium Regionum etiam Hispaniarum possunt diuisim cognoscere de crimine solicitationis 4.ibid.
Episcopi de iure communi possunt procedere separatim ab Inquisitoribus in causis fidei contra suspectos de fide, & contra hæreticos. 5. ibid.
Episcopi sententia abiurationis lata contra confessarium solicitantem sine Inquisitore non tenet contra nonnullos Doctores. 12.192
Episcopus non potest punire Regularem sibi vsurpantem iura Episcopalia contra plures Doctores. 1.194.
In Regnis Hispaniarum Episcopi non possunt ex priuilegio apostolico cognoscere de causis fidei sed tenentur denunciationes sibi factas ad ipsos Inquisitores remittere. 7.191
Episcopus non potest exercere Iurisdictionem in Regulares nisi in casibus in iure expressis. 4.194
Episcopus potest punire Regulares exemptos perturbantes ipsius Iurisdictionem. 12.ibid.
Assignatur disparitas inter vsurpare iura Episcopalia, & perturbare Iurisdictionem, tunc n. perturbatur quando impeditur ne illa exerceatur, at vsurpans non impedit quin Episcopus etiam exerceat, 14.ibid.
Episcopus in aliena Diœcesi solemniter benedicens, non perturbat illius Iurisdictionem. 15.ibid.
Episcopus non potest punire Regulares abutentes suis priuilegiis contra Zabatellam, & alios. 1. 195.
Episcopus non potest punire Regulares propter abusum priuilegiorum, quæ non concernant exemptionem neque propter abusum priuilegiorum concernentium exemptionem. 2.3.ibid.
Episcopus in sententia Cardinalis in Clement. 1. §. quia vero, vel. addo quarto, potest cognoscere an Electus à Religione sit iustè vel iniustè electus. 1.201.
Episcopus date non potest Regularibus tam amplam absoluendi facultatem; sed ea ipsis datur à Summo Pontifice cum dependentia à consensu, & voluntate, suorum Prælatorum. 6. 208
Episcopus potest absoluere Peregrinos à casibus reseruatis in alterius Diœcesi. 6.209
Episcopus denegans approbationem Sacerdotibus dignis, & idoneis sine rationabili causa vel semel datam reuocans, peccat. 11.215
Episcopus negans licentiam audiendi Confessiones Regularibus idoneis, vel aliàs approbatis, seu eam reuocans, excedit limites suæ facultatis. 19.216
Episcopus ob iustam, & rationabilem causam potest approbationem denegare, & semel datam reuocare. 23.216
Episcopus ob iustam causam potest limitatè approbare Regulares, hoc est ad certum tempus, locum, ad Viros, & non ad fœminas, vel è contra 30. 216
Episcopus potest reuocare licentiam audiendi confessiones Regularibus ad beneplacitum datam dummodo adsit iusta causa reuocandi contra Barbosam. 33.217
Cuiusnam Episcopi, eiusne, qui est Ordinarius Sacerdotis, an Ordinarius pœnitentis, approbatio requiratur. 223.
Episcopus habens priuilegium sibi eligendi Confessarium, si sit, extra suam Diœcesim debet eligere approbatum ab illo Episcopo contra nonnullos teneantes posse etiam ibi approbare Confessarium. 3.4.223
Episcopus non potest prohibere quod sacerdotes Regulares, quin etiam seculares absoluant ipsius subditos à peccatis venialibus, & forsan ab excommunicatione minori. 1.224
Item à peccatis mortalibus ritè semel confessis & absoluris. 2.224
Item in periculo mortis ab omnibus peccatis, & censuris non solum Episcopis, sed etiam summo Pontifici reseruatis, licet ipsi sacerdotes sint publicè suspensi, & excommunicati ob quodcumque, delictum. 3.224
Quod procedit etiam si adsit Confessarius approbatus, quin & Parochus, & nulla censura, nullo que impedimento detentus. 4. 224.
Episcopus non potest præcipere quod sic absolutus à censuris, cessante mortis periculo, superiori se sistere teneatur, vt mandatum eius accipiat; dummodo fuerit absolutus à priuilegiato; secus aliter si censura exigat partis satisfactionem. 5. 224.
Episcopus non potest prohibere Regularibus, Nouitiis præsente vel absente, aut impedire eorum Prælato, ne confiteantur sacerdoti ipsis bene viso alias idoneo ab Episcopo non approbato. 6.224.
Episcopus non potest prohibere ne quocumque modo à quibuscumque peccatis & censuris Prælati Religionum, vel ipsorum subditi possint absoluere suos Regulares, nouitios, & seculares mox Religionem ingressuros etiam à reseruatis specialiter Episcopo, vel sanctæ Sedi Apostolicæ. 19.216.
Episcopus non potest prohibere quin Regulares ab ipso approbati non audiant omnium confluentium confessiones, & eos absoluere à quibuslibet peccatis exceptis casibus ipsi Episcopo,

Digitized by Google

po,& ſummo Pontifici reſeruatis in Bulla Cœnæ. 20.226
Epiſcopus abſque licentia Prælati Religionis non poteſt diſpenſare cum Religioſo. 7.227
Epiſcoporum minores tantum criminales cauſæ in Concilio Prouinciali cognoſcuntur,& terminantur. 14.229
Epiſcopus poteſt vocare, & audire Priores, & alios intereſſe habentes aliorum Monaſteriorum in caſu; quo in ipſius Diœceſi nouum Monaſterium præſumatur ædificari. 2.231
Epiſcopus confirmatus à tempore confirmationis acquirit omnia quæ ſunt iuriſdictionis. 10. 233
Epiſcopus poteſt compellere Regulares etiam per cenſuras,ad reſtituenda ſua bona Nouitio nolenti profeſſionem emittere. 13.233
Epiſcopus poteſt ſtatuere ſuper numerum Monialium ſuæ Diœceſis etiam in exceptis cum interuentu tamen ſuperioris Regularis. 14.233
Epiſcopus, ſeu ab eo Deputatus poteſt explorare voluntatem Virginis habitum regularem ſuſcepturæ, & ante profeſſionem eidem aſſignare terminum ad deliberandum,vt ſi nolle decreuerit, dimittatur ad Domum conſanguineorum vel affinium. 16.233
Epiſcopus ſi infra terminum vigintiquinque dierum admonitus examen prædictum facere negligat,iis elapſis, amplius ad id ſe intromittere non debet. 17.233
Epiſcopus habet facultatem declarandi profeſſionem ante decimum ſextum annum factam, nullam eſſe cumulatiuè cum ſuperiore Religionis. 18.233
Epiſcopus habet facultatem procurandi, vt Monialium clauſura reſtituatur, & conſeruetur. 20. 234
Particula[in aliis vero][]quid ſignificet quoad Epiſcopi facultates in Monaſteria exempta. 21. 234
Epiſcopus poteſt viſitare clauſuram Monialium quatumcumque, etiamſi illa nunquam viſitata fuerit, & circa clauſuram Moniales interrogare abſque eo quod à Regularibus impediri poſſit.22. 234
Epiſcopus poteſt viſitare clauſuram Monialium Regularibus ſubiectarum ſine aſſiſtentia ſuperioris Monaſterij,ſed oppoſitum eſt probabilius. 23. 234
Epiſcopus ad cuſtodiendam clauſuram Monialium etiam Regularibus ſubiectarum poteſt imponere pœnam excommunicationis latæ ſententiæ, & eam ſibi reſeruare', declarando quod afficiat etiam Moniales nec à dicta cenſura poteſt ſuperior regularis abſoluere. 24.234
Epiſcopus poteſt procurare prædictam clauſuram; inuocato ad hoc, ſi opus fuerit,auxilio brachij ſecularis. 25.234
Epiſcopus poteſt dare licentiam ingrediendi, & exeundi è Monaſterio Monialium. 27.234
Epiſcopus habet facultatem in Regulares quoad omnia quæ ſunt ordinis Epiſcopalis. 28.234
Epiſcopus habet omnimodam facultatem in Monachos Eccleſiæ Cathedralis Regularis, quoad ea, quæ non pertinent ad Regularia inſtituta. 29. 234
Epiſcopus quoad inſtituta Regularia debet Monachos remittere Prælato Regulari. 31.234
Epiſcopus reſpectu Regularium non exemptorum poteſt ea,quæ poſſunt Prælati Regulares circa ſubditos ſuos. 32.234
Epiſcopus quid poſſit circa Regulares non exemptos,qui eidem obedientiam emittunt, & eos,qui non emittunt. 33. 234
Epiſcopus habet facultatem ſuper quoſcumque Regulares etiam exemptos quoad editionem librorum cum approbatione ipſius. 34.235
Idem dic de inſolitis imaginibus, & nouis miraculis admittendis nouiſque reliquiis recipiendis,ac non celebrando in priuatis Domibus. 35. 235
Epiſcopus poteſt prohibere Regularibus etiam per cenſuras vt non admittant ad celebrandum ſacerdotes ſeculares exteros in ſuis Eccleſiis ſine eius litteris commendatitiis. 38.235
Epiſcopi non poſſunt prohibere ne Regulares Peregrini celebrent in Eccleſiis ſuorum ordinum ſine ipſorum licentia. 39.235
Epiſcopus habet auctoritatem in eoſdem circa obſeruationem dierum feſtorum,quos ipſe præceperit. 40.235
Epiſcopus habet facultatem faciendi in locis exemptis ſuæ Diœceſis ſolemnes benedictiones, & celebrandi Diuina officia. 41.235
Epiſcopus poteſt in Eccleſiis Regularium cantari facere miſſas Rogationum per ſuos Canonicos. 43.235
Epiſcopus in aliis caſibus quid poſſit contra Regulares. 44.235
Epiſcopus excommunicans, vel alia cenſura afficiens ludentes non incurrit excommunicationem, ſi poſtea ludat; quin immo nec cum Epiſcopo ludentes, ſecus eſt ſi Epiſcop. tantum denunciet cenſuram ſuperioris. 35.244
Laudatur Epiſcopus Trecenſis, quod noluerit ſe ſine ſedis Apoſtolicæ conſilio exemptum iudicare à voti cuiuſdam obligatione. 14.246
Epiſcopus in Oratoriis priuatis non habet ius viſitandi,nec exigendi procurationem. 4.268
Epiſcopus habet ius viſitandi,& procurationem exigendi,& ipſius iuriſdictioni ſubſunt Oratoria eius auctoritate erecta. 6.268
Epiſcopus, aliuſvè Prælatus, qui extrahit, vel extrahi mandat, ſi id faciat quatenus vtitur poteſtate Eccleſiaſtica,ſecus ſi prout vtitur poteſtate laica,&c. 8.369
Poſtquam Epiſcopus id cognouit, &c. debet reum conſignare Curiæ ſeculari. 21.363
Epiſcopus indebitè concedens licentiam in caſibus non exceptis Reum extrahendi ab Eccleſia,probabiliter non incidit in cenſuras, & pœnas Bullæ Gregorianæ. 14.371
Epiſcopus propria auctoritate poteſt extrahere Clericum ſibi ſubditum ab Eccleſia Vicinioris Prælati nullius Diœceſis,ſine licentia Prælatis illius Eccleſiæ. 8.372
Nomine Epiſcopi hic intelligitur verus Epiſcopus vel eius Officialis,ſeu Vicarius generalis. 10. 373
Si duo Epiſcopi ſint vicini, licentia extrahendi Reum,qui ſe recepit in locum exemptum, & nullius diœceſis, petenda eſt ab Epiſcopo viciniori quo ad habitationem, modo iſte vicinam etiam diœceſim habeat. 11.373
Epiſcopus, vel Vicarius renuens indebitè concedere licentiã extrahendi Reũ,non incurrit excõmunicationem Conſtitutionis Gregorianæ. 14. 373
Epiſcopus non poteſt denegare licentiam Regularibus prædicandi in ſuis Eccleſiis,& tamen illam ab eo petere debent;& ex Tridentino ſufficit petita, & non obtenta. 10.376

Epiſcopus non ſolum poteſt compellere laicos ad obſeruandas conſuetudines Eccleſiæ laudabiles ſed etiam poteſt, exorto dubio, num conſuetudo laudabilis ſit, idipſum determinare. 15. 378

Epiſcopus poteſt examinare vires iuramenti à ſe præſtiti de obſeruandis capitulis in ſua electione, quouſque illud extendere ſe debeat. 16.378

Epiſcopus electus & confirmatus, ſed nondum conſecratus poteſt cognoſcere ea quæ diximus circa immunitatem; quia poteſt omnia, quæ ſunt iuriſdictionis. 6.379

Epiſcopus electus, & confirmatus tantum; ſed nondum conſecratus poteſt abſoluere ab omnibus cenſuris, & diſpenſare ab omnibus irregularitatibus, à quibus poſſunt cæteri Epiſcopi vigore Concilij. 7.379

Epiſcopus in caſu noſtro debet cognoſcere concludenti probatione Delictum eſſe exceptum, vel non exceptum. 3.380

Iudicio Epiſcopi remittitur quæ nam delicti probatio ſufficiens ſit; non tamen remittitur Iudicio eiuſdem derogare iuri, & perfectæ probationi delicti. 1.381

Epiſcopus in tali cognitione tenetur ſeruare ordinem iudiciarium, & omnes regulas iuris. 2. 381

Epiſcopus ſi errauerit in iudicando delictum eſſe exceptum, cum reuera non ſit, tenetur repetere Reum, & Iudex ſecularis reſtituere. 4.381

Epiſcopus ſi proceſſus delinquentis factus fuerit antequam de immunitate ageretur poteſt ſtare proceſſui iudicis laici non tamen tenetur. 7.382

Epiſcopus pro informatione ſuæ conſcientiæ non poteſt quid ſufficienter habere; niſi habeat probationem veram, plenam, & concludentem. 20. 384

Epiſcopus in omni caſu dubio conſulere debet Pontificem. 2.387

Epiſcopus tradens indebitè Reum Curiæ ſeculari præter peccatum mortale ſacrilegij, & iniuſtitiæ, & ſic damnorum obligationem, ſi Reus morte puniatur, incidit etiam in irregularitatem. 3. 387

Epiſcopus, & Abbas à ſummo Pontifice creatus periuri ſunt alienando bona Epiſcopatus, & Monaſterij reſpectiuè, ad quæ non alienanda iuramento adſtringantur, inconſulto ſummo Pontifice. 2.403

Epiſcopus ſi iurauit ſimpliciter non alienare bona ſuæ Eccleſiæ, dicitur quod intellexit ſolum de illicita alienatione. 1.404

Epiſcopus, ſi iurauit ſe non alienaturum bona ſuæ Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice, cenſetur intelleziſſe de alienatione licita, & iure conceſſa. 2.405

Epiſcopus, vel Abbas alienantes in caſu poſito res ſuæ Eccleſiæ, etiam in cauſis, quas iura concedunt, ſiunt periuri; cum tale iuramentum ſit de re licita. 6.405

Epiſcopus non debet præſtare aſſenſum alienationi, niſi præmiſſa prius huiuſmodi informatione, & citatis his, quorum intereſt. 10.414

Epiſcopus ſine conſenſu Capituli poteſt alienare res modicas, vel parum vtiles Eccleſiæ, licet de non alienandis rebus Eccleſiæ, iuramentum præſtiterit. 5.415

Epiſcopi & Abbates contrahunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ; in quo interdicto, ſi per ſex menſes perſtiterint, ſuſpenduntur à regimine, tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus. 12. 436

Alij Epiſcopis, & Abbatibus inferiores contrahunt ipſo facto præter excommunicationem, etiam pœnam priuationis beneficiorum, & officiorum, & inhabilitatis ad eadem recipienda. 14.436

Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius in ordine ad bona ſuarum Eccleſiarum obſtringuntur pariter iuramento de non alienando; ita vt ſi quis eorum per accidens non iuret, nihilominus in foro externo præſumitur iuraſſe, & punitur vt periurus. 5.442

Epiſcopus, Abbas, & Commendatarius, ſi non iurauerint per accidens, non ſunt periuri in foro interno. 7.442

Epiſcopus in Monaſteriis ſibi ſubiectis auctoritate ordinaria, in exemptis, auctoritate delegata debet atringere Moniales ad clauſuram. 1.469

Epiſcopi, & alij locorum Ordinarij non tenentur ſub pœna peccati mortalis publicare quotannis decretum de clauſura Monialium; ſed ſufficit ſi ſemel publicatum fuerit. 12.470

Ad Epiſcopos ſpectat in omnibus quibuſcumque Monialium Monaſteriis dare licentiam egreſſus è clauſura, & cauſam egreſſus approbare. 1. 471

Ad Epiſcopos coniunctim cum ſuperioribus Regularibus ſpectat dare licentiam egreſſus è clauſura, & cauſam approbare. 2.471

Epiſcopus poteſt ſibi ſolum reſeruare dare licentiam egrediendi è clauſura, & poteſt etiam eam committere Vicario foraneo, & cui nam maluerit. 2.472

Epiſcopus non prohibetur tribuere Vicario Generali maiorem facultatem, quam is habeat de iure communi. 5.474

Epiſcopus poteſt abſoluere ab hæreſi ſi ſit occulta virtute Tridentini, quia in Bulla Cœnæ decreto Concilij non eſt derogatum ſecundum probabilem opinionem. 3.500

Epiſcopus concedere poteſt licentiam ingrediendi Clauſuram Monaſterij ſibi ſubiecti auctoritate etiam delegata, idem etiam poteſt ſuperior Regularis in Monaſterio ſibi ſub ecto. 1.504

Epiſcopus non poteſt concedere licentiam ingrediendi clauſuram Monaſterij ſubiecti Regularibus. 6.505

Epiſcopus vbi eſt introducta conſuetudo poteſt dare licentiam ingrediendi clauſuram Monaſterij ſubiecti Regularibus, & etiam licentiam eorum regiſtrare, ſeu approbare; ſecus tamen eſt præciſa conſuetudine. 7.505

Diſpenſatio Epiſcopi expectanda eſt, quando non poteſt ſine moræ periculo pro ea ſummus Pontifex adiri. 18.512

Epiſcopus poteſt fœminæ renuenti egredi de Monaſterio conſtituere terminum ad eligendum egreſſum, vel ad ſuſcipiendum habitum Religionis. 5.520

Epiſcopus non habet iuſtam cauſam ingrediendi clauſuram ad confirmandam Monialem niſi ea ſit infirma, ita vt non poſſit ad crates accedere, & periculum ſit in mora. 1.523

Epiſcopus virtute Decreti Concilij Tridentini poteſt abſoluere ingredientem ſepta Monaſterij, & ibi cum Moniali inceſtum, ſeu potius ſacrilegium committentem, ſi caſus ſit occul-

tus, idem dic de aliis quatuor casibus reseruatis ex decreto sac. Congregat. sub Clemente VIII. 13.548

Episcopus potest absoluere à suspensione à diuinis quam incurrunt Religiosi admittentes fœminas illicite in Monasteria virorum. 1.564

E Q

Eques sancti Ioannis Hierosolymitani est vere Religiosus, & ob id pœnis prædictis afficitur. 9.553

E R

Error vnius non debet alteri præiudicare, præsertim Reo & Ecclesiæ, pro quorum fauore clamant omnia iura. 5.381

E V

Comitantes sanctissimam Eucharistiam sunt tanquam Ecclesia animata. 3.273

Comitantes Eucharistiam iustam causam non habent ingredi clausuram, cum statim Moniales cereis accensis eam comitentur satis decenter. 17.517

E X

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. 21.64

Exceptio peremptoria, quæ suapte natura examinanda est coram alio Iudice operatur effectum dilatorium causæ principalis. 11.75

Exceptio impotentiæ conueniendi, seu significandi, &c. ob infirmitatem reprobatur. 9.190

Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis & ideo exceptis in Constitutione Gregoriana aliquibus casibus nullus alius censetur exceptus à dicta immunitate. 4.258

Exceptio firmat regulam in contrarium. 4.274

Exceptio, quæ fit in cap. 1. de homicidio est odiosa, & est restringenda seruata verborum proprietate. 3.312

Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis. 2.314

Exceptio firmat regulam in contrarium quoad casus non exceptos. 4.329

Post mortem potest quis *Excommunicari* impropriè tamen & indirectè præcipiendo fidelibus, vt abstineant ab Ecclesiastica eius sepultura, & à publicis pro eis precibus, ac sacrificiis faciendis. 15.243

Excommunicatio maior est grauissima pœna, gladius scilicet spiritualis, & neruus Ecclesiasticæ disciplinæ. 23.78

Excõmunicatio quomodocumque in loco Diœcesis lata contra eos qui sciunt, & non reuelant aliquod furtum, vel delictum, non ligat transeuntes, vel Peregrinos. 8.116

An, si Episcopus diœcesis A. ferat Excommunicationem contra scientes, & non manifestantes, quisnam commiserit furtum, & Petrus v.g. diœcesis B. maneat post latam hanc excommunicationem domicilium in diœcesim A. & cognoscat furem, & non manifestet, ligetur tali censura. 117

Ferre Excommunicationem est actus iurisdictionis, ideo siue feratur per modum legis, siue quocumque alio modo, non potest extendi ad non subditos. 19.167

Excommunicatio parata contra Turbantes iurisdictionem, non dicitur defensio parata, sed se habet per modum pœnæ modo iurisdictionali impositæ, & ideo non se extendit ad non subditos. 2.167

Excommunicatio fertur per modum sententiæ, quam nemo in seipsum ferre potest. 24.247

Excommunicatio contra ingredientem Monasteria monialium prætextu licentiarum non extenditur ad ingredientem sine prætextu illarum. 17.332

Excommunicationi esse annexum effectum priuandi excommunicatos immunitate, non reperitur in iure. 3.344

Excommunicatio non contrahitur si in iure non sit expressum. 12.347

Excommunicatio lata contra confringentes & spoliantes Ecclesiam extenditur contra comburentes. 20.368

Excommunicatio lata in Canone si quis suadente, licet pœnam contineat, non pœnalis, sed honorabilis est, atque ideo extendenda. 24.368

Excommunicatio, & Pœnæ dictæ extrauagantis non incurruntur, nisi etiam rei pacifica possessio habita sit; in quo casu tamen dictæ pœnæ incurrentur, etiamsi contractus fit factus saluo assensu sedis Apostolicæ; & non aliter. 44.393

Excommunicatio non est reseruata; quapropter ab illa possunt absoluere pro foro conscientiæ omnes Prælati suos subditos; quin & omnes Confessarij, suos pœnitentes. 9.436

In Tridentino reseruatur Excommunicatio, non in alienantes bona Ecclesiæ, sed in illa sibi vsurpantes, seu in proprium vsum conuertentes. 11.436

Subiectum Excommunicationis est quicumque alienationem fieri procurauerit, vel alienationis decretum extorserit. 4.450

Ista tamen Excommunicatio non incurritur, nisi secuta alienatione. 6.450

Subiectum huius Excommunicationis est generaliter quicumq; vnã ex dictis actionibus præstiterit, siue laicus, siue Ecclesiasticus cuiuscumque dignitatis etiam Episcopalis, vel Cardinalitiæ etiam si per alium id præstiterit priuate, vel publice. 10.451

Excommunicatio maior grauis pœna est, gladius spiritualis, ac neruus Ecclesiasticæ disciplinæ. 4.456

Excommunicatio, & pœnæ tam graues non imponuntur, nisi ob culpam grauem. 3.498

Excommunicatio non dicitur reseruata, si ingrediens non habeat malum finem, sc. luxuria; secus tamen est malo fine non præciso. 12.527

Excommunicatio Tridentini cadit super ingredientem absque superioris licentia citra causam rationabilem, & manifestam concessa. 5.528

Excommunicatio lata contra Matrimonium contrahentes in Clement. vnic. de consanguin. & affin. contra solemne votum castitatis comprehendit tantum Moniales professas cuicumque nubentes, & eas in vxores accipientes, & Viros professos, vel in sacris constitutos matrimonium contrahentes, non autem fœminas seculares professo nubentes. 3.530

Excommunicatio in Motu Gregorij XII. lata contra facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum est Pontifici reseruata, sicuti est reseruata quæ in eodem motu fertur contra ingredientes virtute prædictarum facultatum. 1.539

Absoluere quis possit à dicta Excommunicatione, & in pœnis dispensare. 3.539

Ab Excommunicatione contracta ob motum Gregorij XIII. vbi gratiæ, nemo absoluit nisi summus Pontifex, ipsius Pœnitentiarij, & si casus sit occultus Episcopus, vel Prælatus habens priuilegium absoluendi. 4.547

Excommunicatio, quæ in tertio ingressu & sequentibus infertur, non est summo Pontifici reseruata, & ab ipsa potest absoluere quilibet approbatus Confessarius. 9.547

Excommunicatio simpliciter prolata, intelligitur semper de maiori. 5.550

Excommunicatio ferendæ sententiæ contra frequentantes Monasteria requirit præuiam monitionem; qua peracta si semel contraueniant puniri possunt. 8.551

Excommunicatus per statutum; vel sententiam generalem potest absolui ab alio Episcopo, in cuius diœcesim contulit Domicilium, quod procedit etiam si, vbi censura lata est, sit reseruata, dum modo non sit reseruata in loco in quo degit. 5. 151

Excommunicatus per sententiam particularem debet absolui ab Episcopo, qui eam tulit, licet de mente Vasquez possit absolui ab altero Episcopo quando iam est sub illius Iurisdictione. 6.151

Excommunicatus licet denunciatus, vel non toleratus gaudet Ecclesiastica immunitate. 1.275

Excommunicatus licet sit excluſus ab Ecclesia formali hoc est à fidelium Communione, non tamen est excluſus à materiali ob immunitatem. 4.276

Excommunicatus non defenditur ab Ecclesia ratione delicti, sed ratione priuilegij immunitatis Ecclesiæ ipsi competentis. 5.276

Excommunicatus non potest sepeliri in Ecclesia, & tamen gaudet immunitate. 9.341

Excommunicatus ob violationem clausuræ non potest absolui nisi à Summo Pontifice, & ex commissione ipsius id possunt etiam Romæ Pœnitentiarij; quamuis si sit occulta excommunicatio possit etiam Episcopus contra nonnullos Doctores. 1.500

Excommunicatus vigore dicti Motus, &c. non potest absolui nisi à summo Pontifice. 15.545

Exempla attentatorum adducuntur, hoc est dare mandatum, portas aperire, & huiusmodi; Non item capiendi, vel extrahendi sola tractatio. 2.365

Exempta Persona censetur exempta etiam res Personæ. 5.58

In generali concessione *Exemptionis* non venit Immunitas à visitatione & computorum reuisione. 28.95

Exemptio non est priuilegium seculatis personæ, sed status totius, & ideo non potest præiudicari. 4. 193

Iudicans de gratia Exemptionis non solum cognoscere debet de concessione, sed etiam de iure concedentis. 6.202

Exemptio pro bono Religionis, & Religiosi concessa non debet in detrimentum eorum conuerti, sicuti est si vagari daretur ansa. 11.227

Exempti participes fieri possunt indulgentiarum Episcopalium, & quoad hoc se subiicere Iurisdictioni Diœcesani. 12.57

Exempti per priuilegium Pontificis non possunt priuilegio, nequè implicitè, nequè explicitè renunciare. 2.179

Exemptus citatus eodem tempore ab Episcopo & Inquisitore potest comparere coram eo, quem maluerit, sed debet protestari de impotentia comparendi coram alio. 3.183

Exemptus non potest in aliquo renunciare priuilegio exemptionis, cum hoc sit in præiudicium superioris. 13.193

Prohibitum censetur quidquid in Exemptos non est expresè concessum. 15.198

Exhortatio non importat præceptum. 10.470

Exitus è Monasteriis non decernitur fuisse malus, ante iuris humani prohibitionem; sed prohibetur ad præcauenda pericula contra castitatem. 5.459

Exitus non licet si possit occurri incendio, vel ruinæ minanti, vel hostium impetui, non egredientibus Monialibus è suis Monasteriis. 6. 475

Per *Expensarum* condemnationem fertur saltem indirectum iudicium de crimine Clerici. 19. 112

Subministratio Expensarum pro itineribus suscipiendis pro homicidio patrando, si homicidium fiat gratis non constituit assassinium. 15.386

Expressio, & specialis locutio eorum quæ tacitè insunt, quando ad maiorem claritatem, & euidentiam fit non vitiatur, neque aliquid addit, licet dubietatem tollat. 21.287

Extensio datur à iure ob extensionem rationis etiam in exorbitantibus; secus est in correctoriis, in quibus tanquam in odiosis non fit extensio, sed restrictio. 11.197

Extractio sola violenta in iure prohibetur. 2.347

In indebita Rei extractione intercedit solum sacrilegij culpa primario & per se, secundario vero & consecutiuè obligatio restituendi. 9.361

Extractio quia in Constitutione Gregoriana explicite conceditur in casibus exceptis, implicite negatur in casibus non exceptis. 3.371

Extrahens Reum ab Ecclesia, si monitus desistere non vult, excommunicatur. 2.258

Extrahentes Reum ab Ecclesia ex constitutione Gregorij XIV. sunt ipso facto excommunicati. 3.251

Extrahens aliquem ab Ecclesia vi, dolo, vel fraude eumque extractum mutilans, vel occidens non priuatur immunitate. 1.307

Extrahentes Reum à manibus satellitum etiam cum vulneribus ipsorum gaudent Ecclesiæ immunitate. 40.369

Extrahens illegitime, vel contra ita extractum vlterius procedens tenetur ex iustitia compensare Reo omnia damna quæ ex illi extractione ei contigerunt. 7.361

Extrahens illegitimè absolui non debet nisi prius restituerit Ecclesiæ extractum, & refecerit ei omnia damna, & interesse. 8.361

Extrahens indebitè Reum à loco sacro incurrit culpam sacrilegij grauissimam; quia in re grauissima facit contra sanctitatem Ecclesiæ, & infert iniuriam grauissimam Deo, cui Ecclesia dicata est. 1. 362

Extrahens indebitè Reum ab Ecclesia, vsurpat iurisdictionem Pontificis, de cuius licentia solum Reus in Ecclesia existens extrahi inde potest. 4. 362

Extraneus offendens Principem licet non subsit ei ratione Originis, vel Domicilij, subest tamen saltem ratione delicti, ex quo videtur ex mente Curtellij committere crimen læsæ maiestatis. 1. 326

Extraneus offendens Principem non incurrit crimen læsæ maiestatis; & propterea immunitate non priuatur. 44.326

Extraneus offendens Principem subest ei saltem ratione delicti concomitanter ad delictum; ita vt post delictum ei subsit,& ita priuatur immunitate; secus si antecedenter ad delictum non erat ei subditus. 3.327

Extraneus futans in Diœcesi Episcopi qui furtum prohibuit sub censura, censuram non incurrit si antecedenter ad delictum non erat subditus. 4. 327

Exul vel Bannitus, dummodo eius delictum non sit de exceptis, non priuatur immunitate. 1. 341

F

F A

Fabri Cœmentarij,& similes necessarij monasterij ædificio construendo iustam ingressus causam habent. 4.514

Factum in dubio non præsumitur nisi demonstretur. 11.334

Factum tempore inhabili sed relatum in tempus habile validum est saltem pro tempore habili,si iure illud non irritetur. 46.393

Turpe est Factum proprium impugnare;secus est quando fit ob causam necessariam, prout est animæ salus, & Ecclesiæ,seu reipublicæ vtilitas. 13. 433

Facultas delegata in ordine ad Regulares non se extendit ad ferendas censuras per modum legis, & statuti, sed solum ad puniendos Transgressores. 6. 171

Facultas delegata Episcopo contra Regulares accedentes ad Monasteria Monialium restringitur ad causas speciales in facti contingentia, non autem ad auctoritatiuè prouidendum per censuras. 7.171

Facultas prouidendi beneficia Personis idoneis in certa Ecclesia non expirat per mortem concedentis. 2.211

Facultas audiendi confessiones remotè tendit in vtilitatem confitentium, sicut & facultas prouidendi beneficia tendit in vtilitatem prouidendorum. 3.211

Facultas necessaria habens se per modum præcepti non expirat morte concedentis;secus est in facultate voluntaria. 19.212

Nomine Facultatis indicandi venit statutum, lex & consuetudo. 7.334

Cui ligandi Facultas competit,soluendi etiam facultas competere consueuit. 3.104

Facultas arbitrij alteri commissa exigit scripturam in concedenda licentia ingressus. 6.513

Fama dat iustam causam credendi. 20.23

Familia laica Episcopi gaudet priuilegio fori, quo gaudent Clerici. 1.101

Familia Episcopi laica gaudet priuilegio fori. 10. 270

Familia laica Episcopi titularis gaudet priuilegio fori. 23.278

Famula non possunt pro suo libito ingredi & egredi, sed tenentur quodammodo legibus Clausuræ Monialium. 6.522

Famulæ ingredi non possunt in seruitium Infirmarum, vel Decrepitarum Monialium sine licentia Sedis Apostolicæ. 7.522

Famuli ad præstanda seruitia conuenta cogi possunt, & tales,qui ita se locauerunt censentur vt famuli. 24.282

Famuli familiarium Episcopi si eiusdem expensis alantur, possunt eodem modo ordinari ab Episcopo, & gaudent priuilegio Tridentini. 27. 157

Famuli familiarium Cardinalis gaudent iisdem priuilegiis,quibus gaudent familiares Cardinalis. 28. 157

Fauens vel receptans offendentem Principem, vel Cardinalem per se & formaliter in fauorem criminis commissi in Personam Principis & Cardinalis non gaudet immunitate; secus si per accidens & materialiter puta ratione amicitiæ, consanguinitatis,&c. 9.329

Quod in *Fauorem* alicuius concessum est, non debet in ipsius odium retorqueri. 6.57

Fauores Legum sunt ampliandi si sint sine alterius præiudicio. 14.163

Quod Fauore alicuius introductum est, non debet in eius detrimentum retorqueri, si non desit solemnitas, seu forma substantialis. 14. 433

Quæ ad fauorem sunt introducta non debent in odium retorqueri. 7.439

F E

Festa indicta ab Episcopo, & interdicta imposita ab illo in Ecclesiis exemptis Regularium non seruantur secluso præcepto Concilij Tridentini. 21. 176

An Iudex laicus laicum in die Festo laborantem punire possit sub prætextu suæ prohibitionis, ne in tali die laboret? 72

De *Feudo* cognoscere spectat, ad Dominum feudi. 39.79

Per Feudum, & emphyteusim, seu locationem transfertur dominium vtile in feudatarium, emphyteutam,& conductorem. 4.401

Feudum, vel emphyteusis si non concedatur de nouo; sed antiqua, & iam concessa renouentur, seruandæ non sunt iuris solemnitates. 1. 425

Renouatio Feudi, vel Emphyteusis antiquæ non reputatur alienatio;sed prioris alienationis factæ continuatio. 2.426

Feudum,vel emphyteusis,si de nouo concedatur seruandæ sunt iuris solemnitates; quia tunc concessio feudi, vel emphyteusis, est vera Dominij vtilis,& cuiusdam Ecclesiasticæ seruitutis alienatio. 4.426

Positis iuris solemnitatibus potest feudum, vel Emphyteusis in perpetuum, etiam pro hæredibus extraneis,concedi. 5.426

Vt renouatio Feudi, & emphyteusis non noua alienatio,sed prioris antiquæ alienationis,seu concessionis continuatio reputetur, tres conditiones requirantur. 7.426

Feudi,vel emphyteusis concessio si facta sit expresse in perpetuum,seu ad quoscunque hæredes, quos emphyteuta relinquere voluerit,censetur concessa in perpetuum,& transit ad hæredes non solum descendentes;sed etiam ascendentes,& extraneos. 1.427

Feudi, vel emphyteusis concessio si facta sit pro se suisque hæredibus, non transcendit tertiam generationem,neque deuenit ad hæredes extraneos. 3.427

Feudi vel emphyteusis concessio, si facta sit pro se suisque filiis, diuidenda est æqualiter inter filios, neque potest Pater vni ceteris omissis, assignare. 4.427

Feudi, vel emphyteusis concessio, si facta sit pro se,

ſe, ſuiſque filiis, & deſcendentibus, non tranſit ad extraneos, neque ad aſcendentes, tranſit tamen ad filios quamuis hæredes non ſint. 6. 427

Feudi, vel emphyteuſis conceſſio ſi facta ſit proſe, ſuiſque filiis, & hæredibus, deuenit ad filios ſi hæredes ſint. 7.427

Feudum, licet hæreditarium non ſit, numquam poteſt ad filios Patris hæreditatem repudiantes deuenire. 12.428

Feudum, vel emphyteuſis hæreditaria dicitur quando expreſsè in conſtitutione feudi, vel emphyteuſis mentio ſit hæredum: vt ſi dicatur tibi tuiſque hæredibus. 14.428

F I

Fidelem, vel infidelem eſſe materialiter ſe habet ad crimen aſſaſinij. 2.317

Filiæ Reorum læſæ maieſtatis excluduntur ab eorum ſucceſſione, licet non priuentur legitima in bonis paternis; quia Filiæ ob ſexus infirmitatem minus auſuræ creduntur, quam mares. 9. 324

Filiæ Reorum læſæ maieſtatis non priuantur ſicuti filij, ſucceſſione aliorum conſanguineorum & extraneorum. 10. 324

Filia motiens, habitum ſuſcipiens, aut profeſſionem emittens maiori triſtitia, & perturbatione præſentia afficitur. 4. 516

Filiis ſpuriis debentur alimenta tantummodo ad vitam ſuſtentandam, quia ſtricto naturali iure debentur omnibus filiis. 9. 85

Filius poſt pueritiam ob crimen poteſt priuari omnibus alimentis etiam neceſſariis, exceptis caſibus extremæ neceſſitatis. 11. 85

Filius in Beneficialibus ſine conſenſu Patris etiam in patria poteſtate conſtitutus agere poteſt. 47. 91

Filius manens cum Patre ſortitur Patris Domicilium neque illud ſuo diſceſſu deperdit, ſi animum ad Patrem redeundi habeat, & alibi Domicilium non fixit. 15.156

Filius familias factus Pubes poteſt etiam alibi figere Domicilium, ſecus impubes. 16.156

Filij ex conſuetudine in aliquibus locis non ordinantur in loco Domicilij paterni ſine dimiſſoriis Epiſcopi originis. 17.156

Filius familias, ſi ſit Præſes poteſt ſe ipſum apud ſeipſum emancipare, vel in adoptionem dare. 17. 246

Filij hæreticorum ſecundum probabiliorem opinionem Doctorum ſuccedunt ex teſtamento, & ab inteſtato aſcendentibus conſanguineis, & extraneis catholicis. 6.324

Filij, & filiæ Reorum læſæ maieſtatis, priuantur modo, quo ſuprà dicebatur donatione cauſa mortis. 16.324

Filij Reorum læſæ maieſtatis contrahunt pœnam infamiæ dummodo delictum ſit notorium, nec poſſit vlla tergiuerſatione celari. 18.324

Filij Reorum læſæ maieſtatis non poſſunt vt infames aſcendere ad ſacros ordines, & Eccleſiaſticas dignitates. 20.324

Nomine filiorum veniũt filij emancipati poſt delictum; quia præſumuntur in fraudem emancipati, ſecus ſi multo ante delicti conſpirationem emancipati fuerint. 21.324

Nomine filiorum veniunt etiam filij naturales, & ſpurij, qui certo ſint filij Patentis delinquentis, ne plus honoris detur luxuriæ, quam caſtitati. 21. 324

Nomine Filiorum ob tale delictum non veniunt Clerici, quia ratione dignitatis cenſentur exempti. 24.324

Filij committentis crimen læſæ maieſtatis humanæ, æquiparantur filiis committentis crimen hæreſis, & ita ſicut pœnæ hæreticorum extenduntur ad Nepotes via maſculina, ita etiam extendi debent in crimine læſæ maieſtatis humanæ. 29.325

Filij Mulieris & non Patris committentis crimen læſæ maieſtatis humanæ non incurrunt pœnas ſupradictas. 30. 325

Filij poſſunt exhæredati ob cauſas non expreſſas etiam in Auth. vt cum de appellat. cognoſc. §. aliud quoque, ſi eæ ſint ſimiles, ſeu vrgentiores. 13. 477

Finis mouet Principem ad diſponendum, & eius intentio ſequitur finem, & ceſſante cauſa finali diſpoſitionis ceſſat etiam diſpoſitio. 16 222

Finis tanquam menſura, & forma, oſtendit, quales ſint cenſendæ res. 9.398

Fiſcus bonæ fidei Poſſeſſori, verbi gratia emptori, cui res alienata fuit poſt delictum commiſſum, ſi defunctus, cui fiſcus ſuccedit, ditior factus ſit, tenetur pretium reſtituere. 19. 488

F O

Fœmina ſecularis nubens Religioſo profeſſo non incurrit excommunicationem latam contrà Moniales profeſſas nubentes cuicumque & contra ducentes illas in vxores, & contra profeſſos matrimonium ineuntes. 13.532

Fœmina etiam comprehenditur in canone, ſi quis ſuadente diabolo. 2.542

Fœminæ minores ſepiennio, &c. 4. 561

Fœminæ fundatrices, ſi in aliquibus ordinibus ſit conſuetudo eas admittendi &c. 6.561

Fœminæ valde illuſtres ſi in aliquibus locis ſit conſuetudo quod admittantur. 7. 561

Fœminæ ſi conſuetudo ſit, quod ſacriſtiam Eccleſiæ contiguam intra parietem clauſtri ingrediantur. 8.561

Fœmina licitè ingredi poteſt etiam ſi nouerit à Prælato inſtitui proceſſionem, ad hoc vt ipſa, & aliæ ingredi queant, quamuis fieri poſſit vt peccet ratione finis prauí. 16.561

Fœminæ quæ non tantum ratione proceſſionis ingrediuntur, &c. ſed ex peruerſo fine, non incurrunt pœnas latas à Pontifice contra Bonacinam, etiam ſi ibi exterius aliquod peccatum committant. 23.562

Forma actus eſt illa, quæ declarat animum, & voluntatem operantis; & magis quam declarent ipſa verba. 13. 95

Forma actus fundatoris conſtituta à Papa ad inſtantiam ipſius, declarat mentem fundatoris quod Hoſpitale non ſubiaceat viſitationi, & reuiſioni computorum reſpectu Epiſcopi. 14. 95

Formæ nihil addi, aut minui poteſt; ſed ſeruari illa debet ad vnguem. 9.330

Quiſque ſortitur forum in loco, vbi res ſita eſt, vel vbi celebratus eſt contractus. 7.58

Regula prædicta limitatur, niſi perſona priuilegiata, & exempta ſit à foro ſeculari. 8.58

Forum Clerici extenditur ad laicum ſi cauſa eſt communis inter laicum, & Clericum. 9. 107

Paria ſunt forum ſortiri, & ſtatuto ligari. 15.108

Sicuti forum rei ſitæ in ciuilibus; ita in crimina-

libus forum delicti foro originis, & Domicilij potentius eſt. 2.326
Difficulter in foro externo admittitur excuſatio. 4.366.
Forum conſcientiæ conuenit foro externo, cum externum falſæ præſumptioni non innititur. 10.433

F R

Fratres Templi, & Hoſpitalis non poſſunt recipere Eccleſias, & Decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcopi. 7.194
Item debent euitare Excommunicatos nominatim & interdictos per ſententiam Epiſcoporum. 8.194.
Item in Eccleſiis ſuis, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, inſtituendos Presbyteros præſentare debent Epiſcopo, quo inconſulto non poſſunt inſtitutos remouere. 9.194.
Item pro rebus temporalibus inſtituti exhibere debent rationem competentem ipſi Epiſcopo. 10.194.
Item in Eccleſia poſita in loco interdicto celebrare poſſunt ſemel in anno. 11.194
Fraus proprie datur vbi eſt obligatio legis, quam quis per dolum, & fraudem vult euadere. 8.140
Violat per fraudem legem, qui in cortice ſeruat verba legis ſi faciat contra mentem, & intentionem legis. 3.430
Fraudem facit, qui ſaluis verbis legis, mentem eius circumuenit. 4.430
Frequentia ſi ſit neceſſaria duo actus ſufficiunt, quia ad inducendam conſuetudinem duo actus ſufficiunt. 13.295
Frequentia in criminibus duabus vicibus inducitur. 11.551.
Frequentia quando nam inducatur relinquendum eſt arbitrio prudentis Viri. 12.551
Frequentia, vel etiam acceſſus ad moſiaſteria ne ſit prohibitus requiritur etiam præter rationabilem, & manifeſtam cauſam licentia ſuperioris vel tacita etiam. 19.551
Fructus Beneficij in ſuſtentationem miniſtrorum applicati, ſi eorum congruæ ſuſtentationi ſuperſint, conuerti debent in Pauperum vtilitatem. 13.414.
Fructus Beneficiorum poſſunt vltra triennium ſimpliciter locari, etiam vbi eſt recepta Extrauagans Ambitioſæ; modo ipſi fundi vltra Triennium non locentur. 1.440
Fructus non ſunt quid Eccleſiæ, ſed priuatorum. 2.441.
Trina fructuum collectio eſt quæ conductorem inuitare poteſt ad rem Eccleſiaſticam conducendam. 2.454

F V

Fugere obligationem præcepti non eſt contra præceptum. 10.140
Fugiens obligationem legis non dicitur facere animo nocendi ſuo legiſlatori, qui non habet facultatem obligandi extra Territorium, ſed ob commodum ſuum. 11.140
Fugiens à triremibus gaudet Indulto, ſi non fuerit illuc damnatus pro crimine excepto in ipſo Indulto. ita dic ſi non fuerit illuc damnatus pro crimine excepto ab ipſa Eccleſia. 2.282
Fugiens à Triremibus ſi non gaudeat immunitate ob crimen exceptum, propter quod illuc eſt damnatus, non eſt puniendus de fuga, & antequam de Eccleſia extrahatur talis remiſſio per Epiſcopum eſt ei impetranda. 3.282
Fugiens à Militia non eſt Reus criminis læſæ maieſtatis in Perſonam ſed ſolum in ſtatum. 7.291
Fundamentum Iudicij ſi iure non ſubſiſtat, omnia, quæ in eo fundantur irrita ſunt. 5.360
Fundatio cenſus vitalitij licet ſit quædam emptio, eſt tamen emptio qualificata, quæ continet etiam alienationem per pactum quod ius acquiſitum per emptionem transferatur poſt mortem. 38.400
Fundatio cenſus vitalitij eò tendit, vt Eccleſia remaneat priuata & pecunia, & cenſu. 35.490
Fundator, ſeu Teſtator, non poteſt prohibere, ne Iudex Eccleſiaſticus ſe immiſceat circa executionem eorum quæ ad pias cauſas relinquuntur. 2.93
Fundator Hoſpitalis cum conditione, quod Epiſcopus non ſe immiſceat, ſi Iudex laicus ſit negligens, Epiſcopus poteſt ſupplere eius negligentiam, ſecus tamen eſt, ſi fundator ſubſtituit alios Executores. 12.94
Fundator Hoſpitalis ſi viuat, ſtandum eſt eius voluntati, & cur, ſecus ſi ſit mortuus, & nihil diſpoſuerit quoad regimen Hoſpitalis. 18.95
Inſignia fundatoris, vel patroni, non poſſunt auferri à capella. 16.425
Si *Fundus* legatus poſt mortem Teſtatoris euincatur dato pretio, hoc pretium tanquam ſubrogatum in locũ fũdi, debetur legatario. 7.398
Fundus doralis, cum ſit ſub adminiſtratione mariti, & vxor agere prohibeatur, non præſcribitur contra mulierem. 31.408
Qui poteſt in *Furto*, vel turbatorem domeſticum iure proprio agere, non tenetur aduerſus eum litigare. 3.29
Fures extra Territorium incurrunt cenſuram, ſi quæ lata ſit in Territorio cõtra furãtes ibi, & cur. 6.414
Fures ſimplices, receptum eſt in multis locis, quod immunitate Eccleſiaſtica non gaudeant. 27.256
Simplex fur non priuatur Eccleſiaſtica immunitate præſertim ſi furetur in loco non publico. 1.296
Simplex fur, licet nonnulli affirment ſi tamen extet conſuetudo in contrarium, gaudet immunitate. 1.296
Conſuetudine introductum eſt aliquibus in locis quod Fures etiam ſimplices ad Eccleſiam confugientes à ſeculari Iudice extrahi inde poſſint, cum hoc crimen propter eius frequentiam Reipublicæ pernicioſum ſit. 7.331
Fur qualiſcumque ille ſit ſiue ſacrilegus, ſiue non ſacrilegus rebus furto ſublatis, vt poſſit ſpoliati recurrendum eſt ad Iudicem Eccleſiaſticũ. 9.337
Fur ſacrilegus ſubeſt Iuriſdictioni Iudicis Eccleſiaſtici; cum ſacrilegium ſit mixti fori. 10. ibid.
Fur ſacrilegus, & quicumque in Eccleſia delinquit capi poteſt à Miniſtris Eccleſiaſticis; & datur locus prænentioni. 11. ibid
Contra nocturnum furem vnuſquique eſt Iudex 11.353.
Furis redemptio cum furto furtum cenſetur. 13.355.
Furans in Eccleſia etiam res ſacras, & quicumque alius ſacrilegus (licet crimen ſacrilegij grauiſſimum ſit) non priuatur immunitate. 1.336
Furtum vnius argentei ratione paruitatis materiæ non eſt peccatum mortale, licet ſit verum, & perfectum furtum, nec inducit cenſuras latas contra furantes. 4.515

G

G A

AN poſſit Poteſtas laica cogere Eccleſiaſticos ad ſoluendas *Gabellas*, vel collectas, quando illas ſoluere.

ſoluere tenentur? 38

Gabella reuera non eſt pars pretij niſi ſolo nomine. 1.231

G E

Generalia cum Capitulo generali non poteſt ferre nouam legem, niſi ſit ad trium votorum eſſentialium obſeruationem, neceſſaria & cur. 8. 462.

Generalis non poteſt præcipere Religioſis, quod eant ad inſtruendos Indos, vel alios populos valde remotos, nec ad conuertendos infideles hæreticos, vel ſchiſmaticos. 29.464

Generalis cuiuſcumque Religionis non poteſt præcipere Religioſo, quod acceptet Epiſcopatum & cur. 34.464

Generalis non poteſt præcipere Religioſo, quod acceptet dignitatem extra Religionem, vel beneficium ſeculare. 41.465

Generalis, vel Prouincialis non poteſt dare licentiam ingrediendi Monaſterium Monialium Auctoritate Pontificia ſoli Prælato conuentuali ſubiectum, quamuis tempore viſitationis poſſit inquirere an abuſus fuerit dicta facultate. 2. 506

Generalis nihil poteſt fratribus Minoribus concedere quoad ingreſſum in Monaſteria Monialium propter Nicolai III. declarationem. 5. 506

Gentilis, ſi ante patratum delictum, & conceptum iudicis timorem ſigna dederit conuerſionis, confugiens ad Eccleſiam, & baptiſmum petens, præſumitur non ſimulate; ſed ex animo petere & è contra. 34.279

Geſtans in ſtatu Eccleſiæ breuiora ignis tormenta committit crimen læſæ maieſtatis. 3.301

Geſtans talia arma in Hiſpaniarum Regnis committit crimen proditionis pragmaticali lege. 4. 301

Geſtans talia arma non committit crimen læſæ maieſtatis in Perſonam Principis, neque eſt propriè, & ſtrictè proditor, quod requiritur, vt immunitate priuetur. 5.301

Geſtans arma prohibita in Eccleſia ſi gaudere non debeat in nonnullorum ſententia immunitate, debet delationi prohibitæ armorum eſſe annexa pœna mortis. 6. 301

G R

Graſſator viarum non gaudet Eccleſiæ immunitate. 1.297

Graſſator viarum eſt qui in vrbe per inſidias aggreditur vt viatores ſpolier, vulneret, vel occidat. 2. 298

Ly Graſſari frequentationem denotat. 3.298

Graſſator viarum, ſi non in loco publico, & frequentatis itineribus aggrediatur, gaudet Eccleſiæ immunitate contra nonnullos. 4.298

Gratia, ſeu Priuilegium, aut beneficium Principis decet eſſe manſurum. 4.211

Gratia quando eſt eius, cui ſcribitur, non expirat morte concedentis; ſecus quando eſt alterius pro quo ſcribitur. 17.212

Gratia conceſſa ad beneplacitum eſt etiam gratia perpetua. 50.218

Gratiæ præcepti clauſuræ exigit, vt facultas concedendi licentiam in Monaſteria ingrediendi non committatur Prudentiæ mulieris. 2.507

Gregorius XIII. præcepit quibuſdam Regularibus ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ne ſcriberent literas Monialibus ſui Ordinis; non propterea ex his quis Regularis ſi Moniali ſcribat contrahit excommunicationem. 26. 552

Gregorius XIII. in motu, qui incipit, Dubiis, quæ emergunt, alias pœnas ſtatuit in ſuperiores illegitimè ingredientes Monaſteria Monialium. Vide ibi quæ ſint. 10.527

Inter mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt, numerari debet *Grex* Ouium, & Caprarum; Armentum Boum, Præſepium equorum, & ſimilia. 1.401

Secus dic de fructibus Gregis, & Armenti, & ſimilium; quia hæc non computantur inter bona pretioſa, quæ ſeruando, ſeruari poſſunt. 1. 401

Fructus Gregis, Armenti, & ſimilium alienati poſſunt ſine iuris ſolemnitate ſicut alienari poſſunt fructus agrorum. 3.401

H

HA

H*Abitans* frequenter alicubi, poteſt ibi ſconueniri. 15.116

Item poteſt recipere omnia Sacramenta præter ordinem, & qua ratione ordo excipiatur. 16. 116

Item debet ibi ſepeliri, niſi alibi elegerit ſepulturam. 17.116

Ad contrahendam obligationem ſeruandarum legum municipalium ſufficit diuturna Habitatio; & idem dic de præceptis Eccleſiaſticis contra gloſſam & Doctores requirentes etiam in tali caſu animum perpetuò permanendi. 18.116

Habitans viciſſim in duobus locis diuerſis anni temporibus cum animo ſic perpetuo faciendi, contrahit in vtroque loco Domicilium, vel quaſi, & ſic duas Parochias. 36.117

Habitans vtrobique magna anni parte; & non tantum recreationis gratia, tenetur legibus illius loci, vbi præſens fuerit, & in alterutra, quam maluerit Parochia poteſt recipere Sacramenta. 37.117

Habitantes in aliquo loco ad mediocratem anni plus minuſve certo permanendi propoſito de mente Nauarri & aliorum cenſentur Incolæ, & Iuriſdictioni illius loci ſubiecti. 11.121

Habitans in altera Diœceſi, in altera natus, abſens ſtudiorum cauſa in ſententia Nauarri poteſt petere dimiſſorias à quolibet maluerit. 14. 156.

Habitans in altera Diœceſi, in altera natus in altera Beneficium habens licet tenue, poteſt à quolibet horum Epiſcoporum ordinari. 21. 156

Habitator, & non hoſpes cenſetur, qui in aliquo loco ſedem fixit animo ibi perpetuò permanendi. 10. 121

Hæreditatem petenti ſi obliciatur ex illegitimo Thoro natum eſſe, quæſtio hæc ad Iudicem Eccleſiaſticum tranſmittenda eſt. 8.77

Hæreditas non tranſit ipſo iure ad Hæredes; ſed tranſit præuia acceptatione propter pericula, quæ incurrit Hæres adeundo hæreditatem. 27. 410

Hæreditas vnius Eccleſiæ non poteſt ſine tractatu Capituli, Prælati, & ſummi Pontificis conſenſu permutari cum ornamento, vel hæreditate alterius Eccleſiæ. 5.422

Hæres Laicus vt contractum iuratum Anteceſſoris impleat, conueniri non poteſt coram Iudice Eccleſiaſtico niſi in duplici caſu vt exoneret animam Defuncti, & quando iudicium cœptum fuit cum Auctore ipſius. 4.81

Hæres Vaſſalli, cum inueſtitur, nouum fidelitatis iramentum præſtare debet, quia alioquin ex ſuorum anteceſſorum homagio non obligaretur. 34. 448.

Hæres in ſe ſuſcipit omnia onera, & obligationes reales ſecundum vires hæreditatis aditæ. 36.448

An, ſi quis committat, non ſolum crimen *Hæreſis* vel ſimoniæ, &c. ſed etiam committat, quid horum ſuſpicionem cauſans, conueniendus ſit coram Iudice Eccleſiaſtico, & non laico. 72

Hæreſis ſententia declaratoria requiritur, vt locum habeat confiſcatio bonorum ipſo facto pro crimine hæreſis impoſita. 8.195

Cognitio hæreſis, & Apoſtaſiæ à fide, cum ſit eiuſdem ſpeciei, & ſortilegij ſi hæreſim contineat, ad forum tantum Eccleſiaſticum ſpectant, nullumque ius in iis Iudices ſeculares habent. 10. 321.

An poſſit Inquiſitor ſine Epiſcopi conſenſu vel eo abſente, ſine conſenſu Vicarij Reum *Hæreticum* beneficiis, vel dignitatibus Eccleſiaſticis ante hæreſim obtentis priuare. 184

Hæretici etiam poſt mortem anathematizari poſſunt. 11.243

Hæreticus in aliis criminibus præter hæreſim, quæ eſt caſus exceptus, gaudet Eccleſiaſtica immunitate. 1.177

Opinio, quod Hæreticus in aliis criminibus gaudeat immunitate eſt ſaltem probabilis vt concedunt etiam multi ex aduerſariis 3.ibid.

Hæreticus ſi ſit reconciliatus Eccleſiæ, abſque dubio gaudet Eccleſiæ immunitate; qui licet fuerit, de præſenti tamen hæreticus non eſt. 6.177

Hæretici, & Schiſmatici nobiſcum in fide, & charitate non conueniunt, & tamen cenſentur nomine noſtri Proximi. 3.310

Hæreticus, qui pertinaciter credit aliquid contra fidem priuatur immunitate, etiamſi talis eſſe, ſolum præſumatur. 1.310

Hæreticus non priuatur immunitate ob alia crimina à crimine hæreſis diſtincta. 3.321

Hæretici in illis locis in quibus impunè viuunt, gaudent immunitate pro delictis non exceptis. 6.ibid.

Hæreticus, qui de hæreſi non fuit punitus immunitate priuatur etiam ob alia delicta à crimine hæreſis diſtincta. 4.321

Hæretici, & alij quorum bona ipſo iure confiſcantur, non tenetur ad pœnam ante criminis ſententiam. 16.488.

Hæreticus, qui fraude, mendaciis, vel falſis teſtibus ſe defendit, & impedit ſententiam, & bonorum confiſcationem, non tenetur ad reſtitutionem. 25.491

Recipientes hæreticos non tamen vt hæreticos, nec hæreſi fauendo non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ. 2.499

HO

Homicida non poteſt conueniri pro homicidio in alieno Territorio vbi mors fuit ſecuta, cum in eo nullum delictum commiſerit, quia in homicidio attenditur actio exterior, à quo prouenit, non autem mors ipſa. 6.147

Committens *Homicidium* prohibitum ſtatuto ſuæ Diœceſis ſub cenſura inchoatum in Diœceſi perſequendo, vel vulnerando, conſummatum vero extra Diœceſim non incurrit cenſuram in homicidas latam. 2.137

Homicidium, & mutilatio non ſolum exempli cauſa, ſed tanquam materia integre prohibita, non gaudet immunitate. 13.295

Homicidium, & mutilatio commiſſa in vna Eccleſia etiam non conſecrata, priuant immunitate etiã in cæteris Eccleſiis ſecundum probabiliorem. 14. ibid.

Quod in vno loco eſt prohibitum cenſetur in alio permiſſum & ſic Homicidium, & mutilatio in Eccleſia, & Cœmeterio prohibita ſub pœna priuationis immunitatis, cenſentur extra non prohibita. 4.305

Homicidium proprie proditorium eſt quod ab Amico nullo præcedente rancore, ſed ſub colore amicitiæ committitur. 3.310

A viro nobili *Honor* æſtimatur magis quam vita; ita vt viri Nobilis ſit inſtar vitæ honorem ſeruare. 4.314

Honor, & cura rerum ſacrarum ſpectat ad ſuperiores Eccleſiaſticos, non ad ſeculares. 5.335

Hortulani iuſtam cauſam habent excolendi cauſa Hortum. 2.519

An, & quando Poteſtas Eccleſiaſtica poſſit viſitare *Hoſpitale*. 92

Ceſſante negligentia Iudicis laici Hoſpitale non poteſt à Iudice Eccleſiaſtico viſitari & Cur. 3. 93.

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi ad ſacrum vſum deſtinatum, ita eſt locus ſacer, & religioſus, vt non poſſit profanis vſibus deſeruire. 10.260

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi, cum altari ad celebrandum erectum gaudet Eccleſiaſtica immunitate. Item dic de omni alio loco, qui canonice iure ſacer, vel religioſus cenſetur. 1.266

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi, & cum altari ad celebrandum erectum eſt locus ſacer, & religioſus; ita vt ad profanos vſus conuerti non poſſit. 2. 267.

Hoſpitalia, Collegia, Confraternitates, aliique pij loci qui ſine Epiſcopi auctoritate ſunt erecti, non gaudent hoc priuilegio. 2.457

I

IE

I*Eiunium*. Opinio Pontij refellitur aſſerentis quod qui mane non obligatus Ieiunare, teneatur ſi ieiunus perueniat ad locum, in quo Ieiunium abſolute ſeruatur. 11.142

Diſcedens à ſuo Territorio explero Ieiunio inducto à lege communi, ſi ob diuerſitatem Kalendarij perueniat vbi ieiunatur &c. non tenetur ad ieiunium, & ſic de ſingulis remoto ſcandalo. 7 132.

Si quis noctu perueniat ad locum, vbi ieiunium ſuæ patriæ non ſeruatur, poteſt ibi cœnare, & carnes comedere. 14.133

Diſcedentes mane à loco, vbi Ieiunium non ſeruatur poſſunt ibi comedere, quin & veſci carnibus, etiam ſi eadem die peruenturi ſint in Territorium vel oppidum ſuum, vbi Ieiunium ſeruatur, non tamen poterunt ibi veſci carnibus. 1.142

Poteſt quis noctu etiam ex induſtria perueniens ad locum, vbi non ieiunatur, veſci carnibus, licet in proprio loco, vnde eodem die exierat, ieiunetur. 2.142

Aſſignatur diſparitas inter præcepta ieiunij & feſtorum

festorum, & præcepta confessionis, & communionis, nam ea obligant dependenter à loco, hæc autem non ita; & ideo qui non communicat in Paschate, debet communicare data commoditate. 3.143

Subministrantes cibos vetitos ignorantibus esse diem ieiunij, Ebrijs & dormientibus, peccant. 11.165

Ieiunium in ordine ad temperantiam, & Missa in ordine ad Religionem est materia grauis; & ex vnica illorum omissione peccatum graue committitur, secus tamen est in ordine ad Regimen rectum communitatis. 4.239

I G

Ignorantia coniuncta cum ingenti temeritate, scientiæ æquiparatur. 22.392

Quod scienter fit, est voluntarium in se, ac directè quod autem fit per ignoranatiam affectatam, est voluntarium tantum in causa, & indirectè, scilicet in ipsa ignorantia. 7.533

Ignorantia affectata minor est quam scientia. 19. 534

Ignorantia affectata nedum crassa, & supina quæcumque siue iuris, siue facti excusat à censuris. Vide in quo casu 21.534

Ignorantia affectata siue iuris, siue facti excusat legentes libros Hæreticorum ab excommunicatione lata contra scienter legentes, contra nonnullos oppositum tenentes. 24.534

Ignorantia affectata excusat violantem clausuram Monialium à contrahenda excommunicatione lata à Gregorio XIII. contra clausuram violare præsumentes. 26.534

Ignorantia affectata excusat loquentes cum Monialibus à contrahenda excommunicatione lata ab Ordinario contra loquentes sine licentia. 27. 534

Ignorantia etiam vincibilis, & culpabilis modo non sit crassa; & supina, quando in excommunicatione contrahenda non requiritur scientia, audacia, & præsumptio probabiliter excusat ab illa contrahenda. 2.536

Ignorantia tollit voluntarium circa obiectum, quod ignoratur. 7.536

Ignorantia crassa, & supina directam malitiam, ac dolum formalem non continet, sicut continet ignorantia affectata. 19.537

Ignorantia, si sit nimis crassa in externo foro interdum ignorantiæ affectatæ, & dolo æquiparatur. 20.537

Ignorantia vincibilis, & culpabilis non excusat, à peccato, excusat tamen à censura, & cæteris pœnis. 21.537

Ignorantia affectata non æquiparatur scientiæ veræ sed scientiæ fictæ. 10.537

Ignorantia crassa & supina quænam sit, & affectata. 31.538

Ignorantia in communi diuiditur in antecedentem, & consequentem, & quæ vtraque sit, vide diffusius, vbi quando sit iusta, probabilis, & inuincibilis, & vincibilis. 31.538

Ignorantia vincibilis subdiuiditur in affectatam, & non affectatam. 33.538

Ignorantia affectata est cum quis data opera vult ignorare, & non inquirere veritatem, siue ob discendi pigritiam, siue vt legis obligatione ignorata excusationem habeat, vel liberius peccare possit. 34.538.

Ignorantia non affectata, quæ est tantum indirectè volita; altera est crassa, lata, seu supina, ad quam sc. tollendam nulla, vel modica adhibetur diligentia. 35.538

Ignorantia altera est non crassa, non lata, non supina, quæ scilicet non tam facilè superari potuit, vel ad quam superandam diligentia adhibita est; sed non sufficiens. 37.538

Ignorantia non crassa, non lata, seu non supina an sufficere possit ad culpam mortalem, sunt Doctores pro vtraque sententia. 38.538

Ignorantia quamuis crassa, & supina, quin & forsan affectata excusat à censuris sic ingredientes. 2.565

I M

Immobilia reputantur annui redditus, census, iura ad ipsos, & ad quaslibet alias seruitutes, Cathedræ, Commendæ, beneficia Ecclesiastica, iura patronatus, vsusfructus longi temporis, & similia. 2. 395

Immunitas Ecclesiastica non læditur quando non per modum temporalis Iurisdictionis, sed per modum naturalis defensionis, potestas in Ecclesiasticos à Principibus exercetur. 20.12

Ecclesiastica immmunitas in vniuersum tolli non potest per consuetudinem; potest tamen in parte tolli. 24.24

Immunitas, & Exemptio Ecclesiastica simpliciter in fauorem Ecclesiæ semper ampliari, & non restringi debet. 77

Immunitas Ecclesiastica violatur, si potestas secularis extrahat ab Ecclesia Reum, illuc tanquam ad Asylum confugientem. 1.251

Immunitas videtur competere locis sacris ad imitationem legis Mosaicæ, & secundum iuris naturalis congruam aliquam æquitatem. 6. 252

Lex naturalis, & etiam lex Euangelica positiua absolute non præcipiunt Immunitatem Ecclesiarum etiam supposita loci sanctitate. 7.252

Immunitas Ecclesiarum non videtur introducta nec de iure naturali, nec de iure Diuino contra plures Auctores. 2.252

Immunitas Ecclesiarum in sententia Couar. Deciani, Curtell. strictè est interpretanda ex eo quod derogat ius commune, quin & naturale. 1. 253

Immunitas Ecclesiarum in sententia Auctoris, & aliorum late est interpretanda; quia est causa pia, & Ecclesiæ fauorabilis. 3.253

Immunitas Ecclesiarum est priuilegium per modum legis in iure communi insertum, quod latam habet interpretationem, est bonum publicum, & nemini præiudicat. 4.255

Immunitas Ecclesiarum diminui potest ex consuetudine legitime præscripta ex non improbabili opinione. 1.255

Immunitas Ecclesiarum quod diminui non possit non obstante quacumque consuetudine in contrarium sentiunt quamplures Doctores. 3.255

Immunitas Ecclesiarum in sententia nonnullorum est de iure diuino. 4.255

In materia immunitatis Ecclesiasticæ, & Ecclesiarum non solum populus; sed nec etiam Principes seculares, neque Prælati Ecclesiastici Papa inferiores in generali, vel in particulari quidquam statuere possunt defectu iurisdictionis. 18. 256

Immunitas Ecclesiastica neque per consuetudinem generalem in omni casu, neque per particularem in aliquibus casibus tolli, vel diminui potest. 22. 255

Immunitas Ecclesiastica in sententia Auctoris prædicta

prædictis non obstantibus consuetudine, si legitimè sit præscripta id est habeat omnes qualitates in cap. finali de consuetud. requisitas, diminui in aliquibus casibus potest. 23.256

Immunitas Ecclesiasticorum è contra à secularium Principum iurisdictione tam quoad Personas, quam quoad bona, quia est de iure diuino, vel saltem de iure positiuo iure Diuino dictante, diminui non potest. 24.256

Immunitas Ecclesiastica hodie de facto est diminuta consuetudine aliqua, siue quod constitutio Gregoriana alicubi recepta non sit, siue quod alicubi consuetudo in contrarium sit præscripta. 26.256

Spatia Immunitatis protenduntur vsque ad extremas fores. 7.262

Causa Immunitatis primo, & per se est fauorabilis non solum ratione Ecclesiæ; sed etiam ratione Rei. 11.270

Causa Immunitatis non est restringenda; sed potius amplianda, præsertim quod in dubio standum est semper pro Ecclesia. 12.270

Immunitatis extensio ad Comitantes Sanctissimum est valde pia, & probabilis; cum corpus Christi sit longe dignius, quin immo ratio & fundamentum, cur immunitas locis sacris, ac Religiosis concedatur. 4.275

Immunitas, qua gaudent Confugientes ad statuas Principis non est sacra; sed politica, quia nec est à Pontifice, nec ob reuerentiam Diuini cultus. 2.274

Immunitas à statuis Principum hodie sublata est propter abusus, qui sequebantur. 3.274

Canones statuentes Immunitatem reis, videntur loqui secundum materiam subiectam, de personis sc. sub iurisdictione Ecclesiæ constitutis. 21.278

Ductus ad supplicium mortis si per vim secum trahat Iustitiæ ministros ad Ecclesiam, gaudet Immunitate, secus si ab illis ducatur per Ecclesiam ad locum supplicij. 2.281

Ereptus ab aliis è manibus satellitum, vel trahens secum ministros Iustitiæ, si se recipiat in Ecclesia gaudet Immunitate. 2.280

Vinctus à satellitibus si per Ecclesiam ad carceres ab ipsis ducatur, non gaudet Immunitate, quia non à se, sed ab aliis vinctus, ducitur. 4.281

An si qui confugit ad Ecclesiam è triremibus, vbi non ex sententia sed ex locatione, & conductione addictus erat, gaudeat immunitate est dissensio. 13.282

Immunitas Ecclesiæ non derogat Potestati Ecclesiasticæ, sicut derogat Potestati Laicali. 2.284

Immunitas Ecclesiarum propriè tantum introducta videtur comparatiuè ad Iudices seculares quominus scilicet eos ab Ecclesia extrahere possint non item comparatiue ad iudices Ecclesiasticos. 12.284

Immunitas Ecclesiæ locum habet in causis ciuilibus; ita vt si Debitor ad illam confugiat gaudeat immunitate; nam concessa est de iure ciuili. 11.290

Immunitas Debitoribus concessa est non solum à Iure ciuili; sed etiam à Iure Canonico. 5.290

Violantes Ecclesiæ Immunitatem de Iure excommunicari debent. 8.290

Immunitas est non solum vt debitor pœnam corporalem non luat, sed etiam vt in Ecclesia existens non extrahatur, vinculis non alligetur, & alio modo vexetur. 1.291

Immunitas quod non competeret Debitoribus tributorum qui ab Ecclesia extrahi possent, si consuetudo non esset in contrarium voluerunt nonnulli Doctores. ibid.292

Immunitas in sententia dictorum Doctorum conceditur Ecclesiæ quatenus approbat leges ciuiles immunitatem concedentes. 2.292

Hoc ius Immunitatis respectu Debitorum qui in fraudem Creditorum rebus suis absconditis, ad Ecclesiam confugiunt in aliquibus locis non seruatur. 8.292

Immunitas non est solum ex eo, quod Ecclesia approbet Leges ciuiles; sed etiam ex eo, quod omnibus delinquentibus & Reis immunitatem concedit, aliquibus casibus exceptis. 5.292

In generali concessione Immunitatis veniunt etiam Debitores quicumque sint, & qui Rei in Iudicio, & Rei Debitorum nominantur. 6.292

Immunitate priuatur, qui vulnerat in Ecclesia lethaliter, licet sic vulneratus moriatur extrà Ecclesiam; gaudet autem immunitate, qui mutilat, vel occidit extrà Ecclesiam, si passus se recipiat in Ecclesiam, ibique moriatur. 11.301

Immunitate non gaudet, qui cum, cui se socium in via adiunxerat, nulla itæ causa intercedente occidit. 5.308

Nec gaudet filius occidens Patrem, vel è contra, si occisus mortem præuidere non potuit. 6.308

An verò gaudeat falsus testis, & Iudex iniustè condemnans? remissiuè. 7.308

In materia Immunitatis non valent argumenta à paritate, vel maioritate rationis. 6.314

Is, qui sub specie amicitiæ propriè proditorie alapam viro Nobili impingit, vel fustibus illum percutit, gaudet Immunitate. 1.314

In pœnis præsertim priuationis Immunitatis non sufficit æquiparatio; sed requiritur identitas si casus tamen aliquis contingat in dubio consulendus est summus Pontifex. 6.320

In ordine ad forum Ecclesiasticum tantum Immunitas Ecclesiæ locum non habet, vt ex probabiliori DD. sententia. 11.321

Præter causas supradictas non excipiuntur ab Ecclesiæ immunitate aliæ graviores. 1.329

Omnes de iure Canonico gaudent immunitate Ecclesiæ exceptis casibus in dicto capitulo, inter alia, positis. 3.329

Qui furatur in Ecclesia, gaudet immunitate Ecclesiæ. 11.330

Immunitas ex authent. de mandat Princip. concedenda non est Homicidis, Adulteris, & Virginum Raptoribus. 1.331

In materia Immunitatis potius standum est Iuri Canonico quam Iuri Ciuili. 5.331

Immunitas ad honorem, & reuerentiam rebus sacris exhibendam pertinet. 4.335

Raptoribus Virginum expresè Immunitas conceditur in c. de raptoribus. 8.335

Immunitas Ecclesiarum est solum in ordine ad Iudices seculares, non item in ordine ad Iudices Ecclesiasticos. 9.344

Immunitas loci sacri ne violetur debet in casibus non exceptis concurrere consensus Delinquentis, & consensus Ecclesiæ. 6.348

Immunitas Ecclesiæ violatur si Reus cum solam vestem extra Ecclesiam posuit, extrahatur & capiatur. 8.351

Non violatur Immunitas Ecclesiæ, si Reus, qui in Ecclesia captus fuit, & in carcere fori secularis nomine Episcopi detinebatur, è carcere fugit, & postea ab eodem foro iterum capitur, & morti traditur,

Digitized by Google

dirur, non expectata Epiſcopi ſententia. 17.365

Si quis exiens è carcere ſub iuramento redeundi ad carcerem, confugiat ad Eccleſiam, immunitate eius gaudet, & non dicitur quod Eccleſia non reſtituendo foueat ſacrilegium Rei. 27. 359

Immunitas Rei conſiſtit, vt non poſſit à loco ſacro inuitus extrahi, & iudicari. 2.371

Immunitatis Priuilegium primario eſt conceſſum Eccleſiæ, ſecundariò autem videtur conceſſum etiam Reo. 4.371

Immunitatis cauſa non eſt propria Epiſcopis, ſed communis cum Eccleſia. 2.377

Inconueniens non eſt quod cauſa Immunitatis ſpectet ad Epiſcopum, & quod ipſe in illa dicat ius, ſicut & quod in eadem dicat teſtimonium. 5. 377

Immunitas Eccleſiaſtica violatur per locationem ad longum tempus. 1.452

Violatio Immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis Gregorianæ reſeruatur Epiſcopis. 10.501

Impedimenta adimplendi præcepti ſunt in duplici differentia, alia, quæ omnino liberant à præcepto, alia, quæ ſolum excuſant à præcepto. 8.141

Impedimenta liberantia à præcepto quiſque non tenetur præuenire, neque impedire etiam ſi poſſit; ſecus eſt ſi ſolum excuſant. Vide vtraque ibi recenſita. 9.141

Impedimenta excuſantia à præcepto ante tempus præcepti quiſque non tenetur præuenire præuiſo etiam futuro impedimento. 10.141

Impedimenta Canonica Matrimonij ex crimine contracta obligant ſtatim. 6.490

Recenſentur nonnulli *Imperatores*, qui in fauorem libertatis Eccleſiaſticorum decreuerunt, eos priuilegiando, vide qui ſint. 27.14

Imperatrices, Reginæ, & ipſarum filiæ non comprehenduntur ſub eadem prohibitione; quia Pontifex de iis mentionem non facit ſicut opus erat pro reuocatione vtpotè ſuperioris ordinis. 1. 555

Vacante *Imperio* Poteſtas eſt Pontificis, & non eſt penes populum Romanum, vt aliqui ſentiunt, & cur vide ibi rationes. 14.71

Impoſſibilium nulla eſt obligatio. 4.439

Impubes de iure non poteſt citari, neque ad agendum, vel defendendum ſe in iudicio admitti. 22. 163

Impuberes ſi omittant reuelare non incurrunt excommunicationem ex vi monitorij latam contra non reuelantes contra Hurtadum. 23.163

Impuberes omittentes Confeſſionem in anno, & cõmunionem in Paſchate non incurrunt excommunicationem ab Epiſcopo latam contra non conſitentes & non communicantes. 24. 163

I N

Infideles exiſtentes ſub protectione Magiſtratus Eccleſiaſtici poſſunt ab eodem cognoſci, & puniri. 33.69

Declaratio S. Congregationis quod Infidelis gaudeat immunitate vitra quod de ipſa non conſtat authenticè, intelligi debet de infideli volente conuerti. 24.278

Infideles tranſeuntes per locum fidelium non obligantur legibus illius loci: neque Regulares legibus Territorij, Nouitij profeſſorum, Græci Latinorum. 14.139

Infideles tenentur Legibus naturalibus, & diuinis, quia Deo, & rationi ſubduntur. 2.159

Infideles morientes peccant non ſolum in non ſuſcipiendo Baptiſmum, ſed etiam in non ſuſcipiendo Euchariſtiam. 2.159

Infideles à legibus Eccleſiaſticis, Infirmi à præcepto Ieiunij, perpetuo amentes, & Pueri ante vſum rationis ab omnibus legibus ſaltem poſitiuis primo modo excuſantur à peccato. 2.164

Infideles qui non ſunt ex circumciſione ex lege veteri non gaudebant refugio. 16.278

Infideles mirum non eſt, ſi (cum ſimus in tempore gratiæ) alliciantur per aliquod priuilegium, ad conuerſionem. 18.278

Infidelis venit propriè ſub nomine noſtri proximi, alioquin præceptum de diligendo Proximum non extenderetur ad Infideles. 2.310

Infidelis quod ſit vere proximus non obſtat, quia textus cit. loquitur de proximo fideli, non de infideli, ſecus contingit in occiſione prodituriè facta, nam ibi non eſt appoſita hæc limitatio. 6. 317

Infidelis offendendo Pontificem, vtpote ei non ſubditus non committit crimen læſæ maieſtatis; ſecus ſi ei ſubſit vt Principi ſeculari ratione Domicilij, vel ratione originis. 7. 327

Infidelis gauderet immunitate offendendo Pontificem ſi ei non ſit ſubditus vt Principi ſeculari in ſententia extendentium immunitatem ad infideles. 8. 327

Infidelis non poteſt ſepeliri in Eccleſia, & tamen ex multorum ſatis probabili opinione gaudet etiam immunitate. 10.341

Informationem capere abſque citatione, non dicitur proceſſare. 3. 49

Informationem capere abſque citatione, licet propriè non ſit proceſſare, eſt tamen aliquo modo in cauſis criminalibus Eccleſiaſticorum ſe intromittere, quod eſt contra libertatem Eccleſiaſticam. 4.49

Is, cuius iudicio res committitur, non tenetur Informationem iuridicam facere, ſed poteſt prout ſibi placuerit, informationem ſumere & quomodocumque de veritate ſibi conſtet, iudicium ferre. 2.380

Ingrediens in Monaſterium ad exercendum aliquod opus neceſſarium ex cauſa vilis miniſterij, ſi ſimul intentionem habeat turpiter loquendi, vel agendi cum Moniali non peccat contra clauſuram, ſed ſolum ob prauum finem. Contra nonnullos verumque aſſerentes. 3. 522

Ingrediens clauſuram ex legitima licentia, ſi finito negotio illic moretur parumper vt circumſpiciat ex curioſitate, non peccabit, neque venialiter. 5. 524

Ingrediens Monaſterium ex legitima licentia, ſi finito negotio parumper ibi demoretur circumſpiciendo ex praua intentione peccat, ſed non contra præceptum clauſuræ. 6 524

Ingrediens Monaſterium ex legitima licentia, ſi finito negotio ibi ex praua intentione vel ſecundum moram moralem, vel longiſſimam, non incurrit cenſuras contra nonnullos, etiam ſi habeat copulam cum Moniali. 7.524

Ingredientes clauſuram modico ingreſſu, vel egreſſu neque peccant, neque cenſuras incurrunt. 1.525

Ingrediens clauſtra Monialium præciſa cauſa neceſſitatis, & ſuperioris licentia in ſcriptis conceſſa, incurrit ipſo facto excommunicationem latam à Concilio Tridentino. 1. 526

Ingredientes ex facultate Epiſcopi, ſeu Superio-

eis legitimi præcisa necessitate, & Moniales, quæ eos aliter admittere præsumunt, contrahunt omnes pœnas recensitas. 16.527

Ingrediens Monialium Monasterium ex licentia Superioris in scriptis obtenta, si Superiori allegauerit bona fide causas sui ingressus examinandas, nullam simpliciter contrahit excommunicationem stante causæ approbatione, & bona fide ingredientis. 1.528

Ingrediens Monialium Monasterium falsam causam proponendo, & Superiorem decipiendo contrahit non reseruatam excommunicationem Pontifici. 2.528

Ingrediens, si Superiorem non deceperit sua potestate abutentem in concedenda extra casum necessitatis licentia, si superioris abusum nouit, contrahit excommunicationem etiam Tridentini; secus est si bona fide excusetur. 3.528

Ingredientes peculiaria Monialium Monasteria, contrahunt etiam alias antiquiores excommunicationes. 18.528

Ingrediens sine licentia Superiotis, sed animo habitum regularem assumendi, & profitendi contrahit excommunicationem Tridentini non reseruatam. 1.529

Ingrediens virtute licentiæ ab Episcopo ante motum Gregorij XIII. concessæ contrahit excommunicationem reseruatam contra ingredientes Monasteria Monialium virtute facultatum vsque tunc concessarum decretam, & cur. 1.529

Ingrediens etiam ad malum finem, dummodo tamen sine prætextu licentiæ ingrediatur, non contrahit probabilius pœnas Motus Gregorij XIII. 10.531

Ingredientes, qui habent facultates, si ingrediuntur non facultatibus innitentes, sed quasi illas non habentes, non contrahunt pœnas motus Gregorij XIII. 12.531

Ingrediens tam prætextu facultatum, quas nouit irritas esse ob reuocationem Gregorij XIII. quam prætextu facultatum inualidè obtentarum ob subreptionem, vel aliam causam probabilius non contrahit excommunicationem, & pœnas dicti motus. 16.531

Ingrediens si tempore ingressus fingeret se habere facultatem ingrediendi Monasterium Monialium obtentam post dictum Motum Gregorij XIII. non contraheret pœnas talis Motus, sed solum excommunicationem Concilij Tridentini. 20. 531

Ingrediens virtute facultatum culpabiliter ex scientia, & sic ex audacia, & præsumptione, atque adeo ex ignorantia non quacumque, licet quantumcumque culpabili, & crassa, sed solum ex ignorantia adeo crassa, & supina, ita vt reputetur ingens temeritas, contrahit pœnas Motus Gregorij XIII. 1.532

Ingrediens modo prædicto contrahit secundum probabiliorem opinionem saltem excommunicationem Tridentini non reseruatam. 6.543

Ingredientes simpliciter sine necessitate, & licentia in scriptis ex decreto Concilij possunt absolui iure ordinario ab Episcopis, & si sint subditi à Prælatis Regularibus, ab omnibusque approbatis Confessariis proprij pœnitentes absoluuntur. 3.547

Ingredientes non simpliciter; sed ad malum finem incurrunt casum vnum ex quinque Pontifici reseruatis. 6.548

Ingrediens Monialium Monasterium in casu vrgenti ex legitima causa non incurrit pœnas etiam si ad fornicandum ingrediatur, quin & de facto ibi fornicetur. 24.562

Ingressus permissus an non intelligitur secundum consuetudinem legitimè introductam. 15. 506

Ingressus causa est iusta si sit expellendus Malefactor, qui commodè per Moniales expelli non potest, & is egredi nolit. 1.518

Ingressus intra Monasteria Monialium absque speciali Pontificis licentia fratribus Minoribus in eorum Regula interdicitur. 3.506

Ingressus in Monasterium permissus videtur ob vtilitatem Monasterij, vel si sic ios naturæ, vel diuinum suadent. 4.519

Ingressus causa est iusta in Puellis, & etiam in aliis fœminis ob alios fines præter educationem seruatis supradictis conditionibus. 1.521

Ingressus famularum iussus simpliciter non videtur nisi concurrat necessitas Monasterij, vel ratio magnæ nobilitatis, ægræ valetudinis, aut nimiæ senectutis causam præbeat. 3.522

Ingressus nobilium fœminarum prætextu alicuius muneris exercendi, quod reuera non exercent dicitur esse in fraudem legis, præsertim si notabiliter ibi morentur. 1.522

Ingressus causa iusta est in famulabus secularibus vt Culinæ, & alij Monasterij inferioribus officiis inseruiant, dummodo foras ex non exeant, si pro inferioribus officiis in Monasterio Professæ Conuersæ non sint. 1.522

Ingressus Puellarum vt sit iustus vltra septem causas recensitas, requirit tres alias ex præscripto sacræ Congregationis Cardinalium nempe vt non sint supra numerum, vt quolibet semestri soluantur anticipata alimenta, vt sint separatæ à Dormitorio, & laboratorio Monialium. 6. 520

Ingressus in Monasteria Monialium prohibitus fuit à Sixto V. tantum virtute facultatum, quæ à Sede Apostolica hactenus ad id concessæ fuerant, non autem virtute Iuris communis. 7. 520

Ingressus Puellarum vt educentur in Monasterio non est intrinsecè malus, imò est aliquo modo necessarius, & ideo permittitur de Episcopi, seu superioris licentia. 2.519

Ingressus Puellarum censetur iustus primo si non repugnet Instituto Religionis. Secundo si recipiendi sit consuetudo. Tertio si accedat consensus Abbatissæ & Monasterij licentiæ Superioris in scriptis obtentæ. Quarto vt sient sine famulabus. Quinto vt egredi & regredi nequeant. Sexto vt sint minores 15. annis & vltra 25. ætatis annum in Monasterio non retineantur. Septimo, vt habitu conuenienti vtantur. 3.520

Ingressus vel egressus per duos tantum pedes præciso periculo peccati, & data parua mora non est peccatum, nec inducit censuras. 5.525

Ingressus seu egressus secundum Graffium, & alios quomodo esse possit leuis materia, seu modicum. 3.525

Ingressus causa in electione Abbatissæ potest esse iusta, si opus sit sedare rixas, & altercationes Monialium & tunc superior ingrediatur comitatus iuxta motum Gregorij XIII. 3.529

Ingressus permissio etiam fœminis prohibetur. 5. 542

Ingressus & accessus quoad prohibitionem tam compre

Digitized by Google

comprehendit viros quam fœminas. 2.550
Ingressus mulierum in Monasteria virorum licitus est, si adsit priuilegium post motum Pij V. & Gregorij XIII. obtentum. 2.560
Inhabilitas acquirendi dominium bonorum incertorum ante omnem Iudicis sententiam obligat ad restituendum Pauperibus & sibi ipsi etiam applicando partem aliquam, stante paupertate. 7.490
Inhabilitas ad suffragium tam actiuum, quam passiuum ob crimen incurritur ante Iudicis sententiam saltem criminis. 8.490
Inhabilitas acquirendi reditus Beneficij ob omissionem horarum Canonicarum contrahitur ante Iudicis sententiam. 9.490
Iniuria facta Ecclesiæ censetur facta Prælato, & è contra. 9.284
Non est Iniuria rei sacræ si cum alia sacra componatur, sed cum temporali. 24.497
Munus defendendi *Innocentes* magis spectat ad Prælatos Ecclesiasticos, quàm ad Principes sæculares. 5.17
Inquisitores possunt Regios Officiales, & Consiliarios excommunicare, si ipsorum perturbent iurisdictionem. 2.47
Inquisitores habere possunt familiam armatam, ergo etiam Episcopi. 4.98
Inquisitor, vel Episcopus potest procedere per censuras contra Iudicem laicum, si cum Hæretico sibi remisso mitius agit. 1.100
Inquisitores, & Episcopi contra Reum procedentes in crimine hæresis præseruantur ab Irregularitate. 3.100
Inquisitor; & Episcopus procedentes diuisim, formando diuersum & distinctum processum, tenentur adinuicem sibi ipsos communicare. 1.184
Inquisitor sine Episcopi consensu, vel eo absente sine consensu Vicarij & è contra, non potest priuare Reum hæreticum beneficiis, vel dignitatibus Ecclesiasticis ante hæresim obtentis. 1.184
Inquisitor sine Ordinario, & è contra non potest Reum absoluere, siue per sententiam diffinitiuam, siue interlocutoriam diffinitiuæ sententiæ vim habentem. 1.186
Inquisitor antequam sententiam proferat contra Reum, debet Episcopum requirere, & inter se communicare processus, & examinare vtrum Reus sit condemnandus nec ne. 2.186
Inquisitor si sine Ordinario, & è contra absolueret, sequerentur multa absurda. 3.186
Inquisitor quod nullam possit sine Ordinario proferre sententiam, & è contra, cauetur in cap. per hoc de Hæreticis in sexto, vbi absolutè loquitur textus de quacumque sententia, tam contra Reos, quam pro Reis data. 4.186
Opinio quod Inquisitor possit in cæteris sententiis præter condemnatoriam procedere sine Ordinario, & è contra, licet ab aliquibus censeatur in puncto iuris probabilior, tamen contrarium seruari debet in praxi. 6.186
Inquisitor subordinatus in Regnis Hispaniarum nullum Religiosum, nullumque Nobilem, vel aliqua ratione insignem comprehendere potest, quin prius Inquisitorem generalem eiusque supremum senatum de iudiciis certiorem reddat, secus si adsit periculum fugæ, vel alterius grauis mali. 8.188
Inquisitor Generalis non potest procedere contra Episcopum nisi de expressa sedis Apostolicæ concessione, debet tamen certiorare Pontificem de eo, quòd ei innotuit. 9.188
Inquisitores, si Clerici seculares sint, electi à Cardinalibus sanctæ Romanæ Inquisitionis, etiam extra crimen hæresis, siue delinquant in officio, siue extra, puniri debent ab ipsis. 24.189
Inquisitores electi à Generali Inquisitore Hispaniarum, ab eo, & etiam à supremo senatu etiam extra crimen hæresis, siue similiter delinquant in officio, siue extra puniri possunt. 25.189
Inquisitores Regulares non possunt puniri à suis Prælatis, idemque dic de Consultoribus, si delinquant in proprio officio, ne dum in crimine hæresis. 26.189
Inquisitores Regulares si delinquant extra proprium officium & contra Regularem obseruantiam à suis Prælatis coërceri, & puniri possunt. 27.189
Limita dummodo pœna, qua puniuntur, eos non remoueret à proprij officij exercitio directè aut indirectè. 28.189
Inquisitor sine Ordinario non potest, vel è contra mutare pœnas, seu relaxare Reis condemnatis, quia ad eas imponendas vterque simul debuit concurrere. 1.187
Inquisitor generalis in Hispaniarum Regnis ex speciali summi Pontificis priuilegio potest delinquentibus pœnitentias impositas mutare, & relaxare. 2.187
Inquisitor Superior est Ordinario, & præualet quoad citationem, ita dic de Commissario electo à Papa. 8.183
In iisdem Regnis nullus Hæreticus etiam consentientibus Inquisitoribus, & Episcopis potest brachio seculari relaxari, nisi consulto supremo Inquisitore, eiusque senatu. 11.188
Inquisitor discordans ab Episcopo, & è contra, in quocumque actu Iudicij spectato iure communi debet transmittere negotium instructum ad Summum Pontificem, secus est in Regnis Hispaniarum, nam negotium remittitur ad Generales Inquisitores. 3.188
Inquisitor, & Ordinarius non solum de hæresi, sed etiam de omnibus connexis, dependentibus, & incidentibus illius cognoscere possunt. 4.188
Inquisitores, & Episcopi non possunt procedere contra alios Inquisitores, & Episcopos quia par in parem non habet Imperium, secus est si remoueantur ab officio Inquisitoris. 18.189
Item si Inquisitores particulares non sint delegati à sede Apostolica. 20.189
Commissio facta ab Inquisitore Generali Inquisitori particulari est modificata, & reuocabilis ad libitum. 21.189
Inquisitor non potest sine Ordinario, vel eius officiali, vel Delegato Capituli Sede vacante, & è contra Reum tormentis subiicere, vel condemnare. 1.184
Inquisitor potest recipere dicta Testium contra Episcopos, vt ea ad Pontificem transmittat. 11.188
Inquisitor potest carcerare Episcopum suspectum de fuga, si clare cognitus sit hæreticus, & multo magis si clare dilatione carcerationis periculum sit in mora, & ipsum ad Pontificem mittere. 12.189
Inquisitor sine Episcopo, & è contra non potest hæretico pœnitenti indicere abiurationem; quia si reincidat est grauissima pœna. 9.185
Inquisitor attento Iure communi non potest sine Episcopo

ſcopo & è contra ſuſpectum vehementer de hæreſi cogere abiurare. 1.183

An ſi de facto Inquiſitor ſine Epiſcopo, vel è contra, Reum ad abiurationem coëgerit, ſic abiurans maneat ſubiectus pœnæ relapſi. 184

Inquiſitor, & Epiſcopus non poſſunt procedere contra Nuncios, & alios Sedis Apoſtolicæ officiales, niſi de facultate expreſſa Summi Pontificis, poteſt tamen vterque contra eos dummodo Epiſcopi non ſint, inquirere, & Informationem tranſmittere ad ſummum Pontificem. 15. 189

Inquiſitor tenetur requirere Epiſcopum, & è contra quoties vnus ſine alio non poteſt procedere. 190

Inquiſitores in cauſis fidei dati ſunt Epiſcopis tanquam coadiutores, & eorum iuriſdictio cenſetur data cumulatiuè, non autem priuatiuè. 1. 191

Inquiſitor, Epiſcopum, & è contra tenentur ſolum requirere quando requiſitus haberi poteſt, aliàs ſecus. 12.190

Inquiſitores ſolum ante Bullam Gregorij XV. poterant cognoſcere de crimine ſolicitationis etiam contra ſacerdotem ſecularem: ſed poſt dictam Bullam indiſtinctè tam Inquiſitores, quam Epiſcopi ſimul, vel ſeparatim contra quoſcumque procedere poſſunt. 3.191

Inquiſitores ſine Epiſcopis, & è contra, licet ex Bulla Gregoriana poſſunt diuiſim procedere contra ſolicitantes, attamen non poſſunt diuiſim ferre ſententiam, ſed fieri debet communicatio proceſſuum, iuxta aliàs dicta. 10.192

Inquiſitores, & Epiſcopi non poſſunt ſeparatim proferre ſententiam abiurationis, quia eſt propriè condemnatio. 11.192

Inquiſitores, & Epiſcopi non poſſunt ſeparatim abſoluere Confeſſarium ſolicitantem rationibus aliàs recenſitis. 13.192

Inquiſitores non poſſunt cognoſcere de ſolicitatione præterita ſi illa iam iudicata fuerit ab Epiſcopis. 14.192

Officium Inquiſitorum hæreticæ prauitatis per mortem Pontificis committentis, etiam quoad negotia nondum cœpta, non expirat. 9.212

Inſtituta Regularia dicuntur ea, quæ ſunt priuatiuè propria, & peculiaria Regularium. 30.234

Intentio eſt forma legis, & finis dat ſpeciem actibus humanis. 19.198

Intentio, & finis concedendi Regularibus exemptionem, fuit fauor ipſorum Regularium; quia nimis grauabantur ab Ordinariis. 20.198

Interdictum ciuitatis, ne remaneat eluſorium extenditur ad ſuburbana. 18.367

Interdicti cenſura, vt odioſa, non habet alios effectus, præter expreſſos in iure. 3.175

Interpretatio circa materiam Eccleſiarum iuribus ciuilibus, & Canonicis diſcordantibus, facienda eſt ſecundum ius canonicum contra nonnullos Doctores. 1.254

Si exoriatur dubium ſuper Interpretatione iuris canonici, amplectenda eſt illa interpretatio, quæ cum iure ciuili conuenit. 6.254

Inueſtitura Tenor eſt ſecundum ius commune, non ſecundum ſtatutum loci. 32.109

Innocatio brachij ſecularis eſt Iuris remedium extraordinarium, & ſubſidiarium, quod non debet niſi in ſubditum adhiberi. 16.99

IV

Iubilæum, ſi prima hebdomada lucretur, poteſt etiam repetendo opera in illo præſcripta, in altera hebdomada obtineri. 6.509

Iudæus, Saracenus, & quicumque alius gentilis confugiens ad Eccleſiam gaudet Eccleſiaſtica immunitate, ſiue confugiat ex delicto non excepto, ſiue ex debito ciuili. 7.277

Iudæus, Saracenus, & quicumque alius infidelis gaudet immunitate volens conuerti, & baptizari, ſecus non gaudet. 25.278

Iudex ſecularis non poteſt Eccleſiaſticis arma tollere, neque eos cogere ad pecuniam ſoluendam pro reparatione damni illati, vel ſolutione vectigalium ſi ad hæc facienda cognitio cauſæ prærequiratur. 31.8

Iudex laicus poteſt ab Eccleſiaſticis auferre arma, ſi hæc non tollantur in pœnam tranſgreſſionis legis; ſed potius ne Clerici procedant in violationem legis. 36.8

Quiſque Iudex eſt vbi fruſtratio Iudicij ex Iudicij mora, vel abſentia, periculo inſtante, timetur. 3. 10

Iudex Eccleſiaſticus poteſt ſupplere defectum Iudicis ſecularis. 4.11

Iudex ſecularis non eſt capax iuriſdictionis exercendæ in Eccleſiaſticas Perſonas præterquam ex commiſſione Prælatorum Eccleſiæ. 5.11

Iudex Eccleſiaſticus data iniuſtitia Iudicis ſecularis, poteſt procedere contra Laicos in caſibus, in quibus aliàs non poſſet. 8.12

Iudices Eccleſiaſtici nõ poſſunt contra ſubditos ſuos aduocare ſubſidium brachij ſecularis, niſi cum ordinarium iuris remedium deficit. 8.13

Iudices ſeculares ſcire non poſſunt violentiam Prælatorum niſi examinatis actis, & actitatis in cauſa, ex qua nunquam violentia poteſt eſſe clara, vt titulo defenſionis naturalis procedere videantur. 11.13

Iudex non improbabiliter poteſt ferre ſententiam ſecundum opinionem probabilem relicta probabiliori; cum ſic adhuc probabiliter, & non temere; ſed cum fundamento operetur, neque de hoc in ſyndicatu tenetur. 17.14

Iudex Laicus procedens per viam naturalis defenſionis in caſu violentiæ ad querelam Eccleſiaſticorum poteſt per modum facti, non autem Iuriſdictionis, inſpicere acta. 20.14

Iudices laici non poſſunt licitè vim inferre; niſi prius Eccleſiaſtici Iudices ſuperiores eius, qui vim infert, requiſiti ſuccurrere nolint, 24.14

Iudices, ad quos fit recurſus ius dicunt; nam vident acta, & proceſſus, quos ſibi tranſmitti iubet. 16.17

Iudex non ſupremus ſi inferat vim, iuris ordine ſeruato appellari debet ad ſuperiorem. 2.17

Iudex ſupremus, ſi inique vexet, & nullum ſuperſit remedium, æquo animo ſufferatur. 3.17

Iudex Eccleſiaſticus maiorem poteſtatem habet ſupra laicum, quàm è contra. 4.17

Iudex appellationem denegans, ac ſententiam datam exequi volens, non de iure, ſed de facto procedit. 1.18

Iudicibus laicis non eſt licitum recipere recurſus Eccleſiaſticorum. 8.18

Iudices laici cauſas Eccleſiaſticas ad ſuum tribunal trahentes, vel illarum executionem impedientes, à peccato, & à cenſura Bullari non excuſantur. 39. 25

Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate efficere vt leges ciuiles à Clericis obſeruentur, ſed ad id cogendi ſunt per Iudices Eccleſiaſticos. 9.16

Iudices ſeculares non poſſunt propria auctoritate ſpoliare

ſpoliare Clericos armis, quia armorum ſpoliatio, & amiſſio violentiam continet, & habet rationem pœnæ. 10.26
Iudex laicus in excommunicationem incurrit, ſi eo ipſo, quo poteſt, ſtatim non tradit Clericum Iudici Eccleſiaſtico. 5.27
Iudex ſecularis poteſt citare ſiue per edictum, ſiue in particulari Clericum Creditorem in confectione alicuius Inuentarij, dummodo non expreſsè Clericus citetur ad comparendum ſed cum conditione, ſi ſua intereſſe putauerit. 1.30
Iudex laicus in ſententia nonnullorum poteſt citare Clericum ad exhibenda iura ſua coram ipſo, quando Clerici debitor petit dilationem ex conſenſu maioris partis creditorum. ibid. 31
Iudex laicus non poteſt titulo iuriſdictionis capere Clericum etiam ad effectum præſentandi illum Iudici Eccleſiaſtico. 8.33
Iudex laicus capere poteſt Clericum in flagranti crimine deprehenſum ad finem vt præſentet illum Prælato Eccleſiaſtico contra multos Auctores. 10.33
Iudex laicus tempore famis poteſt licitè extraordinaria poteſtate arrepta, frumentum Clericorum ſequeſtrare, & illud ab horreis illorum extrahere, vt iuſto pretio vendatur, ſed non titulo iuriſdictionis; ſed per viam iuſtæ defenſionis naturalis. 3.34
Iudices laici tempore maximæ penuriæ in Regno Neapolis obtinuerunt à Nuncio Summi Pontificis licentiam compellendi Eccleſiaſticos ad frumentum reuelandum, & vendendum. 6.35
Iudex laicus incapax eſt Iuriſdictionis præſertim coactiuæ in Eccleſiaſticos. 5.38
Iudici ſeculari licitum non eſt ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici. 4.39
Iudex laicus an poſſit cognoſcere per viam exceptionis de Crimine Perſonæ Eccleſiaſticæ ad effectum repellendi eam à teſtimonio ferendo, eſt diſcrimen inter Doctores. 6.49
Iudex ſecularis pro executione pœnæ ſtatuti in ſententiam aliquorum poteſt procedere ſi non contra perſonas Eccleſiaſticorum ſaltem contra eorum pecora, & animalia, ſi in paſcuis alienis, & prohibitis illa reperta fuerint. 1.40
Iudex Eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicum per accidens ratione periurij. 8.40
Iudex laicus in Clericum, qui coram ipſo falſum teſtimonium dixit, nullo pacto iuriſdictionem habet. 9.40
Iudex Laicus ex nonnullorum Doctorum opinione poteſt compellere Clericum ad reſtituendum depoſitum, quoties hic ſe obligauerit in Tribunali Iudicis ſecularis illud reſtituere. 1.42
Iudex laicus non poteſt facere realem executionem ſententiæ à ſe latæ contra Clericum in caſibus, quorum ipſi à iure cognitio permiſſa eſt. 4.42
Reprehenduntur multi Doctores, qui dixerunt, quod Iudex qui eſt competens ad condemnandum, competens ſit etiam ad exequendum. 7.42
Iudex laicus in ſententia Pereiræ, & Bobadillæ, poteſt punire Perſonam Eccleſiaſticam pœna pecuniaria, ſi reuerentiæ ſigna ipſi non exhibuerit, vel ſi coram ipſo quomodocumque aliter deliquerit. 1.43
Iudex laicus licite poteſt capere Perſonam Eccleſiaſticam ad finem, vt ea ad Iudicem tuum Eccleſiaſticum ducatur, ſi talis captura, hic, & nunc neceſſaria ſit ad propriam, vel aliorum defenſionem. 2.43
Iudici laico honorem exhibere teneantur, etiam Eccleſiaſtici. 4.43
Quod ſi non faciant, puniuntur. 5.43
Etiam à Iudice laico, renuente, vel abſente Iudice Eccleſiaſtico. 6.43
Iudex laicus procedens vna cum Iudice Eccleſiaſtico eatenus poteſt recipere dicta Eccleſiaſticorum quatenus id neceſſarium eſt ad procedendum contra laicos, alias à cenſura bullari non excuſaretur. 5.49
Iudex Laicus non poteſt cogere Eccleſiaſticum vt propriis expenſis capiat, & occidat graculos, aut vermes, aut locuſtas, aut bruchos, qui naſcuntur in ipſius vineis, aut meſſibus. 5.44
Limita in caſu, quo Iudex Eccleſiaſticus requiſitus non vult procedere, vel abeſt, & periculum magnum eſt in mora; nam tunc non improbabiliter poteſt procedere contra bona tantum non tamen titulo Iuriſdictionis. 6.44
Iudices Eccleſiaſtici debent compeſci à ſuis ſuperioribus Eccleſiaſticis, qui in qualibet Pronincia reperiuntur, non autem à Rege contra Petetram. 40.55
Iudex non poteſt formare proceſſum, & ferre ſententiam de bonis, non vocata Perſona, quod fieri non poteſt ſine iuriſdictione in Perſonam. 4.57
A Iudice non ſuo ligari nemo poteſt, ita neque abſolui. 11.57
Iudices laici punientes Eccleſiaſticos, qui in officio ſæculari delinquunt, damnantur à Doctoribus. 4.60
Iudices laici non poſſunt rebus priuare Eccleſiaſticos quaſi in commiſſum ceciderint, licet ſine forma iudicij id efficiant; quia etiam hoc modo exigunt pœnas à lege ciuili prohibente impoſitas. 5.62
Iudex Laicus, ſi iniuſtè denegetur ei tributum, vel penſio adhærens ipſi rei, poteſt ſibi prouidere occupatione fructuum, vel poſſeſſionum ad doctrinam Baldi, modo nihil attentet contra Perſonam Clerici. 12.63
Eccleſiæ, & Iudices ordinariè immiſcere ſe non poſſunt in cauſis temporalibus; cum vtriuque tam ciuilis, quam Eccleſiaſticæ poteſtatis officia iuxta finem ſuum diſcretum, diſcreta eſſe debeant. 4.65
Iudex Eccleſiaſticus extraordinariè in cauſis ciuilibus immiſcere ſe poteſt, vt ad defectum iuſtitiæ in foro Laicali commiſſum, ſupplendum. 5.65
Item ad cauſam Perſonæ miſerabilis videndam. 6.65
Item per modum denunciationis Euangelicæ, & quomodo. 7.66
Ad Iudicem Eccleſiaſticum trahi poſſunt Laici Inuaſores rerum Eccleſiæ, non ſolum quando per vim eas occupant, ſed etiam quando in negotiis cum Eccleſia geſtis, eius rebus quomodocunque per fraudem, vel iniuſtitiam præiudicant. 18.68
Item quando agitur de nullitate Contractus, in quo Eccleſia læſa fuit, per eiuſdem Eccleſiæ reſtitutionem in integrum. 19.68
Ad Iudicem Eccleſiaſticum trahi etiam poſſunt Inuaſores rerum Eccleſiaſticorum cõtra nõnullos. Vide ibi quomodo id procedat, & quando. 20.68
Ad Iudicem Eccleſiaſticum trahi poſſunt Laici proferentes verba iniuriosa in Perſonam Eccleſiaſticorum. 21.68
Iudex ſecularis Iudici Eccleſiaſtico inhibere non poteſt vt ſeruet formam trinæ admonitionis; nec miniſtris Eccleſiaſticis prohibere, vt loca, & Domos Meretricum non inuiſant. 30.69

Iudex laicus ad doctrinam relatorum à Squillante excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrit ſi trahat Clericum ad ſuum tribunal,etiam ſi illum trahere intendat prætextu officiorum ſecularium. 19. 64

Iudex Eccleſiaſticus poteſt incidenter, & ſummariè, exercere iuriſdictionem ſecularem in laicos,quod non poteſt laica Poteſtas, & cur. 7.70

Iudex laicus, ſi incidat quæſtio ſpiritualis coram ſe ipſo,remittere eam debet terminandam ad Iudicem Eccleſiaſticum,cui non poteſt tempus ad expediendum terminare. 8.70

Iudex laicus non poteſt punire laicum in die feſto laborantem ſub prætextu ſuæ prohibitionis præſertim ſi ab Epiſcopo in die feſto laborandi licentiam habeat. 1.72

Solius Iudicis Eccleſiaſtici proprium eſt munus inter lepram,& lepram,peccatum, & non peccatũ diſcernere,quandoquidem iuſtitia dictorũ actuum debet propter annexam ſpiritualitatem,ſecundum ius canonicum examinari. 3.74

Iudex Eccleſiaſticus ſub pœna excommunicationis præcipere poteſt Iudici ſeculari,quod ſuperſedeat in executione contractus,donec decidatur an ille ſit vſurarius. 12.75

Iudex Eccleſiaſticus,ad quem cauſa ſpiritualis remittitur,poteſt opponere exceptionem, & præfigere terminum peremptorium,intra quem fiat probatio;non tamen poteſt, è conuerſo Iudex ſecularis. 13.75

Iudex ſecularis ſuper incidente quæſtione vſurarum; ſi ea ſit iuris,non poteſt cognoſcere, & ſi cognoſcat,ab Eccleſiaſtico poteſt inhiberi. 14.75

Iudex ſecularis cognoſcere poteſt de vſuris,ſi alicubi forma aliqua contrahendi veluti vſuraria damnata ſit. 15.75

Iudex laicus ſi quæſtio ſit facti in cauſis alioquin ſpiritualibus poteſt cognoſcere. 16.75

Iudex laicus, ſi conſtet matrimonium eſſe clandeſtinè contractum,& ſic nullius valoris poteſt in ſuo foro laicali punire contrahentes,Iudex tamen Eccleſiaſticus,ſi dubitetur an illud ſit irritum, debet teſtes recipere. 17.75

Iudex laicus poteſt aliquando cognoſcere, & definire de iuramenti valore. 18.75

Ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat quæſtio de petitorio,& proprietate rerum Eccleſiaſticarum,vide quæ ſint hæ cauſæ. 1.76

Ad Iudicem laicum in ſententia nonnullorum Doctorum ſpectat quæſtio de poſſeſſorio rerum Eccleſiaſticarum. 2.76

Iudex laicus ſi habeat pro ſua iuriſdictione opinionem probabilem, & tamen declaretur excommunicatus ab Epiſcopo non tamen eſt excommunicatus. 20.78

Iudex laicus ſimul cum Iudice Eccleſiaſtico non poteſt cognoſcere de Decimis, neque per modum compromiſſi. 33.79

Iudex Eccleſiaſticus etiam in caſu quo decimæ ſint laicales poteſt de ipſis cognoſcere, & cauſas definire,ita vt cauſa ſit mixti fori. 41.79

Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere cumulatiuè ad laicam Poteſtatem cauſas miſerabilium perſonarum,& eas opprimentes in ſuo tribunali punire ex non improbabili ſententia Doctorum etiam non data negligentia interpretum ſecularium. 1. 84

Iudex ſecularis ſi Clericus minor litiget coram ſe, poteſt ei dare Curatorem,quia talis Curator datur rebus,& non Perſonæ. 2.86

Iudex ſecularis poteſt facere Inuentarium bonorum Clerici mortui,qui filios minores reliquit. 3,86

Iudex Eccleſiaſticus dare debet tutorem, vel curatorem,de ſuo foro,ſeu ſibi ſubditum. 7.86

Iudex Laicus cumulatiuè ad Iudicem Eccleſiaſticum eſt Executor competens piorum relictorum. 9.87

Iudex Eccleſiaſticus eſt Iudex competens piorum Legatorum ſed non priuatiuè quoad Iudicem Laicum contra nonnullos. 10.87

Iudex Eccleſiaſticus cumulatiuè ad Iudicem laicum poteſt publicare teſtamentum in quo Clericus inſtituit alium Clericum,vel conditum ad pias cauſas,ratione pietatis. 1.88

Iudex Eccleſiaſticus in caſu,quod defunctus ſit Clericus eſt Iudex competens priuatiuè quoad Laicum. 12.88

Iudex volentis liberare filium ſuum de Patria poteſtate liberationi auctoritatem præſtat. 43.91

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit an captus, vel detentus per Iudicem laicum ſit Clericus. 48.91

Iudex Eccleſiaſticus cumulatiuè ad Iudicem laicum poteſt terminare litem ortam inter Confraternitates quoad locum procedendi in proceſſione, ſi agatur tamen Iudicio poſſeſſorio. 1.92

Iudex Eccleſiaſticus Executor eſt piarum cauſarum. 17.93

Iudex ſecularis requiſitus ab Eccleſiaſtico ad præſtandum brachium ſeculare ſi recuſet illud præſtare,cogi poteſt per cenſuras ad illud præſtandum. 9.96

Iudex laicus non poteſt ſupplere negligentiam Iudicis Eccleſiaſtici in punitione Clerici, & pœnam exequi iuxta taxatam pragmaticam. 10. 96

Iudex Eccleſiaſticus non debet punire Clericum leges ciuiles violantem eadem pœna, quæ in laicum ab iiſdem legibus ſtatuta eſt,ſed mitiori. 11. 96

Iudex Eccleſiaſticus ſimpliciter ſecundum aliquos Doctores, non debet Clericum pœna temporali punire,niſi lex Eccleſiaſtica, legi ciuili etiam acceſſerit. 12.96

Iudex ſecularis nullam iuriſdictionem habet in Clericos præſertim coërcitiuam. 13.97

Negligentia,& iniuſtitia Iudicis Eccleſiaſtici non præbet auctoritatem iudici ſeculari, vt poſſit Clericum iuriſdictionem exercere. 14.97

Iudex Eccleſiaſticus ſi non puniat Reum pro qualitate criminis,Iudex ſecularis ob dictam rationem, eum punire poteſt iuxta qualitatem delicti. 4.96

Iudex ſecularis è contra ſi mitius puniuerit Reum, poteſt Iudex Eccleſiaſticus pœnam ipſius integrare. 5.36

Iudex Eccleſiaſticus poteſt capere laicos per propriam familiam, ſine inuocatione brachij ſeculariſ. 1.98

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur proceſſum præbere Iudici ſeculari in iis,in quibus ab ipſo petit auxilium. 1.99

Iudex laicus ſiue per Ordinarium, ſiue per delegatum Iudicem Eccleſiaſticum requiſitus, non poteſt petere ſe velle inſtrui, vel videre ſi coram Iudice Eccleſiaſtico ritè proceſſus fuerit fabricatus. 2.99

Iudex Eccleſiaſticus non ſolum habere poteſt proprios Executores,ſed etiam executores Curiæ ſecularis,ſi velit. 14.99

Iudex Eccleſiaſticus quoad cauſas mere ciuiles, & pecuniarias poteſt iuriſdictionem Eccleſiaſticam laicis committere,ſecus quoad cauſas merè ſpirituales. 1.100

Iudex

Iudex laicus eſt merus Executor in tali caſu, & tenetur iuxta leges ſtatim in Reum pœnam mortis per ignem inferre, alioquin tanquam fautor hæreticorum habetur. 2.100

Iudex laicus non debet exequi ſententiam Inquiſitoris, & Epiſcopi, ſi talis ſententia euidentiſſimæ iniquitatis arguatur. 4.100

Quid facere debeat Iudex laicus, ſi Inquiſitor, & Epiſcopus remiſſius agant in hæreticum. 5. 100

Iudex Eccleſiaſticus poteſt excommunicare Iudicem laicum, ſi velit cauſas ciuiles ſuæ familiæ cognoſcere. 2.101

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui Iudicis laici. 4 99

Iudex Eccleſiaſticus par eſt, vt acquieſcat proceſſui Iudicis laici, ſi ſuſpicione erroris carere videatur. 5.99

Si executio Iudicis Eccleſiaſtici, pro qua auxilium petitur, ſit modici præiudicij, acta non remittuntur: ſecus ſi de magno præiudicio agitur, præſertim ſi inſtat, qui intereſſe habet. 6.100

Iudex laicus nullo pacto poteſt ſe intromittere etiamſi agatur de vili Dominio inter laicos. 14. 108

Iudex Eccleſiaſticus ſolum iudicat de iure patronatus laicorum, quia licet non ſit propriè ſpirituale, eſt tamen annexum ſpiritualitati. 51. 110

Iudex Eccleſiaſticus eſt dignior Iudice laico, & ideo potius ad iſtum, quam ad illum ſpectat talis cognitio, præſertim in caſu quo præueniret. 2. 111

Iudici laici nullo modo licitum eſt in domum Clerici irruere, & mulierem inde extrahere, quia hoc eſſet violentiam aduerſus ipſos Clericos exercere. 7.112

Iudex capiens Vagos habet Iuriſdictionem in illos ratione præſentaneæ habitationis. 15.125

Iudex Ordinarius non poteſt punire delinquentem exiſtentem extra Territorium ſuæ Iuriſdictionis, niſi fuerit ille de more remiſſus. 4.128

Iudex loci in quo delictum eſt attentatum, ſed alibi conſummatum poteſt Reum ſibi non ſubditum punire etiam pro dicta conſummatione. 1. 148

Iudex poteſt punire Reum ſolum ob iniuriam ſibi illatam. 5.148

Nullus Iudex extra Territorium poteſt pœnam imponere, cum ſit actus Iuriſdictionis contentioſę. 9.148

Iudex loci commiſſi delicti, & Iudex loci in quo delictum eſt inchoatum, ſi Reus ibi habeat domicilium poteſt pœnam imponere, & Reum punire. 10. 148

Iudex mandati non tenetur remittere Reum ad Iudicem delicti conſummati, licet etiam petatur, ſed debet tantum conſulere Principem. 10. 149

Iudices loci delicti mittere debent litteras ad Magiſtratus locorum in quibus Rei conſiſtunt ad eos citandos, & ita ſeruatur in praxi. 14. 150

Iudex poteſt citare ſibi ſubditum ratione contractus exiſtentem in alieno Territorio, ſecus eſt ratione delicti. 16.150

Iudex poteſt in ſuos extra proprium Territorium exiſtentes exercere omnia recenſita ſpectantia ad voluntariam Iuriſdictionem, ſed ad vitandum ſcandalum non debet id publicè facere, ſed tantum priuate. 5.152

Iudices Inferiores non poſſunt authentice declarare leges ſuperioris, ita vt declaratio liget Principe inconſulto. 22.173

Iudices inferiores in rebus minutioribus poſſunt paſſim legem ſuperioris non ſolum doctrinaliter; ſed etiam authentice declarare. 23. 173

Nemo poteſt in Iudicem non ſuum conſentire ſine licentia ſui ſuperioris. 10.200

Iudex Conſeruator eſt qui ex ſummi Pontificis voluntate, miſerabilium Perſonarum cauſas contra iniuſte vexantes ſuſcipit; ac defendit. 42. 201

Iudices Conſeruatores tenentur recipere literas ipſis à Regularibus oblatas, & eos defendere in ſuis luribus. 44.201

Iudex ſtante allegatione exemptionis non poteſt cognoſcere de ſua Iuriſdictione, atque adeo nec iudicare de exemptione. 1.202

Iudex inferior allegato pet aliquem priuilegio exemptionis, non poteſt procedere, nec iudicare, an ſua, vel non ſua ſit Iuriſdictio; ſed ſtante dubio recurrere debet ad ſuperiorem, à quo conceſſum eſt priuilegium exemptionis. 2. 202

Nemo poteſt eſſe Iudex in cauſa propria. 10.203

Iudex inferior non quia in cauſa propria, ſed quia in cauſa ſui ſuperioris cognoſceret, non poteſt iudicare de exemptione à ſua Iuriſdictione. 15. 203

Iudex Eccleſiaſticus poteſt compellere iudices ſæculares, vt ſeruent leges canonicas ſuum forum reſpicientes. 5. 254

Iudex Eccleſiaſticus maiorem poteſtatem habet in Eccleſia, ex qua Reus extrahitur, quam Iudex ſeculatis. 10.284

Iudicibus laicis expreſsè prohibetur Intriſdictionem aliquam in Eccleſia exercere. 8.301

Iudex laicus debet ſuſpectos de hæreſi retinere, vt eos deinde Iudici Eccleſiaſtico tradat. 12.321

Iudices laici licet olim poterant cognoſcere de crimine hæreſis, hodie non poſſunt ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. 14.321

Iudex, & Miniſter in tali caſu indignus eſt vt immunitate gaudeat, cum alterum immunitate priuauerit, ſecus eſt inſpecta Eccleſiæ pietate. 2. 343

Iudex, qui non fuit particeps violentæ extractionis non violat immunitatem phyſice; ſecus eſt moraliter. 3.346

Iudex ſecularis ſi ab alio Reum extractum à loco ſacro, Eccleſiæ non reſtituat, primam iniuſtam extractionem continuat, & ſic Eccleſiæ immunitatem violat. 3.346

Iudex promittens impunitatem Reo, ad effectum ipſum extrahendi ab Eccleſia, tenetur ſtare promiſſis; alias poteſt cogi per Epiſcopum ad dandam hanc ſecuritatem, cum ſecus talis ceſſio immunitatis eſſet nulla. 13. 347

Tenetur Iudex reſtituere Reum Eccleſiæ ſi priuata perſona eum ab Eccleſia extraxerit per deceptionem, cui Iudex conſenſerit. 14. 347

Secus, ſi Iudex deceptioni non conſenſerit, qui tamen decepit, tenetur Reo compenſare damna, & expenſas. 15. 347

Iudex Eccleſiaſticus in delictis exceptis caſu quo nolit conſignare Curiæ ſeculari Reum, debet illum cuſtodire in carcere Eccleſiaſtico, dum cauſam examinet. 5.349

Iudex laicus non poteſt immittere ſatellites, vel

militer in locum immunem, vt ob metum Reus inde discedat, & capi possit contra nonnullos. 1.350.

Iudex Ecclesiasticus non potest donec articulus discutitur, custodire Reum in carceribus Iudicis laici, licet id fiat nomine Episcopi, contra nonnullos. 10.350.

Iudex laicus, qui extrahit Reum in casibus exceptis non potest etiam dando cautionem de immunitate, in suis carceribus detinere; sed debet Ecclesiæ restituere, etiamsi Reus sic exactus iuri suo cedere velit. 11. ibid.

Iudex secularis potest apponere Ecclesiæ custodiam ne Reus inde liberè aufugiat, & si extra Ecclesiæ fines constitutus sit eum capere, & incarcerare. 7.351.

Iudex laicus secundum probabiliorem opinionem non potest Reum in Ecclesia receptum spoliare bonis & armis, nisi de licentia Prælati Ecclesiastici; nam quod simpliciter possit, est de iure ciuili, non autem de iure Canonico. 5. 352

Vbi parti aliquid tribuitur vt se vindicare sine Iudice possit, Iudex vt quid gerat, non censetur Iurisdictionem exercere, sed maius periculum vitare, ne priuatus id prosequatur. 9.353

Iudex incompetens ob competentis defectum procedere potest. 10. ibid.

Iudici tentanti extrahere Reum è loco sacro vltra casus permissos, resistere potest, & Reus, & Ecclesia; cum sic vtrique Iudex iniuriam faciat. 1 355.

Iudex laicus debet restituere Reum Ecclesiæ spoliatæ; quia per talem spoliationem Ecclesia non amittit ius protectionis acquisitum. 36.359

Iudex præter casus exceptos non potest Reum ab Ecclesia extractum incarcerare, vel interrogare, vel torquere, vel quidquam aliud iudiciale in eum facere. 3.360

Iudex secularis per capturam iniustam non acquirit iurisdictionem in Reum. 4.ibid

Potest Iudex apponere debitam custodiam ad carcerem Cutiæ Ecclesiasticæ, si ibi repositus fuerit extractus. 19.363

Non potest Iudex Reum extrahere, donec Episcopus cognouerit, an Reus crimen exceptum commiserit. 20.363

Iudex mandans extrahi Reum à loco sacro in casibus non exceptis, & etiam sic extractum Ecclesiæ non restituens, satrapæ mandatum exequentes, consanguinei, & amici ipsius occisi incurrunt excommunicationem contra Gambacurtam. 24.363

Iudex, qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia, si tamen restituat, cum sit sub eius potestate, non peccat ratione mandati, sed ratione indebitæ retentionis. 1.364

Iudex, qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia, sed extractum non restituit, cum sit sub eius potestate, peccat violando reuerentiam debitam, Ecclesiæ, & immunitatem eius, & quoad vtrumque facit contra Gregorianam. 2.364

Iudex, qui Reum nulliter, & inualide extractum etiam ipso inscio, Ecclesiæ non restituit, censetur primo extrahere, seu capere ab Ecclesia. 3.364

Iudex laicus iubens occidi Reum in Ecclesia, non solum facit præter, sed etiam contra Constitutionem. 2.367

Iudex secularis vigore tam constitutionis Gregorianæ, quam consuetudinis hodie non tenetur præstare iuramentum Prælato Ecclesiastico de non puniendo Reum corporaliter pro casibus exceptis. 1.371

Iudex secularis non potest in dictis casibus exceptis reum extrahere sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, seu Vicarij. 5.372

Ad Iudices Inferiores Ecclesiasticos etiam quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes dare huiusmodi facultatem Reos in casibus exceptis extrahendi, non pertinet. 6.372

Iudex laicus, Episcopo vel eius Officiali recusante tradere Reum, potest propria auctoritate in casibus tamen exceptis extrahere ab Ecclesia; quod fieri debet remoto scandalo, & tumultu, & sic extractum in carcere Ecclesiastico custodire. 9. 372.

Iudex laicus non potest sine sacrilegio & censura reseruata sine licentia Episcopi, vel eius officialis extrahere; secus est illis culpabiliter in casibus exceptis consentire nolentibus. 1. 373.

Iudex secularis, donec non fuerit cognitum an delictum sit de exceptis, non potest ad proprios carceres Reum ita extractum ducere, sed debet interim eum custodire in carcere Ecclesiastico. 2.ibid.

Iudex laicus etiamsi notoriè constet delictum esse de exceptis, adhuc non potest propria auctoritate sine Episcopi licentia attenta Constitutione citata Reum extrahere, alioquin sacrilegium committit, & excommunicationem ipso facto Papæ reseruatam incurreret; & Reus Ecclesiæ restituendus erit. 3.4.374

Iudex ex recepta consuetudine aliquibus in locis legitimè præscripta potest in casibus tamen exceptis sine licentia Episcopi Reum extrahere à loco sacro. 8.374

Iudex secularis nec licite, nec valide potest iudicium exercere, nec sententiam ferre in Ecclesia. 11.374

De iure communi probabilius est quod Iudex secularis non possit in casibus iure exceptis Reum sine licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo ab Ecclesia extrahere. 1.375

Ad Iudicem Ecclesiasticum spectat absque dubio cognoscere vtrum casus sit exceptus nec ne, non solum attenta Constitutione Gregoriana, verum etiam iure communi. 1.376

Nemo in causa propria est iudex competens 1. 377.

Iudex debet esse medius, ac veluti diremptor inter partes contendentes. 5.377

Regula quod nemo in propria causa iudex esse debet intelligenda est in sensu ne directe quis id faciat in propriam vtilitatem sententiam ferendo. 13.378

Iudex Ordinarius suborto dubio an sit iudex competens, potest id ipsum cognoscere, & dubio pro affirmatiua resoluto, ad causam principalem determinandam procedere. 14.378

Iudex si à parte contendente allegetur suspectus, iustitiâ huius allegationis cognoscere non potest si notoria friuola non est, & supersedere debet in causa principali. 17.ibid.

Cognoscere locum an sit sacer vel religiosus, & capax immunitatis Ecclesiæ spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiue quoad laicos. 1. 379.

Iudex secularis, vel Reus lata sententia per Episcopum an gaudere debeat, nec ne, potest appellare, si habeat sufficiens & rationabile fundamentum, contra Peregrinum, & alios. 7. 381.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui fabricato à iudice laico, vt poſſit Reum remittere Curiæ ſeculari. 1.382

Iudex ſecularis cum probationes facit de delinquentis delicto, Eccleſiam, vtpote ei non ſubiectam non citat, neque ipſum delinquentem. 5. 382

Iudex Eccleſiaſticus cum hac cognitione tenetur citare Eccleſiam, ſeu nomine Eccleſiæ defendere, cum directe de eius præiudicio agatur. 1. 384

Iudex Eccleſiaſticus ſine citatione Delinquentis non poteſt illum remittere Curiæ ſeculari. 4. 385

Iudex Eccleſiaſticus in caſu ſupradicto tenetur Reo, & Eccleſiæ concedere dilationes, quæ vt iuſta ſua defendat, neceſſariæ ſibi viſæ fuerint. 4. 386.

Iudex Eccleſiaſticus in tali cognitione facienda, non poteſt denegare dilationes ad probandum cum id ſit de iure naturæ, & aliàs delictum non eſſet plene probatum. 5.386

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere, & punire poteſt ſimpliciter; etiam ſi delictum in loco ſacro commiſſum non ſit Eccleſiaſticum, ſed ſeculare, & à ſeculari commiſſum. 1.389

Iudici durante ſyndicatu reuerentia exhiberi debet non minus, quam durante officio. 58. 466

Iudex poteſt ingredi Monaſterium ad expellendum Malefactorem ad locum tamen eiuſdem Monaſterij exteriorem immunitate gaudentem. 2.518

In *iudicio* de proprietate ſi exceptiones ſint Iuris cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. 31. 78

In omnibus pœnalibus Iudiciis & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur. 7.162

Iudicium non pendet ex beneplacito iudicantis; ſed ex rei veritate; quapropter debet eſſe ſecundum habilitatis menſuram, non ſecundum beneplacitum. 47.217

In Iudicio Eccleſiaſtico non ita ſeuere agitur ad corporis pœnam, & publicam vindictam, ad quam euitandam introducta eſt Immunitas Eccleſiarum; ſicuti in ſeculari. 11.284

Iuramentum aliquando quoad ſuum valorem pendet ſaltem indirecte ex iuris ciuilis diſpoſitione. 19. 75

Iuramenti obligatio, & omnis alia ſimilis, cum ſit perſonalis non tranſit ad hæredes, quamuis tranſeat contractus ad illos. 3.81

In Iuramento cenſetur excepta auctoritas ſuperioris. 3.81

Iuramentum domini videtur ſufficiens ad ſecuritatem ſerui quando delictum eſt leue; at ſi delictum fuerit graue regulariter iuramentum non ſufficit. 3.287

Iuramentum debet aliquid operari. 3.406

Iuramentum ſimpliciter prolatum, intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum iuris diſpoſitionem. 11.405

Iuramentum Prælati de non alienando bona ſuæ Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, non eſt improbabile, quod intelligatur de alienatione tantum illicita, & contra formam iuris. 17. 405

Iuramentum factum in materia ad iuris terminos reſtringi debet. 21.406

Iuramentum Prælati non eſt cluſorium, operatur n. vt Prælatus ſit firmior in obſeruandis iuris ſtatutis. 23.406

Iuramentum extendi poteſt ad quamlibet alienationem, etiam licitam, & iure conceſſam, de facto tamen non extenditur. 24.406

Iuramentum Prælati de non alienandis bonis Eccleſiæ non extenditur ad caſus iure non prohibitos, ſed permiſſos. 6.418

Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale; reſpectu autem eius, cui iuratur, eſt reale. 41. 441

Iuramentum obligat ad petendum ſedis Apoſtolicæ conſenſum etiam vbi Extrauagans Ambitioſæ, quoad hanc partem recepta non eſt, ſpectatis tamen verbis dictæ Conſtitutionis, ſecus tamen ſpectato vſu, & praxi. 11.442

Iuramentum non aufert poteſtatem ad agendum, quam ius naturale, & Ciuile concedit, ſed ſolum facit vt homo ſit periurus ſi contra iuramentum agat. 3.447

Iuramentum confirmatorium promiſſionis ab altero acceptatæ producit actionem in externo foro tam ciuili, quam canonico. 11.447

Iuramentum confirmatorij promiſſionis acceptatæ, non ſolum inducit obligationem Religionis erga Deum, ſed etiam firmat obligationem naturalem erga hominem. 12.447

Ex contractu puberis ſine tutoris auctoritate inito, & ex pacto ſeu promiſſione ſimplici, ſi iuramentum acceſſerit, etiam in foro ciuili actio conceditur, quæ alioquin non concederetur. 13. 447

Iuramentum, quod eſt per ſe ſtans ſolum obligat ex virtute Religionis erga Deum, & nullam propriè actionem parit. 14.447

Iuramentum appoſitum in teſtamento, de eo non reuocando, habet vim clauſulæ derogatoriæ, & idem valet, ac ſi expreſſiſſet, ſi aliud teſtamentum poſtea fecerit, nolle derogatum eſſe priori. 19.447

Iuramentum poſterius contra prius Iuramentum peruerſum dicitur, & periurij criminis confirmatorium, & propterea ius ei non aſſiſtit. 22. 448

Iuramentum, quod ſine ſalutis præiudicio ſeruari poteſt ſeruari debet. 23.448

Iuramentum præſtitum ratione officij vel dignitatis, licet tranſeat ad ſucceſſores, renouatur tamen ad maiorem ſolemnitatem, & cautelam. 40. 448

Iuramentum non obligat ad peccatum, neque eſt vinculum iniquitatis, nec firmat locationem de re ſingulis annis fructifera, vltra triennium. 1. 456

Iurans ſe rem ſuam non venditurum, ſi poſtea vendat illicitè facit, non tamen inualidè. 5.403

Iurans non infeudare bona Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice, non intelligitur de feudo dato, & ad Eccleſiam deuoluto, quod eſt licitum; ſed tantum de noua feudi conceſſione, quæ eſt illicita. 18. 405

Iurans non alienare res Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice non intelligitur, quod non poſſit alienare in caſu neceſſitatis, vel quod non poſſit alienare res modicas, aut parum vtiles. 19. 406

Iurans, ſe Procuratorem non reuocaturum, valide tamen reuocat & ille deſinit eſſe eius Procurator, 5.447

Iurans, ſe votum non factum inconſulto Confeſſa-

rio, valide tamen inconsulto illo votum facit. 6. 447

Iurans se testamentum non reuocaturum, si postea reuocet, periurus fit; sed valide reuocat. 10.447

Nemini datum est alienam *Iurisdictionem* vsurpare, & in alienis causis se miscere. 13.14

Iurisdictio appellatur à iure dicendo. 6.16

Iurisdictio manualis per modum iustæ naturalis defensionis transfertur etiam in personas priuatas. 9.35

Iurisdictio Ecclesiastica, & ciuilis se inuicem adiuuare debent. 4.45

Intentio præsentandi processum Iudici Ecclesiastico non confert Iurisdictionem ad capiendam informationem contra personas Ecclesiasticas. 2.49

Iurisdictio Ecclesiastica, & laicalis debent mutuo se adiuuare, non autem destruere, vel impedire. 12.50.

An possint Ecclesiastici iurisdictioni laicę resistentes à potestate laica capi, & puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis. 60

An possint Ecclesiastici iurisdictionem laicam, vel alia Regalia vsurpantes, à potestate laica priuari bonis temporalibus? 60

Iurisdictio laica ab Ecclesiasticis vsurpata nõ confert laicis ius vsurpandi, vel occupandi bona Ecclesiasticorum, ad seruandam æqualitatem in iudiciis. 3.60.

Iurisdictio competit Ordinario in extraneos suam iurisdictionem vsurpantes, vel impedientes, sed non procedit quoad Iudices laicos in Ecclesiasticos. 4.60

Eodem modo quo pertinet ad Iurisdictionem punire Ecclesiasticos in personam pertinet ad eandem eos punire in bonis. 4.60

Iurisdictio Ecclesiastica essentialiter distinguitur à Potestate, seu Iurisdictione ciuili, quia illa est spiritualis, ista est temporalis. 2.65

In dubio Iurisdictionis Ecclesiasticæ consulendus est Papa. 18.77

In dubio Iurisdictionis inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem, cognitio spectat ad Ecclesiasticum. 19.77

Iurisdictio Ecclesiastica excellit profanam, vt contra eam nec de tacita, nec de expressa prorogatione fauore alterius Iudicis obiici possit. 6.82

Tempore Romanorum Imperatorum totius orbis Dominorum cum omnis Iurisdictio in Principe resideret nulla Iurisdictionum diuisio aderat, præter illam, quæ alteri mandabatur, & quæ in mandante erat. 8.82

Sciffis, diuiso Imperio, Iurisdictionibus, opus fuit, & licuit vnicuique Iudici citra proprium assensum, vetare subditis, ne in alterum Iudicem consentirent. 12.82

Duo in Clericis requiruntur vt consensus tribuat Iurisdictionem, vt Persona Iudicis eiusdem ordinis sit, & vt tuus Episcopus consentiat. 18. 85

Habens iurisdictionem in causa principali, habet etiam iurisdictionem in incidenti, & accessoriis, sine quibus causa dici non potest. 5.86

Iurisdictio Ecclesiastica, & ciuilis, seu secularis omnino sunt inter se distinctæ, & separatæ, & absolutio in vno Iudicio, non parit exceptionem Rei iudicatæ in altero Iudicio. 2.96

Ad obligandum aliquem legibus requiritur Iurisdictio. 15.119

Iurisdictio contentiosa iuxta Doctrinam Accursij est illa, quæ in inuitum exercetur. 9.146

Iurisdictio contentiosa non exercetur præcisè in inuitum, sed Iurisdictio contentiosa est illa, quæ præterquam quod exercetur in inuitum, indiget testibus, citatione, vel alia iuris solemnitate. 10.146

Iurisdictio quando pendet solum à voluntate obligantis non contentiosa, sed potius voluntaria dicitur. 11.146

Iurisdictio cohæret Territorio. 3.149

Iurisdictio diuiditur in voluntariam, & contentiosam. 1.151

Ad contentiosam Iurisdictionem pertinet leges condere, præcipere, excommunicare, punire causas seu controuersias tam ciuiles, quam crimina les definire. 2.151

Voluntaria Iurisdictio versatur circa publicæ Potestatis exercitia, qualia sunt legitimare, dispẽsare, beneficia conferre, Sacramenta administrare, matrimoniis assistere & his similia. 4.ibid.

Turbans Episcopi iurisdictionem potest ab Episcopo puniri, quia tunc punitio reducitur ad ius naturale, sed non potest puniri censuris ipso facto incurrendis Regularis qui non est eius subditus. 20.167.

Habens iurisdictionem quasi Episcopalem est Iudex Ordinarius in rebus fidei, vt sunt Priores, & Abbates exempti & Capitulum sede vacante. 10.181.

Iurisdictio Episcoporum & Inquisitorum stat vtroque modo sc. & copulatiuè, & disiunctiuè. 16. ibid.

Iurisdictio generaliter delegata Inquisitori pro aliqua Diœcesi non derogat Iurisdictioni Episcopi, quia vtrique in solidum concessa est. 1. 182.

Iurisdictio delegata ex causa delegationis est maior qualibet alia Iurisdictione contra nonnullos non improbabiliter contrarium sentientes. 5. 183.

Concessa Iurisdictione, & cognitione causæ principalis, conceduntur etiam accessoria, iuxta illud: Accessorium sequitur naturam sui principalis. 5.188.

Iurisdictio Inquisitoris cum sit delegata à summo Pontifice est maior Iurisdictione ordinaria, & sic vbique locorum coram Inquisitore comparere debent. 9.192.

Iurisdictio Inquisitorum censetur suspensa cessante suspicione contra fidem. Sed contra, ratione absolutæ commissionis. 18.192

Iurisdictione concessa concedu ntur omnia, sine quibus Iurisdictio exerceri non potest. 13.194

Iurisdictio Episcopi non potest extendi ad Regulares extra casus expressos. 1.197

Iurisdictio Ordinarij in Regulares non est capax extensionis de casu ad casum ex paritate rationis. 8.ibid.

Iurisdictionis extensio Ordinarii in exemptos est contra Pontificem, & sic odiosa, non autem fauorabilis. 10.ibid.

Ordinarii Iurisdictio in exemptos non est fauorabilis, sicuti est in personas subditas; sed potius odiosa. 16.198

Iurisdictionis defectus dicitur omnium maximus quoad annullationem actuum. 8.199

Intisdictio non requiritur ad absoluenda peccata venialia cum sint materia sacramenti Pœnitentiæ non necessaria, sed solum sufficiens. 9. 205.

Iurisdictio alia immediatè datur à Christo, alia à Prælatis. 1.206
Iurisdictio immediatè data est à Christo Apostolis super omnes fideles, quamuis specialiter Petro. 2.206
Iurisdictio in foro Pœnitentiæ alia est ordinaria, alia delegata. 1.207
Iurisdictio ordinaria primo competit summo Pontifici, eiusque summo Pœnitentiario in omnes Christi fideles. 2.ibid.
Iurisdictio ordinaria secundo competit Episcopo, eiusque Vicario in omnes tam Clericos, quam laicos suæ diœcesis; quod etiam dic de Prælatis exemptis in ordine ad suos subditos. 3.ibid.
Iurisdictio ordinaria tertio competit Parocho, eiusque perpetuo Parochiæ Vicario, in omnes suæ Parochiæ fideles. 4.ibid.
Iurisdictio delegata in foro contentioso mortuo delegante expirat. 8.212
Iurisdictio alicui ad Iustitiam delegata, habet rationem mandati, non gratiæ. 10.ibid
Iurisdictio, quæ in Decreto Vrbani tribuitur Episcopo Gienenti est delegata. 10.221
Iurisdictio in foro Pœnitentiæ interdum confertur cum ipsa approbatione, interdum ante Episcopi approbationem; sed dependenter ab illa. 3. 223.
Iurisdictio è contra interdum confertur sacerdoti post eius approbationem. 4.ibid.
Nemo potest exercere Iurisdictionem in seipsum. 5.237.
Iurisdictio in foro externo requiritur in ferente censuram, & subiectio in eo, in quem fertur.. 25. 243.
Iurisdictio, quæ in dispensatione exercetur non est coactiua, neque contentiosa, neque sententiatiua; sed omnino voluntaria & directiua & ideo non repugnat illam exercere in seipsum. 4.245.
Nihil prohibet quominus alter iurisdictionem cõmittere possit ergà se ipsum exercendam. 2.248
Ecclesiastica, & ciuilis Iurisdictio adinuicem iuuare se debent, cum sint ad inuicem confœderatæ. 9.383.
Iurisdictio Ecclesiæ solum se extendit ad opera externa punienda. 6.496
Ius canonicum sæpe præcipit leges ciuiles seruari, & sic ab illarum obseruatione non eximit Ecclesiasticos. 19.7
Ius naturale inter leges ciuiles appositum, restat naturale, non efficitur ciuile. 21.20
Ius patriæ potestatis est introductum à Potestate seculari, & non Ecclesiastica. 40.91
Ius gentium protegit, & immunes reddit Legatos solum intra terminos Legationis, vt possint etiam inter hostes libere, & sine periculo accedere. 5. 103.
Ius Gentium non concedit id quod est contra ius naturale. 7.103
Ius quodlibet & lex quælibet non extenditur magis, quàm exigat finis. 8.105
Ius, & lex accipi debent secundum mensuram finis, & rationis. 11.103
Concurrentibus duobus Iuribus minus forte cedit fortiori, & sic ius gentium cedere debet Iuri naturali. 12.104
Iura loquentia de habitatione requisita ad contrahendum Domicilium, limitantur quando agitur de Domicilio parochiali. 11.116
Ius puniendi turbantem iurisdictionem incipit solum cum incipit turbatio, excommunicationis autem impositio est iurisdictio exercita ante turbationis iurisdictionem. 22.167
A iure antiquo non est recedendum, nisi in quantum iure nouo correctum illud inuenitur. 8. 186
Ius subiiciens Regulares Ordinario est abrogatum, vt odiosum, & præiudicans communi vtilitati, & Iurisdictioni summi Pontificis. 13. 197
Correctio iurium vitari debet, & iura iuribus si fieri potest conciliare debemus. 22.218
Quod quisque Iuris in alterum statuit, eodem ipse vti debet. 25.238
Ius ciuile in materia Ecclesiam, & ius ipsius concernenti, non habet iurisdictionem, nisi ad fouendam dispositionem Iuris Canonici. 3. 254
Iura iuribus conuenire decet & Iurium correctio quoad fieri potest, vitari debet. 7. 254
Ius positiuum per consuetudinem legitimè præscriptam non est cur in parte abrogari non possit. 2. 255
Ius canonicum non est contrarium dicto textui cit. in l. 1. C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. 28. 278
Ius Ciuile statuit Gentilem confugientem ad Ecclesiam & Baptismum petentem, non esse defendendum, ob præsumptionem, quam habet, quod simulatè petat. Ergo talis præsumptio est Iuris, & de Iure, & contra ipsam non admittitur probatio directa, secus autem indirecta. 39.279
Ius naturæ dictat fugam; quando imminet periculum graue. 7. 301
Iura generaliter sine distinctione loquuntur de confugientibus. 10.301
In iure nullibi reperitur statutũ quod vulnerans proditorie, morte non secuta, priuetur immunitate. 3. 314
Ius loquendo de lædentibus maiestatem, ineludit omnem, qui in Maiestatem delinquit, quæ propositio vera est si antecedenter ad delictum erant subditi, secus si tantum concomitanter. 5. 327
Vbi Ius non distinguit neque nos distinguere debemus, præsertim si distinctio sit in præiudicium Ecclesiæ. 5. 341
Ius ciuile, cum discordet à Canonico in materia Immunitatis, standum est Iuri canonico. 19. 343
In iure vani timoris, ac doli ratio non habetur. 8. 347
Quisque vti potest iure suo, licet per accidens impediatur ius alterius; quin licet per accidens sequatur damnum alterius. 38.359
Iura generaliter loquentia generaliter sunt intelligenda. 30.364
Vbicunque etiam in odiosis, & pœnalibus, est eadem ratio, & omnimoda similitudo, debet esse eadem Iuris dispositio, quia tunc non fit extensio, sed declaratio Iuris. 10.367
Neque de iure Canonico permittitur in casibus exceptis Reum Curiæ seculari tradi, nisi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali. 3. 375
De iure cæsareo si maritus inuenerit in Ecclesia hominem sibi de adulterio suspectum cum Vxore sua loquentem, debet ambos Defensori Ecclesiæ tradere, vt seruentur, donec secularis iudex, qui de hoc cognoscere debet inquirat;

inquirat Episcopum, vt illos ipsi tradat. 5. 375

De iure Cæsareo licet Reus per iudicem laicum possit, si cum armis ad Ecclesiam confugerit inde extrahi, non tamen poterit incontulto Episcopo. 6.ibid.

Tale iudicatur ius, seu actio, qualis est res, ad quam est ius, seu actio. 3.395

Ius, & actio non comprehenditur sub bonis mobilibus, neque sub immobilibus, vbi expresse verba intelliguntur; secus autem est in hac materia prohibitionis de non alienando in fauorem Ecclesiæ. 4.ibid

Ius Ecclesiæ percipiendi fructus aliquos per decennium, connumeratur inter bona immobilia. 5.ibid.

Iure antiquo in alienatione bonorum Ecclesiæ Cathedralis requirebatur cõsensus sedis Apostolicæ, non quidem vt alienatio esset valida, sed solum vt esset licita; etiam si Episcopus in sui consecratione iurauisset, se bona Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, non alienaturum. 1. 403.

Iure nouo per extrauagantem Ambitiosæ Pauli II. requiritur consensus apostolicus non solum in rebus Ecclesiæ Cathedralis; sed etiam cuiuscumque alterius Ecclesiæ, & loci pij, vbi tamen extrauagans, est recepta. 6.ibid.

Iuris solemnitates in permutatione rerum Ecclesiasticarum seruandæ sunt spectata consuetudine, etiam si fiat inter ipsas Ecclesias. 1.422

In praxi eadem iuris solemnitas, idemque assensus Apostolicus adhibetur, in permutatione inter Ecclesias, ac adhibetur in venditione, & donatione inter easdem. 6.ibid.

Ius sepulchri sine simonia donari potest, seu permutari cum alia re spirituali. 10.424

Ius sepulchri in sententia nonnullorum Doctorum, etiam directè, seu solitariè sumptum sine simonia vendi potest. 11.ibid.

Ea, quæ de iure veniunt, semper facta præsumuntur. 10.442

Quisque sicut habet summum ius ad tuendam vitam, ita habet summum ius ad tuenda bona, quæ sunt instar vitæ. 22.491

Ius commune non tollit priuilegium speciale, nisi expresse illi deroget. 18.510

Iuris correcti est stricte interpretanda. 3.513

Ius naturale fortius obligat quam ius positiuum. 4. 518.

Multotiens in iure magis puniuntur delicta minora committentes propter specialem rationem, quæ in illis concurrit. 9.531

Afferuntur diuersa iura prohibentia loqui cum Monialibus, vide. 21.551

In alienatione *Iurispatronatus*, sepulchri, & similium, cum computentur inter bona immobilia, vel saltem mobilia pretiosa; seruandæ sunt iuris solemnitates, si penes Ecclesiam existant. 1. 424.

Ius patronatus laicum potest alienari de solo consensu Episcopi. 2.ibid.

Ius patronatus sepulchri, & similium est quid spirituale. 3.ibid.

Ius patronatus sine simonia simpliciter alienari potest donatione; quia rebus sactis irreuerentia non committitur in donatione. 5.ibid

Donatio iuris patronatus laicalis non indiget Episcopi consensu si fiat Ecclesiæ, vel loco pio; secus si fiat laico 6.ibid

Iuspatronatus potest recipi à Regularibus non expectato Episcopi consensu. 8.323

Vendens Iuspatronatus, licet sit quidem simoniacus, & peccet mortaliter; non tamen est excommunicatus, nec alias simoniaci pœnas incurrit. 17. 496.

Iustinianus Imperator libertatem Ecclesiasticam non parum minuere cœpit, & cur. 28.4

K

K A

AN quis excusetur, à communibus legibus Ecclesiasticis, vt ieiuniorum, Festorum &c. ratione *Kalendarij* noui non recepti, vbi reperitur. 143

An, si quis in suo loco expleuit præceptum dei festi, & ieiunij, etiam Quadragesimalis: item Confessionis, & Cõmunionis &c. & postea peruenit ad alium locum, vbi propter non receptum dictum nouum Kalendarium Gregorianum, huiusmodi præcepta obligant, teneatur illa seruare, præsertim si ibi Domicilium figat. 143

Vbi Kalendarium nouum iussu Gregorij XIII. editum non est receptum, fieri potest vt ratione itineris etiam à communibus legibus Ecclesiasticis liberetur. Vide exempla allata. 1. ibid.

L

L A

L*Aborantes* non excusantur à Ieiunio ob laborem existentem, sed ob necessitatem laboris. 8.142

Laborantes non tenetur diebus festiuis ieiunare non tam ob defatigationem præcedentis diei, quam ob necessitatem ad laborandum die sequenti. 9. ibid.

Laici ex parte priuilegij capaces sunt iurisdictionis Ecclesiasticæ. 19.24

Laicus deponens falsum coram Iudice Ecclesiastico, à Iudice Ecclesiastico puniri debet. 7.40

Laici habent iurisdictionem inferiorem ad Prælatos Ecclesiasticos; quapropter illis manet potius necessitas obsequendi Prælatis Ecclesiasticis, quam auctoritas imperandi. 8.46

Laici quando summus Pontifex derogat eorum Iuripatronatus seruato iuris ordine ad Pontificem appellare possunt, dummodo id faciat opera, & ministerio Iudicum Ecclesiasticorum. 32.54

Laicus sicut non est capax proprietatis rei spiritualis ita etiam non est capax possessionis iuris spiritualis. 10.77

Laici non possunt Decimas possidere, neque possunt eas prescribere, nisi titulum, seu concessionem exhibeant, vel saltem constantem famam, de concessione sibi factam, demonstrent. 44.79

Laici possunt prorogare Iurisdictionem Ecclesiasticam, no item Clerici. 13.82

Laicus nullo pacto potest statuere super vtili Dominio rei Emphyteuticæ Ecclesiæ. 16.108

Laici sicut non possunt statuere; ita nec possunt inducere consuetudinem onerosam Ecclesiis. 40. 109.

Laicis, etiam Religiosis obsequendi necessitas relicta est non auctoritas imperandi, & de rebus Ecclesiæ disponendi nulla est iis attributa potestas. 47. 110.

Laici statuentes contra Ecclesiam anathemati, pœn-

Digitized by Google

pœnâ feriuntur. 48.110
Laicus ſocius Clerici ſequitur forum eiuſdem Clerici. 57.111
Laicus exemptus à Iuriſdictione alterius Iudicis Laici, non poteſt ab illo Iudicari, etiamſi alias ſit capax Iuriſdictionis laicalis. 9.193
Laicus, ſiue Eccleſiaſticus habens adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, ſi ſcienter in quantitate notabili alienet, deſtruat, vel dèmolliatur in effectu bona, quæ ſunt immobilia, vel mobilia pretioſa eiuſdem Eccleſiæ quæ ſeruando ſeruari poſſunt, violat Eccleſiaſticam immunitatem. 1.390
Non ſolum Laicus Sodomita, ſed etiam Clericus non priuatur immunitate. 6.337
Latro Publicus priuatur Eccleſiaſtica immunitate. 1.295
Latro eſt qui deprædatur violenter. 2.295
Publicus, qui deprædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica, etiam mari, vel flumine, vel per vim in Domibus priuatorum. 3.295
Diffamatus in vno ex multis, Latrocinio publico, vel ex aliquibus ſecretis, dum latro publicus reputatur, non gaudet Eccleſiæ immunitate; multò magis, ſi ſit latro notorius notorietate iuris. At gaudet, ſi non ſit notorius, nec notorietate facti, nec iuris. 4.295
Præſumptio vel dubitatio quod aliquis ſit publicus Latro non ſufficit ad effectum, ipſum priuandi immunitate Eccleſiaſtica; ſed debet in hoc caſu conſtare eſſe latronem publicum per informationem factam citata parte, & per iudicis ſententiam. 6.295
Latro publicus, vt immunitate priuetur, requiritur, quod deprædetur in viis publicis, & itineribus frequentatis, & non ſufficit, quod furetur per inſidias in loco non publico. 7.195
Item requiritur quod non ſemel, ſed bis, vel ter tale delictum commiſerit. 9.295
Nomen latronis frequentiam denotat. 10.295
Non ſufficit quod pluries tentauerit, ſed requiritur quod pluries conſummauerit, cum ſimus in materia odioſa & pœnali. 11.295
Quod dictum eſt de publico Latrone, idem dicas de Graſſatore, & agrorum depopulatore. 14.296
In aliquibus Regnis publici Latrones, graſſatores viarum, Depopulatores Agrorum per vnicum delictum vita priuantur: at non ſic eſt de immunitate, circa quam Principes non poſſunt diſponere. 15.296

L E

Impune delinquere contra ius naturale non ſpectat ad munus *Legationis*. 6.103
Legatarius rei certæ ſtatim per mortem legantis acquirit dominium legati. 33.411
Legatos punire eſt contra Ius gentium. 1.103
Legati in ſententia multorum Auctorum non poſſunt puniri etiamſi moliantur contra Rempublicam, & Regnum. 1.103
Legatus, cum repræſentet Perſonam ſui Domini non ſubeſt ei ad quem eſt legatus ſimpliciter; & per ſe, ſubeſt tamen ſecundum quid, & per accidens, ſc. ratione delicti. 1.104
Ineptum dicitur legatos pro punitione remittere ad ſuum Principem. 3.104
Violare Legatos, eorumque famulos eſt contra ius gentium in caſu, quod illi non abutantur iure ſuæ legationis. 20.104
Violare legatos eorumque famulos eſt grauiſſimum delictum etiam contra ius naturale, & Diuinum de conſeruando bono communi Vniuerſi, ad cuius conſeruationem ſunt neceſſarij legati. 21.104
Legati, ſeu Oratores de iure gentium, ſicuti fictione quadam habentur pro Perſonis mittentium; ita ſimili fictione conſtituuntur extra Territorium, in quo ſunt. 2.105
Legati, ſeu Oratores in operando non debent ſequi motum Principis apud quem reſident, ſed motum Principis, à quo miſſi ſunt. 3.105
Legati & Nuncij Apoſtolici erigunt in traditionem ſuæ legationis proprium tribunal, & cognoſcunt de delictis ſuæ familiæ laicalis, quod ſecularibus Legatis non conceditur. 8.105
Legati, & Oratores neque ſubſunt legibus, & edictis Diœceſanis ſynodalibus, & ordinariorum loci, vbi ſunt. 8.106
Legati, ſeu Oratores non ſubſunt, neque obligantur legibus, decretis, ſtatutis vel edictis municipalibus Diœceſanis, vel localibus cuiuſcumque loci; ſed ſolum Iure communi. 12.106
Legatus à Latere de iure poteſt cognoſcere de hæreſi contra omnes, quia vices ſummi Pontificis pleniſſimè gerit; de conſuetudine, tamen ſine ſpeciali commiſſione id facere non poteſt neque quoad alios. 2.181
Legatus natus non poteſt exercere iuriſdictionem in Regulares exemptos. 1.231
Legatus à latere ſolum poteſt exercere iuriſdictionem in Regulares exemptos. 2.231
Legatus natus non poteſt exercere dictam iuriſdictionem niſi hoc in eius privilegiis ſpecialiter ſit expreſſum. 3.231
Legatus à latere non poteſt relaxare iuramentum factum à Prælato de non alienandis bonis Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, quia id eſſet in præiudicium ſummi Pontificis. 26.406
Si vero Legatum ſine conſenſu repudiat, non validè repudiat, quia ius eſt acquiſitum Religioni. 25.408
Legatum quodlibet generaliter in ſpecie relictum tranſit à morte Teſtatoris in dominium legatarij; neque requiritur expectare hæreditatis additionem. 5.409
Legatum; vel hæreditas delata, & Eccleſiæ non incorporata, non eſt ius Eccleſiæ acquiſitum; ſed acquirendum. 12.410
Quamuis Legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cum repudiatur, retro noſtrum non fuiſſe palam eſt. 37.411
Legatum in codicillis tollit primo legatum in teſtamento. 22.510
Legiſlator non obligatur ſuis legibus directè; ſed ſolum indirectè. 7.237
Legiſlator tranſgrediens ſuam legem poſitiuam, non peccat aduerſus eam; Sed ſolum aduerſus legem naturalem dictantem legiſlatorem debere ſuis ſubditis conformari. 8.237
Legiſlator facilius quam ſubditus à mortali peccato excuſari poteſt, ſi legem propriam ceſſante ſcandalo violet. 12.237
Legiſlator teneatur ſub mortali, ſicut tenentur & ſubditi, ſeruare taxam à ſe factam; item ſeruare leges contractuum à ſe factas; non à ſuis legibus ſed à iuſtitia naturali, qua cauetur ne res vendatur carius quam communiter valeat. 7.234
Legiſlator cum aliquo celebrans contractum, qui alias ſuis legibus innitus eſt, cenſetur in eo diſpenſare. 11.239

Legiſlator non poteſt manere obligatus altero manente deobligato. 12.239
Legiſlator ſecum diſpenſans ſine iuſta cauſa in ſententia Caietani, & ceterorum, mortaliter peccat. 1.240
Legiſlator ſecum diſpenſans remoto ſcandalo, & graui damno alterius in ſententia multorum non peccat mortaliter. 3.240
Legiſlator non eſt ſuæ legis tranſgreſſor; ſed naturalis dictantis debitum conformitatis ipſius. 5. 242
Legiſlator tenetur legem ſuam ſeruare, quando materia legis eſt communis. 25.187
Legitimatio, ſeu natalium reſtitutio fieri ſolet per reſcriptum Principis, vel alterius Perſonæ à Principe poteſtatem habentis. 2.89
Legitimatio duplex eſt, vna ad Eccleſiaſtica iura, quam ſolus ſupremus Princeps concedit, altera ad iura Ciuilia, quam quilibet Princeps temporalis impertitur ſubditis ſuis etiam propriis filiis, quin & Clericorum filiis, etiam ſi ipſi quoque Clerici ſint. 3.89
Legitimatio non ſortitur effectum, niſi acceptetur, & rata habeatur à legitimato. 7.89
Legitimatio non tam reſpicit Perſonam ipſius Clerici legitimandi, quam bona ipſa, quæ ſupponuntur ſita intra territorium Principis legitimantis contra nonnullos. 8 90
Legitimatio aliquibus dicitur actus Iuriſdictionis, quam Princeps ſecularis in Clericum, eiuſque bona non habet. 9 90
Legitimatio Eccleſiaſtica à Pontifice collata efficit quem habilem ad ſacros ordines, & Beneficia etiam curata non item ad Dignitatem Cardinalitiam, vel Epiſcopalem. 18.90
Legitimatio, ſeu potius diſpenſatio ſecundum quid, ſeu ad certum effectum, ſcilicet ſuper Irregularitatis impedimento ab Epiſcopo communi iure illegitimis conceditur ad minores ordines, & ſimplicia Beneficia tantum. 19 90
Legitimatio per profeſſionem eſt quædam generalis Legitimatio & ideo non continet ſpecialia Legitimationis priuilegia. 24.90
Legitimatus per ciuilem legitimationem à Principe ſeculari conceſſam ſuccedit in hæreditate Parentum, & aliorum Conſanguinetorum inſtar legitimorum filiorum. 13.90
Legitimatus non ſuccedit in paterna nobilitate, in feudo, & primogenitura, niſi expreſſe dicatur in Principis reſcripto. 14.90
Legitimatus per oblationem Curiæ Principis Terreni legitimabatur cum habilitate ſuccedendi in bonis paternis, ſed talis vſus receſſit. 25.90
Leges Principum ſecularium, quamuis Eccleſiæ fauorabiles diſponentes de perſonis, vel etiam de bonis Eccleſiaſticis præcipiendo, vel prohibendo ſpeciatim, reprobantur. 14.3
Legem ferre eſt actus iuriſdictionis, quæ iuriſdictionis vſurpatio repugnat Eccleſiaſticæ immunitati. 15.3
Leges Imperatoriæ *in Codic. de ſacroſ. Eccleſ. & Auth. eod. tit.* diſponentes ſpeciatim de Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, ſunt nullæ, tanquam editæ à non habente iuriſdictionem. ſecus vbi ſunt approbatæ à iure canonico. 16.3
Leges Imperatoriæ, ſeu Principum ſæcularium diſponentes de bonis patrimonialibus, ſeu propriis Eccleſiaſticorum ſunt nullæ. 17.3
Lex, vel poteſtas ciuilis, non poteſt aliquid diſponere de bonis Eccleſiaſticorum, quia bona adhærent perſonis, quæ ſunt immunes à laica poteſtate. 18.3
Lex non fertur ſine iuriſdictione. 19.3
Leges confirmantes actus ciuiles, quæ pœnales non ſunt, ſed certam formam actus præſcribunt, ex iuris canonici approbatione comprehendunt Eccleſiaſticos. 33.4
Leges infirmantes actus ciuiles ſi pœnales ſint v.g. in pœnam commiſſi criminis, non comprehendunt Eccleſiaſticos. 34 4
Limita niſi bona fuerint commiſſa, ſeu addicta, vel obligata fiſco propter delictum commiſſum priuſquam perſona fieret Eccleſiaſtica; quia tunc iam fiſcus in ea ius acquiſiuit. 35.4
Obligatio ex Legibus ciuilibus in ordine ad Eccleſiaſticos, non naſcitur ex vi ipſarum legum, ſed ex conformitate quam Eccleſiaſtici habere debent cum laicis, vt potè eiuſdem Reipublicæ ſeu Communitatis partes; ita vt aſtringantur non directè, ſed indirectè. 2.5
Nemo tenetur directè Legibus eius, qui in ipſum non habet poteſtatem, & iuriſdictionem. 3.5
Sicut Leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita, & ſacrorum ſtatuta Canonum, Principum Conſtitutionibus adiuuantur. 6.6
Lex poſterior vniuerſalis non derogat priuilegio anteriori ſpeciali; ſi reuera illud conceſſum fuerit à Pontifice alicui Principi ſæculari. 30.25
Lex ceremonialis Exodi 21. vim non habet niſi quantum ab Eccleſia eſt recepta. 3.34
Leges Principum ſecularium, quibus cauetur quod in concernentibus eorum iuſpatronatus, ne literæ Apoſtolicæ ſine ipſorum conſenſu executioni mandentur, ſi fiant ſine participatione & metu Pontificis, iniuſtæ ſunt. 18.54
Item non habent locum, quando Pontifex expreſſe derogat Iuripatronatus laicorum. 29.54
Lex ciuilis poteſt aliquando ob bonum publicum impedire quominus contractus Reipublicæ pernicioſus impleri debeat. 20,75
Leges præcipientes idem quod continet ius Canonicum, ſeu continentes, validæ ſunt, etiam ſi pœnas adiiciant; quia ius Principum tuentur, & proſequuntur. 20.85
Lex, vel Princeps, præſertim in fauorabilibus in ordine ad Communitatem, cum non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. 27.91
Lex eſt medium ordinatum ad finem aſſequendum, & finis dat rationem Legis, quæ eſt anima Legis. 9.103
Lex non eſt niſi ipſa ratio Legis. 10.103
Leges feruntur pro Communitate, & ratione Communitatis deſcendunt ad Priuatos, vt ad partes Communitatis. 4 105
Lex eſt veluti quidam influxus capitis in membra corporis politici, quo mouentur ad terminum boni communis. 5.105
Lex communitatis in qua degunt Legati non ſe extendit ad ipſos Legatos. 6.105
Leges municipales affixæ ſunt loco, & ſic extra locum non obligant. 13.106
Leges Diœceſanæ, quando indiſtinctè latæ ſunt ab Epiſcopo pro tota Diœceſi ab omnibus Diœceſanis ſunt ſeruandæ dum ſunt ibi, ſecus eſt ſi ſolum latæ pro parte Diœceſis. Vide diffuſius reſponſionem ad obiectionem factam. 62,118
Leges locales afficiunt immediatè locum & mediatè Perſonas ibi exiſtentes ſi Iuriſdictioni eius loci

Digitized by Google

ſint ſubiectæ, quales non ſunt Aduenæ & Peregrini. 1.122

Lex localis non obligat abſentes, ſeu extra Territorium exiſtentes. 9.140

Argumentum Leſſij, quod Lex Communis Eccleſiaſtica, quæ in omnibus particularibus Eccleſiis obſeruatur afficiat omnes Chriſtianos, ſoluitur, quod licet obliget omnes & vbique; non tamen obligat omnino abſolute, ſed ſub tacita conditione ſi quis ſit in loco, vbi nondum eſt expletum. 2.143

Lex abſolutè lata abſque explicatione legiſlatoris an veli illam habere locum extra Territorium, ad Territorium tantum reſtringitur, ſecus facta expreſſione in ſententia Bartoli. 3.146

Lex vel ſtatutum afficit immediatè Territorium, eique cohæret, & idcirco neminem ligat exiſtentem extra Territorium, ſententia vero vel præceptum immediatè afficit perſonas ſubiectas, eiſque cohæret, & idcirco eas ligat quocumque iuerint. 13.146

Leges accommodantur ad ea, quæ frequentius accidunt. 21.159

Lex condens ius nouum requirit promulgationem. 6.172

Lex pœnalis non ſortitur ſuum effectum quoad pœnam; niſi præcedat ſententia declaratoria criminis. 9.195

Lex habens admixtum qdium, & fauorem, eſt cenſenda fauorabilis, ſi fauor ſit ex intentione legiſlatoris. 18.198

Lex habens rationem generalem, licet ſit ſpecialis, efficitur generalis, quia cùm ratio ſit anima legis, legem extendit. 18.222

Lex licet extendatur ex identitate rationis, non tamen extenditur de Perſona ad Perſonam, & de loco ad locum. 21.222

Lex præcipiens denũciandos Confeſſarios ſolicitantes edita à Pio IV. pro Regnis Hiſpaniarum, extra ipſa non obligabat, antequam à Gregorio XV. ad omnia alia Regna per aliam legem extenderetur. 22.222

Is qui ſolus non poteſt legem ferre Communitati, ſed cum aliis, inter quos ipſe principem locum tenet, obligatur legibus ab eo, & cæteris latis. 2.236

Lex non continens materiam communem non obligat Principem vt v.g. de non deferendo arma &c. 3.236

Theodoſius, & Valentinianus hæc protulere: Digna vox eſt Maieſtate Regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri: & paulo poſt: Reuera maius Imperio eſt ſubmittere legibus Principatum. 12.237

Iſidorus etiam dixit, Iuſtum eſt, Principem legibus obtemperare ſuis: tunc n. Iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet. 13.237

S. Ambroſius etiam in his verbis, &c. quod cum præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam tibi: Leges n. Imperator ferat, quas primus ipſe cuſtodiat. 14. 237

Lex, & Præceptum ſuperioris eſt erga inferiorem; nemo autem ſe ipſo inferior, ſibique ſubditus eſſe poteſt. 16.237

Lex hominis non ſe extendit, niſi ad creaturas rationales, quæ homini ſubiiciuntur. 17.237

Lex eſt directiua actuum, qui conueniunt ſubiectis gubernationi alicuius; vnde nullus propriè loquendo ſuis actibus legem imponit. 18.237

Leges Principis etiam ſeculatis in Conſcientia obligant; ſed aliter Principem legiſlatorem, & aliter ſubditos. 20.237

Lex, & præceptum eſt regula quædam rationis, & eius vinculi capaces non ſunt, qui ratione carent. 18.243

Lex lata tantum pro Prælatis, cui ſit tantum annexa pœna, debet reſtringi quoad eius diſpenſationem. 10.149

Leges ciuiles de immunitate Eccleſiaſtica loquentes, approbantur à iure Canonico. 2.254

Lex Moyſis quoad confugij loca cum cæteris moralibus præceptis ad nos tranſlata non fuit; atque ideo nunc abrogata eſt. 17.278

Leges ciuiles ſeruandæ ſunt quotieſcumque Canonicis non contradicunt. 29.278

Nulla Lex Canonica expreſsè de infidelibus diſponit, gaudeant vel non gaudeant immunitate. 30.278

In Lege, quamuis pœnali, ſit extenſio, ſi alioquin ſequitur abſurdum. 2.291

Leges ciuiles potius denegant, quam concedant immunitatem Debitoribus tributorum. 3.292

Fruſtra Legis auxilium inuocat, qui legem contemnit. 3.299

Lex quiſquis citata ſolum loquitur de crimine læſæ maieſtatis commiſſo aduerſus Imperatorem, Conſiliarios, & Senatores eius, eoſque qui ei militant; & ideo non eſt extendenda ad crimen læſæ maieſtatis commiſſum contra Rempublicam vel Principem inferiorem. 34.325

Lex pœnalis extendi poteſt ad alios ſimiles caſus, præſertim quando in diſpoſitione legis ratio ſcripta eſt, quia tunc non dicitur extendi, ſed comprehendi ſub expreſſo. 2.332

Quod Lex pœnalis extendi poſſit ad caſus ſimiles & maiores ex identitate, vel maiotitate rationis non procedit quando agitur de præiudicio cauſæ fauorabilis. 4.332

Lex imponens pœnam priuationis vocis non extenditur ad priuationem vocis paſſiuæ, præſertim cum vox paſſiua non ſit propriè vox. 19.333

Lex fundata in præſumptione, deficiente præſumptione in aliquo caſu, non obligat in conſcientia. 7.347

In Legem committit non ſolum qui contra ius verba facit; ſed etiam qui contra mentem. 26. 363

In Legem committit non ſolum qui contra eius verba, ſed etiam qui contra mentem. 3.367

Certum eſt quod is committit in legem, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem. 4.367

Recedere debemus à verbis legis ad hoc vt mentem ſeruemus idque non ſolum quando mens, ſeu ratio legis eſt expreſſa, ſed etiam quando non eſt expreſſa. 5.367

Lex frequentioris vſus cauſa aliquid decernens, caſum minus frequentem non excludit, ſed comprehendit. 8.367

Lex licet prohibeat extenſionem, tamen non renuit extenſionem de ſimilibus ad ſimilia. 13.367

Vbicumque & in quacumque materia ratio Legis locum habet, ibi etiam locum habet ipſa lex. 15. 367

In his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extenſiua, ſed comprehenſiua. 16.367

Lex pœnalis licet extendenda non ſit de caſu ad caſum à paritate, vel maioritate rationis, extendenda tamen eſt etiam quando agitur de cenſuris, quando alioquin redderetur eluſoria. 17. 367

Lex extendenda eſt quando primario eſt fauorabilis, licet ſecundario ſit odioſa. 21.368

Leges latæ pro defenſione Immunitatis Eccleſiaſticę, etiam ſi pœnas infligant, fauorabiles ſunt, & inter priuilegia computari debent. 25.368

Lex, quotieſcumque probationem requirit de probatione concludenti, & perfecta intelligi debet. 10. 380

Lex non ſe extendit vltra finem, & mentem legiſlatoris; præſertim quando verba non ſe extendunt vlterius. 37.457

Lex ſecundum rationem attendenda eſt, & per rationem amplianda, & reſtringenda. 38.437

Lex ſeruanda non eſt quando iniquè fieret, ſi ſeruaretur. 5 439

Leges generaliter loquentes non cenſentur improbare quod aliis legibus eſt permiſſum. 8.455

Lex non ligat quando de facto ſeruari non poteſt. 3.459

Lex interpretans in dubio intelligi debet iuxta legem quam interpretatur. 3.470

Lex noua interpretans recipit omnes interpretationes veteris etiam ſi ſtrictius loquatur. 4.470

Lex quantumcumque odioſa, & pœnalis extenſionem admittit ad caſus ſimiles, ſi alioquin lex illa redderetur eluſoria, vel ſi talis extenſio cederet in fauorem animarum, Eccleſiæ, & ſimilium. 17. 477

Lex Eccleſiaſtica non obligat cum periculo vitæ, ſi non inuoluit aliquod bonum commune, ſecus autem ſi inuoluit. 6.483

Lex debet eſſe iuſta, & hominum moribus, & fragilitati accommodari. 5.487

Leges pœnales quatenus præceptum continent, diriguntur ad ſubditos, quatenus pœnam infligunt, referuntur ad Iudices, vt eas in transgreſſores exequantur. 6.487

Lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contrauenientibus pœnas non obligat ante criminis ſententiam, licet ante omnem ſententiam teneantur reſtituere exceſſum pretij. 11. 487

Leges tam Imperiales, quam Pontificiæ imponentes pœnam ipſo iure, & ante Iudicis ſententiam obligantes non tam rigoroſè interpretantur vt ſtatim verbi gratia Reus excidat Dominio, ſed quod Iudicis ſententia retrotrahatur ad diem commiſſi delicti. 11.490

Lex pœnalis, & commiſſoria non eſt facta vt Reſpublica, vel alter pœnis locupletetur; ſed ſolum vt leges ſeruentur, & ſubditi officium ſuum præſtent. 28.492

Leges pœnales, præſertim Eccleſiaſticæ, interdum ſtatim ipſo facto poſt commiſſum crimen, ante omnem Iudicis ſententiam, efficiunt Reum inhabilem ad acquirendum, vel ad vtendum acquiſito. 2.499

Lex pœnalis probabilius non extenditur quoad pœnam ad caſum non expreſſum, etiam ſi in illo ſit maior, nedum eadem ratio. 11.531

Qui elegit neſcire vt liberius delinquat, videtur grauius contemnere Legem; peccatum tamē illud dicitur grauius per relationē ad actum voluntatis, quo voluit quis ex propoſito ignorare non autem ſecundum ſe, & abſolute conſideratum. 6.533

Lex, quæ punit occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hæreditariam; quia fictè, & non verè eſt alterius. 13.535

Lege fauorabiles loquentes in caſu vero, extenduntur etiam ad caſum fictum. 23.534

Lege pœnalis ex probabili non obligat ſub mortali, quamuis contrarium ſit probabilius. 6. 553

Legis intelligentia deſumenda eſt ex ratione legis, quæ eſt anima legis. 3.554

Lex pœnalis non debet extendi à caſu expreſſo ad alium non expreſſum præſertim diuerſum. 3. 556

Lex nulla generalis in communi iure Pontificio, nec in aliis Pontificum decretis inuenitur, quæ prohibeat ingreſſum Mulierum in Virorum Monaſteria ſub mortali, neque ex natura rei in hoc actu per ſe eſt intrinſeca malitia. 5. 557

L I

Nomine *Libertatis* Eccleſiaſticæ non venit Immunitas, ſi quidem libertas refertur ad Perſonas, immunitas autem ad locum. 2.369

Licentia in ſcriptis ad accedendum ad Monaſteria loquendi cauſa cum Monialibus, vt quis vitet peccatum, & pœnas non eſt neceſſaria, ſed ſufficit oretenus data à Vicario Epiſcopi. 15. 175

Licentia data indefinitè, abſque temporis præfixione extinguitur per primam collocutionem. 16. 156

Licentia data regulari loquendi cum Monialibus ſe extendit ad ſocium, ex eo quod in connexis ſit idem iudicium. 26.177

Licentia loquendi cum Monialibus non conceditur Regularibus niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa. 19.177

Licentia quæ datur ab Epiſcopo Regularibus ad confeſſiones ſecularium audiendas, non eſt propriè licentia; ſed approbatio Perſonæ, & quaſi iuſta ſententia, ſeu declaratio, quod talis Perſona ſit idonea ad confeſſiones audiendas. 38. 217

In caſu ſedis vacantis Licentia petenda eſt à Vicario capituli. 2.373

Licentia licet regulariter peti debeat ex illo, à quo negari poteſt, tamen debet peti à Iudice Eccl. qui illam negare non poteſt, ne generetur confuſio. 9.376

Licentia egrediendi è Monaſterio debet eſſe in ſcriptis, ſicut & ingrediendi in ipſa. 9.472

Licentia egrediendi è clauſura conceditur, etiam in cauſis recenſitis. 18.477

Concedens Licentiam ex officio aliis ingrediendi Monaſteria non debet eſſe deterioris conditionis quam alij, ſed debet vti in ingreſſu duobus conditionibus, hoc eſt vt id faciat in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac Religioſis Viris comitatus. 2. 507

Licentia ingrediendi debet eſſe ſpecialis, & iam conceſſa intelligitur pro vnica tantum vice. 1. 508

Licentia ingrediendi Monaſterium Monialium non ſufficit, nec valida eſt ſi non faciat mentionem de ingreſſu Monaſterij etiam ſi ſit ad quoſcumque actus per ſuperiorem conceſſibiles, valida tamen eſt ſi ſit ad ingreſſus cuiuſcumque Monaſterij. 2.508

Licentia ingrediendi indefinitè conceſſa intelligitur pro vna vice tātū, niſi aliud in ea explicetur. 3.509

Habent

Habens Licentiam ſpecialem loquendi cum Moniali, ſi ea vtatur in tempore quo omnibus eſt conceſſum cum ipſis loqui, non poteſt amplius ea vti. 13.509
Ingrediens ex vi Licentiæ generalis, videtur renunciaſſe licentiæ ſpeciali. 23. 506
Licentia ingrediendi clauſuram Monaſterij Monialium debet eſſe in ſcriptis, non ſufficit tacita, nec oretenus conceſſa. 1.511
Licentia in ſcriptis requiritur etiam ad licitum Monialis ex clauſura egreſſum. 2. 511
Licentia oretenus à Prælatis conceſſa Clericis adſtrictis reſidentia non excuſat eos à fructuum amiſſione. 7.511
Licentia in ſcriptis neceſſaria eſt etiam ingrediétibus verbi gratia miniſtrandi cauſa Sacramenta, medendi infirmis, vel conſtruendi ædificium, quia licet his omnibus, in ſpecie ſit conceſſa, non autem eſt in individuo. 11.512
Licentia in ſcriptis non eſt neceſſaria miniſtris quando periculum eſt in mora, & ſuperior non poſſit commodè aditi, & ſi ſit periculum eam obtinendi ore tenus, abique ea ingredi poſſunt. 13.512
Licentia ſi in ſolo ſcripto expectando periculum eſſet, eſt neceſſaria oretenus. 14.512
Licentia ingreſſus ſicut debet eſſe in ſcriptis, ita licentia egreſſus alicuius Monialis in ſcriptis eſſe debet. 20.512
Licentia ingrediendi ad hoc vt ſit iuſta, requiritur quod ingrediendi cauſa ſit iuſta, & manifeſta. 1. 513
Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non requiritur, quod ſit etiam in ſcriptis. ibid. 513
Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non eſt propriè ingrediendi licentia, quam ſolam in ſcriptis obtineri petit Tridentinum corrigens cap. periculoſo de Regul. in 6. 2.513
Licentia pro Medicis, Chirurgis &c. concedi ſolita ſingulis quibuſcumque trimeſtribus renouari debet. 10.515
Licentia ingrediendi non eſt conceſſa niſi ob cauſam, qua ceſſante, ceſſat ipſa licentia. 3.524
Licentiæ ingrediendi olim aliquibus Mulieribus conceſſæ, reuocatæ fuerunt, & per quos, & quomodo. 9.524
Licentia non liberam, ſed prudentiæ conſonam voluntatem importat ad allegata per Bartolum. 4. 528
Licentia, vtpotè ab Inferiore ſine iuſta cauſa conceſſa eſt nulla, & irrita. 6.528
Superior concedens Licentiam ingrediendi ſine iuſta cauſa non incurrit excommunicationem. 7. 528
Qui obtenta Licentia accedendi ad Monaſterium, & loquendi cum aliqua ibi, aliquam data occaſione alloquitur, non violat præceptum prohibens acceſſum; ſecus ſi præceptum ſit de non loquendo. 7.549
Lis inter Vaſſallos eſt terminanda per Dominum feudi, etiam ſi Eccleſiaſticus ſit. 13.108
Litera hortatoriæ ſunt admirabilis admonitio. 12.12
Facultas recognoſcendi Literas Apoſtolicas per Principes laicos non poteſt poſſeſſione quacumque longiſſima præſcribi. 8.53
Subreptio, & falſitas literarum nullam inducit obligationem obediendi, nullumque peccatum committitur in impedienda earum executione, ſed debet eſſe clara & euident, & non per examinationem Iudicum ſecularium. 14.53
Literæ niſi examinentur, non poteſt conſtare de earum ſubreptione. 15.53
Caſus ſubreptionis, & falſitatis literarum, non excuſat Principes ſeculares, cum ea poſſint examinari per Iudices Eccleſiaſticos. 15.53
Iuriſdictio Eccleſiaſtica vſurpatur à laico per declarationem ſubreptionis Literarum. 17.53
In Bulla Cœnæ excommunicantur quæcumque Perſonæ quæ quocumque prætextu retardauerint in ſuis Cancellariis Literas Apoſtolicas, etiam prætextu violentiæ, & informandi ſummum Pontificem. 18.53
Summus Pontifex non vult ſuas Literas executioni mandari, ſi veritas non nitatur, non tamen ea poſſunt per Iudices laicos examinari. 19.53
Iudices laici, ſi dubitetur de valore Literarum Apoſtolicarum poſſunt id opponere coram Iudice Eccleſiaſtico. 20.54
Defendentes literarum Apoſtolicarum Licitam retentionem, non intelligunt, vt in perpetuum ſuperimantur, ſed vtris examinatis certior de veritate fiat ſummus Pontifex. 21.54
Princeps laicus, quin & quicumque priuatus de cuius præiudicio agitur in caſu, quo non pateat aditus ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, vel illum poſſit declarare ſubreptionem Literarum & in mora ſit periculum magni damni, poteſt per modum iuſtæ defenſionis illarum executionem impedire, & interim ſummum Pontificem certiorem facere. 22.54
Præceptis, & Literis Apoſtolicis publicam vtilitatem lædentibus, ſi non ſupperat aliud remedium, quam earum executionem impedire, priuata auctoritate etiam armis, ac vi, ſalua præcipientis Perſona, reſiſti poteſt. 23.54
Literæ conceſſæ particularibus locis contra immunitatem, non ſunt generaliter ad omnia loca extendendæ. 14.541
Literas ſcribere ad Moniales licet in ſuribus præcitatis non ſit prohibitum; attamen in aliquibus Diœceſibus iure ſpeciali id veritum eſt. 15. 552
Scriptio Literarum eſt effectus inuinſecus, quem ſignificant illa verba, tamen id locum habet quando legiſlator non petit expreſsè, vel tacitè effectum extrinſecum. 28.554

L O

Locatio facta de fundo non expirat morte locantis, quia tunc locatio ipſum fundum immediatè attingit. 4.441
Locatio vltra triennium ex extrauaganti Ambitioſa inualida eſt, & Canonicis pœnis obnoxia. 5. 441
Locatio ad longum tempus reputatur alienatio, eo quod per ipſam vtile Dominium transferatur in conductorem. 2.452
Locatio facta ad vitam locantis, vel conducentis inualida eſt; quia talis locatio ex natura ſua durationi longi temporis ſubeſt. 54.452
Loca pia non ſunt immunia à reddendis rationibus, niſi in fundatione aliter expreſsè cautum ſit. 29.95
Qui tranſit, vel per parum temporis diuertit ad aliquem Locum, moraliter non dicitur eſſe in illo loco. 8.519

militer in locum immunem, vt ob metum Reus inde discedat, & capi possit contra nonnullos. 1.350.

Iudex Ecclesiasticus non potest donec articulus discussus, custodire Reum in carceribus Iudicis laici, licet id fiat nomine Episcopi, contra nonnullos. 10.350.

Iudex laicus, qui extrahit Reum in casibus exceptis non potest etiam dando cautionem de immunitate, in suis carceribus detinere; sed debet Ecclesiæ restituere, etiamsi Reus sic exactus iuri suo cedere velit. 11. ibid.

Iudex secularis potest apponere Ecclesiæ custodiam ne Reus inde liberè aufugiat, & si extra Ecclesiæ fines constitutus sit eum capere, & incarcerare. 7.351.

Iudex laicus secundum probabiliorem opinionem non potest Reum in Ecclesia receptum spoliare bonis & armis, nisi de licentia Prælati Ecclesiastici; nam quod simpliciter possit, est de iure ciuili, non autem de iure Canonico. 5.352

Vbi parti aliquid tribuitur vt se vindicare sine Iudice possit, Iudex vt quid gerat, non censetur Iurisdictionem exercere, sed maius periculum vitare, ne priuatus id prosequatur. 9.353

Iudex incompetens ob competentis defectum procedere potest. 10. ibid.

Iudici tentanti extrahere Reum è loco sacro vltra casus permissos, resistere potest, & Reus, & Ecclesia; cum sic vtrique Iudex iniuriam faciat. 1.355.

Iudex laicus debet restituere Reum Ecclesiæ spoliatæ; quia per talem spoliationem Ecclesia non amittit ius protectionis acquisitum. 36.359

Iudex præter casus exceptos non potest Reum ab Ecclesia extractum incarcerare, vel interrogare, vel torquere, vel quidquam aliud iudiciale in eum facere. 3.360

Iudex secularis per capturam iniustam non acquirit iurisdictionem in Reum. 4.ibid

Potest Iudex apponere debitam custodiam ad carcerem Curiæ Ecclesiasticæ, si ibi repositus fuerit extractus. 19.363

Non potest inde Reum extrahere, donec Episcopus cognouerit, an Reus crimen exceptum commiserit. 20.363

Iudex mandans extrahi Reum à loco sacro in casibus non exceptis, & etiam sic extractum Ecclesiæ non restituens, Birruarij mandatum exequentes, consanguinei, & amici ipsius occisi incurrunt excommunicationem contra Gambacurtam. 24.363

Iudex, qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia, si tamen restituat, cum sit sub eius potestate, non peccat ratione mandati, sed ratione indebitæ retentionis. 1.364

Iudex, qui non mandauit extrahi Reum ab Ecclesia, sed extractum non restituit, cum sit sub eius potestate, peccat violando reuerentiam debitam, Ecclesiæ, & immunitatem eius, & quoad vtrumque facit contra Gregorianam. 2.364

Iudex, qui Reum nulliter, & inualide extractum etiam ipso inscio, Ecclesiæ non restituit, censetur primo extrahere, seu capere ab Ecclesia. 3.364

Iudex laicus iubens occidi Reum in Ecclesia, non solum facit præter, sed etiam contra Constitutionem. 2.367

Iudex secularis vigore tam constitutionis Gregorianæ, quam consuetudinis hodie non tenetur præstare iuramentum Prælato Ecclesiastico de non puniendo Reum corporaliter pro casibus exceptis. 1.371

Iudex secularis non potest in dictis casibus exceptis reum extrahere sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, seu Vicarij. 5.372

Ad Iudices Inferiores Ecclesiasticos etiam quasi Episcopalem Iurisdictionem habentes dare huiusmodi facultatem Reos in casibus exceptis extrahendi, non pertinet. 6.372

Iudex laicus, Episcopo vel eius Officiali recusante tradere Reum, potest propria auctoritate in casibus tamen exceptis extrahere ab Ecclesia; quod fieri debet remoto scandalo, & tumultu, & sic extractum in carcere Ecclesiastico custodire. 9. 372.

Iudex laicus non potest sine sacrilegio & censura reseruata sine licentia Episcopi, vel eius officialis extrahere; secus est illis culpabiliter in casibus exceptis consentire nolentibus. 1. 373.

Iudex secularis, donec non fuerit cognitum an delictum sit de exceptis, non potest ad proprios carceres Reum ita extractum ducere, sed debet interim eum custodire in carcere Ecclesiastico. 2.ibid.

Iudex laicus etiamsi notoriè constet delictum esse de exceptis, adhuc non potest propria auctoritate sine Episcopi licentia attenta Constitutione citata Reum extrahere, alioquin sacrilegium committit, & excommunicationem ipso facto Papæ reseruatam incurreret; & Reus Ecclesiæ restituendus erit. 3.4.374

Iudex ex recepta consuetudine aliquibus in locis legitimè præscripta potest in casibus tamen exceptis sine licentia Episcopi Reum extrahere à loco sacro. 8.374

Iudex secularis nec licite, nec valide potest iudicium exercere, nec sententiam ferre in Ecclesia. 11.374

De iure communi probabilius est quod Iudex secularis non possit in casibus iure exceptis Reum sine licentia Episcopi, seu inconsulto Episcopo ab Ecclesia extrahere. 1.375

Ad Iudicem Ecclesiasticum spectat absque dubio cognoscere vtrum casus sit exceptus nec ne, non solum attenta Constitutione Gregoriana, verum etiam iure communi. 1.376

Nemo in causa propria est iudex competens 1. 377.

Iudex debet esse medius, ac veluti diremptor inter partes contendentes. 5.377

Regula quod nemo in propria causa iudex esse debet intelligenda est in sensu ne directe quis id faciat in propriam vtilitatem sententiam ferendo. 13.378

Iudex Ordinarius suborto dubio an sit iudex competens, potest id ipsum cognoscere, & dubio pro affirmatiua resoluto, ad causam principalem determinandam procedere. 14.378

Iudex si à parte contendente allegetur suspectus, iustitiâ huius allegationis cognoscere non potest si notoria friuola non est, & supersedere debet in causa principali. 17.ibid.

Cognoscere locum an sit sacer vel religiosus, & capax immunitatis Ecclesiæ spectat ad Iudicem Ecclesiasticum priuatiue quoad laicos. 1. 379.

Iudex secularis, vel Reus lata sententia per Episcopum an gaudere debeat, nec ne, potest appellare, si habeat sufficiens & rationabile fundamentum, contra Peregrinum, & alios. 7. 381.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui fabricato à iudice laico, vt poſſit Reum remittere Curiæ ſeculari. 1.382

Iudex ſecularis cum probationes facit de delinquentis delicto, Eccleſiam, vtpote ei non ſubiectam non citat, neque ipſum delinquentem. 5. 382

Iudex Eccleſiaſticus cum hac cognitione tenetur citare Eccleſiam, ſeu nomine Eccleſiæ defendere, cum directe de eius præiudicio agatur. 1. 384

Iudex Eccleſiaſticus ſine citatione Delinquentis non poteſt illum remittere Curiæ ſeculari. 4. 385

Iudex Eccleſiaſticus in caſu ſupradicto tenetur Reo, & Eccleſiæ concedere dilationes, quæ vt iura ſua defendat, neceſſariæ ſibi viſæ fuerint. 4. 386.

Iudex Eccleſiaſticus in tali cognitione facienda, non poteſt denegare dilationes ad probandum cum id ſit de iure naturæ, & aliàs delictum non eſſet plene probatum. 5. 386

Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere, & punire poteſt ſimpliciter; etiam ſi delictum in loco ſacro commiſſum non ſit Eccleſiaſticum, ſed ſeculare, & à ſeculari commiſſum. 1. 389

Iudici durante ſyndicatu reuerentia exhiberi debet non minus, quam durante officio. 58. 466

Iudex poteſt ingredi Monaſterium ad expellendum Malefactorem ad locum tamen eiuſdem Monaſterij exteriorem immunitate gaudentem. 2. 518

In *iudicio* de proprietate ſi exceptiones ſint Iuris cognitio ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. 31. 78

In omnibus pœnalibus Iudiciis & ætati, & imprudentiæ ſuccurritur. 7. 162

Iudicium non pendet ex beneplacito iudicantis; ſed ex rei veritate; quapropter debet eſſe ſecundum habilitatis menſuram, non ſecundum beneplacitum. 47. 217

In Iudicio Eccleſiaſtico non ita ſeuere agitur ad corporis pœnam, & publicam vindictam, ad quam euitandam introducta eſt Immunitas Eccleſiarum; ſicuti in ſeculari. 11. 284

Iuramentum aliquando quoad ſuum valorem pendet ſaltem indirecte ex iuris ciuilis diſpoſitione. 19. 75

Iuramenti obligatio, & omnis alia ſimilis, cum ſit perſonalis non tranſit ad hæredes, quamuis tranſeat contractus ad illos. 3. 81

In Iuramento cenſetur excepta auctoritas ſuperioris. 3. 82

Iuramentum domini videtur ſufficiens ad ſecuritatem ſerui quando delictum eſt leue; at ſi delictum fuerit graue regulariter iuramentum non ſufficit. 3. 287

Iuramentum debet aliquid operari. 3. 406

Iuramentum ſimpliciter prolatum, intelligi debet ſecundum ſubiectam materiam, & ſecundum iuris diſpoſitionem. 11. 405

Iuramentum Prælati de non alienando bona ſuæ Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, non eſt improbabile, quod intelligatur de alienatione tantum illicita, & contra formam iuris. 17. 405

Iuramentum factum in materia ad iuris terminos reſtringi debet. 21. 406

Iuramentum Prælati non eſt eluſorium, operatur n. vt Prælatus ſit firmior in obſeruandis iuris ſtatutis. 23. 406

Iuramentum extendi poteſt ad quamlibet alienationem, etiam licitam, & iure conceſſam, de facto tamen non extenditur. 24. 406

Iuramentum Prælati de non alienandis bonis Eccleſiæ non extenditur ad caſus iure non prohibitos, ſed permiſſos. 6. 415

Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale; reſpectu autem eius, cui iuratur, eſt reale. 41. 441

Iuramentum obligat ad petendum ſedis Apoſtolicæ conſenſum etiam vbi Extrauagans Ambitioſæ, quoad hanc partem recepta non eſt, ſpectatis tamen verbis dictæ Conſtitutionis, ſecus tamen ſpectato vſu, & praxi. 11. 442

Iuramentum non aufert poteſtatem ad agendum, quam ius naturale, & Ciuile concedit, ſed ſolum facit vt homo ſit periurus ſi contra iuramentum agat. 3. 447

Iuramentum confirmatorium promiſſionis ab altero acceptatæ producit actionem in externo foro tam ciuili, quam canonico. 11. 447

Iuramentum confirmatorij promiſſionis acceptatæ, non ſolum inducit obligationem Religionis erga Deum, ſed etiam firmat obligationem naturalem erga hominem. 12. 447

Ex contractu puberis ſine tutoris auctoritate inito, & ex pacto ſeu promiſſione ſimplici, ſi Iuramentum acceſſerit, etiam in foro ciuili actio conceditur, quæ alioquin non concederetur. 13. 447

Iuramentum, quod eſt per ſe ſtans ſolum obligat ex virtute Religionis erga Deum, & nullam propriè actionem parit. 14. 447

Iuramentum appoſitum in teſtamento, de eo non reuocando, habet vim clauſulæ derogatoriæ, & idem valet, ac ſi expreſſiſſet, ſi aliud teſtamentum poſtea fecerit, nolle derogatum eſſe priori. 19. 447

Iuramentum poſterius contra prius Iuramentum peruerſum dicitur, & periurij criminis confirmatorium, & propterea ius ei non aſſiſtit. 22. 448

Iuramentum, quod ſine ſalutis præiudicio ſeruari poteſt ſeruari debet. 23. 448

Iuramentum præſtitum ratione officij vel dignitatis, licet tranſeat ad ſucceſſores, renouatur tamen ad maiorem ſolemnitatem, & cautelam. 40. 448

Iuramentum non obligat ad peccatum, neque eſt vinculum iniquitatis, nec firmat locationem de re ſingulis annis fructifera, vltra triennium. 1. 456

Iurans ſe rem ſuam non venditurum, ſi poſtea vendat illicitè facit, non tamen inualidè. 5. 403

Iurans non infeudare bona Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice, non intelligitur de feudo dato, & ad Eccleſiam deuoluto, quod eſt licitum; ſed tantum de noua feudi conceſſione, quæ eſt illicita. 18. 405

Iurans non alienare res Eccleſiæ, inconſulto ſummo Pontifice non intelligitur, quod non poſſit alienare in caſu neceſſitatis, vel quod non poſſit alienare res modicas, aut parum vtiles. 19. 406

Iurans, ſe Procuratorem non reuocaturum, valide tamen reuocat & ille deſinit eſſe eius Procurator. 5. 447

Iurans, ſe votum non facturum inconſulto Confeſſario

rio, valide tamen inconsulto illo votum facit. 6. 447

Iurans se testamentum non reuocaturum, si postea reuocet, periurus fit; sed valide reuocat. 10.447

Nemini datum est alienam *Iurisdictionem* vsurpare, & in alienis causis se miscere. 13.14

Iurisdictio appellatur à iure dicendo. 6.16

Iurisdictio manualis per modum iustæ naturalis defensionis transfertur etiam in personas priuatas. 9.35

Iurisdictio Ecclesiastica, & ciuilis se inuicem adiuuare debent. 4.45

Intentio præsentandi processum Iudici Ecclesiastico non confert Iurisdictionem ad capiendam informationem contra personas Ecclesiasticas. 2.49

Iurisdictio Ecclesiastica, & laicalis debent mutuo se adiuuare, non autem destruere, vel impedire. 12.50.

An possint Ecclesiastici iurisdictioni laicę resistentes à potestate laica capi, & puniri in pœna pecuniaria, vel in bonis. 60

An possint Ecclesiastici iurisdictionem laicam, vel alia Regalia vsurpantes, à potestate laica priuari bonis temporalibus? 60

Iurisdictio laica ab Ecclesiasticis vsurpata nõ confert laicis ius vsurpandi, vel occupandi bona Ecclesiasticorum, ad seruandam æqualitatem in iudiciis. 3.60.

Iurisdictio competit Ordinario in extraneos suam iurisdictionem vsurpantes, vel impedientes, sed non procedit quoad Iudices laicos in Ecclesiasticos. 4.60

Eodem modo quo pertinet ad Iurisdictionem punire Ecclesiasticos in personam pertinet ad eandem eos punire in bonis. 4.60

Iurisdictio Ecclesiastica essentialiter distinguitur à Potestate, seu Iurisdictione ciuili, quia illa est spiritualis, ista est temporalis. 2.65

In dubio Iurisdictionis Ecclesiasticæ consulendus est Papa. 18.77

In dubio Iurisdictionis inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem, cognitio spectat ad Ecclesiasticum. 19.77

Iurisdictio Ecclesiastica excellit profanam, vt contra eam nec de tacita, nec de expressa prorogatione fauore alterius Iudicis obiici possit. 6.82

Tempore Romanorum Imperatorum totius orbis Dominorum cum omnis Iurisdictio in Principe resideret nulla Iurisdictionum diuisio aderat, præter illam, quæ alteri mandabatur, & quæ in mandante erat. 8.82

Scissis, diuiso Imperio, Iurisdictionibus, opus fuit, & licuit vnicuique Iudici citra proprium assensum, vetare subditis, ne in alterum Iudicem consentirent. 12.82

Duo in Clericis requiruntur vt consensus tribuat Iurisdictionem, vt Persona Iudicis eiusdem ordinis sit, & vt tuus Episcopus consentiat. 18. 85

Habens iurisdictionem in causa principali, habet etiam iurisdictionem in incidenti, & accessoriis, sine quibus causa dici non potest. 5.86

Iurisdictio Ecclesiastica, & ciuilis, seu secularis omnino sunt inter se distinctæ, & separatæ, & absolutio in vno Iudicio, non parit exceptionem Rei iudicatæ in altero Iudicio. 2.96

Ad obligandum aliquem legibus requiritur Iurisdictio. 15.119

Iurisdictio contentiosa iuxta Doctrinam Accursij est illa, quæ in inuitum exercetur. 9.146

Iurisdictio contentiosa non exercetur præcisè in inuitum, sed Iurisdictio contentiosa est illa, quæ præterquam quod exercetur in inuitum, indiget testibus, citatione, vel alia iuris solemnitate. 10.146

Iurisdictio quando pendet solum à voluntate obligantis non contentiosa, sed potius voluntaria dicitur. 11.146

Iurisdictio cohæret Territorio. 5.149

Iurisdictio diuiditur in voluntariam, & contentiosam. 1.151

Ad contentiosam Iurisdictionem pertinet leges condere, præcipere, excommunicare, punire causas seu controuersias tam ciuiles, quam crimina les definire. 2.151

Voluntaria Iurisdictio versatur circa publicæ Potestatis exercitia, qualia sunt legitimare, dispẽsare, beneficia conferre, Sacramenta administrare, matrimoniis assistere & his similia. 4.ibid.

Turbans Episcopi iurisdictionem potest ab Episcopo puniri, quia tunc punitio reducitur ad ius naturale, sed non potest puniri censuris ipso facto incurrendis Regularis qui non est eius subditus. 20.167.

Habens iurisdictionem quasi Episcopalem est Iudex Ordinarius in rebus fidei, vt sunt Priores, & Abbates exempti & Capitulum sede vacante. 10.181.

Iurisdictio Episcoporum & Inquisitorum stat vtroque modo sc. & copulatiuè, & disiunctiuè. 16. ibid.

Iurisdictio generaliter delegata Inquisitori pro aliqua Diœcesi non derogat Iurisdictioni Episcopi, quia vtrique in solidum concessa est. 1. 182.

Iurisdictio delegata ex causa delegationis est maior qualibet alia Iurisdictione contra nonnullos non improbabiliter contrarium sentientes. 5. 183.

Concessa Iurisdictione, & cognitione causæ principalis, conceduntur etiam accessoria, iuxta illud: Accessorium sequitur naturam sui principalis. 5.188.

Iurisdictio Inquisitoris cum sit delegata à summo Pontifice est maior Iurisdictione ordinaria, & sic vbique locorum coram Inquisitore comparere debent. 9.192.

Iurisdictio Inquisitorum censetur suspensa cessante suspicione contra fidem. Sed contra, ratione absolutæ commissionis. 18.192

Iurisdictione concessa conceduntur omnia, sine quibus Iurisdictio exerceri non potest. 13.194

Iurisdictio Episcopi non potest extendi ad Regulares extra casus expressos. 1.197

Iurisdictio Ordinarij in Regulares non est capax extensionis de casu ad casum ex paritate rationis. 8.ibid.

Iurisdictionis extensio Ordinarii in exemptos est contra Pontificem, & sic odiosa, non autem fauorabilis. 10.ibid.

Ordinarii Iurisdictio in exemptos non est fauorabilis, sicuti est in personas subditas; sed potius odiosa. 16.198

Iurisdictionis defectus dicitur omnium maximus quoad annullationem actuum. 8.199

Iurisdictio non requiritur ad absoluenda peccata venialia cum sint materia sacramenti Pœnitentiæ non necessaria, sed solum sufficiens. 9. 205.

Digitized by Google

Iuriſdictio alia immediatè datur à Chriſto, alia à Prælatis. 1.206
Iuriſdictio immediate data eſt à Chriſto Apoſtolis ſuper omnes fideles, quamuis ſpecialiter Petro. 2.206
Iuriſdictio in foro Pœnitentiæ alia eſt ordinaria, alia delegata. 1.207
Iuriſdictio ordinaria primo competit ſummo Pontifici, eiuſque ſummo Pœnitentiario in omnes Chriſti fideles. 2.ibid.
Iuriſdictio ordinaria ſecundo competit Epiſcopo, eiuſque Vicario in omnes tam Clericos, quam laicos ſuæ diœceſis; quod etiam dic de Prælatis exemptis in ordine ad ſuos ſubditos. 3.ibid.
Iuriſdictio ordinaria tertio competit Parocho, eiuſque perpetuo Parochiæ Vicario, in omnes ſuæ Parochiæ fideles. 4.ibid.
Iuriſdictio delegata in foro contentioſo mortuo delegante expirat. 8.212
Iuriſdictio alicui ad Iuſtitiam delegata, habet rationem mandati, non gratiæ. 10.ibid
Iuriſdictio, quæ in Decreto Vrbani tribuitur Epiſcopo Gienenti eſt delegata. 10.221
Iuriſdictio in foro Pœnitentiæ interdum confertur cum ipſa approbatione, interdum ante Epiſcopi approbationem; ſed dependenter ab illa. 3. 225.
Iuriſdictio è contra interdum confertur ſacerdoti poſt eius approbationem. 4.ibid.
Nemo poteſt exercere Iuriſdictionem in ſeipſum. 5.237.
Iuriſdictio in foro externo requiritur in ferente cenſuram, & ſubiectio in eo, in quem fertur.. 23. 243.
Iuriſdictio, quæ in diſpenſatione exercetur non eſt coactiua, neque contentioſa, neque ſententiatiua; ſed omnino voluntaria & directiua & ideo non repugnat illam exercere in ſeipſum. 4.245.
Nihil prohibet quominus alter iuriſdictionem cõmittere poſſit erga ſe ipſum exercendam. 2.248
Eccleſiaſtica, & ciuilis Iuriſdictio adinuicem iuuare ſe debent, cum ſint ad inuicem conſœderatæ. 9.383.
Iuriſdictio Eccleſiæ ſolum ſe extendit ad opera externa puienda. 6.496
Ius canonicum ſæpe præcipit leges ciuiles ſeruari, & ſic ab illarum obſeruatione non eximit Eccleſiaſticos. 19.7
Ius naturale inter leges ciuiles appoſitum, teſtat naturale, non efficitur ciuile. 21.20
Ius patriæ poteſtatis eſt introductum à Poteſtate ſeculari, & non Eccleſiaſtica. 40.91
Ius gentium protegit, & immunes reddit Legatos ſolum intra terminos Legationis, vt poſſint etiam inter hoſtes libere, & ſine periculo accedere. 5. 103.
Ius Gentium non concedit id quod eſt contra ius naturale. 7.103
Ius quodlibet & lex quælibet non extenditur magis, quàm exigat finis. 8.105
Ius, & lex accipi debent ſecundum menſuram finis, & rationis. 11.103
Concurrentibus duobus Iuribus minus forte cedit fortiori, & ſic ius gentium cedere debet Iuri naturali. 12.104
Iura loquentia de habitatione requiſita ad contrahendum Domicilium, limitantur quando agitur de Domicilio parochiali. 11.116
Ius puniendi turbantem iuriſdictionem incipit ſolum cum incipit turbatio, excommunicationis autem impoſitio eſt iuriſdictio exercita ante turbationis iuriſdictionem. 22.167
A iure antiquo non eſt recedendum, niſi in quantum iure nouo correctum illud inuenitur. 8. 186
Ius ſubiiciens Regulares Ordinario eſt abrogatum, vt odioſum, & præiudicans communi vtilitati, & Iuriſdictioni ſummi Pontificis. 13. 197
Correctio iurium vitari debet, & iura inuicem ſi fieri poteſt conciliare debemus. 22.218
Quod quisque Iuris in alterum ſtatuit, eodem ipſe vti debet. 25.238
Ius ciuile in materia Eccleſiam, & ius ipſius concernenti, non habet iuriſdictionem, niſi ad fouendam diſpoſitionem Iuris Canonici. 3. 254
Iura Iuribus conuenire decet & Iurium correctio quoad fieri poteſt, vitari debet. 7. 254
Ius poſitiuum per conſuetudinem legitimè præſcriptam non eſt cur in parte abrogari non poſſit. 21. 255
Ius canonicum non eſt contrarium dicto textui cit. in l. 1. C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt. 28. 278
Ius Ciuile ſtatuit Gentilem confugientem ad Eccleſiam & Baptiſmum petentem, non eſſe defendendum, ob præſumptionem, quam habet, quod ſimulatè petat. Ergo talis præſumptio eſt Iuris, & de Iure, & contra ipſam non admittitur probatio directa, ſecus autem indirecta. 39.279
Ius naturæ dictat fugam, quando imminet periculum graue. 7. 301
Iura generaliter ſine diſtinctione loquuntur de confugientibus. 10.301
In iure nullibi reperitur ſtatutũ quod vulnerans proditoriè, morte non ſecuta, priuetur immunitate. 314
Ius loquendo de lædentibus maieſtatem, includit omnem, qui in Maieſtatem delinquit, quæ propoſitio vera eſt ſi antecedenter ad delictum erant ſubditi, ſecus ſi tantum concomitanter. 5. 327
Vbi Ius non diſtinguit neque nos diſtinguere debemus, præſertim ſi diſtinctio ſit in præiudicium Eccleſiæ. 5.341
Ius ciuile, cum diſcordet à Canonico in materia Immunitatis, ſtandum eſt Iuri canonico. 19. 343
In iure vani timoris, ac doli ratio non habetur. 8. 347
Quiſque vti poteſt iure ſuo, licet par accidens impediatur ius alterius; quin licet per accidens ſequatur damnum alterius. 38.359
Iura generaliter loquentia generaliter ſunt intelligenda. 30.364
Vbicunque etiam in odioſis, & pœnalibus, eſt eadem ratio, & omnimoda ſimilitudo, debet eſſe eadem Iuris diſpoſitio, quia tunc non fit extenſio, ſed declaratio Iuris. 10.367
Neque de iure Canonico permittitur in caſibus exceptis Reum Curiæ ſeculari tradi, niſi recepto prius iuramento de eius impunitate corporali. 5. 375
De iure cæſareo ſi maritus inuenerit in Eccleſia hominem ſibi de adulterio ſuſpectum cum Vxore ſua loquentem, debet ambos Defenſori Eccleſiæ tradere, vt ſeruentur, donec ſecularis iudex, qui de hoc cognoſcere debet inquirat

inquirat Episcopum, vt illos ipsi tradat. 5. 375
De iure Cæsareo licet Reus per iudicem laicum possit, si cum armis ad Ecclesiam confugerit inde extrahi, non tamen poterit incontulto Episcopo. 6.ibid.
Tale iudicatur ius, seu actio, qualis est res, ad quam est ius, seu actio. 3.395
Ius, & actio non comprehenditur sub bonis mobilibus, neque sub immobilibus, vbi expresse verba intelliguntur; secus autem est in hac materia prohibitionis de non alienando in fauorem Ecclesiæ. 4.ibid
Ius Ecclesiæ percipiendi fructus aliquos per decennium, connumeratur inter bona immobilia. 5.ibid.
Iure antiquo in alienatione bonorum Ecclesiæ Cathedralis requirebatur cõsensus sedis Apostolicæ, non quidem vt alienatio esset valida, sed solum vt esset licita; etiam si Episcopus in sui consecratione iurauisset, se bona Ecclesiæ inconsulto summo Pontifice, non alienaturum. 1. 403.
Iure nouo per extrauagantem Ambitiosæ Pauli II. requiritur consensus apostolicus non solum in rebus Ecclesiæ Cathedralis; sed etiam cuiuscumque alterius Ecclesiæ, & loci pij, vbi tamen extrauagans, est recepta. 6.ibid.
Iuris solemnitates in permutatione rerum Ecclesiasticarum seruandæ sunt spectata consuetudine, etiam si fiat inter ipsas Ecclesias. 1.412
In praxi eadem iuris solemnitas, idemque assensus Apostolicus adhibetur, in permutatione inter Ecclesias, ac adhibetur in venditione, & donatione inter easdem. 6.ibid.
Ius sepulchri sine simonia donari potest, seu permutari cum alia re spirituali. 10.414
Ius sepulchri in sententia nonnullorum Doctorum, etiam directè, seu solitariè sumptum sine simonia vendi potest. 11.ibid.
Ea, quæ de iure veniunt, semper facta præsumuntur. 10.442
Quisque sicut habet summum ius ad tuendam vitam, ita habet summum ius ad tuenda bona, quæ sunt instar vitæ. 22.491
Ius commune non tollit priuilegium speciale, nisi expressè illi deroget. 18.510
Iuris correcti est strictè interpretanda. 3.513
Ius naturale fortius obligat quam ius positiuum. 4. 518.
Multoties in iure magis puniuntur delicta minora committentes propter specialem rationem, quæ in illis concurrit. 9.531
Afferuntur diuersa iura prohibentia loqui cum Monialibus, vide. 21.551
In alienatione *Iurispatronatus*, sepulchri, & similium, cum computentur inter bona immobilia, vel saltem mobilia pretiosa, seruandæ sunt iuris solemnitates, si penes Ecclesiam existant. 1. 414.
Ius patronatus laicum potest alienari de solo consensu Episcopi. 2.ibid.
Ius patronatus sepulchri, & similium est quid spirituale. 3.ibid.
Ius patronatus sine simonia simpliciter alienari potest donatione; quia rebus sacris irreuerentia non committitur in donatione. 5.ibid
Donatio iuris patronatus laicalis non indiget Episcopi consensu si fiat Ecclesiæ, vel loco pio; secus si fiat laico 6.ibid
Iuspatronatus potest recipi à Regularibus non expectato Episcopi consensu. 8.323
Vendens Iuspatronatus, licet sit quidem simoniacus, & peccet mortaliter; non tamen est excommunicatus, nec alias simoniaci pœnas incurrit. 17. 496.
Iustinianus Imperator libertatem Ecclesiasticam non parum minuere cœpit, & cur. 28.4

K

K A

AN quis excusetur, à communibus legibus Ecclesiasticis, vt ieiuniorum, Festorum &c. ratione *Kalendarij* noui non recepti, vbi reperitur. 143
An, si quis in suo loco expleuit præceptum dei festi, & ieiunij, etiam Quadragesimalis: item Confessionis, & Cõmunionis &c. & postea peruenit ad alium locum, vbi propter non receptum dictum nouum Kalendarium Gregorianum, huiusmodi præcepta obligant, teneatur illa seruare, præsertim si ibi Domicilium figat. 143
Vbi Kalendarium nouum iussu Gregorij XIII. editum non est receptum, fieri potest vt ratione itineris etiam à communibus legibus Ecclesiasticis liberetur. Vide exempla allata. 1. ibid.

L

L A

Laborantes non excusantur à Ieiunio ob laborem existentem, sed ob necessitatem laboris. 8.142
Laborantes non tenentur diebus festiuis ieiunare non tam ob defatigationem præcedentis diei, quam ob necessitatem ad laborandum die sequenti. 9. ibid.
Laici ex parte priuilegij capaces sunt iurisdictionis Ecclesiasticæ. 19.24
Laicus deponens falsum coram Iudice Ecclesiastico, à Iudice Ecclesiastico puniri debet. 7.40
Laici habent iurisdictionem inferiorem ad Prælatos Ecclesiasticos; quapropter illis manet potius necessitas obsequendi Prælatis Ecclesiasticis, quam auctoritas imperandi. 8.46
Laici quando summus Pontifex derogat eorum Iuripatronatus seruato iuris ordine ad Pontificem appellare possunt, dummodo id faciat opera, & ministerio Iudicum Ecclesiasticorum. 32.54
Laicus sicut non est capax proprietatis rei spiritualis ita etiam non est capax possessionis iuris spiritualis. 10.77
Laici non possunt Decimas possidere, neque possunt eas prescribere, nisi titulum, seu concessionem exhibeant, vel saltem constantem famam, de concessione sibi factam, demonstrent. 44.79
Laici possunt prorogare Iurisdictionem Ecclesiasticam, no item Clerici. 13.82
Laicus nullo pacto potest statuere super vtili Dominio rei Emphyteuticæ Ecclesiæ. 16.108
Laici sicut non possunt statuere; ita nec possunt inducere consuetudinem onerosam Ecclesiis. 40. 109.
Laicis, etiam Religiosis obsequendi necessitas relicta est non auctoritas imperandi, & de rebus Ecclesiæ disponendi nulla est iis attributa potestas. 47. 110.
Laici statuentes contra Ecclesiam anathemati, pœn-

pœna feriuntur. 48.110
Laicus ſocius Clerici ſequitur forum eiuſdem Clerici. 57.111
Laicus exemptus à Iuriſdictione alterius Iudicis Laici, non poteſt ab illo Iudicari, etiamſi alias ſit capax Iuriſdictionis laicalis. 9.193
Laicus, ſiue Eccleſiaſticus habens adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ, ſi ſcienter in quantitate notabili alienet, deſtruat, vel demolliatur in effectu bona, quæ ſunt immobilia, vel mobilia pretioſa eiuſdem Eccleſiæ quæ ſeruando ſeruari poſſunt, violat Eccleſiaſticam immunitatem. 1.190
Non ſolum Laicus Sodomita, ſed etiam Clericus non priuatur immunitate. 6.137
Latro Publicus priuatur Eccleſiaſtica immunitate. 1.195
Latro eſt qui deprædatur violenter. 2.195
Publicus, qui deprædatur palam, & publicè, vel per inſidias in via publica, etiam mari, vel flumine, vel per vim in Domibus priuatorum. 3.195
Diffamatus in vno ex multis, Latrocinio publico, vel ex aliquibus ſecretis, dum latro publicus reputatur, non gaudet Eccleſiæ immunitate; multò magis, ſi ſit latro notorius notorietate iuris. At gaudet, ſi non ſit notorius, nec notorietate facti, nec iuris. 4.195
Præſumptio vel dubitatio quod aliquis ſit publicus Latro non ſufficit ad effectum, ipſum priuandi immunitate Eccleſiaſtica; ſed debet in hoc caſu conſtare eſſe latronem publicum per informationem factam citata parte, & per iudicis ſententiam. 6.195
Latro publicus, vt immunitate priuetur, requiritur, quod deprædetur in viis publicis, & itineribus frequentatis, & non ſufficit, quod furetur per inſidias in loco non publico. 7.195
Item requiritur quod non ſemel, ſed bis, vel ter tale delictum commiſerit. 9.195
Nomen latronis frequentiam denotat. 10.195
Non ſufficit quod pluries tentauerit, ſed requiritur quod pluries conſummauerit, cum ſimus in materia odioſa & pœnali. 11.195
Quod dictum eſt de publico Latrone, idem dicas de Graſſatore, & agrorum depopulatore. 14.196
In aliquibus Regnis publici Latrones, graſſatores viarum, Depopulatores Agrorum per vulcum delictum vita priuantur: at non ſic eſt de immunitate, circa quam Principes non poſſunt diſponere. 15.196

L E

Impune delinquere contra ius naturale non ſpectat ad munus *Legationis*. 6.103
Legatarius rei certæ ſtatim per mortem legantis acquirit dominium legati. 33.411
Legatos punire eſt contra Ius gentium. 1.103
Legati in ſententia multorum Auctorum non poſſunt puniri etiamſi molientur contra Rempublicam, & Regnum. 2.103
Legatus, cum repræſentet Perſonam ſui Domini non ſubeſt ei ad quem eſt legatus ſimpliciter; & per ſe, ſubeſt tamen ſecundum quid, & per accidens, ſc. ratione delicti. 1.104
Ineptum dicitur legatos pro punitione remittere ad ſuum Principem. 3.104
Violare Legatos, eorumque famulos eſt contra ius gentium in caſu, quod illi non abutantur iure ſuæ legationis. 10.104
Violare legatos eorumque famulos eſt grauiſſimum delictum etiam contra ius naturale, & Diuinum de conſeruando bono communi Vtiuerſi, ad cuius conſeruationem ſunt neceſſarij legati. 21.104
Legati, ſeu Oratores de iure gentium, ſicuti fictione quadam habentur pro Perſonis mittentium; ita ſimili fictione conſtituuntur extra Territorium, in quo ſunt. 2.105
Legati, ſeu Oratores in operando non debent ſequi motum Principis apud quem reſident, ſed motum Principis, à quo miſſi ſunt. 3.105
Legati & Nuncij Apoſtolici erigunt in traditionem ſuæ legationis proprium tribunal, & cognoſcunt de delictis ſuæ familiæ laicalis, quod ſecularibus Legatis non conceditur. 8.105
Legati, & Oratores neque ſubſunt legibus, & edictis Diœceſanis ſynodalibus, & ordinariorum loci, vbi ſunt. 8.106
Legati, ſeu Oratores non ſubſunt, neque obligantur legibus, decretis, ſtatutis vel edictis municipalibus Diœceſanis, vel localibus cuiuſcumque loci; ſed ſolum Iure communi. 12.106
Legatus à Latere de iure poteſt cognoſcere de hæreſi contra omnes, quia vices ſummi Pontificis pleniſſimè gerit; de conſuetudine, tamen ſine ſpeciali commiſſione id facere non poteſt neque quoad alios. 2.181
Legatus natus non poteſt exercere Iuriſdictionem in Regulares exemptos. 1.231
Legatus à latere ſolum poteſt exercere Iuriſdictionem in Regulares exemptos. 2.231
Legatus natus non poteſt exercere dictam Iuriſdictionem niſi hoc in eius priuilegiis ſpecialiter ſit expreſſum. 3.231
Legatus à latere non poteſt relaxare iuramentum factum à Prælato de non alienandis bonis Eccleſiæ inconſulto ſummo Pontifice, quia id eſſet in præiudicium ſummi Pontificis. 16.406
Si vero Legatum ſine conſenſu repudiat, non validè repudiat, quia ius eſt acquiſitum Religioni. 25.408
Legatum quodlibet generaliter in ſpecie relictum tranſit à morte Teſtatoris in dominium legatarij; neque requiritur expectare hæreditatis additionem. 5.409
Legatum; vel hæreditas delata, & Eccleſiæ non incorporata, non eſt ius Eccleſiæ acquiſitum; ſed acquirendum. 11.410
Quamuis Legatum retro noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen cum repudiatur, retro noſtrum non fuiſſe palam eſt. 37.411
Legatum in codicillis tollit primo legatum in teſtamento. 22.510
Legiſlator non obligatur ſuis legibus directè; ſed ſolum indirectè. 7.137
Legiſlator tranſgrediens ſuam legem poſitiuam, non peccat aduerſus eam; Sed ſolum aduerſus legem naturalem dictantem legiſlatorem debere ſuis ſubditis conformari. 8.137
Legiſlator facilius quam ſubditus à mortali peccato excuſari poteſt, ſi legem propriam ceſſante ſcandalo violet. 22.137
Legiſlator tenetur ſub mortali, ſicut tenentur & ſubditi, ſeruare taxam à ſe factam; item ſeruare leges contractuum à ſe factas; non à ſuis legibus ſed à iuſtitia naturali, qua cauetur ne res vendatur carius quam communiter valeat. 7.134
Legiſlator cum aliquo celebrans contractum, qui alias ſuis legibus initus eſt, cenſetur in eo diſpenſare. 11.139

Legiſlator non poteſt manere obligatus altero manente deobligato. 11.239
Legiſlator ſecum diſpenſans ſine iuſta cauſa in ſententia Caietani, & ceterorum, mortaliter peccat. 1.240
Legiſlator ſecum diſpenſans remoto ſcandalo, & graui damno alterius in ſententia multorum non peccat mortaliter. 3.240
Legiſlator non eſt ſuæ legis tranſgreſſor; ſed naturalis dictantis debitum conformitatis ipſius. 5. 241
Legiſlator tenetur legem ſuam ſeruare, quando materia legis eſt communis. 25.187
Legitimatio, ſeu natalium reſtitutio fieri ſolet per reſcriptum Principis, vel alterius Perſonæ à Principe poteſtatem habentis. 2.89
Legitimatio duplex eſt, vna ad Eccleſiaſtica iura, quam ſolus ſupremus Princeps concedit, altera ad iura Ciuilia, quam quibbet Princeps temporalis impertitur ſubditis ſuis etiam propriis filiis, quin & Clericorum filiis, etiam ſi ipſi quoque Clerici ſint. 3.89
Legitimatio non ſortitur effectum, niſi accepterur, & rata habeatur à legitimato. 7.89
Legitimatio non tam reſpicit Perſonam ipſius Clerici legitimandi, quam bona ipſa, quæ ſupponuntur ſita intra territorium Principis legitimantis contra nonnullos. 8 90
Legitimatio abaliquibus dicitur actus Iuriſdictionis, quam Princeps ſecularis in Clericum, eiuſque bona non habet. 9 90
Legitimatio Eccleſiaſtica à Pontifice collata efficit quem habilem ad ſacros ordines, & Beneficia etiam curata non item ad Dignitatem Cardinalitiam, vel Epiſcopalem. 18.90
Legitimatio, ſeu potius diſpenſatio ſecundum quid, ſeu ad certum effectum, ſcilicet ſuper Irregularitatis impedimento ab Epiſcopo communi iure illegitimis conceditur ad minores ordines, & ſimplicia Beneficia tantum. 19 90
Legitimatio per profeſſionem eſt quædam generalis Legitimatio & ideo non continet ſpecialia Legitimationis priuilegia. 24.90
Legitimatus per ciuilem legitimationem à Principe ſeculari conceſſam ſuccedit in hæreditate Parentum, & aliorum Conſanguinetorum inſtar legitimorum filiorum. 13.90
Legitimatus non ſuccedit in paterna nobilitate, in feudo, & primogenitura, niſi expreſſe dicatur in Principis reſcripto. 14 90
Legitimatus per oblationem Curiæ Principis Terreni legitimabatur cum habilitate ſuccedendi in bonis paternis, ſed talis vſus receſſit. 25.90
Leges Principum ſecularium, quamuis Eccleſiæ fauorabiles diſponentes de perſonis, vel etiam de bonis Eccleſiaſticis præcipiendo, vel prohibendo ſpeciatim, reprobantur. 14.3
Legem ferre eſt actus iuriſdictionis, quæ iuriſdictionis vſurpatio repugnat Eccleſiaſticæ immunitati. 15.3
Leges Imperatoriæ *in Codic. de ſacroſ. Eccleſ.* & *Auth. eod. tit.* diſponentes ſpeciatim de Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis, ſunt nullæ, tanquam editæ à non habente iuriſdictionem, ſecus vbi ſunt approbatæ à iure canonico. 16.3
Leges Imperatoriæ, ſeu Principum ſæcularium diſponentes de bonis patrimonialibus, ſeu proprtiis Eccleſiaſticorum ſunt nullæ. 17.3
Lex, vel poteſtas ciuilis, non poteſt aliquid diſponere de bonis Eccleſiaſticorum, quia bona adhærent perſonis, quæ ſunt immunes à laica poteſtate. 18.3
Lex non fertur ſine iuriſdictione. 19.3
Leges confirmantes actus ciuiles, quæ pœnales non ſunt, ſed certam formam actus præſcribunt, ex iuris canonici approbatione comprehendunt Eccleſiaſticos. 33.4
Leges infirmantes actus ciuiles ſi pœnales ſint v.g. in pœnam commiſſi criminis, non comprehendunt Eccleſiaſticos. 34 4
Limita niſi bona fuerint commiſſa, ſeu addicta, vel obligata fiſco propter delictum commiſſum priuſquam perſona fieret Eccleſiaſtica; quia tunc iam fiſcus in ea ius acquiſiuit. 35.4
Obligatio ex Legibus ciuilibus in ordine ad Eccleſiaſticos, non naſcitur ex vi ipſarum legum, ſed ex conformitate quam Eccleſiaſtici habere debent cum laicis, vt potè eiuſdem Reipublicæ ſeu Communitatis partes; ita vt aſtringantur non directè, ſed indirectè. 2.5
Nemo tenetur directè Legibus eius, qui in ipſum non habet poteſtatem, & iuriſdictionem. 3.5
Sicut Leges non dedignantur ſacros Canones imitari, ita, & ſacrorum ſtatuta Canonum, Principum Conſtitutionibus adiuuantur. 6.6
Lex poſterior vniuerſalis non derogat priuilegio anteriori ſpeciali; ſi reuera illud conceſſum fuerit à Pontifice alicui Principi ſæculari. 30.25
Lex ceremonialis Exodi 21. vim non habet niſi quantum ab Eccleſia eſt recepta. 3.34
Leges Principum ſecularium, quibus cauetur quod in concernentibus eorum iuſpatronatus, ne literæ Apoſtolicæ ſine ipſorum conſenſu executioni mandentur, ſi fiant ſine participatione & meru Pontificis, iniuſtæ ſunt. 18.54
Item non habent locum, quando Pontifex expreſſe derogat Iuripatronatus laicorum. 29.54
Lex ciuilis poteſt aliquando ob bonum publicum impedire quominus contractus Reipublicæ pernicioſus impleri debeat. 20,75
Leges præcipientes idem quod continet ius Canonicum, ſeu continentes, validæ ſunt, etiamſi pœnas adiiciant; quia ius Principum tuentur, & proſequuntur. 20.85
Lex, vel Princeps, præſertim in fauorabilibus in ordine ad Communitatem, cum non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. 27.91
Lex eſt medium ordinatum ad finem aſſequendum, & finis dat rationem Legis, quæ eſt anima Legis. 9.105
Lex non eſt niſi ipſa ratio Legis. 10.105
Leges feruntur pro Communitate, & ratione Communitatis deſcendunt ad Priuatos, vt ad partes Communitatis. 4 105
Lex eſt veluti quidam influxus capitis in membra corporis politici, quo mouentur ad terminum boni communis. 5.105
Lex communitatis in qua degunt Legati non ſe extendit ad ipſos Legatos. 6.105
Leges municipales affixæ ſunt loco, & ſic extra locum non obligant. 13.106
Leges Diœceſanæ, quando indiſtinctè latæ ſunt ab Epiſcopo pro tota Diœceſi ab omnibus Diœceſanis ſunt ſeruandæ dum ſunt ibi, ſecus eſt ſi ſolum latæ pro parte Diœceſis. Vide diffuſius reſponſionem ad obiectionem factam. 62,118
Leges locales afficiunt immediatè locum & mediatè Perſonas ibi exiſtentes ſi Iuriſdictioni eius loci

ſint ſubiectæ, quales non ſunt Aduenæ & Peregrini. 1.122

Lex localis non obligat abſentes, ſeu extra Territorium exiſtentes. 9.140

Argumentum Leſſij, quod Lex Communis Eccleſiaſtica, quæ in omnibus particularibus Eccleſijs obſeruatur afficiat omnes Chriſtianos, ſoluitur, quod licet obliget omnes & vbique; non tamen obligat omnino abſolutè, ſed ſub tacita conditione ſi quis ſit in loco, vbi nondum eſt expletum. 2.143

Lex abſolutè lata abſque explicatione legiſlatoris an velit illam habere locum extra Territorium, ad Territorium tantum reſtringitur, ſecus facta expreſſione in ſententia Bartoli. 3.146

Lex vel ſtatutum afficit immediatè Territorium, eique cohæret, & idcirco neminem ligat exiſtentem extra Territorium, ſententia vero vel præceptum immediatè afficit perſonas ſubiectas, eiſque cohæret, & idcirco eas ligat quocumque fuerint. 13.146

Leges accommodantur ad ea, quæ frequentius accidunt. 21.159

Lex condens ius nouum requirit promulgationem. 6.172

Lex pœnalis non ſortitur ſuum effectum quoad pœnam; niſi præcedat ſententia declaratoria criminis. 9.195

Lex habens admixtum odium, & fauorem, eſt cenſenda fauorabilis, ſi fauor ſit ex intentione legiſlatoris. 18.198

Lex habens rationem generalem, licet ſit ſpecialis, efficitur generalis, quia cùm ratio ſit anima legis, legem extendit. 18.222

Lex licet extendatur ex identitate rationis, non tamen extenditur de Perſona ad Perſonam, & de loco ad locum. 21.222

Lex præcipiens denũciandos Confeſſarios ſolicitantes edita à Pio IV. pro Regnis Hiſpaniarum, extra ipſa non obligabat, antequam à Gregorio XV. ad omnia alia Regna per aliam legem extenderetur. 22.222

Is qui ſolus non poteſt legem ferre Communitati, ſed cum aliis, inter quos ipſe principem locum tenet, obligatur legibus ab eo, & cæteris latis. 2.236

Lex non continens materiam communem non obligat Principem vt v.g. de non deferendo arma &c. 3.236

Theodoſius, & Valentinianus hæc protulere: Digna vox eſt Maieſtate Regnantis legibus alligatum ſe Principem profiteri: & paulo poſt: Reuera maius Imperio eſt ſubmittere legibus Principatum. 12.237

Iſidorus etiam dixit, Iuſtum eſt, Principem legibus obtemperare ſuis: tunc n. Iura ſua ab omnibus cuſtodienda exiſtimet, quando & ipſe illis reuerentiam præbet. 13.237

S. Ambroſius etiam in his verbis, &c. quod cum præſcripſiſti aliis, præſcripſiſti etiam tibi: Leges n. Imperator ferat, quas primus ipſe cuſtodiat. 14. 237

Lex, & Præceptum ſuperioris eſt erga inferiorem; nemo autem ſe ipſo inferior, ſibique ſubditus eſſe poteſt. 16.237

Lex hominis non ſe extendit, niſi ad creaturas rationales, quæ homini ſubiiciuntur. 17.237

Lex eſt directiua actuum, qui conueniunt ſubiectis gubernationi alicuius; vnde nullus propriè loquendo ſuis actibus legem imponit. 18.237

Leges Principis etiam ſecularis in Conſcientia obligant; ſed aliter Principem legiſlatorem, & aliter ſubditos. 20.237

Lex, & præceptum eſt regula quædam rationis, & eius vinculi capaces non ſunt, qui ratione carent. 18.243

Lex lata tantum pro Prælatis, cui ſit tantum annexa pœna, debet reſtringi quoad eius diſpenſationem. 10.149

Leges ciuiles de immunitate Eccleſiaſtica loquentes; approbantur à iure Canonico. 2.254

Lex Moyſis quoad confugij loca cum ceteris moralibus præceptis ad nos tranſlata non fuit; atque ideo nunc abrogata eſt. 17.278

Leges ciuiles ſeruandæ ſunt quotieſcumque Canonicis non contradicunt. 29.278

Nulla Lex Canonica expreſsè de infidelibus diſponit, gaudeant vel non gaudeant immunitate? 30.278

In Lege, quamuis pœnali, ſit extenſio, ſi alioquin ſequitur abſurdum. 2.291

Leges ciuiles potius denegant, quam concedant immunitatem Debitoribus tributorum. 3.292

Fruſtra Legis auxilium inuocat, qui legem contemnit. 3.299

Lex quiſquis citata ſolum loquitur de crimine læſæ maieſtatis commiſſo aduerſus Imperatorem, Conſiliarios, & Senatores eius, eoſque qui ei militant; & ideo non eſt extendenda ad crimen læſæ maieſtatis commiſſum contra Rempublicam vel Principem inferiorem. 34.325

Lex pœnalis extendi poteſt ad alios ſimiles caſus, præſertim quando in diſpoſitione legis ratio ſcripta eſt, quia tunc non dicitur extendi, ſed comprehendi ſub expreſſo. 2.332

Quod Lex pœnalis extendi poſſit ad caſus ſimiles & maiores ex identitate, vel maioritate rationis non procedit quando agitur de præiudicio cauſæ fauorabilis. 4.332

Lex imponens pœnam priuationis vocis non extenditur ad priuationem vocis paſſiuæ, præſertim cum vox paſſiua non ſit propriè vox. 19.333

Lex fundata in præſumptione, deficiente præſumptione in aliquo caſu, non obligat in conſcientia. 7.347

In Legem committit non ſolum qui contra ius verba facit; ſed etiam qui contra mentem. 26. 363

In Legem committit non ſolum qui contra eius verba, ſed etiam qui contra mentem. 3.367

Certum eſt quod is committit in legem, qui verba legis complectitur, & contra legis nititur voluntatem. 4.367

Recedere debemus à verbis legis ad hoc vt mentem ſeruemus idque non ſolum quando mens, ſeu ratio legis eſt expreſſa, ſed etiam quando non eſt expreſſa. 5.367

Lex frequentioris vſus cauſa aliquid decernens, caſum minus frequentem non excludit, ſed comprehendit. 8.367

Lex licet prohibeat extenſionem, tamen non renuit extenſionem de ſimilibus ad ſimilia. 13.367

Vbicumque & in quacumque materia ratio Legis locum habet, ibi etiam locum habet ipſa lex. 15. 367

In his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extenſiua, ſed comprehenſiua. 16.367

Lex pœnalis licet extendenda non ſit de caſu ad caſum à paritate, vel maioritate rationis, extendenda tamen eſt etiam quando agitur de cenſuris, quando alioquin redderetur eluſoria. 17. 367

Lex extendenda eſt quando primario eſt fauorabilis, licet ſecundario ſit odioſa. 11.368

Leges latæ pro defenſione Immunitatis Eccleſiaſticę, etiam ſi pœnas infligant, fauorabiles ſunt, & inter priuilegia computari debent. 25.368

Lex, quotieſcumque probationem requirit de probatione concludenti, & perfecta intelligi debet. 10. 380

Lex non ſe extendit vltra finem, & mentem legiſlatoris; præſertim quando verba non ſe extendunt vlterius. 37.457

Lex ſecundum rationem attendenda eſt, & per rationem amplianda, & reſtringenda. 38.437

Lex ſeruanda non eſt quando iniquè fieret, ſi ſeruaretur. 5 439

Leges generaliter loquentes non cenſentur improbare quod aliis legibus eſt permiſſum. 8.455

Lex non ligat quando de facto ſeruari non poteſt. 3.459

Lex interpretans in dubio intelligi debet iuxta legem quam interpretatur. 3.470

Lex noua interpretans recipit omnes interpretationes veteris etiam ſi ſtrictius loquatur. 4.470

Lex quantumcumque odioſa, & pœnalis extenſionem admittit ad caſus ſimiles, ſi alioquin lex illa redderetur eluſoria, vel ſi talis extenſio cederet in fauorem animarum, Eccleſiæ, & ſimilium. 17. 477

Lex Eccleſiaſtica non obligat cum periculo vitæ, ſi non inuoluit aliquod bonum commune, ſecus autem ſi inuoluit. 6.483

Lex debet eſſe iuſta, & hominum moribus, & fragilitati accommodari. 5.487

Leges pœnales quatenus præceptum continent, diriguntur ad ſubditos, quatenus pœnam infligunt, referuntur ad Iudices, vt eas in transgreſſores exequantur. 6.487

Lex imponens taxam alicui rei venali, & imponens contrauenientibus pœnas non obligat ante criminis ſententiam, licet ante omnem ſententiam teneantur reſtituere exceſſum pretij. 11. 487

Leges tam Imperiales, quam Pontificiæ imponentes pœnam ipſo iure, & ante Iudicis ſententiam obligantes non tam rigoroſè interpretantur vt ſtatim verbi gratia Reus excidat Dominio, ſed quod Iudicis ſententia retrotrahatur ad diem commiſſi delicti. 11.490

Lex pœnalis, & commiſſoria non eſt facta vt Reſpublica, vel alter pœnis locupletetur; ſed ſolum vt leges ſeruentur, & ſubditi officium ſuum præſtent. 28.492

Leges pœnales, præſertim Eccleſiaſticæ, interdum ſtatim ipſo facto poſt commiſſum crimen, ante omnem Iudicis ſententiam, efficiunt Reum inhabilem ad acquirendum, vel ad vtendum acquiſito. 2.499

Lex pœnalis probabilius non extenditur quoad pœnam ad caſum non expreſſum, etiam ſi in illo ſit maior, nedum eadem ratio. 11.531

Qui elegit neſcire vt liberius delinquat, videtur grauius contemnere Legem; peccatum tamē illud dicitur grauius per relationē ad actum voluntatis, quo voluit quis ex propoſito ignorare non autem ſecundum ſe, & abſolute conſideratum. 6.533

Lex, quæ punit occupantem rem alterius, non comprehendit occupantem rem hæreditariam; quia fictè, & non verè eſt alterius. 13.535

Lege fauorabiles loquentes in caſu vero, extenduntur etiam ad caſum fictum. 23.534

Lege pœnalis ex probabili non obligat ſub mortali, quamuis contrarium ſit probabilius. 6. 553

Legis intelligentia deſumenda eſt ex ratione legis, quæ eſt anima legis. 3.554

Lex pœnalis non debet extendi à caſu expreſſo ad alium non expreſſum præſertim diuerſum. 3. 556

Lex nulla generalis in communi iure Pontificio, nec in aliis Pontificum decretis inuenitur, quæ prohibeat ingreſſum Mulierum in Virorum Monaſteria ſub mortali, neque ex natura rei in hoc actu per ſe eſt intrinſeca malitia. 5. 557

L I

Nomine *Libertatis* Eccleſiaſticæ non venit Immunitas, ſi quidem libertas refertur ad Perſonas, Immunitas autem ad locum. 2.569

Licentia in ſcriptis ad accedendum ad Monaſteria loquendi cauſa cum Monialibus, vt quis vitēt peccatum, & pœnas non eſt neceſſaria, ſed ſufficit oretenus data à Vicario Epiſcopi. 15. 175

Licentia data indefinitè, abſque temporis præfixione extinguitur per primam collocutionem. 16. 156

Licentia data regulari loquendi cum Monialibus ſe extendit ad ſocium, ex eo quod in connexis ſit idem iudicium. 26.177

Licentia loquendi cum Monialibus non conceditur Regularibus niſi interueniat iuſta, & rationabilis cauſa. 19.177

Licentia quæ [datur] ab Epiſcopo Regularibus ad confeſſiones ſecularium audiendas, non eſt propriè licentia; ſed appro batio Perſonæ, & quaſi iuſta ſententia, ſeu declaratio, quod talis Perſona ſit idonea ad confeſſiones audiendas. 38. 217

In caſu ſedis vacantis Licentia petenda eſt à Vicario capituli. 2.373

Licentia licet regulariter peti debeat ex illo, à quo negari poteſt, tamen debet peti à Iudice Eccl. qui illam negare non poteſt, ne generetur confuſio. 9.376

Licentia egrediendi è Monaſterio debet eſſe in ſcriptis, ſicut & ingrediendi in ipſa. 9.472

Licentia egrediendi è clauſura conceditur, etiam in cauſis recenſitis. 18.477

Concedens Licentiam ex officio aliis ingrediendi Monaſteria non debet eſſe deterioris conditionis quam alij, ſed debet vti in ingreſſu duobus conditionibus, hoc eſt vt id faciat in caſibus neceſſariis, & à paucis, iiſque ſenioribus, ac Religioſis Viris comitatus. 2. 507

Licentia ingrediendi debet eſſe ſpecialis, & iam conceſſa intelligitur pro vnica tantum vice. 1. 508

Licentia ingrediendi Monaſterium Monialium non ſufficit, nec valida eſt ſi non faciat mentionem de ingreſſu Monaſterij etiam ſi ſit ad quoſcumque actus per ſuperiorem conceſſibiles, valida tamen eſt ſi ſit ad ingreſſus cuiuſcumque Monaſterij. 2.508

Licentia ingrediendi indefinitè conceſſa intelligitur pro vna vice tāt̄, niſi aliud in ea explicetur. 3.509

Habens

Habetis Licentiam ſpecialem loquendi cum Moniali, ſi ea vtatur in tempore quo omnibus eſt conceſſum cum ipſis loqui, non poteſt amplius ea vti. 13.509
Ingrediens ex vi Licentiæ generalis, videtur renunciaſſe licentiæ ſpecialis. 23. 506
Licentia ingrediendi clauſuram Monaſterij Monialium debet eſſe in ſcriptis, non ſufficit tacita, neq; oretenus conceſſa. 1.511
Licentia in ſcriptis requiritur etiam ad licitum Monialis ex clauſura egreſſum. 2. 511
Licentia oretenus à Prælatis conceſſa Clericis adſtrictis reſidentia non excuſat eos à fructuum amiſſione. 7.511
Licentia in ſcriptis neceſſaria eſt etiam ingredientibus verbi gratia miniſtrandi cauſa Sacramenta, medendi infirmis, vel conſtruendi ædificium, quia licet his omnibus, in ſpecie ſit conceſſa, non autem eſt in individuo. 11.512
Licentia in ſcriptis non eſt neceſſaria miniſtris quando periculum eſt in mora, & ſuperior non poſſit commodè adiri, & ſi ſit periculum eam obtinendi ore tenus, abſque ea ingredi poſſunt. 13.512
Licentia ſi in ſolo ſcripto expectando peticulum eſſet, eſt neceſſaria oretenus. 14.512
Licentia ingreſſus ſicut debet eſſe in ſcriptis, ita licentia egreſſus alicuius Monialis in ſcriptis eſſe debet. 20.512
Licentia ingrediendi ad hoc vt ſit iuſta, requiritur quod ingrediendi cauſa ſit iuſta, & manifeſta. 1. 513
Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non requiritur, quod ſit etiam in ſcriptis. ibid. 513
Licentia ad concedendam ingrediendi facultatem non eſt propriè ingrediendi licentia, quam ſolam in ſcriptis obtineri petit Tridentinum corrigens cap. periculoſo de Regul. in 6. 2.513
Licentia pro Medicis, Chirurgis &c. concedi ſolita ſingulis quibuſcumque trimeſtribus renouari debet. 10.515
Licentia ingrediendi non eſt conceſſa niſi ob cauſam, qua ceſſante, ceſſat ipſa licentia. 3.524
Licentiæ ingrediendi olim aliquibus Mulieribus conceſſæ, reuocatæ fuerunt, & per quos, & quomodo. 9.524
Licentia non liberam, ſed prudentiæ conſonam voluntatem importat ad allegata per Bartolum. 4. 528
Licentia, vtpotè ab Inferiore ſine iuſta cauſa conceſſa eſt nulla, & irrita. 6.528
Superior concedens Licentiam ingrediendi ſine iuſta cauſa non incurrit excommunicationem. 7. 528
Qui obtenta Licentia accedendi ad Monaſterium, & loquendi cum aliqua ibi, aliquam data occaſione alloquitur, non violat præceptum prohibens acceſſum; ſecus ſi præceptum ſit de non loquendo. 7.549
Lis inter Vaſſallos eſt terminanda per Dominum feudi, etiam ſi Eccleſiaſticus ſit. 13.108
Litera hortatoriæ ſunt admirabilis admonitio. 12.12
Facultas recognoſcendi Literas Apoſtolicas per Principes laicos non poteſt poſſeſſione quacumque longiſſima præſcribi. 8. 53
Subreptio, & falſitas literarum nullam inducit obligationem obediendi, nullumque peccatum committitur in impedienda earum executione, ſed debet eſſe clara & euidens, & non per examinationem Iudicum ſecularium. 14.53
Literæ niſi examinentur, non poteſt conſtare de earum ſubreptione. 15. 53
Caſus ſubreptionis, & falſitatis literarum, non excuſat Principes ſeculares, cum eæ poſſint examinari per Iudices Eccleſiaſticos. 15.53
Iuriſdictio Eccleſiaſtica vſurpetur à laico per declarationem ſubreptionis Literarum. 17.53
In Bulla Cœnæ excommunicantur quæcumque Perſonæ quæ quocumque prætextu regnadaueriot in ſuis Cancellariis Literas Apoſtolicas, etiam prætextu violentiæ, & informandi ſummum Pontificem. 18.53
Summus Pontifex non vult ſuas Literas executioni mandari, ſiveritati non innitantur, non tamen ea poſſunt per Iudices laicos examinari. 19.53
Iudices laici, ſi dubitetur de valore Literarum Apoſtolicarum poſſunt id opponere coram Iudico Eccleſiaſtico. 20.54
Defendentes literarum Apoſtolicarum Licitam retentionem, non intelligunt, vt in perpetuum ſupprimantur, ſed veris examinatis certior de veritate fiat ſummus Pontifex. 21.54
Princeps laicus, quin & quicumque priuatus de cuius præiudicio agitur in caſu, quo non pateat aditus ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, vel illum nolit declarare ſubreptionem Literarum & in mora ſit periculum magni damni, poteſt per modum iuſtæ defenſionis illarum executionem impedire, & interim ſummum Pontificem certiorem facere. 22.54
Præceptis, & Literis Apoſtolicis publicam vtilitatem lædentibus, ſi non ſupperat aliud remedium, quam earum executionem impedire, priuata auctoritate etiam armis, ac vi, ſalua præcipientis Perſona, reſiſti poteſt. 23.54
Literæ conceſſæ particularibus locis contra immunitatem, non ſunt generaliter ad omnia loca extendenda. 14.541
Literas ſcribere ad Monales licet in ſuribus præcitatis non ſit prohibitum; attamen in aliquibus Diœceſibus iure ſpeciali id veritum eſt. 25. 552
Scriptio Literarum eſt effectus intrinſecus, quem ſignificant illa verba, tamen id locum habet quando legiſlator non petit expreſsè, vel tacitè effectum extrinſecum. 28.554

L O

Locatio facta de fundo non expirat morte locantis, quia tunc locatio ipſum fundum immediatè attingit. 4.441
Locatio vltra triennium ex extranganti Ambitioſa, inualida eſt, & Canonicis pœnis obnoxia. 5. 441
Locatio ad longum tempus reputatur alienatio, eo quod per ipſam vtile Dominium tranſferatur in conductorem. 2.452
Locatio facta ad vitam locantis, vel conducentis inualida eſt; quia talis locatio ex natura ſua durationi longi temporis ſubeſt. 54.452
Loca pia non ſunt immunia à reddendis rationibus; niſi in fundatione aliter expreſsè cautum ſit. 29.95
Qui tranſit, vel per parum temporis diuertit ad aliquem Locum, moraliter non dicitur eſſe in illo loco. 8.519

Locus ſubductus à Iuriſdictione Epiſcopi, licet materialiter ſit intra, formaliter tamen eſt extra Territorium Epiſcopi. 6.135

Loca Regularium ex Bulla Sixti V. quæ dicitur mare magnum, eximuntur à Iuriſdictione Ordinarij. 14.136

Locus exemptus à viſitatione etiam eſt plenè exemptus, & magis quam cætera loca, quæ ſunt plene exempta, immò etiam quàm ſint Eccleſiæ nullius Diœceſis. 17.136

Locus exemptus quamuis ſit in Territorio, non eſt tamen de Territorio, & quoad hoc comparatur loco exiſtenti extra Territorium, nec Epiſcopus poteſt ibi niſi in caſibus à iure expreſſis. 13. 176

Locus deputatus ab Epiſcopo ad ſacrificia ſacer cenſetur, ideoque nullis temeratiis uſibus profanandus. 2.259

Non omnia Loca, in quibus exercentur opera pia, gaudent immunitate. 16.263

Loca ſacra ſemel Deo dicata ad vſus profanos conuerti amplius non poſſunt. 3.268

Locus ſacer dicitur proprium Iudicis Eccleſiaſtici Territorium, vnde ex captura Clerici in eo, non ſequitur Eccleſiæ irreuerentia. 9.286

Locus in quo erat Eccleſia, nunc profanata, & diruta, alienari non poteſt ſine iuris ſolemnitatibus. 4.428

In loco, vbi iam erat Eccleſia modo diruta, non poteſt fieri ſtabulum; & gaudet immunitate. 5. 428

Locus Clauſuræ eſt qui continetur ianua clauſa, ad quam ſecularibus non patet acceſſus. 3.467

Loquentes cum Abbatiſſa non peccant mortaliter neque in pœnas incurrunt. 7.175

Loquentes cum Nouitia, quia non venit in odioſis nomine Monialis, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt. 9.175

Loquentes cum Monialibus de rebus obſcœnis licet peccent mortaliter, tamen ſi ſint Pueri, vel Puellæ antequam peruenerint ad Pubertatem non incurrunt pœnas. 10.175

Loquentes de Domo propinqua Monaſterio, quæ licitè accedit ad Monaſterium, non incurrunt pœnas. 13.175

Loquentes metu graui ducti, & ſerui iuſſu Domini non peccant, neque incurrunt pœnas. 14. 175

Loquentes cum Monialibus exemptis contra Epiſcopi prohibitionem, cui ſit annexa cenſura, non peccant, neque incurrunt Epiſcopi cenſuram contra Doctores quam plures. 18. 176

L V

Lucrum non capere, & acquiſita perdere, paria non ſunt. 14.410

Luſitanus tranſiens per Caſtellam poteſt (quamuis id ſibi feria ſexta, & ſabbato in Luſitania non liceat) Animalium inteſtina comedere. 15. 133

M

M A

Maria Magdalena, & Martha eius ſoror cum aliis Virginibus in quodam Cœnobio ſimul viziſſe prohibentur. 17.460

Eccleſiaſticus Magiſtratus maior eſt ſeculari, ſicut ſpiritualia maiora, ſeu potiora ſunt temporalibus. 3. 15

Magiſtratus Eccleſiaſticus non eſt ſubordinatus Magiſtratui ſeculari, qui vllam iuriſdictionem aduerſus Eccleſiaſticos exercere poteſt, niſi ſolum ex delegatione. 3.15

Magiſtratus ciuilis debet Clericis erepta arma reſtituere, vel ad Eccleſiaſticum eorum Magiſtratum tranſmittere remotis etiam Pontificis priuilegio, & Prælatorum conſenſu etiam implicito. 11.16

Magiſtratus ciuilis ſi ad Reipublicæ vtilitatem condat ſtatutum, in quo prohibeatur, ne quis Ciuium in alienam terram ſe conferat, ſtatutum valet. 12.135

Quiſque Magiſtratus vti debet illo iure, quòd in aliquem ſtatuit. 24.237

Summus Magiſtratus aſſiſtens lateri ſupremi Principis facit vnum corpus cum illo. 3.328

Seculares Magiſtratus præſtare debent auxilium brachij ſecularis, ſi opus fuerit eo vti ad cogendas Moniales ad clauſuram ſub excommunicationis non reſeruatæ pœna ipſo facto incurrenda, ſecus autem Principes, qui tantum à Concilio Tridentino ad huiuſmodi auxilium præſtandum exhortantur. 9.470

Magiſtratus, & Deputati ad curam Monialium non debent ingredi cum Epiſcopo, niſi eos Epiſcopus elegerit. 5.518

Committens crimen læſæ *Maieſtatis* in Perſonam Principis non quidem ſpectato iure communi, ſed tantum conſtitutione Gregoriana, priuatur immunitate. 1.323

Delictum læſæ Maieſtatis in Perſonam Principis eſt atrociſſimum. 2.323

In crimine læſæ Maieſtatis punitur affectus, effectu non ſecuto, bona acquiruntur fiſco, poteſt de eo cognoſci poſt mortem, & Rei memoria damnari. 3.323

Explicatur, quinam, & quando committentes crimen læſæ Maieſtatis priuentur immunitate Eccleſiæ. 3.323

Filij ob crimen læſæ Maieſtatis excluduntur à ſucceſſione Parentum, & aliorum conſanguineorum, licet ſolum Parentes tale delictum commiſerint. 4.324

Filij Reorum læſæ Maieſtatis puniuntur magis ac filij Hæreticorum. 5.324

Crimen læſæ Maieſtatis humanæ in Muliere non contingit, & leges accommodantur ad ea, quæ frequenter accidunt & caſu, quo contingat, eſt leuioris conſiderationis. 31.325

Committentes crimen læſæ Maieſtatis in Perſonam Principis ſuperiorem recognoſcentis vt in Principes, Duces, Marchiones, Comites, & Barones Regni, non priuantur Eccleſiæ immunitate. 1.327

Committentes crimen læſæ Maieſtatis in ſtatum Principis (quamuis ſupremi) vel in vxorem, conſanguineos, Officiales, vel Conſiliarios eius, gaudent Eccleſiæ immunitate. 1.328

Mancipium ſi amittit domicilium, vt cum ſe vendit alteri, quam Luſitano, lege Luſitanorum non tenetur, quia tunc non eſt ſubditus; tenetur autem ſi ſe vendat Luſitano, quia tunc reſtat ſubditus. 11. 145

Mancipium, & iumenta ruſticana etiam inter bona immobilia connumerari debent; ſi tamen iſta affixa ſint Prædiis tanquam illorum pars, aliàs ſecus. 7.395

Mandans aliquem occidi in vno Territorio, ſi in alio occi

occidatur à Mandatario, non poteſt in loco mandati puniri pœna debita occiſioni, ſi mandato talis pœna ibi non eſt impoſita. 6.148

Mandans, & Mandatarius de delicto alibi conſummato non improbabiliter in ſententia Farinacij puniri poſſunt in loco mandati. 9.149

Mandans aliquem mutilari, vel occidi in Eccleſia, non priuatur immmunitate, ſiue mandatum detur in Eccleſia, ſiue extra ipſam. 1. 306

Mandans in Eccleſia aliquem mutilari exiſtentem extra, quia tunc videtur habere reuerentiam Eccleſiæ, gaudet immunitate. 4. 307

Mandans videtur facere per ſe ipſum ex iuris interpretatione; & impropriè, quod in pœnis locum non habet. 8. 307

Mandans, aliquem è loco ſacro extrahi, contrahit excommunicationem, non autem immunitatis priuationem. 10. 307

Mandans aliquem occidi, committit crimen homicidij moraliter, non autem phyſicè. 11. 307

Mandans ſi morte non ſecuta punitur vt aſſaſinus, punietur vt aſſaſinus etiam in priuatione immunitatis. 2.319

Mandatum alicui datum locandi res Eccleſiæ, extenditur tantum ad triennium, quo finito Procurator non poteſt abſque nouo mandato in aliud triennium illas locare. 2.457

Mandatum, ſi detur ad locandas res Eccleſiæ bis vel ter, finitur primo triennio elapſo. 3. 457

Mandatum, ſi Procuratori datum ſit ad locandum vltra triennium ſimultaneè, non valere; ſecus autem ſi datum ſit ad locandum ſucceſſiuè. 4.457

Maritus non poteſt expellere de domo vxorem ſibi inobedientem, aut perniciosam, cum illa ex vinculo matrimoniali habeat ius cohabitandi cum ipſo. 8.28

Martio permittitur repudiatio legati, vel hæreditatis, vt vxori obueniat. 9.409

Si maritus, qui iure prohibetur donare vxori, & è contra repudiet hæreditatem, ſeu legatum ſibi delatum, & nondum acceptatum vt perueniat ad vxorem, repudiatio valet ſi ſc. Vxor alias erat ſucceſſura. Secus ſi nullum ius habebat, & maritus repudiet in fauorem vxoris. 28. 29 410.411

Mater filium infantem, vel ſi quis alius occidat fœtum animatum per aliquam potionem non gaudet immunitate contra nonnullos. 3. 309

Matri non licet ingredi Monaſterium vt inuiſat filiam moribundam, & multo minus habitum ſuſcipientem, & profeſſionem emittentem. 3.516

Matri, ſorori, vel aliis Conſanguineis Monaſterium ingredi non licet, vt Monialem viſitent, aut illius profeſſioni, vel morti aſſiſtant. 4.523

An Iudex laicus, ſit competens, quando agitur de poſſeſſorio *Matrimonij*? 80

Poſſeſſorium matrimonij, licet agatur inter perſonas mere laicales; tamen quia admixtam habet cauſam, & titulum ſpiritualitatis, definitur à Iudice Eccleſiaſtico. 54. 110

Matrimoniales cauſæ coram Iudice Eccleſiaſtico tantum decidendæ ſunt, quia ipſæ etiam ſunt cauſæ merè ſpirituales, ex ſola Eccleſia ortum habentes. 1-73

M E

Medici, Chirurgi, Barbitonſores, ſeu ſanguinis Minatores, & ſimiles neceſſarij morbo Monialium curando iuſtam ingreſſus cauſam habent. 1. 514.

Medici ſtatim in ipſo morbi principio monentur ſuadere infirmis, vt Confeſſionis, & Euchariſtiæ ſuſcipiant ſacramenta. 7.516

Metropolitanus non habet in ſuffraganeos etiam non exemptos poteſtatem diſpenſandi, niſi in aliquibus caſibus à iure conceſſis. 1.219

Metropolitanus poteſt in Eccleſiis ſuorum ſuffraganeorum concedere indulgentias. 2.219

Metropolitanus diſpenſare poteſt cum ſuffraganeis primo ſi per appellationem ad ipſum cauſa deuoluta eſt, eo quod nolit inferior diſpenſationem concedere. 3.219

Metropolitanus diſpenſare poteſt, ſi ab inferiore imploretur eius poteſtas, vel quia inferior renuat diſpenſare iuſta diſpenſandi cauſa intercueniente; ſed cauſa debet eſſe manifeſta. 4. 219

Item tertio diſpenſare poteſt quando viſitat Prouinciam, quod libere facere poteſt communi iure, licet nulla Epiſcopi negligentia intercedat. 5. 219

Metropolitanus dum Prouinciam viſitat, poteſt audire confeſſiones Prouincialium. 6. 219

Item poteſt iubere, Crucem ante ipſum ferri, & benedicere Populo etiam in Prouinciæ locis exemptis. 7.219

Metropolitanus poteſt diſpenſare communi iure cum ſuis ſuffraganeis, non ſolum dum viſitat Prouinciam; ſed quandocumque. 8. 219

Metropolitanus quando poteſt diſpenſare cum ſuis, tunc etiam poteſt Epiſcopus pari auctoritate. 10.219

Metropolitanus dicitur ſimpliciter Ordinarius ſuperior ſuorum ſuffraganeorum, ita vt iis communi iure præcipere, eoſque negligentes ad officium compellere poteſt. 11.219

Metropolitanus in cauſis criminalibus maioribus priuatione vel depoſitione dignis, re cum Prouincialibus Epiſcopis cognita, ad ſententiam definitiuam aduerſus Epiſcopum ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate, procedere non poteſt, ſecus eſt de iure nouo; nam proceſſus, & cæteri actus reſeruantur ſummo Pontifici. 13. 219

Metus grauis cenſetur iuſtus & probabilis in ordine ad forum externum, & leges poſitiuas Eccleſiæ; quamuis interdum ſpectato iure naturæ à peccato mortali non excuſet. 25. 538

M I

F. *Minores* ex priuilegio Sixti IV. & Benedictini ex priuilegio Sixti V. poſſunt de conſenſu Capituli generalis mutare Conuentus de locis incommodis ad locos commodiores, non petita licentia Epiſcopi. 2.180

Fratres Minores ex indulto Leonis X. vocati à Prælatis Eccleſiaſtum, aut à Prælatis Religioſis, aut à Viſitatoribus habentibus curam aliquorum Monaſteriorum Monialium ad hoc vt viſitent prædicta Monaſteria &c. poſſunt ingredi. 7. 506

Minorum Prædia ob ſolum' æs alienum vigore legis diſtrahi poſſunt, & non obſtante particula taxatiua, ampliatur ex gloſſa etiam ad caſus ſimiles. 11.477

Digitized by Google

Minor iurans reputatur maior ratione iuramenti per fictionem iuris, à qua fictione pœna recedit. 15.533.

Egrediens à Patria cum talis egreſſus nullo iure ſit ipſi prohibitus habet diſpenſationem à præcepto audiendi *Miſſam*, neque tenetur Miſſam præuenire, ſecus eſt ſi tendat ad locum, vbi obligatus præceptum, & præſideat ibi Miſſam non eſſe, vel de tempore ſui exitus Miſſa, quæ celebratur, ſit vltima. 7.141

Facultas Miſſas celebrandi in priuato Oratorio intelligitur (ſaluo interim iure Parochialis Eccleſiæ) 27.235

Mobilia pretioſa, quæ ſeruando ſeruari poſſunt quæque inter ibmobilia ad hunc effectum computantur, ſunt vaſa aurea, argentea, gemmæ, caſulæ pretioſæ, calices, tapetes, & veſtes, quæ difficile conſumuntur, & generaliter ſunt omnia illa, quæ fructificant, & triennio non corrumpuntur. 8.195.

Moderamen inculpatæ tutelæ non ſeruat is qui inualus habet aliam viam euadendi ſine maiori, vel æquali damno, quam vim inferendo. 7.18

Modus, ſeu grauamen, vt promiſſioni acceſſorium cenſeatur, ideoque à Promiſſario implendum ſit, requiritur c. fieri in continenti. 2. modum adiectum eſſe poſſibilem; ſecus non tenet. 9.407

Modus promiſſioni, donationi, vel alteri diſpoſitioni adiectus, eſt veluti acceſſoria pactio ſeu obligatio; quapropter ipſa corruente propter ſui impotentiã, nõ etiam corruit pactio, ſeu obligatio principalis; cũ principale nõ pendeat à ſuo acceſſorio 10.ibid.

Modus adiectus tanquam cauſa finalis, ac principalis reſoluitur in conditionem ſine qua non quia tunc corruit donatio, vel legatum. 11. ibid.

Modus adiectus non tanquam cauſa finalis, ac principalis ſicut non reſoluitur in conditionem ſine qua non; ita etiam non efficit promiſſionem, vel donationem reuocabilem, Obligat tamen ad præſtandam eius æſtimationem. 12. ibid

Modus, quem Pontifex tacite appoſuiſſe præſumitur in alienatione ob cauſam futuram facta cenſetur Eccleſiæ defenſio, pauperum auxilium, templorum reſtauratio. 10.444

Monachus, ſeu Religioſus acceptans rem ſibi teſtamento legatam ſine licentia Prælati, licet valide accepter, peccat tamen. 24.408

Monachus, vel Religioſus in iure quærendo non ſolum prodeſſe ſed etiam obeſſe poteſt Religioni ſc. ſi donationem ſibi faciendam reſpuat, validè renunciat; & ſic ſine violatione voti Paupertatis rogare poteſt offerentem vt alteri dare velit. 26 ibid.

Ingrediẽtes *Monaſteria* Monialium exempta contra generalem prohibitionem Epiſcopi, cui annexa ſit cenſura, non incurrunt eam, ſecus tamen ſi ob vtilitatem Eccleſiæ exprimat etiam de loco exempto. 10.11.135

Exempto Monaſterio non dicitur exempta via, quæ tendit ad Monaſterium. 25.136

Introducentes infideles ad Monaſteria Monialium, licet introducti non teneantur legibus Eccleſiaſticis, tamen cooperantes ad eorum, ingreſſum peccant. 7.164

Introducentes in Monaſteria Monialium puberos non ſeptennes, & fœminas non ſeptennes in Virorum Monaſteria non peccant. 12.165

Frequentare Monaſteria remoto vitio, & ſcandalo non eſt peccatum mortale, ſi tamen qui frequenter monitus ab Epiſcopo non deſiſtit peccat, & poteſt excommunicari. 17.175

Monaſterium vnum, vel plura priuilegio abutentes non amittunt illud alia Monaſteria, ſi priuilegium eſt locale. 21.196

Monaſterij vnius ius eſt ſeparabile à iure alterius, & quando eſt tale, poteſt vni præiudicari, & non alteri. 22.ibid.

Noua Monaſteria ædificari &c. ſine Regularium ibi exiſtentium conſenſu, etiam ſi diſtent quatuor millia paſſuum; niſi aliàs Epiſcopo conſtiterit commodè in numero duodenario poſſe ſuſtentari. 4.233

Monaſterium de nouo ædificatum, ſi in eo duodecim Regulares non viuant ſubiacet Epiſcopi iuriſdictioni, limita quoad diſciplinam Eccleſiaſticam tantùm. amplia procedere extra Italiam. 5. ibid.

Apprehẽdẽs manibus valuas oſtij Monaſterij Monialium non violat clauſtrum Monialium, & tamen apprehendens valuas Eccleſiæ gaudet Eccleſiaſtica immunitate. 5.162

Monaſterium licet legatorum incapax non dicatur, tamen incapax retinendi rem mobilem pretioſam; & propterea ea eſt monaſterio per acceptationem incorporata. 5.411

Monaſterium, vel Conuentus & hortus ei annexus non poteſt alienari ſine iuris ſolemnitatibus. 6.429.

Tranſitus ad arctiora Monaſteria de iure antiquo concedebatur, nec per ius nouum apparet tublatus. 3.484

Qui nam prohibeantur ingredi Monaſteria Monialium ſub pœna Excommunicationis latæ ſententiæ ſine licentia. 1.502

Nomine Monaſterij Monialium venit ſpatium illud, quod intra Monaſterij ianuam ſemper clauſam continetur, modo clauſuræ deputatum ſit. 1.504.

Recipiens ſe intra Monaſterij ianuam, quæ ſemper claudi ſolet etiam ad vnum, vel duos pedes, incurrit ſecundam probabiliorem opinionem pœnas latas contra violatores Clauſuræ. 2.ibid.

Nomine Monaſterij veniunt Horti contigui, Nemora & alia loca, ei annexa, quæ Monaſterij muris, ſeu ſeptis cinguntur, maximè ſi per clauſtra Monaſterij ſit ad ipſa ingrediendum. prædicta intellige præciſa conſuetudine in contrarium, ſi alicubi ſit. 7.508

Ingrediens Monaſterium pro cauſa expreſſa *in licentia particulari*, ſi habeat licentiam generalem verbi gratia ingrediendi ad videndam conſecrationem Abbatiſſæ, poteſt iterum ingredi pro cauſa particulari expreſſa in tenore licentiæ. 25.510.

Ingredi clauſuram Monaſterij Monialium ſi ſolum ſolemnitas ſcripturæ deſit ex probabilioti ſententia eſt culpa mortalis. 3.511

Ingredientes Monaſteria quomodo & à quibus comitari debeant, deſumendum eſt ex ſtatutis, & Conſtitutionibus Monaſterij, præcipuè ex cõſtitutionibus Pontificiis, ſi quæ fuerint circa hoc. 9.515.

Quæ requirantur pro ingreſſu licitò ad Monaſteria ſanctæ Claræ, & alia Monaſteria, quæ ſtrictiorem clauſuram profitentur 5.522

Stans in oſtio Monaſterij non peccat, nec pœnas contra clauſuram violantes latas incurrit. 7.525

Ingrediens Monaſteria Monialium ſolùm virtute facultã

facultatis alicuius ſibi conceſſæ, vel etiam ingrediens abſque vlla prorſus facultate, ſeu licentia, contrahit pœnas Motus Greg. XIII. 1. §30
Ingredi Monaſteria Monialium, eaque ſine licentia frequentare, & ſine iuſta cauſa eſt prohibitum. 1. §49
Qui cogitauit ſe transferre ad Monaſterium, & iter inchoauit; ſed ab inchoato itinere deſiſtit, non dicitur accedere ad Monaſterium. 3. §49
Qui Domum Monaſterio contiguam habet, & è feneſtra ſuæ domus Monialem alloquitur, non dicitur ad Monaſterium accedere; quia non dicitur ſe ad Monaſterium transferre cum ibi exiſtat. 4. §49
Mittens ſeruum ad Monaſterium propriè non dicitur ad Monaſterium accedere; Miſſus tamen propriè accedit, & ſic iſte pœnas accedentium incurrit, niſi iuſta cauſa excuſetur. 5. §49
In cap. periculoſo nulla pœna imponitur accedentibus ad Monaſteria Monialium; ſecus eſt in cap. Monaſteria, vbi Clerici præſumentes ea frequentare, ſi moniti ab Epiſcopo non deſtiterint, ſuſpenduntur; ſi verò laici ſint, excommunicantur non latæ ſed ferendæ ſententiæ. 3. §50
Frequentare Monaſteria ſatis habetur per duos acceſſus; quia actus geminati conſuetudinem inducunt. 10. §51
Nomine Monaſteriorum, quæ aditi, vel frequentari prohibentur, probabilius veniunt Moniales, ita vt ſumatur continens pro contento. 14. §51.
Frequentia Monaſteriorum cauſa audiendi diuina, vel videndi exteriorem ornatum Monaſterij, vel ſimili alia de cauſa, non prohibetur; ſed ſolum cauſa locutionis ſiue aſpectus ſiue actiui, ſiue paſſiui Monialium. 15. §51
Frequentia, vel etiam acceſſus ad Monaſteria vt non ſit prohibitus, requiritur manifeſta cauſa & rationabilis non omnibus, ſeu maiori parti populi, ſed concedenti. 16. §51
Frequentare Monaſteria præciſo ſcandalo & praua intentione non eſt peccatum mortale ſecundum probationem opinionem contra nonnullos oppoſitum affirmantes. 1. §53
Non ſolum frequentare ſine iuſta cauſa, & licentia ſuperioris, ſed etiam vel ſemel Monaſteria audire eſt peccatum veniale. 3. §53
Ingredi Virorum Monaſteria eſt prohibitum mulieribus ex motu Pij V. qui incipit, Regularium Perſonarum, & ex motu Gregorij XIII. vbi gratiæ. 1. §54
Nomine Monaſterij non venit Chorus Eccleſiæ Religioſorum. §. §58
Nomine Monaſterij venit etiam Sacriſtia Eccleſiæ contigua ſolo pariete intermedio eam ab Eccleſia diuidente præciſa tamen conſuetudine in contrarium, ſi alicubi ea ſit. 9. §59
Nomine Monaſterij veniunt etiam Prioratus, quos habent Monachi ſancti Benedicti, vel ſancti Bernardi, & ſimiles. 10. §59
Nomine Monaſterij non veniunt Religioſorum Domus nondum completè fabricatæ; ſed fabricari inceptæ. 11. §59
Nomine Monaſterij veniunt Religioſorum domus quæ vulgo reſidentiæ vocantur ſi eæ perpetuæ ſint habentes Eccleſiam cum Euchariſtia; ſecus contra. 15. §59
Nomine Monaſterij non venit Atrium ſcholarum & ſi hæ contiguæ ſint Collegio Societatis Ieſu. 16. §59
Loquentes cum *Monialibus* Monaſterij exempti contra prohibitionem latam ſub pœna excommunicationis ab Epiſcopo, non incurrunt cenſuram, ſecus eſt ſi ſub dicta pœna ſit vetitus acceſſus ad Monaſteria etiam exempta. 24. 136
Monialium aliquorum Monaſteriorum conſuetudo circa ingreſſum intra eorum ſepta recenſetur, & ad Epiſcopum ſpectat reformatio in non exemptas iure ordinario, in exemptas iure delegationis à ſede Apoſtolica. 14. 460
Monialibus non licet habere oſtium, per quod ex Monaſterio interiori introiri poſſit in ipſarum Monialium Eccleſiam exteriorem. 1. 466
Monialibus, etiam Tertiariis non licet ingredi à ianua Monaſterij, quæ eſt pro clauſura Monaſterij ipſius etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam, &c. 2. 467
Moniales aſcendentes ſupra recti tegulas, ſi intra eam partem, quæ monaſterium reſpicit, contineantur, clauſuram non violant; ſecus ſi eam prætergreſſæ ad alienam recti partem tranſeant. 4. 467
Monialis ſiue iuſte, ſeu iniuſte à Monaſterio egreſſa, & intra Domum aliam priuatam incluſa, ſi ex hac egrediatur, clauſuram non violat. 7. 467
Monialis, quæ ſe ponit in Rota, & facit illam volueré verſus partem exteriorem, vbi non eſt clauſura, licet in opinione nonnullorum violet clauſuram; ſecus tamen eſt in ſententia Auctoris. 9. 467
Moniales profeſſæ etiam ordinum Militarium S. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. aſtringuntur clauſura. 1. 468
Moniales cuiuſcumque ordinis etiam ſi Hieroſolymitanæ ſint comprehenduntur in decreto de clauſura. 2. 468
Moniales, quæ ante Tridentini Decretum clauſuram ſeruare non conſueuerant, aſtringuntur clauſura. 3. 468
Moniales conuerſæ, & Tertiariæ cuiuſcumque Ordinis, vel Congregationis, ſi vere vtræque profeſſæ ſunt, aſtringuntur ad clauſuram. 6. 468
Moniales quæ faciebant profeſſionem ea conditione, vt clauſura non obſtringerentur, probabilius non ſunt profeſſæ. 9. 469
Oblatæ non tenentur ad clauſuram; quia non ſunt vere Moniales, nec proceſſionem emittunt. 10. 469
Moniales, quæ vel ex regula, vel ex voto tenentur ad clauſulam, peccant eam violando contra Regulam, vel votum, vel etiam contra præceptum Eccleſiaſticum. 17. 469
Moniales ſi egreſſæ fuerint ſine licentia Ordinarij à clauſura, & ſuperiores Regulares ſi licentiam dederint cenſuris Eccleſiaſticis ab ipſiſmet Ordinariis puniri poterunt. 3. 471
Clauſuram Monialium inducere ſpectat ad Epiſcopos vt

vt ſedis Apoſtolicæ Delegatos, non item quod Moniales è clauſura egredi nō poſſint; quia Concilium loquitur ſimpliciter de Epiſcopo, & conſequenter extendi etiam poteſt ad Vicarium. 5. 473.

Moniali non poteſt dari licentia egrediendi à clauſura abſque cauſa graui, ſc. magni incendij, Infirmitatis, lepræ, aut Epidemiæ. 1. 475

Egredi è clauſura eſt res grauis, & multis ſcandalis, ac Monialium caſtitatis periculis plena. 2. ibid.

Moniali laboranti morbo contagioſo, vt gallico, S. Lazari, Ignis ſancti Antonij, & alicuius ſimilis, dari poteſt licentia egrediendi è clauſura, ſi moraliter loquendo, non poſſet intra Monaſterium curari ſine graui periculo contagionis aliarum. 12. 478.

Moniali probabiliter, vt ſit Abbatiſſa alterius Monaſterij eiuſdem Religionis tamen, & habitus dari poteſt licentia egreſſus. 1. 479

Moniali conceditur egreſſus à Concilio Tridentino, dummodo in Monaſterio in quo facta eſt Abbatiſſa non reperiatur Monialis idonea cum dotibus, & qualitatibus ibi requiſitis ad munus prædictum exercendum. 3. ibid.

Moniali concedi poteſt egreſſus, vt ſit magiſtra Nouitiarum in alio Monaſterio, eiuſdem tamen ordinis, & habitus; quin vt præſit portæ, vel Rotæ, vel alteri muneri. 4. ibid.

Monialis finito officio poteſt de conſenſu vtriuſque Monaſterij ad prius Monaſterium redire, etiàmſi ſocia, cum qua egreſſa fuerit, redire non velit. 5. ibid.

Moniali, concedi poteſt egreſſus, ſi ſit neceſſaria ad fundandum nouum Monaſterium. 8. ibid.

Monialis quacumque cauſa transferatur ali debet à Monaſterio, à quo transfertur. 13. ibid.

Moniali concedi non poteſt egreſſus, vt viſitet Monaſteria ſibi ſubiecta; quia id decentius, & cōmodius præſtari poteſt per Prælatos regulares. 1. 480.

Monialis ſi tranſeat de vno Monaſterio ad aliud eiuſdem Ordinis, dotem portare non debet. 15. ibid.

Monialium Monaſteriis preſſis neceſſitate debetur dimidium omnium eleemoſynarum à quibuſcúque vbicumque tertarum quacumque diſpoſitione Pauperibus faciendarum, niſi ſint in pauperes certos erogandæ, nec ſint ad vſus alios, quam ſuſtentationem, deſtinatæ. 6. 481

Moniali concedi non poteſt egreſſus ob morbum quantumuis periculoſum, ſi contagioſus non ſit, licet ſalus eiuſdem deſperetur. 1. 482

Moniali, ſi morbus non ſit contagioſus, neque concedi poteſt licentia, vt ſe transferat ad Monaſterium eiuſdem ordinis, cuius ſitus ſalubrior ſit. 5. 483.

Monialis, ne occidatur poteſt egredi è clauſura. 7. ibid.

Monialibus cuiuſdam Monaſterij de facto conceſſit Gregorius XIII. liberum egreſſum, quotieſcumque morbo periculoſo laborarent 8. ibid.

Monialis morbo non contagioſo, ſed periculoſo laborans, ſi ſine Summi Pontificis diſpenſatione egrederetur è clauſura, peccaret, nec Prælatus inferior licentiam huiuſmodi concedere poteſt. 10. ibid.

Monialis poteſt è clauſura egredi, ſi periculum vitæ ſibi certò immineat ob graues moleſtias, & vexationes, quas iniuſtè patitur. 11. ibid.

Monialis grauida effecta non poteſt exire, etiam ad ſaluandam famam, vt fœtum foris edat, ſine legitima Summi Pontificis, vel alterius Superioris licentia. 12. ibid.

Monialis non poteſt ſine legitima licentia Summi Pontificis egredi ad habendam curam Nepotum, & omni auxilio carentium. 13. ibid.

Monialis concedi poteſt egreſſus, vt ad ſtrictius Monaſterium tranſeat contra nonnullos Doctores aſſerentes id ſolum ſtatutum eſſe pro Viris, non fœminis. 1. 484

Ad bonum commune Monialium ſpectat poſſe ad perfectiorem vitam tranſire. 2. ibid.

Moniali adeo incorrigibili, vt in nullo Monaſterio eius correctio ſperetur, concedi non poteſt licentia egreſſus inconſulto ſummo Pontifice, licet in vigore iuris contrarium videatur. 11. ibid.

Monialis incorrigibilis carceri potius, ne alias inficiat, tradi debet, quam cum tanto ſcandalo, & præiudicio boni communis è Monaſterio eiici. 2. ibid.

Monialis poteſt ſeruatis ſeruandis tranſire de vna Religione ad aliam, & in Religione, ad quam tranſit, debet facere nouitiatum, & emittere profeſſionem. 5. ibid.

Monialis neceſſitate cogente, ſi non ſit aditus ad ſuperiorem pro obtinenda licentia, poteſt eo inconſulto egredi. 1. 485

Monialis ad tempus legitimè egreſſa, nempe ob morbum, vel alium caſum permiſſum, tenetur ſanitate obtenta, vel negotio finito ad Monaſterij clauſuram redire. 1. ibid.

Monialis non præſumitur neceſſitate cogente coarctari à ſuperiore ad ſeruandam clauſuram. 3. 485.

Monialis neceſſitate cogente egreſſa ſine ſuperioris licentia, tenetur eidem ſignificare ſuum egreſſum ſi duret, & ipſa poſſit, 4. ibid.

Monialis egreſſa legitimè, ſi in redeundo ad Monaſterium ſit morata per moram breuem v.g. vnius, vel alterius diei, non violat Præceptum clauſuræ. 4. ibid.

Monialis egreſſa legitimè, ſi finito negotio alio diuertat per moram vnius, vel alterius diei, verbi gratia ad viſendam Imaginem, conſanguineam, amicum &c. non violat præceptum Clauſuræ. 5. ibid.

Moniali clauſuram violanti, & ei fauentibus duplex pœna infligitur. Prior excommunicatio Pontifici reſeruata Poſterior priuatio Dignitatum, & Officiorum. 1. 486

Moniales clauſuram violant & cenſentur à Monaſterio egredi, ſi ad Eccleſiam ſuam, vel ad ſpatium, quod eſt inter Portam Monaſterij clauſam, & alteram ſecularibus patentem, egrediantur, & ita incurrunt pœnas contra violantes clauſuram impoſitas. 1. 498

Moniales non incurrunt dictas pœnas, ſi licitè ſine licentia ſuperioris ob periculum in mora adeundi illum, egreſſæ fuerint poſtea ad Monaſterium regreſſæ Superiorem non moneant. 4. ibid.

Moniales iuſtè egreſſæ à Monaſterio, ſi finita cauſa egreſſus, ſtatim non regrediantur, ſed diu culpabiliter extra Monaſterium morentur, vel vagẽtur, non incurrunt dictas pœnas. 5. ibid.

Comitantes, vel Recipientes Monialem illicitè egreſſam ita vt faueant huiuſmodi egreſſui, vel perſeuerantiæ in illo, ſeu ſint cauſa efficax huiuſmodi egreſſus vel perſeuerantiæ in illo, coopetando

Digitized by Google

fando Monialis delicto contrahunt dictas pœnas. 1.499

Moniales licitè à suo Monasterio egressæ non includuntur in dicta prohibitione ; & liberum est Abbatissæ istas absque alia superioris licentia admittere, præsertim si sint eiusdem ordinis, & habitus, & iter faciant ; secus si ingrediantur ex pura recreatione, vel causa inuisendæ amicæ. 8. 503

Moniales Choro deputatæ, durissimum est si grauentur inferioribus officijs. 2. 522

Monialis commodè potest confirmari per feneſtellam, per quam Moniales Eucharistiam recipiunt. 2. 523

Ingrediens Monialium Monasterium ex legitima licentia, tenetur finito negotio statum egredi. 1. 524

Monialis ex legitima licentia è Monasterio egressa, tenetur finito negotio statim regredi. 2. 524

Monialis legitimè egressa, si finito negotio extra Monasterium degat cum quacumque praua intentione, & executione non incurrit censuras, & cur? 8. 524

Moniales præsumentes admittere in sua Monasteria ingredientes prædictos respectu facultatum contrahunt easdem pœnas. 8. 543

Monialis admittens tam virum, quam fœminam incurrit pœnas dicti motus. 10. 545

Monialis si vrgente necessitate aliquem admittat, non incurrit dictam excommunicationem & pœnas, & cur. 11. 545

Monialis, si ad ipsam non spectet impedire ex officio, verbi gratia cum non sit Prælata Monasterij, nec præsit portæ custodiendæ non incurrit pœnas dicti motus Gregorij XIII. secus si ingredienti ianuam aperiat, consulat, iubeat, vel mandet, aut si manu trahat, inuitet, & aliquo alio modo positiuo faciat quempiam ingredi. 2. 544

Monialis qualiscumque illa sit, si mandet, vel consulat ingressum Personæ, quæ ingreditur, contrahit dictas pœnas. 3. 544

Monialis, si non mandet, vel consulat ingressum personæ, quæ ingreditur ; sed alteri, contrahit etiam dictas pœnas si tenebatur ex officio impedire ingressum; at contra si non tenebatur ex officio. 4. 545

Monialis qualiscumque etiam illa sit, si confabuletur, vel comitetur Personam, quæ illicitè Monasterium ingreditur, non contrahit dictas pœnas; sed peccat tantum mortaliter, vel venialiter pro vt sua locutione dat ansam notabilis, vel leuis moræ. 5. 545

Monialis qualiscumque etiam illa sit, non contrahit dictas pœnas, si admittat ad ingressum ex aliqua inaduertentia, oblitione, negligentia, ignorantia etiam crassa, & supina, quin & affectata, vel ex aliquo bono fine verbi gratia ne admissus ab inimicis percutiatur, &c. 6. 545

Monialis, quæ Virum, vel fœminam prætextu licentiarum ingredientem in Monasterium Monialium extra casum necessitatis admittere præsumit, ipso facto incurrit excommunicationem Pontifici reseruatam priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa. 7. 545

Superior Monialium, aut alius admittens non incurrit pœnas dicti Motus; quia textus loquitur tantum de Monialibus. 8. 545

Monetarum Tonsores, & alij sine armis ; & violentia subripientes, seu occultè, vel in viis priuatis, aut etiam in viis publicis, at non per insidias sed quasi ex accidenti furantes non priuatur immunitate Ecclesiæ. 5. 298

Cudens falsam Monetam, vel bonam tondens non priuatur immunitate ob rationes supra dictas. 1. 342

Cudens falsam Monetam, vel bonam tondens committit iniustitiam aduersus Rempublicam, & Regem; & sic committit furtum publicum, non tamen dicitur committere latrocinium publicum, quod requititur ad perdendam immunitatem. 2. 342

Cudens falsam Monetam committit crimen læsæ maiestatis in statum Principis, non autem in Personam eiusdem. 3. 342

Per *Mortis* articulum non intelligitur tantum quasi vltimus vitæ spiritus, sed quoduis etiam probabile mortis periculum. vide ibi quod habet locum etiam si quis sponte & non ex causa vrgente motus tale periculum adeat contra Sanchez. 11. 205

Motus proprius Pij V. & cap. periculoso de statu Regul. in 6. interpretatur. 5. 468

Motus Pij V. qui incipit (Decori & honestati) non est vbique vsu receptus, vbi tamen vsu receptus est, non potest superior Regularis sine Ordinario date licentiam egressus, secus tamen est, vbi motus prædictus non est vsu receptus. 7. 472

Motus Gregorij XIII. excommunicat Religiosos vtriusque sexus si in vnum seu collegialiter coacti quempiam virtute facultatum ingredi faciant, vel permittant. 3. 541

Motus Gregorij XIII. puniens Conuentum prætextu facultatum aliquem ingredi facientem vel permittentem, afficit tantum superiores, & eorum Consultores, seu præcipuos Officiales quorum consilio superior gubernatur. 9. 541

M V.

Mulier septimo mense, octauo, nono, decimo, & aliquando etiam vndecimo cœpto parere solet. 30. 91

Mulier præsertim robusta aliquando etiam quinto mense parere solet. 34. 91

Mulier ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix; nec quis ex vnico actu vsuræ dicitur publicus vsurarius. 12. 295

Mulier nupta ob timorem viri suspicantis eam esse adulteram, iustam habet causam. 6. 521

Mulieres seculares habentes licentiam ingrediendi, non possunt ea vti, nisi accedat consensus Monialium capitulariter obtentus secus incurrunt censuras. 10. 524

Mulier ingrediens Religiosorum Monasterium, in quo scit hic, & nunc nullum Religiosum esse, probabilius peccat mortaliter, & contrahit censuras ; quia per accidens est in aliquo casu non violari finem legis. 5. 553

Mulieres Monasteriorum Virorum fundatrices non comprehenduntur in prohibitione, vbi vide quomodo Gregorius XIII. derogauerit Regulæ fratrum Minimorum, & quidnam indulserit circa fundatrices. 1. 555

Mulieres, quæ nullius facultatis prætextu ingrediuntur, & Religiosi Mulieres sic ingredientes admittentes ex non omnino improbabili

bili ſententia non comprehunduntur in prohibitione. 1.556
Certum non eſt dicere talem Mulierum in Monaſterium Virorum ingreſſum, & admiſſionem eſſe ſub peccato mortali, & excommunicationis cenſura prohibitum. 2.ibid.
Mulieres ingredientes Virorum Monaſteria dato quod contrahant excommunicationem, à quo nam ea lata ſit. 10.557
Mulieres ingredientes excuſantur ab incurrenda cenſura motus Pij V. ſi bona fide ſeu ex ignorantia culpabiliter craſſa, & ſupina, quin & forſan etiam affectata ingrediantur 11.ibid.
Mulieres cum reliquo populo admitti poſſunt intra Monaſterij ſepta ad diuina officia; ſecus ſi Religioſi ſoli privatim in clauſtro id efficiant, & quæ diuina officia ſint vide diffuſius. 15.561
Mulieribus ingredi clauſtra, & illuc admitti veſperi non licet nec quando proceſſio eſt iam celebrata præciſa modica mora 18.ibid.
Mulieres in Monaſterij clauſtra ingredientes poſſūt etiam in locum, quem De profundis appellant ingredi, quando talis locus eſt coniunctus clauſtro. 22.562.
Mulieres ex prædictis cauſis ingredientes tenentur his officiis completis ſtatim egredi, non quidem ſtatim phyſicè, ſed moraliter. 25.ibid.
Mulieres ſi officinas Monaſterij interiores ingrediantur incurrunt pœnas, quia priuilegium ingrediendi eſt limitate conceſſum; contrarium autem non eſt improbabile. 27. ibid.
Mulieres nullius facultatis, aut priuilegij prætexta ingredientes, & Religioſi mulieres has admittentes an peccent moraliter, & pœnas ac cenſuras incurrant. 28.ibid.
Mulieres virtutē cuiuſcumque priuilegij Pontificij iuſtum eſt non admittere, ſi illud de prohibitione Regulæ mentionem non faciat, & talis prohibitio ſic ſub Regula. 30. ibid.
Mulieres virtute talis priuilegij ingredientes, & Religioſi ipſas admittentes contrahunt cenſuras, niſi ignorantia excuſentur. 31.563
Mulieres ingredientes virorum Monaſteria ex motu Pij V. contrahunt excommunicationem Papæ reſeruatam. 1.ibid.
Muſicis ſolum eſt permiſſum docere ad crates Magiſtro exiſtente extra clauſuram. Item dicas de organiſta ſi Moniales doceret. 7. 515
Mutilans, ſeu occidens in Eccleſia, ſiue ſub ſpe immunitatis ſiue ſine tali ſpe, item ſiue præmeditatè, ſiue ex proposito, ſed ex ſubita ira, & occaſione, & prouocatus, priuatur immunitate; ſecus ſi per modum defenſionis cum moderamine inculpatæ tutelæ. 1.2. 502
Mutilantes, ſeu occidentes in Eccleſia ſi ex ſubita ira & occaſione & prouocati in ſententia plurimorum gaudent immunitate. 3. ibid.
Deciſio Summi Pontificis quod non gaudeant immunitate occidentes, & mutilantes in Eccleſia eſt generalis, & fundata præcipuè in ratione quadam communi. 4.303
Immunitate eodem modo priuantur mutilantes, occidentes in Eccleſia, quo priuantur publici latrones, & ſic non requiritur, quod ſub ſpe immunitatis. 6. ibid.
Nomine mutilantis, vel occidentis non venit mandans mutilari; vel occidi, niſi in lata, & extenſa ſignificatione, quæ in materia pœnali circa immunitatis priuationem facienda non eſt. 2. 306.

N

N A

PEndente cauſa *Natalium* coram Iudice Eccleſiaſtico, non poteſt Iudex ſecularis procedere in cauſa principali hæreditatis. 9.77
Natus in dubio quis præſumitur legitimè, & ſic ad Defuncti hæreditatem eſt admittendus; quamuis temporis ordinarij ſpatium à conceptione ad natiuitatem, aliquando augeatur, vel minuatur. 28. 91.

N E

Neceſſitas quandoque licitum facit, quod per leges non eſt licitum. 30.4
Neceſſitas publici vel priuati commodi auertendi nequaquam tribuit magiſtratui laico iuriſdictionem in Eccleſiaſticas Perſonas; ſed ſolum tribuit ius defenſionis quam naturale dictamen cuilibet permittit. 31.4
Neceſſitas Publica non tribuit iuriſdictionem ſaltem coactiuam Laicis in Clericos. 7. 36
Neceſſitas facit licitum quod alias non erat licitum, & neceſſitas non habet legem, debet intelligi de neceſſitate ſic vrgenti, quæ non permittat legem ſeruari. 24.599
Neceſſitas quando comparitur conſeruationem legis, non præualet contra legem. 25. ibid.
Neceſſitas eſt, vt ſi Eccleſia grauetur ære alieno, & non poſſit ſoluere, niſi alienet, vel ſi reparanda ſit Eccleſia, fundus inſtaurandus, vel domus ſuffulcienda, quæ alioquin corrueret. 2. 413
Neceſſitas Reipublicæ læſæ, & ſcandalizatæ præferri debet neceſſitati particularis Perſonæ iuſte condemnatæ. 28.414
Neceſſitas legem non habet, & per epiicheiam cenſeri poteſt caſus neceſſitatis exceptus. 2.485
Negatio, cum ſit malignantis naturæ, quidquid poſt ſe inuenit, deſtruit, eiuſque oppoſitum ponit. 3. 476.

N O

Nobilis inuaſus licet poſſit fugere, vitamque ſuam & proximi ſeruare, non tamen tenetur, ſed poteſt ſine peccato, & irregularitate inuadentem occidere. 5.314
Nobiles fœminæ ſi reuera ad aliquod opus neceſſarium Monaſterio ingrederentur, & in illo occuparentur non minus quam fœminæ viles ad illud opus exercendum alias ingreſſuræ, ſi ſtatim moraliter finito opere, egrediantur non peccarent, data etiam curioſitate. 2.512
Nouitij ex delicto vniformitatis non tenentur ſeruare Leges, & præcepta Profeſſis impoſita, & quare. 8.9
Nouitius gaudet Religionis priuilegiis, & tamen non eſt obſtrictus eius oneribus, & præceptis. 5 123.
Nouitii ſi ordinandi ſint, indigent literis dimiſſorijs proprij Epiſcopi; & non ſufficiunt literæ Prælati Regularium. 6.157
Nouitius dicitur acquiſiuiſſe Domicilium in loco, vbi inhabitat addictus Religioni. 8.158
Nouitii Religionum non poſſunt confiteri niſi magiſtro Nouitiorum, vel Religionis ſuperiori, vel cui ille commiſerit. 9.125
Nouitij, quia ſunt in via ad Religionem poſſunt confiteri Religioſis illius ex priuilegio. 12.ibid.

Nouitij participant Professorum priuilegia vt Canonis, fori, & exemptionis Gabellarum. 13. 225.
Nouitij possunt cum literis Prælati Religionis mitti ad quemcumque Ordinarium ad Ordines suscipiendos sine literis Diœcesani. 14.ibid.
Nouitij non possunt disponere de bonis sine auctoritate Episcopi nisi intra duos menses ante professionem, & cum licentia ipsius Episcopi. 9.233.
Nouitiæ cuiuscumque approbitæ Religionis non tenentur ad clausuram; quia neque hę sunt professæ. 11.469
Nouitiæ egredientes è Monasterio ex causa rationabili, non interrupunt nouitiatum; secus si egrediantur sine causa, licentia, vel habitu. 12. ibid.
Nouitia si egrediatur de licentia Abbatissæ, male tamen concessa, adhuc tamen non interrumpit nouitiatum. 13.ibid.
Nouitiæ dari non potest licentia egrediendi ad visendos Parentes. 14.ibid.

N V

Potestas laica non potest discutere facultates *Nuntiorum* Summi Pontificis contra plures Auctores, quorum dicta refelluntur. 1.52
Nuncij ex commissione Summi Pontificis debent exhibere Regibus, vel eorum magistratibus literas suarum legationum, ad hoc vt eis innotescat legitima ipsorum legatio, & auctoritas. 2. ibid.
Non est præscriptum quanta auctoritas conferatur Nuncijs, sed id pendet à concessione summi Pontificis. 3.ibid
Nunciorum nomine veniunt Legati sedis Apostolicæ. 16.189
Nuncius, qui potestatem legati à latere habet, potest etiam quemlibet Religiosum absoluere, vel dispensare; quia est legitimus exemptorum superior. 21.228.
Nuptias contractus si dispensationem absolutè obtinuit à voto perpetuæ continentiæ vt nubat cum persona expressa, potest ea impedita contrahere cum alia, secus si dispensatio conferatur limitate verbi gratia ne mulier decepta infamiam incurrat. 7.509

O

O B

SIne potestate imperandi non potest esse obligatio *Obediendi* 8.6
Oblati non sunt vere Religiosi, & ideo si plene non se tradiderint suis fratribus, non eximuntur à sententia Episcopi, id est, non gaudent priuilegio exemptionis. 6.194
Oblatio libelli, & litis contestatio quando non videatur necessaria. 1.386
Oblatio libelli, & litis contestatio non est necessaria quando agitur ad cognitionem qualitatis delicti, & non ad pœnam illius. 2.ibid.
Oblationes imagini Regularium factæ sine solemnitate iuris alienari possunt, nisi sint vota aurea, vel argenta magni valoris. 17.396
Obligatus ad ratiocinia ex causa alicuius administrationis etiam gaudet immunitate. 9.293
Obligatus ad reddendum ratiocinia ratione tutelæ, vel administrationis si sit in fraude, multo minus priuabitur immunitate. 4.243
Obstetrix potest intromitti in Monasterium tempore partus alicuius mulieris, ibi forsan cum licentia legitima existentis. 8.516

O C

Occasio delinquendi sumitur à malitia hominum, & non debet Ecclesiæ prædicta occasio imputari. 15.252
Occidentes fiscum Regium, Præsidem Iustitiæ, Consiliarium, vel summum Magistratum lateri supremi Principis assistentem in sententia Curtellij non omnino improbabili, non gaudent immunitate. 2.238
Occidens, vel mutilans in Ecclesia, vel Cœmeterio non gaudet immunitate; nam, Et, in textu, stat pro Vel. 1.298
Occidens, vel mutilans in locis contiguis Ecclesiæ puta in Sacristia, tecto, atrio, & simili, gaudet immunitate etiamsi sub spe immunitatis, occiderit. 1.304
Occidens proditoriè Proximum suum non gaudet immunitate. 1.308
Occidens, vel mutilans in Ecclesia non priuatur immunitate debita pro aliis delictis ante vel post commissis, scilicet non exceptis; secus si pro occisione commissa in Ecclesia talis punitus non sit. 1.2.308
Occidens aliquem veneno, quia Proditor censetur, non gaudet immunitate. 1.309
Occidens inimicum veneno in sententia Auctoris gaudet immunitate, quia non dicitur propriè occidere proditoriè 6.ibid.
Occidens inimicum in somnis non priuatur immunitate. 7.ibid.
Occidens per insidias inimicum quomodolibet vel per fenestram, vel à tergo, vel in lecto, dummodo non simuletur amicitia post Constitutionem Gregorianam gaudet immunitate. 8. ibid.
Occidens inimicum promissione, seu fideiussione data de non offendendo, priuatur immunitate; quia per dictam cautionem sublata fuit ab Inimico omnis occasio sibi præcauendi, & sic occisor proprie Proditor censetur. 1.310
Occidens propriè proditoriè Infidelem gaudere non debet immunitate. 1.ibid.
Occidens amicum reconciliatum neque committit homicidium proditorium, & sic neque immunitate priuatur. 5. ibid
Occidens inimicum suum in Duello non priuatur immunitate. 1.311
Occidens per industriam inimicum dormientem, vel alio modo incautum verbi gratia à tergo, vel à fenestra gaudet immunitate. 1.ibid.
Occidens ex proposito deliberatè, & per industriam, sed non per insidias inimicum non priuatur immunitate. 1.312
Occidens ex industria, & animo pensato, sed non per insidias, non committit homicidium propriè, & stricte proditorium. 2. ibid.
Occidens inimicum mandatis etiam pacta pecunia, vel accepta non occidit incautum, cum homo semper habeat occasionem sibi præcauendi ab Inimico suo. item dic etiam præsente ipso mandante. 2.317
Occidens Patrem insidiosè, & incaute non priuatur immunitate, secus est si inter Patrem, & filium nulla præcesserit inimicitia. 3.339
Occidens Bannitum ex permissione statuti, si occidat in Ecclesia licet non possit puniri vt homicida, punitur tamen vt Ecclesiasticæ Immunitatis violator. 16.342

Digitized by Google

Occidens tali casu in Ecclesia contrahit excommunicationem constitutionis Gregorianæ latam contra extrahentes ab Ecclesia. 17.341
Occidens Clericum vel Regularem, vel etiam Episcopum, non priuatur Ecclesiæ immunitate, cum non sit homicidium de exceptis. 1.343
Occidens supradictos contrahit excommunicationem, non autem amittit immunitatem, quia priuilegium est concessum loco sacro, non personæ sacræ. 1.344
Occidens Clericum saltem constitutum in sacris est Parricida sed impropriè, & dato, quod esset propriè diximus Parricidam gaudere immunitate. 4.344
Occidens Clericum committit sacrileginm, & tamen per ea quæ dicta sunt non eximitur ab immunitate. 5.344
Occidens Clericum committit crimen læsæ maiestatis sed remotè. 6.344
Occidens Clericum licet delinquat in Ecclesiam, non tamen delinquit materialiter, quod oporteret, vt priuetur immunitate. 7.344
Occidentes pœnitentem sacerdoti sua peccata confitentem, vel quomodocumque aliud sacramentum actu sumentem; non priuantur immunitate; secus si id facinus committant animo hæreticali, aut cum errore intellectus. 2.345
Directa, & positiua sui ipsius *Occisio* non potest iustè executioni mandari. 17.493
Occisor proditorie Proximi sui est, qui illum incautum nihil sibi præcauentem per insidias, & industriam occidit. 3.308
Occisor Cardinalis nedum Episcopi in sententia Farinacij, Ecclesiæ immunitate non priuatur. 41.325

O D

Odium propter præcedentes inimicitias præsumi debet adhuc adiuuare non obstante promissione de non offendendo. 4.310

O E

Oeconomus Monasterij habet iustam causam ingrediendi clausuram ad quærenda instrumenta, in Archinio, si id fieri necesse est, & commodè præstari per Moniales non possit. 1.518

O F

Offendens Cursorem; vel alium ministrum Iudicis Ecclesiastici puniri potest ab vtroque Iudice, & si laicus Iudex præuenerit inhibere non potest à Iudice Ecclesiastico, & è contra. 3.102
Offendens, vel iniurians Clericum puniri potest à Iudice laico, si præueniat. 4.102
Offendens Principis Consiliarium vt Personam priuatam ex odio, & inimicitia non incurrit crimen læsæ maiestatis; secus si offendat vt personam publicam inuitu Officij. 6.102
Offendens ministrum S. Officij ex odio, & inimicitia particulari non incurrit pœnas Bullæ Pij V. si de protegendis, secus est si offendat intuitu officij. 8.102
Offendens venientes ad Apostolicam sedem, licet censuram Bullarem non incurrat, si offendat illos vt Inimicos particulares, eam tamen incurret si offendat vt venientes formaliter. 9.102
Offendens Principem ad hoc vt priuetur immunitate, debet ei esse subditus aliquo modo v. g. ratione originis, vel Domicilij. 43.326
Quilibet Offendens Papam committit crimen læsæ Maiestatis; & propterea immunitate priuatur. 45.326
Officialium Sedis Apostolicæ nomine veniunt signati à sede Apostolica ad aliquas causas sedem ipsam Apostolicam, eiusque Dignitatem spectantes, non item signati ad causas particulares inter partes decidendas. 17.189
Officialis creatus ad beneplacitum est etiam perpetuus neque potest remoueri sine legitima causa. 49.217
Officialis Regius, & Debitor ex causa syndicatus multo minus priuatur immunitate. 6.343
Officinæ interiores dicuntur omnia loca intra Monasterij ianuam, & clausuræ ambitum existentia. 8.558
Quæ pertinent ad *Officium* Principis sunt actus iurisdictionis. 4.16
Officium Principis per Iurisdictionem distinguitur ab officio Personæ priuatæ. 5.16
Officium non ponit subiectionem in Exempto, neque dat Iurisdictionem Ordinario contra exemptum. 2.193
Officium seculare collatum Clerico non extrahit ipsum à gradu, seu à statu clericali atque adeo non extrahit ipsum ab exemptione. 6.193
Officium exercitij est personale, & inseparabiliter adhæret Personæ, cum consistat solum in actionibus ipsius. 7.193

O L

Oleum sanctum non solum non est Sacramentum simpliciter; sed tantum materia Sacramenti. 12.273

O N

Onus imponitur ratione Personæ, & accessorium sequitur naturam sui Principalis. 6.38

O P

Operans cum conscientia dubia peccat pro ratione peccati, cuius periculo se exponit. 5.514
Operantes quodcumque aliud, &c. ex ignorantia siue iuris, siue facti affectata, non contrahunt pœnam contra facere aliquid præsumentes, aut casu temerario facientes latam. 25.534
Oppressus vel grauatus si non possit habere aditum ad superiorem, naturali iure se ipsum defendere potest, & alios quoscumque etiam laicos, & priuatos, ne dum Principes seculares ad sui defensionem aduocare. 5.13

O R

An Iudex Supremus, scilicet Princeps, etiam Ecclesiasticus possit *Oratores*, eorumque famulos, si apud se residentes, generaliter contra ius naturale, aut ius gentium Rempubl. vel ipsius caput, aut membra offendendo deliquerint, condigne punire? 102
Oratoria Episcopi auctoritate ad diuina officia deputata gaudent Ecclesiastica immunitate, licet non consecrata, nec benedicta. Secus dicendum de Oratoriis priuatis. 4.259
Oratorium auctoritate Episcopi erectum gaudet immunitate, secus est, si sit erectum priuata auctoritate, vt sunt in Priuatorum Domibus, & Confraternitatum, etiamsi in ipsis Missa celebretur de licentia Episcopi. 1.268
Oratoria, quæ priuata auctoritate eriguntur, priuata auctoritate ad vsus profanos conuerti possunt etiamsi de licentia Episcopi in iis celebretur. 2.260
Oratoria priuata domorum licet in ipsis Missa celebretur, fideles confiteantur, & Eucharistiam sumant, non gaudent immunitate. 17.263
Oratoria, quæ auctoritate Episcopi erecta sunt, eo

Digitized by Google

eo ipso cultui diuino in perpetuum sunt deputata, ita vt amplius ad vsus profanos conuerti non possunt. 5.268

Oratorium in dubio quomodo probetur erectum esse Episcopi auctoritate. 7.268

An possit Episcopus inuitatus ad ordinandum in aliena diœcesi, ibi *Ordinare* subditos, etiam aliarum diœcesum, literas dimissorias suorum Episcoporum habentes. 153

Ordinarius ratione delicti, vel contractus extra loca exempta facti, vel ratione rei extra loca exempta sitæ contra exemptos procedere potest. 7. 123.

Ordinarius quidam reprehenditur, qui Aduenam, spreto eius decreto, publice declarauit excommunicatum. 16.127

Ordinarius ex sententia Auctoris non potest cum aduenis dispensare nisi concurrat vrgens causa, & mens præsumpta proprii Ordinarij. 31.131.

Ordinarij punientes subditos suos ad aliud Territorium euntes ad euitandas leges proprij territorij sequuntur opinionem oppositam, Auctoris quæ est satis probabilis. 12. 140

Ordinarius non potest contra Religiosum componere processum, ac si testium depositionem susceperit super notorietate delicti, debet eam tradere superiori Religionis. 6.178

Ordinarius, si per ipsum captus fuerit Regularis, debet eum recta via ad superiorem Religionis transmittere. 7.178

Ordinarij locorum in Regnis Hispaniarum, non possunt cognoscere causas S. Officij Inquisitionis; quia integra Iurisdictio est penes Inquisitores, quibus tranimittere debent processus ab ipsis fabricatos. 14.183

Ordinarius non potest punire Regulares abutentes priuilegijs etiam si in ipso priuilegio ponatur pro abusu pœna amissionis ipso facto. 6.195

Ordinarius iudicare non potest Regulares exemptos de abusu priuilegiorum per solam declarationem abusus. 11.196

Ordinarius habet Iurisdictionem per totam suam Diœcesim & ei conceditur quicquid expressè non eximitur, in ordine tamen ad personas subditas, non autem ad exemptas. 14. 197.

Ordinarius loci non potest se ingerere, an Regularis electionis sententia à Prælato Religionis data, sit iusta, vel iniusta. 6.201

Ordinarij in ordine ad admittendos Regulares ad confessiones audiendas à Concilio Tridentino deputantur tanquam iudices ipsorum idoneitatis & ideo non pro libito, sed pro veritate iudicare debent. 45.217

Ordinarius probabiliter, & de illius facultate, quilibet Confessarius potest absoluere à censura incursa propter Rei extractionem; quia nullibi reperitur Pontifici reseruata. 1.369

Nomine Ordinarij in omnibus decretis venit Vicarius Generalis, non item fœtaneus. 3.472

P

P A

Pactum, seu promissio sibi facta ad hæredes extenditur, licet id expressum non fuerit. 38.448

Pactum, quo concedens obligatur | sequentem successorem aliis præferre, & rem in emphyteusim eidem concedere, est nullum; quia nihil aliud est quam perpetuare emphyteuses per machinationem. 2.453.

Pactum in scriptura publica inclusum in sententia nonnullorum non est locatio, neque alienatio, sed solm uobligatio personalis locandi vel alienandi. 8.ibid.

Pactum additum Emphyteusi reprobatur, at Emphyteusis vitium non habet. 6.456

Pactum, quod pignus incidat in commissum licitum est, & mora solutionis interueniente, etiam cessante pacto licitum est pignus detrahere postquam res denunciatum est debitori, vt soluat. 2. 493.

Palatium Episcopi gaudet immunitate, etiam si sit ab Ecclesia disiunctum. 13.265

Palatio Episcopi conceditur immunitas simpliciter, & ratione dignitatis Episcopalis, & sic mirum non est si gaudeat immunitate, quamuis sit disiunctum ab Ecclesia, & quamuis non habeat oratorium, seu sacellum, in quo Missa celebretur. 15. ibid.

Palatium Episcopi gaudet eodem immunitatis priuilegio. 1.269.

Palatium Episcopi gaudet Immunitate etiam mortuo, vel absente Episcopo, dummodo tamen Palatium non sit alteri locatum. 2.ibid.

Palatium Episcopi si distet extra 40. passus per circuitum Ecclesiæ Cathedralis non gaudet immunitate, secus si sit intra passus 40. 3. ibid.

Palatium Episcopi non debet ab Ecclesia distare; sed illi esse contiguum. 4. ibid.

Palatium Episcopi si distet ab Ecclesia non gaudet immunitate, præsertim si non habeat Oratorium, in quo sacrum celebretur; sed contraria sententia est magis tuta in praxi. 5.ibid

Palatium Episcopi licet distet vltra 40. passus ab Ecclesia dummodo habeat sacellum, seu Oratorium, in quo celebretur gaudet immunitate. 7. 269.

Amplia quod palatium Episcopi licet non habeat sacellum, & Oratorium, in quo celebretur & distet vltra 40. passus ab Ecclesia gaudet immunitate. 8.270

Palatium Episcopi, vbi reperitur quando etiam transcurrit visitando Prouinciam, gaudet Ecclesiastica Immunitate in sententia nonnullorum. 13.ibid.

Canones statuentes Palatium Episcopi debere esse contiguum Ecclesiæ, quoad hoc hodie recesserunt ab vsu; & merito quia editi fuerunt in antiquis temporibus, quando Clerici habitabant simul cum Episcopo, quod hodie locum non habet. 14.ibid.

Palatium Episcopi venit appellatione loci sacri & religiosi, licet sacellum non habeat, & multo magis si habeat. 17. ibid.

Palatia Cardinalium siue in vrbe siue extra Vrbem existant, non de iure, sed de consuetudine, gaudent immunitate. 1.271

Palatij Episcopi nomine venit etiam seminarium annexum, quin & furnus, & quæcumque alia Domus ipsius seminarij. 19.270

Palatium Episcopi extra propriam Diœcesim non gaudet immunitate; quia Episcopus ibi nullã habet auctoritatem, nec potest pontificalia exercere. 20.270.

Digitized by Google

Palatia Cardinalium contra nonnullos in ſententia Dianæ non improbabiliter gaudent immunitate. 21.271

Palatium Epiſcopi titularis non gaudet Immunitate, at oppoſitum non improbabiliter tenet Diana. 22.271

Palatia Cardinalium etiam in Vrbe annexa Eccleſiis ſuorum titulorum gaudent de iure Eccleſiaſtica immunitate in ſententia Auctoris. 11. 272

Palatia Legatorum Pontificis apud Imperatorem & Reges gaudent immunitate Eccleſiaſtica ſi non de iure, ſaltem de conſuetudine. 14.272

Palatia ſupremorum Principum, & Oratorum eorum gaudent immunitate ciuili. 4.274

Pallium datur Perſonæ in ordine ad locum, ita vt ſit priuilegium ſingulare, & indiuiduum reſpectu ſingularis, & indiuiduæ poteſtatis Archiepiſcopalis. 3.230

Pallium habet quaſi ſingulare perſonale priuilegium, quo Archiepiſcopus vti debet determinatis feſtis, vt illud alteri Archiepiſcopo commodare non poſſit, ſed cum eo mortuus ſepeliri debeat. 24.231

Papa ſi faceret aliqua mandata in deſtructionem Eccleſiæ, poteſt Princeps ſecularis facto, vel vi reſiſtere illis, & impedire eorum executionem. 6. 10

Sicut licet reſiſtere Pontifici inuadenti corpus, ita licet reſiſtere inuadenti animas, vel turbanti Rempublicam, & multo magis, ſi Eccleſiam deſtruere niteretur. 7.10

Papa poteſt tollere, & reuocare immemorabilem, & legitimè præſcriptam conſuetudinem contra immunitatem. 30.24

Papa ſicut poteſt reuocare priuilegium conceſſum contra immunitatem; ita etiam poteſt reuocare conſuetudinem legitimè præſcriptam. 31. 24

Papa ſine iuſta cauſa non poteſt exemptioni renunciare; cum ſit in maximum bonum Eccleſiæ, & forſitan Diuino iure introducta. 37. 24

Papæ ſub pœna excommunicationis, quidquam præcipienti, ex cuius executione præſumatur ſcandalum futurum in Ciuitate animatum, vel corporum, non eſt obediendum. 25.54

Papa eſt dominus vniuerſalis, non ſolum in ſpiritualibus, ſed etiam, ſaltem indirectè, in temporalibus. 3.113

Papa poteſt, quin & debet, abrogare leges ſeculares iniuſtas, & bono ſpirituali contrarias. 5. 7.113

Poteſt Papa, ſi ſic exigat Eccleſiæ, vel boni ſpiritualis communis conſeruatio, deponere Reges. 113

Item poteſt, ſi Princeps aliquis hæreticus, vel ſchiſmaticus fiat; vel ſi hæreticis, ſchiſmaticis, aut aliis infidelibus auxilium præſtet, vel quid aliud, quod cedat in Eccleſiæ detrimentum efficiat, vti contra illum gladio temporali, & procedere vſque ad depoſitionem, & expulſionem è Regno. 8. 113

Item poteſt Papa ex cauſa Imperatoris Electores inſtituere, & inſtitutos mutare. 9.113

Item poteſt Imperatoris electionem non confirmare, quin & illam improbare; & alium eligere, & electum, etiam confirmatum, deponere. 10. 113

Papa, & Epiſcopus poſſunt ſibi confere indulgentias, remittendo ſibi etiam iniuſtè, debitum pœnæ, quod iure diuino debent. 15.246

Appellantes à Papa ad futurum Concilium, licet id agentes incidant in crimen læſæ maieſtatis, non tamen priuantur immunitate, contra Gambacurtam, & Curtellium. 4.328

Par in parem, & multo magis in ſe ipſum, vel in ſuperiorem non habet imperium nec poteſtatem cogendi aut puniendi. 23.143

Par in parem non habet imperium, & legiſlator non tenetur ſuis legibus quoad vim coactiuam, ſeu punitiuam. 2.445

Vocare aliquem ad *Parlamentum*, eſt vocare ipſum vt Iudicem, qui in Parlamento habeat iudicare, & definire inter Regem, & Regnum. 1. 29

Parochianus talis loci ſit quis incipiens ibi habitare animo permanendi; quod verum eſt non ſolum quoad Sacramenta neceſſaria, ſed etiam ſimpliciter quoad omnia Eccleſiaſtica præter ordinem, & primam tonſuram. 13.116

Parochus in matrimoniis Vagorum, & Aduenarum attendere debet D. œceſis conſuetudinem. 11. 130

Parochus non debet in alterius Parochia ſine Parochi illius licentia ſubditorum ſuorum nuptias benedicere. 1.152

Parochus poteſt dare licentiam Viro docto, & noto, etiam Regulari, vt in ſua Parochia concionetur ſine Epiſcopi approbatione, etiamſi talis ſit ſolum initiatus prima tonſura. 9.170

Parochus poteſt abſoluere ab excommunicatione non reſeruata, & non abſoluere à peccatis. 9. 210

Parochus, qui ex lege pœnali tenetur fieri ſacerdos intra annum, aliàs vacet beneficium, non contrahit talem pœnam anno non elapſo. 6. 493

Pars ſuo vniuerſo non congruens turpis eſt. 5.2

Participans cum excommunicato in crimine criminoſo non incurrit excommunicationem niſi poſt declarationem excommunicati non tolerati. 6.540

Particula (tantum) eſt taxatiua, & poſita in conſtitutione Gregoriana omnia reducit ad formam, quam ibi præſcribit ſummus Pontifex. 3. 258

Particula taxatiua (tantum) de ſui natura impedit extenſionem in non exceptis, ſeu non expreſſis nomine facultatis. 5.258

Particula (&) dicitur coniunctiua, & poſita in conceſſionibus quid operetur. 8.527

Particula (huiuſmodi) relationem habet ad præcedentia; & ideo nihil obſtat quod Paulus V. in motu ſimpliciter mentionem faciat de ingredientibus. 9.527

Particula, &, ſtat pro id eſt; quod continget quotieſcumque dictio copulatiua ponitur inter duo, quorum vnum eſt effectus alterius. 6. 550

Particula (&) quæ de ſui natura ponitur inter diuerſas res ſignificatas, ſumitur pro (ſeu) quæ ſumitur diſpoſitiuè, & eſt inter nomina diuerſa idem ſignificantia. 3.558

Partus ſi naſcatur poſt contractum Matrimonium ante ſeptimum menſem non legitimus cenſeri debet. 33.91

Partus ſi naſcatur pro Mariti mortem, vel diuortium

tium exacto menſe decimo, non in initio menſis vndecimi; ſed ſub fine, non legitimus; ſed illegitimus cenſeri debet, & ab Hæreditate Defuncti repellendus. 35.91

Partus ſi naſcatur intra dicta temporis ſpatia Legitimus cenſendus eſt, & ad hæreditatem Defuncti admittendus, ni aliud obſtet. 36.91

Parendum eſt in omnibus *Patri*, in eo tamen non eſt parendum, quo efficitur ne Pater ſit. 17.83

Pater poteſt donare, vel in teſtamento relinquere filio ſpurio id quod ſit inſtar alimentorum, & filiæ iputiæ, quod ſit inſtar dotis. 5.85

Pater obligatur ad præſtanda alimenta filiis ſuis illegitimis ſecundum honeſtam vitæ ſuſtentationem. 7.85

Pater familias non obſtringitur quibusvis præceptis, quæ familiæ imponit. 4.256

Pater non poteſt mutare voluntatem Domini concedentis expreſſam in conceſſionem emphyteuſis, vel feudi; ſecus ſi de filiis tamquam hæredibus mentio facta eſſet. 5.427

Patronus Eccleſiæ ſi videat bona Eccleſiæ ab Inferioribus Clericis defraudari admonere debet Epiſcopum, & ſi Epiſcopum, Metropolitanum, demum Regis auribus debet intimare non pro iuſtitia adminiſtranda, ſed pro admonitione obtinenda. 32.15

Patronus non poteſt præſentare ſe ipſum. 30.247

Paulus V. ſecundum mentem Cherubini in ſuo Bullario reuocauit ſimpliciter omnes facultates, & priuilegia ingrediendi, & etiam ſi in ipſis non contineatur licentia conuerſandi, & refectionem corporalem ſumendi cum Monialibus. 5.527.

Paulus V. quod non reuocauerit ſimpliciter omnes facultates & priuilegia ingrediendi eſt etiam probabile. 7.ibid

Pauper pro alimentis ſibi relictis poteſt Aduerſarium laicum trahere etiam ad Iudicem Eccleſiaſticum contra Couarruuiam. 2.84

Pro alendis Pauperibus, ne frigore vel fame pereant, licet vaſa ſacra infringere, & pretium erogare, ſi alia non ſupperant, Refertur mos S. Ambroſij & laudatur. 5.413

P E

Peccator in articulo mortis & iure diuino poſitiuo, & iure diuino naturali, & ex charitate erga ſe ipſum tenetur confiteri. 12.205

Peccator abſolutus in articulo mortis à peccatis ſuperiori reſeruatis per ſimplicem Sacerdotem, ceſſante periculo non tenetur comparere coram illo ſuperiore. 13.206

Peccator in articulo mortis non peccat ſi Hæretico ſacerdoti, quamuis ab illo peruerſionis periculum non timeat, in odium, & deteſtationem hæreſis confiteri recuſat, modo ſpetet de peccatis ſuis ſe eſſe contritum. 20.ibid.

Quiſque poteſt à *Peccato* excuſari duobus modis: primo tanquam non comprehenſus in præcepto: ſecundo tanquam comprehenſus. 1.164

Peccata oblita indirectè in Confeſſione propter bonam fidem remiſſa ſunt, tamen ſi in memoriam veniant, neceſſariò Clauibus ſubiicienda ſunt. 4.205.

Grauius eſt peccatum Agentis quam Patientis, & in foro exteriori maior pœna imponitur agenti, qua patienti. 10.332

Peccatum, quod ex confeſſione etiam mediatè ſcitur tranſit ad quemcumque cum onere ſigilli ſacramentalis. 33.364

An poſſit Poteſtas laica procedere contra *Peccata* perſonæ Eccleſiaſticæ, ſi contra ſtatutum in paſcuis prohibitis illa reperta fuerint. 40

Pecunia, vel quæcumque alia res pretio æſtimabilis, promiſſa vel data pro aſſaſſinio debet eſſe in magna quantitate vt conſtituat aſſaſſinium. 9.316.

Pecuniæ quælibet quantitas vel promiſſa, vel data licet exigua, & modica conſtituit aſſaſſinium ſi ſententia auctoris & priuat reum immunitate Eccleſiæ. 10.ibid.

Cudentes falſam pecuniam, vel bonam tondentes, & omnes alij offendentes principem in Dignitatem, non autem in Perſonam gaudent immunitate. 3.318

Pecunia, quæ in Capſa etiam, & in Domo Teſtatoris reperitur, non eſt res pretioſa; quia hæc vſui quotidiano deſeruit, & ſeruata fructum non parit. 1.397

Pecunia Pupilli deſtinata ad emenda Prædia, non poteſt alienari niſi intercedente ſolemnitate, quæ requiritur ad alienationem immobilium. 5.398.

Pecunia eſt illius, cuius eſt res, ex qua deſumitur. 13. ibid.

Pecunia non habet alium vſum, niſi vt conſumatur, ſecus ſi loquamur de pecunia in montibus, cenſibus perpetuis collocata. 36.400

Pecunia & bona mobilia, quæ ab Eccleſiis acquiruntur cum onere perpetuarum Miſſarum conuerti debent in bona immobilia frugifera cum expreſſa oneris mentione. 1.429

Pecuniæ ita relicta non poteſt impendi in emendo conuentu vel horto conuentui annexo contra ſententiam nonnullorum affirmantium, monaſterium, & conuentum annumerati inter bona immobilia. 2.430

Penſionis variatio non tollit integrè fraudis præſumptionem. 3.454

Percuſſio Clerici iuxta Canonem ſi quis ſuadente, &c. 135.01

Omnes publicè percutientes, vel occidentes etiam Clericum vel Religioſum, licet ſacrilegium committant, non priuantur immunitate. 3. 338.

Peregrinus quando adeſt periculum ſcandali non ſeruando leges loci per quem tranſit, tenetur admonere adſtantes, ſe non teneri. 7.121

Peregrini non ſubduntur ſententiis, præceptis, & Legibus municipalibus loci, vt de Ieiunio ſeruando, de Miſſa audienda &c. ſi ibi nullo pacto ſiſtant, ſed ſolum ibi ſint tranſeuntes. 1. 125.

Idem dic, licet ibi morentur per aliquot dies. 1. 125.

Peregrini non habentes animum commorandi in aliquo loco pro maiori anni parte poſſunt pro adimplendo Præcepto de ſumenda Euchariſtia in Paſchate communicari à Regularibus. 1.25

Peregrini non ſubduntur ſententiis, præceptis, & legibus municipalibus loci, in quo nec Domicilium, nec quaſi Domicilium habent quo ad vim coactiuam, coercitiuam, ſeu punitiuam; ſecus eſt quando delictum ibi commiſerunt. 1. 126.

Peregrinus committens furtum prohibitum lege Diuina, & lege Diœceſana prohibitum ſub cenſura, peccat mortaliter contra legem Diuinam non tamen incurrit cenſuram Epiſcopi, per cuius locum tranſit. 11.127

Peregrinus, seu aduena potest Mediolani in quatuor primis quadragesimæ diebus carnes comedere. 18.133

Peregrini possunt à quocumque exposito sacerdote Pœnitentiæ & S. Eucharistiæ, etiam tempore Paschali, Sacramenta suscipere, si ad propriam Parochiam non possint facile accedere. 2. 209

Peregrini reuersi in Patriam si in Paschate alibi sumpserint Eucharistiam, testimonium Parochis id postulantibus exhibere debent. 3. 209

Peregrini extra suam Diœcesim possunt absolui etiam à reseruatis cum censura (non tamen nominatim inflicta) in propria Diœcesi sui Ordinarij, etiam si debita opera illuc accedant; si vbi confitentur non sint reseruata. 4.209

Peregrini possunt absolui à Confessariis à casibus reseruatis vbi confitentur si non sint reseruata in loco Domicilij. 7.209

Peregrini habent tacitam licentiam confitendi cuique approbato sacerdoti vbicumque existat & vbi vis sit approbatus. 2.223

In sacra scriptura pro aduenis, & Peregrinis intelliguntur qui eumdem Deum, eademque præcepta, ceremonias, & sacrificia colebant. 14. 278

Periurium est causa mixti fori. 16.68

Periurium, cum non sit vnum de criminibus exceptis non tollit Ecclesiæ immunitatem. 3. 282

Iuramenti relatione impetrata, cessat Periurium. 4.283

Periurus, & falsus Testis non priuatur immunitate. 1.338

Periurus, & falsus testis, æquiparantur homicidæ, sed quoad pœnitentiam; non quoad omnes alios effectus. 33.338

Periurus, & falsus testis, si causa sint vt quis morti damnetur sunt homicidæ proditorij moraliter, non autem physicè, & ideo non priuantur immunitate. 5.339

Permutans, vel paciscens propria auctoritate beneficia, simoniam committit, secus est de permutante, vel paciscente propria auctoritate Prælaturas, vel officia Regularia, mutuas preces, mutua sacrificia, mutuam operam in audiendis confessionibus, &c. 23.497

Permutatio est rei alienatio; cum rei Dominium trãsferat in alium. 2.422

Permutatio prohibetur eodem modo, quo prohibetur venditio, & donatio. 3.422

Permutatio non potest fieri de iure patronatus cum priuato sine Episcopi consensu, si ius patronatus sit Ecclesiæ: at si sit iuspatronatus priuatum, non requiritur necessario; sed solum ex probabiliori sententia. 8.424

Persona Ecclesiastica non solum quoad personam, sed quoad bona est exempta. 6.40

Persona Ecclesiastica si res exigat, vt examinetur, debet coram suo superiore Ecclesiastico deponere, & depositiones eius ad Iudicem secularem mitti. 3.45

Persona Ecclesiastica in causis ciuilibus ex quadam consuetudine vbique locorum obtenta potest examinari sine licentia Episcopi, si vltro accedat. 6. 45

Persona Ecclesiastica, si falsum testimonium dixerit coram Iudice laico, puniri debet per Iudicem Ecclesiasticum. 7.45

Persona loquentis cum fert legem, in generali sermone censetur excepta, si aliunde contrarium clare non constet. 10.340

Personæ quæcumque sine licentia superioris in scriptis obtenta ingredientes Monialium Monasteria, non reseruatam excommunicationem ipso facto incurrunt, etiam si alioquin iustam habeant ingrediendi licentiam. 11.527

Personæ cuiuscumque status, & conditionis (etiam si sint Comites, Marchiones, aut Duces, quæ ingredi audent Monialium Monasteria virtute quarumcũque facultatum à quocumque concessarum, excommunicationem summo Pontifici reseruatam ipso facto contrahunt. 14.527

Petrus reliquorum Apostolorum caput, & Pastor constitutus est. 3.206

P H

Pharmacopola potest Monasterium ingredi dum ipsius ingressus ad Moniales, pharmaca condire, & componere, instruendas necessarius est. 2.514

Pharmacopola non potest ingredi ad præbendam Monialì medicinam, cum hæc per aliam Monialem præberi possit. 3.514

P I

Pius V. in quodam suo Motu, qui incipit Regularium Personarum, ex communicationem decreuit præcipuè contra fœminas Monasteria Virorum prætextu facultatum vsque tunc concessarum ingredientes. 4.530

P O

Pœna ob punitionem in bonis in aliqua parte applicatur fisco. 3.60

Pœna, cum est fisco applicanda, causa dicitur criminalis. 6.60

Exigere Pœnam à lege impositam est actus iurisdictionis, quam nullo pacto potest laicus in Ecclesiasticos exercere. 2.62

Exigere Pœnas à lege ciuili impositas ab Ecclesiasticis non potest Potestas laica sub prætextu iustæ naturalis defensionis, nisi res restituat spoliato, seu Prælato Ecclesiastico, & nisi periculum sit in mora. 7.62

Pœna debet esse commensurata culpæ. 22.78

Pœna spiritualis censuræ est facilè ad voluntatem scilicet ipsius Rei amouibilis. 19.97

Qui Pœnam aliquam meretur, non illi subiacet, nisi ex sententia Iudicis infligentis. 5.195

Pœna amissionis ipso facto non incurritur nisi præcedat sententia declaratoria culpæ. 7. 195

Impositio pœnæ ipso facto incurrendæ habet vim sententiæ condemnatoriæ; & sententia condemnatoria non potest habere locum; nisi in Iudicio constet de crimine. 10.195

Pœna imponi debet per iudicis sententiam etiam inuito, & Princeps iudicem, vel superiorem non habet. 4.242

Pœna, & eleemosynæ pro piis operibus relictæ possunt pro fabrica Palatij Episcopi applicari. 18. 270

In Pœnis non est facienda extensio ad delicta similia. 6.293

In Pœnis, vt in censuris, & irregularitatibus non valet argumentum à paritate, quin neque à maioritate rationis. 12.299

Pœnæ priuationis Immunitatis sunt ob actum consummatum, & non inchoatum tantum, nam si secus

Digitized by Google

ſecus eſſet ad perdendam immunitatem ſufficeret gladij euaginatio in Eccleſia. 3. 304

Pœna ordinaria non intrat contra mandatarium, qui accepto mandato ad occidendum, tantum vulnerauit contra Megalium. 7. 318

Pœna lata contra delegatum Papæ non extenditur contra delegatum Ordinarij. 18. 333

Pœna lata contra deferentem arma, & inſtrumenta bellica ad Hoſtes nominis Chriſtiani, non extenditur ad deferentem illa ad Hæreticos. 21. 333

Pœna iuris ciuilis circa punitionem extrahentis Reum ab Eccleſia non videtur vſu recepta; quia tam in puniendo, quam in iudicando tale crimen, non iuri ciuili, ſed iuri canonico ſtandum eſt. 5. 362

Pœna lata contra Immunitatis Eccleſiæ Violatores non eſt antiqua contra nonnullos Doctores; quia per Tridentinum, & conſtitutionem Gregorianam renouantur circa id omnes pœnæ in antiquis canonibus latæ. 8. 362

Ad incurrendas in foro conſcentiæ pœnas conſtitutionis Gregorianæ requiritur ſcientia earum, nec ſufficit ignorantia culpabilis, etiam craſſa, & affectata; ſiue iuris, ſiue facti. 3. 365

Enumerantur pœnæ contra alienare præſumentem, & contra eum, qui rem alienatam receperit. 5. 391

Pœna impoſita facienti non incurritur ob criminis attentationem. 39. 392

Pœna caducitatis adiecta rei, quæ donata fuit Eccleſiæ capaci, cum clauſula, ſeu conditione, vt non alienetur, non incurritur ſemper, ſed ſolum quando ſine iuſta cauſa alienatur, vel etiam ſine debita ſolemnitate, & conſenſu Pontificis. 9. 420

Pœnę & cenſu ę Extrauagantis Ambitioſæ non contrahuntur in permutatione facta inter Eccleſias ex eo, quod res Eccleſiæ in tali caſu non exeunt ab Eccleſia. Idem dic de venditione & donatione inter eaſdem. 14. 423

Ad incurrendas pœnas decreti Vrbani non requiritur dolus, ſicut requiritur ad incurrendas pœnas Extrauag. Ambitioſæ, ſed ſufficit ignorantia vincibilis, ſeu culpabilis, quamuis grauiter. 20. 436

Exceptis cenſuris, & irregularitate, pœnæ aliæ latæ contra violantes clauſuram & quoſcunque alios non contrahuntur ante ſententiam criminis declaratoriam. 1. 487

Pœna, præſertim, quæ non poteſt abſque aliqua hominis actione executioni mandari (etiam ſi feratur ipſo iure, vel ipſo facto, & nulla expectata Iudicis ſententia) non obligat in foro conſcientiæ ante condemnationem. 2. 487

Nemo ſubit pœnam, niſi per ſententiam criminis Reus condemnetur. 3. 487

Verba (ipſo iure, ipſo facto) intelligenda ſunt de declaratione pœnæ non autem criminis. 4. 487

Pœnæ latæ in motu Gregorij XIII. de datis, & promiſſis pro iuſtitia, vel gratia contra tranſgreſſores ſui motus non trahuntur ante Iudicis ſententiam ſaltem criminis. 7. 487

Pœnæ latæ in motu proprio Clementis VIII. de largitione munerum Religioſis interdicta, non contrahuntur in foro conſcientiæ ante criminis ſententiam. 8. 487

Recenſentur pœnæ, quæ in foro conſcientiæ non obligant ante Iudicis ſententiam criminis declaratoriam. 13. 488

Pœna teſtamentaria de facto contrahitur in foro conſcientiæ ante vllam Iudicis ſententiam non ex eo quod infligitur ſine Executore; ſed quia voluntas Teſtatoris ſic diſponit. 13. 490

Pœna teſtamentaria potius conditionis, quam pœnæ rationem habet. 16. 490

Pœna conuentionalis in foro conſcientiæ ante Iudicis ſententiam contrahitur. 17. 490

Aſſignatur diſparitas inter pœnam conuentionalem & legalem. 18. 491

Pœnam conuentionalem, probabile eſt in foro conſcentiæ ſoluendam non eſſe; antequam Debitor talis pœnæ per ſententiam Iudicis ad eam compellatur. & cur. 19. 491

Pœna triplex eſt, legalis, iudicialis, conuentionalis, & quæ ſingulæ ſint. 4. 493

Pœna legalis benegniorem interpretationem admittit quam pœna conuentionalis, & iudicialis. 5. 493

Pœna conuentionalis (ſicut iudicialis) conſtituta niſi ad certum tempus aliquid peractum fuerit, tempore culpabiliter elapſo contrahitur. 7. 493

Pœna ante tempus contracta peti non poteſt niſi tempus ſtatum aduenerit. 8. 493

Pœnæ ſtatutæ in motu Clementis VIII. de largitione munerum contrahuntur tantum à largientibus, non autem à Recipientibus. 6. 498

Pœna impoſita hæredi non vindicanti necem defuncti non comprehendit fideicommiſſarium, qui eſt hæres fictus. 12. 533

Pœna illius legis, quæ imponitur Maiori venienti contra iuramentum, non ligat minorem venientem contra iuramentum ſuum. 14. 533

Pœna priuationis officiorum, & inhabiliatis ad illa, in caſu, de quo agitur, non contrahitur ante iudicis ſententiam contra nonnullos. Requiritur enim ſaltem aliqua ſententia criminis declaratoria, ſecundum probabiliorem opinionem. 1. 564

Pollutionis effectus cum ſit pœnalis, & odioſus non excedit ambitum Eccleſiæ, ſecus eſt de priuilegio immunitatis quod eſt gratioſum & fauorabile. 4. 262

Pontifices ob quandam naturalem æquitatem, & bonum pacis iuſtas Principum ſecularium comunes leges approbarunt, & ab Eccleſiaſticis perſonis omnibus obſeruandas præceperunt, maximè vbi canones deficerent. 5. 6

Summus Pontifex ex graui cauſa poteſt reuocare etiam concordata cum Principibus laicis. 34. 24

Summus Pontifex poteſt dare licentiam, vt Epiſcopi propter bonum commune Regni non reſideant; ſi officium illud per alios æque commode exerceri non poſſit. 6. 47

Summus Pontifex diſpenſare non poteſt, niſi adſit bonum commune, vel publica neceſſitas. 7. 47

Summus Pontifex in Bulla Cœnæ reputat per recognitionem violentiam inferri Bullis, & literis, Pontificiis, & ideo aduerſus contrauenientes fulminat cenſuras. 11. 53

Romano Pontifici ſi quid diſponat, quod peccatum ſapiat, vel veniale; etiamſi is credat mandatum eſſe iuſtum, minimè tamen obediendum eſt, ſi ſubdito conſtiterit id in ſe peccatum continere. 24. 54

Digitized by Google

Summus Pontifex derogando iuripatronatus laicorum nemini facit iniuriam; sed vtitur iure suo. 30.54
Mens Summi Pontificis priuilegiantis non videtur extendere priuilegium, vt cedat in detrimentum priuilegiati. 9.57
Summus Pontifex inditectè est omnium etiam temporalium Dominus. 4.70
Pontifices legitimè vsi sunt in Reges, & Imperatores temporali Iurisdictione vsque ad Imperij priuationem. 13.70
Summus Pontifex si ita expedire iudicauerit simpliciter Iurisdictionem Ecclesiasticam exercendam laicis committere potest, non solùm quoad causas ciuiles, sed etiam criminales quin & etiam spirituales. 2.101
Summus Pontifex in suis constitutionibus imponens pœnas censetur excludere ab Episcopis facultatem eas imponendi. 3.194
Summo Pontifici interest suos subditos ab alio non iudicari. 9.197
Romano Pontifici interest subditos suos exemptos, & sibi immediatè subiectos ab alio non iudicari; ac proinde eorum exemptionem non cognosci. 7.202
Summus Pontifex omittens Eucharistiam in Paschate, ieiunium, vel Missam à seipso in die festo præceptum, peccat aduersus illam virtutem, aduersus quam subditi peccant. 2.238
Summus Pontifex si remoto scandalo non communicet in Paschate, vel faciat contractum iure tantum humano simoniacum, non peccat grauiter; item dic de similibus. 5.239
Summus Pontifex non tenetur seruare leges specialis Diœcesis, in qua est. 2.241
Summus Pontifex non potest excommunicari, neque alia censura affici neque ab alio, neque à seipso. 25.243
Summus Pontifex non potest contrahere pœnas simoniæ de iure Ecclesiastico statutas, quia non subditur suis legibus quoad vim coactiuam. 27. 243
Contrahens cum summo Pontifice secundum nonnullorum sententiam, non contrahit dictas pœnas, quia præsumitur pro eo in tali casu concessa exemptio. 28.243
Is, qui simoniacè accepit rem à summo Pontifice, ipso sciente, & consentiente, non tenetur eam renuntiare. 29.243
Summus Pontifex potest contrahere culpam Simoniæ iuris diuini; quia æquè ac alij subiicitur iuri diuino. 30.244
Summus Pontifex an contrahere possit culpam simoniæ iuris humani est dissensio inter Doctores. 31.244
Summus Pontifex in sententia Auctoris non potest contrahere culpam simoniæ iuris humani. 34 244
Summus Pontifex non solùm potest dispensare cum seipso in votis, iuramentis, votis iuratis, legibus, & similibus; sed etiam ceteri Prælati inferiores tam seculares, quam Regulares. 34. 247
Summus Pontifex dat Confessario suo iurisdictionem absoluendi, & dispensandi ipsummet summum Pontificem. 3. 248
Pontifices Romani non solùm non consentiunt consuetudinibus contra immunitatem Ecclesiasticam, sed singulis annis potius reclamant in Bulla Cœnæ. 12.255
Pontifex quia in Bulla nullam mentionem fecit de Episcopis, sequitur quod ipsis noluerit suorum Clericorum extractionem prohibere directè, vel indirectè. 22.285
Summi Pontifices, vbi volunt includere Clericos, & Laicos, eos speciatim exprimunt. 4.286
Inter Pontificem, & Cardinales non solùm vnio sed etiam vnitas, & identitas quædam intercedit. 40.325
Pontifices, & Episcopi sciunt, & tolerant aliquid fieri contra immunitatem, non consentiendo, & approbando; sed dissimulando ad maiora mala vitanda, & incommoda. 21.378
Consensus summi Pontificis iuxta extrauagantem Ambitiosæ, requiritur in illis casibus, in quibus Prælati consensus, & tractatus à iure expostulatur. Secus vbi consensus Prælati non requiritur. 22.406
Obtento consensu Pontificis, possunt Regulares alienare, non seruatis aliis requisitis iuris communis, iuxta formam priuilegiorum, quæ post Extrauag. Ambitiosæ, à sede Apostolica obtinent. 35.418
Solus consensus summi Pontificis sufficit ad validè, & licitè alienandum. 37.418
In solemnitatibus requisitis de iure Canonico summus Pontifex potest dispensare. 38.418
Consensus summi Pontificis, seu sedis Apostolicæ, licet suppleat ceteras iuris solemnitates, non tamen supplet causam legitimam alienandi; quia consensus prædictus est conditionatus, & conditio, si sit inuidens etiam non expressa intelligitur. 41.418
Summus Pontifex non subest pœnis iuris positiui; & alienans sine causa non subest censuris. 1. 443
Summus Pontifex de iure naturali, & Diuino prohibetur bonorum Ecclesiæ alienationes inutiles facere. 3.443
Summus Pontifex Bonorum Ecclesiæ non Dominus sed summus Administrator non ad dissipandum sed ad dispensandum à Christo Domino constitutus est. 4.443
Summus Pontifex ex officio quin etiam ex præuio quodam, pacto saltem implicito, tenetur iuxta mentem piam fidelium relinquentium illa distribuere, vel alienare. 5.443
Summus Pontifex alienans ex iusta, & rationabili causa, res Ecclesiæ, alienatio ab ipso facta, est iusta, & valida. 6.443
Summus Pontifex si sine Rationabili causa res vnius Ecclesiæ alteri tribuat, & sic de simili, alienatio est valida, sed non iusta. 7.443
Summus Pontifex si absque iusta causa res Ecclesiæ in vsum profanum conuertit, v.g. sine rationabili causa laicis donet, non est neque iusta, neque valida. 8.443
Summus Pontifex alienans bona Ecclesiæ cum damno ipsius Ecclesiæ, peccat contra iustitiam & tenetur ad damni compensationem, & recipiens non fit dominus rei. 9.443
Summus Pontifex Deus representatiuè vocatur & in Beneficialibus, & ceteris Ecclesiæ Bonis plenam omnino disponendi potestatem habet. 10. 443
Summus Pontifex tunc dicitur habere causam sufficientem alienandi res Ecclesiæ, quando qui eas tradidit, non præsumitur rationabiliter inuitus, sed casum excepisse. 1.444
Summus Pontifex in qualibet alienatione præsumitur

Mitur habuiſſe iuſtam, & rationabilem cauſam alienandi; niſi conſtet euidenter oppoſitum. 2. 444

Summus Pontifex alienans motu proprio, & ex certa ſcientia præſumitur alienare in foro conſcientiæ etiam ex ſufficienti cauſa, licet alienatio ſit gratuita. 4.444

Summus Pontifex numquam præſumitur velle derogare iuri alterius niſi exprimat etiam in conceſſione cum clauſula motu proprio. 5.444

Summus Pontifex alienans ad inſtantiam Partis, non ſemper præſumitur alienare ex ſufficienti cauſa; & ideo ponitur in reſcriptis, ſi preces veritati nitantur. 6.444

Impetrans præſumi poteſt decepiſſe Pontificem, cum qui pro ſe poſtulat, errare poſſe præſumatur. 7.444

Summus Pontifex poteſt ex iuſta cauſa reuocare alienationes, & donationes tam ab ipſomet, quam ab anteceſſoribus factas. 11. 444

Summus Pontifex ſi aduertat alienationes in detrimentum Eccleſiæ factas fuiſſe, & ex alia via Eccleſiæ ſatisfieri non poſſe, tenetur eas reuocare, & irritare. 13.444

Summus Pontifex alienans, vel infeudans Caſtra, Ciuitates, vel Dominia illius, niſi prius iuramenti vinculum ſibi relaxet, peccat contra iuramentum. 1.445

Summus Pontifex obſtringi poteſt vinculo iuramenti, cum tale vinculum ſit de iure naturali, & diuino. 3.445

Summus Pontifex poteſt ſecum in iuramenti vinculo diſpenſare, vel ſaltem alteri ſecum diſpenſandi facultatem dare; modo habeat diſpenſandi iuſtam cauſam. 4.445

Summus Pontifex in lege naturali vel diuina diſpenſare non poteſt ſine iuſta cauſa. 5. 445

Recipiens ex alienatione, ſeu donatione ſummi Pontificis, ea ab ipſo reuocata, tenetur rem acceptam, vel id, in quo ditior factus eſt, ſi bona fide recepit, reſtituere. 15.445

Summus Pontifex alienans cum cauſa contra iuramentum bona Camerę, & ſedis Apoſtolicæ, licet alienet illicite, non tamen alienat inualide. 1. 446

Pontifex poteſt Monachis aliqualem clauſuram præcipere, nempe vt cum hac, vel illa limitatione exeant; vel ne à ſuis Conuentibus vltra vnam dietam abeant ſine ipſius licentia, inſpecta tamen Monaſterij neceſſitate. 1. 462

Pontifex poteſt Monachis clauſuram indicere, quod etiam fieri poteſt ab aliis ſuperioribus ob eamdem rationem. 2.462

Summus Pontifex non poteſt cogere Religioſos ad arctiorem viuendi modum, quam prima inſtituti forma poſtulat, niſi Regulæ reformatio ad trium votorum eſſentialium obſeruationem, neceſſaria ſit. & cur. 12.463

Summus Pontifex poteſt præcipere Religioſis ob iuſtam cauſam id, quod præcipit aliis clericis, licet in eorum regula non contineatur. 13. 463

Pontifex ſi ſine ſtrictiori clauſura Regula, & inſtitutũ alicuius ordinis conſeruari non poteſt in ſuo vigore, poteſt eamdem pro vniuerſo ordine decernere. Item dic de eo, penes quem reſidet poteſtas ſtatuta religioſa condendi. 3.462

Pontifex poteſt præcipere Religioſo de quacumque Religione quod accepret Epiſcopatum. 38. 464

Pontifex poteſt præcipere Religioſo non ratione voti obedientiæ, ſed eo modo, quo poteſt idem præcipere Clericis ſecularibus in ordine ad commune bonum vniuerſalis Eccleſiæ. 40. 464

Pontificis Electio etiam per ſimoniam facta, ſi alioquin à duabus tertiis partibus Cardinalium legitimè facta ſit, non eſt ipſo iure irrita. 11. 497

Pontifex concedens indulgentiam Eccleſiam viſitantibus, intelligitur conceſſa vt ſæpius in die illam viſitans totics lucretur indulgentiam. 5. 509

Pontifex prohibens excommunicari vniuerſitatem, permittit excommunicari aliquos ex vniuerſitate. 6.541

An poſſit Poteſtas laica cogere clericum, qui laicum poſſeſſione ſpoliauit, ad illam laico ſpoliato reſtituendam? 45

Poſſeſſio eſt magis facti quam iuris. 4.76

Poſſeſſio Rei ſpiritualis, eſt etiam ſpiritualis, cum ſequatur naturam proprietatis. 9.77

Poſſeſſio licet ſit in apprehenſione, cauſa tamen apprehendendi ad ius, & titulum pertinet. 11.77

Poſſeſſio immemorabilis inducit præſumptionem tituli, ſeu conceſſionis, & priuilegij, ſi is, qui allegat eam, ſit capax poſſeſſionis. 45. 79

Incapax *Poſſidendi*, eſt etiam incapax præſcribendi. 6.12

Poſſidens de tempore immemorabili non tenetur titulum ſuæ poſſeſſionis allegare; cum ob temporis diuturnitatem id ſæpe difficile ſit, ſi capacitas tamen ſit in Poſſidente. 16.23

Vana eſt illa *Potentia*, quæ non reducitur ad actum. 10.430

Poteſtas laica nihil poteſt per leges ciuiles, quæ lædunt Eccleſiaſticam libertatem, in ordine ad Eccleſiaſticos. 1. 1

Laica Poteſtas poteſt aliquid ſecundum vim directiuam per leges ciuiles, quæ non dedeceant Eccleſiaſticorum ſtatum, & ſint communes Eccleſiaſticis, ac laicis, & conuenientes rectæ gubernationi Reipublicæ. Vide, quæ ſint hæ leges diffuſè. 2.1

Poteſtas laica non habet poteſtatem puniendi Eccleſiaſticos, ſi leges ipſius tranſgrediantur. 9.6

Poteſtas punitiua eſt ſemper coniuncta directiuæ. 10.6

Eccleſiaſtica Poteſtas poteſt imponere eamdem pœnam Eccleſiaſticis tranſgredientibus leges ciuiles, quæ impoſita eſt laicis; quamuis non teneatur, ſed poteſt ad libitum moderari. 28.7

Poteſtas laica poteſt exercere vim punitiuam coercitiuam, ſeu coactiuam in Eccleſiaſticos poteſtate ſibi extraordinaria accepta, in caſu, quo ipſi ſuis criminibus Reipublicæ moleſtiam, ſeu periculum ingerant, & aditus non ſit ad ſuperiores Eccleſiaſticos. 1.9

A Poteſtate Laica exempti ſunt quoad vim punitiuam omnes Eccleſiaſtici, qui fori priuilegio gaudent. 1.9

Poteſtas in reſpublicis rectè ordinatis non ſubiecta poſitiuis diſpoſitionibus vnicuique inſita eſt. 8.10

Poteſtas laica ſpectato iure communi non poteſt acceptare querelam porrectam vel ab Eccleſiaſtico vel

vel à laico contra Iudicem Eccleſiaſticum, ſeclu-
ſis ſpecialibus ſedis Apoſtolicæ priuilegiis contra
nonnullos. 1.13
Ad clauem ſupremæ Poteſtatis ſpiritualis ſpectat
exemptionem Eccleſiaſticam conſeruare, eandem-
que diminutam redintegrare. 32.24
Contra ſupremam poteſtatem in ſpiritualibus
non poteſt vnquam fieri præſcriptio. 33.24
An poſſit Poteſtas laica per ſuos miniſtros Ec
cleſiaſticam perſonam in flagranti crimine depre-
hentam, vel de propoſito perpetrandi crimen (vt
quia noctu mutato habitu, vel cum armis incedit
ſuſpectam, vt Iudici Eccleſiaſtico ſiſtatur, capere
armiſque prohibitis ſpoliare. 25
In caſu ſupra recenſito, Poteſtas laica poteſt, ſi ſit
periculum in mora, capere Clericum. 1.25
Limita primò ſi delictum ſit perniciоſum Reipu-
blicæ. 3.25
Limita ſecundo, in caſu, quod non ſit leuis ſuſpi-
cio talis delicti. 4.25
Limita tertio, ſi incumbat neceſſitas illum ca-
piendi. 5.25
Limita quarto, niſi modus excedatur. 6.25
An poſſit Poteſtas laica capere, ac detinere cleri-
cum debitorem, ſi fugiat, vel fugam meditetur.
pag. 26
Poteſtas laica non poteſt expellere à Regno Ec cleſia-
ſticos ex eo, quod iuſtis Principum mandatis in-
obedientes ſint contra plures Doctores. 1.27
Diſtinctio quod Poteſtas laica poſſit à Regno ex-
pellere Clericos, & Eccleſiaſticos per modum Iu-
riſdictionis œconomicæ ſeu politicæ reprobatur,
& cur. 3.28
Poteſtas laica non poteſt vocare Epiſcopos, vel alios
Eccleſiaſticos ad Parlamentum propter aliquod
publicum negotium, ſi id faciat præcipiendo, ſe-
cus ſi faciat rogando. 1.29
Poteſtas laica non poteſt expellere à Regno Epi-
ſcopos, vel alios Eccleſiaſticos ſi propter aliquod
publicum negotium ad Parlamentum vocati, ve
nire nolint. 1.33
Non ſolum expellentes à Regno, ſed etiam man-
dantes, ratum habentes, & auxilium, conſilium,
vel fauorem præſtantes excommunicantur vnde-
cima cenſura Bullari. 2.33
Limita niſi caſus ſe habeat per modum naturalis
defenſionis. 3.33
Poteſtas laica contra nonnullos Doctores non po-
teſt cogere Eccleſiaſticos vt triticum, vinum, &
ſimilia tempore penuriæ vendant iuſto pretio, ſed
recurrendum eſt in tali caſu ad ſuperiorem Eccle-
ſiaſticum. 1.34
Limita niſi vrgeat famis neceſſitas, & ſi ſuperior
Eccleſiaſticus requiſitus exſordeſcat impiè non
prouidendo. 2.34
Poteſtas Laica non poteſt priuare Eccleſiaſticos re-
bus, quas extra Regnum exportant contra Legem
Principis id prohibentem fieri ſub pœna commiſſi
contra opinionem Ioannis de Hevia, & Bobadil-
læ. 1.36
Poteſtas laica non poteſt punire Eccleſiaſticos in bo-
nis, vel in pœna pecuniaria, ſi falſa menſura tri-
ticum, vel quid ſimile vendant contra aliquos
Doctores. 1.38
Poteſtas laica in ſententia aliquorum Auctorum po-
teſt cogere Eccleſiaſticos ad ſoluendas gabellas,
vel collectas, quando illas ſoluere tenentur, dum-
modo Iudex Laicus procedat contra bona, & non
contra Perſonam. 1.38
Poteſtas laica in ſententia Auctoris non poteſt coge-
re Eccleſiaſticos ad ſoluendas gabellas ſimpliciter
etiam modo quo ſupra. 2.38
Poteſtas laica in ſententia plurimorum Doctorum
poteſt punire Eccleſiaſticum ſi non in perſona,
ſaltem in bonis, ſi coram Iudice laico ſaltem te-
ſtimonium depoſuit. 1.39
Poteſtas laica in ſententia Auctoris ſuffulta gravi-
ſſimorum Doctorum auctoritatibus, & ratione non
poteſt vllo modo in caſu prædicto punire Eccle-
ſiaſticum. 2.39
Poteſtas laica in ſententia aliquorum poteſt punire
Clericum coram Iudice laico falſa teſtificantem
in defectu iuſtitiæ Eccleſiaſticæ. 3.39
Poteſtas laica in ſententia Marantæ, & Bobadillæ po-
teſt cogere Clericum, qui laicum ſpoliauit poſſeſ-
ſione ad illam laico ſpoliato, reſtituendam.
1.45
Poteſtas laica non poteſt occultè proceſſare perſo-
nam Eccleſiaſticam, etiam ſi habeat animum præ-
ſentandi proceſſum Summo Pontifici, vel Iudici
Eccleſiaſtico abſque incurſione in Bullam Cœnæ.
1.49
Poteſtas laica non poteſt expellere Epiſcopum ab
Epiſcopatu ob ingreſſum ſimoniacum. 1.49
An poſſit Poteſtas laica diſcutere facultates Nun-
ciorum, qui à Summo Pontifice mittuntur, &
retinere ad examinandum, & executioni mandan-
dandum Bullas Apoſtolicas in ſuis Cancella-
riis. 51
Poteſtas Laica neque poteſt cognoſcere Eccleſiaſti-
cos quoad bona, etiamſi ipſi velint. 4.55
Poteſtas Laica cognoſcere non poteſt Eccleſiaſticos
quoad bona, etiamſi deliquerint in officio, quod ab
ipſa habent. 1.57
Poteſtas ſecularium Principum eſt ciuilis, & non
ſpiritualis, & propterea non poteſt recognoſcere
literas Apoſtolicas. 31.54
Poteſtas Laica non poteſt cognoſcere Eccleſiaſticos
quoad Perſonam, neque in ciuilibus, etiamſi ipſi
velint. 1.55
Poteſtas laica non habens auctoritatem in Eccleſia-
ſticos quoad perſonam, neque habet in illos quoad
bona. 3.60
Poteſtas laica nullo modo per Bullam Cœnæ, poteſt
cognoſcere Eccleſiaſticos in cauſa criminali.
7.60
Poteſtas laica non poteſt exigere pœnam ab Eccleſia-
ſticis tranſgredientibus legem ciuilem, à tali le-
ge impoſitam. 1.61
Laica Poteſtas cognoſcere poteſt Eccleſiaſticos,
primo ſi bona qua ab ipſis poſſidentur in ordine
ad Laicum obligationem habeant per ſe, ſibique
propriam, vt ſunt bona feudalia, quæ conceſſa
alicui Vaſſallo ab Imperatore, ad Eccleſiam tran-
ſierunt. 1.63
Poteſtas laica, vtpotè in ordine inferiori, ſubordina-
tur Poteſtati Eccleſiaſticæ, vtpote in ordine ſupe-
riori, vt corpus animæ. 1.70
Poteſtas laica in ordine ad Eccleſiaſticos eſt Iudex
incapax, ſeu impotens, vtpote ad aliquid ſimpli-
citer contra ſuam ſphæram. 2.70
Poteſtas Eccleſiaſtica ſit Iudex competens laicorum
quotieſcumque id exigat finis ſpiritualis, & ſalus
animarum. 3.70
Opinio aſſerentium, quod Poteſtas laica, licet non
poſſit de cauſis Eccleſiaſticis cognoſcere principa-
liter, & per cognitionem ordinariam, ſeu plena-
riam, poſſit tamen incidenter, & per cognitionem
ſummariam, ſeu de plano, ſine altiori diſcuſſione,
reprobatur, & cur. 10.70

Omnia

Omnis anima Potestatibus sublimioribus subdita est, seruato ordine à Deo digne constituto, vt nempe Imperatores, & Reges Papæ obedirent, ceteri illis. 12.70

Potestas Ecclesiastica, & laicalis sunt correlatiua non in eodem ordine, sed in diuerso, ita vt vna subordinetur alteri, tanquam inferior superiori. 15.71

Potestas superior potest solum indirecte ob finem spiritualem, & salutem animarum extendere se ad obiectum, seu ad causas Inferioris, & non è conuerso. 17.71

Potestas Ecclesiastica cumulatiuè cum Potestate Laica cognoscere potest causas temporales, & profanas Laicorum si intercedat in ipsis Iuramentum, vel alia causa pietatis. 1.81

Potestas Laica, si Reipublicæ bonum ita postulet potest irritum reddere Iuramentum, simul cum Contractibus. 1.82

Potestas Laica, siue Ciuilis debet esse sufficiens ad prohibendum, & remouendum ea, quæ fini suo, & bono Communitatis obnoxia sunt. 2.82

Potestas Laica potest cauere, ne subditi iurisdictionem alicuius prorogent. 4.82

Potestas Ecclesiastica licet non possit inter Laicos cognoscere de causa dotis, si principaliter, & non incidenter fuerit intentata; potest tamen ratione Pietatis cumulatiuè ad Potestatem Laicam cognoscere, etiam principaliter, & ad instantiam Partis, si dos relicta sit Puellæ Pauperi. 1.83

Potestas laica solum debet cognoscere si agatur de dando tutore Clerico minori, vel de dando Curatore Clerico mente capto. 1.86

Potestas Ecclesiastica cumulatiuè ad Potestatẽ laicam potest Clericum filium alterius Clerici, si sit legitimandus, legitimare. 1.89

Ecclesiastica, & ciuilis secularis Potestas, si æquitas id expostulet debent ad inuicem se adiuuare, & adinuicem sibi consentire. 22.97

An, & quid possit Potestas Ecclesiastica in Aduenas, & Peregrinos? 113

Potestas dispensandi multum pendet ex consuetudine, quæ sufficienter videtur declarari à sac. Cardinalium Congregatione. 24. 130

Tam Potestas Ecclesiastica, quam laica in ordine ad suos subditos existentes in alieno Territorio nihil potest. 1.131

Potestas Ecclesiastica potest aliquid in ordine ad Ebrios, & amentes ad tempus, quia hi per se efficiuntur legibus, sicut Dormientes. 4. 159

Potestas Ecclesiastica nihil potest in ordine ad Pueros ante vsum rationis, qui communiter intelligitur aduenire completo septennio. 6. 159

Distinguitur inter potestatem Ordinis, & Iurisdictionis si quidem potestas Ordinis in omni sacerdote æqualis est, sed est tantum remota, & indeterminata, determinatur autem per potestatem Iurisdictionis à Christo, vel Ecclesia in omnes vel in certos tantum fideles collatæ. 1. 204

Potestas tam Ecclesiastica quam laica laica potest aliquid in ordine ad se ipsam secundum vim directiuam, & materiam communem. 1. 235

Potestas Ecclesiastica si propriam legem non seruet, non potest puniri potestate humana. 1. 242

Potest Ecclesiastica non potest se ipsam censura afficere; quia censura est pœna. 8.142

Potestas tam Ecclesiastica, quam laica potest aliquid etiam directe in ordine ad seipsam secundum iurisdictionem voluntariam. 1.145

Item potest directè ex iusta causa dispensare cum seipsa, sicut potest cum subditis in iis, quæ sunt de iure Diuino. 2.145

Item potest etiam directè ex iusta causa dispensare cum seipsa in legibus etiam superiorum in quibus potest cum subditis, vt in lege ieiunij, esus carnium, audiendi sacrum, recitandi officium, & similium; quæ sunt de iure positiuo. 145

P R

Præceptum affirmatiuum audiendi Missam de mente Nauarri & cæterum debet quamprimum ad impleri si, præiudeatur postea impleri non posse 5. 141

Præceptum dici crastinæ non obligat ante diem, nempe audiendi missam, ieiunandi, recitandi horas canonicas, licet præuideatur Impedimentum 141

Præceptum confessionis si præiudeatur in Paschate non posse adimpleri debet præueniri. Secus est de Communione. 12.141

Nemo potest, in sententia Pontij ab obseruatione præcepti excusari ob moralem certitudinem superuenientis in futurum dispensationis, si quidem non spes dispensationis; sed dispensatio ipsa liberat ab obseruantia præcepti. 7.142

An, & quid dicendum, si excusatis à præcepto cooperetis in actione prohibita per Præceptum: Sensus est, quid dicendum, si infidelibus, ebriis, amentibus, pueris, vel ignorantibus subministres; v. g. in die ieiunij, carnes, vel lacticinia? 164

Præceptum clausuræ non potest aboleri contraria consuetudine in posterum inducenda. 6. 459

Præceptum de clausura seruanda fundamentum habuit ex lege veteri, in qua etiam erant Virgin clausæ Propheticam vitam agentes. 16. 460

Præceptum superioris iuxta regulam est merum ius positiuum; & consequenter consuetudo prævalere potest contra illud. 16. 460

Præceptum superioris in dubio habetur pro legis interpretatione. 4.464

Præceptum de seruanda clausura est morale, & moraliter intelligendum. 4.524

Præceptum de clausura seruanda, vt pote positiuum non obligat cum tanto incommodo, & cum tanta necessitate. 14.561

Prædicatores Regulares, qui prædicant extra suas Ecclesias non debent ex probabili ab Episcopo examinari cum solum requiratur eius licentia. 7.170

Quotiescumque directe agitur de *Præiudicio* alicuius, agitur de præiudicio eiusdem ad ipsum condemnandum. 5.385

Faciens aliquid in præiudicium tertij, tenetur curare quod damnum tertio illatum, resarciatur; quin & si opus fuerit tenetur officium iudicis implorare. 14.444

Magna est *Prælatorum*, & Concionatorum apud populum auctoritas. 16.10

Prælati, qui ad instantiam Principum secularium oretenus, & causa non cognita, præcipiunt alicui Ecclesiastico, vt à finibus suæ Diœcesis discedat, non excusatur à censura bullari, & cur. 12.28

Ob specialis Iudicis absentiam interdum poni-

Digitized by Google

sur in praxi, quod verbotenus contra Prælatos quis Ecclesiasticus de Principis mandato se informet; qui, ne memoria verba festinus excidant, ad sui instructionem summatim dicta in scriptis, & informationi referat. 10.50

Prælatus, & Conventus Regularium non potest renunciare priuilegio Immunitatis à decimis ordini Religiosorum concesso, & cur. 10.56

Prælatis, ne laicos rationibus addictos ad ordines promoueant, interdictum est. 22.59

Quod si agant, clerici minorum ordinum eiciendi, maiorum verò, & Religiosi in bonis cogendi sunt. 23.59

Debet, vt hæc cessent, haberi consensus eorum, quorum interest. 24.59

Prælati Religionum possunt dispensare cum suis subditis etiam in Bigamia; quin etiam in homicidio circa Missæ celebrationem si non sit notorium ex priuilegio Religioni concesso. 26.91

Prælati Ordinum Regularium subditos suos tum præceptis, ac sententiis, tum statutis vbique Terrarum degentes possunt adstringere, quin etiam eosdem in alieno Territorio citare, excommunicare, & fugitiuos propria auctoritate capere. 22.133

Prælati Religionum respectu suorum subditorum Regularium censentur habere totum orbem pro territorio & vbique possunt capere suos subditos etiam non implorato auxilio brachij secularis siue Episcopi, secus est vbi Prælati Religionum iurisdictionem cum Territorio habent. 22.151

Prælatus Religionis concedens literas dimissorias Nouitio ad recipiendam primam tonsuram incurrit suspensionem ab officio, & beneficio latam in Concilio Tridentino. 12.158

Prælatus Religionis frustra sibi casus reseruaret, si Religiosus posset adire Episcopum pro eorum absolutione, vel dispensatione. Secus si vrgeat necessitas, & Prælatus absit. 19.176

Prælati in causa hæresis contra subditos suos nullo modo cognoscere possunt, sed id totum Inquisitoribus, & Episcopis est remissum. 6.188

Prælati Religionum ne Inquisitores indirectè retrahantur ab exercitio sui officij possunt assumere informationes, & eas transmittere ad supremum S. Officij tribunal. 29.189

Prælati Regularibus suis semel approbatis iurisdictionem semel collatam ob causam etiam non notoriam auferre possunt. 7.208

Prælati si de facto prohibeant suis Regularibus confessiones audire, non censentur, quod iurisdictionem auferre velint; sed solum quod licite illas non audiant. 8.208

Prælati prohibitio quoad priuationem iurisdictionis facta, si notoria non sit, adhuc confessiones valent. 9.208

Prælati Ordinum, & ipsorum Vicarij, & de eorum consensu, cæteri subditi Regulares possunt absoluere non solum subditos suos Regulares; sed etiam suæ Religionis Aduenas, & Nouitios, & etiam sæculares Religionem mox ingressuros ab omni excommunicatione, aliaque censura particulatim non inflicta. 1.210

Prælati ordinem, quin & Regulares quicumque an absoluere possint à censuris etiam secularem extra sacramentum pœnitentiæ est dissensio inter Doctores. 5.210

Prælatus potest mittere absolutum à censura pro confessione facienda ad alterum suæ Religionis Confessarium. 10.219

Prælatus Religionis suis Regularibus exemptis potest concedere dictam dispensationem, quod competit etiam Prælatis Religionis inferioribus. 2.227

Prælatus Religionis non potest dispensare cum suo Religioso iam Episcopo facto. 4.227

Prælatus Religionis non potest dispensare cum electo in perpetuum, quia Religio illius iurisdictionem abdicauit in Episcopum. 6.227

Nullus se ingerere debet Ecclesiasticæ Prælationis officiis. 8.246

Prælati Regulares etiam inferiores, vt Priores, & Guardiani habent in suos subditos iurisdictionem quasi Episcopalem. 35.247

Prælatus Monasterij potest omnibus dispensationibus vti secum, quibus potest cum subditis. 36.247

Prælatus, qui potest dare facultatem alteri absoluendi à casibus Papæ reseruatis, potest etiam concedere vt se ipsum absoluat concedentem; idem dic de Vicario Episcopi, & de Vicario alterius superioris, si tamen possit subdelegare. 1.248

Prælatus Ecclesiasticus non est dubium, quin directè possit alteri committere vices suas, qui cum ipso dispenset. 4.248

Prælatis exemptis datur facultas eligendi Confessarium, qui ipsos absoluat. 5.248

Prælatus non debet esse deterioris conditionis suis subditis. 6.248

Prælatus dispensans pro tota Diœcesi dispensat etiam cum se ipso, & dispensans alteri indulgentias, dispensat sibi ipsi. 7.248

Prælatus non potest se absoluere ab excommunicatione, suspensione, & ceteris, si quidem absolutio est quædam sententia, quam in se ipsum ferre non potest. 8.249

Prælatus neque potest secum dispensare in irregularitatibus per sententiam incursis; cum ad eas tollendas requiratur imponentis sententia; secus si ipso iure sit contracta. 9.249

Prælatus Ecclesiasticus excusatur si bona fide examine adhibito, causa dispensandi existimetur iusta, nam valebit, etiam si postea non cognoscatur iusta, seu satis sufficiens. 15.249

Prælatus iusta causa intercueniente, ob quam possit cum subditis dispensare, immunem potest se reputare à legis obligatione. 23.246

Prælatus Ecclesiasticus potest exercere iurisdictionem suam in locis sacris. 284

Prælatis permittitur etiam in Ecclesiis citra immunitatis violationem, subditos suos punire, ac verberibus afficere, & ideo possunt illos ab Ecclesia extrahere vt loco decentiori puniant. 19.284

Prælatus Ecclesiasticus non obligatur domino fetum suum tradere quando delictum est graue, simplici iuramento, sed tenetur dare maiorem securitatem. 4.288

Prælatus Ecclesiasticus debet in tali casu Reum cautum seruare, & interim Pontificem certiorem reddere. 42.326

Prælatus Ecclesiasticus accepta securitate quod Reus pro delictis, non exceptis; non punietur, potest eum Iudici sæculari consignare; si expedire iudicauerit, spectato tamen iure loci. 3.348

Prælatus Ecclesiasticus si per consignationem factam Iudici laico de Reo, Iudex nolit stare promissis, potest eum compellere per Ecclesiasticas Censuras spectato iure communi. 4.348

Prælatus Ecclesiasticus non potest in casibus non exceptis

ceptis consignare Iudici laico Reum inuitum spectata constitutione Gregoriana. 5. 348
Prælatus Ecclesiasticus ex dicta constitutione non debet requirere in consignatione Rei Iuramentum. 3.372
Prælatus in casibus exceptis potest sine nota irregularitatis, & censuræ, quin & debet, Iudici seculari Reũ puniẽdum tradere, si fuerit requisitus. 17.372
Prælatus Religionis saltem de iure communi, non potest suis Religiosis negare licentiam transeundi ad Religionem strictiorem & tamen illam ab eo petere debent, & sufficit petita, & non obtenta. 11.376.
Prælatus etiam Regularis licet non habeat dominium bonorum suæ Ecclesiæ; quia tamen habet administrationem, potest ad causas pias, liberè disponere de redditibus Ecclesiasticis. 38. 392
Prælatus non potest disponere de rebus, quæ sunt de proprietate Ecclesiæ, sed solũ de fructibus. 12.398
Prælatus quod possit disponere de pecunia à testatore ad res immobiles, vel mobiles pretiosas emendas relicta, est valde absurdum. 14. 398
Prælatus scindens arbores, easque vendens in vtilitatem Ecclesiæ non peccat in casu, quo talis scissio damnum Prædio non inferat. 4.401
Prælatus iurans perpetuo in Ecclesia se permansurum, non intelligitur, quod non possit abesse ex causa necessitatis, seu vtilitatis Ecclesiæ. 20.406
Prælatus sine Capituli consensu, aliisque solemnitatibus iure requisitis non potest Ecclesiæ suæ præiudicare in bonis, vel iuribus acquisitis. Secus est in acquirendis, quibus etiam sine Capituli consensu potest renunciare. 1.1.407
Prælatus validè repudiat donationem Ecclesiæ suæ oblatam & validè repudiat legatum, & donationem, si non adimpleat conditionem legati, vel donationis. 3. 407
Prælatus Ecclesiæ nocere nõ potest, si solus sine Capituli cõsẽsu modum donationis transgrediatur. 16.407.
Prælatus nocere potest Ecclesiæ in casu, quo donatio facta fuerit sub cõditione, & cõditionẽ Prælatus, qui res Ecclesiæ administrat nõ adimpleat. 16.407
Prælatus habet se ad Ecclesiam, tamquam Tutor, seu Curator. 23. 408
Prælatus licet absque Capituli consensu, ceteris que iuris solemnitatibus, non possit obesse alienando res Ecclesiasticas potest tamen obesse in iudicialibus, permittendo aduersus suam Ecclesiam sententiam ferri. 17. 408
Prælatus nõ potest sine Capituli cõsẽsu aliisque iuris solẽnitatibus rei immobilis, vel mobilis pretiosæ legatũ, vel hæreditatem Ecclesiæ suæ delatam, non acceptare seu repudiare. 1.409
Prælatus, quin & capitulũ, peccat grauiter, nõ admittendo legatũ, vel hæreditatem, nisi forsan ex causa rationabili non admittat. 22.410
Prælatus non potest valide hæreditatem iam aditam repudiare, quia hæc est alienatio; cum sit iuris iam acquisiti in alterum translatio. 27.410
Prælatus monasterij incapacis legatorum potest sine solemnitatibus in proprios, & quotidianos vsus monasterii rem legatam alienare. 1. 411
Prælatus Religionis, seu Abbas, si Episcopo subiectus sit etiam Episcopi consensus requiritur. idem dic de quouis inferiore Ecclesiæ Rectore. 17.417
Prælatus, Rector, vel Defensor si procul absint & res non patiatur moram, vt si adsit periculum ab Hæreticis confiscari, sufficit consensus præsumptus. 21.417
Prælatus in iure acquirendo potest præiudicare Ecclesiæ. 2.421
Prælatus, vel Beneficiatus, qui est dominus directus emphyteusis facere potest sine solemnitate iuris remissionem caducitatis Emphyteutæ, qui incidit in commissum ob non solutum Canonem. 9.421
Prælati ordinum ab Episcoporum iurisdictione exempti, quasi Episcopalem iurisdictionem in suos Regulares habent, & possunt condere constitutiones, sicut Episcopus condere potest statuta ad Ecclesiasticam disciplinam pertinentia. 4. 462.
Prælati non exempti iurisdictionem aliquam statuẽdi in rebus non grauibus per consuetudinem possunt sibi comparare. 6.462
Prælati ordinum potestatem habent statuta condendi, quamuis non omnes eadem; sed pro diuersitate ordinum, priuilegiorum, & consuetudinum. 7. 462.
Prælato incumbit mediis opportunis præcauere spirituale subditi periculum. 22.463
An Prælatus seu superior possit coarctare, & coarctandi iusta causa subsit, in dubio standum est superioris iudicio. Item dic de alio impedimento Religiosi. 26 464
Prælati nomine Pontifex etiam intelligitur. 37.464
Prælatus potest præcipere Religioso, quod acceptet superioris munus, vel quodcumque beneficium consuetum regi per Regulares suæ Religionis. 43.465.
Prælatus potest præcipere Religioso quod acceptet beneficium sui Monasterii, licet sit parui valoris, dummodo non cogatur relinquere alimenta necessaria à Monasterio sibi præstanda ad supplementum victus. 44.465
Prælatus potest præcipere Religioso, quod acceptet benefic um, licet sit manuale, & ad nutum amouibile, nisi iustam excusationis causam habeat. 45. 465.
Prælatus potest præcipere Religioso, quod tempore pestis deseruiat Religiosis domesticis etiam in temporalibus. 49.465
Prælatus non potest præcipere Religioso quod tempore pestis administret sacramenta extraneis, si tantum ei incumbat vita contemplatiua, si vero vita actiua potest præcipere in supplementum Parochorum. 53.465
Prælatus potest præcipere Religioso quod in certo loco stet ad tempus, seu potest dare illum in pignus, vel in obsidem pro necessitate Monasterij, secus si id faciat pro pace reipublicæ, & cur. 55. 466
Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes possunt in monasteriis exemptis, quidquid possunt Episcopi. 7. 473
Prælatus Regularis conuentualis potest concedere licentiam ingrediendi clausuram Monasterij Monialium sibi subiecti, dummodo à suis superioribus Generalibus eidem ablata non sit talis facultas. 1.506
Prælati Conuentuales ad hunc ingressum non indigent licentia Prouincialium. 9. 506
Prælati, & officiales puniri iubentur, cum totus Conuentus in simoniaca Monachi receptione deliquerit. 7.543
Prælati siue seculares, siue Regulares dantes licentiam &c. sine iusta causa, vel postea admittentes non contrahunt easdem pœnas. 9.543
Soli Prælati seculares Pontificali dignitate insigniti,

gniti, & quicumque Prælati Regulares contrahunt pœnas. 2.546
Prælati sæculares Pontificali Dignitate insigniti, & Prælati Regulares quicumque in casu necessitatis ingredientes, si ingrediantur soli, vel comitati à personis non habentibus conditiones requisitas in eo motu non contrahunt dictas pœnas. 4.546
Prælati pontificali Dignitate insigniti excommunicationem pro primo, vel secundo ingressu; sed solum pro tertio, & quocumque deinceps ingressu incurrunt. 5.546
Prælati Regulares secundum opinionem probabiliorem si extra casum necessitatis Monialium Monasteria sibi subiecta ingrediuntur in primo & secundo ingressu contrahunt excommunicationem, & priuationis officiorum pœnam. 6.546
Prælati Regulares probabile est quod pœnas excommunicationis, & priuationis officiorum contrahant solum in tertio ingressu. 7.546
Prælati Religionum possunt designare clausuræ terminos, extra quos Religiosi non possint sine licentia exire. 17.559
Prælatus etiamsi illegitimè exirer, incideret in casum si alias esset reseruatus à suo superiore. 22. 559
Prælati Religionum non possunt ad libitum processionem extraordinariam intra claustra instituere, ad finem vt mulieres illuc licitè ingrediantur. 17.561
Prælati Religionum processionem eo fine instituentes ad libitum, vt ea occasione mulieres licitè possint Monasterium ingredi, peccant tantum abusu potestatis. 19.562
Data incapacitate *Præscribentis*, solus cursus temporis nil potest operari, vt reddat capacem eum, qui incapax est. 21.23
Vbi est incapacitas ex parte præscribentis, non potest procedere præscriptio. 17.24
Omnis legitima præscriptio legis adminiculo niti debet, cum sit beneficium à iure inuentum. 18. 24
Non potest *Præscribi* contra ius naturale, vel diuinum. 8.255
Præscriptio locum habere non potest, si ius faciat hominem incapacem possessionis, & consequenter præscriptionis. 14.23
Præscriptio tribuit ius subiecto capaci, non autem tribuit ipsam capacitatem, si eam non inuenit in subiecto. 9.53
Præscriptio 40. annorum currit contra Ecclesiam propter negligentiam Prælati. 1.56
Præscriptio non currit contra Capitulum Episcopo mortuo si res est communis Episcopo, & Capitulo. 10.107
Præscriptio incipere non potest contra filium, dum bona ipsius aduentitia sunt penes Patrem, & filius pro his agere impeditur. 32. 408
Præscriptio aliquando suspenditur, ac quodammodo dormit. 33.408
Præsumptio desumitur ex communiter contingentibus. 19.159
Præsumptio tunc dicitur Iuris, & de Iure, quando Ius certum quid statuit ob præsumptionem, quam habet. 37.279
Præsumptio desumi debet ex communiter contingentibus. 8.317
Præsumptio supponit dolum, & scientiam. 20.392
Præsumptio causæ non infert causam, & sic non infert in alienatione valorem. 4.431
In criminibus mixti fori datur locus *Praeuentioni*, in qua non attenditur tantum sola Inquisitio, & citatio verbalis, sed attenditur etiam quis nam præuenerit in citatione reali, adeo vt iudex capturæ præueniisse dicatur. 17.99
Pragmatica quædam, vulgo dicta la Cathalana, in qua cauetur ne inconsulto Rege, vel Prorege Episcopi procedant ad excommunicationem contra officiales Regios, est contra Immunitatem Ecclesiasticam. 4.47
Pragmatica quædam vulgo dicta la Cathalana, est contra Immunitatem Ecclesiasticam. 42.55
Praxis Curiæ Romanæ obseruat punire Reos vbicumque delinquentes, sed id prouenit ex præscripta consuetudine. 7.128
Praxis, & consuetudo obtinet quod Religiosi pro suis criminibus cognoscantur tantum à Prælatis Religionum etiam de mandato Summi Pontificis. 10.289
Praxis, & consuetudo est optima legis interpres. 43. 438
Principes licet legibus soluti sint, tenentur tamen ex quadam congruentia illas seruare, licet cogi non possint. 2.5
Principes sæculares legum ciuilium Auctores nó habent iurisdictionem in Personas Ecclesiasticas. 4.6
Principibus vt Ecclesiæ Protectoribus potestas data est secundum nonnullos in causis profanis Ecclesiasticorum ab Eccl. & ab ipsius capite Christo, vt disciplina sacerdotalis sarta tectaque seruaretur. 17.10
Principes possunt sancte, & iuste prouidere per edictum & prohibitionem generalem atque per coactionem inobedientium, & rebellium in abusibus, quibus non medentur Prælati. 18.11
Principes, vel eorum Ministri, si faciant Literas hortatorias ad Ecclesiæ Prælatos, vt ab aliqua praua determinatione desistant, non agunt contra libertatem Ecclesiasticam, nec incidunt in Bullam Cœnæ. 11.12
Princeps ex officio tenetur solum cognoscere causas subditorum; non verò extraneorum, quales sunt Ecclesiastici, vnde eos cognoscens facit potius contra proprium officium. 8.17
Principis est suum cuique tribuere. 9.17
Princeps secularis ingerens se in causis Ecclesiasticis, Ecclesiasticam Iurisdictionem vsurpat & Ecclesiæ libertatem violat. 10.17
Principes quidam de facto habent priuilegium à Pontifice vis arcendæ in causis. 1.22
Principes quicumque habentes priuilegium à Summo Pontifice aduocandi ad sua Tribunalia causas spirituales excusantur ab Excommunicatione Bullari, modo priuilegij formam seruent, & priuilegium non sit reuocatum. 4.22
Principes laici non possunt punire Ecclesiasticos, quia ij non tenentur legibus secularium Principum secundum vim coactiuam. 2.28
Principes expellentes Episcopos à Diœcesibus, Terris, vel Dominiis suis, &c. nec non mandantes, ratum habentes, & auxilium, consilium, vel fauorem præstantes incurrunt in Excommunicationem vndecimam Bullæ Cœnæ. 6.28
Summo Pontifice prouidere renuente, vel absente potest Princeps secularis è Regno expellere inobedientes Ecclesiasticos. 1.19
Principe Ecclesiastico prouidere renuente aut nolente in delictis Prælatorum Rempublicam perturbantibus, tunc potest Princeps secularis per modum naturalis defensionis, pro vt ratio dictauerit, prouidere. 14.28
Princeps Laicus, vel eius Ministri in sententia aliquorum

Digitized by Google

quorum possùt spoliare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium ab ipsis taxatum. 1.35
Princeps Laicus, vel eius ministri in sentent. Auctoris non possunt spoliare Ecclesiasticos rebus, quas vendunt supra pretium ab ipsis taxatum, licet teneantur seruare legem taxantem pretia rerum. 2.35
Princeps laicus tempore pestis non potest adstringere Clericos ad obseruandum ipsius banna pro bono publico, & pro tuenda salute, sed debet rogare Episcopos, vt ad id Clerum compellant. 7.35
Potest Princeps facere literas hortatorias ad Ecclesiasticos, dummodo in illis præter verba hortatoria verbis precatoriis non vtatur. 1.50
Potest etiam illas facere verbis precatoriis vtendo, si Superior Ecclesiasticus non prouideat, vt quia non vult, vel quia non potest. 2. ibid.
Potest etiam inobedientes è Regno expellere. 3.50
Potest etiam bellum mouere. 4.50.
Potest à Iudice Ecclesiastico, togatus, vt ipsius iurisdictionem, tueatur, cesuris compelli 5.51
Potest etiam, cùm prælatum rogat, vt iniuriam in seipsum, vel in suos ciues etiam illatam auertat, si renuat facere, spretas preces suas vindicare. 6 51.
Princeps est suorum ciuium custos, & pater. 7.51
Principes laici nullo modo possunt se intromittere id iudicandis quibuscumque rebus Ecclesiasticis; præcipue in recognoscendis, seu examinandis sententiis, & censuris pro quibus exequendis tenentur præstare Episcopis brachium seculare. 17.53
Princeps secularis potest priuato iure, non item ciuiliter, cogere Ecclesiasticum ad redditionem rationũ per suos Rationatios; & potest per facti retentionẽ bonis insistere, ac reliqua exigere. 14.58
Non tamen potest similiter procedere quoad personæ animaduersionem, & quoad pœnam in bonis infligendam. 15.58
Princeps rectius ageret, si exemptis, nisi sint optimæ vitæ, ad officia sua secularia non vtatur. 20.59
Præsertim quoad inferiora, quorum nomine forsan non venit publica legatio. 21.59
Princeps laicus non potest bonis spoliare, & multo minus occidere Bannitum in Territorio Ecclesiæ, neque in Territorio alterius Principis laici. 1.61
Princeps proponere potest præmium occidenti Bannitum; quia proposuit præmium ad rem, quæ est sibi licita. 6.61
Principes Laici possunt statuta, canonum legibus, ac pœnis vallare, sicuti faciunt Pontifices quoad suos subditos. 21.83
Princeps à natura ius habet supra quoscumque exteros, etiam supra ipsos Principes, quos legati repræsentant, & sic multo magis suprà eorum legatos iniuriam inferendam propulsandi, vel illatam vindicandi. 13.104
Princeps non portat gladium sine causa, Dei enim Minister est Vindex in iram ei, qui malum agit. 14.104.
Princeps nõ solũ potest, sed etiã tenetur ratione officij punire legatos ad se missos si grauiter, delinquãt cõtra ius naturale, vel cõtra ius gẽtiũ. 15.104
Princeps si non puniat, cum potest, & expedit, mortaliter peccat, quia in re graui non satisfacit muneri suo. 16.104
Amplia id etiam ad Principis ministros, seu ad eos qui Principi assistunt in administranda iustitia, 17.104.
Amplia id etiam ad Princeps Ecclesiasticos, eiusque ministros Ecclesiasticos. 18.104
Principes Ecclesiastici etiam tenentur in conscientia vindicare iniurias Reipublicæ, & Populorum. 19.104.
Princeps non potest Legatos, seu Oratores punire, si non seruent leges sui loci, in quo illi resident; quia ij non subiiciuntur legibus municipalibus loci, in quo resident. 1.105
Princeps laicus punire non potest legatos, seu Nuncios summi Pontificis. 6.105
Princeps laicus in ordine ad Ecclesiasticos non est solum iudex incompetens, sed etiam simpliciter impotens, seu incapax. 7.105
Princeps laicus potest per modum iustæ defensionis naturalis contra illos, &c. grauiter delinquentes præsertim Regnũ, vel Rempublicam perturbantes se defẽdere, maxime si Põtifex fuerit prius monitus, & renuat audire, vel ad eum aditus non facile pateat. 9.105
Si duo supremi Principes discordiam habentes cõtendant in Iudicem, seu Arbitrum, & exequorum discordia probabiliter timetur fidei Catholicæ, Ecclesiæ, vel boni spiritualis detrimentum, potest, quin & debet Papa cognoscere, & ferre sententiam inter ipsos. 1.113.
Qui tali sententiæ stare debent. 2.113.
Princeps non tenetur statutis municipalibus locorũ, & Prouinciarum dum in ipsis etiam per longum tempus moratur. 21.136
Princeps quando habet iurisdictionem in loco commissi delicti censetur nolle alibi Delinquentem puniri. 16.125
Princeps in lege ferenda respicit bonum suæ Ditionis, & sic extra illam nihil potest imperare 3.132
Principes Christiani iam à mille, & amplius annis in hoc consenserunt, & tot seculis idem seruauerunt. 2.206
Principes Christiani iam non possunt reuocare priuilegium semel Ecclesiæ Dei concessum. 3.206
Principes, & Magistratus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna tenentur præstare brachium seculari Episcopo conanti clausuram conseruare. 26.234.
Princeps legibus solutus est: Augusta autem ex Principis priuilegio est soluta. 9.237
Princeps fert leges tanquam Minister Dei per potestatem à Deo deriuatam. 19.237
Princeps non tenetur sub mortali seruare suas leges, nisi iurasset seruare eas. 9.239
Princeps potest naturaliter se suis subditis obligare. 10.239.
Ex causa præsumitur Princeps sibi dispensare iniens contractum sine solemnitatibus à suis legibus præscripti si cum in tali dispensatione nulli iniuriam inferat 15.239
Princeps peccat mortaliter, si secum dispenset in legibus quas tenetur ex honestate seruare, vel venialiter iuxta diuersas sententias, & diuersas circumstantias. 9.240
Princeps iure naturæ tenetur non discordare à subditis sine causa. 10.240
Princeps non potest secum contra legem dispensare & tenetur dispensationem concessam sibi reuocare. 11.240
Princeps vel superior potest excusari à peccato in concedenda dispensatione, & non excusari subditus illam obtinens, & è contra. 14.240
Nulla est obligatio in Principe seruandi leges inferiorum. 1.241
Princeps non præsumitur contra se ipsum legem condere. 4.392

Principes non poſſunt quidquam ſtatuere circa immunitatem Eccleſiarum,cum hoc ſpectet ſolum ad ſummum Pontificem. 9.313

Nomine Principis in caſu priuationis immunitatis venit qui ſupremam habet iuriſdictionem, & nemini eſt ſubiectus;vt Pontifex,Imperator, Rex Hiſpaniarum;Rex Galliæ, Angliæ, Poloniæ, &c. 35.325

Par eſt & expediens bono publico quod diligenter & exactè defendatur ſupremus Princeps cum tribunali ſupremo ſuo ſumptus, cum quo bonum publicum curat. 4.328

Principes ſeculares non poſſunt quidquam ſtatuere circa immunitatem Eccleſiaſticam. 7.337

Principibus datur facultas puniendi expreſsè incendiarium conſultis Prælatis Eccleſiaſticis in quantum Incendiarius confugit ad Eccleſiam non ad ipſum extrahendum ab illa, ſed vt Principes prudenter procedant in aſſignanda pœna Incendiario. 3.340

Princeps vnius Territorij non dicitur quod faciat iniuriam Principi alterius Territorij non reſtituendo Reum,qui illuc confugit; cum liber in illius Territorium intrauerit. 28.359

Princeps extrahens Reum ſibi ſubditum à Territorio alterius violat iuriſdictionem ipſius. 29.359

Princeps ſupremus à ſubditis cogi non poteſt vt alteri ſe ſubiiciat. 8.377

Non præſumitur à ſupremo Principe tanquam legum,& iuſtitiæ fonte, atque Conſiliariis optimis munito,poſſit quidquam iniuſtum promanare. 9.377

Quod ſtatuitur à Principe per Epiſtolam,ad conſultationem priuatorum, publici iuris vim obtinet;ſecus quando fuit pro vno caſu locali tantum. 14.384

Regula(quod principi placuit legis habet vigorem) procedit quando Princeps habuit animum legem condendi,& facit publicare. 16.384

Indubio quilibet præſumitur bonus præſertim Princeps,& Princeps Eccleſiaſticus vices Dei gerens. 3.444

Princeps ſecularis Pontifice inferior, & ei ſubditus ex iuſta cauſa poteſt contractus factos,vel faciendos irritare. 12.444

Princeps,Epiſcopus,vel Canonicus ſi admittantur ad ſuum officium non præſtito iuramento non obligantur ex iuramento ſed ex vi pacti. 33.448

Priores Ordinum Mendicantium, & Guardiani Minorum,& ſimiles,cum in Dignitate conſtituti ſint Iudices Conſeruatores conſtitui poſſunt. 41.201

Priuatus Quilibet apud publicum ſcribam, vel Notarium pro ſuo iure ſeruando poteſt teſtes priuatos ſine alio Iudicis mandato producere. 7.50

Priuatorum Conſenſus non facit Iudicem eum, qui nullatenus eſt. 10.82

Priuilegium conceſſum Regibus, ne poſſint ab Epiſcopis excommunicari,extendi non debet ad Regios officiales,& Conſiliarios quia eſt perſonale. 3.47

An,& quando Priuilegium ceſſet, vel renunciari poſſit. 56

Priuilegium interpretandum ſemper eſt vt non ſit onerоſum Priuilegiato, vtque potius ei aliquid tribuat,quàm vt auferat. 5.56

Regula,quod Priuilegium extinguitur per renunciationem priuilegiati,intelligitur, ſi priuilegium in eius ſolius fauorem conceſſum ſit. 7.56

Priuilegium eius, qui habet vacationem munerum, extenditur ad ſocium. 11.107

Priuilegium Epiſcoporum celebrandi in altari portatili eſt abſolute, & ſic vbicumque conceſſum, & inſertum in corpore Iuris. 5.155

Priuilegia inſerta in corpore Iuris, non derogantur, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio. 6.154

Sac. Congregatio Concilij Tridentini declarauit non eſſe per Tridentinum Epiſcopis ſublatum priuilegium celebrandi in Altari portatili. 7.154

Priuilegia Regularium,& eorum vis quid importet. 27.168

Abutens Priuilegio non ipſo facto amittit priuilegium,ſed eſt eo priuandus. 4.195

Priuilegium non minus deperditur per abuſum, ac deperditur per renunciationem. 15.196

Habentes Priuilegium exemptionis tenentur in loco tuto illud exhibere Ordinariis non autem ab Ordinariis iudicari poterit. 9.205

Priuilegium generale non derogat conſuetudini, vel ſtatuto particulari,niſi exprimatur. 2.209

Priuilegium abſoluendi ab omni cenſura, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruata,extenditur ad cenſuras, quæ futuro tempore reſeruabuntur. 3.210

Priuilegium indefinitè conceſſum ſi non ſit onerоſum,ample interpretandum eſt, & ad futura etiam extendendum. 4.210

Priuilegium Principis interpretandum eſt ſecundum naturam rei quæ conceditur. 8.210

Priuilegium illud quod Romæ ſemel approbatus vbique terrarum pro approbato habeatur, hodie locum non habet ex Vrbani VIII. conſtitutione. 3.218

Priuilegium,& gratia conceditur ſolum Perſonis expreſſis in gratia, vel ad ſummum iis, qui habent connexionem cum ipſis. 9.221

Priuilegium eſt ſtrictè interpretandum maximè contra ius commune. 20.222

Priuilegium exemptionis Religioni cenſetur ſemper conceſſum cum clauſula niſi aliter Prælatis Religionis viſum fuerit expedire. 16.227

Priuilegium immunitatis per circuitum 30. vel 40. paſſuum,procedit ſolum in Eccleſiis,quæ ſunt extra murorum ambitum;non autem in Eccleſiis intra muros Populi contentis, contra nonnullos. 6.264

Priuilegium immunitatis per circuitum 30.vel 40. paſſuum procedit in eo,qui iam ad Eccleſiam confugit,& ex illa progreditur per 30. vel 40. paſſus non autem in eo, quem Eccleſia nondum iam tecepit. 7.265

Priuilegia immunitatis in dubio non ſunt reſtringenda,ſed potius amplianda. 17.265

Priuilegiũ immunitatis Palatio Epiſcopi conceditur in reuerentiã; & decorem dignitatis Epiſcopalis, quæ eſt ſuprema dignitas in Eccleſia. 9.270

Priuilegium ad non expreſſa per conſequentiam trahi non debet. 5.273

Priuilegium extendi poteſt vltra caſum expreſſum ex voluntate priuilegiantis rationabiliter præſumpta præſertim Principibus ſecularibus conſentientibus. 6.273

Priuilegium immunitatis indiſtinctè conceditur omnibus,eſtque non tam perſonale, quam locale;cõceditur n.perſonis non ratione perſonæ ſed ratione loci,qui ſacer,& ſanctus eſt. 8.277

Priuilegium loco conceſſum extenditur ad omnes ibi exiſtentes. 9.277

Priuilegium immunitatis eſt fauorabile, & ideo late interpretandum. 10.277

Priuilegium immunitatis licet vt fauorabile ſit late interpretandum, non tamen plus eſt extendendum

dum quam in terminis habilibus, & iuxta capacitatem ſubiectorum. 23.278
Priuilegium ratione loci conceſſum, ex qualitate perſonarum metiri non debet; nec in ordine ad ipſum Perſonæ ratio haberi. 7.286
Priuilegium Immunitatis cum ſit pium, debet etiam ampliari ad debitores. 4.291
Priuilegium Immunitatis non excludit ſuſpectum de fuga, nec illud impediri poteſt delicto Debitoris committendo. 3.292
Priuilegium immunitatis competit primo & per ſe Eccleſiæ, nec non competit immediate, directe, & per ſe etiam Reo. 1.385
Priuilegium immunitatis potius dicendum eſt competere Reo, quam Eccleſiæ, cum Eccleſiæ intuitu ei concedatur, & homo capax ſit beneficij. 2. ibid.
Quod in priuilegium, & Beneficium conceſſum eſt non debet in odium, & detrimentum conuerti. 22.417
Priuilegium abſoluendi ab omni cenſura, etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruata Regularibus conceſſum, extenditur ad cenſuras, quæ futuro tempore à Pontifice ſibi reſeruabuntur. 4.500
Priuilegium indefinite conceſſum, ſi alteri non eſt oneroſum; ſed eſt merum beneficium Principis ample eſt accipiendum, & ad fotura etiam extendendum. 5.509
Priuilegium perſonale non dicitur ſolum, eo quod Perſonæ particulari concedatur; ſed etiam quia conceditur certo Perſonarum generi. 11.506
Priuilegium relatum ad perſonas, dicitur perſonale, & relatum ad locum, Ciuitatem, Religionem, Monaſterium, vel Collegium eſt Reale. 12. ibid.
Priuilegium in fauorabilibus extenditur etiam ad iteratos actus, quoties abſolutè concederitur, ſecus eſt ſi aliud de mente concedentis colligatur. 4.509
Priuilegium eligendi ſibi Confeſſarium poteſt intelligi toties quoties opus fuerit confiteri, & quod poſſit mutare. 8. ibid.
Priuilegium quando eſt mere gratioſum non finitur finito primo actu. 9. ibid.
Priuilegium in odioſis, vt ingrediendi Monaſterij clauſuram non admittit extenſionem ad iteratos actus, ſed finitur primo actu. 10. ibid.
Priuilegium non tollit aliud priuilegium, niſi de eo mentionem faciat, maxime ſi primum priuilegium eſt ſpeciale, & ſecundum generale. 19.510
Poſterius priuilegium generale non tollit priuilegium primum ſpeciale quando ſunt contraria, ſecus quando nõ ſunt cõtraria ſed de eadem re. 24. 510
Priuilegiũ ad eius valoré non requirit ſcripturã niſi aliter in aliquo caſu iure præſcribatur. 5.543
Priuilegia in corpore Iuris inſerta non comprehenduntur in generali priuilegiorum derogatione. 8.520.
Priuilegiis in concilio conceſſis per nullam clauſulã quantumuis generalem derogatur; niſi de ipſo ob eius grauitatem fiat ſpecialis mentio. 9. ibid.
Priuilegium Pontificis fœminis ad ingrediendum Monaſteria virorum conceſſum non ſuffragatur quando Monaſteria ſuis ſtatutis ingreſſum prohibent, & dictum Priuilegium non haberet clauſulas derogatorias. 29.562
Proceſſio Roſarij fieri poteſt per totam ciuitatem ſine licentia Epiſcopi, ſi ita habeat conſuetudo à decem retro annis ſeruata, & in quatuor feſtiuitatibus B.M. 9.168
Publicæ proceſſiones intelliguntur etiam illæ, quæ pro Bono publico, de nouo indictæ ſunt. 5.169
Auocare ad ſe *Proceſſum*, & acta cauſæ, & compellere Iudicem ad eorum reſciſſionem, non competit niſi Magiſtratui ſuperiori comparatione inferioris, ſibique ſubordinati. 2.13
Procurans alienationem, vel alienationis decretum doloſè, vel ſcienter in detrimentum Eccleſiæ incurrit excommunicationem ſummo Pontifici reſeruatam. 1.450
Procurans alienationem modo ſupradicto à nemine poteſt abſolui à dicta cenſura ſummo Pontifice inferiori. 2. ibid.
Procurrans alienationem modo ſupradicto, ſi neſciat alienationem eſſe in detrimentum Eccleſiæ, excommunicationem non incurrit. 3. ibid.
Proditor proprie dicitur is qui aliud gerit in opere, aliud in corde. 2.311
Profeſſi, qui viuũt ſub cura Magiſtri an poſſint de facto valide confiteri alteri extra ſuum Magiſtrum eſt diſſenſio inter Doctores, probabilius tamen tenendum eſt pro affirmatiua. 16.2251
Profitens ea conditione, vt in domo propria maneat, non tenetur ad clauſuram. 15.469
Prohibitio conuiuendi, nutriendi, Iudæos, ciſque famulandi non extenditur ad idem exercentes cum Saracenis, & Paganis. 20.335
Prohibitio alienandi res Eccleſiaſticas eſt ad effectũ, vt res conſeruentur ſuæ Eccleſiæ; vt illis ipſæ Eccleſiæ, Monaſteria, & pia loca ſuſtententur. 33. 400.
Prohibitio Antiqua alienandi, non ſolum fuit ne res exirent ab Eccleſia; & applicarentur vſui profano; ſed etiam ne perirent, & vt conſeruarentur. 12. 423.
In qualibet Prohibitione cenſetur excepta cauſa occurrens, quæ ſuaderet oppoſitum. 6.439
Prohibitio locationis vltra triennium extenditur ad omnia bona Eccleſiarum, Monaſteriorum & piorum locorum; ſi Epiſcopi auctoritate ſint erecti. 1.457.
Promiſſarius, vel legatarius, licet modum nondum impleuerit, tamen ius ſuum trãſmittit ad hæredem, qui etiam modum implere poteſt, & debet, & tam actiuè quam paſſiuè tranſmittit. 8.407
Promiſſarius, vel eius hæres implorare poteſt iudicis officium vt iurantem ſe abſente, & neſciente, cogat ad præſtandum id, quod ſub iuramento promiſit. 18.447
Promiſſiones, & contractus, qui iure poſitiuo vel naturali ſunt irriti, iuramento ita confirmantur, vt omnino impleri debeant, ſi eorum impletio licita ſit. 27.448.
Promiſſio priuata non cenſetur neque formalis, neque virtualis locatio. 9.453
Promiſſio etiam de renouãdo locationem poſt triennium in ſcriptura publica redacta in ſententia nonnullorum non venit ſub prohibitione Extrauagantis. 7. 453.
Promiſſum, ſeu legatum ſub modo ſtatim etiam non impleto modo, peti poteſt; quamuis promiſſarius, vel legatarius ſatis dare debeat de illo implendo. 7.407.
Promittens Eccleſiæ ſe donaturum centum, ſi pro eius Patre anniuerſarium celebretur, ſi Eccleſiæ Prælatus nolit implere conditionem, promiſſor liberatur obligatione. 17.408
Promulgatio requiritur ad legis conſtitutionem, non autem ad legis declarationem, ſecus eſt quando lex eſt dubia. 19.173

Proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione. 3.76

Proprietas nihil commune habet cum poſſeſſione quoad acquiſitionem, ſecus eſt, quoad cognitionem iudicialem. 24.78

Cauſa Proprietatis, & cauſa poſſeſſionis ſunt inter ſe connexæ, vt diuidi non debeant. 25.78

Proſelyti hi vocabantur, qui vt iure ciuitatis fruerentur, vel promiſſionum participes fierent, circumcidebantur, ac legi ſe ſubiiciebant. 15.278

P V

Cognoſcere de libertate *Puellæ* ad Iudicem Eccleſiaſticum ſolum ſpectat, ſicut pendente lite ſuper ſponſalitiis, vel matrimonio ſequeſtrare Puellam, cauſa explorandi voluntatem illius, &c. 7. 67

Puellæ educationis gratia ingredi non poſſunt Monialium Monaſteria in quibus non eſt conſuetudo ad dictum finem eas recipiendi, ſine licentia Sedis Apoſtolicæ. 10.520

Puellæ pauperes, quæ commodè viuere poſſunt in Monaſterio ob legata eis alimenta à Propinquis ea lege vt in Monaſterio retineantur, iuſtam habent cauſam ingrediendi. 2.521

Pueri ante ſeptennium poſſunt veſci lacticiniis, & carnibus, intereſſe Diuinis tempore Interdicti, ingredi clauſtra Monialium, & ſimilia. 8. 159

Pueri tenentur legibus naturalibus, quia harum obligatio oritur cum ipſa Natura, licet excuſentur à tranſgreſſione illarum donec vſum rationis fuerint aſſecuti. 9.159

Pueri, & Amentes propter exceſſus puniri propriè non poſſunt; cum pœna ſupponat culpam quod intellige de pœna pro priè dicta. 10.159

Pueris, & perpetuo Amentibus diebus prohibitis carnes dare ad veſcendum non eſt illicitum. 13. 159

Pueri completo ſeptennio in dubio præſumuntur habere rationis vſum, & è contra. 18.159

Pueros, & amentes ad iram concitare, vt blaſphement vel alios verberent eſt illicitum. 15. 159

Puer, qui ante ſeptennium habet vſum rationis, non ligatur legibus iuris poſitiui. 20.159

Pueri poſt ſeptennium non ſtatim obligantur ad leges iuris poſitiuis, ſecus eſt de iure Diuino, & naturali. 1.160

Pueri poſt vſum rationis in ſententia Henriq. poſſunt veſci lacticiniis, & carnibus aliquo tempore? 2. 160

In ſententia Caietani non ſubſunt præcepto confeſſionis vſque ad decimum, & communionis vſque ad decimum quartum, & decimum quintum. Vide tam de maſculis quam feminis circa dicta præcepta quid ſentiant cæteri Doctores. 3. 160

Pueri poſt vſum rationis ex probabiliori ſententia Doctorum tenentur præcepto abſtinendi diebus prohibitis à lacticiniis, & Carnibus, 4. 160

Opiniones Doctorum relatorum circa Puerorum obligationem ad confeſſionem, & communionem ſunt contra diſpoſitionem ſacrorum Canonum. 5. 160

Vſus rationis nec æqualiter de omni materia, nec æqualiter aduenit omnibus Pueris. 6.160

Pueri ſeptennio completo peccare poſſunt periurando, blaſphemando, non tamen carnem die Veneris comedendo, vel annuam confeſſionem omittendo, & Cur. 7.161

Pueri Completo ſeptennio peccare poſſunt prius tempore ſi ſint de educatis inter Vrbanos, quam ſi ſint de Agreſtibus. 8.161

Pueri in dubio completo ſeptennio præſumuntur habere ſufficientem diſcretionem & ſic eſſe obligati, leges poſitiuas ſeruare. 9.161

Puer aptus confiteri in articulo mortis poteſt ſumere viaticum, immo quod teneatur multi aſſerunt. 14.161

Pueri habentes diſcretionem ſufficientem ad Sacramentum Confeſſionis, habent etiam diſcretionem ſufficientem ad Sacramentum Euchariſtiæ, & conſequentur ligantur vtroque præcepto. 15. 161

Pueri poſſunt obſtringi cenſuris, & pœnis à Poteſtate Eccleſiaſtica. 1.162

Pueri ante pubertatem ob Clerici percuſſionem poſſunt incurrere excommunicationem Canonis. 2. 162

Pueri in ſententia Soti non incurrunt excommunicationem canonis ob percuſſionem Clerici ante decimum ætatis annum vel aliquid amplius. 3. 162

Pueri in ciuili foro non puniuntur ob delicta, quæ in ætate infantiæ proxima commiſerunt. 4.162

Pueri pubertati proximi (excepto adulterio) tenentur ex furto, homicidio, vel alio delicto. 5.162

Pueri pubertati proximi ob dicta delicta plectuntur non pœna ordinaria, ſed mitiori. 6.162

Pueri tenentur ad damni compenſationem integrè ex delicto per dolum commiſſo, ſi appareat ipſos eſſe doli capaces. 8.162

Pueri non cenſentur comprehenſi in pœnis ſacrorum canonum ſc. prohibitionis ſepulturæ, ingreſſus Eccleſiæ, & huiuſmodi excepta excommunicatione ob Clerici percuſſionem. poſſunt tamen comprehendi. 10.162

Pueri impuberes cenſuris & pœnis latis ab homine non adſtringuntur, niſi poſtquam ad pubertatem deuenerint, eo quod eorum ætas non ſit capax ordinis Iudiciarij. 11.162

Pueri etiam Doli capaces quod incurrunt irregularitatem non inuenitur expreſſum in Iure. 15.163

Pueri vtentes ratione, quia mortaliter peccare valent, poſſunt validè ligari cenſura lata à iure. 17. 163

Pueri vtentes ratione, quod non poſſint à ſuo ſuperiore excommunicari nullo Iure inuenitur expreſſum. 18.163

Pueri vtentes ratione in ſententia Auctoris non ligantur de facto cenſura tam à Iure quam ab homine excepta illa ob Clerici percuſſionem. 19.163

Pueri ante pubertatem licet poſſint peccare mortaliter, tamen ex benignitate Eccleſiæ de facto non ligantur cenſura ab homine. 20.163

Pueri de mente Auctoris non incurrunt aliam excommunicationem à Iure præter annexam Clerici percuſſioni. 21.163

Pueri ante pubertatem completam ſuccubi, vel muliebria patientes non comprehenduntur ſub caſu reſeruato ſodomiæ vel alterius peccati quod in aliquibus locis reſeruari ſolet. 25.164

Pueri incidentes in Canonem ſi quis ſuadente, & ſic in excommunicationem Papæ reſeruatam, poſſunt abſolui ab Epiſcopo, quin etiam ab alio priuilegiato Confeſſario. 26.164

Pueri impuberes ſi occidant non contrahunt irregularitatem. 27.164

Pueri

Digitized by Google

Pueri doli capaces comprehenduntur etiam ratione præcepti in interdicto lati; etsi non comprehendantur in pœna impoſita ob tranſgreſſionem præcepti. 28.164

Pueri ante ſeptennium licet ſint doli capaces non tenentur abſtinere à carnibus contra nonnullos. 9. 165

Pueri non ſeptennes vſu rationis carentes licet à tranſgreſſione & culpa excuſentur, non tamen excuſantur à naturalibus legibus, quibus ſubſunt. 14.165

Pupillus non poteſt ſine Prætoris auctoritate repudiare fundum ſibi legatum, nam rem ſuam alienare non poteſt. 6.409

Pupillo, ſeu minori prohibita eſt non ſolum alienatio bonorum ſed etiam omiſſio lucri, at Prælato ſolum prohibita eſt acquiſiti lucri alienatio. 21. 410

Q

Q V

SPiritualis *Quæſtio* ſi incidat coram Iudice ſeculari, ſuper ſedendum eſt in cauſa principali donec incidens terminetur à Iudice Eccleſiaſtico. 10.74

Quæſtio rerum Eccleſiaſticarum ſi non ſit de iure poſſidendi ſeu de poſſeſſione iuridica, ſed de ſolo facto laici turbantis Clericum è poſſeſſione Beneficij vel iuris decimarum eſt mixti fori. 29.78

Quæſtio ſi ſit facti, verbi gratia de pretio ſoluendo, cum contractus ſit mere politicus ſpectat etiam ad Iudicem laicum. 35.79

Quæſtio iuris an quis ſit male, vel bene electus à Confraternitate. item circa modum procedendi, habitum, & ſimile, ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum priuatiue quoad laicum. 292

Quæſtio in dubio iuriſdictionis inter laicum & Eccleſiaſticum ſpectat ad Iudicem Eccleſiaſticum. 12.112.

Quæſtio facti criminis Hæreſis non eſt magis ſpiritualis, quam quæſtio facti aliarum ſpiritualium, de quibus Iudex ſecularis de facto cognoſcit. 15.312

Qualitas ſpiritualitatis qualitatem temporalitatis ad ſe trahit, & abſorbet. 52.110

In praui momenti *Quantitate* poſſunt etiam alienari ſine ſolemnitatibus, & conſenſu ſummi Pontificis, res immobiles Eccleſiæ. 24.392

Quantitas parui momenti, æſtimatur etiam ea, quæ centum aureos non attingit. 24.392

Querela ab Eccleſiaſtico grauato deferenda eſt ad eius ſuperiorem vel ad Metropolitanum, vel ſummum Pontificem. 4.13

R

R A

RAptus eſt Rapina grauior quolibet alio latrocinio, non tamen excipitur cum latrocinio; quia non valet argumentum à maioritate rationis. 2. 335

Raptores Virginum ſi conſuetudine legitimè introducta id ſeruetur non gaudent immunitate in aliquibus locis, 6.351

Raptor Virginis, & Adulter propter rationes dictas, non priuantur immunitate. 1.335

Raptorem Virginis intelligi nomine publici latronis non videtur proprium Vocabuli. 10.335

Raptor Virginis dato quod ſit publicus latro; non tamen priuatur immunitate; nam neque publicus latro ea priuatur ſi non pluries in viis publicis cum armis, & violentia deprædatus ſit. 11.335

R E

Rebelles, vel offendentes ſtatuas, vel imagines dicatas Principi, licet committant crimen læſæ Maieſtatis; non tamen in Perſonam Principis, gaudent Eccleſiæ immunitate. 1.328

Rectores Eccleſiarum ſubminiſtrantes alimenta Reo, poſſunt ipſum compellere ad laborandum pro Eccleſia, ſeu Conuentu in victus compenſationem, ſecus ſi non poſſit, aut non ſoleat. 6. 351

Rector, Beneficiatus, vel Religioſus poteſt teſtificari in cauſa ſuæ Eccleſiæ. 4.377

Deficiente Rectore Eccleſiæ, ſi Prælatus bona illius Eccleſiæ alienare duxerit, debet illius Eccleſiæ defenſorem conſtituere, qui partes Rectoris gerat, & cum eius conſenſu ſaltem tacito alienares 20.417

Recurſus ad ſecularia Tribunalia prohibetur via iuriſdictionis ordinariæ, & ideo prohiberi etiam debet via extraordinariæ cognitionis. 3.16

Reformatio in Moniales exemptas, ſed Religioſis ſubiectas ſpectat ad Prælatum Ordinis Generalem vel Prouincialem. 15.460

Regula generalis requirit ſpecialem expreſſionem, vt habeatur exceptio; ita vt admittenda illa non ſit, niſi de ipſa conſter. 4.197

A Regula generali recedendum non eſt vbi exceptio non ponitur. 5.330

Qui habet Regulam pro ſe; fundatam habet ſuam intentionem in caſibus non exceptis. 6.330

Regulæ reformatio neceſſaria videtur ad ordinis conſeruationem, cum abſque ipſa pauciſſimi ad perfectionem religioſam peruenire ſtudeant. 15. 463

Regulares non obſtante priuilegio exemptionis; poſſunt ſe ſubiicere Epiſcopis, cum eorum Prælati conſenſu, vt ab iis abſoluantur à peccatis, & cenſuris, & cum ipſis diſpenſetur in voto, iuramento, irregularitate, ſi Epiſcopus ex priuilegio id poſſit. 7.57

Amplia etiam ſi Prælatus Ordinis conſenſum neget irrationabiliter. 8.57

An Peregrini, qui non habent animum commorandi pro maiori parte anni, poſſint in Paſchate Euchariſtiam ſumere à Regularibus? 125

Regulares quoad ordines ſubiacent Epiſcopis Diœceſanis ſuorum Monaſteriorum quod ſi abſint, vel non teneant ordinationes, ad alium ire poterunt. 2. 157

Regulares quoad ordines ſubiacent examini Epiſcoporum. 3.157

Regulares ordinati in ſacris ſine titulo ante profeſſionem ſunt inhabiles ad ordines exercendum & Exercentes fiunt irregulares, quod etiam dic de nulliter profeſſis. 16.158

Regulares non ſunt ſubditi, neque ſubiecti Epiſcopis. item dic de iis, qui ſunt in actuali ſeruitio ipſorum Regularium. 2.166

Regulares explicite ex priuilegio non poſſunt ab aliquo excommunicari, ſuſpendi, & interdici. 3.166

Regulares ex priuilegio exempti ſunt à Cardinalibus, Patriarchis, Epiſcopis, ſynodis, Capitulis, & Legatis à Latere & denique ab omni ſuperiore præter Papam. 4.166

Regulares ſi antequam denuncientur, & publicentur, probent ſe non contraxiſſe excommunicationem, cauſæ cognitio ad proprium Iudicem ſpectat, & ſic non ad Epiſcopum. 12.166
Limita etiam quando delictum eſt notorium, & etiam quando eſt notorium quod Regulares nullo modo poſſint ſe excuſare. 13.167
Regulares an teneantur ſeruare ordinationes ac leges Epiſcoporum ſynodales, vel prouinciales, etiam ſi illæ non derogent ſtatui Religioſo, & ſpectent ad communem Populi deuotionem, eſt diſſenſio inter Doctores. 14.167
Regulares tenentur ad obſeruationem feſtorum, ad Interdicta, & quaſdam cenſuras pro quibus ferendis Epiſcopi licentiam à iure Tridentini Concilij habent. 15.167
Regulares non tenentur Miſſas, & diuina officia ſui ritus ſiue priuatim, ſiue publicè mutare, nec circa hæc Epiſcopis obedire. 16.167
Regulares debent ſe conformare Euangeliis, & Epiſtolis, quibus Clerus ſecularis vtitur, in ſuis ſacris concionibus, non tamen poſſunt ab Epiſcopis ad id compelli. 17.167
Regulares non incidunt in excommunicationem ab Epiſcopo latam contra lacerantes cedulones ab ipſo affixos, non ſolum ſi non nominentur, ſed etiam ſi nominentur. 18.167
Regulares poſſunt exercere exorciſmum ex officio, & ordine Eccleſiaſtico. 1.168
Regulares non tenentur obedire decretis ſynodalibus Epiſcoporum ex vi Tridentini Concilij, niſi in ipſo fiat ſpecialis mentio. 25.168
Regularis exemptus etiam nulliter citatus ab Epiſcopo debet comparere ad allegandum priuilegium exemptionis. 31.168
Regulares non poſſunt prædicare in alienis Eccleſiis ſine Epiſcopi licentia. 3.169
Regulares approbati in vno Epiſcopatu, poſſunt prædicare vbicumque voluerint Parocho non contradicente. 10.170
Regulares multo minus afficiuntur cenſuris ab Epiſcopo impoſitis in genere contra accedentes ad Monaſteria ad loquendum cum Monialibus contra Graſſium. 4.171
Regulares accedentes ad Monaſteria Monialium ex probabili ſententia non peccant mortaliter ſecluſo ſcandalo contra plures Doctores. 1.172
Regulares loquendo cum Monialibus, quia cooperantur peccato mortali ipſarum peccant mortaliter. 2.172
Regularis quin & quicumque alij non exempti non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt, ſi loquantur cum Monialibus Vrbanitatis cauſa per horæ quadrantem circiter, ſecus dic ſi locutio ſit de rebus obſcœnis; quia decem verba, quin & duo, vel tria ſufficiunt. 1.174
Regulares loquentes cum Monialibus ad pacandas earum conſcientias non peccant mortaliter. 3.174
Regulares loquentes cum Monialibus per ſigna, & nutus, vel per interpoſitam Perſonam, non peccant mortaliter, neque pœnas incurrunt. 4.175
Item dic ſi loquantur per interpretem contra Graſſium, & multo minus per Nuncium, vel Epiſtolam. 5.175
Item non peccant mortaliter, nec pœnas incurrunt ſi loquantur cum Monialibus, nihil eis reſpondentibus, & multo minus ſi audiunt & non reſpondeant. 6.175
Regulares non obſtante Conſtitutione Gregor. XV Decreto S. Cong. & approbatione Vrbani VIII. non ſubſunt Cenſuræ Epiſcopi antecedenter, cum ex dictis conſtitutionibus ſolum conſequenter intret delegatio. 26.176
Regulares ex Regulæ præſcripto incedere debent cum ſocio, cum id ſpectet ad decentiam ſtatus Religioſi. 28.177
Regularis & ſocius non ſunt connexi in ordine ad locutionem cum Monialibus, ſi quidem optimè loqui poteſt cum eis vnus abſque eo quod loquatur & alter. 33.177
Regularis poteſt accedere cum ſocio ad Monaſteria prædicta: at ſolum, qui habet licentiam, loqui debet. 35.177
Regularis degens extra Monaſterium de licentia ſui ſuperioris cenſetur intra illud habitare, & ideo non poteſt puniri ab Ordinario ſi de licentia ſuperioris, & ad breue tempus degat; ſecus ſi non ad breue tempus & ibi non viuat ſub ſuperiore conuentualiter. 17.179
Regulares, qui ſine mandato ſuorum Superiorum in ſcriptis in Conuentibus non inhabitant, qualiter Epiſcopo ſubiiciantur. 22.179
Regulares poſſunt in mutatione Conuentus ſecum transferre omnia mobilia, & vendere immobilia, excepta Eccleſia, quam deponere debent in manu Epiſcopi. 4.180
An, & quid poſſit Epiſcopus in ordine ad crimen, quod Regularis exemptus committit in officio, quod habet ab ipſo Epiſcopo. 192
Regularis exemptus ſi delinquat in officio, quod habet ab Epiſcopo non poteſt per ipſum puniri, ſi caſus non ſit Epiſcopo delegatus ad Apoſtolicam ſedem vel aliàs ex Pontificia conſtitutione ad Epiſcopi Iudicium pertinens. 1.193
Regularis aſſumptus ad aliquod officium, cenſetur aſſumi citra præiudicium exemptionis. 3.193
Regularis acceptando Epiſcopi officium non cenſetur conſentire ipſius Iuriſdictioni. 11.193
An, & quid poſſit Epiſcopus, ſi Regularis ſibi vſurpet iura Epiſcopalia. 194
Regulares vſurpantes iura Epiſcopalia ſubiiciuntur Interdicto ſuæ Eccleſiæ, & irritum redditur quod ab ipſis eſt factum. 2.194
Regulares ſunt generaliter exempti, & ideo non debet admitti extenſio Iuriſdictioni Ordinarij in Regulares extra caſus exceptos. 5.197
Conceſſio facta Epiſcopis, vt in aliquibus caſibus poſſint contra Regulares ſtat taxatiuè, quia inclusio vnius eſt excluſio alterius. 7.197
Regularis depoſitio facta coram Epiſcopo ſine licentia ſui Prælati eſt valida, licet illicita in ſententia Farinacij. 2.199
Regularis depoſitio ſi ſpontanèe accedat ad examen valet, ſecus ſi coactè iuxta opinionem Cochier 3.199
Regularis depoſitio, ſeu examinatio facta coram Epiſcopo ſine ſui Prælati licentia eſt non ſolum illicita; ſed etiam inualida, non ſolum ſi deponat coactè; ſed etiam ſpontanee. 5.199
Regularis ſtare non poteſt in Iudicio ſiue vt actor, ſiue vt Reus ſine licentia ſui Prælati. 13.200
Regularis, cum omne ius in Monaſterium tranſtulerit, ac veluti mortuus ſit, comparatur ſeruo. 14.200
Regularis in iudicio eſſe non poteſt Aduocatus, aut Procurator ſine licentia ſui Prælati, & cum vtilitate ſaltem indirecta Monaſterij. 22.200
Regularis in cauſa criminali non poteſt agere coram

tam Iudice ſeculari, 23.100
Regularis etiam extra Iudicium procuratorem agere poteſt, modo Prælati interſit licentia, ſine qua illicite quidem negotium ex mandato alterius geret, quamuis valide. 24.200
Regularis tam ſuo quam alterius nomine in Iudicio ſtare non poteſt ſub pœna nullitatis actorum. 25. 200
Regularis non prohibetur dare conſilium ſiue voce, ſiue ſcripto quid in cauſa quælibet ſecundum iura agendum, vel reſpondendum ſit cum id non ſit Aduocatum, & Procuratorem agere. 26. 200
Regularis poteſt eſſe Teſtis in teſtamento, ſicut & in Iudicio ſi conſenſus ſuperioris adſit, quando coram Iudice, cui ſubiectus non eſt, teſtificaturus, ac iuraturus ſit. 27.200
Regularis tractare non debet ea, quæ ſunt ab Inſtituto ſuo aliena, & ad cauſas pias non inſeruiunt. 29.200
Regularis licite poteſt eſſe Teſtis in teſtamento, ſine licentia ſui Prælati, ſi Monaſterium, vel cauſa pia inſtituatur. 30.200
Regularis obire non poteſt munus Tabellionis, item dic de Clericis. 31. 200
Regularis, vel Clericus, qui ante profeſſionem, vel Clericatum erat Tabellio, debet quidem ſignare, & perficere Inſtrumenta, quæ prius cœperat, poſtea tamen munus deponere tenetur. 32. 200
Regularis Tabellio conficit valida Inſtrumenta ante interdictum ſui Prælati, 35.200
Regularis neque poteſt obire munus vllum Iudiciale, ſiue vt ſit propriè Iudex, ſiue Aſſeſſor Iudicis, niſi cum licentia ſui prælati, & in cauſa concernente ſaltem indirectè Monaſterij vtilitatem. 35. 200
Neque poteſt eſſe Arbiter, niſi duabus dictis conditionibus concurrentibus, poteſt tamen eſſe Arbitrator de Prælati ſui licentia, quamuis de Monaſterij vtilitate non agatur. 36. 201
Regulares ſunt omnino exempti à Iuriſdictione Ordinarij iuxta aliàs dicta, & ſolum ſubiiciuntur in caſibus expreſſis. 5.101
Regularis, qui Prælatus non eſt non poteſt conſtitui Delegatus ad exequendas literas Summi Pontificis aut eius legati, niſi ex certa licentia ſummi Pontificis. 39.101
Regulares ex iuriſdictione à ſummo Pontifice delegata habent priuilegium abſoluendi quoſcumque Chriſti fideles, auditis eorum Confeſſionibus, à quibuſcumque peccatis, & quibuſcumque inde ſecundum iuris conſtitutiones reſultantibus cenſuris, exceptis caſibus in Bulla Cœnæ, & Epiſcopo, reſeruatis. 1.208
Regulares nihil poſſunt ſuper irregularitatibus, quia non per abſolutionem, ſed per diſpenſationem tolluntur. 2.208
Regulares nihil poſſunt abſoluere à cenſuris, quæ ob contumaciam inferuntur, & etiam à ſuſpenſione, & interdicto ob delictum mere præteritum, ſeu ad tempus v.g. biennium, vel triennium, ſeu in perpetuum, & ſine ſpe remiſſionis imponantur. 3. 208
Regularis electus ab Epiſcopo inſcio ſuo Prælato, vel inuito ad audiendas confeſſiones, poteſt abſoluere iuxta iuriſdictionem ei ab Epiſcopo delegatam. 11. 208
Regularis eſt etiam eligibilis ad audiendas confeſſiones per Parochi delegationem, per electionem ex Iubileo, priuilegio Bullæ cruciatæ remota Iulij III. conſtitutione. 12.208
Regularis ita electus, ſi audiat confeſſiones inſcio, vel inuito ſuperiore, peccat venialiter. 13 208
Regulares non poſſunt abſoluere Regulares alterius Religionis, quibus ſecundum propria ſtatuta id non eſt permiſſum. 1.209
Regulares poſſunt abſoluere quoſcumque etiam peregrinos vndequaque aduenientes. 1.209
Regularis iter faciens, cui nam confiteri debeat iudicari debet ex conſuetudine cuiuſuis Religionis, & ex voluntate ſui Prælati. 3.209
Regulares plures ſimul iter facientes poſſunt ſibi inuicem confiteri. 8.209
Regulares iter facientes de præſumpta licentia ſui Prælati confiteri poſſunt cuique ſacerdoti Confeſſario, ſaltem peccata, quæ non ſunt in Religione reſeruata. 5. 210
Regulares poſſunt ſimiliter extra Sacramentum pœnitentiæ etiam cum ſeculari commutare, vel diſpenſare votum, iuramentum, &c. 13.210
Regulares poſſunt abſoluere ab omnibus peccatis, cenſuris, pœnis, &c. inde reſultantibus, etiam poſt mortem Papæ tale priuilegium concedentis. 1. 211
Regularis non habens beneficium vel non examinatus & approbatus ab Epiſcopo de iure nouo poſt Concilium Tridentinum non poteſt audire Confeſſiones ſecularium, etiam ſacerdotum. 1. 214
Regulares, Nouitij, & etiam ſeculares mox Religionem ingreſſuri, poſſunt confiteri cuique ſacerdoti idoneo, id eſt non ſuſpenſo, neque excommunicato, licet ab Epiſcopo approbatus non ſit. 2. 214
Regularis, vel Nouitius cuiuſcumque Religionis ſi à ſuo Prælato habeat facultatem confitendi ſacerdoti cuicumque voluerit, poterit confiteri ſacerdoti non ſuſpenſo, &c. ab Epiſcopo non approbato. 4. 214
Regulares ſemel approbati inuitis Epiſcopis, à quibus licet ſint manifeſte idonei, non admittuntur, poſſunt valide audire Confeſſiones, dummodo ſint ipſis præſentati à ſuis Prælatis. 18. 215
Regulares in odioſis non comprehenduntur, niſi explicentur. 28.216
Regulares ad audiendas confeſſiones ſecularium habent ius à ſummo Pontifice tanquam ipſius Delegati. 43.217
Regulares idonei debent ex iuſtitia abſolute approbari. 44. 217
Regulares approbati ab vno Ordinario non poſſunt audire Confeſſiones in alterius Diœceſi. 1. 218
Idonei in altera Diœceſi, poſſunt in altera non eſſe tales ob diuerſos mores Diœceſanorum. 2. 218
S. Congregatio declarauit quod Regulares abſolutè idonei, abſolutè debeant approbari. 51. 218
Regulares audientes ex cauſa confeſſiones in Domibus laicorum ſtatim Parochum admonere tenentur, & fidem confeſſionis pro medico aduenienti relinquere. 52.218
Regularis creatus Epiſcopus eſt exemptus à iuriſdictione Religioſa. 5. 217

Regularis

Regularis ad hoc vt possit adire Episcopum pro dispensatione debet esse certus quod suus Prælatus eam iniustè neget; secus si sit dubius. 12.227
Regulares non possunt de nouo construere Monasteria sine consensu Episcopi. 1.232
Regulares non possunt recipere Ecclesias à sæcularibus sine consensu Episcopi; secus est de receptione iurispatronatus. 7.233
Regulares possunt alienare sine assensu Apostolico mobilia non pretiosa, vt vinum, frumentum, vestes, præsertim attrita, & similia. 57.394
Regularium superiores possunt sine assensu Apostolico ex bonorum Monasterij fructibus facere pingues eleemosynas. 59.394
Regulares non possunt vendere stabilia; vel mobilia pretiosa, quæ seruando seruari possunt nec etiam pro fabrica Monasterij, vel ad effectum emendi census. 11.402
Non possunt Regulares inconsulto summo Pontifice fundare censum, & accipere pecunias ad cambium, vel ad mutuum, cum solutione lucri cessantis, aut damni emergentis. 1.412
Regulares, etiam è Societate Iesu, alienantes indebitè & non seruatis seruandis res Monasterij incurrunt pœnas statutas in constitutione, & priuantur voce activa, & passiua, reddunturque perpetuo inhabiles ad illas obtinendas sublata Generali, & Protectori facultate moderandi, & relaxandi pœnas. 15.436
Regulares habentes administrationem bonorum Religionis, si iura, redditus, vel possessiones ad vitam recipientis, vel ad aliud certum tempus (nisi ob necessitatem Monasterij cum consensu Capituli, vel Prælati) alienent, contrahunt suspensionem ab officio, & alienatio est nulla, ex Clement. 1. de rebus Eccles. non alien. 23.437
Regulares, si inter se conueniant, seu paciscantur, eligo me in Prouincialem, & ego eligam te in Priorem, grauiter peccant, sed à simonia excusantur. 26.497
Regulares possunt absolui ab hac, & similibus inhabilitatibus à suis Confessariis per Prælatos deputatis semel in vita, dummodo per integrum annum qualibet hebdomada semel recitent Psalmos pœnitentiales cum litanijs, vel si sint impediri suppleant in sequenti. 9.502
Regulares cuiuscumque Instituti quoad Confessarij scilicet electionem, vti non possunt Bulla Cruciatæ. Secus tamen dic de Nouitiis. 12.548
Regulares virtute priuilegiorum suæ Religionis possunt absoluere, si casus similiter sit occultus, & non sit specialiter ab Episcopo reseruatus 15.548
Regulares possunt etiam absoluere à casibus & censuris in iure latis, propter quas excultantur aliqui adire sedem Apostolicam, & qui nam sint, vide ibi. 16.548
Si quis leget, vel donet centum cum modo, seu obligatione vt anniuersarium celebretur; *Relictum* reuocari non potest ob non adimplétum postea modum, sed agi potest ad implementum. 18.408
Relicta cum perpetuo onere Missarum reinuestiri debet in re actualiter frugifera, & immobili. 7.430
Religio non amittit priuilegia, si aliqui ex ipsa illis abutantur. 13.196
Religionis consensus etiam tacitus facit amittere priuilegia. 19.196
Religionis consensus tacitus tunc censetur intercedere, quando videns, & posset impedire abusum frequenter taceret. 20.196
Religiosi tenentur seruare illas leges ciuiles, quæ non lædunt ipsorum immunitatem, neque repugnant eorum statui Religioso. 2.9
Religiosi tenentur sicut & ceteri, non extrahere victualia, vel alias merces, quando ob bonum publicum hæc extrahi prohibentur. 3.9
Religiosi tenentur seruare formas, & solemnitates in Contractibus, testamentis &c. non tamen obligantur ad pœnam. 4.9
Religiosi nullo pacto tenentur seruare constitutiones, & præcepta Episcopalia, nisi in Casibus exceptis à iure expressis. 5.9
Religiosi obedire tenentur Episcopis in festorum obseruatione, & in Interdicto, & cessatione à Diuinis. 6.9
Religiosi, si non adsit scandalum, neque tenentur ex debito vniformitatis Leges ordinationum seruare. 7.9
Religiosi non tenentur se conformare secularibus in eorum obseruantiis, cum sustineant multa alia onera, quæ seculares non sustinent. 10.9
Religiosus si per appellationem, vel per aliam viam intra ordinem, potest vitare vim sibi iniustè illatam, incurrit censuras, si ad Iudices seculares recurrat, vide in quibus casibus recursus ad Iudices seculares sit licitus. 23.14
Religiosi non ratione territorij, sed ratione sui sunt subditi suis Religionum Prælatis, sicut filij parentibus, & vxor marito, quod intellige de Generalibus, non autem de Prouincialibus, & Superioribus Domorum vbi standum est legibus, & consuetudinibus Religionum. 25.133
Religiosus delinquens in Membro, seu Grangia sui Conuentus non ab Episcopo, sed à suo Superiore puniri debet, & cur. 19.179
Religiosus abutens priuilegio illo non priuatur, quia cum priuilegij abusus non valeat contra Religionem, neque valet contra ipsum. 17.196
Religiosi ius est ius Religionis. 18.196
Religiosi, qui ante ingressum Religionis erant Tabelliones; & Clerici, qui ante Clericatum; ex speciali priuilegio possunt libere gerere idem officium in causa fidei contra Hereticos. 34.200
Religiosus sine voluntate & licentia sui Prælati, non potest renunciare exemptionem, quam habet. 8.227
Religioso licitum est adire Episcopum pro dispensatione si ei denegetur iniustè à suo Prælato, ex præsumpta licentia summi Pontificis. 10.227
Religiosus poterit adire Episcopum si Prælatus Religionis non possit absoluere vel dispensare aliquo impedimento detentus, & non sit qui ipsius vices gerat, ex præsumpta licentia summi Pontificis. 14.227
Religiosus si non possit absolui à suo Prælato, potest de licentia sui Prælati Episcopum adire, ex præsumpta licentia Religionis illi communicata. 15.227
Religiosus de iure communi non potest neque de licentia sui Prælati adire Episcopum pro absolutione vel dispensatione obtinenda; secus est ex priuilegio. 17.227
Religiosus non potest adire Episcopum pro absolutione, vel dispensatione, si Prælatus Religionis habeat eandem facultatem. 18.227
Religiosus, & secularis subiectus Priori Ordinis militaris, qui non habet potestatem absoluendi subditos

ditos ſuos in caſibus commiſſis à Tridentino Epiſcopis, poteſt de licentia ſui Prælati Epiſcopum adire pro abſolutione, vel diſpenſatione obtinenda in ea Diœceſi vbi ipſe Religioſus moratur. 20. 228

Religioſus ſubiectus Priori Ordinis militaris poteſt etiam remiti pro obtinenda abſolutione ad vicinum Epiſcopum, etiam ſi illius Diœceſis non ſit. 22.228

Religioſorum exceſſus grauibus pœnis puniuntur, qui tamen ſemper in locis ſacris morantur. 24. 285

Religioſi, qui ſui commodi gratia exiſtimationem proprij ordinis per implorata iudicia, denigrant, ac proiiciunt, vocantur Ingrati. 13. 216

Religioſus ſi delinquat non gaudet Eccleſiæ immunitate, & ſic à Prælato Religionis ab Eccleſia extrahi poteſt? 1.289

Religioſi gauderent Eccleſiæ immunitate, ſi ea gauderent Clerici, & ſic numquam de delictis ſuis à ſuperioribus puniri poſſent, cum ſemper ſint in Monaſteriis immunitatem habentibus. 2. 289

Religioſis immunitas conuenire non poteſt, nec de iure Cæſareo, nec de iure Pontificio. 3. 289

Religioſi attentis votis ſolemnibus non veniunt appellatione liberorum, ſed ſeruis æquiparantur, ideo ſuis ſuperioribus tradi debent. 4. 289

Religioſi quod gaudeant immunitate in Eccleſiis non ſuorum Monaſteriorum affirmant Gambacurta, Petrus Cenedus, ſecus ſi à ſuperiore eis tantum imponenda ſit pœnitentia paterna. 6. 289

Religioſus in Ordine ad Prælatum Religionis quod non gaudeat Eccleſiæ immunitate ſimpliciter dicendum eſt. 9.289

Religioſus committens apoſtaſiam, & quodcumque aliud delictum etiam non exceptum, non gaudet immunitate, ita vt à ſuo ſuperiore ab Eccleſia extrahi poſſit, & puniatur in foro etiam Iudiciali ſecundum ſacros canones contra plures Doctores. 11.289

Religioſus miniſtrans Baptiſmum, & pœnitentiam ſine licentia Parochi non incurrit pœnas Clementinæ primæ de priuilegiis. 15.332

Pœna Religioſi fraudantis decimas Eccleſiæ non extenditur ad Clericum ſecularem. 16. 332

Religioſus ſubditus, vel quicumque, alius, nullo iure adminiſtrationem habens alienans aliquid Eccleſiæ, deſtruens, vel demoliens, excommunicationem & pœnas Extrauagantis non incurrit. 19. 391

Religioſus, cum per profeſſionem ceſſerit bonis, quæ ſolum erant obligata pro debito, non tenetur, vt ſoluat ſi quid debiti ſuperfuerit, artem exercere, in ſententia tamen auctoris peccat contra iuſtitiam repudiando hæreditatem. 40. 411

Religioſi proprium velle non habent; ſed id per obedientiæ votum in ſuperioris voluntatem tranſtulerunt. 9.462

Religioſus profeſſus regulam de tempore quo accidentalia Religionis non erant in viridi obſeruantia, nõ tenetur ad inuſitatas rigores ipſius. ſecus vero ſi per Capitulum Religionis, vel per ſummum Pontificem decernatur primæua eiuſdem obſeruantia; & eam 14.463

Religioſi ſi ordo ipſorum à Fundatoris ſui inſtitutis recedat, & paulatim ad deteriora cum Eccleſiæ, & ipſorum Religioſorum ſpirituali detrimento labatur, tenentur acceptare reformationem Regulæ factam vel à maiori parte Capituli, vel à ſummo Pontifice. 16. 463

Religioſus tenetur obedire Prælato aliquid præcipienti in cautelam præcauendi recidiuum in aliquod peccatum, vel periculum imminens, ſaltem in caſu, quo id valde conferat ad talem finem. 21. 463

Religioſus tenetur obedire Prælato aliquid præcipienti ob aliquam publicam neceſſitatem. 23. 464

Religioſus tenetur tantum obedire ſuperiori in iis, quæ ſunt ſecundum Regulam, & pertinent ad ſtatum Religionis. 35.464

Religioſus debilis complexionis vel valde vtilis bono communi Religionis non tenetur obedire, ſi iuſſus ſit ſeruire tempore peſtis. 51.465

Neque tenetur Religioſus deſeruire externis peſte infectis; quia id eſt ſupra, non iuxta Regulam. 52. 465

Religioſorum munus eſt, eſſe Epiſcoporum, & Parochorum coadiutores in ſalute ſpirituali proximorum adiuuanda. 54.466

Religioſum aſſumi in Prælatum alterius Religionis, vel habitus prohibetur expreſsè. 2.475

Religioſus iuſte ad perpetuum carcerem damnatus fugere licitè non poteſt; quia ratione voti obedientiæ tenetur Prælato obedire in omnibus, quæ ſunt ſecundum regulam, & acceſſoria ad regulam. 5.494

Per Religioſos intelliguntur etiam ſæculares Religioſis moribus dotati, & etiam matronæ graues, & vita exemplares. 6. 508

Religioſus non eſt Reus pœnarum contentarum in motu Clementis VIII. de largitione Munerum obtenta licentia oretenus & non in ſcriptis; quia dicta ſolemnitas requiritur tantum in foro externo, non autem interno; ſed melius dico, quia dicta Bulla non eſt vſu recepta. 9. 511

Religioſi omnes tenentur reſtituere peculatti ſimoniacè acceptam, Abbates verò, & Maiores Perſonæ pœna lata contra ſimoniacos afficiuntur. 8 541

Religioſi accedentes ad Monaſteria Monialium ipſo facto incurrunt pœnam priuationis officiorum, vocis actiuæ & paſſiuæ. Vide Decretum per extenſum telatum. 4.553

Religioſi licitè ſine vllo peccato poſſunt Monaſteria adire, & Moniales alloqui, ſi id faciant de licentia Epiſcopi iuxta decretum Vrbani VIII. quod vide per extenſum. 7.553

Religioſus afficitur decem pœnis etiam ob vnicum acceſſum; quia Decretum loquitur de accedentibus ſine licentia ſacræ Congregationis, non autem de frequentantibus. 8.553

Religioſus ſi ſit exemptus, qualis hodie eſt fere omnis, non afficitur pœnis impoſitis ab Epiſcopo contra frequentantes Monialium Monaſteria ſine ſua licentia, quamuis hodie ex alio capite ſuperdicto puniri poſſit ab Epiſcopo. Vide verba Decreti per extenſum. 11.553

Religioſi grauiter peccant, ſi fœminas in ſua Monaſteria admittunt; ſecus tamen eſt ſi admittant fœminas licitè ingredientes. 3.554

Religioſus incurrit pœnas, ſi finitis officiis equeſ

causa est, vt ibi fœminæ ingressæ diu commorentur; secus tamen dic de fœminis diu ibi dicta occasione commorantibus. 26.562
Religiosi mulieres in sua Monasteria admittentes ex motu Pij V. suspenduntur à diuinis, & incurrunt officiorum priuationem, & ad illa in posterum obtinenda inhabilitatem ipso facto. 3.563
Relinquens legatum rei immobilis Monasterio incapaci, tacite videtur illud voluisse relinquere ad vsum Monasterij eo modo, quo potest, secus dicendum est si fuerit legatum rei mobilis pretiosæ. 4.411
Reliquias vendere (nisi vendantur ratione Capsæ, vel vasis pretiosi) est simonia, quæ consummata infert excommunicationem in opinione aliquorum licet minus probabili. 53.393
Si reliquiæ alicubi traditæ sint perpetuæ sepulturæ, vt inde nunquam extrahantur, vsus & stylus Curiæ Romanæ habet; vt non possint absque consensu Apostolico extrahi & aliis tradi. 54. 394
Reliquia modica poterit licitè alicui Ecclesiæ, vel Oratorio donari sine assensu Apostolico. 56. 394
Renouans locationem factam pro triennio post secundum annum, validè facit, quia tunc non præsumitur ex fraude procedere. 1.454
Renouatio facta ante secundum annum cœptum, & cum eadem persona, licet pensio varietur, est inualida; quia tunc præsumitur fraus, & verum est dicere rem Ecclesiæ vni esse locatam ad quinquennium. 2.454
Repudiatio, seu non acceptatio est quædam alienatio, quandoquidem ipsa res repudiata transit ad hæredem. 2.409
Repudiatio, seu iuris abdicatio species alienationis censeri debet in causa Ecclesiæ fauorabili. 7. 409
Repudiatio non est alienatio; sed solum non acquisitio. 13.410
Repudiatio simpliciter non est alienatio; quia ius legati, vel hæreditatis adeundæ non est absolutum; sed conditionatum pendens à voluntate acceptantis. 13.410
Pacto rei Repudiationem, conuincitur numquam rei Ecclesiæ fuisse. 16.410
Repudiatione facta res transit ad hæredes non ex repudiatione, sed ex successione, quæ impediebatur legatione facta. 18.410
Repudiatio hæreditatis, vel legati, facta à Prælato non est valida sine iuris solemnitatibus, si facta sit in fauorem illius, ad quem hæreditas non peruenit; sed peruenit solum ex eo, quia Prælatus in eius fauorem repudiauit. 26.410
Repudiatio, quæ fit à marito de re sibi delata, quam rogat dari vxori, valet, secus si iubeat donari vxori; quia ex mandato supponitur acceptatio tacita. 31.411
Requisitus si non poterit vel noluerit conuenire, neque vices suas intra octo dies à puncto requisitionis committet, vel suum consilium, & consensum significauerit, sequitur poterit statim ad sententiam procedere. 8.190
Requisitus admitti debet etiam octo diebus transactis, dummodo vt integra accedat, secus re non integra. 10.190
Requisiti copia tunc dicitur haberi non posse, si sit absens extra Prouinciam vel spectetur nullo relicto delegato. 13.190
Res litigiosa in Clericum lite pendente alienata, non potest ab eo per secularem Iudicem auocari 6.42
Res per quascumque causas nascitur per easdem deperditur. 9.116
Res transit cum onere suo, & res furtiua transit ad quemcumque cum onere restitutionis. 32.364
Si Res prohibetur alienari, non solum prohibetur Dominij directi translatio; sed pignoris etiam obligatio, vsusfructus, & seruitutis constitutio. 34.392
Si Res aliqua ab antiquo tempore in feudum, vel emphyteusim concedi solita erat, poterit à Prælato, dummodo non fuerit Ecclesiæ incorporata sine alia solemnitate concedi, si Ecclesiæ expedire videatur. 35.392
Vt res dicatur solita concedi, sufficit si semel concessa fuerit, 36.392
Pretiosa Res dicitur, quæ valet pluris, quam 25. scutis aureis; & sic tunc solum alienari non potest sine iuris solemnitate. 12.395
Requiritur tamen ad hoc vt sine iuris solemnitate possit alienari Res modica, quæ scilicet valet minoris, quam 25. scutis aureis quod sit etiam minus vtilis, & an sit alienandi necessitas, & sit, si sit stabilis, diuuncta ab aliis terrulis Ecclesiæ. 13. 396
Res, quæ non attingit valorem viginti quinque aureorum non est pretiosa, & sine iuris solemnitate alienari potest. 1.396
Res & actus iudicatur ex suo principio, & in omnibus attendi debet, principium & finis. 8.398
Res Ecclesiæ debita necessitate intercueniente, alienari possunt, seruatis tamen debitis iuris solemnitatibus, quæ remittuntur, si necessitas sit adeo vrgens, vt non patiatur eas seruari. 19. 399
Ad alienandum res Ecclesiæ non adhibitis debitis solemnitatibus, non sufficit vtilitas, & necessitas qualiscumque sed requiritur euidens. 20. 399
Res, quæ sunt in continuo periculo, cùm consistant in hominis vita, censentur bona mobilia. 28. 399
Per Generalem hypothecam non tam Res, quam persona remanet obnoxia obligationi. 7.402
Res sterilis, & domus, ex qua nihil vtilitatis percipitur, non potest alienari. 10.402
Res relicta sub conditione non acquiritur legatario, vel Donatario, ante conditionis euentum. 4. 407
Res relicta sub modo acquiritur legatario, vel donatario etiam non adimpleto modo, quamuis legatario, vel donatario remaneat grauamen & obligatio aliquid faciendi. 5.407
Res semel Ecclesiæ acquisita, est quasi facta facta, & in speciali dominio Christi constituta, ideoque reuocari non potest. 19.408
Legata Res immobilis, non est Monasterio ob eius incapacitatem incorporata. 3.411
Rerum alienatio vt Ecclesiæ sit licita, tempore, quo fit, necesse est interueniat altera ex duabus dictis causis; quia ex illis alienatio honestatur. 7.413
Res Ecclesiæ, quæ alienetur dari semper debet *plus* offerenti, qua tamen non sic data, alienatio adhuc sustinetur. 13.414
Pro alienatione Rerum immobilium, & mobilium pretiosarum statuuntur à iure quædam particulares conditiones. 7.415
Res relicta sub conditione, quod non possit alienari, operatur tamen vt non possit alienari pro quacumque necessitate; sed pro graui. 5.420

Res Eccleſiæ ſi alienata fuerit in caſu licito, & cum debita ſolemnitate, alienatio valida erit, ſed reſpectu læſionis enormis gaudet beneficio reſtitutionis in integrum. 8.434

Reſcriptum Principis etiam in cauſis particularibus habet vim legis. 24.222

Reſcriptum Principis, ſicut ſententia, & Epiſtola tunc habet vim legis vniuerſalis, quando coniungitur cum voluntate condendi ius vniuerſale. 25.222

Reſeruatio vtpotè pœnalis, nunquam adeſſe cenſetur, niſi expreſsè facta fuerit. 9.370

Reſeruatio eſt veluti pœna, & pœnam ſaltem in foro interno probabiliter non contrahit ignotans ignorantia prædicta; ſed ſolum contumax, & pœnæ contemptor. 15.537

Reſidentia eſt de iure diuino. 8.47

Reſolutiones S. Congregationis Cardinalium non continentes puram declarationem, ſed conſtituentes aliquid de nouo ad obligandum indigent publicatione. 15.193

Reſpublica Ciuilis debet eſſe ſibi ſufficiens. 4.10

Reſpublica ne in vltimum diſcrimen adducatur quod poſſit licitè concedi ſtatutum, & curare vt ſeruetur tentiunt aliqui. 11.35

Quælibet Reſpubl. debet eſſe ſufficiens, vt à quocumque turbante defendere ſe poſſit. 8.51

Reipublicæ intereſt quod Eccleſiæ ſint refugium confugientibus ad ipſas ob honorem, & reuerentiam debitam Deo, quod eſt bonum maius, & in ordine ſuperiori. 13.252

Reuerentia. An poſſit Poteſtas laica punire perſonam Eccleſiaſticam, ſi reuerentiæ ſigna ipſi non exhibuerit, vel coram ipſa quomodocumque aliter deliquerit. 43

Reuocans alienationem rei Eccleſiæ, antequam alter pacificam poſſeſſionem rei venditæ recipiat, non incurrit excommunicationem Extrauagantis. 43.393

Reuocatio licentiæ ſeu facultatis audiendi Confeſſiones conceſſæ Regulari habili, & idoneo facta ab Epiſcopo, non ſolum eſt iniuſta; ſed etiam nulla, ſine cauſa legitima de conſenſu fere omnium Doctorum. 14.215

Reuocatio generalis, & etiam ſpecialis non comprehendit omnes Regulares talis Conuentus, ne naſcantur ſcandala. 29.216

Reus punitus à iudice Eccleſiaſtico tantum pœna ſpirituali, ſc. excommunicatione, puniri poteſt à iudice laico pœna temporali. 18.97

Reus totaliter punitus in vno foro nulla interueniente alterius Iudicis ignorantia, in alio foro puniri prohibetur. 20.97

Reus poteſt puniri ab vtroque Iudice, quando in vno loco inchoauit; in alio conſummauit delictum. 3.137

Reus S. Officij, qui exiſtens in vno carcere poteſt communicare cum aliis, poteſt cuſtoditi duriori carcere. 2.184

Reus cuiuſcumque maleficij non eſt ab Eccleſia violenter extrahendus. 4.251

Rei extrahendi non ſunt neque ab Eccleſiæ atriis, vel Domibus Epiſcopi. 5.251

Rei ideo non extrahendi, quia defendi debent loci ſancti reuerentia, & interceſſione. 6.251

Reos extrahere ab Eccleſiis, vel Eccleſiarum atriis prohibetur non tam iure Canonico, quam iure ciuili. 1.252

Rei confugientes ad Eccleſiam pro delictis exceptis conſignantur Curiæ ſeculari, vt puniantur. 12.252

Rei apud antiquos recurrentes ad Aſylа pro quibuſcumque delictis immunitate gaudebant, & ab omni pœna liberabantur: at nunc pro delictis exceptis non gaudent. 18.253

Reus quod non gaudeat immunitate intra circuitum 30. vel 40. paſſuum ab Eccleſia videtur vſu receptum contra, id quod ſtatuitur per ſacros Canones. 25.256

Reus ad ſupplicium ductus, ſi caſu ei obuiam factus Cardinalis pileum ſuum imponi ei faciat in ſententia nonnullorum Doctorum liberandus eſt à morte; & mitiori pœna puniendus. 3.271

Reus qui præſtito iuramento de redeundo ad carcerem, ſi nolit redire, ſed ſe in Eccleſia defendere, poteſt Prælatus concedere facultatem, vt habita cautione de impunitate pœnæ corporalis ab Eccleſia extrahatur, ſecus ſi adſit periculum pœnæ mortis. 5.283

Reorum appellatione veniunt etiam Debitores, vt potè Rei Debitorum. 14.291

Reus carceratus poteſt in die feſto & puniri, non autem in loco ſacro. 5.291

Reus per vim intrans in Eccleſiam cum ſatellitibus, à quibus ducitur, ſi vt ſe eximat ab eorum, manibus illic eos vulneret cum magna ſanguinis effuſione, gaudet immunitate. 4.301

Reus ob delictum læſæ maieſtatis in primo genere tantum priuatur immunitate, at offendens Birrarios non committit in primo genere. 5.301

Reus, qui captus à ſatellitibus in Eccleſia eos vulnerat, peccat quidem vulnerando; ſed non peccat confugiendo ad Eccleſiam. 6.301

Reus ad euitandum graue periculum contra Principis voluntatem licitè fugere poteſt à carcere, quin & carcerem infringere. 8.301

Reus, qui trahit ſatellites ſecum, & non trahitur à ſatellitibus non dicitur eſſe in poſſe ipſorum; ſed vere confugit ad Eccleſiam. 9.301

Reus puniri debet in loco, in quo deliquit. 305

Reus in quocumque euentu Parti læſæ ſatisfacere debet. 14.352

Reus, qui ducitur ad ſupplicium mortis, ſi ſe eximat è manibus ſatellitum, gaudet Eccleſiæ immunitate. 6.341

Non eſt improbabile Reum poſſe abſolute extrahi ab Eccleſia ob alia delicta non excepta, quando ob excepta abſolute priuatur immunitate. 3.344

Reus egreſſus ab Eccleſia tantum ad exonerandum ventrem ſtatim regreſſurus, quia indecens eſt vt Eccleſia Dei his immunditiis ſordeſcat, gaudet immunitate. 1.345

Reus ad neceſſaria Naturæ, abſque eo, quod in Domibus extraneorum ſe recipiat, poteſt ab Eccleſia progredi per ſpatium 30. paſſuum vltra quod non prodeſt excuſatio. 2.345

Reus ſi liberè à loco ſacro egrediatur poteſt capi, & puniri per Iudicem laicum, cum Immunitas Reo conceſſa ſit tantum ratione loci. 2.345

Reus ſi per vim extractus ſit ab aliquo loco ſacro debet à Iudice Eccleſiæ reſtitui, & ſic non puniri; cùm talis extractio, vtpote violenta ſit nulla. 1.346

Reus extractus per metum ei incuſſum, puta ob perſuaſam extractionem de eo faciendam à Iudice ſeculari à loco ſacro, nó poteſt capi, neque puniri, eſt moraliter in tali caſu extrahi cenſeatur. 1.346

Reus rogatus vel blanditiis, vel doloſis verbis inductus ab Eccleſia voluntariè egreſſus capi, & puniri poteſt, cum in tali caſu non violenter ab Eccleſia extrahatur. 1.347

Reus è loco ſacro extrahi contra voluntatem Eccleſiæ non poteſt; ſecus de Eccleſiæ voluntate in delictis exceptis. 1.348

Reus in delictis exceptis nullum ius habet ad immunitatem Eccleſiæ,& ſic Prælatus Eccleſię tueri illum non poteſt. 2.348
Reus in Eccleſia carcerati, vinculis alligari vel alio quocumque modo vexari non poteſt. 1.349
Reus neque poteſt in Eccleſiæ vinculis alligari ſaluo iure reſtituendi loco ſacro. 2.349
Reus dum cauſa examinatur an gaudere debeat nec ne immunitate, gaudet ipſa immunitate Eccleſiæ. 6.349
Reus regulariter etiam de iure communi, non eſt conſignandus Curiæ ſeculari vt in eius carceribus detineantur, ſed tutus manere debet penes Iudicem Eccleſiaſticum. 9.349
Reus,cum ſub Eccleſiæ protectione ſit,par eſt,vt Eccleſia, vtpotè pia,ipſum non derelinquat,ne ipſe neceſſitate ſeculari Iudici ſe tradat. Idem in iure ſtatuitur de cuſtode in ordine ad capitiuos. Idemque poſſunt facere Regulares, non obſtante in contrarium Bulla quadam Sixti V. 3.351
Reus ſi habeat bona ad ſe alendum debet compenſare expenſas Eccleſiæ,quia tunc Eccleſia præſumitur ſolum velle ſubuenire præſenti neceſſitati, non autem abſolutè donare. 4.351
Reus ſi ſimpliciter non habeat bona,cū quibus poſſit ſe ſuſtentare,tenetur Eccleſia ei ſubuenire vel de proprio,vel applicando aliquid pro vſu Pauperum deputatum, ſecus ſi poſſit laborando ſe alere. 5.351
Reus, qui manibus ferrum,vel valuam Eccleſiæ apprehendit,gaudet immunitate. 11.351
Reus vt gaudeat immunitate ſufficit quod præcipuas corporis partes habeat in loco ſacro. 12.351
Reus bonis ſuis,quæ ſecum ad Eccleſiam tranſtulit, & iuſtè poſſeſſis,ſpoliari nō debet,ideò quod ſi quicum in Eccleſia ſpoliauerit dictis bonis, quin & armis ſaltem non prohibitis,puniri debeat tanquā immunitatis Eccleſiaſticæ violator. 1.352
Reū armis prohibitis,& rebus furtiuis ſpoliare ſe habet,nō per modum Iuriſdictionis exercēdę, ſed per modum facti,& iuris defenſionis naturalis. 7.353
In praxi obſeruandū sēper eſt,quod in ſpoliando Reum in Eccleſia rebus alienis ſeu armis ſemper intercedat licentia Prælati Eccleſiaſtici quo tamen recuſante per ſe ipſum poterit. 8.353
Reus dum in Eccleſia exiſtit,morte vel pœna aliqua corporali non damnetur per Iudicem ſeculare neque etiā per Eccleſiaſticum,quin potiùs de morte, debilitate, & omni pœnarum corporalium genere ſecutus eſſe debet. 1.354
Reus in Eccleſia affici poteſt ſolum pœna pecuniaria 2.354
Reus exiſtens in Eccleſia damnari non poteſt pœna ſeruitutis,exilij,aut triremis,quia sūt hę valde graues pœnę,& corporalibus æquiparantur. 3.354
Reus exiſtens in Eccleſia procurare debet vt Iudex Eccleſiaſticus ipſum condemnet;quia ſic à Iudice mulctatus non poterit amplius de eodem delicto ab vllo accuſari,inquiri,vel indicari. 9.354
Reus ſi Iudici ſeculari conſignetur modo ſupradicto Iudex ſecularis pœnam inferre poterit. 10.354
Reus,cum ad Eccleſiam confugit in caſibus non exceptis,conſuetudine receptum eſt, vt Iudex laicus ſeruatis ſeruandis contra eum delicto condignam, etiam capitalem proferat ſententiam,quam tamen executioni non mandat. 11.355
Reus confugiens ad Eccleſiā, licet nō poſſit à Iudice laico ſpoliari bonis,quę poſſidet in Eccleſia,poteſt tamen ſpoliari bonis quę poſſidet extra Eccleſiam. 15.355
Poteſt etiā dū exiſtit in Eccleſia,affici pœna bonorū,quæ poſſidet in Eccleſia,quin & omni alia pœna,etiā capitali,quæ tamē,pro tūc quod Reus exiſtit in Eccleſia executioni non mandetur. 16.355
Reus in Eccleſia ad defendendam immunitatem,reſiſtere poteſt armis,& quacumque alia vi;quia cuilibet ius ſuum armis defendere licet. 3.356
Reus ex hoc ipſo quod non ſit in manibus Curiæ,etiamſi violenter ſit ab aliis extractus, habet ius confugiendi ad Eccleſiam. 24.359
Extractio violenta non poteſt priuare Reum iure, quod habet ad vitam, libertatemque ſuam tuendam. 25.359
Eccleſia excipiendo,& defendendo Reum vi à Satellitibus ſubductum, non facit contra iuſtitiam, nec fouet iniuſtam,ſpoliationem. 26.359
Reus immunitate gaudet,etiamſi detentus à ſatellite ſimul cum ſatellite ad Eccleſiam confugiat.30.359
Reus captus antequam deducatur ad carcerem, non intelligitur ita perfectè captus, vt ſit in tuto,ſub dominio,& poteſtate iuſtitię. 33.359
Reus è manibus Curiæ ſecularis violenter ab aliis extractus,ſi confugerit ad Eccleſiam quod Eccleſiæ immunitate gaudeat, & conſequenter Curiæ ſeculari reſtituendus non ſit deciſum fuit in Hiſpaniarum Regnis. 54.359
Si Reus extra caſus exceptos extractus, Eccleſiæ non reſtituatur omnia acta ſunt nulla. 1.360
Reus ab Eccleſia iniuſtè extractus,ſi poſtea à carceribus aufugiat,& iterum capiatur in loco etiam non immuni,Eccleſiæ reſtitui debet. 34.364
Reus dum in Eccleſia exiſtit,non poteſt vinculis alligari,vel aliquo quocumque modo vexari. 26.368
Reus extractus ab Eccleſia non ſeruatis ſeruandis etiamſi confeſſus fuerit ſe delictum exceptum commiſiſſe,adhuc eſt reſtituendus Eccleſię,ob non ſeruatam formam Gregorij. 7.374
Reus dum conſtat an immunitate gaudere debeat nec ne, non poteſt per Iudicem laicum extrahi ſine Epiſcopi licentia. 13.376
Reus poteſt extrahenti reſiſtere, & extractus iam agere vt Eccleſiæ reſtituatur. 3.385
Reus ſi ſponte compareat non citatus,peratque audiri pro ſui iuris defenſione, audiri debet;& quouſque audiatur,opponere poteſt ſententiæ Ordinarij declarantis immunitatem ipſi non competere 7. 286
Reus ſi captus à iudice laico,alleget Clericatum de hoc cognoſcere ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum. 3.387
Reus confugiens ad locum ſacrum in caſibus non exceptis non poteſt inde expelli. 1.388
Reus non eſt expellendus à loco immuni prætexto, quod alibi poſſit ſe recipere;quia habet ius ad quē maluerit locum ſacrum. 4.388
Reus non ſeruans debitam reuerentiam Eccleſiæ vel in ea cibum ſumens,& quid ſimile,poteſt cum violentia ad loca circumiacentia immunia impelli, ſi renuat obedire. 6.388
Reus turbans quietem,inficiens diſciplinam Regularem, vel indecenter ſe gerens,poteſt expelli etiam à Domibus,& Conuentibus ipſorum. 7.388
Reus non tenetur exequi in ſe pœnam ſui delicti non ſolum in pœnis priuatis; ſed in aliis, in quibus actio talis exigitur. 23.488
Reus impediens ſententiam confiſcationis non facit contra iuſtitiam commutatiuam;ſed ſolum contra veritatem & obedientiam, & iuſtitiam legalem, quarum virtutum violatio non obligat ad reſtitutionem. 21.491

Reus poſtquam per Iudicis ſententiã condemnatus eſt ad pœnam honeſtam,& non nimis acerbã, debet illam per ſe ipſum exequi. 11.493
Reus damnatus ad pœnam pecuniariam debet eã ſoluere; quãuis expectare poſſit donec exigatur. Limita niſi iudex expreſsè iubeat, quod Reus ſine alia admonitione pecuniam per ſe afferat. 11.493
Reus captus poteſt ante ſententiam Iudicis licitè fugere; quia carcer in tali caſu non ſe habet per modum pœnæ, ſed ſolum per modum cuſtodiæ. 1.494
Reus poteſt etiam poſt ſententiam mortis, mutilationis, vel cuiuſcumque alterius ſimilis mali grauis licitè fugere,& eum 2.494
Reus poteſt ad euitãdas pœnas, vincula,& carceres licitè perfringere, & quare. etiã ſi dãnatus ſit ad perpetuos carceres, ad triremes, vel ad ſeruitutẽ. 3.494
Reus etiam ad grauiſſimam pœnam dãnatus, quamuis poſſit licite fugere, poteſt etiam licitè non fugere, ſed amore iuſtitiæ Iudicis ſententiæ ſe conformare. 7.494
Reus in omni caſu, in quo licitè poteſt fugere, eiuſqi rei cauſa compedes, & carceres effringere, poteſt etiam per alium licitè adiuuari conſilio, & inſtrumentis, niſi obſtet lex ſpecialis, vel ſpecialis obligatio ratione officij. 8.495
Nemo poteſt ad violandam cuſtodiã Reo coopetari principaliter, quia pũblicam cuſtodiam violare eſt res per ſe grauis, ac proinde ſoli Reo permiſſa. 9.495
Reus fugiens à carcere grauius punitur & maximè ratione præſumpti delicti. 11.495
Reus poſtquam per Iudicis ſententiam condemnatus ad pœnam mortis, mutilationes, vel, flagellationis publicæ, & infamis debet ad illam cooperari indirectè tamen & per accidens, ſecus directè, & per ſe. 15.493
Reus aliorum criminum in Eccleſia commiſſorum præſertim ſi rationem ſacrilegij habeant, ratione loci commiſſi delicti, poteſt puniri à Iudice Eccleſiaſtico, vel conſulto Romano Pontifice Iudice ſeculari eſt remittendus. 16.500
Regis officium proprium eſt vim iniuſte illatam reprimere. 26.15
Regum eſt per vim oppreſſos à manibus violẽtorum & calumniantium liberare, ac iniurias repellere, ſed in ordine ad laicos, & in ordine ad Eccleſiaſticos ſi non pateat aditus ad ſuperiorem. 28.15
Regis eſt per vim oppreſſos à manibus calũniantium liberare,& vim vi repellere de iure naturæ, quando vis eſt clara,& manifeſta; nam ſi eſt dubia, ſemper eſt præſumendum pro ſuperiore. 29.15
Reges Hiſpaniæ vis arcendæ facultatem non habent ex lege Hiſpana. 14.20
Nec ex lege communi. 15.20
Nec conſuetudine communi. 16.20
Sed ex iure naturali,& conſuetudine naturali. 17.20.
Reges ſolũ poſsũt admittere recurſus Eccleſiaſticorũ in caſu extraordinario neceſſitatis ſi ſuperior Eccleſiaſticus abſit, vel nolit auxiliũ præſtare. 22.20
Rex Hiſpaniarum quod habeat priuilegium vis arcendæ tenent aliqui Doctores. 2.22
Rex Hiſpaniarum quod non habeat dictum priuilegium alij exiſtimant, ſeu putant dictam vim arcere iure Regali. 3.22
Reges vt poſſint habere tribunal de la fuerza!, Epiſcopatus & Beneficia cõferre, & cauſas ſpirituales cognoſcere, debẽt habere Priuilegiũ à Papa. 5.22
Reges, & Principes ſeculares ratione ſui muneris, & officij, non habent ius conuocãdi Epiſcopos & eis præcipiendi, vt hoc vel illud faciant, poſſunt tamen eos rogare tanquam Proceres Regni. 3.29
Reges, vt tenẽt nõnulli ſcribẽtes, poſsũt, vt Executores Cõcilij Tridẽtini cogere Clericos, & Epiſcopos, vt illud obſeruent, & ſuas Eccleſias reparent. 1.46
Reges poſſunt compellere Laicos ſuos ſubditos ad obſeruantiam Sac. Concilij Tridentini. 3.46
Itẽ poſſunt mõnere Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Nuncios, & demũ ſũmũ Pontificẽ de inobſeruãtia Eccleſiaſticorũ erga Sac. Conciliũ Trid. 4.46
Reges, & multo minus inferiores Laici Magiſtratus non poſſunt compellere Eccleſiaſticos ad reparationem Eccleſiarum licet ipſi teneantur ad dictam reparationem. 6.46
Reges ſũt Executores,& Protectores Cõcilij Tridẽtini; nõ tamẽ poſſũt exercere iuriſdictionẽ in exẽptos Eccleſiaſticos, ſed in Laicos ſubditos. 7.46
Reges, in opinione Bobadillæ, poſſunt Epiſcopos, vel alios Eccleſiaſticos ad reſidentiam obſtrictos retinere pro gubernatione Regni, pro Concilio, officio vel pro aliquo alio ſeruitio publico. 1.47
Reges poſſũt pro gubernatione Regni retinere Prælatos Eccleſiaſticos obſtrictos ad reſidentiam ex vi priuilegij à ſummo Pontifice obtenti. 4.47
Rex non poteſt prohibere, ne Epiſcopi abſint à ſuis Eccleſiis vltra tempus à iure canonico ſtatutum contra doctrinam Ortiz. 1.48
Rex cum non poſſit exercere iuriſdictionem præſertim coactiuam in Eccleſiaſticos, poteſt tamen Papam monere, vt ipſe curet diſciplinam Eccleſiaſticam ab Eccleſiaſticis obſeruari. 1.48
Reges, & Principes à Concilio Tridentino hortantur, ne permittant Perſonas Eccleſiaſticas à Iudicibus ſecularibus grauari quod maximè fit per recognitionem Bullarum Apoſtolicarum. 12.53
Reges non poſſunt prohibere, ne Inhibitoriæ, quæ ad Magiſtratus Regios mittuntur ab Eccleſiaſticis, promulgentur, priuſquam ipſis Regibus offerantur. 39.55.
Reges non poſſunt prohibere ne Epiſcopi procedant ad cenſuras contra officiales Regios inconſulto ipſo Rege, vel Prorege. 41.55
Reges, & Principes ſupremi ſine aliquo ſcripto non eximuntur à iuriſdictione ſuorum ordinariorum, licet poſſint ex priuilegio ſummi Pontificis ſibi deligere Confeſſarium. 5.207
Reges, & Principes ſupremi priuilegium etiam habent quominus ab aliis quam à ſummo Pontifice excommunicatione aliiſque cenſuris affici poſſint. 6.207
Rex Aragoniæ, & Rex Poloniæ in lege ferenda tenẽtur adhibere conſilium Procerũ Regni. 1.256
Reges, Imperatores, eorumque Vxores, filij, & filiæ, non prohibentur ingredi ſepta Monaſterij Monialium contra Metollam. 5.505

R O

S. Rota Romana ſequitur Declarationes S. Cõgregationis Cardinalium, licet ſoleniter nõ ſint promulgatæ, quia ſunt magni ponderis. 20.175

S

S A

Sacerdotes aliique Clerici digniores ſtatu ſunt, quam laici. 25.3
Nemo nocet in Eccleſia Dei amplius, quam qui peruerſe agens, nomen, vel ordinem ſanctitatis,& Sacerdotis habet. 10.10

Digitized by Google

Cohorti militum assignato ab Episcopo Sacerdote, licet quotidie in demortuorum locis ceteri assumantur, omnes quia moraliter est eadem cohors, subiiciuntur eidem Sacerdoti. 25.116

Sacerdos Græcus per Ecclesiam Latinam transiens, potest huic se conformare, & in azimo consecrare, vel si malit, potest propriæ Ecclesiæ morem retinere. 3.121

Sacerdos Latinus celebrans in aliqua Ecclesia Græca (puta Romæ, & Neapoli) tenetur seruare ritus Romanæ Ecclesiæ, quia priuilegium consecrandi in fermentato est personale. 5.121

Sacerdos in itinere potest se conformare quo ad horas persoluendas ritui Ecclesiarum per quas transit, vel Ecclesiæ propriæ ritum retinere. 6.121

Solus Sacerdos potest esse Minister Confessionis Sacrament. 1.103

Sacerdos vt à peccatis absoluat præter potestatẽ Ordinis, debet habere potestatẽ Iurisdictionis. 1. 204

Sacerdos quilibet in tribus casibus ex perpetua Ecclesiæ consuetudine potestatem Iurisdictionis habet ad absoluendum. 1.205

Sacerdos quilibet potest absoluere à peccatis venialibus, si pœnitens velit illa clauibus subiicere, & consequenter ab excommunicatione minori contra Caietanum. 2.205

Sacerdos quilibet potest absoluere à peccatis mortalibus, à quibus pœnitens ante legitimè absolutus fuit. 1.205

Sacerdos quilibet in mortis articulo potest absoluere ab omnibus peccatis, & censuris etiam summo Pontifici, vel Episcopo specialiter reseruatis. 5.105

Sacerdos excommunicatus denunciatus, vel publicus Percussor Clerici non potest absoluere nisi in articulo mortis. 6.205

Sacerdos simplex licet in sententia Caietani possit absoluere à venialibus, & mortalibus ritè semel confessis, & absolutis, non tamen potest ab excommunicatione minori, quia requiritur Ecclesiæ Iurisdictio. 8.205

Sacerdotes omnes in mortis periculo non indirectè, & per concomitantiam; sed directè, & per se ab omnibus peccatis, & censuris absoluere possunt. 14.206

Sacerdos quilibet in mortis articulo etiam non approbatus, etiam suspensus, quin etiam excommunicatus non toleratus potest absoluere; item hæreticus denunciatus. 19.206

Sacerdos quilibet in periculo mortis potest absoluere; etiamsi adsit Confessarius approbatus, & multo magis etiam si adsit proprius Parochus. 25. 206

Sacerdos, qui obtinuit beneficium cui annexa est cura animarum habens in foro pœnitentiali iurisdictionem, censetur statim approbatus ad Confessiones audiendas, & non indiget alia approbatione. 6.214

Sacerdos qui non est simpliciter aptus pro omnibus locis, & Personis potest absolute reprobari, vt euitetur periculum perniciei animarum. 31. 217

Sacerdos indutus cotta & stola ante crucem ad efferendum Defunctum non potest capi saltem de consuetudine à satellitibus. 15.274

Reuerentia eadem, quæ competit Ecclesiæ, quæ Domus Dei est, videtur multo magis competere Sacerdoti. 16.274

Amplia multò magis procedere si Sacerdos cotta & stola indutus deferat oleum sanctum, vel Eucharistiam ad infirmos. 17.274

Sacerdos habet iustam causam ingressus, &c. vt celebret officium sepulturæ, vel aperiat, vel cooperiat sepulturam Monialis, vel Monialem in sepulturam immittat, item dic de seculari quæ intra claustra sit sepelienda, si Moniales per se ipsas commodè id præstare non possint. 5.516

Sacerdos quod possit ingredi clausuram ad portandam Moniali Infirmę insignem aliquam reliquiam non est improbabile. 14.516

Sacerdos excommunicatus, ac publicè denunciatus si graui metu adactus confessionem audiat, & absoluat non sine irreuerentia Sacramenti, si communicet cũ excommunicatis in contẽptum Ecclesiasticæ potestatis, vel cũ Christianæ Religionis detrimento contrahit irregularitatem, & pœnas. 30. 538

Sacrilegium committitur quando delictum inchoatũ extra Ecclesiam, in ipsa consummatur. 4.144

Sacrilegium tendit specialiter contra reuerentiam Deo debitam. 2.336

Sacrilegium est delictum mixti fori. 17.500

Sacrilegus in sententia multorum Doctorum priuatur immunitate. 3.336

Sacrilegi omnes præter occidentes, vel mutilantes, gaudent immunitate. 2.338

Salomon Ioab ad Altare confugientem impunè non reliquit, quia per insidias Abner occiderat. 2.308

S C

Scholares in Academiis censentur subiecti Iurisdictioni illorum locorum. 19.116

Scholaris Neapolitanus degens Bononiæ studiorum causa ab alterutro, quem maluerit Ordinario potest recipere dispensationes, sacram sepulturam, & Sacramenta exceptis ordinibus. 23.116

Scholares accedentes ad Academias animo permanendi solum ad tempus etiam aliquot annorum; non contrahunt Domicilium. 31 117

Scribens, vel mittens ad Monialem literas etiam obscœnas non contrahit excommunicationem contra loquentes latam. 5.540

Scriptura non est de ratione priuilegij, nisi sic de iure decernatur. 20.551

S E

Sedes Episcopalis tunc dicitur quasi vacans quando Episcopus captus est, seu literæ non sunt expeditæ. 15.191

Seditiosi qui præcognoscuntur ordinari prohibentur, & ordinati gradu deiiciuntur. 11.10

Turbas faciens, & Seditiones Ecclesiæ per externam Potestatem tanquam seditiosus comprimatur. 12.10

Habens *Sepulchrum* proprium suis sumptibus emptum, vel ædificatum quoad proprietatem habita ratione expensarum, vendere potest sine simonia, & cur. 13.425

Sepulchrum ratione materialitatis à Parentibus ad filios transferri solet. 14.425

Dicta de Sepulchro extende proportionaliter etiam ad capellã dari solitã pro vsu sepulturę. 15.425

Sermo simpliciter in odiosis prolatus intelligitur de prima vice. 11.509

Seruus in Iudicio neque agere, neque conueniri potest. 5.200

Seruus pœnæ hodie quis non efficitur per condemnationem Triremium, vel cuiuscumque alterius operis publici etiam in perpetuum. 6.282

Seruus pœnæ licet effectus sit damnatus ad mortem, si tamen quando ad supplicium ducitur, se subducat è manibus satellitum, gaudet immunitate. 7. 282

Digitized by

Seruus ſi fugiat ad Eccleſiam non liberat ſe à Poteſtate Domin.,Reus tamen ſe liberat à poteſtate Iudicis. 9.282

Seruus, qui fugit ad Eccleſiã non eſt Reus alicuius criminis, & ab Eccleſia non defenditur, cum eius dominium,& poſſeſſio ſit apud dominum. 10.282

Nemo hodie etiã per condẽnationẽ ad opus publicũ in perpetuũ, pœnæ ſeruus efficitur. 12. 282.

Seruus, licet comparatiuè ad Iudicem gaudeat immunitate; tamen non gaudet comparatiuè ad dominum. 1.288

Seruus poſtquam Clericis iuramentum præſtiterit dominus ei de eius immunitate, ad ſeruitium domini ſui redire compellitur, etiam inuitus, alioquin à domino poterit occupari. 2.288

Si ſeruus armatus irruat in Eccleſiam,& ibi mutilat, vel occidit,eſt extrahendus;quia tunc immunitate non gaudet. 6.288

Serui fugitiui, qui reuocati retineri non poſſunt, poſſunt ſine conſenſu Pontificis alienari,etiam in caſu,quod ſint affixi prædijs ruſticis, vel vrbanis. 14. 396.

Si ſeruus ſit relictus Eccleſiæ ea conditione, quod non vendatur,alioquin pertineat ad hæredem teſtatoris, venditus pertinebit ad hæredem teſtatoris. 16.396

Seruus,ſi per generalem tantum hypothecam obligatus fuerit manumitti poteſt; licet alij probabiliter ſentiant oppoſitum. 9.402

S I

Labis *Simoniæ* cognitio eſt ſpiritualis,& ſpectat ad Papam,non autem ad reges. 2.49

Committens crimen hæreſis,ſimoniæ, & crimen hæreſis ſuſpicionem cauſans, prout ſi contrahat binas nuptias conueniendus, eſt coram Iudice Eccleſiaſtico,& non laico. 1.72

Simonia,vt nõ cõmittatur in Beneficijs ad redimendam vexationem per pecuniã,neceſſe eſt,vt quis habeat titulum,& poſſeſſionem copulatiue. 14.77

Nulla ſimonia (etiam realis,id eſt vtrinque conſummata,)inducit pœnãs iuris(in quibus eſt etiam pœnalis reſtitutio accepti) niſi in Religionis ingreſſu,ordine,& Beneficijs. 3.496

Committens realem Simoniam in ſacramentis cõferendis, vel accipiendis, & in aliis ſimilibus ſpiritualibus vendendis, peccat grauiter;ſed non tenetur pœna excommunicationis, ſuſpenſionis,aut inhabilitatis. 4.496

Committens ſimoniam in Religionis ingreſſu,ordine,& beneficijs; etiam conuentionalem ſiue purè conuentionalem ſiue mixte, non incurrit excommunicationem. 7.496

Excipe Simoniam confidẽtialem in Beneficijs,quæ pœnas iuris inducit etiam ſi non ſit completa ex vtraque parte. 8.496

Simonia confidentialis,niſi ſit ſimul realis, licet ipſo facto inducat excommunicationem, tamen probabiliter nec inhabilitatẽ ad beneficia, nec priuationem beneficij in foro conſcientiæ ipſo facto inducit;ſed ſolum in foro externo. 9.496

Simonia realis probabiliter nõ obligat ad reſtituẽdũ ſpirituale ſimoniacè acceptũ, etiã ante ſentẽtiã ob Religionis ingreſſũ,ordinẽ, & Beneficiũ. 12.497

Simonia,quæ fit in ſacramentis, vel alijs ſpiritualibus exceptis recenſitis in opinione nonnullorum Doctorum non obligat ſimpliciter ad reſtituendũ pretium ſimoniace acceptum. 13.497

Simonia no obligat ad reſtitutionem de iure naturali;ſed ſolum de iure poſitiuo. 14.497

Conferens, vel acquirens Beneficium per ſimoniam realem, pœnas Iuris incurrit, ſecus tamen eſt in Prælaturis, & officiis Regularium. 16. 497.

Simonia non eſt ſi duo Adulti paciſcantur,vt ſe mutuo baptizent. 23.497

S O

Socius nauigationis alicubi expectare coactus neque contrahit ibi quaſi Domicilium, & ita cenſetur Hoſpes,& Peregrinus. 33.117

Socij,& Complices, & ſic multo magis Proxeneta, ſeu mediatores,qui habuerunt cognitionem qualitatis aſſaſinij,priuantur immunitate. 2.319

Socius Confeſſarij Monialiũ debet eſſe integræ vitæ, & ſupra quinquaginta annos; ſi commodè poteſt fieri. 20. 517

Sodomia reſeruatio in ſententia Graff. extenditur tantum ad agentem, & non ad patientem. 11. 332.

Sodomita, quamuis Sodomiæ crimen grauiſſimum ſit non priuatur immunitate. 1.336

Sodomita ſi in caſu,quod confugerit ad Eccleſiam, conſulatur Sũmus Põtifex,daturus eſt facultatem, vt Sodomita ab Eccleſia extrahatur. 8.337

Sodomita vt incidat in conſtitutionem Pij V. neceſſe eſt vt de pluribus actibus ſit infamatus, ponderato verbo (exercens)ibi appoſito. 9.337

Solemnitatum omiſſione probata contractus in foro externo, quamuis in vtilitatem Eccleſiæ factus fuerit,irritus declaratur. 9.433

Sortilegium, ſeu Magia illicita,quia quam maxime pernicioſum tale crimen Eccleſiæ eſt,eſt crimen mixti fori. 22.68

Valentia aſſerens, quod Iudex laicus poſſit cognoſcere de crimine Sortilegii etiam quando continet hæreſim arguitur. 2. 72

S P

Sponſaliorum violatio eſt crimen mixti fori,& Violator ab vtroque Iudice compelli poteſt ad promiſſa ſeruanda,dũmodo tamẽ nõ agatur de ſpõſaliorum valore,quia tunc ſpectat ad Eccleſiaſticum. 6. 67

Spuriorum qui orti ſũt ex Parẽtibus, quorũ cõiunctio pro tunc temporis humana lege permitti nõ poterat, non eſt propriè legitimatio; ſed potius diſpenſatio,quamuis,ea pleniſſimè fiat 17. 90

S T

Statuta laicorum pœnarum condẽnationẽ & exactionem imponentia aduerſus eos quorum pecora damnũ dederint in fructibus, aut in paſcuis veritis,non ligant Eccleſiaſticas perſonas. 3.40

Statutum laicorum includens Clericos non eſt contra Immunitatem Eccleſiaſticam,ſi ſit mere priuilegiatiuum; quia priuilegium etiam non ſubdito concedi poteſt. 5.89

Statutum laicorum non comprehendit Eccleſiaſticos, & eorũ bona, neq; bona Emphyteutica defectu poteſtatis,& ob præiudicium Eccleſiæ. 17.108

Statuti loci non debet attendi in ſucceſſione feudi emphyteuſis,ſed tenor inueſtituræ. 18. 108

Statutum, & conſuetudo non valet in præiudicium Eccleſiæ 38.109

Statuta,& cõſuetudines locales ſũt affixæ loco, & nõ obligãt niſi exiſtentem in tali loco. 7.119

Statuta,& Conſuetudines locales ſunt veluti affixæ loco,& ſic non obligant niſi exiſtentem in loco. 13.133.

Statutum prohibens, ne res aliqua vendatur niſi tali forma, vel ſolemnitate ſeruata ligat vendentes etiam extra Territorium. 8.144

Statutum ſi reſpiciat ſpecialiter commodũ Territo-

tij obligat ſimiliter ſubditos abſentes.id etiam dic de cenſuris & vide ibi alios caſus, & rationes adductas. 9.145

Statutum, quod dirigitur ad Perſonas, vel loca exempta, eſt nullum defectu Iuriſdictionis. 24. 176

Statutum laicorum in quo fit mentio Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum licet fauorabile, eſt nullum. 25.176

Statutum prius iuramento confirmatum non tollitur per generalem derogationem ſtatutorum, ſed ad talem effectum requiritur ſpecialis derogatio. 20.447

Statutum Epiſcopi ligans excommunicatione accedentes, loquentes, vel ſcribentes ad Monaſteria Monialium, extenditur etiam ad Monaſteria exempta, & Regularibus ſubiecta. 30. 552

Statuta peculiaria ipſarum Religionum plerumque iubent, vt ad interiores Domus, intra Monaſterij clauſtra Mulieres non admittantur; quamuis non ſemper obligent ſub mortali. 6.557

S V

Subdelegatus delegati ſummi Pontificis gaudet iiſdem priuilegiis, quibus ipſe delegatus, *vbi nota quod delegatus à Pontifice poteſt ſubdelegare, aliàs ſecus.* 10.183

Subdelegatus delegati Pontificis, cui conceſſa eſt iuriſdictio, *priuatiue quoad alios, habet* eandem Iuriſdictionem. 11.183

Subditi non plus iuſto ſuperioribus obſequantur, ne ſpecie obedientiæ quæ vitia ſunt pro virtutibus venerentur. 27.54

Subditus nemo alteri fit, vt ab eo poſſit puniri, niſi ratione originis, delicti, domicilij, vel quaſi domicilij. 2.119

Subditi effecti alicui loco poſt ſtatutum conditum, cui eſt annexa cenſura, obligantur ex diſpoſitione ſtatutaria, quod etiam dic de Edicto, ſeu præcepto generali contra Sayrum, & Auilam. 3. 122

Is qui non eſt Subditus non poteſt obligari ſtatuto, & ſententiis. 10.126

Subditus ſi non poteſt ratione delicti puniri in foro commiſſi delicti, darentur magna abſurda: & caſus, qui nullibi punirentur. 24.134

Subditi non incurrunt excommunicationem, vel aliam cenſuram latam per ſtatutum propriæ Diœceſis, ſi contra illud agant extra Diœceſim, vel etiam intra in loco exempto. 1.137

Subditi neque incurrunt excommunicationem, vel quamcumque aliam cenſuram à Superiore latam etiam per particularem ſententiam, vel præceptum, ſi ſimiliter contra illam, vel contra illud agant extra diœceſim, vel etiam intra in loco exempto. Vide rationes ibi adductas. 37

Subditi non obſeruantes præceptum Ieiunij peccant contra virtutem temperantiæ. 21.237

Subditus petens diſpenſationem ſine cauſa grauiter vel venialiter, peccat, ſicut Princeps diſpenſans. 12. 240

Subditus petens diſpenſationem ſine cauſa ideo peccat, quia cooperatur peccato Principis, & petit rem malam, ſecus ſi laboret ignorantia inuincibili. 13. 40

Subditus iuſſus à Prælato ad acceptandum aliquod munus debet detegere impedimentum, ad hoc vt cum eo diſpenſetur, & quatenus huiuſmodi ſit peccatum, tenetur ab eo declinare, & acceptare officium. 46.465

Subditus qui deſperat poſſe ſe co hibere prauos motus, non tenetur obedire. 47.465

Subditus exiſtimans ſe parum idoneum ad munera exequenda quoad ſcientiam, & alias qualitates extrinſecas, tenetur ſtare iudicio ſuperioris. 48. 465

Subſcriptio in multis locis neque eſt in vſu; quare ſtandum eſt locorum conſuetudini, quæ poteſt legem inducere, & abrogare. 28.417

Subſtitutus Iudicis Ordinarij deputatus ſine expreſſa Principis facultate, non gaudet priuilegiis, & immunitatibus ſubſtituentis; ſecus ſi ex Principis priuilegio. 13.185

Superiori Eccleſiaſtico ſuſcitanti turbationem poteſt per Laicam Poteſtatem reſiſti exemplo Salomonis contra Abiathar ſummum Sacerdotem ſeditionem, & perduellionem tentantem, licèt non in eum iuridicè ſtatui. 5.10

Superior Eccleſiaſticus, ſi res exigat vt eius ſubditus examinetur, poteſt dare ſubdito ſuo licentiam teſtificandi coram Iudice ſeculari. 5.45

Superioris ſolius eſt ſupplere inferiorem, & non è contra. 16.71

Superioris quoad Iuriſdictionem contentioſam extra ſuum Territorium habetur tanquam priuata Perſona. 2.149

Superior Religionis debet certiorare Epiſcopum de punitione habita erga Regularem, qui inſtante Epiſcopo venit puniendus. 9.178

Superior tenetur diſpenſationem conceſſam reuocare, quando cognouit non adfuiſſe cauſam diſpenſandi. 15.240

Superior tenetur proſpicere, quod ſubditi, niſi iuſta cauſa excuſet, vniformiter viuant, & legibus communibus æqualiter obligentur. 16. 240

Superiores poſſunt ſicut cum ſubditis, ita cum ſeipſis diſpenſare in votis, iuramentis, votis iuratis; nam à Deo non ſolum ipſis quoad ſubditos hæc poteſtas conceſſa eſt, ſed etiam quoad ſe ipſos. 5. 246

Superior, quod non poſſit diſpenſare ſecum in his, in quibus poteſt diſpenſare cum ſubditis nullibi generaliter prohibitum reperitur. 6. 246

Superior quod non poſſit exercere iuriſdictionem voluntariam in ſeipſum in materia odioſa, & fraudibus ſubiecta expreſſum in ſpecie reperitur. 7. 246

Superior licet poſſit diſpenſare, non tamen poteſt irritare vota vel iuramenta propria. 20. 250

Superior Religionis, cum Nouitium in Religionem ſuſcipit, validè repudiat hæreditatem, quæ poſt eius profeſſionem, & Patris obitum Religioni obuentura eſſet. 21.408

Superior pro alienatione rei Eccleſiæ ſibi ſubiectæ, eſt Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus in ſua Diœceſi. 15.417

Superior v. g. Epiſcopus numquam poteſt alienare bona Eccleſiæ inferioris, ſine illius Eccleſiæ Rectoris conſenſu, ſaltem tacito. 19.417

Superior poteſt ex iuſta cauſa coarctare libertates, & immunitates in Regula conceſſas. 24. 464

Superior poteſt obligare priuatum tantum ex iuſta cauſa quando ad exemplum aliorum & correctionem ipſius id expedire iudicaret; licet regula non obliget ſub culpa; ſed pœna tantum. 28, 464

Superiori accuſato de aliquo delicto etiam pendente accuſatione obediendum eſt. 57.466

Superior Religionis licet ipſo iure incidat in pœnam priuationis, attamen eam non contrahit ante iudicis declarationem excepris cenſuris, irregularitate, & pœnis teſtamentariis. 59. 466

Superior curare debet, vt monialis egreſſa propter morbum foris non maneat pluſquam cura patiatur. 7.475

Superior, ſi durat egreſſus Monialis, & cauſam ipſius non approbet, poteſt illum emendare, ſecus eſt ſi Monialis iam rediit ad Monaſterium. 5. 485

Superior Religionis incidens in caſum ipſo facto priuationis ſuperioritatis, etiam ſi publice conſtet, in dictam pœnam non incurrit abſque iudicis declaratione. 15.488

Superiores Ordinis Prædicatorum & conſequenter omnium Mendicantium gaudent eadem prorſus facultate erga alios Regulares ſubditos, qua gaudent Epiſcopi virtute Tridentini ex indultu Pij V. 5.501.

Superior Religionis non poteſt alteri delegare facultatem tecenitam (ſtante clauſula per ſe ipſum) appoſita in dicta conceſſione. 6.562

Superior Religionis etiam localis an poſſit ex priuilegio cum ſubditis etiam in foro externo in pœnis diſpenſare; eſt diſcrimen inter Doctores, pars vero negatiua eſt probabilior. 11.502

Superiores recte facerent ſi concederent facultatem ipſis Abbatiſſis, vel Monialium Confeſſariis vt in caſibus neceſſitatis, & in ordinariis paſſim occurrentibus licentiam ingrediendi in ſcriptis tribuerent. 19.512

Superiores tam ſeculares, quam Regulares volentes viſitare Monaſteria iuſtam cauſam habent clauſuram ingrediendi cum comitatu paucorum ſeniorum, ac religioſorum Virorum. 1.517

Superiores iuſtam ingreſſus cauſam habent ad viſitandas officinas Monaſterij, cellas, & ſupellectilem Monialium, decentiam Dormitorij, ædificium &c. ad quæ omnia inducere ſecum debent Notarium. 2.517

Superiores iuſtam ingreſſus cauſam habent ad occultas res Conuentus tractandas. 5.517

Superiores ſeculares, ſeu Regulares iuſtam cauſam ingreſſus habent in Monaſteria ſibi aliquo modo ſubiecta non ſolum cauſa viſitationis, ſed etiam cauſa cuiuſcumque alterius rei neceſſaria; ſecus eſt ſi nullo modo ſint ſubiecta. 4. 518

Superior non dicitur habere iuſtam cauſam ingrediendi clauſuram ad præſidendum electioni Abbatiſſæ, & vota ſuſcipienda. 1.523

Superiores quocumque nomine cenſeantur permittentes ingredi prætextu licentiarum vltra excommunicationem, incurrunt pœnas priuationis dignitatum, beneficiorum ſuorum, & inhabilitatis ad illa, & alia in poſterum obtinenda. 5. 526

Superiores vtriuſque ſexus ſecundum probabiliorem opinionem contrahunt excommunicationem, & cæteras pœnas vt priuationé officiorum, & inhabilitatem ad illa latas in motu Gregorij XIII. contra facientes, vel permittentes ingredi virtute facultatum. 1.539

Superior non præſumitur velle ſtatutis Inferiorum derogare, niſi id exprimat. 35.556

Suſpectus de hæreſi, eo quod auxilium præſtet aliquo modo Hæretico, vel Blaſphemus non gaudet immunitate, non per ſe; ſed ratione hæreſis, cuius ſuſpicionem incurrit. 8.321

Suſpectus de hæreſi ob bonum publicum, & ob fauorem fidei ab Eccleſia extrahi poteſt, vt examini ſubiiciatur. 9.321

Suſpenſio à diuinis, cum ſit cenſura contrahitur abſque aliqua iudicis ſententia. 2.564

Suſpenſio quoad vſum ordinis, intellige de prima tonſura in Clerico male promoto, poteſt diſpenſari ab Epiſcopo. 5.158

Suſpenſus, vel interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi ad ipſam confugiat, gaudet Eccleſiaſtica immunitate, licet denunciatus. 1. 275

Suſpenſus, vel interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ cenſetur eſſe priuatus ab ingreſſu formali; hoc eſt ad audienda diuina officia; non autem ab ingreſſu materiali, ſc. vt gaudeat illius immunitate. 2. 275

Suſpenſus, aut interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ ſi obvitandam grauem pœnam confugiat ad illam tempore diuinorum officiorum non cenſetur delinquere contra cenſuram. 4.275

Suſpenſus, vel interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ licet priuetur ſepultura Eccleſiaſtica, non tamen priuatur immunitate quia in pœnis non valet illatio de caſu ad caſum. 8.276

T

T A

Tabernaculum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ gaudet immunitatis priuilegio; ſi actu illam habeat & ſacerdos illam portans incidat per Plateam. 1. 273

T E

Terra ſterilis poteſt concedi in emphyteuſim, vt melioretur. 15.426

Extra *Territorium* ius dicenti non paretur impunè. 4.132.

Exiſtens in ſuo Territorio vbi eſt lata cenſura contra homicidas, vel ſtuprantes non incurrit eam, ſi occidat ſclopo, vel ſagitta exiſtentem in altero Territorio. item dic de ſtuprante Virginem contra Vgolinum de cenſuris, & alios. 5.137

Qui in ſuo Territorio expleuit præceptum tam confeſſionis quam communionis, nec non feſti & Ieiunij, ſi perueniat ad alienum Territorium, vbi Ieiunium non eſt expletum & præceptum de communione non eſt adimpletum, non tenetur ad vtrumque contra ſententiam Baſilij Pontij. 1. 143

Exiſtens in alieno Territorio poteſt delinquere in proprio Territorio, puta per ſclopum, ſeu aliud Inſtrumentum. 2.144

Exiſtens in alieno Territorio ſi occidat hominem exiſtentem in proprio Territorio incurrit cenſuram, ſi quæ ibi ſit lata contra Occiſores. 3. 144

Extra Territorii poſſunt prohiberi ea, quæ cedunt in damnum, & iniuriam Reipublicæ, à qua prohibentur ſpecialiter, ſecus ſi prohibeantur generaliter. 1.145

Non eſt inconueniens quod qui ligantur extra Territorium ſententia generali, vel præcepto ligentur etiam lege, & ſtatuto. 7.146

Quæ ad legum impoſitionem ſunt neceſſaria, non poſſunt exerceri extra Territorium, at ſecus dicendum eſt de legis obligatione. 12.146

Si duo Territoria subsint vni superiori, tunc potest vnus Iudex citare Reum in Territorio alterius, ex permissione Principis Superioris. 13. 150

Templum Hierosolymitanum in lege veteri præter Ciuitates Refugij Reis pro Asylo constitutum fuisse de mente prædictorum est probabilis opinio. 4.252

Templum Salomonis Alienigenis ingredi, vel limine tenus attingere non licebat. 13.278

Tempus decennij longum tempus, & quasi perpetuum à iure reputatur. 6.395

Ex Temporis diuturnitate præsumuntur omnia legitimè gesta, nisi ex instrumento facto, vel aliunde contrarium conuincatur. 33.418

Tempus longum spectato iure antiquo reputatur decennium, quia septennium pro modico tempore iudicatur. 3.452

Tempus longum inspecta constitutione Pauli II. reputatur triennium, si res fructificet singulis annis, & sic sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, aliisque grauissimis pœnis prohibentur vltra triennium locari bona Ecclesiæ, vbi tamen est vsu recepta. 7.452

Testamenti Publicatio respicit principaliter, non personam hæredis, vel testatoris, sed personam Notarij, eiusque Scripturæ veritatem, & legalitatem. 2. 88

Testamentum conditum à Peregrino in loco, vbi minor solemnitas Iuris requiritur, validum est quoad omnia bona, quamuis illa sita sint in locis, vbi maior solemnitas exigitur. 4.123

Testamentum celebrari debet secundum solemnitates loci, in quo fit, si statutum vniuersaliter, & absque vlla restrictione, talem testandi formam requirat. 5.123

Testamentum validum est etiam si Regularis testimonium suum interponendi à Prælato non habuerit licentiam, quam tamen saltem præsumptam, vt licitè interponat, habere debet. 28.200

Testamentum Principis sine solemnitatibus à suis legibus requisitis est validum. 14.230

Reuocans Testamentum iuramento firmatum validè reuocat; ita vt prius Testamentum reddatur irritum, etiam si factum fuerit ad pias causas. Secus si in eo institutus sciuerit, & acceptauerit. 16.447

Testamentum, quod de iure positiuo non valet, non validatur iuramento emisso contra prius iuramentum de non agendo. 21.447

Testamentum iuratum si factum fuerit ad pias causas sine sacrilegij crimine reuocari non potest. 24. 448

Testamentum per se, & nude consideratum de sui natura est reuocabile, secus dic de testamento iurato. 25.448

Testator potest hæreditatem suam Ecclesiæ relinquere ad certum tempus quo elapso reuertatur illam transferre in aliquem ex Consanguineis ab ipsa Ecclesia eligendum. 3.419

Testator promittens se daturum sua Bona, vel partem illorum alicui, & talem promissionem iuramento confirmans contrahit obligationem, quæ transit passiue ad hæredes, sicut promissarius acquisit ius transmissibile actiue ad suos hæredes si sciens acceptet. Secus non. 17.447

An possit Potestas laica citare, & cogere personam Ecclesiasticam ad *Testificandum* in causa, in qua non agitur de pœna sanguinis alicui inferenda. 44

An possit Potestas Laica punire personam Ecclesiasticam, si coram Iudice laico falsum *Testimonium* deposuerit. 39

Testimonium alicuius auctoritatiue requirere est actus Iurisdictionis coactiuæ; & ideo spectat ad proprium Superiorem. 2.45

Testimonium Regularis in Iudicio coram Iudice non suo non perita licentia superioris, valet de mente Abbatis, Syluestri, Sanchez. 1.199

Testium Examinatio est pars processus, atque adeo actus Iurisdictionis saltem ex delegatione, vel mandato, & non potest valere, nisi habeat fundamentum ex Iurisdictione. 6.199

Testis depositio rogata à Notario extra Iudicium, & sine mandato, vel decreto Iudicis est nulla. 7. 199

Testis Regularis consensus in alterius Iudicis iurisdictionem non sanat nullitatem examinis. 9. 200

Testes examinati in processu informatiuo sunt postea repetendi citato, & audito fisco Ecclesiastico, & ipso Reo, nisi forsan habeantur pro repetitis. 1.386

Repetitio testium multum Ecclesiæ, & Reo, cum rei veritate potest prodesse. 2.386

Solus processus informatiuus non facit fidem, cum testes examinati, parte non citata, non probent, nec faciant iudicium etiam in criminalibus. 3. 386

TH

Theatini ex vi suorum priuilegiorum ad nullas processiones adstringi possunt quacumque ex causa fiant. 6.169

Theatini, & ceteri Regulares exempti non possunt sine licentia Episcopi facere processiones extra Conuentum, secus est in sententia nonnullorum si processiones fiant per triginta passus intra ambitum conuentus, vel ita sit in vsu. 8.169

Theatini non possunt confiteri alteri, quam eiusdem Congregationis Religioso. 7.224

Decretum Religionis habet locum solummodo in Bulla Cruciatæ, & etiam in aliis indultis confitendi extero inscio superiore, non autem in priuilegiis insertis in corpore iuris. 8.225

Theatini manentes sub cura Magistri possunt confiteri eorum Religioso cuilibet ad id destinato. 17. 225

Theatini inconsulto sum. Pontifice, possunt alienare immobilia, donec dictum institutum non retinendi immobilia, seruauerint. Secus si è contra. 29.437

Theatini non possunt inconsulto summo Pontifice, alienare mobilia. 30.437

Theatini forsan, inconsulto summo Pontifice, neque possunt alienare immobilia illa, quæ ex alio instituto retinere possunt, v.g. hortos Domui contiguos, Villas recreationis causa, & similia. 45. 438

Patres Theatini causa necessitatis vrgente (etiam inconsulto Patre Generali) poterunt alienare immobilia. 8.439

Generalis Religionis Theatinorum non potest abdicare à se onus dandi facultatem alienandi bona immobilia, illamque committere Præpositis, & Capitulis Domorum, quia iura obligant Generalem per se ipsum. 9.439

TO

Tolerantia non suffragatur in iis, quæ non sunt quæsibilia sine Principis concessione. 7.22

Appellatione ordinum venit prima *Tonsura*. 13.158

Digitized by Google

T R

Tractans, [illegible] vel alia ratione verba faciens de alienandis, aut infeudandis bonis immediate pertinentibus ad Eccleſiam Romanam & de quibuſdam etiam aliis bonis incurrit excommunicationem. 1.451

Tractatus, & conſenſus à iure requiſiti debent eſſe inter Congregatos. 10.417

Tranſactio, remiſſio, vel concordia, de rebus in Eccleſia poſſeſſis, fieri non poteſt ſine iuris ſolemnitate. 3.421

Tranſactio, remiſſio, vel concordia, probabiliter fieri poſſunt de rebus in quarum poſſeſſione nondum exiſtit Eccleſia, & conſequenter de re litigioſa, præſertim ſi ſit magni diſpendij Monaſterio. 4. 421

Tranſactio, remiſſio, vel concordia probabiliter fieri poteſt, etiam de rebus, in quarum poſſeſſione iam exiſtit Eccleſia; ſi iniuſte poſſideat. 5.42

Tranſactio, remiſſio, vel concordia de Decimis futuris fieri non poteſt, fieri licet poſſit de præteritis; non ſic ceſſio iuris acquiſiti circa res futuras. 6. 421

Tranſlatio monialium, quando ex iuſta cauſa fieri debet, facienda eſt in Aurora, & deduci debent à Perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus. 7.479

Tranſmutatio vnius rei Eccleſiaſticæ in aliam, abſque alicuius Dominij directi, vel vtilis translatione, ſed ad vtilitatem maiorem Eccleſiæ, non venit ſub conſtitutione Ambitioſæ. 11.439

T V

Tutela, vel curæ datio ſupponit iuriſdictionem, tum in eum, cui datur, tum in eum, qui dat. 8.86

Tutor non poteſt dare Pupillo auctoritatem in negotio, quod ad ipſum tutorem principaliter ſpectat. 33.247

V

V A

Vagi, qui certum domicilium non habent ex probabili ſententia Doctorum nullis particularibus Legibus locorum, per quæ vagantur, vinciuntur. 32.118

Vagus ratione delicti ſit ſubiectus Iudici loci. 17, 125

Vagi extra locum commiſſi delicti non ſunt puniendi niſi in defectum Iudicis illius loci, in quo delictum fuit commiſſum. 18.125

Vagi poſſunt compelli ab Epiſcopo Diœceſis, in qua reperiuntur, ad confitendum, & communicandum in Paſchate. 9.129

Vagi non ſunt coniungendi in matrimonio niſi adhibitis per Parochum diligentibus Inquiſitionibus & re ad ordinarium delata, eiuſdem obtenta licentia. 10.130

Vagus eſt ille, qui nullibi habet Domicilium, vel qui alicubi habuit Domicilium, & ab illo exiit animo non redeundi, ſed alibi manendi, quoadusque Domicilium alicubi fixerit. 1.124

Vagi obligantur legibus municipalibus locorum per quæ tranſeunt, vel in quibus hoſpitantur. 2. 124

Conſtituitur diſcrimen inter Vagos, & Aduenas, ſeu Peregrinos; nam de mente etiam aſſerentium Peregrinos non teneri legibus municipalibus, & Epiſcopalibus loci, per quem tranſeunt Vagi eiſdem tenentur. 3.124

Vagi, cum nullibi Domicilium habeant peculiare, vbicumque reperiuntur, Domicilium acquirunt quoad præſentaneam habitationem. 4.124

Vagi, cum nullibi domicilium habeant, ſunt totius Orbis Incolæ, & ſic tenentur ad Ieiunia, feſta, &c. locorum in quibus reperiuntur. 5.124

Vagi à loci magiſtratu capi, & puniri poſſunt ob delicta etiam alibi commiſſa. 6.124

Vagi ligari poſſunt ab Epiſcopo loci, in quo actu habitant, & non ab alio Epiſcopo, quia ſunt ſubditi illius loci ſolum, & non alterius. 7.124

Vagis de mente Hurtadi prædicta non conueniunt de iure ſcripto, ſed iure per vſum, & praxim introducto. 8.124

Vagi & Peregrini non differunt quoad obligationem ſeruandarum legum municipalium. 9.124

Vagi non tenentur ſeruare leges municipales locorum per quæ vagantur. 10.124

Vagi, quod vbicumque reperiantur poſſint recipere Sacramenta eſt ex priuilegio, non ex obligatione. 12.125

Vagi in omnibus locis vbi reperiuntur ſortiuntur forum ex conſuetudine, non autem ſimpliciter. 13. 125

Vagi remitti debent ad Iudicem loci, in quo commiſerunt delictum, ſi ſint ſub vno & eodem Principe, & ab illo Iudice petantur. 14.125

Vagi nullibi domicilium habentes poſſunt diſpenſari à dictis obligationibus à ſuperiore loci, in quo reperiuntur ſicut, & cæteris Sacramentis, & ſepultura donari. 1.129

Vagi confiteri poſſunt cuiuis Parocho, vel ſacerdoti expoſito eius loci, in quo pro tempore verſantur. 2.129

Vagi vbique ſortiuntur Diœceſim, Parochiam, & forum ſaltem in fauoribus ex priuilegio. 3.129

Vagi ſi Rei ſint in foro externo à quolibet Iudice capi poſſunt & ob delicta etiam alibi commiſſa puniri ex quadam introducta conſuetudine. 4. 129

Vagi non poſſunt elegere ſimplicem ſacerdotem non habentem facultatem ordinariam, aut delegatam. 5.129

Vagi poſſunt abſolui à Parocho alterius Diœceſis vbique locorum dummodo cum ipſo diſceſſerint aliquò peregrinandum, contra nonnullos. 6.129

Vagi vbique locorum poſſunt eligere ſacerdotem quemlibet approbatum. 7.129

Vagi licet non habeant alicubi domicilium, nec propriè in loco habitét, ſed tantum hoſpitentur, pertinent tamen ad curam Epiſcopi, & Curati in cuius diœceſi reperiuntur. 8.129

Vaſſallus qui iurauit Principi fidelitatem, tenetur etiam ex vi iuramenti eum ſeruare ſucceſſori, licet non fuerit expreſſum, modo iuramentum præſtitum fuerit Principi, vt Principi, non vt priuatæ perſonæ. 39.448

V E

An poſſit Poteſtas laica punire Eccleſiaſticos in bonis, vel in pœna pecuniaria, ſi falſa menſura tritici, vel quid ſimile *vendant*? 38

Venditio, & donatio etiam inter Eccleſias fieri non poteſt ſine ſolemnitate iuris. 4.422

Verba hortatoria ſolum conſilium important, & neceſſitatem non inducunt; ſi verò verba ſint precatoria, res redditur plena ſcrupulis, quia ex mandato, vt dici ſolet, æquiparantur. 13.12

Verbum (ius dicere) in cap. 2. de Conſtitut. declaratur

tur quod denotet non condere legem, sed vti iurisdictione. 23.133
Verbum (prorsus) positum in Bulla denotat plenè, & omnimode, & excludit omnia, & singula, quæ possunt esse in contrarium. 15.136
Verbum (degere) significat existentiam permanentem, & diuturnem, non brevem, & transeuntem. 18.179
Verbum (proditorium) in Constitutione Gregoriana appositum est strictè interpretandum. 3.311
Blanda, & fallacia Verba æquiparantur violentiæ habito respectu ad mulierem, & valde impropriè. secus habito respectu ad virum, nam necessarius est metus cadens in virum constantem. 7.347
Verba (quavis dignitate præfulgeant) apposita in Constitutione Gregoriana, non de Extrahentibus, cum ij viles sint, sed de mandantibus intelligi debent. 26.364
Verbum (alienare) latè sumpto vocabulo, amplectitur omnes contractus, quibus directè rei traditæ Dominium transfertur, vel Dominium vtile, per feudum, emphyteusim, locationem in longum tempus; & multo magis per contractum censualem, per quem Dominium, seu directum, seu vtile in alterum transfertur constituta pensione annua. 29.392
Verbum (è vestigio) sonat statim, vel continuo. 2.485
Verbum (ipso iure, vel ipso facto) accommodatur pœnæ secundum capacitatem ipsius pœnæ, & Verbum (ante sententiam Iudicis) intelligitur ad summum ante sententiam pœnæ, non item ante sententiam criminis. 12.490
Verba (quomodolibet dando, vel recipiendo) posita in Extrauag. 2. de simonia, intelliguntur tantum de Religionis ingressu, ordine, vel beneficio. 21.497
Per Verbum facere, vel permittere, in motu Gregorij XIII. appositum venit quæcumque actio vel positiua, vel negatiua, vt iubendo, consulendo, aut ianuam aperiendo, vel negatiua vt non prohibendo. 1.541
Verba (excommunicationi subdantur, & à cœtu fidelium fiant penitus alieni) important censuras non latas; sed ferendas. 4.550

VI

An possit Potestas laica cogere personam Ecclesiasticam ad reparandam *Viam* ante domum suam, & ad soluendam pœnam impositam contra effundentes amurcam per vias publicas si illam effuderit. 43
Viaticum in mortis articulo in casu necessitatis non est illicitum sumere ab excommunicato non tolerato, & etiam ab Hæretico denunciato, si perueriionis periculum non timeatur. 22.206
Viaticum sumere in articulo mortis ad mentem nonnullorum est necessarium necessitate medij ad salutem, & sic de iure diuino. 23.206
Viaticum producit per accidens primam gratiam, si suscipiens sit in bona fide. 24.206
Viator subest Iudici loci per quem transit tantum ratione rectæ gubernationis illius loci, & sic indirectè. 3.128
Vicarius constitutus à Capitulo non tenetur requirere consilium viciniorum Episcoporum. 15.181
Vicarius Capituli in probabiliori sententia, sede vacante, potest cognoscere, vtrum delicti casus sit exceptus. 3.379
Vicarius Generalis habet vnam, eamdemque iurisdictionem, & constituit vnum, & idem Tribunal cum Episcopo. 4.472
Vicarius Generalis est Iudex Ordinarius subditorum Diœcesis. 1.473
Vicarius Generalis potest Diœcesanorum omnium Confessiones audire eorumque matrimoniis valide assistere, & eiusmodi facultates etiam aliis sacerdotibus delegare. 2.473
Vicarius Generalis potest in foro externo contentiosas causas cognoscere, præcipere, iudicare, atque etiam excommunicare. 3.473
Vicarius Generalis (attento iure communi) non potest concedere meras, & voluntarias gratias, cuiusmodi sunt collatio Beneficiorum, dispensatio in irregularitatibus ex occulto delicto, denunciationibus, matrimoniis, &c. 4.473
Vicarius Generalis Capituli, sede vacante potest circa clausuram Monialium, quidquid potest Vicarius Episcopi; idem dic de Vicario cuiuscumque Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentis, & de Vicario Generali ordinum militarium. 6.473
Nulla consuetudine introduci potest, vt à Vicario Generali ad Episcopum appelletur. 6.474
A Vicario Foraneo, seu Decano rurali potest appellari ad Episcopum. 8.474
Vicarij Generalis Iurisdictio, mortuo, vel deposito Episcopo, expirat. 9.474
Vicarius Generalis mortuo Episcopo non potest exercere iurisdictionem, nisi sit à Capitulo confirmatus. 11.474
Vicarij Generalis Iurisdictio extinguitur, vel per mortem Episcopi, vel per mandati reuocationem per mortem statim, per reuocationem vero, si ei fuerit legitime intimata. 12.474
Vicarij Generalis acta, & literæ dimissoriæ ab eo datæ valent etiam mortuo Episcopo, si communiter eius mors ignoretur, licet mors Episcopi præcesserit. 13.474
Vicarij Generalis Iurisdictio suspenditur solum, non autem omnino amittitur per Episcopi excommunicationem, vel suspensionem. 14.474
Vicarius propriè dictus Episcopi, Prælati, Præsidis, vel Rectoris ab ipsis constitutus ad exercendam iurisdictionem pro eorum arbitrio deponitur, secus est, si Vicarius datus sit in subsidium Principalis Prælati. 16.474
Vicarij Foranei, seu rurales in quibusdam locis ab Episcopis constituti, ita vt eorum Dignitas, seu officium perpetuum sit, deponi non possunt, nisi ob graue delictum depositione dignum. 17.474
Vicarij Episcoporum, & quicunque Abbates, & Prælati seculares iurisdictionem quasi Episcopalem habentes; si ipsi etiam præter casum necessitatis ingrediantur Monialium Monasteria sibi subdita, non contrahunt pœnas. 3.546
Quilibet potest iure priuato è suo famulo *Villico*, vel administratore petere, vt rationem reddat. 10.58
Et si renuat, vi, ac propria auctoritate ad id cogere, si ius positiuum non obstaret. 11.58
Violatio clausuræ ad malum finem luxuriæ est casus ex quinque summo Pontifici reseruatis, à quo nemo potest absoluere virtute priuilegiorum. 13.527
In casu *Violentiæ* Iudex laicus potest cognoscere causam possessorij rei Ecclesiasticæ, si non sit aditus ad superiorem Ecclesiasticum. 6.77

Digitized by Google

Vota Ecclesiæ alteri facta de consensu Episcopi, & Capituli valet; secus si facta ipsi Capitulo. 11. 246.

VO

Voti Resolutio, seu irritatio quatuis fiat sine iusta causa non est illi cita; quia votum, vel iuramentum ex iuris dispensatione includit hanc clausulam nisi superior, vel ille, cuius interest, contradixerit. 18. 249.

Votum, quo dignius est puta castitatis, & Religionis, maior causa requiritur ad dispensationem obtinendam. 5.250

Materia voti & iuramenti, quando non est grata, obligatio voti, & iuramenti euanescit. 24. 250

Votum vel iuramentum non solum est lex quædam priuata; sed etiam tribuit ius alteri, quod ab eo adimi non potest, nisi consentiat. 26.250

In votis taxo vtendum est dispensatione; sed potius commutatione, &c. 10,251

Sub Voto obedientiæ comprehenditur quidquid secundum regulam præcipit superior. 9.460

Vota Monialium in Electione Abbatissæ recipi possunt à superiore per fenestellam clausis Ecclesiæ ianuis. 2. 524

Vouens vouendo, vel iurando se obstringit Deo, eique fit debitor certi operis, soluique tali debito non potest nisi ipse, vel alius eius nomine, & auctoritate condoneri 11. 254

VR

Vrbanus VIII. in vna ex suis Bullis annullat, reprobat, & declarat semper fuisse nullas omnes consuetudines contra immunitatem Ecclesiasticã. 13.255

VS

Vsura non quidem secundum se, seu secudum suam naturam, sed per accidens est crimen mixti fori. 14. 67.

Vsurpare idem est quod occupare. 2.60

Vsus rationis an Masculo, vel fœminæ citius aduenial est dissensio. 6. 503

Vsus receptus in quibusdam locis, quo Episcopus, vel ipsius Vicarius facultatem quandam generalem quoad Personas; sed specialem ingressum in scriptis concedit, approbatur. 7. 515

VV

Vulnerans in Ecclesia vulnere non lethali quamuis cum magna sanguinis effusione non priuatur immunitate. 1.300

Vulnerare etiã cum magna sanguinis effusione, non est mutilare, nec occidere, & solum mutilanti, & occidenti pœna priuationis immunitatis infligitur. 2.300

Vulnerans propriè proditoriè animo occidendi Proximum suum morte non secuta, non priuatur immunitate. 1.313

F I N I S.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google